
B. DN. W. A.
Lauterbachs
JCTI,
COLLEGII
THEORETICO-PRACTICI,
à
LIBRO TRIGESIMO NONO
PANDECTARUM
Usq; ad finem, & ſic ad
DIGESTUM NOVUM,
PARS TERTIA.
Cum ſpeciali Privilegio CÆSAREO ET SAXONICO.

Editio Tertia, prioribus correctior.



TUBINGÆ,
Sumptibus JO. GEORGII & CHRISTIAN. GODOFR. COTTÆ.
ANNO MDCCXXV.

Digitized by Google



VIRO
ILLUSTRISSIMO EXCELLENTISSIMOQUE
DOMINO
JOH. HENRICO
A SCHÜZ,
DOMINO IN Adelsberg,
Pflummern/ Winzerhauſen/ ꝛc. ꝛc.
SACRÆ MAJEST. REGIÆ BORUSS. EQUITI.
RELIQUA.

Digitized by Google

SERENISSIMI

WIRTEMBERGIÆ DUCIS

CONSILIARIO STATUS INTIMO,

ET AD

COMITIA S. R. IMPERII RATISBONENSIA

PLENIPOTENTIARIO

UTI ET

AD AULAM MAJEST. CÆSAREÆ

LEGATO

SPLENDIDISSIMO,

PATRONO

SUBMISSISSIME & OBSEQUIOSISSIME

COLENDO

TERTIUM HUNC

COLLEGII LAUTERBACHIANI

TOMUM

EA, QUA PAR EST,

ANIMI SUBMISSIONE ET VENERABUNDA

MENTE OFFERUNT

JOHANN. GEORGIUS & CHRIST. GODOFR. } COTTA.

Digitized by Google

VIR ILLUSTRISSIME EXCELLENTISSIMEQUE, DOMINE GRATIOSISSIME!

PAtere, VIR PER-ILLUSTRIS ac EXCELLENTISSIME, ut tertium hunc COLLEGII LAUTERBACHIANI Tomum SPLENDIDISSIMO NOMINI TUO conſecremus. Qui enim jam inde à tempore bene longo pro ſummo illo Tuo, quo literis faves, quo & vel maxime Muſis noſtris Würtembergicis bene cupis, Reique Literariæ apud nos ſtatum evehis atque ornare maximopere contendis, ardore plurima in nos beneficia liberaliſſima manu derivaſti, eaque nos complexus benevolentia es, cui major cumulus vix accedere poteſt, Tuo quodam & ſummo quidem jure hoc ſubmiſſionis, hoc gratitudinis, hoc pietatis noſtræ atque venerationis, qua TE proſequimur, monumentum hic accipis, atque ut noſtro ſic officio ſatis quod eſt, facere ſaltem contendamus, gratioſe largiris.

Nec

Digitized by Google

Nec verò & indignus eſt Tuo conſpectu, VIR EXCELLENTISSIME, liber iſte, quem offerimus. Collegium eſt hoc JCti celeberrimi LAUTERBACHII, communis & hodie Germaniæ in Jurisprudentia Civili Præceptoris, ea eruditione, eo nitore, ea methodo conſcriptum, ut vix inveniri credatur liber, huic qui palmam reddere dubiam in hoc ſtudiorum genere valeat. Tu vero VIR SVMME, quem non ſaltem rerum ſummarum gerendarum peritia incomparabilis, dexteritas facilitasque in difficillimis ſummisque negotiis extricandis atqui dirigendis admiranda, atque experientia magna & virtus omnigena, ſed & eruditio & privati & publici juris, eaque non communis illa & pulverem ſcholaſticum ſapiens, ſed longe elegantiſſima atque nobilitatis charactere quodam præcipuo imbuta, ſapientibus quibusvis merito venerandum atque ſuſpiciendum reddidere, Ipſemet de LAUTERBACHIO calculum illum Tuum interpones.

Cæterum, ubi jam hoc obſequii & pietatis noſtræ monumentum Tibi, VIR ILLUSTRISSIME, offerimus, non poſſumus non, queis patriam hanc noſtram Tibi devinxiſti, meritorum longe maximorum mentionem quandam Tua, ita precamur, pace injicere. Tu ille es, VIR MAXIME, cujus miniſterio factum, ut SERENISSIMO PRINCIPI NOSTRO munus Campi Mareſchalli S. R. Imperii, & imperium in omnes tam Cæſaris quam ipſius Imperii exercitus conferretur. Tu ille es, qui juſſu & nomine Ejusdem CELSISSIMI PATRIÆ PATRIS actum inveſtituræ Ducatus Würtembergici ſuſcepiſti ſpartamque hanc Tuam ita tùm ornaſti, ut non ſolum elegantiſſimâ ad IMPERATOREM AUGUSTISSIMUM oratione habita omnium ora laudesque in TE converteres, atque etiam feuda quædam hactenus neglecta & jam fere exſpirantia adhuc ſalvares, ſed & in medio inveſtituræ actu, cum forte ſacra Romana præferrentur, quibus interruptus tantiſper fuit ſermo, memorabili in omnem poſteri-

ſteritatem exemplo dignitatem ſanctiſſimæ Religionis noſtræ, prout par erat, conſervares, verbaque pro connata Tibi eloquentiæ incomparabilis promtitudine alacriter reſumta, maxima cum præſentium quorumvis admiratione ad finem usque feliciſſime perduceres. TU Ille es, qui Circulum Suevicum ob averſos militum tranſitus & ob feliciter terminatas diſſenſiones intricatas illas & oppido difficiles, quas pro Tua ſumma dexteritate atque in SERENISSIMUM PRINCIPEM NOSTRUM Ejusque jura conſervanda ardore egregie & feliciſſime compoſuiſti, Tibi, Illo ipſo fatente, plurimum devinctum habes. Tu denique Ille es, qui res noſtras Würtembergicas maximè tunc ornaſti, ubi opera TUA effeciſti, ut cauſa iſta Montispeligardenſis tam proſpero tramite curreret, & ditio iſta Patriæ auſpicato prorſus omine accederet, ubi &, cum homagium præſtaret illa, TU ſermone Gallico eoque elegantiſſimo ad novos ſubditos habito, præſente SERENISSIMO DUCE, obſequia illorum in manus Patriæ Patris reſignaſti. Tacemus reliqua iſta ſummaque merita Tua, ubi ſaluberrimis iſtis conſiliis Tuis cauſam communem Patriæ noſtræ cottidiè ornare maximo opere contendis.

Quæ cum ita ſint, ubi communis Patria meritas Tibi laudes dignaque encomia canit, & hoc patere, ut votorum communium interpretes nos rebus hiſce Tuis omnibus præclare geſtis hic applaudamus, TIBIque, MÆCENAS WURTEMBERGICE, & ipſi proſperitatum per prolixiſſimas annorum ſeries continuandarum & perennaturæ felicitatis ſucceſſuumque lætiſſimorum cumulos devotiſſimo pectore apprecemur, TUÆque inſimul, VIR EXCELLENTISSIME, benevolentiæ perpetuitatem nobis ſubmiſiſſimè expetamus. Quam nos conſecuturos promptiſſimè, eo magis confidimus, quo gratioſiora & luculentiora ejus indicia nobis nunquam non exhibes, quove ſtudioſius annitimur, ut omni ſervi-

Digitized by Google

ſervitiorum genere eam ita aucupemur, ne in plane immerentes videatur collata, TEque, VIR SUMME, ejus in nos effuſæ unquam queat pœnitere. Ita vale, ita vive, ita floре, VIR ILLUSTRISSIME, & Muſas quoque Tubingenſes Tuo ſemper Favore orna, nosque cumprimis Tuo Patrocinio Summo complectere, & res Tuas, vel potius PRINCIPIS NOSTRI CLEMENTISSIMI, Patriæ & Clientum Tuorum devotiſſimorum proſperrima valetudine, inconcuſſis viribus & eventu feliciſſimo ſemper perage. Ita vovent

ILLUSTRISSIMI EXCELLENTISSIMIQUE NOMINIS TUI

DOMINE GRATIOSISSIME

Cultores ſervique humillimi

Joh. Georgius & Chriſt. Godofr. } Cotta.

Digitized by Google

LIBER XXXIX.

ABſolutis Judiciis Prætoriis ad Succeſſionem Connexiones
pertinentibus: porro jus dicit Prætor inter vivos, Libri XXXIX.
& vel de Juribus rerumque Proprietate, vel de
Poſſeſſionibus. Illud quod attinet, primo loco pro-
ponuntur Edicta vel Remedia ad avertendum da-
mnum, quod imminet, ſive metuitur. Idque vel ex
futuro opere noviter inſtituto; ſed ædificanti, ne per-
gat, aut ne quid fiat, Novum Opus nunciari ſolet:
Hinc DIGESTUM NOVUM hic incipit à Tit. 1. Tit. 1.
De Operis Novi Nunciatione. Vel, ſi ex opere jam facto Damnum metuitur,
ſcil. ædibus vicinis ruinam minantibus; item, à ſuggrundiis & projectionibus
periculum immineat, ut vicinus caveat de damno, ſi quod inde contigerit, ſar-
ciendo. Tit. 2. *De Damno infecto, & de Suggrundiis, & Projectionibus.* Idem 2.
fit, ſi ab Aqua damnum metuatur. Tit. 3. *De Aqua, & Aquæ pluviæ arcen-* 3.
dæ. Hæcque damna ex privata dantur cauſa. Ad ea verò reſarcienda, quæ
ex publica cauſa, & quidem ob dationem neceſſariam & Reipubl. bono, ut ſunt
vectigalia, oriuntur, Edictum proponitur. Tit. 4. *De Publicanis, & Vecti-* 4.
galibus, & Commiſſis. Non minus ad Jus Prætorium referuntur Dationes non
neceſſariæ, vel Donationes, cùm Jure Civili veteri contractuum loco minimè
haberentur, nullaque eo nomine ſit actio. Illæque tam in genere & inter vi-
vos; Tit. 5. *De Donationibus.* quàm in ſpecie & mortis cauſa. Tit. 6. *De* 5. 6.
Mortis cauſa Donationibus, & Capionibus.

TIT. I.
DE OPERIS NOVI NUNCIATIONE.

Cod. *Lib. 8. Tit. 10. & 11.* Nov. 63. Extra. *Lib. 5. Tit. 32.*

§. I.

Continuatio.

ABſoluta tractatione de Succeſſionibus, Prætor occurrere voluit damno imminenti, ſi malus vicinus Novum Opus in noſtrum vel Reipublicæ præjudicium pararet, ut per Nunciationem inhiberetur, ne pergat; *l. 1. pr. ff. h. t.* donec de Jure ædificationis conſtiterit, vel præſtita ſit eo nomine ſatisdatio. Petr. Frider. *lib. 2. de mand. cap. 30. th. 1.* Sic Prætor Edicto ſuo ſuccurrit, & damnum ex novo opere faciendo metuentibus, & ædificantibus præſtitâ ſatisdatione. *l. 8. §. 4. l. 20. pr. & §. 9. ff. h. t.*

Summa Edicti de N. O. N.

Etymolog.

II. Derivationem nominum quod attinet, opus deducitur ab ἔπων quod factum eſt, *l. 5. §. 1 ff. de V. S.* & quidem Novum, aut ædificando, aut detrahendo aliquid, priſtinâ facie mutatâ. *l. 1. §. 11. & 12. l. 21. §. 3. ff. h. t.* Nunciatio à verbo nunciare; Et in ſenſu communi idem eſt, quod monere, deferre. *l. 28. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 6. §. 3. ff. ad SCtum Turp. l. 1. §. 5. ff. de jure fiſci.* Latè comprehendit nunciandi actum, etiam proteſtationem; *l. 5. §. 7. ff. h. t.* quamvis proteſtatio non idem operetur, quod verbalis nunciatio. Frider. *d. c. th. 11. n. 18 & 19* Strictè & propriè denotat prohibere vel interdicere, quavis formâ fiat, exclusâ tamen proteſtatione, *d. l. 5. §. 7.* quæ eſt hujus loci. *t. t. ff. & C. de N. O. N.* Strictiſſimè ſumitur pro nunciatione verbali. *d. l. 5. §. 10.* Hæc nunciatio etiam dicitur denunciatio, *d. l. 5. §. 10. l. un. C. eod.* renunciatio, *d. l. 5. §. 17.* Germ. Eine Verkündigung, Unterſag, Verbott eines Neuen Wercks oder Baues, oder eines neuerlichen Gebäus. Gail. *l. 1. Obſ. 16. num. 1.*

Homon.

Latè.

Strictè, ut h. l.

Strictiſſimè.

Synonym.

Definitio.

III. Nunciatio autem Novi Operis eſt legitima prohibitio, novum opus in alterius præjudicium paranti facta, ad id, ne in eo pergat, donec de illius jure conſtet.

Nunciatio in genere eſt vel Publica,

IV. Hæc nunciatio in genere accepta eſt vel Publica vel Privata. Et illa quidem ratione Cauſæ Impulſivæ, ſi quid contra leges edictave Principum fiat. *l. 1. §. 17. ff. h. t.* junct. *l. 11. ff. de S. P. U.* Ratione Objecti vel Cauſæ Finalis, ſi in ſacro, vel religioſo, vel publico loco, ripave fluminis quid fiat, & publici juris tuendi cauſa nunciatum ſit. *d. l. 1. §. 16. 17. & 18. d. l. 5. §. 9.* Privata, quæ fit juris noſtri conſervandi aut damni depellendi cauſa. *d. l. 1. §. 16. & 19. d. l. 5. §. 8.* Eſtque vel Naturalis, vel Impoſititia. *d. l. 5. §. 9.*

vel Privata.

V. A

Digitized by Google

V. A Forma nunciandi, Publica eſt, quæ fit judicialiter, vel publicâ authoritate, à Prætore vel Magiſtratu ipſo, vel per literas, aut mandatum; *l. 5. §. 10. l. 16. ff. h. t.* tuncque, notante Bartolo, *ad d. §. 10.* Judex ad inſtantiam ejus, cujus intereſt, Sine Clauſula præcipit, ne quid novi operis in iſto loco fiat; & ſi quis ſenſerit ſe gravatum, veniat de gravamine allegaturus. Hic modus hodiè eſt uſitatiſſimus, teſte Carpz. *l. 1. Reſp. 6. n. 6.* J. Hamb. *p. 2. t. 20. art. 5.* Reform. Furt. *p. 1. t. 9. n. 2.* & tutiſſimus, ne homines veniant ad turbas. Dn. Schilter. *ad ff. Ex. 42. §. 18.* Hinc in multis locis ſtatutum eſt, ut, priusquam Novum Opus fiat, à Judice ocularis inſpectio petatur. vid. Würt. Bau-Ordn. *p. 2.* J. Noric. *t. 26. t. 6.* Ref. Francof. *d. p. 1. t. 1. §. 1. t 3 §. 1.* & *t. 9. §. 2.*

Ratione formæ alterum eſt Publica, qui modus hodie eſt uſitatiſſimus.

VI. Privata eſt, quæ fit à privato extrajudicialiter, i. e. propriâ, non Prætoris ſpeciali, authoritate. Prætor tamen & hoc caſu non deſinit eſſe C. E. Rem. quia nunciato ex ejus Edicto deſcendit. Hæc ſubdividitur in Realem & Verbalem. Illa dicitur, quæ fit re & facto, manu ſcil. i. e. ictu ſeu jactu lapilli, durch einen Steinwurff. *d. l. 5. §. 10. l. 20. §. 1. ff. quod vi aut clam. l. 6. § 1 ff. ſi ſerv. vind.* ſicque per oppoſitionem manûs non ſtatim intelligitur deſtructio. B. Dn. Bardili, *Diſſ. de N. O. N. th. 5.* Quomodo autem hic modus fiat, non omnium eadem eſt ſententia; Nonnulli, & maximè Hiſpani, exiſtimant, lapillum projici in eum locum, in quo fit Novum Opus, in ſolenne teſtimonium prohibitionis. Molina, *de J. & J. tom. 3. tr. 2. D. 706. n. 15.* Alii putant, lapillos pro ædificando præparatos ex loco, ubi quis novum opus parat, ab eo, vel mandato ejus, qui jus prohibendi habet, coram Notario & teſtibus, diſpergi atque projici extra limites meæ poſſeſſionis. poſt Alex. Raudenſem, Carpzov *d. Reſp. n. 4.* Frider *d. c. 30 th. 8.* Qui modus veteribus ſymbolum fuit prohibitionis Novi Operis, & vis quædam imaginaria ſeu feſtucaria, ex LL. XII. Tabb. introducta. A. Gell. *Noct. Att. l. 20. c. 10.* vid. Schilter *d. l. §. 16. & 17.* Et quamvis Gothofr. *in not. ad d. l. 5. §. 10. lit. q.* hunc modum amplius in uſu eſſe neget, contrarium tamen docent Groenew. *de LL. abrog. ad d. l. 5. §. 10.* Hahn *ad Weſ. h. t. N. II.* Roding. *Pand. Jur. Cam. l. 1. tit. 10. num. 4. & 15.* Frider. *d. l.* Schwanmann. *Proc. Cam. l. 1. c. 10. n. 4.* ibi *pag. 46. in medio* Befohlen *N. N.* drey Stein aus ſolchem neuen Gebäu, *& ſic ex ipſo opere* zu nehmen, dieſe über berührt Gebäu, *in confirmationem* beſchehener *Nunciation*, zu werffen *x.* Clud. *rer. quotid. c. 3. n. 95.*

vel Privata. Hæc ſubdividitur in Realem, An fiat in opus, an ex opere? Hic modus eſt hodieque in uſu.

VII. Verbalis dicitur, quæ fit verbis, *l. 20. §. 1. ff. quod vi aut clam.* vel ore prolatis, vel in ſcriptis, Molina, *d. D. 706. n. 15.* operariis aliisve in loco exiſtentibus, quibusvis verbis prohibitionem inducentibus, perſonaliter

& verbalem.

Ex. gr. & per æquipollens, v. gr. nuncio, denuncio, prohibeo, interdico, præmoneo, deprecor, ne quid Novi Operis fiat, vel, ne ædificando pergatur, Germ. Jch will darfür gebetten haben, deß Wercks ſich zu enthalten, davon abzuſtehen, will hiemit treulich gewarnet oder gewarſchauet haben. Hahn. *d. l.* Frider. *d. l. th. 7. n. 11.* & *th. 11. num. 17.*

Hæc propriè est Nunciatio. Hæc propriè & κατ᾽ ἐξοχὴν vocatur Nunciatio, atque duobus prioribus modis, qui vel per Prætorem, vel lapilli jactum fiunt, opponitur, *l. 1. § 6. l. 5. § 10. ff. h. t.* non quòd reliqui N. O. N. non ſint, vid. enim *d. l. 20. § 1. l. 16. ff. h. t. l. 6. § 1. ff. ſi ſerv. vind.* ſed quod nunciationi verbali præterea nihil accedat. *d. l. 5. §. 10. l. 1. §. 6. ff. eod.* Bardili, *d. Diſſ. theſ. 4.*

Quando ſit uſus realis, vel verbalis? VIII. Cæterùm inter dictos modos eſt differentia: Reali enim & Publicâ utimur, ſi alter quid faciat in noſtro; Verbali verò contra novantem in ſuo; ſed contra jus ſervitutis, ſicque in noſtrum præjudicium, dicitur meticuloſa, quia hoc caſu ipſe nuncians amittit poſſeſſionem, & adverſarium facit poſſeſſorem, *d. l. 1. §. 6. d. l. 5. §. 10.* ſive me patiente antea jam ædificaverit, *l. 6. §. 1. ff. ſi ſerv. vind.* ſive ſatisdationem offerens admittatur, ipſique in ædificando pergere permittatur. *l. 7. §. 2. ff. quod vi aut clam.* Schilter. *Ex 42. §. 17.* Et quamvis Nunciatio introducta ſit ad Jus noſtrum conſervandum, ſibi tamen imputet, qui tali nunciatione utitur, quia regulariter nemo in ſuo citra præjudicium amiſſionis, ſcilicet poſſeſſionis, uti poteſt, Nunciatio enim eſt inſtar voluntariæ defenſionis, *l. 5. § 1. ff. h. t.* & quilibet licentiam habet favori pro ſe introducto renunciandi. *l. ſ. C.* add. *l. 7. §. 14. ff. de pact.* vid. *ſeq. §. 10. inf.* Nihilominus tn. poſſeſſio, ceu reſpectu nunciati violenta, per Interdictum unde vi ſtatim poterit recuperari. Viv. *Comm. opin. lit. N. n. 5.* Scacc *de appell. quæſt. 17.*

In praxi non obſerv. *lim. 6. m. 6. n. 12* Hanc tamen differentiam in praxi parum obſervari, nec in decernendis proceſſibus attendi, ad multa exempla provocat Frider. *d. t. 50. th. 12. num. 20.* quem ſequitur Hahn. *d. N. verb. Cùm in ſuo.* Privatæ autem nunciationi tàm verbali, quàm reali, Notarium & teſtes adhiberi, utile & hodiè receptum eſſe, ex rationibus ibi allegatis, idem tradit Frid. *th. 9. n. 14.*

Inſtrumentum ſuper facta nunciatione. vid. tamen *th. 10.* unde Inſtrumenta deſuper conficiuntur, & cum Supplicationibus pro proceſſibus exhibentur, Gail. *d. O. 16. num. 12.* cujus exemplum & Formulam vid. apud Schwanum. *d. l.* Sin Notarii copia non ſit, ſufficit coram teſtibus fide dignis prohibitionem fieri. Frider. *d. l.*

Ab Objecto Nunciat. eſt vel Totalis, vel Partialis. IX. Ab Objecto Nunciatio eſt vel Totalis, vel Partialis. Illa, quæ fit in totum, & quidem ſimpliciter. Hæc in partem; & tunc nuncians neceſſe habet demonſtrare, in quo loco Novum Opus nunciet, ſcituro novante, ubi poſſit ædificare, & ubi interim abſtinendum ſit. *d. l. 5. § 15.* junct. *§. 2.*

§. 2. & 14. l. 6 ff. de R. V. Tandem à Subjecto eam nonnulli div. in Directam & Utilem, per *l. 5. §. 3. ff. h. t. vid. ſeq. §. 14.* B. Bardili, *d. Diſp. th. 16.*

X. Cauſa Eff. Remota eſt Prætor, qui hoc jus nunciandi introduxit, *l. 1. pr. ff. h. t.* & duobus Interdictis complexus eſt. *l. 20. pr. & §. 9. ff. eod.* Cauſa autem nunciandi eſt vel Naturalis, vel Publica, vel Impoſititia. *l. 5. §. 9. ff. h. t.* Semper tamen hoc Edictum utile ac neceſſarium fuit, ne vicini ædificando vicinis injuriam inferant, vel ex errore, invidia, vel temeritate. *l. 12. §. 7. C. de ædif. priv.* de opere invicem contendentes, ad rixam & arma procedant, *l. 13. §. 3. ff. de uſufr. l. 176. pr. ff. de R. J.* junct. *l. 38. in f. ff. de R. V.* & tandem, melius eſt, intacta jura ſervari, atque in tempore occurrere, quàm poſt exitum cauſamve vulneratam ad auxilium proclamare. *l. 1. C. quando lic. unic. ſine jud. l. f. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.* maximè cùm ad opus perfectum non amplius hæc nunciatio, sc. ne fiat, ſed interdictum, quod vi aut clam pertineat. *l. 1. §. 1. ff. h. t. l. 1. & 2. 1. ff. quod vi aut clam.* Proxima eſt Voluntas nunciantium, qui hoc remedio uti malunt, quàm ædificando vel demoliendo juri, quod prætendunt, præjudicium fieri; ùsque in publica nunciatione facit Prætor, in privata illi, quibus jus & poteſtas N. O. N. competit.

C. Eff. Rem.

Impulſiva.

Proxima.

XI. Subjectum ſunt Perſonæ nunciantes, & quibus nunciatur. Quoad illas diſtinguendum eſt inter Nunc. ratione modi Publicam & Privatam, Illa fit à Prætore, hodiè quovis Magiſtratu, Carpzov. *d. l. num. 6.* vel coràm, vel juſſu ejus per nuncium, v. gr. apparitores; *l. 16. ff. h. t.* & tum, propter auctoritatem & Judicis, & Actorum, quibus inſeri debet, aliis teſtimoniis haud opus eſt, quamvis, ut ſuperfluum, non noceat, ſi Tabellio Inſtrumentum deſuper, & quoad omnes concurrentes circumſtantias, conficiat. Frider. *d. th. 9. num. 15.* Magiſtratus autem regulariter non niſi ad inſtantiam alterius, ob intereſſe prætenſum, jubet abſtinere, *l. 4. §. 8. ff. de damn. inf.* Frider. *th. 7. num. 11.* Interdum tamen ex officio nunciat ob publicum præjudicium, cujuſmodi exempla recenſet Knipſchild. *de Civ. Imp. l. 1. c. 6. num. 16.*

Subj. Act.

Nunciare poſſunt publicè Magiſtratus.

Conſultum, ut deſuper fiat Inſtrumentum.

XII. Nunciationem Privatam faciunt, quorum intereſt, novum opus non fieri. *l. 1. § 16. & 19. ff. h. t.* Si enim alius nunciaverit, Nunciatio nulla eſſet; *l. 1. ff. eod.* ſed diſtinguendum eſt, an fiat in publico, num in privato. Illo caſu, principaliter omnes Cives opus novum nunciare poſſunt, *l. 1. §. 4. ff. h. t.* per rationem in *l. 4. ff. eod.* Sic, ſi N. O. in fundo Eccleſiæ fiat, Parochiani poſſunt nunciare. *arg. c. 6. inſ. x. de reb. eccl.* ad Brunnemann. *ad l. 5. ff. h. t. num. 5.* Ex pluribus tamen concurrentibus Prætor eligit magis idoneum. *l. 2. ff. de pop. act.* Minus principaliter Incolis quoque conceditur; utpote qui civibus quoad functionem publicorum munerum aſſimilan-

Privatim omnes, quorum intereſt.

Sed diſt. an fiat in loco publ. & tunc omnes cives, quandoque magis idoneum.

Etiam incolæ.

mulantur. *l. 29. ff. ad municip. l. 1. 4. 5. & 6. C. de Jurid.* Bachov. *ad Tr. V. 1. D. 18. th. 2. lit. A.* Hinc excluduntur (1.) Peregrini. *dd. B* Non obſt. *l. 1. §. 5. ff. de via publ.* ibi namque intelliguntur omnes, quibus actiones populares competunt, v. gr. ſi illorum interſit, quo caſu forenſes quoque jus nunciandi habent, ut, ſi quid ædificetur in via; *d. l. 1. l. 11. C de ſerv. & aq.* Bachov. *d. l.* item conductores vectigalium ob publicam utilitatem. arg. *l. 1. ff. de loco publ. fruendo.* (2.) Deportati, item ab Imp. vel Camera Imper. Proſcripti. Gail. *de Pac. Publ. l. 2. c. 12. num. 29.* Stamm. *de ſervitut. perſ. l. 1. c. 3 num. 6.* Ordinat. Camer. *part. 2. t. 10. §. 2.* ibi: für unredlich achten. Non enim niſi idoneis pro civitate agere licet. *l. 4. ff. de pop. act.* (3.) Ab hac N. O. N. repelluntur Pupilli, licet tutoris habeant authoritatem, namque propterea haud ſunt idonei ad aliorum, maximè Reſpubl. defenſionem ſubeundam; cùm ipſe tutor proprio nomine nunciare queat. *l. 5. pr. ff. h. t. l. 6. ff. de pop. act.* ubi tamen limit. *l. 2. §. 1. ff. de R. J.* Bachov. *d. l.* ubi idem de Minoribus defendit. (4.) Servi; *d. l. 5. §. 1.* poſſunt tamen prohibere, et Interdictum quod vi aut clam cauſari; *l. 3. pr. ff. quod vi aut clam,* prout etiam peregrinis conceditur. *l. 17. l. 20. §. 5 ff. d. t.* (5.) Fœminæ, *l. 6. ff. de pop act. l. 2. pr. ff. de R. J.* niſi illarum interſit, exemplo popularium actionum. *d. l. 6.* arg. *d. l. 5 pr.* Bachov. *d. l.* Bocer. *cl. 4. D. 18 th. 86.*

Excipiuntur Peregrini.
Deportati.
Reſpubl.
Pupilli, etiam cum tut. auctor.
Ratio.
Servi.
Fœminæ.
Limit.

XIII. In Privatis locis Nunciationem & noſtro, & alieno nomine, facere poſſimus. *l. 1. §. 3. ff. h. t.* Suo nomine jus & poteſtatem N. O. N. habet, ad quem res pertinet. *d. l. 1. §. 19.* Pertinere autem dicitur, quod juri in re, quod nuncians habet vel prætendit, novum opus nociturum eſt. *d. l. 1. §. 19. l. 9. ff. eod. l. un. §. 3. & 4. ff de remiſſ.* Molin *d. Diſput. 706. n. 27.* Competit igitur (1.) Domino, qui ſcil. dominium loci habet, in cujus præjudicium N. O. paratur. *d. l. un. §. 3.* Non intereſt, plenum habeat dominium, an minus plenum, ut nudus proprietarius, Molina, *d. l. num. 25* directum vel utile, unde rectè nunciat Superficiarius, *l. 3. §. 3 ff h. t.* Emphyteuta, *l. 12. verſ. C. de fund. pat. l. 1. §. 1. ff ſi ag. vectig. l. 16 ff de ſerv.* ubi cum creditore hypothecario conjungitur, Vaſallus. arg. *C. un. 2. F 8. verſ. Res autem. & 43. in fin.* junct. *l. 9. ff. h. t.* hoc argumento: Cuicunque datur facultas ſervitutem vindicandi, is N. O. N. poteſt. *d. l. 9.* Atqui ſervitutem feudali prædio debitam vaſallus vindicare poteſt *d. c. un.* Ergo. Bardili, *d. D. th. 15.* Nec refert, verum, an fictum ſit dominium, ſic N. O. nunciat B. F. poſſeſſor, *l. 1. §. 19. l. 18. §. 1. ff. h. t.* junct. *l. 136. ff de R. J. l. 25 §. 1. ff de uſufr. l. 48. pr. ff. de A. R. D. l. 181. ff. de V. S.* Sive ex aſſe, ſive pro parte quis dominus ſit; nam & Socius adverſus vicinum ſ. tertium nunciare poteſt; *l. 3. §. 1. ff. h. t.* cum tamen

An in loco privato? & nunciat ſuo nomine, ad quem res pertinet, i. e. qui jus in re habet, ut Dominus,
Quale req. dominium?
Socius quatenus

in

in effectum, ut reſpectu nunciantis, non etiam aliorum, valeat; ſi enim quoad omnes debet valere, etiam ab omnibus debet fieri, *l. 5. §. 6. ff. h. t.* niſi omnium nomine ex ſpeciali mandato facta ſit, vel ſocius reliquorum nomine caverit de rato. arg. *d. l. 5. §. 18.* Molina, *d. D. n. 31.* Socius tamen ſocio in loco communi N. O. nunciare nequit, *l. 3. §. 1. & 2. ff. h. t.* ibi Brunnem. limitat, niſi alter neget rem eſſe communem; junct. *l. 26. ff. de S. P. U. l. 32. ff. de damn. inf. l. 66. §. 2. ff. de leg. 2. l. 25. ff. de V. S.* ſed contra ædificantem ſocium ordinario agit remedio Communi dividundo, *d. l. 26.* vel Interdicto Quod vi aut clam, *l. 13. §. 3. ff. quod vi aut clam.* aut ſi mavult, per Prætorem, vel Implorationem officii judicis impedire poteſt. *d. l. 3. §. 1. & 2. l. 28. ff. comm. divid.* vid. latius Bach. *d. th. 2. lit. B.* — do & quo effectu?

XIV. (2) Creditoribus hypothecariis, qui ſcilicet prædium pignoris jure tenent; nam & illi habent jus in re, atque illius non tantùm ſervitutem utiliter vindicandi; ſed etiam N. O. nunciandi. *l. 9. ff. h. t. l. 16. ff. de ſervit. l. un. §. 5. ff. de remiſſ.* (3.) Illi, qui in fundo, ubi Novum Opus paratur, habent ſervitutem, ſive urbanam, ſive ruſticam. *l. 1. §. 19. l. 5. §. 9. l. 8. pr. ff. h. t. l. 15. ff. de S. P. U. l. 6. §. ſ. Si ſerv. vind. l. 47. ff. fam. erciſc.* Non obſt. *l. 14. ff. h. t.* Sunt enim quædam ſervitutes, quarum conceſſione directè implicatur inhibitio ædificandi, quædam per indirectum & conſequentiam tantùm eam involvunt; ut itineris, viæ, &c. *d. l. 14. l. 9. ff. Si ſerv. vind. l. 1. pr. ff. ſi uſufr. pet.* Bachov *d. l. ſit. C. V. 1. D. 17. th. 11.* vid Bardili. *d. D. th. 16.* Nec porrò refert, ſervitus ſit realis, num perſonalis, nam & Uſufructuario hæc nunciandi poteſtas in fundo fructuario competit; adhibitâ tamen diſtinctione: An ipſe Dominus Novum Opus fructuario nociturum in fundo fructuario faciat, an verò Tertius? Illo caſu, fructuarius N. O. nuntiare non poteſt, ſed tunc à Domino actione Confeſſoriâ ipſum uſumfructum vindicare debet, quâ per indirectum impetrare poteſt, ut N. O. tollatur, vel intereſſe præſtetur. *l. 1. §. ſ. l. 2. ff. h. t. d. l. un. §. 4. l. 5. §. ſ. ff. ſi uſufruct. pet.* Hoc verò caſu, & contra extraneum proprio nomine habet Utilem tantùm nuntiationem; *d. l. un. §. 4.* Directam verò non, niſi agat procuratorio nomine. *d. l. 1. §. ſ. l. 1. pr. l. 5. §. 1. ff. ſi uſufruct. pet.* Eo ipſo enim, dum quis uſumfructum accipit, ipſi omnis rei uſufructuariæ cura mandatur atque imponitur, & ſimul totius rei fructuariæ Procurator univerſalis eligitur. *l. 1. §. ſ. l. 2. ff. quemadm. uſufr. cav.* Molina, *d. Diſſ. n. 25.* Hahn, *ad Weſ. h. t. N. III. in med.* Struv. *S. I. C. Ex. 39. th. 4.* Bard. *d. D. th. 19.*

Creditores hypothecarii.

Qui in loco habent ſervitutem,
Obj. Reſp.

realem vel perſonalem.
Si Uſufructuarius, diſt.
An Dominus N. O. faciat, An tertius?

XV. Ne-

Nunciantes ſint habiles. Sic prohib. Pupilli,

XV. Neque tamen ſufficit, Nunciantem jus in re habere, ſed, uti dictum, inſuper requiritur, ut poteſtatem habeat rem ſuam adminiſtrandi. Hinc Pupilli ſine tutoris authoritate, ne quidem in proprio fundo, tertio N. O. facienti nunciare poſſunt; quia non ex juſta cauſa, vel tem rè nuncians cùm re meâ uti me haud permittat, injuriarum conveniri poteſt. *l. 13. §. 5. ff. de injur.* & tenetur ad intereſſe. Ideoque, ne in damnum incidant pupilli, iis neceſſaria eſt tutoris authoritas & interpoſitio, *l. 5. pr. ff. h. t.* Niſi meliorem fecerint conditionem, tunc enim illorum intellectus pro pleno habetur *pr. J. l. 5. §. 1. ff. de auth. tut.*

Minores.

De Minore curatorem habente idem dicendum. arg. *l. 3. C. de in integr. reſtit.* cum Bachovio Bardili. *d. l. th. 18.*

An Tutores ſoli?

Cæterum Tutores vel Curatores ſoli, etiam abſentibus pupillis vel minoribus, N. O. rectè nunciant. *l. 7. §. 1. ff. h. t.*

Alieno nomine licet nunciare. ex gr. Procurator cum mand. generali, interdum cum cautione rati. Obj. Reſp.

XVI. Quibus autem hoc jus nunciandi competit, illud non tantum per ſe, ſed per alios quoque exercent. Sic Alieno nomine N. O. nunciant, uti in præced. jam dictum, Uſufructuarius, Tutores & Curatores, id que exemplo Procuratorum, *l. 5. §. 18. & 20. l. 13. pr. ff. h. t.* etſi Procurator ſpeciale ad hoc mandatum non habeat; *l. 3. §. 2. ff. ut in poſſ. legat. l. 65. ff. l. 1. C. de procurat.* ſed tantum generale; vel ſi de ejus mandato dubitetur, N. O. nunciare volens de rato cavere debet, aliàs Nunciatio omni modo remittitur. *dd ll. h. t.* Buſ. *ad l. 6. ff. h. t. num. 2.* Nec obſt. *d. l. 5. §. 18.* nam poteſt quis nihilominus verus eſſe Procurator, etiamſi ad hoc ſpeciale mandatum non habeat. Bachov. *ad Tr. V. 1. D. 9. th. 8. lit. B.*

Non Nunciat, qui habet tantùm jus ad rem. Limit.

XVII. Non ergò Nunciant illi, ad quos res non pertinet; vel, qui non habent jus in re; ſed rem propter jus ad rem detinent, & tantummodò ſunt in poſſeſſione, ut, inquilini, coloni, *l. 3. §. 3. ff. h. t.* quia ſimplex conductio nullum habet jus in re. *l. 39. ff. loc. cond.* Excipitur tamen caſus propter ſingularem utilitatem, ſi dominus ſit abſens. *l. 1. C. ſi per vim.* Nam, quantum reſiſtere poteſt, fieri non patiatur, ut in aliquo, ſive jus rei, ſive corpus deterius fiat, & ſi dominus peregrè abſit, ipſi denunciet, propter *l. 11. §. 2. l. 13. §. 7. ff. loc. cond.* add. *l. 18. §. 1. ff. de jud. l. 7. §. 14. ff. de pact.* Ita verò nuncians caveat de rato Domini, Molina, *d. l. num. 27.* ubi Conductorem quoque nunciare poſſe aſſerit, ſi bonorum obligatio adjecta, per *l. 9. ff. h. t.* ſed tum ipſi potius datur propter jus in re. *præc. §. 13.* vid. Bach. *V. 2. D. 18. th. 1. lit. A.*

Inidoneus.

Molina, *d. D. num. 27.* Nunciatio aliàs à perſona notoriè inidoneâ facta, eſt ipſo jure nulla, & liberè ſperni poteſt. *l. 1. §. 5. l. 2. ff. h. t.* Carpzov. *l. 1. Reſp. 7. num. 2. & ſeqq.* Fachin. *l. 8. contr. 44.*

XVIII. Sub-

XVIII. Subjectum N. O. N. Paſſivum ſunt perſonæ, quæ inde obligantur, ut quieſcant. Fit autem Nunciatio parantibus Novum Opus in alterius præjudicium. Nec eſt neceſſe, ut illis ipſis fiat, qui N. O. parant, ſed & fieri poteſt omnibus, qui Domini operisve nomine in re præſentes ſunt, *l. 5. §. 3. ff. h. t.* (quamvis utile ſit, ut domino & opificibus fiat, per ea, quæ *ſeq. §. 30. inf.*) Nunciatio autem quibuscunque de familia, item fabro, vel opifici facta, Dominum, eo ipſo momento, quo facta eſt, obligat; *d. l. 5. §. 3. l. 10. l. 11. ff. eod.* etiamſi Domino non, vel tardius renunciata ſit. Siquidem adverſus abſentes invitos & ignorantes N. O. N. procedit. *l. 1. §. 5. ff. eod.* add. Vivius, *Comm. opin. lit. N. n. 6.* Fit enim impersonaliter in rem, non in perſonam. *d. l. 10. l. 5. ff. h. t.* Idcircò ſi Opifices dolo vel negligentiâ non ceſſaverint, Dominus contra Edictum ædificatum deſtruere tenetur, Dicta enim Nunciatio in genere valida pronunciatur, in *d. l. 5. §. 3.* nullâ factâ mentione de Renunciatione Domino facienda: ergò legitimum quoque effectum producere debet; & Dominus ſibi imputet, quòd negligentes opifices adhibuerit, maximè cùm ſciverit, vel ſcire debuerit, ſe Novum Opus parare. Frider. *d. c. th. 13. per tot.* Habet quidem regreſſum contra Opifices, culpâ haud carentes, ad intereſſe. arg. *l. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil.* Quapropter utile eſt conſignare ſimul modulos & menſuram facti Novi Operis, & nomina eorum, quibus nunciatum eſt; Frider. *d. c. th. 9. num. 15. & th. 13. num. 23. & ſeq.* Ex æquitate tamen Dominus, quo abſente atque ignorante Opificibus facta eſt nunciatio, audiendus eſt, ſi in continenti probare velit, ſe habere jus ibidem ædificandi. Bachov. *d. Diſp. th. 1. lit. F.* vid. *ſeqq. §. 33. inf.*

Subj. paſſ. N. ſunt parantes, item domini operisve nom. præſentibus, opifices, &c. etiamſi non renunciaverint, ratio eſt in *L. 10. ff. h. t.*

Dominus tamen habet regreſſum.

& an ... ſe jus ædificandi habere.

XIX. Ex dicta ratione Legis *10. ff. h. t. & l. 1. §. 5. ff. eod.* nunciatio facta etiam tenet Dominum, qui eſt infans vel furioſus. *d. l. 10. & l. 11. ff. eod.* junct. *l. 46. ff. de O. & A.* Nec refert, quis ſit iſte, vel cujus conditionis, qui in re præſenti fuit: Dominus ipſe, nec ne. Nam ſive nuncietur mulieri, vel puero, vel puellæ, vel ſervo, vel mercenario, tenet nunciatio. *d. l. 5. §. 3. d. l. 11.* Et hæc reſtringenda ſunt ad ipſum actum realem nunciationis. De cætero fieri debet intelligenti, qui poſſit renunciare, vel idoneam notificationem facere iis, qui cavere queunt. *l. 11. ff. eod.* Hahn. *ad Wſ. h. t. N. 3. in med.* Sin nemo adſit, qui renunciare poſſit, nunciatio nec effectum habebit. per *l. 4. §. 6. ff. de damn. inf.* Molina. *d. D. num. 20. inf.* Si res, in qua Opus Novum fit, plurium ſit, uni factâ nunciatione (modò non à ſocio, *præc. §. 13. inf.*) omnibus reliquis nunciatum cenſetur. *d. l. 5. §. 5.* Si tamen unus ædificare non abſtinuerit, is in ſolidum obligabitur. *d. §. 5. l. 18. ff. d. t.* Porrò non ſolum proximo vicino, ſed & ſuperiori opus facienti O. N. nunciari poteſt; nam & ſervitutes

N. ſit præſentibus cujuſcunque conditionis, modo intelligentibus.

Si plures N. O. parant.

Vicino non proximo.

quum ſupe-
riori; non
vero Magi-
ſtratus niſi
proteſtando
vel ſi Magi-
ſtratum per-
petuum, hunc
habeat.

quædam intervenientibus mediis locis eſſe queunt. *l. 8. pr. ff. h. t.* Sed Jure Rom. hæc Nunciatio Prætori & Magiſtratibus majoribus, durante officio, fieri haud potuit, *d. l. 5. §. 7.* eſt enim quaſi in jus vocatio. *l. 2 ff. de in jus voc. l. 48. ff. de judic. l. 32. ff. de injur.* Attamen de ſuo quis poterit proteſtari impedimento, quod eundem habebit effectum, nam nunciatio poſtea facta retrotrahitur. Verùm perpetuo Magiſtratu fungenti rectè nunciatur. Gothofr. *ad d. l. 5. §. 7. lit. f. & h.* Sic cùm moribus noſtris Magiſtratus ſint perpetui, & Majores quoque in jus vocari queant, iisdem hodienum N. fieri poterit. Buſ. *ad d. l. 5. §. 7. num. 3.* Gail. *l. 1. Obſ. 74.* Ummius, *de proc. jud. D. 5. th. 7. num. 38.* Bachov. *d. D. 18. th. 3. lit. E.* add. ſuprà *ad tit. de in jus voc. §. 6.*

Objectum eſt
N. Opus in re
ſoli vel ſolo
cohærenti.
Limit.

XX. Objectum Nunciationis eſt ipſum Novum Opus, in re ſoli, vel ſolo cohærenti paratum. Nam licet quisque in ſuo regulariter pro libitu, & per conſequentiam cum alterius incommodo ædificare queat, *l. 9. l. 24. ff. de S. P. U. l. 26. ff. de damn. inf. l. 8. C. de ſerv. & aq.* hoc tamen limitatur, ſi forma certa à lege vel ſtatuto præſcripta, *l. 11. ff. de S. P. U. l. 12. §. 3. C. de ædif. priv.* ſi fiat contra ſervitutem conſtitutam, *l. 9. C. de ſerv. & aq. d. l. 12. §. 1.* vel ex invidia, malitia, & ad æmulationem, Germ. vocatur Neidbaw, *l. 3. pr. ff. de op. publ. Nov. 63. c. 1.* add. Gail. *l. 2. O. 69. per tot.* & officiat alterius lumini vel aëri. *l. 61. ff. de R. I.* In Opere autem Novo & ſoli & cœli menſura facienda eſt, *l. 21. §. 2. ff. quod vi aut clam.* ſi in alienum immittatur, *l. 5. §. 8. ff. h. t. l. 8. §. 5. l. 14. l. 17. ff. ſi ſerv. vind.* ſi fundamentum domûs vicinæ periclitetur, *l. 24. §. ſ. ff. de damn. inf.* vel aliud quid in ſuo faciat, quod nobis præjudicio ſit. *l. 5. §. 10. add. §. 9. ff. h. t.* Cujus Exemplum habes apud Klock. *Relat. 40.* add. Struv. *S. I. C. Ex. 39. th. 8.*

Novum Opus
dicitur
1. Si modò
inchoatum in
re immobili.

XXI. Requiritur ergò h. l. (1.) Opus non perfectum, ut in *l. 5. §. 1. ff. de V. S.* ſed inchoatum: quaſi facies quædam facta operis, *l. 5. §. 2. l. 20. §. 3. ff. h. t.* vid. *præc. §. 10.* & quidem in re ſoli vel ſolo cohærente, cujus ædificatio vel demolitio opus continet, & priſtinam faciem mutat. *l. 1. §. 11. & 12. ff. h. t.* In mobilibus enim N. O. N. locum non habet. Hinc, ſi quis meſſem faciat, arborem ſuccidat, vineam putet, &c. non poteſt ipſi N. O. nunciari, quamvis in ſolo quid fieri videatur: cùm fructus pendentes ſint pars fundi, *l. 44. ff. de R. V.* quia tamen ad priſtinum ſtatum reduci nequeunt, ceſſat nunciatio; *d. l. 1. §. 12. ff. h. t.* ſed quomodo tunc ſuccurratur? vid. Schwanmann. *O. 155. num. 7.* Bocer. *cl. 4. D. 18. th. 67.*

ratio.

2. Novum de-
mum paretur.

XXII. (2.) Ut Novum Opus paretur. Non itaque pertinet ad præterita, ſed futura. Si enim quid operis jam factum, quod fieri non debuit, ceſſat hoc N. O. N. edictum, & tranſeundum ad Interdictum, quod vi aut clam factum

factum, ut reſtituatur. *d. l. 1. §. 1.* Carpzov. *l. 1. Reſp. 6.* ubi *inſin.* præjud. Gail. *d. obſ. 16. num. 16.* Et ſicut factum perfectum, i. e. ædificatum vel deſtructum neceſſe non eſt: ita nec ſola deſtinatio ſufficit, ſed, ut per deſignationem, vel aliquam præparationem opus futurum declaretur, *l. 1. §. 8. l. 5. § 2. inſ. ff. h. t.* ex. gr. Si quis locum, in quo N. O. fieri debet, purgavit, vel lapides, calcem, ligna, vel alia materialia eum in finem convehi curavit. poſt Oldend. *cl. 3. act. 7.* Frider. *d. c. th. 4.*

Quando dicatur N. O. putari?

XXIII. (3.) Ut Novum tale pateat, quo ædificando vel aliquid detrahendo priſtina rei forma mutatur. *d. l. 1. §. 11.* Hinc Nov. O. nunciari non poteſt, ſi quis fulciret ædificium, quia tantùm veteri ſuſtinendo remedium adhibet *d. l. 1. §. 13.* Idem dicendum de ſimplici refectione, quâ nihil additur, nihil detrahitur. arg. *l. 76. ff. de judic.* Nec obſt. *l. 1. §. 6. ff. de rivis,* ubi reficiens dicitur ædificare, nam diſting. ex *l. 83. § 5. inſ. ff. de V. O.* inter refectionem ſimplicem, de qua in *d. l. 1. §. 6.* & non ſimplicem. Aliud enim eſt, ſi priſtina forma aliquid adjiciendo vel detrahendo immutetur, v. gr. ſub tali ſpecie locum altiorem vel humiliorem faciendo. arg. *l. 1. §. 1. ff. de via publ.* Ant. de Amat. *dec. 64. n. 38. & 43.* Mev. *p. 3. dec. 168.* Bardili, *d. D. th. 24.*

3. Ut forma priſtina mutetur.
An ſola refectio N. O. indicari? Diſt.
Obj. Reſp.

XXIV. Illud non refert, ſive Novum Opus fiat intra oppida, ſive extra illa, in villis, vel agris, in privato, ſive publico loco. *l. 1. §. 14. & 17. l. 3. §. 1. ff. h. t.* In ſuo, vid. *præc. §. 20. in pr.* vel alieno. *l. 5. §. 8. & 10. ff. h. t.* In mari, vel in littore; *d. l. 1. §. 18.* In loco vel profano, vel ſacro, vel religioſo. *d. l. 1. §. 17. c. 1. & 2. x. eod.* Nam in præjudicium unius Eccleſiæ alterius ædificatio non permittitur. *c. 3. x. de Eccleſ. ædif. vel repar. c. 43. cauſ. 16. q. 1.* Non obſt. *d. l. 1. §. 1.* ubi Nunciatio negatur, non propter qualitatem loci; ſed operis, quia ibi opus jam erat abſolutum. Si autem Opus Novum fiat in pluribus locis diſſitis, quia in re præſenti fit N plures Nunciationes ſunt neceſſariæ, & conſequenter plures remiſſiones, *l. 5. §. 16. ff. h. t.*

In quibus locis?
an in loco religioſo?
Obj. Reſp.

XXV. Quoniam neceſſitas facit licitum, quod non licitum eſt in lege; *c. 4. x. de R. I.* Excipiuntur (1.) Opera publica, quorum executio pertinet ad publicam ſalutem, utilitatem & ſecuritatem, ex. gr. ſi quis rivos vel cloacas velit reficere vel purgare. *l. 5. §. 11. ff. h. t. l. ſ. ff. de rivis. l. 1. §. 2. ff. de cloac.* (2.) Quorum mora & dilatio periculum vel damnum allatura eſt, e. gr. ſi quis in præſentiſſimo ruinæ periculo ædificium deſtrueret, ut reædificaret, ſpreta vicini nunciatione, opus perficere poteſt. *d. l. 5. §. 12. & 13.* Gail. *d. O. 16. num. 4. 8. & ſeqq.* Ceſſante verò periculo, ſecundum jura procedendum. Mevius, *p. 3. dec. 164.*

Excip. Opera publica,
quæ moram non patiuntur.

Forma conſiſtit in prohibitione
ſit ratione Modi.
Loci.

XXVI. Forma hujus remedii conſiſtit non in proteſtatione, *prec. §. 2.* ſed ipſâ inhibitione, ne quis in opere pergat, Circa hanc autem conſideranda veniunt Modus, Locus & Tempus. Ratione Modi, quomodo fiat authoritate vel publica, vel privata, & hæc verbis, vel factis. vid. *praced. §. 6. & 7.* Quoad Locum, Prætor ad legitimam nunciationem requirit, ut fiat in re præſenti, i. e. in loco, ubi fit Novum Opus, ut nimirum confeſtim ab opere diſcedatur, *l. 5. §. 2. 3. & 4. ff. h. t.* etiamſi in pluribus locis opus fiat, *d. l. 5. §. 16.* unde ſi alibi, e. gr. in foro, i. e. extra locum operis Nunciatio facta, inutilis eſt, ſcilicet antequam dominus ad locum venire, & operarios prohibere poſſit. *d. l. 5. §. 4.* Frider. *d. c. 30. th. 13. num. 25.* Ratione Temporis, nihil intereſt, quando interponatur, *l. 1. §. 4. ff. h. t.* modò tempeſtivè & antequam Opus perficiatur, *praced. §. 10. & 20.* etiam die feriato, propter generalitatem *d. l. 1. §. 4.* junct. *l. 2. & 3. ff. de fer.* quod tamen Chriſtiani, ob Præceptum Divinum, non niſi de caſu neceſſitatis accipiunt. add. *l. 3. & l. f. C. d. t.* Bardili. *d. D. th. 30.*

Temporis.

Cauſa Nunciationis non exprimenda,

niſi petatur.

XXVII. Cauſam Nunciationis, quæ triplex dicitur in *d. l. 5. §. 9.* ut nunciatus ſtatim adjiciat, regulariter neceſſe non eſt, ſed utile, ut generaliter, ſcilicet Opus fieri ad ſcandalum, vel in præjudicium juris ſui, ad æmulationem, &c. exprimatur, quamvis Nunciatio regulariter teneat, & nunciatus ad deſiſtendum obligetur, ſive jure, ſive injuria nunciatum ſit. *l. 1. pr. ff. h. t.* Cauſæ enim cognitio non requiritur ad N. actum, ſed ipſius N. juſtificationem coram Prætore faciendam. arg. *d. l. 1. §. 1.* Si tamen is, cui nunciatur, cauſam prohibitionis petat, eam exprimendam eſſe, rationes adducit Frider. *d. c. th. 14.* ſolam tamen allegationem poſſeſſionis ſufficere, tradit Buſ. *ad d. l. 1. num. 4.* Donec verò aperiatur, ab operè præcisè deſiſtendum haud eſſe, monet Mevius, *ad Jus Lub. p. 3. t. 12. art. 15. num. 15.* Tandem ſuper peracta Nunciatione privatâ Notarium & teſtes adhiberi, & Inſtrumento deſuper confecto omnia ſpecificè inſeri, dictum eſt *d. §. 6. & 18.* & ſic etiam referendum, ſi quid Operis jam factum eſſet, ut appareat, quid forſan poſtea factum ſit. *L. 1. §. 1. ff. h. t.*

Inſtrumenta ſuper Nunciatione quomodo fieri debeant?

Finis intermedius,
ultimus.

XXVIII. Finis eſt vel Intermedius, ut Novum Opus parans, poſt nunciationem, confeſtim ab opere diſcedat, donec conſtet jus ædificandi vel deſtruendi habere *l. 5. §. 17. ff. h. t.* Ultimus eſt juris noſtri conſervatio, damni propulſio, & juris publici tuitio. *l. 1. §. 16. & 19. ff. h. t.* Effectum ut producat, Nunciatio ſecundum omnia cauſarum genera debet eſſe legitima, unum ſi deficiat, Nunciatio eſt nulla, & opus poteſt perfici, *l. 1. §. 12. l. 2. l. 5. §. 1. 4. & 17. ff. h. t.* Gail. *d. O. 16. num. 4.* Carpzov. *l. 1. Reſp. 7. n. 2. & ſeqq.*

Effectus Nunciationis allegitimæ.

XXIX.

Digitized by Google

XXIX. Effectus Nunciationis legitimè factæ eſt vel primus vel ortus: Ille iterum eſt vel proprius tàm Actori, quàm Reo, vel utrique communis. Hic in eo conſiſtit, ut nuncians vel nunciatus ſe adverſario poſtulante non defendens, etiamſi poſſeſſor ſit, petitoris partes ſuſtineat. *l. 15. ff. h. t.* Proprius reſpectu Actoris vel Nunciantis eſt (1.) Amiſſio poſſeſſionis; ſuprà §. 8. (2.) ſi injuſtè nunciaverit, tenetur actione injuriarum, *l. 13. §. 5. ff. de injur.* & ob turbatam poſſeſſionem etiam conveniri poteſt, v. gr. Interdicto uti poſſidetis *l. 8. §. 5 ff. ſi ſerv. vind.* Reſpectu Rei vel Nunciati eſt, ut nunciatione facta ſtatim abſtineat. *l. 1. pr. l 8. §. 4. l. 20. §. 1. ff. h. t.* Et non tantùm ipſe, ſed etiam ejus hæredes ab opere cœpto deſiſtere ac quieſcere debent, *d. l. 8. § 5.* quod idem de particulari Succeſſore dicendum, v. gr. ſi Nunciatus posteà prædium vendiderit, emptor tenebitur, *l. 5. junct. l. 10. ff. h. t.* Nam Novi Operis Nunciatio reſpectu Nunciati eſt realis, & quemcunque poſſeſſorem obligat, *d. l. 8.* reſpectu verò Nunciantis eſt perſonalis *d. l. 8. §. 6. & 7.* add. infrà §. 35. Sin Nunciatus, ejusve hæredes, vel Succeſſores ſingulares ſpretâ nunciatione aliquid fecerint, Interdicto reſtitutorio obligantur ad deſtruendum, quod poſt nunciationem factum eſt, *l. 20. pr §. 1. 3. 11. l. 21. §. 1 ff. h. t.* & quidem propriis ſumptibus. *l. un. C h. t. c. 1. x. h. t.* vid. tamen diſt. in §. *ſeq.* Quantum poſt nunciationem ædificatum eſſe Nuncians ex inſtrumento demonſtrabit, vel hoc deficiente, aliunde probaverit. Gylmann. *Symph. p. 3. tom. 2. T. 9. ſuppl. 1.* Grav. *Concl. Pract. 16. num. 9.* Interdum tamen Actor mavult recipere pecuniam. *d. l. 21. §. 4.* Nec quæritur, ſive jure, ſive non jure, ſed tantummodò conſideratur, an contra Edictum Prætoris quid factum ſit, ut illud ceu attentatum quoddam coërceatur; *d. l 1. pr. & §. 7. d. l. 20.* Gail. *l. 1. O. 16. n 2.* in quam rem vid. Vota Cameralia *in Cauſa* Cölln *contra* Gülich, *Mandati inhib. & demolit.* apud Klock. *Relat. 40.* quod tamen Mevius ad Nunciationem per Prætorem factam vult reſtringi. *ad Jus Lubec. p. 3. t. 12. art 15. num. 4. & ſeqq.*

Legitimæ Eff. Primus communis. Proprius, rat. Actoris. ratione Rei.

an obliget hæredem? an emptorem? ratio.

N. ſpreta Nunciatione tenetur Opus deſtruere propriis ſumptibus.

XXX. Cùm, factâ Nunciatione, utraque pars ſe committat juriſdictioni Prætoriæ ſive Magiſtratûs, ut deſuper cognoſcat: *l. 1. §. 9. ff. h. t.* Effectus ortus conſiſtit in duplici Interdicto, quo & Nuncianti & Nunciato ſubvenitur. Primum eſt, uti *in præc. §.* dictum, Demolitorium, vel Reſtitutorium, *l. 20. pr ff. h. t.* quod competit Nuncianti, ejus hæredibus & ſucceſſoribus, *d. l. 20. §. 6.* contra Nunciatum, qui posteà Opus fecit, vel factum ratum habuit, *d. l. 20. §. 7.* ejusque hærêdes, *l. 8. §. 5. l. 20. §. 8. l. 22. ff. h. t.* & ſucceſſores ſingulares, *l. 5. ff. h. t.* ad id, quod poſt legitimam nunciationem, ſive jure, ſive injuriâ, factum, deſtruendum.

Eff. Ortus.

Competit I. Interdictum Demolitorium.

l. 1. pr. & §. 7. l. 20. §. 10. & ſeqq. l. 21. §. 1. ff. h. t. In quo differt ab aliis interdictis. Hoc interdictum reſpectu nunciantis eſt rei perſecutorium, & datur perpetuò, *d. l. 20. §. 1. & ſeqq. & §. 6.* reſpectu nunciati eſt pœnale, quatenus ſpretâ nunciatione factum propriis ſumptibus deſtruere debet. *l. un. C. h. t.* etiamſi Eccleſia eſſet. *c. 1. & 2. x h. t.* vid. tim. *c. 3. x. de Eccleſ. ædif.*

Hæres non propriis ſumtibus deſtruit. Quoniam autem hæres in pœnam non ſuccedit, *l. 22. ff eod. l. 33. ff. de O. & A.* ille aliusve ſucceſſor ſingularis ſumptus deſtructionis non ſolvit, ſed tantùm patientiam deſtruendi Operis adverſario præſtat. *l. 20. §. 8. l. 22. l. 5. ff. h. t.* Sic pariter Dominus, ſi ipſo invito vel inſcio quid factum, vid. *præc. §. 18.* tantùm præſtat patientiam deſtruendi,

Quando renunciet opifices? & opifices, qui ad nunciationem non quieverunt, nec domino culposè renunciarunt, expenſas ſolvere debent. Frider. *d. tr. c. 32. th. 4.*

Quomodo hodiè deſuper in Cam. Imp. procedatur? XXXI. Hodiè, & quidem in Camera Imperiali, ſi Reus ſit Immediatus, vid. Gail. *d. O. 16. num. 12. inſ.* & nunciatione legitimâ; ſed ſpretâ, item opere poſteà extructo, nondum tamen abſoluto, doceatur, & prudenter ſupplicans in libello non tantùm petat demolitionem, item inhibitionem, ne pergat in opere, vel impoſterum tale quid denuò faciat, ſed & damni & intereſſe refuſionem, mit Erſtattung alles erlittenen Schadens und *Intereſſe. l. 12. §. 7. C. de ædif. priv. l. 21. §. 7. ff. h. t.* junct. *l. 4. §. 8. ff. de damn. inf.* communiter ſolent decerni Mandata Demolitoria & Inhibitoria, Reſtitutoria ſine Clauſula; Klock. *loc. cit.* Frid. *d. c. 32. th. 5.* Rhoding. *Pand. Jur. Cam. L. 3. T. 10. n. 4. 12. & ſeqq.* Gail. *l. 1. O. 16. num. 15.* ubi jungit præjudicia Mandatorum de demoliendo C. C. Schwanmann. *obſerv. 137. & ſeqq.* & *Proceſſ. Camer. l. 1. c. 10.* ubi jungit formulam Mandati. vid. Acta in *Cauſa Epiſc. Spirenſis contra civitatem Imp. Spirenſem Citat. ad vid. &c. cum Mandato reſtitutorio C. C.* Die *Demolition* des Uberheimiſchen Veſtungs-Bau betreffend, *agitata à 14. Sept. 1623. ad uſque 27. Sept. 1627.*

2. Interdictum Prohibitorium, quid ſit. XXXI. (2.) Alterum Interdictum eſt Prohibitorium, de quo in *l. 20. §. 9. & 10. ff. h. t.* & datur nunciato contra impedientem nunciatorem, qui intra conſtitutum tempus de jure ſuo prætenſo non docuit, aut ipſi cautum ſit, ſed oblatam cautionem idoneam ex illegali ratione accipere recuſet, *d. l. 20. §. 9. 13. & 15. l. 5. §. 17. ff. eod.* ad hoc, ut prohibeatur impedire, quo minus opus facere liceat; *d. l. 20. §. 9. & 10.* nam multi per ſolam invidiam intermiſſionis cauſam præbent, *l. 12. §. 7. C. de ædif.* quamvis per ſatisdationem ſecuri ſint, *l. 21. §. 4. ff. h. t.* & ob

Ejus qualitas. decus urbium ædificia non derelinqui debeant. Hoc interdictum ex parte Actoris eſt rei perſecutorium, Perpetuum, ac Heredi cæteriſque ſucceſſoribus competens.

petens. *d. l. 20. §. 5.* De Tempore autem ſtatuto, & ſatisdatione præſtanda, vid. *ſeq. §. 37.* In Camera Imperiali, ſi uterque ſit immediatè ſub Camera, & ſupplicans in poſſeſſione vel quaſi juris ædificandi, nec ad alterius injuriam, æmulationem, vel contra LL. publicas; ſed & in ſolo ac fundo ſuo ædificet, & cautionem idoneam de demoliendo, ſi contra jus ædificatum conſtiterit, oblatam & inſinuatam docuerit, Mandatum de non impediendo novo opere, (vel Inhibitorium turbationis, vel permiſſorium, vel de integrando Opere) S. C. decerni ſolet, teſte Rhoding. *d. l. num. 14.* Frider. *c. 32. th. 2.* Schwanm. *de proc. l. 1. c. 10. n. 2. & 6* & *c. 11. num 7. obſ. 137.* & Carpz. *l. 1. Reſp. 7.* add. Gilhauſ. *arb. jud. civ. c. 4. ram. 1. de Mand. §. 5.* Gylmann. *Symph. t. 2. p. 3. 1. 9.* ubi multa præjud. Sed hoc interdictum ceſſat in cauſa nudæ repromiſſionis, *d. l. 20. §. 13.* vel ſi quidem ſatisdatum ſit, ſatisdatio tamen non perſeveret, *d. l. §. 14.* vel non amplius ſtet per nuntiatorem, quo minus ſatisdetur. *d. l. §. 15.*

In Camera Imperiali quomodo hoc caſu ſupplicetur, & decernatur?

Quando non habeat locum?

XXXIII. Contraria quod attinet, Nuntiatio eſt vel ab initio nulla; ſi ſcilicet unum vel alterum requiſitum deficiat, aut ex alia ratione locum non habeat, prout ex præcedentibus jam patet, vel legitimè facta ex poſtfacto ceſſat, vel Dominii mutatione, vel nunciationis Remiſſione. I. Illa fit (1.) Morte Nuntiantis, non verò Nuntiati, quia ratione hujus eſt realis, & ratione illius perſonalis eſt, & proin cum ipſo extinguitur, *l. 8. §. 6. & 7. ff. h. t.* modò Nuntians re adhuc integrâ deceſſerit. Si verò ante ejus mortem contra nunciationem aliquid factum ſit, Nuntians ad hæredes ſuos transmittit effectum ejus, Interdictum ſcilicet Reſtitutorium ſeu Demolitorium. *l. 20. §. 6. ff. h. t.* Sæpè enim contingit, ut negotium quidem finiatur, obligatio tamen & actio ad hæredes tranſeat. Bardili, *d. D. th. 38.* vid. ſuprà *§. 29.* (2.) Alienatione Rei, cujus intuitu nunciatum, à Nuntiante citra neceſſitatem facta; quia & tunc ipſius intereſſe deſinit. *d. l. 8. §. 6.* ibi Gloſſ. *ff. h. t. l. 3. § 3. ff. de al. jud. mut. cauſ.* Sin nunciatus poſt nunciationem, rem, in qua ædificare cœpit, alienaverit, nuntiatio non extinguitur, & hac prohibitione tenetur ſucceſſor, ut ante impetratam remiſſionem impunè in opere pergere nequeat, quia res tranſit cum onere ſuo. *l. 9. l. 5. ff. h. t.* Manz. *dec. Palat. q. 21. & 22.*

Contraria. Vel eſt ab initio nulla, Vel finitur ex poſtfacto. I. Dominii mutatione, 1. Morte Nunciantis, Ratio. Limitatio.

2. Alienatione Rei liberè a Nunciante facta. Secus ſi à Nunciato.

XXXIV. II. Nuntiatio extinguitur Remiſſione, eaque privata vel publica. Illa eſt, quæ privatâ fit authoritate, vel ab ipſo Domino, vel ejus Procuratore cum ſpeciali mandato, *l. 15. §. 1. 2. ff h. t. l. 7. §. 1. ff. quib. mod. pign. ſolv.* vel ſpontaneo motu, vel pacto & conventione, inter illos, quorum intereſt. *l. 1. §. 10. ff. h. t. l. 20. §. 2. ff. quod vi aut clam.* Datur exceptio pacti conventi, ſi ad rem familiarem reſpiciat. *l. 7. §. 14 ff. de pact.* Publica

II. Remiſſione privata,

vel publica, ſit immediatè à Lege, 1. Ob neceſſitatem. 2. Injuſtitiam notoriam.

iterum ſit vel immediatè à Lege, vel mediatè à Prætore ſive Magiſtratu. A Lege ſit (1.) Simpliciter, quando ſcilic. impunè ſpernitur nuntiatio, v. gr. propter publicum intereſſe, & moram damnoſam, *præt. §. 25.* item, ſi fiat in loco jam per litis pendentiam controverſo. Mevius, *p. 2. dec. 108.* Frider. *c. 31. th. 4.* (2.) Si nunciatio ſit notoriè frivola atque injuſta. In dubio quidem facti Nuntiatione Nuntiatus quieſcere debet, ſi tamen illa notorietas ex inſtrumentis, vel re judicata, vel facti evidentia appareat, ipſa lex Nuntiationem, tanquam per calumniam factam, remittit, & Nuntiato liberam ædificandi poteſtatem permittit. Schwanm. *de proc. l. 1. c. 59. num. 19.* Klock. *d. l. num. 19.*

3. Per ſatisdationem contra ædificantem.

XXXV. (3.) Remittitur Nuntiatio interveniente facto hominis, ſi Nuntiatus præſtiterit ſatisdationem de opere propriis ſumptibus iterum deſtruendo, ſi apparuerit, ſibi jus ædificandi non fuiſſe. Sicut enim Prætor Nuntianti dedit jus privatum prohibendi, ita & Nuntiato conceſſit remedium, extra judicium privatim ſatisdationem offerendi, & de præſtando, quanti ea res erit, quo caſu in opere poteſt continuare, & ſic utrique parti conſulitur. *l. 1. §. 2. l. 5. §. 17. l. 8. §. 2. l. 12. l. 20. §. 3. 9. 13. l. 21. §. 1. & 7. ff. l. ult. C. h. t.* Idem eſt, ſi ad ſatisdandum boni viri arbitratu paratus ſit, ſed ex cauſa inſufficiente per Nuntiantem ſtet, quo minus ſatisdetur, *d. l. 5. §. 17. d. l. 20. §. 5.* (ſecus ſi per ædificantem. Mevius, *p. 7. dec. 32.*) Sed aliud eſt, ſi Nuntianti notoriè irreparabile damnum ex opere conficiendo oriatur. Schwanmann. *d. c. 11. num. 4.* Similiter, ſi periculum inter partes eſt æquale, Nuntiantis conditionem potiorem vult haberi Klock. *d. l. num. 26.* ſed vid. Mev. *p. 2. dec. 180.* Brunnem. *ad l. 20. ff. h. t. num. 13.* Si tamen cautum non perſeveret, v. gr. ob interventientem inopiam, vel mortem, denuo ſatisdari poteſt *d. l. 20. §. 14.* Et ſi plures ſint, unius cautio ſufficit, ſicut & uni ex pluribus nuntiantibus, ſi nimirum inter eos ita conventum, aliàs ſingulis cavendum eſt *d. l. 21. §. 5. & 6.* Nuntiatio autem de jure Pandectarum ſemper remitti poteſt, ſed quodammodo limitatur jure Codicis, quo Imperator Juſtinianus vult cauſam de N. O. ita comparatam eſſe, ut intra ſpatium trium menſium dirimi non poſſit. (quod tempus ad actionem inſtituendam pertinere vult Mev. *p. 4. dec. 237.*) & cauſa illis elapſis non finitâ demum ſatisdationem accipere teneri. *l. ult. C. h. t.* ibi Brunn. quod etiam probatur *c. pen. & ult. x. h. t.* Chriſtin. *V. 4. dec. 148. n. 5.* Viv. *d. l. n. 5.* Frider. *c. 31. th. 8. n. 26.* Gail. *d. O. 16. n. 17.* ubi allegat præjudic. Cam. Imper. addito tamen, hoc tempus hodiè propter multitudinem cauſarum practicè haud obſervari; quod confirmat Rhoding. *d. l. num. 8.* & cum pluribus præjudiciis Schwanman. *d. tr. c. 11. num. 5. & ſeqq.* Hering. *de fidej. c. 15. num. 97.*

Lim. Si nuntians impediat.

Item, ſi ob nimium damnum.

Quid ſi periculum ſit æquale?

An ſatisdatio repetenda?

Si plures ſint.

Jure Cod. ſi cauſa non poſſit intra 3 Menſes terminari, ſatisdatio demum accipienda. Hodiè non, ſed Judicis arbitrio relinquitur.

num. 97. Umm. *Proc. D. 7. num. 26. in med.* & idem de praxi, quâ Judicis arbitrio relinquitur, quando ſatisdatio admitti debeat, teſtantur Carpz. *d. Reſp. num. 12. & ſeqq.* Struv. *d. l. th. 102.* poſt Pichardum, Bardili, *d. D. th. 41.* Hahn. *d. l. N. XIX.* Sic Jure Lubecenſi tali cauſæ ſpatium XIX. dierum eſt præfixum, *lib. 3. tit. 5. art. 5.* Proceſſus enim omni ſtudio maturandus eſt. Hinc apparentè ædificantis iniquitate, vel exiſtente quodam Statuto, neque elapſo trium Menſium ſpatio, ſatisdatio de cætero idonea admitti poteſt, ſine injuſtitiæ nota. Mevius, *p. 2. dec. 179. & 180. p. 3. dec. 380. & 401. p. 4. dec. 230.* Struv. *d. l. th. 12.* Multò minus nunciatori invito, & jus ædificandi non eſſe ſtatim probare volenti, obtrudi poteſt; Frider. *c. 31. th. 8. num. 27.* quoniam non eſt locus ſententiæ proviſionali, quando principale decidi poteſt. Chriſtin. *d. l. num. 7.* Sicut autem ſatisdatio neceſſaria eſt, ſi ſcil. opus fiat in loco privato; Chriſtin. *d. l. num. 1.* ita pro ſatisdatione nuda ſufficit repromiſſio, in caſu *l. 8. §. 3. ff. h. t. l. 1. §. 6. ff. de prec. ſtip.* niſi opus, quod fit in loco publico, commodum privatum concernat; quâ de cauſa petendo cautionem damni infecti aliter ſatisdare debet. *L. 1. §. 18 ff. h. t. l. 24 pr ff. de damn. inf.*

Jur. Lubec. verb. ſi

Si neque ædificante.

Si ædificans jus velit probare.

Repromiſſio ſufficit in nuda ſatisdatione.

Limit.

XXXVI. Prætor vel Magiſtratus nunciationem remittit vel (1.) Si Nuntians petitum juramentum calumniæ, (daß er ſolch Verbott nicht gefährlicher Meynung, noch aus Haß oder Neid, zu Verdruß; ſondern ſeiner Nothdurfft und habender Gerechtigkeit nach, begehre:) præſtare nolit, in ipſa ſcilicet nunciationis juſtificatione. *l. 1. §. 9. l. 5. §. 14. ff. h. t.* ibi Brunnem. *num. 11.* ubi idem in jure Retractûs utente requirit, quòd ſc. ſibi & in uſum ſuum retrahat. junct. *N. 124. c. 1. inſ.* Hahn. *h. t. N. XI. verb. Antequam.* Bocer. *cl. 4. D. 18. th. 98. & 106.* Mevius, *d. l. num. 35.* Francofurt. Reformat. *d. l. num. 5.* Et hoc pejurandum deferenti non refertur. *d. l. 5. §. 14.* (2.) Si procuratorio nomine nunciavit, & eam rem Dominum ratum habiturum non ſatisdederit. *l. 5. §. 18. l. 13. pr. ff. h. t.* Bocer. *d. l. th. 99.* (3.) Si ipſe Prætor, cauſâ cognitâ, Nunciantem non habere juſtam cauſam nunciandi: ſed alterum ædificandi, judicaverit. *l. 1. pr. l. 21. §. 2. ff h. t.* Frider. *c. 31. th. 6. & 9.* Unde etiam ante cognitionem prohibere poteſt, ſi de non jure appareat, de Amat. *dec. 64. num 10.* quod tamen inſciâ parte fieri non debet. Frider. *th. 5. num. 20. & 24.* Mevius, *p. 3. dec. 370.* In materia N. O. N. regulariter à ſententia conceditur Appellatio; ſed hic durante, non utrique datur permiſſio ædificandi, uti explicat Dn. Mevius, *p. 2. dec. 179.* In permultis tamen locis appellatio in cauſis ædificiorum, propter intereſſe publicum, excluditur. Hamb. Gerichts-Ordn. ibi junct. *Prov. Imp. Carol. V. p. 402.* Reform. Francofurt. *p. 1. tit. 43. num. 11.* & ibi

Modus, à Magiſtratu. 1.

2.

3.

In hac materia poteſt appellari.

ibi junct. *Priv. Imp. Maximil. I. p. 74. fac. 2.* quod vult limitari Mevius, niſi novum & planè inſolitum Opus extruatur. *p. 3. dec. 378.*

Affinia. An liceat deſtruere?

XXXVII. Cognatis annumerari poteſt Jus privatâ authoritate deſtruendi, quod Dominus habet, ſi alius in fundo ab illo poſſeſſo ædificet. Non obſt. *l. 13. ff. quod met. cauſ. l. 9. ff. ad L. Jul. de vi priv.* nam legislatores, ob neceſſitatem publicam, & privatorum utilitatem, etiam privatæ authoritati quid conceſſerunt arg. *l. 3. ff. de J. & J. tit. C. quand. lic. unic. ſine jud. ſe vind.*

Ob. Reſp. Affirm. Ratio.

Sic quodcunque ſolo meo inædificatur, ſolo cedit, & mihi jure dominii acquiritur, *§. 29. & 30. J. de R. D.* & per conſequens Domino, tanquam rerum ſuarum moderatori & arbitro, *l. 21. C. mand.* id pro lubitu deſtruere, aut ædificantem repellere permiſſum, neque N. O. nunciare neceſſe erit. *l. 29. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 27. ff. de S. P. U. l. 22. §. 2. ff. quod vi aut clam. l. 33. ff. de cond. ind.*

Limit.

Frider. *c. 30. th. 12. num. 21.* Hanc tamen ſententiam limitat Bachovius. (1.)

1. Si Novum opus, quod in meo fit, fundamentum habeat poſitum in alieno, *d. l.*

2. *29.* jure dominii non acquiritur. (2.) Si ædificans adhuc ſit in poſſeſſione Novi operis, eamque defendat? tunc enim liberam poſſeſſionem non habeo;

3. ſed illam dubiam facit contradictor. (3.) Si Dominus contra Novum Opus, quod fit in loco proprio, nunciaverit verbis. per ea, quæ *præced. §. 8.* Bachov. *d. Diſp. 18. th. 1. lit. G.*

Comp. Actio Negatoria, Confeſſoria. Electio dantis Nunciatis.

XXXVIII. Inter affinia & modos inhibendi Operis referri poteſt Actio negatoria, quâ, priusquam ædificatum eſſet, experiar, jus illi non eſſe ædificandi, item Confeſſoria. *l. 14. l. 15. l. 19. ff. h. t.* Penes Nunciantem eſt Electio, utrum præciſè demolitionem Operis velit, an id, quod intereſt, accipere, i. e. tantum pecuniæ, quanti ea res erit viri boni arbitratu æſtimata. *l. 21. §. 4. ff. h. t.* Frider. *d. c. 30. th. 5.* add. Schilter. *d. Ex. §. 6. & 10.* Buſius, *ad d. l. 15.* Contra ædificantem Cohæredem vel Socium agitur communi

Comm. divid. Interdicta.

dividundo. *l. 3. §. 1. ff. eod.* Nec non affinitatem habent, præter alia, maximè Interdictum quod vi aut clam, Uti poſſidetis, *l. 1. §. 1. l. 5. §. 10. l. 17. ff. h. t. l. 7. §. 2. ff. quod vi aut clam.* Edictum de damno infecto, de quo mox.

Act. injur.

Quandoque etiam locus eſt Actioni injuriarum. vid. *præc. §. 15.* Gail. *d. O. num. 8.* Frider. *c. 31. th. 2. num. 5.*

TIT. II.

DE DAMNO INFECTO, ET DE SUGGRUNDIIS, ET DE PROTECTIONIBUS.

Cod. *Lib. 8. Tit. 10.*

§. I.

Continuatio.

DIctum eſt de Damno, quod ex Opere futuro veremur; cùm autem non mi-

nus

tius ab Operibus jam factis idem contingere poſſit, hinc Prætor etiam ad talem præcautionem certa introduxit Remed. quæ explicantur in hoc titulo. Ex cujus inſcriptione patet, tres ejus eſſe partes, in quarum prima agitur de Damno infecto, in 2da de Suggrundiis, in 3tia de Protectionibus ſ. Projectionibus.

Rubrum hujus tituli explicatur.

II. Damnum, juxta Paulum, in *l. 3. ff. h. t.* dicitur à damnatione, ademptione & diminutione patrimonii, quæ fit per rei læſionem & corruptionem. Hujus vocabuli ſignificatio in jure varia eſt. (1.) Latiſſimè, omnem læſionem, ſive jure, ſive injuriâ factam denotat, & ita juſtæ pœnæ etiam damnum dicuntur in *l. 8. ff. de pœn.* (2.) Latè, patrimonii deminutionem, *d. l. 3. & t. h. tit.* ſic continet quoque furtum, rapinam. (3.) Strictè, patrimonii deminutionem, quæ fit cum facientis injuria, per rei læſionem & corruptionem, quæ ſignificatio eſt Legis Aquiliæ. *§. 4. Inſt. ad Leg. Aquil.* ſuprà ad *d. tit. §. 7. 9. & 15.* (4.) Strictiſſimè, pro ipſa rei corruptione; unde dicitur in *l. 151. ff. de R. J.* *Nemo damnum dare vel injuriam facere videtur, qui jure ſuo utitur.* Hic intelligitur damnum quodcunque in ſenſu lato, *l. 3. l. 25. l. 28. ff. h. t.* etiam comprehenſo intereſſe, *d. l. 28. l. 37. ff. eod.* vid. *ſeq. §. 17.* quod imminet Domui vel rebus in ea contentis, cuicunque ædificio, vel loco urbano, aut ruſtico, privato, publicove, ex vitio ædium vel opere alterius, *l. 19. §. 1. l. 15. §. 6. ff. h. t.* etiam ex tegulis, arboribus vetuſtis, *l. 24. §. 4. & 9. ff. eod.* ſi nimirum vitio ipſius rei locive, non caſu fortuito, acciderit. *d. l. 24. §. 3. 9. 10.* Molina, *de J. & J. Tom. 3. Diſp. 703. n. 1. & 2.* vid. *ſeq. §. 18.*

Vox Damni Etymol.
Homon.
Latiſſimè.
Latè.
Strictè
Strictiſſimè.
h. l. accipitur in ſenſu lato.

III. Agitur, ſicut etiam h. t. inſcribitur, de Damno infecto, h. e. pendenti, vel nondum facto, ſed quod futurum veremur, *l. 2. l. 7. §. 1. ff. h. t.* etiamſi ex Suggrundiis vel Projectionibus immineat. *vide. h. t. l. 3. §. 12. ff. de his, qui eff. vel. l. 2. ff. h. t.* Subgrundæ vel Subgrundia vocantur partes in tecto, vel qualibet ædium parte, prominentes, ſtillicidii, imbris, ſolis avertendi, aut alterius commodi gratiâ. *l. 242. §. 1.* ibi Gothd. *ff. de V. S.* Wetter-Vor-Dächer. Protectiones, item Protecta, quibus tectum & parietes teguntur. Weſemb. *h. tit.* Sic Cicero tueri tegendo. Alii legunt Projectiones, & continent Partes extra ædificium ita provectas, ut nunquam requieſcant, præcipuè ſpectandi cauſa, ut ſunt Mœniana, *d. l. 242. §. 1.* Erckher, Außgebäu, Solaria, Hyperthyra, Altanen &c. de his vid. *l. 11. l. 12. §. 5. C. de ædif. priv.*

Hic agitur de Damno infecto.
Suggrundia.
Protecta.

IV. Si autem ruinoſa aliave res Damnum minetur, prætor ad illud præcavendum in hoc Edicto diverſa introduxit Remedia. (1.) Jubetur Cautio. (2.) Miſſio in poſſeſſionem ex Primo decreto. (3.) Ex Secundo decreto. (4.) Si quis neque cavere vult, nec pati, ut poſſideatur, ſpecialis Actio contra ipſum datur ad intereſſe.

Quæ remedia ad præcavendum hoc Damnum competant?

I. Remed. Cautionis de-
ſtipuo.

V. Primum Remedium contra Damnum futurum eſt Cautio de Damno infecto, qua, deficientibus omnibus aliis ordinariis remediis, alterum de damno infecto, ſi illud contigerit, præſtando & reſarciendo ſecurum reddimus. *l. 6. l. 7. ff. h. t.* Unde patet, hoc Remedium eſſe Extraordinarium atque Subſidiarium. *l. 13. §. 6. l. 18. §. 2. & 4. ff. eod.* Inutilis enim eſt Damni infecti ſtipulatio, quo caſu damnum aliâ actione ſarciri poteſt. *l. 6. l. 32. in f. ff. d. t.* vid. *ſeq. §. 11.*

C. Eff. Rem.
Prætor
decernit vel
immediatè.

VI. Cauſa Efficiens Remota eſt Prætor, qui hanc cautionem introduxit, illamque, ubi aliud remedium deficit, decernit, ſic non eſt voluntaria; ſed neceſſaria, & ex Prætoris mandato præſtatur. *l. 7. pr. l. 19. §. 1. ff. h. t.* Cum tamen res damni infecti ſæpè celeritatem deſideret, & dilatio hujus cautionis periculoſa ſit: ideò Prætor poteſtatem, & quidem Cautionem ac Poſſeſſionem decernendi etiam Magiſtratibus municipalibus conceſſit. *l. 1. l. 4. §. 3. ff. h. t.* Nec obſt. *l. 26. §. 1. ad munic.* quia Municipales hoc loco non juriſdictionem propriam, ſed quaſi per delegationem exercent; ex rat. in *d. l. 1.* Hodiè hoc negotium pertinet ad omnes Magiſtratus, etiam inferiores, qui civilem habent juriſdictionem.

vel mediatè
per Magiſtr.
municipal.
Obj. Reſp.
Hodiè.

C. Impulſ.
eſt
Generalis,
Specialis.

VII. Cauſa Impulſiva generalis eſt æquitas, quâ Prætor motus curavit, ut timenti damnum caveatur. *d. l. 19. §. 1.* Non enim cogor expectare, donec damnum evenerit. Specialis eſt ipſa poſtulatio, cujus intereſt. Prætor enim non, niſi imploratus, officium ſuum interponit. *d. l. 4. §. 8.* Petitur autem non ordinariâ quadam actione; *l. 6. l. 18. §. 2. l. 32. in f. ff. h. t.* ſed extraordinariâ perſecutione, ſeu, ut hodiè loquimur, officii Judicis nobilis imploratione, ad conſtituendam obligationem per cautionem; adeò, ut hic nec libellus, nec litis conteſtatio requiratur. Bachov. *ad. Tr. V. 2. D. 18. th. 5. lit. D.* Omnia enim abſolvuntur & expediuntur in jure coram Prætore pro tribunali ſedente *l. 4. §. 5. ff. h. t.* Molina, *d. D. num. 6.* Nec partes in judicium ad Judicem pedaneum remittuntur, ut fit in ordinariis actionibus. Quidam tamen putant, eam per actionem ordinariam quoque peti, moti *l. 7. §. 1. & l. 35. ff. h. t.* ubi hæc poſtulatio Damni infecti actio vocatur. Sed Reſp. inde non ſequi, quòd ſit ordinaria & propriè ſic dicta, nec enim ex nomine, ſed cauſis ſuis actiones æſtimantur, maximè cùm hoc Actionis vocabulum ſæpè in jure latè accipiatur, ut etiam extraordinarias perſecutiones ſignificet. *l. 37. ff. de O. & A.* ubi actionum inſtar obtinet. Nec obſt. *l. 5. ff. ne quid in loco publ.* in qua non agitur de poſtulatione cautionis, ſed aliâ actione ex Leg. XII. Tabb. privato conceſſâ. Hahn *ad Weſ. h. t. N. II. in fin.* vid. latè Bachov. *d. th. 5. l. D.*

Petitur Remedio extraordin.

Ratio.

Obj.

Reſp.

Obj. Reſp.

Requiritur

VIII. Ad obtinendam itaque hanc cautionem requiritur petitio legitima

ma pro tribunali, *l. 1. §. 8. ff. h. t.* quæ ſtipulatio Damni infecti dicitur *l. 18. pr. ff. h. t.* ſive per libellum, ſive oretenus, ſecundum cujusvis Judicii ſtylum ſiat, perinde eſt, Bulus, *ad d. §. 8.* ſed regulariter neceſſe eſt ut poſtulans ante omnia juret, ſe non Calumniæ cauſâ, ſed ex juſto damni futuri metu, eum petere *l. 7. pr. l. 13. §. 3. ff. h. t.* Nec inquirendum, an poſtulantis interſit, nec ne? vicinas ædes habeat, an non? *d. l. 13. §. 3.* Ita tamen, ut alieno nomine caveri ſibi petens jurare debeat non calumniæ cauſâ id eum, cujus nomine cautum poſtulatur, fuiſſe poſtulaturum, *d. l. 13. §. 13.* & hoc juramentum dicitur in alterius animam præſtitum. Præterea quoque cautionem de rato præſtabit. *l. 39. §. 3. ff. h. t.* Molina, *d. l. num. 7. & 8.* Bocer. *th. 16.* Excipiuntur à dicta regula, & hoc juramentum remittitur Parentibus & Patronis, eorumque Procuratoribus, hanc cautionem à liberis vel libertis petentibus, amor enim paternus omnem calumniæ ſuſpicionem excludit *d. l. 13. §. 14.* add. *ſeq. §. 11.* Nec tamen Prætoris arbitrium hic prætereundum, an & cui, prævio juramento, cavendum, cui ſine illo? per *d. l. 13. §. 3. inſ.* magis enim eſt, ut veritas facti & querelæ per ocularem inſpectionem inquiratur, & eo ipſo juramentum declinetur, benè monentibus Mevio, *ad Jus Lubec. l. 4. t. 3. art. 4. num. 3* Schultero, *ad ff. Ex. 41. §. 34.*

Petitio hypotheca. Poſtulans debet præſtare juramentum calumniæ, Etiam Procurator jurat, & cavet de rato. Limit.

IX. Hanc Cautionem (quamvis diverſimodè, vid. *ſeq. §. 13.*) præſtare tenentur omnes, quibus Prætor illam injunxit atque mandavit. Mandare autem ſolet illis, qui in rebus vitioſis vel ruinoſis, ex quibus damnum veremur, aliquod jus habent, *l. 13. §. 1. l. 19. pr. ff. h. t.* ut ſunt Domini rerum vitioſarum, *d. ll.* adeò, ut nihil interſit, plenum vel minus plenum dominium habeant, *l. 9. §. 5. l. 10. ff. h. t.* vel pro Dominis reputentur. *d. l. 13. pr.* Porrò illi, qui jus habent dominio proximum, quod hodie ab Interpretibus vocatur utile, v. gr. Superficiarii, *l. 9. §. 4. ff. h. t.* Vaſalli, *arg. h. l.* Emphyteuticarii, *arg. h. l. l. 15. §. 26. & 27. ff. eod.* Uſufructuarii, *d. l. 9. §. 5. & l. ſeq.* (*ex d. §. 5. colligunt, Uſufructuarium ab aliis non poſſe expelli.*) Creditores pignoratitii reſpectu rei ſibi oppignoratæ, *l. 15. §. 25. l. 19. pr. ff. h. t.* item omnes, qui in re vitioſa ſervitutem habent reſpectu illius ſervitutis. *d. l. 11. §. 1. l. 30. pr. ff. h. t.* In loco publico ædificantes Operis duntaxat nomine conveniuntur *l. 24. pr. ff. d. t.* Et ſi res vitioſa ſit pluribus communis, omnes ſocii eam præſtare tenentur. *l. 5. §. 1. ff. h. t.* Ne tamen ſinguli in ſolidum obligentur, conſultum eſt, ut quisque pro ſua parte promittat. *l. 27. ff. h. t.* Interdum tamen etiam cavere debent, qui non habent jus in re vitioſa, ſed tantùm vicinas ædes propè vitioſas poſſident; quia fieri poteſt, ut ædes vitioſæ in non vitioſas incidentes damnum mihi dent; tunc enim ambo, ſcilicet & proximus & remotior, cavere debent, prout hic caſus proponitur in *l. 13. §. 2. ff. h. t.*

C. IX. Pr. Cautionem præſtant, qui habent jus in re, ut: Domini rerum vitioſarum. Nudi propr. Qui habent Utile dominium, Uſufruct. Pignor. Servitutem. Si plures Domini.

Quandoque ædes licet remotas & integras habentes.

S.P. præſtanda Domino,
Heredibus,
Superficiario, &c.
Creditori pignoratitio,
Et omnibus, quorum intereſt.
Non tamen hoſpiti,

X. Quoad perſonas hanc cautionem petentes, & quæ per illam ſecuræ redduntur, præſtanda eſt non tantùm illarum rerum, quibus damnum imminet, Domino, ſive vero, ſive pro tali habito, ſcil. qui juramentum Calumniæ præſtitit, (aliud enim eſt, ſi conſtet, rem à non Domino eſſe comparatam. *l. 11. ff. h. t.*) ejusque heredibus & ſucceſſoribus, ſive in univerſa bona ſuccedant, vel in rei tantum dominium, *l. 24. §. 1. ff. h. t.* ſed & illis, quorum periculo res eſt, *l. 18. pr. ff. h. t.* videlicet Superficiario, Uſufructuario, Vaſallo, Emphyteutecario, *l. 13. §. 8. ff. h. t.* etiamſi Dominus ſimul petierit, *l. 5. §. 2. ff. h. t.* item Creditoribus pignoratitiis. Inter veteres quidem JCtos deſuper erat controverſia. Marcellus id ſtricto jure negavit, verum Ulpian. ex æquitate affirmavit in *l. 11. inſ. ff. d. t.* Porrò præſtatur non ſolùm perſonis jus in re habentibus; ſed & omnibus aliis, quorum intereſt, licet jus tantum ad rem habeant, unde Inquilinis, eorum uxoribus, item his, qui cum ipſis morantur, caveri debet. *d. l. 13. §. 5.* Non verò Hoſpiti, v. gr. qui in meo deambulat, lavat, vel divertit, quia ad tempus valdè exiguum ibi verſatur. *d. l. 13. §. 4.* Et quamvis juxta §. mox præced. eam præſtare non teneantur, qui non habent jus in re; aliud tamen eſt in petentibus; Quisquis enim admittitur, modo regulariter prius de calumnia juraverit. add. ſuprà *§. 8. inſ.*

Non præſtatur inter ſocios.
Nec locator conductori.
Non proprietario à fructuario, nec vice verſa.

XI. Concedenda igitur eſt hæc cautio petentibus, & juramentum Calumniæ præſtantibus, *præced. §. 8.* ſi nimirum alio remedio tuti eſſe non poſſint. *præced. §. 5.* Hinc locum non habet inter Socios, qui rem habent pro indiviſo. *l. 32. l. 40. §. 1. ff. h. t.* Idem eſt, inter quos paries eſt communis ædificiorum nomine, niſi alter ſolus ædificet, aut alter ædificia pretioſiora habeat. *l. 39. pr. ff. eod.* add. *l. 43. §. 1. & 2. ff. d. t.* Bachov. *d. th. 5. lit. F.* De Emptore ædium ante traditam poſſeſſionem vid. *l. 18. §. 9. l. 38. ff. h. t.* Nec Locator conductori vel inquilino, etiamſi ædes conductæ ruinoſæ ſint, eandem præſtare tenetur; aut enim ante locationem conductor ſcivit, ædes illas eſſe ruinoſas, & ſibi imputet, cur tales conduxerit, aut poſt locationem demum in vitium inciderunt, & Dominus eum migrare prohibuerit tunc actione conducti tutus eſſe poteſt, quæ etiam competit ad vitioſas & ruinoſas ædes reficiendas, *l. 13. §. 6. l. 33.* (ubi actio generaliter ſumitur, ut etiam imploratio officii Judicis nobilis contineatur. Bachov. *d. th. lit. D.*) Si tamen conductor emigrans pro penſione præterita non ſatisfecerit, locator juſtam habet retentionem pignoris: modò res illas, ſi poſſit, in locum tutiorem transferat. *l. 24. ff. h. t.* Similiter, ſi ædes, quarum uſumfructum quis habet, ruinoſæ ſint, nec ab uſufructuario Proprietarius, nec à proprietario Fructuarius, de ruina ædium hanc cautionem deſiderare poteſt, Non ille, quia uſufructuarii

rius præſtitit cautionem uſufructuariam, per quam proprietarius tutus eſſe poteſt, ſi damnum ex eo paſſus ſit, quod uſufructuarius ruinoſas ædes non refecerit: Nec hic, quia ad uſufructuarium modica refectio pertinet, *l. 7. §. 2. l. 65. ff. de uſufr. & quemad.* & ſi majores impenſas fecerit, illas aliâ actione repetere poteſt. *l. 20. ff. h. t.* Sin uſufructuarius ex vitio ſoli metuat damnum, aut proprietarius ex opere, quod fructuarius in re fructuaria fecit, tunc cautio damni infecti locum habet, *d. l. 20* & porro dicta limit. niſi alter ex iis proximum aliud habeat prædium. Molina, *n. 26. & 27.* Iisdem denegatur cautio ei, qui illicitè ædificari paſſus eſt, vel qui ipſe ſibi caveri ſuperſedit. *d. l. 15. §. 7. & 11.* Reſp. Limit.

XII. Objectum eſt Damnum infectum, h. e. nondum factum, ſed quod futurum veremur, vitio Ædium, Loci vel Operis nociturum. *l. 1. l. 2. l. 7. §. 1. ibi ratio. l. 18. §. 1. l. 24. §. 5. ff. h. t.* Ad damnum enim jam factum ſeu præteritum, e. gr. ædibus jamjam collapſis, hæc cautio regulariter amplius non pertinet. *dd. ll.* Diſtinguendum tamen. Aut deciderunt ædes, antequam vicinus poſtularet, aut cum jam poſtulaſſet, ſibi caveri? Illo caſu, & ſi negligentiâ non petiit, adverſarius non tenetur de damno, & ſi quæ jacent, pro derelicto habere mavult, nec rudera tollere obligatur. *l. 6. l. 7. §. 5. l. 44. pr. ff. h. t.* (quamvis propterea Dominus ædium ob incuriam non planè ab omni pœna immunis ſit. Carpz. *Pr. Crim. p. 1. q. 27. num. 51.*) Sin propter impedimentum quoddam ſibi non proſpexerit, ob abſentiam Reipubl. cauſa, anguſtias temporis, e. gr. in *l. 15. §. 5. l. 16. ff. ex quib. cauſ. maj.* non tantùm rudera & quævis inutilia auferre, niſi ea pro derelicto habere velit; ſed etiam cavere debet de damno facto reſarciendo. *l. 7. §. 5. l. 8. l. 9. pr. §. 1. 2. & 3. l. 44. ff. h. t.* Hoc caſu diſtinguendum. An, Prætore de danda ſtipulatione deliberante, damnum contigerit: & tunc, quia jam accidit, miſſio quidem ceſſabit; Prætor tamen decernat, ut Dominus collapſarum ædium de omni damno facto caveat, aut contra hunc actio de damno concedatur. *l. 15. §. 28. ff. d. t.* An miſſio in poſſeſſionem jam facta? & iterum videndum: An miſſus venire neglexerit? & placet eum amiſiſſe Prætoris beneficium. *d. l. 15. §. 35.* junct. *d. l. 16.* Sin nullam culpam commiſit, vel dum venit, corruerunt, omnia perinde ſervanda ſunt, atque ſi damnum poſtea datum eſſet. *d. l. 15. §. 35. d. l. 44.* Molina, *d. D. n. 3. & 52.* Bocer. *cl. 4. D. 18. th. 60. 61.* Cautio fit de damno futuro, non præterito, Diſt. tamen ſi contigerit petitione non facta ex negligentia. Ob impedimentum, vel petitione jam facta. Diſt. Subdiſt.

XIII. Attamen non ad omne futurum damnum hæc cautio pertinet, e. gr. Si quis aliqua in re jure ſuo utatur, licet cum damno vicini, v. gr. citra animum nocendi puteum in domo ſua aperiat, quo aperto venæ putei vicini præciſæ ſint. *l. 24. §. 5.* vel domum altius tollendo vicini luminibus officiatur, *l. 26. ff. eod.* Gail. *l. 2. obſ. 60. n. 8. & 11.* vel ſi quis metuat, ædes vi tempeſtatis, vel flumi- Ad quodnam damnum futurum?

Non ad caſuale. In quo loco metuatur nihil refert.

fluminis, aut terræ motu collapſuras. Ad damnum enim caſuale, quod fit extrinſecus, ſine vitio rei, per caſum aut vim externam, cui occurri nequit, vel culpâ tertii, Edictum hoc non pertinet. *L. 24. §. 8. & ſeqq. l. 43. pr. ff. h. t.* Bocer. *cl. 4. D. 15 th. 6.* Molina. *D 703. num 24. & 49.* Cæterum, quia in omnibus rebus, quæ contingunt ex vitio rei, locum habet, ideò nihil intereſt, num quis damnum metuat in civitate, an extra illam, item in ædibus, ſive in agro, ſive in arboribus, *l. 19. §. 1. d. l. 24. §. 9. 10. & 11.* ex loco urbano aut ruſtico, privato, publicove. *d. l. 19. §. 1. l. 15 §. 6. ff. eod.*

Si in loco publico. diſt.

At in loco publico tunc demum locum ſortitur, ſi propter privatam utilitatem; minus verò, ſi nomine publico, & propter publicam utilitatem Opus quoddam factum, hoc enim in caſu recurrendum eſt ad Principem vel Præſidem ejus Provinciæ, ut Opus ita fiat, ne quid noceat vicinis damnive detur, *d. l. 15. §. 10.* etiamſi poſteà damnum contingat. *d. l. 24. pr. in f.* (ibi dicitur in loco publico cuilibet licere ædificare & deſtruere, intellig. non ut dominium ad eos pertineat; ſed in uſum publicum, & ne vicinis quoad iſtum uſum noceat.) Freder. *l. 2. de mand. c. 38. num. 6. & per tot.* Molina, *n. 11. & 12.*

Forma cautionis. Ratione modi fit per Repromiſſionem.

XIV. Forma hujus cautionis eſt vel generica, vel ſpecifica. Illa conſiſtit in eo, quod fiat vel nuda Repromiſſione, vel Satisdatione. Illa fit cavendo, hæc datis fidejuſſoribus. Repromittunt autem omnes illi, qui propriò nomine conveniuntur & cavent: *l 7. pr. l. 13. §. 1. l. 30 §. 1. ff. h. t.* ut (1.) Domini rerum vitioſarum. *l. 9. §. 5. l. 10. l. 13. §. 1. ff. h. t.* (2.) Bonæ fidei poſſeſſores, qui pro Dominis habentur. *d. l. 13. pr.* (3.) Illi, qui ad uſum ſervitutis ſibi conſtitutæ, in fundo alieno, ſuo nomine, opus aliquod fecerunt, reſpectu illius operis repromittere tenentur; quodammodò enim de re ſua cavent, *d. l. 30. §. 1.* ad quem caſum reſtringenda eſt *d. l. 13. §. 1. ff. h. t.* Bach. *d. th. 5. lit. C.*

Vel per Satisdationem. Qui alieno nom. cavent.

XV. Satisdationem præſtare, h. e. datis fidejuſſoribus cavere debent, *l. 1. ff. qui ſatisd. cog.* & *l. 7. ff. de Prætor. ſtipul.* Molina. *d. l. num. 16.* qui alieno nomine conveniuntur, *l. 7 pr. l. 13. §. 1. l. 30. §. 1. ff. h. t.* ut Superficiarii, de ſoli & ædificii vitio. *l. 9. §. 4 ff. h. t.* Vaſalli, arg. *d. l. 9. §. 4.* Uſufructuarii, *d. l. 9. §. 5.* & *l. 10. ff. eod.* Emphyteutæ, *l. 15. §. 26. & 2. ff. h. t.* Creditores pignoratitii, *l. 11. & 25. h. t.* In publico ædificantes. *l. 7. pr. l. 24. pr ff. eod.* Et generaliter, qui non habent dominium verum vel fictum; ſed aliud jus in re, ſic etiam omnes, qui habent ſervitutem realem vel perſonalem, reſpectu illius rei, arg. *d. l. 9. §. 4.* & *d. l. 15. §. 25.* excepto caſu in *præced. §. 14.* adducto ex *d. l. 30 §. 1.* ubi ratio.

Q. Si Reus ſe Dominum eſſe neget?

Quær. Si reus conventus Dominum ſe eſſe neget, & ita controverſum ſit, quo nomine poſſidens cavere debeat, quid

quid juris. In hoc casu dubio Reus jubetur satisdare sub exceptione: *Si appareat postea, eum Dominum non esse*; *l. 7. pr. l. 22. §. 1. l. 31. §. 1. ff. h. t.* quo postea probato vires amittit satisdatio. Sed si cautio à duobus postuletur, quorum unum actor affirmet, alterum neget, debet eligere, à quo velit sibi caveri, vel nudè repromitti. *d. l. 22. §. 1. in f.* Molina, *d. l. n. 17.*

Si cautio à duobus petatur?

Forma.

Forma Specifica, qua hæc ab aliis cautionibus distinguitur, dependet à Fine, & in eo consistit, quòd præstetur de damno nondum facto, si illud contigerit, resarciendo, & quidem de illo damno, quod veremur ex ruina rei vitiosæ. Formula hujus cautionis hæc esse solet: *Si quid damni ædium, arborum, loci, operisve vitio acciderit, illud præstari spondes? Spondeo.* Et si de Opere publico cavendum, tum non de *loci* vitio, sed de *Operis* tantùm cavetur *l. 15. §. 3. l. 20. pr. & §. 9. ff. h. t.* Huic cautioni communiter, & ex ejus natura, dies per modum conditionis solet inseri, hocque modo concipitur *Si quid damni intra tale tempus acciderit, &c.* neque enim hac cautione in perpetuum quis debet obligari. Unde sponte fluit, quod Domino rei, ubicunque fuerit repertus, decretum Judicis, ut caveat, denunciari debeat. *l. 4. §. 5. ff. h. t.* Molina, *num. 54.* Hoc autem tempus adjectum in locis privatis à Prætore vel Judice ex circumstantiis, ex causa & qualitate damni, longinquitate, item soli & operis magnitudine, quod contingere speratur, determinatur. *l. 13. §. 5. l. 14. l. 15. §. 3. ff. h. t. junct. l. 1. §. 5. ff. de Carb. edict.* Eo verò elapso, Prætoris arbitratu denuò ex integro caveri, & ex causa nova dilatio, si scil. damnum adhuc timeatur, dari potest *d. l. 15. pr.* In loco publico, e. gr. si Opus in flumine publico ripave ejus fiat, ex quo damnum veremur, in annos decem satisdare jubetur; *d. l. 15. §. 2.* Interdum tamen ex speciali partium conventione simpliciter cavetur, sine diei adjectione, & stipulatio in infinitum concipitur. *d. l. 15. §. 1.* Si verò dies per errorem in stipulatione omissus fuerit, determinatur à Prætore in diem, in quem alioquin caveri solet. *d. l. 15. §. 1.* Molina, *d. D. n. 9. & 10.*

Formula.

Certum tempus.

Quale in locis privatis?

Publicis.

Si caveatur simpliciter.

& tempus per errorem omissum.

XVII. Hæc cautio præstita producit Actionem ex stipulatu, estque actio personalis, perpetua, quæ datur damnum, rei vel operis vitio, cujus nomine cautum est, passo, ejusque hæredibus, adversus promissorem, ejusque hæredes, ad id, quod interest, damnum datum non esse, præstandum. *l. 17. §. 3. l. 18. §. 6. l. 37. e. gr. in d. l. 28. l. 29. ff. h. t.* Sed ex quo tempore damni ratio habenda? vid. *l. 15. §. 32. & 36. l. 17. §. 4. ff. h. t.* Nec liberatur Reus, etiamsi postea prædium alienaverit. *d. l. 17. §. 4.* Molina, *num. 60.* Non tamen obligatæ sunt ædes post interpositam cautionem comparatæ, *d. l. 18. §. 6.* nisi in locum exustarum ædium.

Effectus est actio ex stipulatu, ad quid?

de quibus cautum, ſuſpectæ ſint. d. l. 18. §. 6. Plures ſi fuerint ſtipulatores, ſinguli pro partibus agant dominicis. l. 40. § 3. & 4. ff. h. t. Hoc tamen intereſſe ita æſtimandum eſt, ut modus honeſtus & probabilis ſervetur l. 39. §. 5. ff. h. t. Immoderata verò cujusque luxuria, ut puta ob tectoria, picturas, lacunaria in eas erogatio facta ſit, non eſt ſequenda. l. 40. pr. ff. eod. Gail. l. 1. O. 151. num. 1. Hæc actio hodienum locum habet, cum dicta cautio ſublata non ſit. Mevius, ad Jus Lubec. l 4. t. 3. a. 5. num. 5. Si nulla ſtipulatio, ſed promiſſio tantum facta ſit, ex pacto ad indemnitatem conſequendam agi poteſt. Sin ante cautionem poſtulatam damnum contigerit, vid. prae. §. 13.

Intereſſe moderate æſtimandum.

An hodiè locum habeat?

XVIII. Sequitur ſecundum Remedium, ſc. Miſſio in Poſſeſſionem. Hæc autem & ſeqq. Remedia non ſimul, ſed ſucceſſivè locum habent. Sic ſi ex h. Edicto non caveatur, Actor mittatur in poſſeſſionem ex Primo Decreto, quod eſt juſſum Prætoris, quo propter contumaciam Rei cautionem non præſtantis, Actor, cuſtodiæ causâ, mittitur in poſſeſſionem ejus rei, cujus nomine hæc cautio petita eſt, donec Reus veniat reſponſurus. l. 5. §. 1. l. 15. §. 11. l. 38. §. 1. ff. h. t. l. 4. §. 1. l. 12. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 26. pr. ff. de pign. act. l. 5. ff. ut in poſſ. legat. ſerv. Menoch. A. J. Q. l. 2. c. 1. caſ. 6. n. 1. Bachov. th. 6. lit. A. Klägern in des Beklagten Güther dergeſtalt einzuſetzen, daſſ er, als ein getreuer Vorſteher, dieſelben verwahren und behalten ſolle. German. Einſatz aus der erſten Erkanntnuſſ. vid. infrà ad. tit. quib. ex cauſ. in poſſ. §. 4. & 5.

II. Remed. Si caveri juſſus recuſet, ſequitur Miſſio in poſſ. ex Primo decreto quid?

XIX. Ne autem poteſtas eludatur, contumaciam h. m. coërcet Prætor, aliusve Magiſtratus Municipalis, ſi hoc ad eum remiſſum; l. 4. §. 3. ibi Buſ. ff. h. t. & hodiè inferiorem juriſdictionem habens. add. Hahn. ad Weſ. h. t. N. III. verb. Primum Decretum in fin. & verb. Absque alio. B. Dn. Geor. Diſſ. de Miſſ. in poſſ. ex pr. & ſec. Decr. th. 3. Mittuntur autem illi, quibus cautio fuit præſtanda, etiamſi Pupillus foret. l. 15. §. 20. ff. h. t. Et ſi plures eandem petierint, omnes mittuntur, & quidem non pro rata damni, quod metuunt, ſed æqualiter, licet unus poſſideat ædes pretioſiores, & reliqui viliores, l. 5. §. 1. d. l. 15. §. 18. ff. h. t. & quidem ſinguli in ſolidum, ita tamen, ut concurſu partes faciant. d. l. 15. §. 18. Molina, n. 37. Neque ordinis ratio habetur inter illos, qui prius vel poſterius ſunt miſſi, d. l. 15. §. 13. l. 12. pr. ff. l. 13. pr. ff. & l. 1. C. de reb. auct. jud. poſſid. quod & obtinere tradit Mev. p. 5. dec. 3. ſed tunc demum omnes æqualia habent jura, ſi ex eodem titulo vel cauſa legatorum, ex jure hæreditatis, ex damno infecto immittantur. Delic. l. 5. §. 2. ff. ut in poſſ. ſer. legat. Cæterum, ſi alius propter contumaciam, alter fideicommiſſi, vel legatorum ſervandorum cauſa eſſet immiſſus, tunc Ordo obſervatur, ita,

C. III. Qui immittantur, ſi plures, quomodo?

Mitti poſſunt unus & plures Locus.

ita, ut prior tempore potior ſit jure. *l. 2. C. qui pot. in pign.* Perez *in Cod. de bon. auth. jud. poſſid. num. 5.* Si damnum à vicinis viciſſim timeatur, Dominus mutuo tenentur cavere, ſi uterque petierit. *l. 18 §. 12. ff. h. t.* Alterutro verò cavere nolente, alter mittitur in poſſeſſionem illius domûs. Molina, *num. 25.*

Si à vicinis viciſſim timeatur?

XX. Objectum ſunt res, quarum cauſa fuit cautio præſtanda, *l. 4. §. 1. l. 15. §. 14. ff. h. t. l. 2. ff. quib. ex cauſ. in poſſ.* etiamſi ſint bona feudalia, emphyteutica, eccleſiaſtica, uti, contra Bachovium, cum Gailo, *l. 1. O. 117. num. 5.* defendit Hahn. *d. l. Etiam feudalia* Hæc miſſio in actione tam reali, quàm perſonali *N. 53. c. 4.* ſummariam requirit cognitionem, tàm de contumacia, an vera ſit; quàm de ipſo negotio. Grav. *th. 15.* Poſteà fit hæc miſſio interdum in totam rem vitioſam, interdum in ejus partem, ſi enim pars vitioſa ſeparatim non poſſit commodè poſſideri, vel reliquæ partes à vitioſa parte traherentur, in rem totam fit miſſio. *l. 15. §. 12. l. 38. §. 1. ff. h. t.* Aliud eſt, ſi pars ruinoſa per ſe adhuc poſſideri queat. *d. l. 15. §. 11.* uti de agro in *d. l. 38. §. 1.* Item ſi tàm ampla domus ſit, ut inter partem ruinoſam & integram ſpatium aliquod intercedat. *d. l. 48. §. 1.* & *d. l. 15. §. 11 ff. h. t. l. 6. §. 1. inf. ff. comm. præd.* Si verò res vitioſa pluribus ſit communis, & quidam tantùm ex iis cautionem præſtiterint; tunc Actor in illam ipſam rem communem quidem mittitur; ſed pro portione illorum, qui cautionem per contumaciam non præſtiterunt. *l. 5. §. 1. ff. h. t.* Hodie ſecundum *N. 53. c. 4. §. 1.* non fit miſſio in univerſa bona, ſed tantùm in partem, pro quantitate debiti. vid. infrà *ad tit. quib. ex cauſ. in poſſ. §. 17.*

In quid fiat miſſio?

An in totas ædes?

Si res vitioſa plurium ſit, & quidam cavere recuſent?

XXI. Finis, quo etiam miſſio hæc ab aliis ſimilibus ſpeciebus differt, eſt, ut extorqueatur cautio de damno infecto, facta enim hâc miſſione, Dominus ædium miſſum ſimul admittere, & ſecum in ædibus pati tenetur *l. 15. §. 20. ff. h. t.* Effectus præcipuus in eo conſiſtit, ut miſſus conſequatur jus in re, pignus ſcilicet Prætorium. *l. 26. ff. de pignor. act. adſ. l. 3 § 1. ff de reb. eor. qui ſub tut.* Menoch. *d. l.* Nec de jure verè poſſidet, ſed vice cautionis in poſſeſſione eſſe, *d. l. 15. §. 30.* Hahnius, *d. l. pr. vb. Quamquam. & ſeqq.* remque non niſi cuſtodiæ gratiâ, & quaſi jure pignoris detinere dicitur, *l. 3. §. 5. l. 10. §. 1 ff. de A. vel A. P.* nam *in poſſeſſionem mitti* tantùm denotat factum, & eſt primi decreti, ſed *poſſidere debere* eſt Dominii & Secundi Decreti, *l. 15. §. 20. 21. 30. & 33. ff. h. t. l. 12. ff. ex quib. cauſ. in poſſ.* Bocer. *d. D. th. 44.* ſuprà *ad tit. ut in poſſ. leg. §. 5.* Hinc miſſus ex primo Decreto non poteſt expellere Dominum; ſed tantùm cum ipſo eſt in poſſeſſione, *d. l. 15. §. 20.* nec præjudicat Creditoribus; Bruneman *ad d. l. 15. §. 2.* nec ædes ruinoſas fulcire aut reficere tenetur, *d. l. 15. §. 30.*

Finis.

Effectus.

An miſſus ex Primo Decreto poſſit Dominum expellere?

§. 30. & ſi ædes corruant, mittitur in poſſeſſionem ſoli; vel ſi prædium fuerit alienatum, miſſus tamen manet in poſſeſſione, donec caveatur. Molina, num. 57. & 64.

Contraria. XXII. Miſſio hæc extinguitur Cautione de damno infecto, ſi ſcilicet Dominus tædio affectus illam præſtiterit, miſſus de poſſeſſione recedere debet. Wann der Ungehorſame ſich einſtellen, und *Caution* hinterlegt, auch die verurſachte Koſten *refundiren*, ſo mag er die Beſitzung der Güter wieder erlangen. Hahn. *d. l.* Vel miſſus hanc detentionem amittit, ſi nullo metu ruinæ poſſeſſione rei deceſſerit; *d. l. 15. §. 35.* quamvis animus deſerendi vix præſumatur. Molina, *n. 63. & 65.*

III. Remed. Si adhuc non caveat, ſeq. Miſſio ex ſecundo Decreto. XXIII. Tertium remedium eſt Miſſio in poſſeſſionem ex Secundo Decreto. Germ. Der Einſatz auß der andern Erkanntnuß eſtq; juſſum Prætoris, quo ex primo decreto in poſſeſſionem miſſus ob contumaciam de damno infecto non caventis, poſt intervallum, cauſa cognita, ex ſecundo decreto, i. e. animo Domini, poſſidere jubetur. *d. l. 15. §. 16. 21. & 33.*

C. Eff. Quis ea mittat? Modò? Quomodo fiat? XXIV. Ex hoc Secundo Decreto mittit Prætor ſolus, vel Magiſtratus major, non verò municipalis; *l. 4. §. 3. & 4. ff. h. t.* ſed Moribus noſtris etiam, qui civilem & inferiorem juriſdictionem habent. Die Erbgericht. Fitque hæc immiſſio prævia nova cauſæ cognitione, *d. l. 4. §. 4.* ſi ſcilicet ei juſta videbitur. *l. 7. pr. l. 15. §. 21. ff. eod.* Nec ſtatim poſt miſſionem ex primo Decreto; ſed intervallum aliquod debet intercedere, quo aut Dominus abſens, longo ſilentio, rem ruinoſam pro derelicto habuiſſe videatur, aut præſente Domino, Actori miſſo in poſſeſſionem, & aliquandiu immorato, nemo caveat. *d. l. 15.* Quantum intervallum temporis intercedat? §. 21. Quantum autem illud eſſe debeat, non eadem eſt ſententia: Quidam putant, ſi morator expectetur à tempore miſſionis ex primo Decreto, per integrum annum, duos vel quatuor menſes, vel decem dies, quid tunc ſecundum Decretum interponi debeat; & ita elapſo anno quandoque in praxi obtinuiſſe, præjudicio demonſtrat Hahn. *d. l. verb. Quanquam. & verb. Forma perveniendi.* ubi habetur formula miſſionis ex Secundo Decreto. Sed de jure Civili & Canonico verior & tutior eſt ſententia, hoc tempus arbitrarium eſſe. Nam ſi certum tempus in Jure determinatum non eſt, à Judice, cauſâ cognitâ, determinandum venit. Major eſt in *l. 1. §. 2. ff. de ſur. deſt.* Minor *in l. 15. §. 21. ff. h. t.* Bocer. *d. l. th. 49.* Gaiv. *th. 20.* Bulius, *ad d. l. 15. §. 21.* & poſt multos allegatos, Menoch. *d. caſ. 6. n. 5.* ubi in num. *præced. VII.* diverſas opiniones recenſet; & de jure poſt lapſum tempus adhuc Decreto Secundo opus eſt. Hahn. *d. l.* Si autem Dominus ex juſta cauſa abeſt, vel in minorenni ætate, non feſtinandum eſt ad decer-

decernendum, Sed cum miſſi decretum fuerit, reſtitutioni in integrum locus erit. *d. L. 15. §. 22. & 33.* Præterea, ſi Reus abſuerit, prius ad domum vel prædium fiat denunciatio, & tunc eſt, ad ipſas ædes libellum proponere, alias contra Magiſtratum judicium dabitur. *d. l. 4. §. 5. 6. & 7. l. 2. l. 12. §. 1. ff. de reb. auth. jud. poſſ.* Brunnem. *de Proc Civ. c. 3. n. 31.* Mev. *p. 5. dec. 31. n. 6.* Boc. *th. 33.*

Si Reus poſſit abſit? ſi ſponte decurrit?

XXV. Hoc Secundum Decretum tribuit (1.) veram Poſſeſſionem civilem, *d. l. 15. §. 20. & 21.* (2.) Dominium rei, non quidem civile, ſeu Quiritarium, quod Prætor concedere non poteſt, ſed Prætorium. Bachov *th. 6. lit. C.* Et quamvis non ſemper & ex omnibus cauſis miſſi ex Secundo Decreto fiant Domini, vid. infrà *ad tit. de reb. auth. jud. poſſ. §. 9.* ex hac tamen cauſa fiunt, ſi Dominus fuerit ipſe Reus. *l. 1. ff. de fund. dot. d. l. 15. §. 33.* Sin minus, uſucapiendi conditionem conſequuntur; *d. l. 15. §. 16.* (ſic in *d. §. 16. & 17.* poſſeſſor dicitur Dominus reſpectu dominii acquirendi. *l. 5. pr. l. 12. & paſſim. ff. h. t.* Bachov *d. Diſp. 1. th. 6. lit. C.* Molina, *num. 66. & 69.* quod in ſpecie de Secundo Decreto intelligendum, cum quis ex primo tantum rei ſervandæ cauſa in poſſeſſione ſit. Sed Quæri. An creditor à miſſo ex Secundo Decreto poſſit ædes vel fundum pignori ſibi obligatum perſequi? & R. illum poſſe quidem hypothecaria agere, ſed ob pignus, rem invito miſſo, qui dominium habere cœpit, auferre non poterit, ſi ipſi debitum ſolvatur, benè tamen, ſi miſſus ædes vel fundum retinere nolit, & tunc, ſicut alii poſſeſſores, refectionis impenſas reſtituendas ante omnia petit. *L. 44. §. 1. ff. h. t.* quo pertinent verba initialia Legis *45. ff. eod.* ubi explicat Schulter. *d. l. §. 19.* Buſ. *ad d. l. 44.* Boer. *d. D. th. 35.* add. à Sande, *dec. L. 3. t. 11. def. ult.* Mev. *p. 5. dec. 397.* Non obſt. *l. 12. l. 15. §. 21. ff. eod.* quæ de creditore, qui ipſe ædes vitioſas jure pignoris poſſidet, accipi vult, & deſuper inquilinis cavere noluit, Buſ. *d. l.* & Molina, *num. 74.* Item, ſi prior Dominus fuerit, & hic miſſus poſſeſſionem amiſerit, habet Rei vindicationem contra tertium poſſeſſorem. *l. 7. t. 9. ff. comm. div.* (3.) Ipſum Dominum ſtatim poſſeſſione depicere & extrudere poteſt. *L. 15. §. 13. ff. h. t.* (4.) Nec prior Dominus eſt audiendus, etſi poſtea cautionem præſtare voluerit, *d. L. 15. §. 33.* ut litium ſit finis, niſi eundem ætate, aliave juſta cauſa ſubveniatur. *d. L. 15. §. 22. & 33.* Notandum, ſi plures ex Decreto primo intromiſſi, ad petitionem ex Secundo Decreto, mittantur in poſſeſſionem; ad pro portione damni futuri; quamvis conſequuntur pro indiviſo partem dominii ejus rei. Et ſi interea unus fecerit expenſas utiles, reliqui proportionem in actione communi dividundo contribuere debent. *d. l. 15. §. 19.* Molina, *num. 71.*

Effectus. Miſſus ſit verus poſſeſſor, dominus vel.

An Creditor hypothecam poſſit perſequi?

Obj. Reſp.

Pr. Dominum extrudere, licet poſtea cautionem offerat.

Item. ſi plures ſint intromiſſi.

XXVI. Dicta hæc Decreta figmenta eſſe, contra omnes & contra praxin, ſtatuit Faber, *de err. pragm. dec. 10. err. 4.* Alii plura faciunt, quæ tamen commodè ad

An hæc Decreta

hodiernum in uſu ſint?

iſta duo referuntur. Scip. Gentil. *de jurisd. l. 1. c. 14.* Grav. *d. D. th. 1. 2.* In foro Saxonico non frequentantur, ſed ibi alia pœna introducta, quâ Magiſtratus decretum ſuum de præſtanda cautione datum ad effectum deducit. Weſemb. *h. t. in f.* Carpzov. *Proc. Jur. Sax. t. 10. art. 4.* & *J. F. p. 1. C. 9. def. 14. & ſeqq.* Berlich. *p. 1. concluſ. 17. num. 42. 114. & ſeqq.* Schilter. *§. 37.* Alibi tamen in Germania adhuc in uſu eſſe dubio caret. Hahn. *d. l. verb. Primum Decretum. & ſeqq.* Brunnem. *ad l. 15. ff. h. t. num. 4.* Mev. *d. p. 5. dec. 3.* & *ad Jus Lub. d. art. 5. num. 4.* Würtemb. Landr. *p. 1. tit. 13.* De miſſionibus ex Primo & Secundo Decreto plura vid. infrà *ad lib. 42. tit. 4. & 5.*

IV. Remed. Si nec cautio præſtetur, nec miſſus admittatur, datur Actio in factum. quid?

XXVII. Quartum Remedium eſt Actio in factum, quæ ultimum locum obtinet; *l. 4. §. 2. l. 7 pr. l. 15. §. f. l. 18. §. pen. ff. h. t.* Eſtque actio perſonalis, rei perſecutoria, *l. 17. §. 3. l. 24. §. 1. ff. eod.* quæ datur illi, qui de damno infecto cavere juſſus non cavit, neque illum in poſſeſſionem ex primo decreto miſſum in poſſeſſione eſſe, neque ex ſecundo decreto poſſidere paſſus fuit, adverſus hunc contumacem, ad indemnitatem damno ſubſecuto, eadem ratione, ac ſi de ea re cautum eſſet, præſtandam. *d. l. 8.*

C. eſt. Cui detur, adverſus quem?

XXVIII. Hanc actionem introduxit Prætor, ut puniatur factum ejus, qui neque promiſit, neque admiſit in poſſeſſionem, & interim damnum datum ſit. *l. 16. ff. h. t.* Datur hæredi, cæteriſque perſonis, & in hæredem, cæteroſque; *d. l. 17. §. 3. d. l. 24. §. 1.* quia hæc actio ſuccedit in locum cautionis non præſtitæ. Molina, *num. 66.* Tantum autem cautionem petenti præſtandum, quantum præſtari ei oporteret, ſi cautum fuiſſet. Extenditur enim hæc actio, vel

Quando competat?

ejus effectus, in id tempus, quo damnum committitur. *d. l. 15. § f.* Quod ſi Procurator prohibuerit, in ipſum dabitur actio, ſicut etiam in tutorem cæteroſque, qui pro aliis interveniunt. *l. 17. §. 1. & 2. ff. h. t.* Ex dictis patet, hanc

Eſt perpetua. Obj. Reſp.

actionem eſſe perpetuam. *d. l. 7. § 5.* Non obſt. quòd Prætores temporales dicantur, hoc enim tantùm de pœnalibus & reſciſſoriis, non de rei perſecutoriis eſt accipiendum. *l. 35. ff. de O. & A.* Cum hac actione utile Interdictum

Concurrunt cum h. act.

Unde vi, & Publiciana in rem actio concurrunt; ſed electivè. *l. 18 § 9.* Buſ. *ad l. 5. ff. h. t. n. 3.* Molina, *n. 70.*

An & quomodo hodiè ſit in uſu?

XXIX. Hanc actionem hodie etiam denegandam non eſſe, probat Schilterus, *d. l. §. 38. in f.* Conſultius tamen, ſi Judex juſſum decretumve ſuum aliis atque arctioribus modis, ſcilicet incarceratione, mulcta, captis pignoribus, quod quidem Jure Romano non permittebatur, *l. 4. §. 2. ff. h. t.* exequatur, tradunt Hahn. *d. N. 3. in pr.* Mev. *ad J. Lub. d. l.* Quandoque Magiſtratus ex officio Dominum ruinoſas ædes reficere compellere, & variis modis

ad

ad obſequium adigere poteſt. *l. 46 ff. h.t. l.7. ff de off. præf. l.1. C. de ædif. priv.* Hahn. *d. l. inſ.* Francofurti ad Mœnum anni ſpatium ſub pœna caduci præfigitur. Reform. *p. 9. t.* 11. *§. 1. & 2.* Mev. *ad Jus Lubec. l. 3. t. 12. art. 5.* & *l. 4. t. 5. art. 4. num. 4.* Molina, *num. 4.*

XXX. Cæterùm contra Magiſtratum quandoque datur actio, ſi ſcilicet, hoc judicio poſtulato, ille in mora ſit, *l. 4. §. 8. ff. h. t.* & eſt Actio perſonalis, in factum, Prætoria, perpetua, competens illi, qui propter cautionem vel miſſionem, per negligentiam Magiſtratus non præſtitam vel factam, in damnum incidit, ejusque hæredibus, contra dictum Magiſtratum, ejusque hæredes, (quod, notante Bartolo, h. l. ſpeciale eſt ob denegatam juſtitiam,) ad præſtandum, quanti ea res eſt, cujus damni infecti nomine cautum non eſt. *d. l. 4. §. 7. & ſeqq.* ibi Brunnemann. *n. 15. usque ad f. ff. h. t.* Bocer. *d. D. n. 12.* Molina, *n. 15.* hancque hodienum contra Magiſtratus locum habere non dubitat Schilter. *§. 36.* add. ſuprà *ad tit. de Magiſtr. conven. §. ult.* Si Magiſtratus in mora ſit, datur contra ipſum actio.

TIT. III.

DE AQUA, ET AQUÆ PLUVIÆ ARCENDÆ

Inſt. *Lib. 2. Tit. 3.* Cod. *Lib. 3. Tit. 34.*

§. I.

CUm dictis remediis magnam cognationem habet Actio, de qua in h. t. de Aqua & Aquæ pluviæ arcendæ, (actione ſcil.) *l. 1. §. 17. ff. h t.* Nam metuitur damnum ex aqua pluvia. Et quamvis dicta actio ſuperflua videatur, propter exiſtentem actionem negatoriam; hæc tamen generalis eſt, pro urbano & ruſtico prædio, & ubi aqua nocitura eſt ædificio, competens; Econtra hic titulus reſpicit damnum in prædiis ruſticis ex opere jam facto futurum, *l. 1. §. 1. & 17 l. 14. §. 2. ff. eod.* & ubi aqua nocitura eſt agro. *d. §. 17.* Ex hujus tituli inſcriptione patet duas eundem continere partes, quarum prior agit de Aqua in genere, poſterior de Aqua pluvia in ſpecie. Principaliter quidem hic agitur de actione ex opere contra aquam pluviam damnoſo; extenſa tamen eſt per interpretationem prudentem ad aquæ ductum damnoſum; *l. 5. ff. ne quid in loco publ.* Unde de concedendo jure aquæ ducendæ generalia quædam h. t. proponuntur. Hunc titulum utiliſſimum, & in praxi circa aquas ſervandum, dicit Dn. Mevius, *p. 9. dec. 119. num. 3.* & jungi meretur Noë Meurers Waſſer-Recht, inter alios tractatus ap. Fritſch. *in jur. fluviat.*

Continuatio.

Hic titulus quid contineat?

An hodienum ſit utilis?

II.

Jus aquæ ducendæ.

II. Quoad jus autem Aquæ (quotuplices ſint Aquæ? vid. *Molina, de J. & J. T. 5. D. 705. num. 2. & ſeqq.*) ducendæ in genere, illa ſine permiſſu Principis, vel Magiſtratûs, ad quem cura viæ publicæ pertinet, per viam publicam

Si ex flumine.

duci non poteſt. *l. 18. §. 1. ff. h. t. l. 12. §. 42. ff. de aq. quotid.* Et ſi ex flumine publico navigabili, vel non, ex quo tamen aliud navigabile fit, velit duci, non oportet Prætorem concedere hanc ductionem fieri, *l. 10. §. 2. ff. h. t.* quo ſcilicet deterior ſtatio vel navigatio efficiatur, vel ne flumina exareſcant. *l. 1. §. 12. ff. de flumin.* Sunt enim flumina inter Regalia relata, *2. F. 56.* & Summi Principis eſt ex juſta cauſa circa eadem diſponere, *l. 2. pr. ff. de flum. Bidenbach. quæſt. nob. 13.* de qua materia latius infrà *lib. 43. tit. 12. 13. & 14.* Sin conce-

Conceſſio requirit omnium conſenſum quorum intereſt.

dantur jus aquæ ducendæ, omnium, quorum intereſt, voluntas ſpectanda eſt. Sic non ſufficit ejus conſenſus, ad quem jus aquæ pertinet; ſed etiam Domini locorum, ubi aqua oritur, etſi Dominus eâ aquâ uti non poſſit; *l. 8. §. 2. ff. h. t.* & ſi plures ſint Domini, voluntas unius, ex modica forte portiuncula, ſocius præjudicium facere nequit. *l. 10. pr. ff. eod.* Inſuper eorum, ad quos aquæ uſus pertinet, voluntas exigitur, ne jus quoddam minuatur, *l. 8. ff. d. t. l. 4. C. de ſerv. & aq.* quæ ſive ante, ſive poſt ductionem ſemel declarata, ſubſiſtit. *d. l. 9.*

Quomodo ducatur aqua?

§. 1. & d. l. 10. §. 1. junct. l. 71. ff. de R. J. Ducitur autem v. gr. ad irrigandum, canalibus ſive tubis, aut ducto rivo per longitudinem depreſſo, quo aqua decurrat. *l. 1. §. 2. ff. de riv.* Aquæductus, de quo vid. *pr. J. l. 24. ff. de S. P. R.*

Et qualis?

& ad *mod. d. tit. §. 6.* requirit aquam vivam propterè enim nulla aqua duci poteſt, niſi quæ perennis eſt. *l. 1. §. 5. ff. de aq. quotid.* Sed h. t. ſpecialiter agitur de aqua pluvia, quam colligere, & per rivulos ducere cuilibet licet, modò non ſit aqua ſpurca & fœtida, *l. 1. pr. ff. h. t.* & fiat ſecundum formam conſuetam. *l. 17. §. 1. ff. eod. l. 6. C. de ſerv. & aq.*

Aqua pluv. quid ſit? Quando detur actio aquæ arcendæ?

III. Damnum ex aqua pluvia h. t. metuitur. Aqua pluvia dicitur, quæ de cœlo cadit, atque imbre excreſcit. Sive per ſe hæc aqua cœleſtis noceat, ſive cum alia mixta ſit. *l. 1. pr. ff. h. t.* Imbre autem creſcit aqua, quæ colorem mutat vel increſcit. *d. l. 1. §. 14.* Si ergò quis opus fecit, quo aqua pluvia, vel quæ pluviâ creſcit, aliter flueret, quàm naturâ ſoleret, vel alio modo, & agro nocitura eſſet, conſulitur Aquæ pluviæ arcendæ actione.

Quid ſit?

IV. Aquæ pluviæ arcendæ actio eſt actio civilis, perſonalis, in rem ſcripta, quâ agitur ad damnum, quod ex aqua pluvia, propter opus factum, veremur, avertendum, & ad opus reſtituendum, damnumque poſt litem conteſtatam datum reſarciendum. Ratione Cauſæ Efficientis *Weſenb. h. t.* ad ſeriem titulorum reſpiciens, eam Prætoriam eſſe dicit; quamvis magis ſeries & affinitas materiæ ſit attendenda, quia & hic de damno

futuro

futuro agitur. Verior autem eſt ſententia, quòd ſit Civilis, & quidem veriſſima, nam Legg. XII. Tabb. jam fuit remedium, ſi aqua pluvia noceret; *l. 21. pr. ff. de ſtat. lib.* item in *l. 22. §. ſ. ff. h. t.* vocatur legitima, actiones autem legitimæ κατ' ἐξοχὴν dicuntur, quæ LL. XII. Tabb. ſunt introductæ. Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 18. th. 7. lit. B.* Ratione tamen renovationis, quamvis per accidens, dici poſſe Prætoriam, inquit Hahn. *h. t. N. I. in ſ.* ad exemplum nempe cautionis de damno infecto. Ratione C. E. Pr. dicitur Perſonalis, in *l. 6. ſ. 5. ff. h. t.* quia obligatio deſcendit ex facto hominis, quod verum vel quaſi delictum conſtituit; Bachov. *d. l.* In rem ſcripta, quia datur adverſus poſſeſſorem. *l. 6. ſ. 4. l. 12. l. 16. ff. h. t.* Ratione autem Subjecti participat aliquid de actionibus realibus; Rem enim ſequitur, ſive ipſius Dominus fecerit, ſive non; Et activè & paſſivè ad Dominum tranſit, ut actio noxalis. Bachov. *d. l.*

Eſt Civilis

Perſonalis,

In rem ſcripta.

V. Hæc Actio dividitur in Directam & Utilem. *l. 22. §. ſ. ff. h. t.* Illa, quæ datur ſecundum verba Legis, v. gr. ſoli Domino adverſus Dominum, *l. 3. §. ſ. l. 11. ff. h. t.* quæ de directa loquitur. Hæc, quæ ex ejus ſententia & æquitate competit, uno ſcil. vel altero requiſito deficiente. *l. 2. ſ. 5. l. 22. pr. & ſ. fin. l. 23. ſ. 1. ff. h. t.* vid. *ſeq. §. 9. & 10.* Cauſa Efficiens Remota eſt Jus LL. XII. Tabb. & Proxima eſt factum hominis. per *l. in præced. ſ. alleg.* Nam, ut dicta actio locum habeat, requiritur (1.) Ut ſit opus manu factum, quo quis aquam in meum agrum avertit; vel ſi averſam quidem, ſed fortè ſtillatim cadentem, immittendo, eam aut majorem fecerit, aut citatiorem, aut vehementiorem, vel comprimendo redundare effecerit, unde nocitura eſt. *l. 1. ſ. 1. 13. & 22. l. 4. ſ. 2. ff. h. t.* Idem dicit Mev. *Si aliquid permutatur, per quod deterius opus fiat. p. 9. dec. 119. n. 9* (2.) Ut aqua pluvia nocitura ſit; quo indicatur, quòd hæc actio detur de damno futuro avertendo. *l. 11. §. 3. in ſ. l. 14. §. 2. ff. h. t.*

Divid. in Directam & Utilem.

C. E. Rem. Proxima, Req. Opus factum.

& aqua pluvia nocitura.

VI. Ad primum itaque requiſitum notandum. (1.) Si aqua pluvia ex loco ſuperiore defluat in inferiorem, huicque ſit nocitura, eapropter à Domino fundi ſuperioris cautio exigi haud poteſt, quia factum quiſque ſuum præſtare tenetur, non etiam naturæ; ſed æquo animo ferre debet, ſi fluxus naturalis, vel loci natura noceat, *d. l. 1. ſ. 1. 14. & 22. ff. h. t.* eoque magis, cùm hoc incommodum naturaliter compenſetur cum alio commodo, dum ex ſuperiori omnis pinguitudo decurrit in inferiorem. *d. l. 1. §. ſ. l. 2. § 6 ff. h. t.* Interdum tamen licet aggeres & foſſas in ſuperiore parte habere, ſi quis neque vi, neque clam, neque precariò longâ conſuetudine ita uſus ſit. *d. §. ſ.* Vetuſtas enim authoritatem daret, tametſi jus non probaretur; ſed hinc: Ex uſu ſervitutis me-

Req. Opus 1. ſit factum, ergo non, ſi fluxus naturalis.

An liceat aggeres in alieno habere? Regula.

moriam excedente jure impoſita ſervitus eſſe creditur. *l. 1. §. 23. l. 2. pr. & §. 3. l. 5. ff. h. t.*

Quær. An etiam opus deſtructum?

Sed quid, ſi opus, quod erat, deſtructum, & propterea aqua pluvia nocitura ſit? Reſp. Regulariter ob deſtructionem hanc non competere, cùm aqua pluvia non aliter ad inferiorem perveniat, quàm naturaliter ſolet; Si tamen propter id opus ſublatum, vehementior aqua profluat, vel corrivetur, hac actione agi poterit. *d. l. 1. §. 22. Mev. p. 9. dec. 119. num. 8.*

Vel ſi tempeſtate mutatum?

Si naturalis agger, vel ſoli cauſa terræ motu aut tempeſtatis magnitudine mutetur, directâ actione non poteſt cogi, ut à Domino reponatur; *l. 2. §. 5. ff. h. t.* niſi agger ob utilitatem factus ſit, quamvis & tunc videndum, an non alius ſervitutem debeat, vel aggeres communi ſumptu ab omnibus accolis ſint facti? *Mev. p. 4. dec. 158.* Cæterùm agi poteſt, ut permittatur mihi in fundo vicini reſtituere aggerem, *d. l. 2. §. 6.* per Regulam auream:

Regula.

Quia factus mihi prodeſſe poteſt, ipſi verò nihil nociturus eſt, hoc enim æquitas ſuggerit, licet jure deficiamur. *d. l. 2. §. 5.* add *Mev. p. 4. dec. 276.*

2. In loco privato.

VII. (2.) In loco privato. Nam ſi in loco publico opus ſit factum, licet aqua propter illud alii ſit nocitura, hæc tamen ceſſat actio, *l. 3. §. 3. ff. h. t.* quia hac actione ſolus Dominus tenetur. *l. 18. pr. ff. eod.*

Ex quo nil refert.

Ex quo verò loco, publico, ſacro, vel privato, vel profano, aqua oriatur, nil refert. *d. l. 1. §. 18. junct. §. 19.*

3. Ruſtico.

(3.) In agro & loco ruſtico; ſi ædificio vel oppido noceat, hæc actio non datur, ſed negatoria de ſtillicidiis vel fluminibus. *l. 1. §. 1. & 17. ff. h. t. Molina, de J. & J. T. 3. Diſp. 704. num. 4.* Sive ex agro, ſive ex qualicunque ædificio noceat. *d. l. 1. §. 19.*

4. Privatâ autoritate.

(4.) Opus illud factum eſſe debeat privatâ authoritate, ſi publica, locum non inveniet hæc actio. *d. l. 2. §. 3. & l. 23. ff. h. t. Mev. d. dec. 158.*

5. Vicino non ſciente.

(5.) Et quidem vicino non ſciente, & patiente, aliâs vicinus hac actione agere non poteſt, ſcilicet, ut opus deſtruatur; *l. 19. ff. h. t. Molina, d. l. num 2.* (benè tamen ad damnum datum, *Brunn. d. l. Bachov. d. tit. C.*) niſi per errorem aut imperitiam deceptus ſit; *l. 20. ff. d. t.* ibi ratio. *junct. l. 9. §. 1. ff. eod.*

6. Non agri colendi cauſa.

(6) Non agri colendi cauſâ, nec ob favorem agriculturæ factum ſit. *d. l. 1. §. 3. 8. & 15.*

Rat. Aquæ. 1. ſit pluvia.

VIII. Ratione alterius Requiſiti notandum (1.) quòd aqua pluvia nocitura eſſe debeat. *l. 1. pr. ff. h. t.* Hinc, ſi quis ex fonte aquam in vicini fundum ducat, non hac, ſed Negatoria actione conveniendus eſt. *l. 8. §. 5. ff. ſi ſerv. vind.* Nec datur, ſi aqua calida ex fonte profluens noceat. *l. 3. §. 1. ff. h. t.* Hoc tamen non refert, licet aqua pluvia cum alia ſit mixta. *l. 1. pr. ff. eod.*

etiamſi mixta.

Hinc vult Molina, quia aqua fontium ex pluvia, flumina verò ex aqua pluvia & fontium conſtant, hanc actionem etiam ob aquam fluminum dari. *d. l. n. 5.*

(2.)

(2.) Hæc aqua ſit nocitura. *d. l. 1. §. 1. l. 14. §. 2. ff. h. t.* Datur namque ſi noceat, vel plus noceat, quàm antea Molina, *n. 9.* non ſi non proſit, *d. l. 1. §. 21.* nec ut proſit, *d. l. 1. §. 12.* ibi Brunnem. *num. 3.* (3.) Et quidem agro vel agriculturæ; Si enim ædificiis nocitura ſit, competit Negatoria. *d. l. 1. §. 17. ff. h. t.* (4.) Aqua pluvia nocitura ſit per influxum, etiamſi fiat aquam repellendo in partem ſuperiorem. *d. l. 1. §. 10.* Hinc licet quis opus fecerit, ut averteret aquam agrum ſuum meliorem faciendi cauſa, licet agro meo non proſit, quia arcet, ne influat, non datur hæc actio, *d. l. 1. § 21. ff. h. t.* ſcilicet directa, attamen utilis; *l. 2. §. 5. ff. h. t.* Hahn. *h. t. N. II.* modò hoc non fecerit, non ſolùm, ut vicino non proſit, ſed ut ipſi noceat, *d. l. 2. §. 9.* add. *l. 21. ff. eod.* quod quidem in dubio non præſumitur. Mevius, *p. 8. dec. 231. num. 5. ſeq.* (5.) Ex hac aqua damnum adhuc pendeat; ſicque pro illo futuro avertendo datur, non præterito. *l. 11. §. 3. inf. l. 14. §. 2. ff. h. t.* Molina, *n. 2.* infrà §. 12.

Nocitura.
3. Agriculturæ.
4. Per influxum.
Si aqua in influxum agri averſa.
5. Damnum pendeat.

IX. Subjectum ſunt perſonæ, quibus & contrà quas hæc actio competit. Directa datur Domino illius agri, cui aqua nocitura eſt, per rationem in *l. 6. §. 4. ff. h. t.* & add. *l. 12. l. 16. ff. eod.* & quidem illi, qui tempore movendæ actionis eſt Dominus, etiamſi talis non fuerit tempore operis facti. Eſt enim hæc actio in rem ſcripta, & cum re in quemlibet poſſeſſorem tranſit, *add. l.* ejusque hæredibus. *l. 22. pr. ff. h. t.* Si plures ſint Domini, activè & paſſivè non datur in ſolidum, ſed pro parte. *l. 6. §. 1. ff. eod.* quod Brunnem. *ad d. l.* rectè intelligit ratione damni; cùm operis reſtitutio per partes fieri nequeat. Si autem unus egerit contra unum ex ſociis, & hic præſtiterit, actio perimitur. *l. 11. §. 1. ff. h. t.* Sed notat Mev. *Qui ſuſtulit aggerem aquæ arcendæ ſervientem, fruſtra poſtulat, ut, quod ab homine ſublatum alii fecerunt, reparetur ſeu reſtituatur, ubi ille prius non reparat, & aggerem reſtituit. p. 9. dec. 115. num. 3.* Utilis datur Uſufructuario, tàm contra proprietarium, quàm Dominum vicini prædii, *l. 22. pr. §. ſ. ff. h. t.* non verò directa, quia dominus non eſt. *l. 3. §. ſ. ff. eod.* Ad hujus exemplum applicatur etiam ad Dominum utilem, Vaſallum, Emphyteuticarium, Superficiarium, qui majus jus in re habent, quàm fructuarius, unde Molina directam ipſis tribui vult actionem. *num. 45.* Porrò ex æquitate conceditur, ſi velim aggerem vi dejectum in agro vicini reſtituere, item, ſi aqua fluens iter ſuum ſtercore obſtruxerit, & ex reſtagnatione ſuperiori agro noceat, ut inferiori ſinat foſſam purgari. *l. 2. §. 6. ff. h. t.* add. *l. 1. §. 7. ff. eod.* Molina, *d. l. n. 8. & 14.* propter regulam *prac. §. 6. inf.*

S. A. Directa datur Domino ſummo,
ejusque hæredibus.
Si plures Domini.
Si ſocii.
Non uſufructuario, ſed Utilis.
Extenditur ad alios.

Subj. Paſſ. Directa adverſus dominum. Ratio. Cujus contrarium. Non Fructuarium Procuratorem &c. Quo tempore ſit dominus? Limit. 1. Limit. 2. Ampl. Contra heredes. Utilis.

X. Quoad Subjectum Paſſivum directa competit adverſus dominum illius agri, in quo opus factum, propter quod aqua eſt nocitura. Hæc enim Actio competit ad opus deſtruendum, quod nemo, niſi dominus facere poteſt. *l. 5. l. 6. §. 4. l. 11. ff. h. t.* (vid. tamen *l. 4. §. 2. ff. eod.* ubi foſſa, quæ eſt in agro ſuperiori jure ſervitutis, ne aqua exinde in inferiorem derivetur, ſi repleatur terra; ut reſtagnet in agrum, ubi eſt, eique noceat, vicinus inferior eam purgare debet. add. Buſ. *ad l. 15. §. 1. ff. de ſervit.*) Unde non competit contra eum, qui in publico opus fecit, *d. l. 18.* nec contra fructuarium, *l. 5. §. 4. ff. h. t.* multò minus contra Procuratorem, Tutorem, aut Colonum, etiamſi ipſi opus aliquod fecerint. Inſuper requiritur, ut hac actione conveniendus, tempore movendæ actionis, ſit dominus. *d. l. 6. §. 4. l. 16. ff. h. t.* Hinc, ſi quis nociturum opus fecit, idque poſtea alienavit, non alienans, ſed novus Dominus, cujus ager eſſe cœpit, convenitur. *l. 6. §. 4. l. 12. l. 16. ff. h. t.* Niſi ſimulata ſit alienatio, *d. l. 12.* vel prior Dominus, judicii evitandi causâ, agrum alienaverit; quo caſu ipſe intra annum adhuc conveniri poteſt. *d. l. 16. inf.* add. *l. 3. §. 2. ff. de al. jud. mut.* Niſi lis jam cum priore Domino ſit conteſtata, tunc enim, alienatione non obſtante, illa peragenda eſt; cùm ſemel in judicio quaſi contraxerint litigaturi. *l. 4. §. 1. ff. h. t.* Illud nihil intereſt, quocunque titulo novus Dominus rem ſit conſecutus. *l. 12. ff. h. t.* Sin fuerit potentior, vid. *l. 14. pr. ff. eod.* Et datur contra Domini hæredes, ut de bonis defuncti deſtruant & reſarciant. *l. 6. §. 7. ff. h. t.* Molina, *num. 41.* Utilis datur adverſus Uſufructuarium, & alios, qui ſimile jus in re habent. *l. 22. §. ſ. ff. d. t.* Si autem Colonus, Procurator, inſciente Domino, fecerit opus, ex quo aqua vicino noceat? vid. *§. ſeq.*

Objectum. Finis proximus. Quid petatur hac actione? Deſtructio cujus hac ſumptibus? diſting. An opus factum ex conſenſu. An citra conſenſum Domini?

XI. Objectum eſt opus factum, & propter quod aqua eſt nocitura. Forma & Differentia Specifica dependet à Fine, qui eſt, ut primùm petatur operis, in quantum nocet, ac circa quod lis erat conteſtata, deſtructio, & priſtinæ formæ reſtitutio, ut aqua flueret, ſicut ante opus factum natura ſolebat. Molina, *d. l. num. 39.* Hocque fieri debet à Reo propriis ſumptibus, ſi ſcilicet ipſe opus fecerit, vel fieri mandaverit, vel ratum habuerit. *l. 4. §. 2. l. 6. §. 6. l. 11. § 2. §. ſ. l. 12. ff. h. t.* Nec ſufficit, ſi prædio cedere paratus ſit. *l. 7. pr. ff. d. t.* Sed opus eſt tollendum atque reſtituendum, ut nullum periculum damni ſuperſit; *d. l. 14. §. 3.* & quidem Judex hæc curare debet incunctanter, non ſervatis proceſſus ſolennibus, ſi damnum immineat, etiam ex officio. Mevius, *p. 9. dec. 119. num. 18. & 19.* Sin nec ipſe fecerit opus, nec fieri curaverit, nec tacitè conſenſerit; ſed author, à quo emit, ipſiusve adminiſtrator vel colonus, habe-

hactenus quidem adverſus eundem erit actio, non tamen ut ipſe deſtruat, vel reſtituat propriis ſumptibus; ſed duntaxat, ut patiatur, actorem ſuis deſtruere ſumptibus, quos tamen ſumptus actor, per interdictum, quod vi aut clam, recuperare poteſt ab eo, qui opus fecit, *l. 4. §. 2. & 3. l. 5. l. 6. §. 6. l. 11. §. 2. & §. f. l. 12. l. 13. ff. h. t.* add. *l. 3. §. 2. ff. de alien. jud. mut. cauſ.* Si verò Reus ad operis deſtructionem & reſtitutionem condemnatus, ſententiæ non paruerit, tunc ex hoc titulò alia Actio in factum, ad omne intereſſe præſtandum, adverſus ipſum conceditur. *l. 24. §. 2. ff. h. t. l. 13. §. 1. ff. de re jud.* Si Reus ad Judicis ſententiam non deſtruat.

XII. Dein quoque petitur, ut damnum, per opus culpâ datum, reſarciatur; ſed illud tantum, quod poſt litem conteſtatam contigit. *l. 6. §. 6. ff. h. t.* De damno autem præterito vel ante L. C. dato, datur Interdictum, quod vi aut clam. *d. l. 14. §. 3. l. 15. §. 7. ff. quod vi aut clam.* Sicut etiam ſi poſt L. C. aliud opus factum, non venit in judicium ſemel inſtitutum; ſed nova cauſa novum judicium requirit. *d. l. 14. §. f.* Damnum autem Judex æſtimat, prout apparuerit. *d. l. 6. §. 8.* Interdum etiam datur ad pœnam Lege vel conſuetudine determinatam, ultimi quoque ſupplicii. Mevius, *4. dec. 119. num. 7. & 14.* vid. *l. un. C. de Nili agger. non rump.* Finis ſecundarius ad reſarciendum damnum, quodnam? Interdum ad pœnam.

XIII. Quando hæc actio ceſſet, ex præcedentibus facile colligitur; puta, ſi unum alterumve requiſitorum deficiat, v. gr. ſi agro certa lex ſit data, aut ſervitus impoſita, aut vetuſtas operis hominum memoriam excedat, vel quaſi ſervitus à natura impoſita, ſi Naturalis Aquæ curſus noceat: In ſummâ enim tria ſunt, per quæ alter vicinorum alteri ſervit: Lex, natura loci, Vetuſtas. *l. 1. §. f. l. 2. pr. & §. f. ff. h. t. l. 7. C. de ſerv. & aq.* Contraria.

TIT. IV.
DE PUBLICANIS, VECTIGALIBUS, ET COMMISSIS.

Cod. *Lib. 4. Tit. 61. & 62. Lib. 5. Tit. 41. Lib. 10. Tit. 16. & 19.*

§. I.

DAmna, quæ ex publica cauſa, Vectigalium nempe materia, obveniunt, ut reſarciantur, Prætor ſingulari Edicto proſpexit in hoc titulo: Fieri enim ſolet, ut ipſi conductores, vel eorum familiæ hac occaſione ultra debitum exigant, vel merces non profiteantur, & in commiſſum cedant. Sunt autem ſecundum inſcriptionem tres hujus tituli partes. Continuatio.

De Publicanis.

II. Quia vectigalia publica neceſſitate introducta ſunt, tùm ad augendum

Reipublicæ ærarium, *l. 1. C. vect. nov. inſt.* quàm ad ſecuritatem migrantium atque commerciorum: ideò illorum exactio per certas fieri ſolet perſonas, & dicuntur Publicani, à publico, qui ſcilic. publico fruuntur, *l. 1. §. 1. ff. h. t. L. 16. L. 17. & §. 1. ff. de V. S.* & nihil aliud ſunt, quam vectigalium & aliorum publicorum redituum conductores, *l. 1. §. 1. l. 12. §. 3. l. 13. pr. ff. h. t.* vel ſecundùm modum in Germania receptum, qui nudum præſtant miniſterium in eorundem collectione. Primùm iti dicti ſunt, qui publicè vel à fiſco conducunt. *dd. ll.* Qui autem à Municipiis conducta habent, impropriè Publicani ſunt, *d. l. 13. §. 1.* & in iis Utile tantùm Edictum locum habere debet. Henr. Klock. *de jure Vectigal. concl. 46. lit. a.* Dicebantur etiam Mancipes. *L. 11. C. h. t. L. 55. ff. locat.* quòd manu levatâ ſe emptores ſignificarent. Antiquitùs enim publicè in conſpectu & præſentia Officialium Principis ſub haſta, plus offerenti, locabantur ad triennium, *l. 9. pr. & §. 1. ff. l. 4. C. h. t. l. 4. C. de vect. & commiſſ.* add. Gutierrez. *de Gabell. q. 135.* præſtitâ tamen cautione per fidejuſſores idoneos. *d. l. 9. pr.* In exteris regionibus hujuſmodi redemptores vectigalium aliorumque redituum hodienum frequentes ſunt. Sed in Germania Status telonia habentes plerumque à Publicanis accepti rationem exigunt, raró ea elocant, quia nemo neſcit, quantæ audaciæ & quantæ temeritatis ſint Publicanorum factiones, *l. 12. pr. ff. h. t.* & proin DEO hominibusque jam olim inviſi fuerint. vid. *Matth. cap. 9. v. 9.* Vocantur etiam, quamvis impropriè, Gabellarii, Datiarii, &c. vid. Klock. *d. l.* Germ. Zöllner, Mauthner. Gallicè Fermiers du Roy.

Publicani Etymol. Definitio.

Modus conductionis.

Synonym.

III. Ad conducenda Vectigalia nemo invitus compellitur; *d. l. 9.* ſed omnes admittuntur, qui non expreſſè prohibentur, ut Clerici, *c. 1. 2. de obſig.* qui nec fidejubere poſſunt. Gutierrez. *d. tr. q. 132. n. 1.* Minores XXV. ann. *l. 45. §. 5. ff. de jure fiſc.* Gutierrez. *d. q. n. 17. & ſeqq.* ubi variæ limit. Tutores & Curatores, durante tutela vel cura; *l. un. C. ne tut. vel. cur. vect. cond.* niſi jam ante fuerint conductores vectigalium. *d. l. un. in f.* Debitores fiſci vel Reipublicæ, ne ex alia cauſa illorum debita onerentur, niſi fidejuſſores obtulerint, qui debitis ſatisfacere parati ſunt *d. l. 9. §. 3.* Judæi. *c. p. x. de jud.* de his & aliis plura vid. ap. Gutierrez. *d. q.* & Peregrin. *de jure fiſc. L. 6. t. 3. num. 3. & ſeqq.* Illud hic ſingulare eſt, quòd Fœminæ admittantur; *l. 47. pr. ff. de jure fiſci.* non verò filiusfamilias, hic enim eadem conducens pro patrefamilias ſe gerit. *l. 3. §. 2. ff. de SC. Maced.* Matth. *de Auct. l. 2. c. 3. n. 7. & 9.* Cæterum aliis poſſunt re-vel ſub-locare, *l. 47. §. 1. ff. de jure fiſci.* Pereg. *d. t. 13.* ſi conſentiant dominus vel adminiſtrator redituum.

Conducere poſſunt, qui non prohibentur.

an Fœminæ?

Vect. licet ſublocare.

Qui-

Gutierrez. *de Gabell. q. 62. n. 5.* Elapſo ad minimum triennio, de jure civili (quandoque enim alia conſuetudo regionis obtinet) conductores liberi ſunt; quod olim erat quinquennium; *l. 5. C. locat. l. 4. C. h. t. l. 30. §. 1. ff. de leg. 3. l. 3. §. 6. ff. de jure fisc.* & niſi ſponte velint reconducere, non tenentur. Sed limit. per *l. 11. §. 5. ff. h. t.* & ap. Peregr. *d. t. n. 6.* Sande, *d. l. 3. t. 6. def. 4.*

Elapſo triennio [illegible]

IV. Publicani verò penſiones ſecundùm promiſſionem ſolvere tenentur, aliàs poteſt auferri Gabella, necdum etiam tempore conductionis completo; vel ab iis uſuras ex mora exigere permittitur. *l. 10. §. 1. ff. h. t.* Et in nova locatione Reliquatores ad iterandam conductionem, antequam ſuperiori conductioni ſatisfecerint, non admittuntur, niſi admodum idoneis datis fidejuſſoribus. *d. l. 9. §. 2. & 3.* Cæterum à viatoribus plus æquo non extorqueant; tales enim audiunt latrones publici, de die & nocte furantes, & deſuper civiliter atque criminaliter puniuntur. *ſeq. §. 8. & 10.* princeps enim non permittit officialibus, alios deprædari; ſed terribilis ſit delinquentibus & indevotis circa fiscalia. *Nov. 17. c. 5. §. 1. & 3.*

Si publicani penſiones in tempore non ſolvant. Reliquatores non ſolutores non reconducunt.

V. Ad hanc ergò audaciam compeſcendam Prætor propoſuit Edictum, de quo *d. l. 1. pr.* & *d. l. 12. §. 1.* Actionem ſcil. contra Publicanos concedendo, quæ nomen quidem certum non habet, vocari tamen poteſt Actio ex Edicto contra Publicanos, quæ eſt actio Prætoria, perſonalis, quæ datur viatoribus vectigal injuſtè exſolventibus, eorumque heredibus, adverſus Publicanos, eorumque familiam, ad damnum ab his datum vindicandum, & quidem, ut, ob illicitè exactum, in quadruplum, duplum vel ſimplum condemnentur. Ratione C. E. R. dicitur Prætoria. *d. l. 1. pr. d. l. 12. pr.* à C. E. P. Perſonalis, quia oritur ex obligatione, quæ deſcendit ex delicto. Idem à poſteriori probatur, quia hæc actio ſæpè pœnalis eſt, mixta quidem. *d. l. 1. §. 4.* Omnis autem actio pœnalis eſt perſonalis; ſicut omnis realis eſt rei perſecutoria; quæ tamen propoſitiones non ſunt convertibiles. *§. 17. J. de act.* Ratione objecti enim interdum eſt rei perſecutoria, interdum pœnalis mixta. *d. l. 1. pr. & §. 4.* Bach. *ad. Tr. vol. 2. D. 18. th. 8. lit. C. & D. l. 5. §. 1. l. 9. §. 5. ff. h. t.* Ratione temporis eſt perpetua, & XXX. demum annis præſcribitur. *l. 13. §. 1. ff. eod.*

Cauſa Edicti.

Actio contra Publicanos quid?

Qualis?

VI. Cauſa Effic. Remota eſt Prætor. *l. 1. pr. l. 12. pr. ff. h. t.* Quamvis Publicanorum ordo apud Romanos admodum ſpectabilis & potens fuerit; ſæpè tamen vel dolo vel fraude plus æquo extorquere ſolebant, quæ malitia & temeritas omninò coërceri debuit. *dd. ll.* Sicque C. Effic. Proxima eſt delictum, quo damnum à Publicanis datur. Illud autem quatuor factis committunt, ſcil. furtum faciendo, vel rapinam, damnum injuriâ dando, & aliter ali-

C. E. Rem.

Impulſ.

Prox. eſt delictum, quomodo committitur?

quid

Etiam ſi alius ejus nomine fecerit.
Ratio.

quid exigendo. *d. l. 1. pr. d. l. 9. §. 5. ff. h. t.* Et ut Publicanus hac actione conveniri poſſit nihil intereſt, ſive ipſe, ſive ejus familia, ſive alius ejus nomine tale quid commiſerit. *l. 1. pr. d. l. 12. §. 1. ff. h. t.* Per familiam autem non tantùm ſervos, ſed etiam liberas perſonas intelligimus, & qui miniſtrant publicanis. *d. l. 1. §. 5. d. l. 12. §. 2.* Idcircò autem tam dura conditio publicanorum effecta eſt, quia debent bonos ſervos ad hoc miniſterium eligere. *l. 5. pr. ff. h. t. l. 7. pr. ff. naut. caup. & ſtab.* Pleramque tamen vagi & fugitivi in hujuſmodi operis etiam à ſcientibus habentur; *d. l. 12. §. 1. l. 13. §. 2.* Poteſt tamen dominus ſervum delinquentem exhibere, *l. 1. §. 5. ff. h. t.* ſin ſervus antea deceſſerit, dominus liberabitur. *d. l. 13. §. 3.*

Quibus competat?
Adverſus Publicanos.
Si plures ſint.
Eorum fidejuſſores.
Non hæredes.
Limit.

VII. Hæc actio datur perſonis, à Publicano ejuſque familia læſis, & injuriâ affectis, *l. 9. §. 5. ff. h. t.* eorumque hæredibus, aliiſque ſucceſſoribus. *l. 13. §. 5. ff. eod.* Adverſus ipſos Publicanos, *d. l. 1 d. l. 12. ff. h. t.* Et ſi plures conduxerint, ſinguli non in ſolidum; ſed tantùm pro rata conveniri poſſunt, *l. 6. ff. h. t.* ita tamen, ut, quod ab uno præſtari nequit, à reliquis exigatur. *d. l. 6. l. 46. §. 5. ff. de jur. fiſc. l. 11. l. 13. ff. ad municip. add. l. 9. §. 4. ff. h. t. Matthæus de Auction. l. 2. c. 6. num. 5.* Et quia in locatione vectigalium Fidejuſſores idonei requiruntur, *l. 9. pr. ff. h. t.* ideò, illis omnibus ſolvendo non exiſtentibus, hi uſque ad ſatisfactionem totius debiti tenentur, *l. 26. 28. & 51. ff. de fidejuſſ.* & his deficientibus, fidejuſſorum Approbatores. *l. 4. §. 3. ff. de fidejuſſ. tut. & cur. l. 12. §. 13. ff. mand.* Perez. *d. t. 5. num. 38.* Si verò fidejuſſio omiſſa, Commiſſarii locantes ad periculum tenebuntur. Gutierrez. *d. tr. quæſt. 133. num. 1. & ſeqq.* Contra Publicanorum hæredes non competit, quia actiones ex delicto regulariter non tranſeunt paſſivè, niſi locupletiores ſint facti, nam turpia lucra etiam hæredibus ſunt extorquenda. *l. 4. pr. junct. l. 16. §. 13. ff. h. t.*

Ad quid?
Diſt.
An damnum per furtum, rapinam, aut injuriâ datum?
An illicitè quid exactum?
Diſt. an vi? An ſine vi? & per errorem?

VIII. Objectum pro diverſitate temporum & factorum diverſum eſt. Diſting. enim inter damnum datum per furtum, rapinam, aut injuriâ; hiſce caſibus intra annum duplum, poſt annum ſimplum præſtatur. *l. 1. pr. ff. t.* Si verò illicitè, publicè privatimve, aliquid extortum fuerit, idque per violentiam, competit in quadruplum, ſed in duplum, ſi abſque vi exactum. *l. 9. §. 5. ff. h. t.* De duplo autem & quadruplo notandum eſt, quòd non meram pœnam, ſed ſimul rem ipſam ſeu æſtimationem contineat. *l. 5. §. 1. l. 9. §. 5. ff. h. t.* Unde hæc actio eſt mixta pœnalis. Nec obſt. quòd in *d. l. 1. §. 4.* ſimpliciter dicatur pœnalis, lex enim ex lege explicanda. Per errorem verò indebitè ſolutum ſimpliciter retrò reſtituere oportet. *l. 16. §. 5. ff. h. t.*

XI.

IX. Forma, ſive Differentia Specifica dependet à Fine, qui eſt, quòd hac actione agatur ad damni à Publicanis, vel aliis eorum nomine dati, ſimplum, duplum, vel quadruplum vindicandum, eorumque malitiam coërcendam. Effectus conſiſtit in ipſa executione. Attamen, ſi ante acceptum judicium rei ablatæ vel Damni dati fiat reſtitutio, ſtatim ipſo jure hæc actio evaneſcit; poſt acceptum verò judicium ad pœnam exigendam actio durat; quamvis abſolvendus ſit, qui etiam poſt acceptum judicium rem reſtituere paratus eſt. *l. 5. pr. l. 1. §. 4. ff. h. t.* — *Forma & Finis.* — *Effectus.* — *Quomodo hæc pœna evitari poſſit?*

X. Cum hac actione concurrunt, non quidem cumulativè; ſed electivè, Actio furti, Vi bonorum raptorum, Legis Aquiliæ, *ſ. 4. §. h. t. ibi: Abſurdum enim eſt, meliorem eſſe Publicanorum cauſam, quàm cæterorum.* L. Juliæ de reſiduis, *l. 2. ff. ad L. Jul. pecul.* Actio noxalis. *l. 3. pr. ff. h. t.* Si autem per errorem ſolventis publicanus quid accepit, datur Condictio indebiti. *l. ſ. §. ſ. ff. h. t.* Bachov. *d. D. 18. th. 8. lit. D.* Ad cognata etiam pertinet Extraordinaria perſecutio atque pœna arbitraria, quam vigor publicæ diſciplinæ omninò poſtulat. Brunnem. dicit eſſe Exilium, *ad l. ſ. C. vectig. nov. in ſ.* nam pœna, quæ infligitur ob intereſſe privatum, non tollit intereſſe publicum. arg. *d. l. 9. §. 5. ff. h. t. Nov. 17. c. 5.* Mynſing. *C. 5. O. 29. num. 5.* Jure Lubec. Publicanus vectigal receptum denuò prætendens nonuplum & mulctam IV. Marcarum ſolvere debet. *l. 2. t. 3. art. 6.* Concurrunt tamen & aliæ pœnæ. Mevius, *ad d. art. num. 23.* — *Cognata.*

De Vectigalibus.

XI. In Secunda hujus tituli parte agitur de Vectigalibus, quæ propriè dicuntur à vectura, quaſi vehendi & transferendi cauſa data. arg. *l. 6. C. h. t.* & poſt alios, Dn. à Gülich. *de Reg. vectig. jur. c. 2. n. 19.* Illorum nomen ambiguum eſt, & accipitur (1.) pro Penſione ſeu Canone emphiteuticario, ſicut etiam prædia illa vectigalia dicuntur. *l. 1. ff. ſi ager vectig. i. e. emphiteutic. per. add. l. 16. ff. de ſervit. l. 1. pr. ff. de cond. tritic. l. 16. ff. de pign. act.* (2.) Pro omni penſione publica, quæ ex quacunq; re in uſum publicum petitur. Et in hac ſignificatione erat triplex apud. Romanos vectigalium genus, Decumarum, Scripturæ, & Portorii, quæ explicat Hahn. *ad Weſ. h. t. N. II. verb. vectigal.* Huc referuntur omnes ſpecies, v. g. Pedagia, quæ dantur pro perſonis tranſeuntibus: vel rerum venalium, item ſalinarum, metallorum & paſcuorum. *l. 17. §. 1. ff de V. S.* De his verò vid. latè Klock. *conſil. 5.* & Quæſtus ex quibuscunque aliis rebus, comprehenſis Tributis, Gabellis, Datiis, Acciſis. Teſtatur hiſtoria, vectigalia quandoque cum ſumma injuria ridiculoſè & turpiter exacta eſſe pro ſepulchris, ſedulus, lotibus, umbra, urina. lupa- — *Vectigalium Etymolog.* — *Homon.* — *Latè.*

naribus &c. nullo rerum & ſæpè perſonarum genere omiſſo, cui non tributi aliquid imponeretur. à Gölniz. *d. c. 2. num. 8. & ſeqq.* Klock. *conſ. 6. c. 1.* & Klock. *de ærar. l. 2. c. 140.* (2.) **Strictè.** Propriè, pro penſione, quæ negotiationis vel transferendarum mercium cauſa in itinere vel pontis tranſitu ſolvitur, *d. l. 17. §. 1. l. 5. 6. 8. 9 C. h. t. d. l. 21. pr. ff. de don. int. Vir & Ux.* quæ eſt hujus loci, & in ſpecie dicitur **Synonyma.** Telonium, Portorium. *l. 3. C. h. t. l. 60. §. 9. ff. locat. l. 203 pr. ff. de V. S.* Germ. Zoll, Mauth. vid. Dn. Schweder. *Introduct. in Jus Publ. part. ſpec. c. 20. num. 1. 2.*

Definitio. XII. Vectigal, vel Telonium, in ſenſu ſtricto deſcribitur, quòd ſit onus reale, quod negotiationis cauſa fiſco penditur. *l. 5. l. 6. l. 8. l. 9. C. h. t.* post multos alios, Klock. *conſ. 7.* Gölniz. *d. c. 2 n. 22. & ſeqq.* **Divid. in Portorium, Subdivid.** Dividitur in Portorium & Pedagium. Illud pro importandis vel exportandis mercibus ſolvitur; eſt vel Terreſtre, ut vectorium, Landzoll. Pontivegium, Brückenzoll vel Navale, Waſſerzoll. **& Pedagium.** Pedagium à perſonis tranſeuntibus præſtatur; cujus in Jure Canonico ſæpius fit mentio. *c. 4. de cenſ. in 6to. c. 4. x. eod. c. 26. verſ. Prætereà. x. d. V. S.* **Guidagium.** Huc etiam referri ſolet Guidagium pro ſecuro tranſitu, Geleitszoll.

C. Effic. XIII. Cauſa Efficiens eſt ipſe Princeps, ſive penes quem eſt τὸ *κῦρος*, ſeu Majeſtas in Republica. *l. 10. pr. ff. h. t. l. 3. C. vectig. nov.* Et bonus Princeps circa ea non quidem temerè, ſed ſi, exhauſto ærario, Patria ita tenuis ſit, ut extraordinario auxilio juvari debeat, ſicque ex cauſa juſtiſſima, neceſſitate ita poſtulante, in uſum Reipublicæ, & quantum poteſt, ſine injuria ſubditorum & commerciorum imperat, nova erigendo, vel vetera augendo. *l. 1. C. vectig. nov.* latè Klock. *conſ. 2. 4. & 8.* Sic nervos Reipubl. vocat Cicero. *Verr. 5.* Hinc apud omnes ferè gentes uſu venium, eorumque veſtigia in Sacro Codice Vet. & Novi Teſtamenti habemus. add. à Gölniz. *c. 4.* **Quomodo hoc jus acquir.?** Poteſt tamen jus exigendi vectigalis acquiri per conceſſionem Principis, *l. 10. C. h. t.* ut per præſcriptionem immemorialem, ſuppoſitâ perſonâ habili Brunnem. *ad. d. l. 10. num. 3.* & Gölniz. *c. 4. num. 41. & ſeqq.* C. Klock. *Relat. 75. num. 29.* H. Klock. *Conſ. 15. & 22.* Brunnem. *conſ. 167. num. 2.* Ziegler. *de jurib. Maj. l. 2. c. 77.* Myler. *de Princip. & Stat. Imp. c. 90. num. 3. & 5.* Mev. *p. 7. dec. 158. num. 14.* **C. Impulſ.** Impulſiva eſt publica neceſſitas & utilitas; quia protectio & tutela viarum, fluviorum & maris Reipublicæ incumbit; Eaque propter in foro interno peccat, qui ea ſubtrahit. Treutl. *V. 2. D. 18. th. 8. lit. B.* Gutierrez. *de Gab. q. 3.*

In Imperio Rom. Germ. XIV. In Imperio Rom. Germ. hoc jus circa Vectigalia refertur quidem inter Reſervata Imperatoris; per receſſ. Imp. *de Anno 1566. §.* Weiter ſetzt. 116.

116. & ſeqq. Peculiariter tamen Capitulationibus Cæſareis cautum eſt, ut Imperator non, niſi approbantibus & conſentientibus omnibus Principibus Electoribus, imo deſuper prius auditis vicinis, ac iis, quorum intereſt, novorum erectionem veterumve adauctionem concedat. Capit. Car. V. art. 18. Ferd. I. a. 17. II. art. 17. III. art. 20. IV. art. 19. Leop. I. art. 21. Joſ. I. art. 20. ibi: Wir ſollen u. wollen auch hinfuͤhro keinen Zoll von neuem geben, noch einige alte erhoͤhen oder *prorogiren* laſſen, auch vor Uns ſelbſten keinen aufrichten, erhoͤhen, oder *Prorogiren*, es ſeyen dann die benachbarte und *intereſſirte* Staͤnde, und dero erforderter auch in gebuͤhrende *conſideration* ziehendes Gutachten daruͤber vernommen, und hernach aller und jeder Sieben Chur-Fuͤrſten Wiſſen, Willen, Zulaſſen und *Collegial*-Rath mit einhelligem Schluß alſo und dergeſtalt in dieſem Stuͤcke vorgangen, daß keines Churfuͤrſten Widerrede oder *Diſſens* dargegen, ſondern alle und jede dero *Collegial*-Stimmen einmuͤthig ſeyn, maſſen Wir dißfalls die *majora* nicht *attendiren*, 2c. & potiſſimum Capitulat. moderni Auguſtiſſimi Imp. Car. VI. *art.* 8. Stryk. *Exerc.* 39. *th.* 43. ibique Muller. jung. Inſtrum. Pac. Cæſ. Suec. *art.* 9. *num.* 1. & Cæſ. Gall. §. 67. & 68. Carpzov. *ad L. Reg. c.* 8. *ſect.* 1. & *ſeqq.* quod obtinent quod in ſpecie cautum in Capitul. Cæſ.

XV. Modo dicta tamen reſtringenda ſunt (1.) Ad Vectigalia propriè ſic dicta; Reliqua enim tributa, v. gr. Collectas, Cenſus, Datia, Acciſias, Decimas, Detractiones, & ſimilia, effectus eſſe juriſdictionis territorialis, docet praxis quotidiana, omnique dubio caret, poſt alios citatos, Myſ. *c.* 4. *o.* 59. 61. & *ſeqq.* jung. Beſold. & Wehner. *ſub d.* voc. Modo tales impoſitiones nullo exceſſu laborent, uti diſponitur in Capit. Leop. *d. l.* & Joſeph. *art.* 21. (2.) Ad Nova. Quicunque enim Status Imperii, item Nobilitas Imperii immediata, antequam per Pacta & Capitulationes de conſenſu Principum Electorum diſpoſitum fuit, circa telonia jus certum obtinuit, v. gr. per Conceſſionem, vel expreſſam, vel tacitam, immemorialem ſcil. præſcriptionem, illud ſartum tectumque maneat, ſecundum expreſſam literam Capitulationis Leop. *art.* 19. & Joſeph. *art.* 20. ibi: Rechtmaͤßig erlangt, oder ruhiglich hergebracht, 2c. Caroli VI. *art.* 8. quare idem in Cam. Imperiali, uti olim, teſte Mynſ. *c.* 5. *O.* 29. *num.* 6. Gylm. *l.* 1. *Dec. Cam.* 5. *n.* 11. ita hodienum in judicando rectè obſervatur. Multi namque Status Imperii, quamvis non per ſe, ſed ſecundum tenorem Conceſſionis, jus exigendi telonia habeant atque exerceant, Sixtin. *de regal.* *c.* 8. nova tamen ſi inſtituere, vel inſtituta contra Formulam in Privilegio vel Conceſſione expreſſam augere vel immutare intendant, Mandata ſine Clauſula contra eos decerni debent & ſolent. Capit. Cæſ. *d. l.* add. Carpzov. *d. c.* 8. *ſect.* 2. & *ſeqq.* infrà §. 20.

Vectigalia intellige, 1. Propriè ſic dicta. Exemp. Telonia juriſdictionis. 2. Nova. Quæ olim jus circa telonia obtinuerunt, ſalvo manent.

A quibus exigantur?

XVI. Exiguntur autem Vectigalia ab omnibus perſonis, quæ ſpecialiter immunitates hujus oneris non habent, *l. 6. l. 7. C. h. t.* etiamſi de Jure Civili Milites ſint, *l. 7. C. h. t.* ob profeſſiones tamen omiſſas pœna commiſſi non tenentur, *l. 3. C. eod.* & ſic aliud eſt obligari lege, aliud pœnâ legis. Brunnem. *ad d. l. 3. num. 3.* Eximuntur autem ab hoc onere (1.) Fiſcus, & res in fiſcum inferendæ. *l 9. §. 7.* Ziegl. *d. l. 2. c. 5. th. 9.* Principes, Comites, Civitates, & alii Illuſtres hac immunitate gaudent pro rebus ad victum & cultum eorum, & quos uſus cauſa ſecum habent, *l. 203. ff. de V. S.* pertinentibus. Wehner. *in voc.* Zoll. *§. Qui autem.* Conſtit. Imp. *de Anno 1521. §. Item* ſollen Churfürſten. Bocer. *de regal. c. 2. n. 197.* Petr. Friderus, *l. 2. de Mand. c. 42 th. 6. n. 20.* Struv *Exerc. 39. th. 48.* ibique Muller. Stryk *in Uſu moderno, §. 9. h. t.* qui Authores idem de Nobilibus Imperii Immediatis in ſpecie tradunt, & ita in Imperio obſervari, poſt multas rationes & authoritates, teſtantur à Gölnitz. *c 3. n. 17. & ſeqq.* H. Klock. *concl. 31.* Limn. *de J. P. l. 6. c. 3. n. 52. & 66.* Mauritius *diſſ. de nobilit. th. 40.* Stryk. *in U. M. §. 9. & 10. h. t.* Knipſchild. *de Jur. & privileg. nobilitat. & ordin. Equeſtr. S. R. J. liberi & immediati, lib. 3. cap. 6.*

Eximuntur 1. Fiſcus.

Hodie Principes, Comites, Civitates, & Illuſtres pro rebus ad victum neceſſ.

2. Legati, & eorum domeſtici. Limn.

XVII. Huc referuntur (2.) Legati; tam exterarum Gentium, eorumque domeſtici, *l. 8.* ibi Salicet. *C. h. t.* niſi quid non ſui uſus gratia importent, vel ſub hoc privilegio mercaturam exercere velint, prout quandoque fieri ſolet, *l. 7. C. d. t.* Sixtin *d. c 6. n. 113.* Frider. *d. c. 42. th. 6. num. 20.* quam Statuum Imperii ad Comitia univerſalia, vel particularia euntes, ratione victualium & conſumptibilium, quod Edicto Imperiali ſub pœna XX. marc. auri puri corroboratum Anno 1666. Fritſch. *in add. Limn. l. 9. c. 1. p. 307.* vid Capitulat. Joſeph. *§. 22.* Præſides Provinciarum, *l. 4. §. 1. ff. h. t.* Conſiliarii, aliique ad Imperii Conſilium Deputati. per Conſt. Imp. *de Anno 1500. & 1501. §. Item* ſollen, ibi. Alle zum Reichs-Rath gehörende, und Ihr aller Diener. Quod idem de aliis Principum Conſiliariis, & omnibus Officialibus, ſcilicet in ſuorum Dominorum territoriis, traditur. Frider. *d. l.* Sixtin. *num. 112* Sed hac prærogativâ in ſpecie donati ſunt Senatores Cam. Imp. & reliqui Camerales. Ordin. Camer. *p. 1. t. 49.* & Receſſ. Imp. Nov. *de Anno 1654 §.* Dieweilen. *135.* ibi: Und wollen kräfftiglich widerholet haben, daß Cammer-Richter, *Præſidenten*, Beyſitzere, *Advocaten*, *Procuratores*, *Protonotarii*, *Notarii*, Leſer, Schreiber, Botten, und alle andere zum Cammergericht gehörige Perſonen, auch deren nachgelaſſene Wittwen und Kindere, ſo lang ſie ihr häußlich Anweſen bey und an dem Cammergericht haben, unverruckten

Præſides. Conſiliarii.

An Conſil. & Official. Principum? Cam. Imp. Aſſeſſores & reliqui Camerales?

Stand

Stand halten, und ſich der Orthen nicht in die Bürgerſchafft verheyrathen, oder ſonſten unter andere *Jurisdiction* begeben, ſambt allem ihrem Hausgeſind und Haushaltung, ſo lange ſie in denen Schrancken ihrer *Cameral functien* verbleiben, aller Orthen Umgelds, Dats, Mauth, Zoll, und aller Beſchwehrung, auch anderer Gerichts-zwang frey ſeyn, und damit durch niemands in keine weege beſchwehret, &c. Item in fine: Gleichwohl Sie die Cammergerichts-Verwandte, ſich auch keiner Wirthſchafft oder kauffmannſchafft gebrauchen ſollen. Et id privilegium continuari in Exaſſeſſoribus, qui officium aliaex cauſa, quàm crimine depoſuerunt, prob. per *l. un. C. de Comit. qui Prov. reg. l. 14. C. de excuſ. mun. l. 2. C. ut dign. ord. ſerv.* quod præjudicio confirmat Klock. *Conſ. 31. lit. 4.* add. Gylmann. *d. l. 1. Dec. Cam. 46. n. 256.* Et hactenus dicta immunitas procedit, etiamſi præmemoratæ perſonæ res proprii uſus cauſa comparatas, mutato poſtea propoſito, vendiderint. Gylm. *dec. 6. n. 14. & ſeqq.* Klock. *conſ. 57.* — Item Exaſſeſſores. Ampl.

XVIII. *(3.)* Navicularii vel Naucleri, qui ſcilicet cum periculo & labore annonæ urbis ſerviunt, & proprias res transferunt; non & ſi alienas. *l. 5. §. 5 ff. de jur. immun. l. 6. in f. C. h. t.* ibi Perez. *l. 5. C. de navic.* non ergò pertinet ad omnes nautas ſimpliciter. Sixtin. *d. l. num. 110.* Hoc tamen extenditur, ſi arma, milites &c. transvehantur. Ziegler. *d. tr. c. 8. th. 7.* — 3. Naviculari.

(4.) Eccleſiæ & perſonæ Eccleſiaſticæ. *c. 4. X. de cenſ. in 6.* Auth. *Item nulla Communitas. C. de Ep. & Cler.* add. B. Bohmer. *in Jure Canon. Proteſtant. lib. 3. tit. 49. & de Jur. paroch. ſect. 5. cap. 3.* item Hoſpitalia, Ruland. *de Commiſſ. p. 4. l. 2. c. 5. n. 36.* niſi exerceant negotiationem *d. c. 4.* Nec obſt. Geneſ. *47. verſ. 22.* Eſræ, *7. verſ. 24.* ibi enim alius eſt caſus, & Sacerdotes Iſraelit. non poſſidebant agros. Klock. *conſ. 26. & ſeqq.* Struv. *Exerc. 39. th. 48.* ibique Muller. Stryk. *in Uſu moderno. §. 13. h. t.* Et Clerici deſuper conveniendi ſunt in foro ſeculari. Gail. *l. 1. O. 17. num. 3.* Klock. *conſ. 25. lit. g.* Hæc Immunitas jure humano tolli poteſt. arg. *l. 100. ff. de R. J.* Matth. *c. 17. v. 24.* vid Ziegler *d. l.* & alii. — 4. Eccleſiæ & perſonæ Eccl.

(5) Profeſſores, Doctores, & Studioſi, *l. 6. C. de Prof. & Med.* & per auream Auth. *Habita. C. ne filius pro Patre.* ibi Sichard. & DD. ſcil. ratione rerum, quibus ſtudiorum gratiâ utuntur, vid. Klock. *conſ. 26. & ſeqq.* idque ob favorem ſtudiorum, & publicam utilitatem. Stryk. *§. 12. h. t.* Ziegler. *de J. M. lib. 2. cap. 8. §. 8.* Sic Fundator Academiæ Eberhardinæ de ſuperfluo Academicos inter alia privilegia hac quoque immunitate donavit. v. Joh. Veetius, *n. 18.* Ex dictis autem fluit, deſides hoc beneficio ſemetipſos exuere. vid. Sichard. *d. l. num. 8.* Suevus, *in d. Auth. part. 4. th. 4.* Ruland. *de Commiſſ. p. 4. l. 2. c. 5.* Sixtin. *c. 8.* Cluten. *de J. Vect. th. 20.* Wehner. Fr. *M. B.* Quam- — 5. Profeſſores, Doctores & Studioſi. Sed non deſides.

vis, ex audacia Publicanorum, Studioſi quandoque vectigal ſolvere tenentur, ſed Rümelin. *ad A. B. Diſſ. 5. th. 21. inf.* talem conſuetudinem, tanquam perverſam & irrationabilem, non attendendam eſſe docet. add. Knipſchild. *de nobilit. lib. 3. cap. 6. n. 167. cum ſeqq.*

Ad. perſonæ immunes non ſunt, ex neceſſitate & publica utilitate.
Item, Si non immunium res ſecum habeant.

XIX. Attamen præmemoratæ perſonæ immunes à vectigalium ſolutione non liberantur, ſi exactio fiat tempore neceſſitatis, pro bello, vel pro refectione ſive conſervatione quadam publica, viarum, pontium, portuumve etiam Monachi & ſimiles tenentur. *l. 7. de SS. Eccleſ. l. 17. C. de op. publ. l. 4. C. d. prov. dom. Aug.* Mevius, *p. 6. dec. 127.* Item, ſi res aliorum non immunium rebus ſuis ſcienter adjiciant, privilegium perdunt, ita, ut licita cum illicitis, de Jure Civili in commiſſum cadere videantur; *l. 11. §. 2. ff h. t. l. 3. C. de nav. non exc. l. 3. C. d. Naut. fœn.* D. Lauterbach. *in Diſſ. de Jure in cur. mercat. uſit. th. 59.* Struv. *Exerc. 39. th. 49. & 50.* ibique Muller. quamvis ex æquitate tantùm res illicitæ & prohibitæ committantur, & quidem pro parte ſaltem non ſoluti vectigalis Klock. *Conſ. 90. lit. b.* Joh. Voetius, *n. 2. h. t.* Sichard. *ad C. h. t. num. 15.* Frider. *c. 43. th. 7. num. 15. & th. 11. num. 14.*

Nec eas indicant,

Hinc immunitas non liberat à profeſſione rerum Publicanis debito loco facienda, quâ omiſſâ, incidunt in pœnam commiſſi, *l. 4. §. 1. l. 5. §. 3. & 12. ff h. t.* Dn. à Lyncker *in Reſp. 129. n. 35.* ideò ſchedulam immunitatis, einen Paßbrieff oder Freyzettul, vel literas commeatus ſecum habere debent: per *Ad. E.* Koppen. *dec. 50. num. 19.* Hahn. *h. t. inf.* Ziegler. *d. tr. l. 2. c. 11. th. 2.* D. Bardili, *in Diſſ. de vectigal. th. III.* nec licentia porrigatur ad illicita. Mevius, *p. 2. dec. 317. & ad J. Lubec. p. 2. t. 3. art. 6. n. 1.*

In Praxi diſting.

In praxi tamen diſtinctionem obſervari, ſi res notoriè immunis ſit, vel Publicanus perſonam cum bonis immunem eſſe noverit, eam ſine periculo improfeſſam transvehere licitum eſſe, cum aliis monet Klock. *conſ. 88. lit. b.* add. D. D. Schweder. *in Jure publ. ſect. 1. cap. 10. n. 7.*

Quomodo præſtentur? Quantitas.
Hodie juxta numerum, pondus & menſuram.
Qualitas.

XX. Quoad Vectigalium præſtationem notanda Quantitas & Qualitas. Ratione illius olim octava pars rerum ſolvebatur; unde vectigal octavarium, & Redemptores Octavarii dicuntur *in l. 7. l. 8. C. h. t.* quod Moribus in deſuetudinem abiit, & ea quantitas obſervanda eſt, quæ privilegio conceſſa, vel conſuetudine inducta; & hodiè ſecundum numerum pondus & menſuram mercium fieri, idque per tabulas, Zolltafeln, indicari ſolet, per *l. 4. §. 2. l. 9. §. 6. ff. h. t.* Carpz. *J. F. p. 41. c. 4. def. 15. n. 8.* Dn. Rhetius, *Diſſ. Jur. publ. 10. c. 3. n. 27.* Stryck. *in Uſ. mod. §. 7. h. t.* Ratione Qualitatis, non ipſarum rerum, quæ in- vel ex-portantur, portio in natura; ſed illarum lo-

co

Non ſolvitur in natura, ſed pecunia.

eo conſtituta pecunia ſolvitur, per *l. 5. C. h. t.* ubi dicitur: *Pro rebus præſtari debere*, aliud ergò, quam res ipſa ſolvitur. Porrò ob non ſolutum vectigal merces in commiſſum cadunt, & ſic ſeparatum quid eſt vectigal à mercibus ipſis; Sixtin. *d. c. n. 82* ita, ut, ſi vinum, frumentum, &c. vectigali obnoxia, loco pecuniæ vectigalis & in quantitate excedente auferantur, hodie ex Conſtitutione Pignorationis agi poſſit. Klock. *concl. 61. lit. d.*

De quibus reb. ſolv?

XXI. Vectigal vel telonium ſolvitur pro invectione & provectione mercium, ita tamen, ut ſemel de importatis ſolutum, eadem exportans, denuò ſolvere non teneatur. poſt alios, Mev. *ad J. Lub. lib. 5. t. 6. a. 7. n. 11.* Str. *Exerc. 10 th. 47.* ibique Muller.

Differunt à tributis.

Differt ergò à Tributis propriè ſic dictis, quæ ſubjectis ſæpiùs imponuntur, pro cujusque facultatibus, & à poſſeſſoribus præſertim immobilium exiguntur. *l. 7. ff. h. t. l. 7. §. 2. ff. de uſufr. l. 2. C. de annon. & trib.*

Aliis publ. Penſionibus.

Item ab aliis penſionibus publicis, modo non ſub tali ſpecie novum vectigal intendatur. Capitul. Leop. *art. 20. & 22.* Joſeph. *art. 21.* Car. VI. *art. 8.* Tales ſunt *Acciſe*, Umgeld, Niederlage, Standrecht, Renten, *Licenten*, Pflaſter *Cam*-Gelder, rc.

Pro rebus conſumpt.

quæ ſuper rebus rebus conſumptibilibus, vel aliàs vi juriſdictionis territorialis, imò ſæpè jure Magiſtratûs, imponuntur. Myler. *d. tr. c. 65. n. 6.* Dn. Schweder. *d. l. num. 2.*

XXII. Vectigal autem ſolvitur ſecundum conſuetudinem, *l. 4. §. 2. ff. h. t.* nec earum rerum, quarum nunquam præſtitum eſt, præſtari poteſt. *l. 9. §. 6. ff. eod.* Sic regulariter de rebus debentur, quæ negotiationis gratia invehuntur & evehuntur. *l. 5. C. h. t.*

Excipiuntur Res in proprium uſum.

De Jure Civ. excipiuntur itaque (1.) Res, quæ in proprium uſum inferuntur. *l. 5. Cl. 4. §. 1. ff. h. t.* Licet ex propriis fundis non percepter, propter generalitatem.

Quantum tales? Hodiè.

Uſus autem ſtrictè accipitur pro eo, quod pertinet ad victum & amictum ſui & familiæ causâ, *arg. l. 2. §. 1. l. 9. §. 1. ff de uſ. & habit.* ſecundum conditionem perſonæ, *l. 43. l. 44. l. 203. ff. de V. O.* Cluten. *th. 6 lit. a.* quod hodienùm obſervandum, niſi alia conſuetudo obtineat; Mev *p. 7. dec. 120.* Wehner *d. l.* Küppen. *dec. 50. n. 30.* Klock *concl. 59.* Dn. Schweder. *n. 5.* quæ tamen contraria conſuetudo non præjudicare debet perſonis *praed. §. 16. 17. & 18.* mentionatis.

In uſum Exercitus.

(2.) Res, quæ Exercitui parat v. Montur Proviant, ut eo magis mercatores ad commeatum caſtrenſem invitentur. *l. 4. §. 1. l. 9. §. 7. ff. h. t.* Receſs. Imp. *de A. 1530. §.* Item.

Agriculturæ.

(3.) Res omnes ad rem Ruſticam, agriculturam & inſtrumenta ruſtica, v. gr. Saat Korn. pertinentes, *l. 5 C. h. t.* ubi in nonnullis exemplaribus *res ſorte*, in pluribus tamen *res rura exercendi gratia* legitur, quæ poſterior lectio communiter à DD. approbatur, & ex ipſo textu deducitur. Gl. & DD.

In l. 5. C. h. t. leg. varia.

com-

In nundinis anniverſariis emptæ. Ex neceſſitate quadam aliorſum delatæ. Ampl.

communiter. *Mev. p. 7. dec. 121.* (4.) Res emptæ & venditæ in nundinis anniverſariis. *l. un. C. de nund.* Quamvis in plurimis locis conſuetudo ſit contraria. Klock. *de contrib. c. 5. num. 8.* (5.) Res vi Ventorum, & tempeſtatis adverſæ neceſſitate, vel piratarum excurſione, vel ex alio timore in portum delatæ, *l. 15. l. 16. §. 8. ff. h. t. l. 1. C. de naufr.* unde inferunt DDres, quòd ii, qui hoſtium metu ad vicinam urbem confugiunt, nil pro rebus convaſatis vectigalis nomine pendere debeant; item, ſi ex eadem cauſa vel ob inundationem vicina molendina viſitent, Klock. *conſ. 61. lit. a.* add. Conſt. Crim. Car. V. *art. 218.* ne onus oneri addatur. Mevius, *p. 7. dec. 119.* Item, quæ agricolæ ad annonam in urbem uſûs causâ deferunt. Mevius, *d. p. dec. 120.*

Cadaver humanum.

(6.) Cadaver humanum transferendum, *l. f. C. de rel. & sumpt. fun. can. 12. & ſeqq. cauſ. 13. quæſt. 2.* vid. ſuprà *ad tit. de mort. inſer. §. 1.* D. Kurrer. *in Diſſ. de aſſ. funerar. th. 35.* add. à Gölnitz. *c. 3. num. 26.* ubi deduxit, quod ſecundum Pandectas Noricas & multorum ſententiam, *in l. 37. pr. ff. de relig. &*

L. 37. pr. ff. de rel. & ſumt. fun.

ſumpt. fun. pro, *ſi qua vectigalia*, legendum *veſtiaria*.

Pecunia numerata & proba.

(7.) Pecuniam numeratam & probam immunem, magisque quàm alias merces exemptam eſſe, rationibus & præjudiciis defendit Klock. *conſ. 60. & de contribut. cap. 11. n. 62. 66. & 67.* Knipſchild. *de Nobilit. lib. 3. cap. 6. n. 174. & cap. 7. n. 362. & 366. & de Civit. Imp. lib. 2. cap. 18. n. 42.* Dn. à Lyncker *in Reſp. 129. n. 10. & 37.* Dn. ab Andlern *Corp. Conſtit. Imp. Tom. 2. verb.* Zoll. *num. 15.* Struv. *Exerc. 39. th. 47.* ibique Müller. De rebus Eccleſiarum, Fiſcorum, &c. jam ex præced. conſtat.

Qualitas rerum quandoque prob. juramento.

XXIII. Num autem res negotiationis, an uſûs proprii, num alia quavis de cauſa vehantur, ſi nullæ literæ requiſitoriales vel immunitatis, Paß oder Freye Zettul, poſſint produci, neque aliæ præſumptiones illud impediant, juramento ejus, ad quem pertinent, debet probari. Gl. *in Clem. fin. de Cenſ.* Klock. *conſ. 58.* à Gölnitz. *d. c. 3. num. 14.* Köppen. *d. dec. num. 37.*

Finis.

Finis vectigalium primarius eſt ſecuritas, & tutela viarum atque fluminum, vid. *ſeq. §.* ſecundarius ut ærarium, ceu nervus rerum gerendarum, augeatur. Clapmar. *de a. s. rerumpublic. l. 3. c. 12.*

Effectus. Quoad ad exigendum comp. Actiones & Remedia?

Effectus eſt, ſi de jure exigendi conſtat, contra tranſeuntes datur Condictio ex lege vel privilegio, aut Actio in factum, per *l. un. ff. de cond. ex L.* Si Publicanus arguat merces commiſſas, Rei vindicatio, *ſeq. §. 32.* Sin inter duos Status Imperii de hoc jure controvertatur, & timor ſit, ne ad arma veniant, competens Judex, vel ad inſtantiam partis, vel ex officio ſummariè decidat. Ord. Cam. *p. 2. t. 21. §. 5.* Aliàs pro re nata datur Interdictum Uti poſſidetis, Unde vi, Actio confeſſoria & negatoria, & ſimilia. Klock. *conſ. 92.*

XXIV.

XXIV. Teloniorum verò jus exercentes certas conſtituant Domos, Zoll-häuſer. Beſold. *h. voc.* & in exactione ſtrictè obſervare tenentur quantitatem & qualitatem ratione modi, temporis, vel loci; prout conceſſum, transactum, vel conſuetum eſt. Hinc C. C. contra A. E. C. in Camera Imp. Mandatum S. C. petiit, quia telonium de loco conſueto in alium tranſtulit, die Zollſtadt verändert. Frider. *d. c. 42. th. 4. n. 17.* Myler. *d. c. 64. n. 5.* Klock. *Concl. 73.* Ziegler. *d. l. 2. c. 10. th. 7.* Boc. *de Regal. c. 2. n. 195.* Et in genere, ſi quis nova inſolitaque inſtituat, vel inſtituta augeat, vel quicquam contra conceſſum, uſitatamve formam intendat, contra ipſum in Camera Imper. Mandata S. C. ſcilicet Inhibitoria, vel Caſſatoria & Reſtitutoria decernuntur. Capit. Ferd. III. *art. 24.* Leop. I. *art. 21.* Joſ. I. *art. 20. in fin.* Car. VI. *art. 8.* Ferd. *d. c. pr.* Mynſ. *d. O. 29. n. 3.* Myler. *d. l. n. 4.* In quam ſententiam Catalogum Præjudiciorum recenſet Gylmann. *in Dub. Camer. verb. Mandata S. C. fol. 191. in med. & verb. Vectigal.* Cui, ſi opus foret, multa recentiora jungi poſſent. add. Blum. *Proc. Cam. t. 34. num. 146.* Rhoding. *Pand. Camer. l. 1. t. 1. num. 9.* Klock. *concluſ. 94. lit. b.* à Gölniz. *c. 4. num. 95.* Sed de teloniis Rhenanis vid. d. Capitular. Joſeph. *§. 22. inf.* & §. 23.

Quomodo contra peccantes in exigendo?

De teloniis Rhenanis remiſſivè.

XXV.
De Commiſſis.

In Tertia h. t. parte agitur de Commiſſis, ob crimen fraudati vectigalis. *l. 8. pr. ff. h. t.* Hoc loco dicuntur res, quæ ob vectigalium defraudationem prioris Domini eſſe deſierunt & fiſco jure dominii acquiſitæ ſunt. *l. 14. ff. h. t.* Res committi vel in cauſam commiſſi cadere *l. 2. C. h. t.* dicitur, quæ, excidente Domino priore, alteri acquiritur. ſupra *ad tit. de L. Commiſſ. §. 2.* Idque immediatè venit ex Lege, utpote quâ prior Dominus committens, ſtatim, i. e. ipſo jure talis eſſe deſinit. *d. l. 14.* Quamvis ad acquirendam rei commiſſæ poſſeſſionem de jure ſententiâ declaratoriâ opus ſit. Frider *d. c. 45. th. 5. num. 10.* Beſold. *p. 5. conſ. 234. num. 36.* Gail *l. 2. O. 51. num. 5. & de P. P. l. 2. c. 3. num. 11.* Mynſing. *d. O. 29. num. 7.* quod tamen de conſuetudine non obtinet, Köppen. *dec. 1. q. 30 num. 11.* & hanc in Germania generalem eſſe teſtatur Klock. *concl. 86. lit. c.* Hahn. *ad Weſ. h. t. N. IV. in med.* Mevius, *ad Jus Lub p. 2. t. 3. a. 6. num. 4.* Struv. *Exerc. 39. th. 51.* ibique Müller D Bardili *in Diſſ. de reticentia, th. 109.* Stryk *in Uſu moderno, §. 14. h. t.* Dictæ autem diſpoſitioni cauſam dedit delictum, defraudatio ſcil. vectigalium, res, quæ invehuntur vel evehuntur, doloſè non indicando vel profitendo. *l. 16. §. 12. ff. h. t.*

Commiſſa quæ?

C. Effic.

C. Imp. eſt delictum, quale?

Requir. 1. Dolus malus. Excuſantur ignorantes

XXVI. Ut itaque res in commiſſum cadat, requiritur ejus, qui non eſt exemptus vel ratione perſonæ vel rei, I. Dolus malus, ſine quo delictum regulariter non committitur. *l. 8. l.* 11. §. 2. *l.* 16. §. 11. *ff. h. t.* D. D. Harpprecht. *in Conſil.* 47. *n.* 31. *cum ſeqq.* Excuſantur ergò (1.) Ignorantes, non tamen per affectationem, *l.* 16. *ſ.* 5. *ff. h. t.* item Ferantes, *d. l.* 16. *ſ.* 10.

& error.

his enim, duplo ſoluto vectigali, einen doppelten Zoll res reſtitui debent, *d. l.* 16. §. 10. & 11. Non obſt. *d. l.* 16. §. 5. qui reſtringendus ad ignorantiam affectatam atque craſſam, & errorem non probabilem. ibi Brunnem. *n.* 1. Hahn. *h. t. N. IV. inſ.* Schilt. § 59. Bachov. *d. D.* 12. *th.* 9. *lit. D.* Struv. *Exerc.* 39. *th.* 49. ibique Muller. Joh. Voetius *n.* 25. Stryk. *in Uſu moderno*, §. 18. Nec tamen

Modo probetur. An juramento datur?

ſola ignorantiæ vel erroris allegatio ſufficit, nec præſumitur, ſed per probabiles circumſtantias, conjecturas & præſumptiones, vel denique per juramentum probetur. Gail. *l.* 2. *O.* 46. *num.* 16. Sic Jure Lubecenſi Reus, qui eſt bonæ famæ, juramento præſtito rectè abſolvitur. *p.* 2. *t.* 3. *art.* 5. Hodiè quidem uſu venit, ne quis errorem allegare queat, ut paſſim Cippi, Zollſtöcke, vel

Zollſtöcke.

Tabulæ erigantur, in quibus inſignia Domini territorii picta ſunt, cum inſcriptione Allhier gibt man Mauth und Zoll. (2.) Servi fugitivi, licet ſecum

Servus fugitivus.

tes vectigalia de ſe non ſolverint, non tamen in commiſſum cadunt, nec eorum Dominus dominium amittit, quia hoc in caſu invitus & ignorans fraude caret. *d. l.* 16. §. 4. (3.) Qui propter adverſæ tempeſtatis neceſſitatem res

Neceſſitate impeditus.

prætervehunt, *d. l.* 16. §. 8. quod DD. res extendunt ad omnes alias neceſſitates, e. gr. Metum latronum, belli, peſtis, incendii. Sixtin. *d. c.* 6. *num.* 176. Mevius, *p.* 7. *dec.* 119. Struv. *Exerc.* 19. *th.* 52. ibique Mullerus. Stryk. *in uſu moderno.* §. 18. *h. t.* & §. 14. *de exercit. act.* (4.) Si à Publicano decepti. Pe-

Decepti à Publicano.

regr. *de jure fiſc.* *l.* 6. *tit.* 5. *num.* 33.

2. Res non indicatæ, ſaltem ſponte.

XXVII. II. Ut res, quæ invehuntur vel evehuntur, apud Publicanos non indicatæ fuerint. Nam etiam perſonæ exemptæ à profeſſione non liberantur *l. præc.* §. 17. multò magis, qui ad vectigalium præſtationem obligati, ſua ſponte, etiamſi à Publicano non inſtructi vel admoniti, omnes res, quæ vehuntur, indicare debent, *d. l.* 16. §. 6. quo ipſo transgredientes tuti ſunt, licet ve-

Si profeſſione factâ vectigal non ſolverint? Si alia via non uſus? Wehrzoll.

ctigal non ſolverint, etiam ex conſpiratione & colluſione Publicani, quia tunc fiſcus damnum illud à Publicanis vel eorum Fidejuſſoribus conſequi poteſt. *d. l.* 16. §. 12. Non profitentes vero, etiamſi per aliam viam, Abwege, Nebenſtraſſe, eant, haud excuſantur. *l.* 2. *C. de curſ. publ.* Carpzovius, *J. F. p.* 2. *c.* 27. *def.* 5. *num.* 7. Stryk. §. 16. *h. t.* Hinc, ſi territorii ſituatio tale quid exigit, poni ſolent Wehrzoll non ut antiquus modus immutetur, quod peccatum foret contra Conſtitutiones publicas, *præcedente* §. 21. ſed ad

ſimi-

fraudes impediendas. Hinc cautè verſandum monet Klockius, ne hoc modo innovatio quædam & reformatio introducatur. *concl. 74. lit. c.*

In quem ſi-nem?

Subjectum à quo.

Ad quod.

XXVIII. Subjectum, à quo, ſunt perſonæ, quibus res aufertur, ſc. Defraudatores. ſo den Zoll verfahren eorumque hæredes, ut & quilibet poſſeſſor. Ad quod, in quas transfertur, Fiſcus nempe, vel telonii conductor Publicanus, *l. 14. ff. h. t.* etiamſi ſimpliciter conduxerit, nulli facta commiſſorum mentione. *l. 11. C. eod.* Sicut enim damnum, ita & augmentum ad Publicanum regulariter ſpectat. Klock. *concl. 49. & ſeqq.* Peregr. *d. l. 5. n. 42.* Hodiè verò certa tantùm pars quotitativa ex commiſſis ipſi ſolet aſſignari. Brunnem. *add. l. 11.* Muller. ad Struvium *Exerc. 39. th. 38.*

Objectum. Res defraudatorum propriæ.

XXIX. Objectum ſunt res defraudatorum propriæ, quæ invehuntur vel evehuntur; Aliena enim fraus non nocet Domino. *l. 8. §. 1. l. 11. §. 2. l. 16. §. 2. & 11. l. 14. ff. h. t.* Hinc ſequitur, ſi quis pro re furtiva vectigal non ſolvat, eam per cauſam commiſſi Domino non auferri, Frider. *d. c. 43. th. 9. num. 18.* nec vectigal deberi. Gölniz. *c. 5. n. 5.* Porrò huc referuntur Res ad importandum, vel exportandum, vel vendendum prohibitæ, Contreband-Waaren. *l. 11. §. 2. ff. l. 11. C. h. t. l. 1. & 2. C. quæ res export. non deb. l. un. C. de litt. & itin. cuſtod.* D. Coccej. *Diſſ. de commiſſis, ubi de mercibus, contrabandis, vulgo contrebande-Wahren* Præterea hoſtibus ita ſervire, non ſine periculo capitis, licet, *d. l. 8.* Schilt. *Ex. 42. §. 53.* Menoch. *de A. J. Q. l. 2. Caſ. 91. n. 23.* Molin. *de J. & J. T. 2. D. 343. inf.* ſed vid. *Nov. Imp. Leon. 63.* & illicitarum mercium perſecutio etiam hæredes affligit. *d. l. 11. §. 3. l. 14. ff. eod.* à Gölniz. *c. 5. n. 2.* Joh. Voetius, *n. 20. h. t.*

Non alienæ, vel furtivæ.

Etiam res prohibitæ. Contrebande-Wahren.

Socii factum non nocet ſocio.

XXX. Ex antedictis fluit, ſi Socius, res communes transportans eas ſine voluntate ſocii non indicaverit, quòd pro ſua tantùm parte committat. *l. 8. §. 1. ff. h. t.* Socii namque culpa alius ſocius nocere non poteſt, arg. *l. 14. ff. eod.* quod comprobat Klock *concl. 90.* contra Frider. *d. c. 43. th. 8.* Strov. *Ex. 39. th. 50.* ibique Mullerus. Stryk. *in Uſu moderno, §. 19 h. t* add. D. D. Graſs. in *Diſſ. de neglectu fiſci commodis. cap. 2. §. 10. usque ad §. 19.* Porrò quæritur, ſi nauta, auriga, mulio, vel famulus, res celaverit, & vectigal ſolvere dolosè intermiſerit, an tantùm res vectoris propriæ, navis ſcilicet, equi, currus, an verò etiam merces ipſorum mercatorum vel Domini in commiſſum cadant? Poſterius cum aliis affirmat Schilter. *§. 60* item Klock. *Concl. 80. lit. b.* quia ipſi Domino, cujus res ſunt propriæ, vectigalis ſolutio incumbit. *l. 60. §. 8. ff. locat. cond.* ad minimum ſemper in culpa eſſe cenſetur. Nam aut vectori ſolutionem vectigalis mandaverit, aut non; ſi hoc, non caret culpa, quia ſe ad vectigalis obliga-

Si auriga, &c. vectigal non ſolverit, an etiam res Domini fiſco cadant?

R. c. debet.

ligatum ſcit, aut ſcire debet. Sin illud, tunc vectoris dolus, tanquam procuratoris conſtituti, domino nocere debet, ſibi enim imputet, quòd ſua negotia tali commiſerit, nec fidelem elegerit. *L. 23. ff. de minor. l. 6. §. 4. ff. naut. caup. & ſtabul. l. 10. C. de Procur.*

Rat. decid. XXXI. Illis tamen non obſtantibus, Verior eſt contraria ſententia, quòd tantùm res propriæ vectorum cadant in commiſſum, propter *d. l. 14.* quia ipſe Dominus fraudem & delictum non contraxit, Ergo & ipſi ignoranti nocere non debet, quod idem confirmatur per *l. 8. §. 1. l. 11. §. 2. arg. l. 5. §. 1. & 11. ff. h. t.* Bocer. *de Regal. d. c. 2. num. 311.* & Rumelin. *ad. A. B. d. D. 8. th. 28.* Myler. *d. c. 64. num. 10.* Matth. *tr. de auction. c. 7. num. 16.* Wurmſer. *Ex. 6. q. 18.* B. Dn. Parens in. *Diſſ. de jure fiſci, c. 3. §. 10.* D. D. Harppreche. *in Conſil. 47. n. 52. & in Diſſ. de jure aurig. circa delicta, cap. 1. §. 21.* D. Schwoder. *in Jure publico, ſect. 1. cap. 20. §. 7.* D. Bardili in *Diſſ. de vectigalibus, th. 109. cum. ſeqq.* Stryck. *in Uſu moderno, §. 17. h. t.* ita judicatum eſſe refert Chriſtin. *V. 1. dec. 114. num. 9.* ipſe Klock. *d. l.* teſtatur hanc opinionem eſſe communem, & in Camera Imperiali confirmatam, ubi jungit præjudicium. Niſi

Limit. Statutum loci vel conſuetudo ſit in contrarium. Sed tunc illum ignorantem damnum à vectore recuperare poſſe tradunt Chriſtin. Rumelin. *d. l.* Vectore tamen ſolvendo non exiſtente, Domino petenti reſtitutionem in integrum ex æquitate concedendam eſt, *l. 12. pr. ff. de ſurt. l. 3. §. 1. ff. de eo, per quem fact.* Brunnem. *ad d. l. 5. num. 10.* Gail. *L. 1. O. 45. num. 6.* Voet. *dec. 101. num. 3. & 4.* add. Mev. *ad Jus Lub. p. 2. t. 3. a. 6. num. 19.*

Ad 1. Obj. Ad diſſent. rationes Reſp. quòd quidem Dominus ſolvere debeat vectigalia, ſed ex ſola hac obligatione res alicujus non caderet in commiſſum, ſed inſuper requiri, ut ipſe res dolo malo non indicari curaverit. *d. l. 14. ff. h. t.*

Ad 2. Obj. Ad 2. Reſp. dictam propoſitionem regulariter quidem veram eſſe, ſed limitari, niſi ſpecialiter à lege ipſius Domini fraus requiratur, quo caſu ſolius procuratoris non ſufficit. Nec obeſt, quòd dominus non videatur culpâ carere, quia minus fidelem & diligentem elegerit: nam delictum Procuratoris nocet Domino tantùm in iis negotiis, in quibus culpa ad pœnam ſufficit. In hoc ergo negotio, ſicut in aliis, ubi ipſius Domini fraus & dolus formalis requiritur, Procuratoris dolus Domino non præjudicat. Præterea quoque alia eſt ratio aurigæ, maxime in Pœnalibus. add. D. D. Graſs. *in Diſſ. de aurigis ſui fiſci commodis, §. 10. cum. ſeqq.*

Forma & Diff. Sp. XXXII. Forma & Differentia Specifica, quâ res dicuntur commiſſæ, conſiſtit in eo, ut propter dictam cauſam res prioris Domini eſſe deſinant, & illarum dominium Fiſco vel publicano ipſo jure acquiratur. *L. 14. ff. h. t.*

Finis. Finis

propter,

propter quem hoc ita à lege conſtitutum, eſt, ut defraudatio vectigalium puniatur.

Effectus. Competit Vindicatio.

XXXIII. Effectus commiſſi conſiſtit in eo, quòd Fiſco vel Conductori ſive Publicano detur Rei vindicatio ad commiſſum, vel Actio commiſſi. *d. l. 14.* C. Klock. *de Contrib. c. 19. num. 133.* Qui autem jure naturali vel civili dominium rei acquiſivit, ei datur Rei vindicatio. *l. 23 ff. de R. V.* Competit autem ad avocandam à priore Domino rei poſſeſſionem, nam plus facti, quàm juris habet; *l. 19. in f. ff. ex quib. cauſ. maj.* adverſus defraudatorem, ejusque hæredes, non quidem qua tales, ſed quatenus merces illæ ad eos pervenerunt. *l. 8. pr. l. 11. §. 5. l. 14. ff. h. t.* Imò, ſi res commiſſa in loco tertio deprehendatur, contra quoscunque alios poſſeſſores. *d. l. 14.* Unde Reſp. *ad l. 5. §. 13. ff. h. t.* ubi pœnæ ab hæredibus exigi non poſſe dicuntur illæ, quæ perſonali actione exiguntur, dupli ſcilicet, ſi quis ex ignorantia vel errore vectigal non ſolverit *d. l. 5. §. 10.* Et hoc demum procedit, ſi lis cum defuncto fuerit conteſtata. *d. l. 5. §. 13.*

Quibus? Contra defraudatores, hæredes, aliosque poſſeſſores.

Ad quid? Si res commiſſa perierit? Si ſine dolo?

XXXIV. Objectum hujus actionis ſunt res commiſſæ, vel vectigali acquiſitæ, *d. l. 14.* iis verò non amplius extantibus, ſed dolo ſuppreſſis, pretium earum reſtituatur, quia dolus eſt pro poſſeſſione. *l. 2. C. h. t.* Stryk. *in Uſu modern. §. 20. h. t.* Si res commiſſa ſine dolo poſſeſſoris perierit, ejus æſtimatio à poſſeſſore peti nequit, nam res perit ſuo domino, hæc autem Fiſci propria eſt. Deinde R. V. datur tantùm adverſus poſſeſſorem, hoc autem in caſu deſiit poſſidere. Hæc pœna proſcriptionis in multis locis extenditur ad bona incenſita, quatenus Cives doloſè, & non candidè bona ſua profitentur; ſed quædam reticent, ut minus cenſûs, Steuer und Schoß, pendant; Beſold. *Conſil. 91. n. 69. cum. ſeqq. & p. 5. conſ. 234.* H. Klock. *concl. 57. & de ærario, cap. 5. fol. 183.* licet odioſa non ſint extendenda, & alia arbitraria pœna hujus reticentiæ ſtatuatur in R. I. *de anno 1544. §. 61.* Manz. *deciſ. q. 75.* C. Klock. *de contrib. d. c. 19. num. 541. & 561.* Struv. *Exerc. 39. th. 51.* D. D. Harppr. *in Reſp. 42. n. 137. & Reſp. 43. n. 40. cum ſeqq. n. 45. & 52.* ita Jure Lub. *p. 2. t. 3. a. 21.* Item Magiſtratus, qui à transgreſſoribus pœnas per Imperii Conſtitutiones impoſitas negligenter exigunt, ipſi eas ſolvere debent. *Alt. Diſſ. de Juveſſiis, d. c. §. 11.*

Extenditur ad bona incenſita.

Si magiſtratus negligens?

Formula.

XXXV. Formula eſt, ut Actor dicat, rem in commiſſum cecidiſſe, propterea petit, ut Judicis ſententiâ declaretur, & poſſeſſor ad ejus reſtitutionem compellatur. Hodiè tamen ex generali conſuetudine neceſſarium non eſt, ut hæc Actio in judicium deducatur, ſed Fiſcus rem commiſſam propriâ authoritate occupare poteſt. vid. *praeced. §. 25.* Quamvis multis in locis hæc confiſcatio

An Fiſcus rem commiſſam

pœnam authoritate occupare poſſit? Hodie quid obtineat?

uo nimis dura cenſeatur, arg. §. 5. J. de oblig. quæ ex del. & pœna defraudatorum ſit arbitraria. Carpz. J. F. p. 2. C. 41. def. 15. Richter. ad Auth. Habita. D. 3. p. 40. Struv. Exerc. 39. th. 52. ibique Muller. Jure Lubecenſi convictus nonuplum fraudati vectigalis inferre & pœnam IV. Marcarum ſolvere debet; quatenus tamen pœna non tranſcendat pretium rerum. Mev. ad Jus Lub. l. 2. t. 3. art. 6. num. 6. 7. Bona autem vel perſonæ, donec pœna fuerit ſoluta, detineri ſolent, Ziegler. d. l. 2. c. 12. th. 13. Vel ſi defraudator elapſus, ex poſtfacto iterum in diſtrictu deprehendatur, arreſtari poteſt, donec cautio vel ſatisfactio ſequatur, cum Klockio & Mevio Schilterus, d. l. §. 36. Sed cujusque Provinciæ conſuetudinem hac in re attendi, notat cum Schneidewino Carpzov. d. l. in f.

Quamdiu hæc actio duret?

Licèt ſpatium locationis ad triennium ſit mutatum, tamen quinquennium quoad præſcriptionem actionis hujus manſit, niſi lis ante ſit conteſtata. l. 2. C. h. t. Mev. p. 2. dec. 163. num. 2. qui num. ſeq. 3. eandem præſcriptionem ad jus detractionis applicat. Brunnem. ad L. 14. n. 6. h. t.

Ab h. pœna excuſantur Milites, Pupilli, Minores, Profeſſi, per ſpatium quinquennii, hinc exacta reſtituenda cum altero tanto.

XXXVI. Ab hac pœna commiſſi immunes ſunt (1.) Milites, licèt profeſſionem omiſerint; l. 3. C. h. t. quia in iis probabilis eſt ignorantia. (2.) Pupilli, modo intra XXX. dies vectigal intuliſſent. l. 7. §. 1. ff. h. t. (3.) Minores, ſi non dolus intervenerit. l. 16. §. 9. ff. h. t. l. 9. §. 5. ff. de minor. Struv. Exerc. 39. th. 52. ibique Mullerus. (4.) Si quis profeſſus, ſed Publicanus nil exegerit. d. l. 16. §. 14. (5.) Publicanus res intra quinquennium non vindicaverit; Aut res intra hoc tempus ſine dolo perierit. l. 2. C. h. t. (6.) Si illicita ſint vectigalia tunc enim exactum cum altero tanto injuriam paſſis eſt reſtituendum. l. 9. §. 5. ff. h. t. l. 3. C. vect. nov. vid. diſtinct. in praced. §. 8. H. Klock. conſ. 99. ubi hæc extendit ad Perſonas bonæ famæ & conditionis, item Mulieres, Ruſticos, qui errore magis, quàm mali intentione impegiſſe creduntur. Reliqui caſus ex præcedentibus patent. add. Gobler. cap. 5. num. 6. ubi in f. addit, propter innumerabiles circumſtantias accuratam deciſionem dari non poſſe, ſed arbitrio prudentis & cordati Judicis committendum eſſe.

In dubio contra vectigalia judicandum.

In dubio tamen potius contra vectigalia judicandum eſt. Mev. p. 6. dec. 397. num. 8. C. Klock. de contrib. c. 19. num. 652.

Si viatores ſoluto vect. ſpoliati, an Dominus territorii teneatur damnum reſarcire?

XXXVII. Quær. Si viatores, ſoluto vectigali, & poſtea à prædonibus ſpoliati ſint, an Dominus territorii ad damnum reſarciendum obligetur; Quidam diſting. an Dominus territorii ſalvum conductum expreſſè conceſſerit, Jus enim ſalvi conductûs ad majorem ſecuritatem viarum introductum eſt, & Vectigal ſecuritatis, Gleitt vid. Maul. de jur. cond. & Steph. de Jurisd. Imp. Germ. l. 2. p. 1. c. 7. n. 597. quo impetrato, extra controverſiam Dominus territorii damnum illud reſarcire tenetur. Rec. Imp. de Anno 1559. §. Damit dann die Obrigkeit. 51. Gail. l. 2. O. 64. modò tranſeuntes (1.) Viâ publicâ & regia uſi fuerint,

auſ

auf offentlicher Heer- und Landſtraſſe. arg. *l. 1. §. 1. ff. de his, qui eff. vel dejec.* Marquard. *de jur. merc. l. 1. c. 15. n. 9.* (2.) Debito tempore, diurno, non nocturno, iter fecerint. *l. 1. §. 18. ff. ad SC. Syl.* (3.) Tanta vis latronum vel maliciendo militum fuerit, cui Dominus reſiſtere potuerit, ad impoſſibilia enim nemo obligatur, *l. 109. ff. de R. I.* & ita Scabinos Lipſienſ. contra M. B. pronunciaſſe, notat Carpz. *Pr. Crim. q. 91. num. 70.* Similiter in Camera Imp. contra E. H. judicatum eſſe, teſtantur Gail. *d. O. 64. in pr.* Roſacorb. *obſ. . . cap. 18. num. 3.* Si ſalvus conductus conceſſus? Ubi requir. 1. 2. 3.

XXXVIII. Verùm, ſi tantùm vectigal ſolutum; ſed non pretium pro ſalvo conductu, imò nec illum impetraverit an tunc Dominus teneatur? maxima eſt controverſia. Negativam defendit Bocerus, *dict. tract. cap. 2. n. 157.* Carpzov. *d. quaeſt. 91. n. 61. & ſeq.* add. Joh. Schilter *Exerc. 48. th. 55. cum. ſeq.* Idque (1.) Quia nullâ certa lege conſtitutum ſit, quâ Principes ad id obligari poſſint. (2.) Quia in d. Receſſ. Imp. ſub conditione requiratur, quod autem ſub conditione affirmatur, id ſub contraria negatur. His tamen non obſtantibus communiter contrarium defenditur, quia certum eſt, quòd territoriorum Domini obligati ſint, non tantùm propter vectigalium emolumenta ſecuritatem præſtare, ſed & ex officio boni Principis Provinciam ac viam publicam malis hominibus purgare *l. 13. l. 18. ff. de Offic. Præſid. l. 1. §. 12. ff. de Offic. Præſid. l. 1. §. 12. ff. de offic. Præfect. urb. l. 2. §. 8. & 9. C. de praef. Praet. Afr. l. 10. ff. de R. I.* juxta magnanimi illius Landgravii Haſſiæ Philippi dicterium Man ſolle einen Fürſten kennen bey reiner Straſſen, guter Müntz. und Haltung beſchehener Zuſag. Eaqueproper milites ſtationarios vel limitaneos alere teneantur *d. l. 8.* Si autem Domini officio ſuo ſatisfacere neglexerint, erunt in culpa *l. 44. ff. mand.* Quo præſuppoſito ſequitur. Cujuscunque culpâ damnum datur, ille ad reſarciendum tenetur. *§. 7. J. de L. Aquil.* Atqui hoc damnum fit culpâ territorii Dominorum. E. Et damnum paſſi id conſequuntur, vel Actione ex quaſi delicto, vel ad minimum Actione de damno, vel in factum. ſcrib. Gylmann. *c. 4. num. 73. & ſeqq.* Major probatur ex *§. 7. J. de L. Aquil.* At Carpzovius *d. quaeſt. num. 64.* concedit quidem hoc in Dominum territorii quaſi delictum committere; ſed negat conſeq. quòd inde damni reſtitutione puniendus ſit, cùm pœna hujus delicti in Jure non definita, ſed arbitrio Judicis determinetur. Verùm non hic dicimus de pœnæ perſecutione, ſed de Robbaria, i. e. damno culpâ dato reſarciendo, & inde rei amiſſæ, vel ejus æſtimationis reſtitutione, prout in jure definitum eſt. Ad Ildam diſſentientium argum. Reſpond. quòd unius incluſio non ſit excluſio alterius; Deinde vectigal ſolventibus ſecuritas ſimpliciter debetur, & Salvus Conductus tacitè conceſſus

Quid ſi Salvum Conductum non impetraverit? Rat. dubit. 1. 2. Rat. decid.

Probatur argumentum.

Reſp. ad 1. Obj.

ad 2. Obj.

cenſetur;

cenſetur, eadem autem vis eſt taciti atque expreſſi. d. Receſſ. Imp. *d. §.* Maul. *de jure cond. t. 7. num. 5.* Roſenth. *de feud. cap. 5. concl. 22.* latè H. Klock. *de erar. l. 2. c. 76.* Mynſ. *c. 5. O. 70.* Gail. *d. obſ. 64. num. 6.* Myler. *de Princip. & Stat. Imp. c. 59. num. 4. 5. & 6.* Quod alii extendunt, etiamſi Dominus mercatori Salvum Conductum petenti eundem denegaverit, Sixtin. *d. c. 2. num. 37.* Knipſchild. *de Civ. Imp. l. 2. c. 5. num. 148.* Fritſch. *de via publ. c 12. num. 15.* vel deprædatorem vivum exhibuerit, hic tamen non amplius ſolvendo ſit. per *l. 1. ff. de mag. conv.* Maul. *d. l. num. 18.* Sed ſi, lite deſuper cœptâ non deciſâ, Reus decedat, an contra ejus ſucceſſores executio fieri poſſit? vid Klock. *concl. 79.* In Anglia, Italia, & alibi ſtatutum eſt, ut Communitates damna in eorum confinibus in via regia & tempore nocturno à prædonibus data, reſarciant; vid. Klock. *concluſ. 80.* Myler. *num. 8.* ubi *ſeq. num. 14.* malè licentiam dat Judæos deprædandi; vivunt enim communi Jure Romano, *l. 8. C. de Jud.* & conſuetudine Germaniæ pro civibus Romanis habentur; Mynſ. *c. 5. O. 6.* multò magis Juris naturæ & humani participes eſſe debent.

Si Salvus Conductus petitus ſit denegatus?

An executio detur contra deprædatoris ſucceſſores?

Judæos non licet deprædare.

TIT. V.

DE DONATIONIBUS.

Inſt. *Lib. 2. Tit. 7.* Cod. *Lib. 8. Tit. 54. 55. 56.* & *Lib. 5. Tit. 29.* Nov. 92. Diſt. 86. *Lib. 3. Tit. 24.*

§. I.

MAteria Donationum huc referri videtur inter Judicia Prætoria, quia donatio non vi ſuâ actionem producere cenſetur. Hahn *ad W. h. t. N. I.* Quamvis h. t. ſenio & uſu obſolevisſe conqueratur Baudius, *Cent. 2. Ep. 53.* luſus eſt hujus Authoris, ſed optandum, ut non indignis, quod vitium foret; verum in meritorum præmium, licito inſuper modo & ad ſubveniendum afflictis erogaretur; hinc dicit Ambroſius: Perfecta liberalitas fide, cauſa, loco, tempore, commendatur. *lib. 2. de offic. c. 30.* add. *c. 7. & ſeqq. diſt. 86.*

Continuatio. Donatio.

An ejus adhuc ſit uſus?

Etymol. Homon.

Synon.

II. Donationis notationem proponit JCtus *in l. 35. §. 1. ff. de m. c. donat.* Dicitur autem à dono quaſi dono datum. Hoc vocabulum in genere acceptum diverſas ſub ſe comprehendit ſpecies, quibus, tanquam genus πρὸς ἓν inæqualiter ſeſe communicat. Unde à variis vario delineatur genere, & exprimitur ſub nomine Liberalitatis & Munificentiæ, *l. 1. pr. l. 19. §. 1. ff. h. t. l. 12. C. de don. int. vir. & uxor.* Largitionis. *l. 24. C. d. t.* Germ. Schenckung, Gaab, Verehrung.

III.

III. Donatio in genere deſcribitur per ſtipulationem, contractum, pactum legitimum, &c. ſed rectius, nihil aliud eſt, quàm *actus, quo dominium in aliquem confertur*, vel quo alteri *aliquid donatur* *l. 67. §. 1. ff. de V. S.* Bocer. *de donat. c. 1. num. 2. & ſeqq.* B. Dn. Parens in *Diſp. de M. c. don. th. 3.* Hæc dividitur à JCto Jul. *in l. 1. pr. ff. h. t.* in propriam & impropriam. Propria, quæ etiam vocatur Simplex, *in l. 20. §. 3. ff. fam. erciſc. l. 20. pr. C. de donat. ante nupt. l. 9. §. 1. C. de Collat.* Mera, *l. 27. ff. h. t.* Vera & abſoluta, *l. 35. §. 2. ff. de m. c. don.* Communis; *l. 34. pr. C. h. t.* dicitur, quæ fit ex mera liberalite & irrevocabiliter, *l. 1. pr. ff. h. t.* inter vivos. *§. 2. 3. J. h. t. l. 27. ff. de M. c. don.* So . . . . . ſchenckung, ſo unter denen Lebendigen geſchihet. Würtemb. Landr. *p. 3. t. 18.* Impropria vel quaſi donatio, etiam dicitur Relata, quia fit propter cauſam. *d. l. 1. pr.* de qua *in tit. ſeq. 6.* Joh. Voetius, *n. 3. h. t.* — In genere quid? Dividitur. ſitus in Proprium & Impropriam

IV. Simplex Donatio eſt gratuita rei alicujus in acceptantem ex mera liberalitate, animo nunquam revocandi, facta collatio. *§. 2. J. l. 1. pr. l. 29. pr. ff. h. t. l. 82. ff. de R. J.* Vocabulum Donationis hic latè accipitur, & fit vel per Conventionem, vel per Traditionem, quæ ſtatim confirmatur, & dicitur Realis. *l. 6. l. 5. §. 1. ff. h. t. l. 15. C. de R. V. l. 5. C. qui à non dom.* Würt. Landr. *d. t. 18. pr.* Conventionalis autem fit vel pacto, *l. 2. §. 5. l. 9. pr. l. 18. §. 1. & 2. ff. l. 9. l. 35. §. 6. C. h. t.* vel ſtipulatione. *l. 17. l. 33. pr. l. 34. pr. ff. l. 9. l. 35. §. 5. C. h. t.* Veteri Jure, quo pacta erant invalida, tantùm fiebat traditione & ſtipulatione, Bocer. *d. c. 1. n. 5.* Verum Imperator hoc pactum ſpecialiter confirmavit & legitimum fecit, ut ex eo Actio detur, & quidem Condictio ex lege. *d. l. 35. §. 5. C. §. 2. J. h. t.* Nov. 162. *c. 1. §. 1.* Donatio ergò, quæ per ſtipulationem fit, cognoſcitur ex natura ſtipulationis. Quæ per pactum fit, eſt pactum legitimum, quo ex mera liberalitate res alicui promittitur. Alii generis loco ponunt Contractum, quòd ex illa donatione Actio efficax oriatur, rati, quòd omnis conventio actionem efficacem producens ſit contractus; Verùm illæ tantùm conventiones nomine contractus veniunt, quæ ex ſe & ſua natura actionem efficacem producunt; & ſic limitata Majore negatur Minor. Unde ſequitur, quòd ſit pactum legitimum, quod ſcil. non ex ſe & ſua natura, uti contractus; ſed ex legis aſſiſtentia validam producit actionem, propterea que ſpeciali Imperatoris confirmatione opus habuit. *l. 6. ff. de pact.* Bocer. *d. c. n. 6. & ſeqq.* Nec obſt. *l. 7. C. de his, quæ vi met. c. l. 17. C. de fid. Inſtr. l. 8. C. de praeſcr. 30. vel 40. ann.* Vocabulum enim Contractus ibi, ſicut in jure ſæpius, latè accipitur, ut *in l. 20. ff. de jud.* vid. — Don. Simplex quid? Donatio quomodo fiat? Divid. tat. modi in Realem & Conventionalem. Hæc ſubdiv. — Quæ pacto fit, quid? Non eſt contractus. — Ratio. — Obj.

Resp.

vid. ſuprà *ad tit de paƈt. §. 21.* Cum autem Donatio liberalitatis causâ fiat, contractus propriè dici nequit, imò ipſi opponitur. *l. 20. §. 1. l. 48. ff. loc. cond. l. 14. ff. de prec ar.* Joh. Voetius, *n. 2. h. t.* Principium quidem eſt juris Donationem eſſe modum civili jure acquirendi dominium; *pr. J. h. t.* ſed Imperator hic non Donationem in genere, vel quamlibet ſpeciem intellexit, verum potiſſimum reſpexit ad Mortis cauſa donationem, Quæ enim per conventionem fit, tantùm loco cauſæ eſt, & conventiones ſunt modi obligandi, non verò dominium transferendi. *l. 3. pr. ff. de O & A. l. 20. C. de paƈt* d. Diſp. *de Don. propt. nupt. th. 13.* Dn. Frommann. *Dec. Cas. ad tit. J. de donat. th. 1. & 4.* D. D. Majer. *ad J. de donat. pr. pag. 447. & 448.*

Quomodo Donatio ſit modus adq. dominium?

C. Eff. eſt Voluntas utriusque Donantis, declarata.

V. Donatio abſolutè conſiderata, ceu actus meræ facultatis, eſt Juris gentium; Vinn. *ad rubr. J. h. t.* Struv. *Exerc. 40. th. 1.* ibique Müller. quæ ſi exerceri velit, Cauſa Efficiens eſt mutua Donantis & Donatarii voluntas. Et quidem Donantis, per *§. 2. J. l. 10. l. 30. C. h. t. l. 55. ff. de O & A.* quocunque modo, ut inter homines de illa conſtare poſſit, declarata. Sicque ſufficiunt quælibet ſigna externa ad voluntatem manifeſtandam neceſſaria, quia in mente retenta nil operatur. Non refert, verbis, literis, per epiſtolam, vel nuncium facta fuerit; *d. §. 2. J.* & ſic inter abſentes quoque valida erit. *l. 4. l. 10. ff. l. 5. l. 6. l. 13. C h. t. l. 77. ff de R. V.* poſt alleg. AA. B. Dn. Parens m. Diſp. *de Epiſtola, th. 13.* & Diſp. *d. Nuncio, th. 26.* W. Landr. *d. t. §.* Und mögen. Struv. *Exerc. 40. th. 3* ibique Muller,

Quomodo fiat? Etiam inter abſentes.

Donatio non præſumitur.

VI, In dubio Donatio non præſumitur. Menoch. *de A. J. Q. l. 2. caſ. 88. n. 1. 2.* Maſcard *de prob. V. 1. Concl. 554. n. 1. ſeq.* Mev. *p. 8. Dec. 194. n. 1.* Stryck. *in Uſu moderno, §. 1.* Joh. Voet *n. 5. h. t.* D. D. Harpprecht. *in Reſp. 77. n. 46. cum ſeqq.* v. gr. Si quis rem nudè tradiderit. *l. 26. ff h t. l. 31. pr. ff. de A. R. D.* Donare enim dicitur perdere, *in L. 7. pr. ff. h. t.* & nemo ita eſſe ſupinus præſumitur, ut facilè ſuum jactet; *l. 25. ff. de probat.* quocirca animus donandi probetur. Hoc fit interdum factis, e. g. Donaſſe præſumitur, ſi ſciens rem indebitam ſolverit, per regulam *in l. 53. ff. de R. J.* junct. *l. 1. §. 1 ff. h. t.* ſed dicta Regula limitatur ſuprà *ad tit. de cond. ind. §. 17.* Item ſi creditor debitori chirographum, vel cautionem ultrò & ſimpliciter reddiderit, voluntatem donandi vel remittendi declaraſſe videtur *l. 2. §. 1. ff. de paƈt. l. 21. pr. ff. h. t* junct. B. Patris m. *Diſp. de tacito pacto remiſſorio ex redditione chirographi præſumto.* vid. Mev. *p. 2. dec. 148.* Sic inſtrumentum emptionis alicui donando, ipſam rem comprehenſam donaſſe videtur; aliàs nulla eſſet inſtrumenti utilitas. *l. 1. C. h. t.* ibi Brunnemann, Si Inſtrumentum

Sed animus donandi probatur, etiam factis. verb. gr.

tum cancellaverit. *l. 24. ff. de probat.* add. Diſputat. *de Cancellatione, ejusque in jure effect. c. 5. th. 54. usque ad fin.* Si quis ex paterno affectu aliquem juvit; *l. 34. l. 44. ff. l. 11. C. de N. G.* Struv. *Exerc. 40. th. 5.* ibique Muller. Non idem dicendum de impenſis, quas Socer dedit genero in ſubſidium paternum, zur väterlichen Hülffe, in quibus animus donandi non præſumitur, niſi modicæ ſint, ſed repeti poſſunt, Modeſt. Piſtor, *p. 1. q. 10.* Carpzov. *def. 38.* ubi præjud. Menoch. *de A. J. Q. l. 2. Cent. 2. Caſ. 18. n. 14.* Plura Exempla vid. *in l. 13. §. 2. l. 33. §. 5. l. 38. §. 1. ff. de don. int. V. & U.* & apud Menoch. & Maſcard. *dd. ll.* Interdum ex Taciturnitate & Mora petendi donandi voluntas ex manifeſtis probationibus eam evincentibus declaratur, in caſibus ſc. in LL. expreſſis & determinatis. v. gr. *l. 26. ff. de probat. l. 7. l. 8 C. h. t.* confer. Perez. *in C. de don. n. 4.* Bocer. *d. c. 1. n. 18. ad f.* Brunnem. *C. 4. dec. 51.* Nec ſufficere atteſtata extrajudicialia, præjudicio confirmatur ap. Mevium, *p. 5. dec. 12.* add. Klein. *Diſſ. de præſump. donatione,* & D. D. Harpprecht. *in Reſp. 7. n. 25. cum ſeqq. & Reſp. 78. n. 488. cum ſeqq.* ubi plura de donatione conjecturata exhibentur. [An ſubſidium paternum? An taciturnitate?]

VII. Dein Donatarii requiritur voluntas, quia ſolius donatoris non ſufficit, licet Imperator *in §. 2. J. h. t.* hujus tantum mentionem faciat; Illius enim voluntas in donatione ſimplici de neceſſitate abſoluta eſt, ut, quamdiu donatio non ſit acceptata, nullum habeat effectum. *l. 10. ff. h. t.* Mantica, *de tac. & amb. conv. l. 13. t. 6. num. 2.* Joh. Schulter. *Exerc. 43. §. 24.* Joh. Voetius, *n. 11. h. t.* Würtemb. Landr. *d. 1. §.* Und mögen. Quamvis non requiratur, ut in inſtanti fiat; modò ex poſtfacto utriusque conſenſus copuletur. *arg. l. 5. l. 6. l. 13. C h. t.* ſiquidem donatio ſi fiat conventione per pactum, hoc abſque utriusque conſenſu fieri nequit. *l. 1. ff de pact.* Item ſi fiat per ſtipulationem & rei traditionem. Nam ſi per ſtipulationem, ex hujus natura non niſi à præſentibus, præcedente interrogatione & ſubſequente reſponſione, fieri poteſt. *l. 1. §. 1. ff. de V. O.* Per rei traditionem nemini jus acquiri poteſt, niſi ipſe rem acceptaverit. *l. 3. §. 1. l. 55. ff. de O. & A.* Struv. *Exerc. 40. th. 8.* ibique Müller. D. D. Harpprecht. *in Conſil. nov. 25. num. 381. cum ſeqq.* [Ratione Donatarii. acceptatio.]

VIII. Donatio ergo non adquiritur invito & nolenti. *l. 19. §. 2. ff. h. t.* Invito enim non datur beneficium, *l. 69.* ſcil. formaliter acceptum. *l. 156. §. 4. ff. de R. J.* Nec abſenti & animum donandi ignoranti: quia ignoti nulla cupido, & ignari nulla voluntas; *l. 10 C h. t.* etiamſi Eccleſiæ vel alii loco venerabili donatum eſſet; cum Barboſa, Trentacinquio, Dn. Bardili, *Concl. Th. Pract. Ex. 15. th. 1.* Diſſ. Carpz. *l. 5. Reſp. 62. n. 14.* quare ſine effectu eſt donatio, ſi donator prius moriatur, antequam donatario ad notitiam venerit, [Sic exclud. invitus, abſens & ignorans.]

& ab ipſo acceptata fuerit; *l. 2. §. 6. ff. h. t. v. L. 23. Cod. de SS. Eccleſ.* etiamſi poſtea acceptare vel ratificare velit; *arg. l. 9. §. 1. ff. de jur. dot.* Brunn. *ad l. 2. & 3. ff. h. t. n. 5.* Carpzov. *J. F. p. 2. C. 12. def. 10.* Clarus, *§. Donatio. q. 12.* à Sande, *Dec. Friſ. l. 5. t. 1. def. 1.* Stryk. *in Uſu moderno, §. 1. & de C. C. ſect. 3. cap. 9. §. 2* Struv. *Exerc. 40. th. 8.* ibique Muller. Joh. Voetius *n. 15. h. t.* niſi mandatarius hæredibus ſcientibus donatum transtulerit *l. 35. ff. de A. vel A. P.* Idem eſt, ſi abſens vel ignorans donatarius mortuus ſit, Beyer. *poſ. 4. h. t.* Ipſi enim, qui donationem nondum ratam & gratam habuit, nullum jus neque in re, neque ad rem, acquiſitum eſt; Ergo nihil ad hæredes transmittere potuit. Sand. *d. lib. 5. tit. 5. def. 1. in med.* Carpz. *d. Reſp. 62.* Quæritur: Annon à tertio vel amico præſente abſentis donatarii nomine donatio acceptari poſſit? Diſtinguendum. An præſens ad hoc habeat mandatum, annon; Illo caſu, quin donatio valeat, nullum eſt dubium, per *l. 6. C. l. 4. l. 10 ff. h. t.* Hoc caſu non valet, niſi vivo adhuc donatore ab abſente rata & grata fuerit habita. *l. 24. ff. de neg. geſt.* Carpz. *d. Reſp. n. 7. & ſeqq.* & præjudicio confirmat *d. Conſtit. 12. def. 20. in f.* Stryk. *C. C. ſect. 3. cap. 9. §. 2.* & licet Jul. Claro ſufficiat, ſi nomine ignorantis Notarius accipiat; communis tamen ſententia eſt in contrarium, poſt alios, Cl. *d. l n. 4.* Mantica, *d. l. 1 8. n. 9. & ſeqq.* J. B Hodierna, *addit. noviſſ. ad Dec. Surd. 111. n. 1.* add *Dec. 206.* vid. tamen Dn. Frommann. *Diſſ. de don. ſimpl. & m. c. diſſ. th. 7. in med.* Bocer. *c. 3. n. 5.* Si tamen donator per Epiſtolam vel Nuncium ſpecialiter ad hoc deſtinatum Donatario liberalitatem ſuam ſignificaverit, valet donatio, licet expreſsè non fuerit acceptata, ſed præſumitur, ſicuti, ſi præſenti tacenti facta. *l. 4. l. 19. ff. l. 6. C. h. t.* Menoch *l. 6. præſ. 99. n. 13.* Carpz. *d. C def. 21.* Jul. Clar. *lib. 4. Sent. §. Donatio. q. 14. n. 5.* Stryk. *in Uſu moderno, §. 3. h. t.* nam nemo liberalitatem reſpuere cenſetur. Secus verò eſt, ſi alius quis illam proprio motu donatario ſignificet. Carpz. *d. l. n. 6.* Mantic. *d. l. t. 7. n. 4.* vel donatarius illam recipere non poſſit. vid. *ſeq. §. 23. & 24.*

Si poſt donantis obitum acceptata.

Nec donatarius non accepta transmittit.

Si tertium acceptarit. Diſt.

Si donatio donatario ratificaverit?

Sin tertius ſignificet?

IX. Sufficit autem Donantis & Donatarii Voluntas, quocunque modo declarata. Nec ad ejus perfectionem teſtes vel ſcriptura requiruntur; *§. 2. J. h. t.* Pruckmann. *V. 1. conſ. 47. n. 45.* Docetur tamen vel probatur vel ſola Donantis ſcriptura: Imò licet deſuper ſcripturam non ipſe donator, ſed alius ejus nomine ſubſcripſerit, *l. 20. l. 31. C. h. t.* vel aliis documentis. *l. 29. C. d. t.* Item duobus teſtibus; per *l. 12. ff. de teſtib.* add. *L. 1. §. 1. ff. mand.* in quorum tamen numero donatarius eſſe nequit. *l. 10. ff. l. 10. C. de teſtibus* Interdum præcisè requiritur, ut (ſine teſtibus quidem, per rationem in *d. l. 31.*) actis publicis inſinuetur, ſi ſc. olim 200. poſt 300. *l. 34. C. h. t.* noviſſimè

Voluntas declaratur,

Scriptura, documentis, teſtibus.

S. donatio [illegible] requir. inſinuatio.

500.

500. excedat ſolidos; & hoc non abſoluto gentium jure, ſed ex legis Civilis diſpoſitione. §. 2. J. l. 36. §. 3. C. h. t. Reip. enim intereſt, ut coerceantur effuſæ donationes, ſimulque donans habeat ſpatium deliberandi & obviendi domeſticis fraudibus. l. 27. C. eod. add. N. 25. C. 1. nam hic actus indifferens tam ex vitio, quam virtute proficiſci poteſt. Rationes vid. ap. Hahn. ad W. h. t. N. IV. verb. Nam ut. Hac ſolennitate omiſsâ donatio ipſo jure nulla eſt. ſeq. §. 15. Mantica, d. l. 13. t. 30. n. 1. Pruckm. d. V. 1. conſ. 2. n. 61. Beſold. p. 4. conſ. 179. num. 47.

Unde? Ex quantitate?

X. Solidi vel Aurei §. 5. J. de pœn. tem. litig. l. 9. & l. 5. ff. de in jus voc. Romanis erant nummi ex auro flato; Faber, Theſ. Erud. Voc. Solidus. Turneb. Adverſar. l. 5. c. 1. ſed diverſi ponderis, Eorum valor ſecundum varia tempora fuit diverſus, & tempore Juſtiniani anno poſt C. N. 527. unum ex antiquis & maximi ponderis æſtimatum eſſe pro 5. thal. deducit Lucius, Münz-Schlüſſel, p. 1. c. 3. p. 111. add. Bocer. c. 3 n. 60. & ſeqq. Hodie quales intelligantur, & in veterum ſolidorum locum ſurrogati ſint, non omnium eadem eſt ſententia, uti videre eſt apud Joh. à Sande, d. l. def. 3. inf. Wurmſer. lib. 1. tit. 30. O. 11. Quidam Rhenanos ſurrogatos putant. Hahn. d. N. verb. Eſt autem. Struv. S. J. C. Ex. 40. th. 10. Alii verò & quidem plurimi Scutatos ſive Aureos Ungaricos Solidis Romanis ſubſtitutos, & tunc demum inſinuatione opus eſſe, ſi quingentos Ducatos vel mille thaleros excedat donatio, defendunt, & hoc in pronunciando obſervarunt Dn. Scabini Lipſienſes, ap. Carpz. J. F. &. C. 12. def. 12, ibique Gorwinus ab Esbach. n. 3. & Jenens. JCti. ap. Richter. p. 1. dec. 22. n. 39. à Sande, d. def. 3. inf. Dn. Schilter. adſſ. Ex. 43. §. 11. Stryk. in Uſu moderno, §. 4. h. t. D. D. Harpprecht. ad Jus Marchic. Baden. p. 4. th. 36. & conſil. nov. 25. n. 408. Sed conſuetudo cujusque loci eſt obſervanda. Sic Coloniæ valet donatio uſque ad 1200. aureos. Aquisgrani ad duo millia aureorum monetæ currentis. Bocer. n. 67. In Ducatu Wurtemb. donatio rei mobilis, ſi 100. florenos communes excedat, inſinuatione opus habet; ſin res ſit immobilis, tunc ſine reſpectu quantitatis aut æſtimationis Actis publicis eſt inſinuenda. Würtemb. Landr. d. 1. 18. §. Wann einer. & ſeq. ibique D. Lauterbach. th. 28. D. Harpprecht. Reſp. 12 n. 177.

Solidi quid olim?

Hodie ſunt ſcuti.

Ratione quanti conſuetudo loci conſid. Ex. gr.

XI. Hæc autem inſinuatio non eſt contentioſæ, ſed voluntariæ jurisdictionis; non enim requiritur cauſæ cognitio. Gail. l. 2. obſ. 39. n. 28. Unde coram quocunque Judice fieri poteſt, etiam incompetente; ſi ſc. neq; Donator, neque Donatarius vel ratione domicilii, vel rei ſitæ, forum coram eo ſortiatur. l. 27. l. 30. C. h. t. Gail. d. l. Carpz. d. C. 12. def. 18. & p. 3. dec. 293. num. 23. & lib. 3. Reſp. 37. Berlich. p. 3. concl. 31. vid. ſeq. §. 13.

Inſinuatio coram quovis Judice fit, incompetente ratione ſubjectionis.

Obj. Reſp. Schilter *d. Ex.* §. 7. & 17. Stryck. *in Uſu moderno* §. 5. *h. t.* & C. C. *ſaſſ. p.* *cap.* 9. §. 5. Nec obſtat *l.* 32. *C eod.* in illa enim de ſingulari agitur caſu, de do-
Limit. natione ſcil. in urbe Conſtantinopolitana facta. Hancque communem & veriorem eſſe opinionem, defendunt permulti Authores, quos alleg. B. Do. Parens,
Niſi aliter ſtatutum. *in Diſſ. de Volunt. jurisd. th.* 27. & 37. add. *th.* 33 *n.* 8. Interdum tamen ſpeciali lege, vel ſtatuto, vel in caſu ſingulari, uti *in d. l.* 30. & *d. l.* 32. aliud conſtitutum eſt. Sic in Foro Saxon. obſervatur, ut inſinuatio donationis rerum immo-
Jure Saxon. bilium coram illo judice fiat, ſub cujus juriſdictione bona ſita ſunt. Carpz. *d. c. def.* 19. & *L.* 5. *Reſp.* 57. ubi. *n.* 20. *excipit donationem conjugum reciprocam.* Idem
Wirt. Jure Wurt. diſponitur Landr *p.* 2. *t.* 13 *pr.* & *t.* 18. §. Wann aber ꝛc. Non, ut requiratur cognitio cauſæ, ſed propter publicum intereſſe. Hinc tutius exiſtimant DDres, ſi Donationes illæ coram ordinario & competente Judice inſinuentur, ad præcavendam controverſiam, vel eandem ſubortam eo facilius determinandam. Bocer. *c.* 3. *n.* 50. d Diſp. *de Vol. Jurisd. th.* 28. & ſuprà *ad tit. de jurisd.* *d.* §. 8. Struv. *Exerc.* 40. *th.* 10. ibique Muller.

An ſolius Judicis præſentia ſufficiat? XII. Quær. An ſufficiat, ſi inſinuatio fiat coram ſolo Judice, abſentibus Scabinis vel Aſſeſſoribus? Hoc affirm. Schneidew. *ad* §. 3. *J. h. t. n.* 10. Berlich *p.* 3. *concl.* 9. *n.* 12. Mev *ad J. L. l.* 3. *t.* 4. *a.* 1. *n.* 32. d. Diſp. *de Vol. Jurisd. th.* 30. Dn. à Lyncker, *dec.* 810 Sola tamen præſentia non ſufficit, ſed inſuper requiritur, ut de voluntate Judicis appareat, quòd donationem ad Acta referri, & ita eandem inſinuari voluerit, Bocer. *d. C.* 3. *n.* 30. Carpz. *d. c.* 18. *def.* 16. *n.* 9. 10. quapropter Actuarii præſentiam neceſſariam dicit Carpzov. *L.* 5. *Reſp.* 58. Nam & ea, quæ coram Judice fiunt præſente Actuario, coram Actis fieri dicuntur. Sed in foro Wurtemb. hæc Inſinuatio coram Sculteto & Scabinis etiamſi paganis fieri poteſt. W. Landr. *d.* §. Wann aber. *junct. p.* 1. *t.* 1. ibi: Dorffgericht. D. Lauterbach. *de volunt. jurisd. th.* 32. D. Harpprecht. *in differ. Jur. Civ. & Wurtemb. th.* 13.

An poſſit fieri per intermediam perſonam? Rat. Dubit. XII. At Quær. An Inſinuatio etiam per intermediam perſonam, Procuratorem, Nuncium, vel Epiſtolam fieri poſſit? An neceſſaria ſemper ſit donantis & donatarii præſentia? Primo intuitu poſterius affirmari videtur, arg. eorum, quæ ſuprà *ad tit. qui teſtam. fac. poſſ.* §. 43. infrà *ad tit. de mort. c. don.* §. 9. Verùm prius verius eſt (1.) Per generalem regulam, quæ extat *in l.* 1. §.
Decid. 1. 2. *ff. de procur. Reg.* 68. *de R. I. in 6to.* qui quis omnia negotia per Procuratorem inſtructum facere poteſt, quæ ſpecialiter excepta non reperiuntur. (2.) Per
2. *l.* 4. *ff. l.* 5. *l.* 6. *l.* 10. *C. h. t.* ubi expreſſè dicitur, quòd donatio inter abſentes per epiſtolam & per interpoſitam perſonam conſummari poſſit. Nec obſtat exemplum Teſtamenti judicialis & M. C. donationis, hoc enim in caſu non valet

let argumentum ab ultimis voluntatibus ad actus inter vivos; namque illæ poſt mortem demum conſtituentium perficiuntur & producuntur, ubi teſtator amplius contradicere nequit, v.d. ſuprà *ad tit. qui teſtam. fac. poſſunt.* §. 48. quod ſecus eſt in actibus inter vivos, circa quos, ſi falſitas aliqua irrepſerit, ſemper contradicendi facultatem conſtituens retinet. Bocer. *d. c. 5. num. 48.* & maximè Carpz. *l. 5. Reſp. 56. per tot.*

Reſp. ad contr.

XIV. Quia autem donationis exceſſivæ inſinuatio eſt voluntariæ juriſdictionis, ſequitur, quod Judex ipſe vel Magiſtratus propriis Actis ſuam donationem inſinuare, & ita in propria cauſa, quantum ad juriſdictionem, competens Judex eſſe poſſit. arg. *l. 3. l. 4. §. 1. C. de adopt. l. un. § 5. ff. de off. Proconſ.* In his enim actibus duorum officio quis fungi poteſt, ſcil. privati, cujus cauſa agitur, & Judicis authoritatem ſuam interponentis: Modo eadem fieri curaverit, quæ in aliis inſinuationibus adhiberi ſolent, id eſt, ſi Nobilis aliusve Magiſtratus inferior, cui juriſdictio competit, in præſentia Notarii vel Actuarii, intervenientibus Actorum teſtificationibus, coram ſe, vel in loco judicii ſui inſinuet. Hartm. Piſtor. *l. 3. q. 9.* Berlich. *p. 2. dec. 187. num. 5. & 15. & p. 3. concl. 4. num. 34.* Sichard. *ad d. l. 34. num. 18.* Carpz. *d. C. 12. def. 16.* d. Diſp. *de Vol. jurisd. th. 44.* Diſſ. Bachov. *ad Treutl. V. 2. Diſp. 19. th. 6. lit. D.* Brunnem. *ad l. 27. C. h. t. num. 107.* Dn. Mev. *ad Jus Lub. p. 2. t. 1. a. 8. n. 118.* ubi tamen dicit, ſi quis propriis actis non nimis confidat, vel ad minimum alios adhibeat, qui Judicis perſonam repræſentent. Buſius, *ad. l. 21. ff. h. t. num. 6.* dicit, quamvis Princeps interventu ſui Secretarii eam celebrare, & ad conſueta tribunalis Acta referre poſſit, in conſequentiam tamen non eſſe trahendum.

An judex propriis Actis ſuam donationem poſſit inſinuare? Quid debeat obſervari?

Monitum Dn. Mevii, & Buſii.

XV. Inſinuatione omiſſâ, ipſo jure nulla eſt donatio, *prat. §. 9. in f.* non quidem in totum, ſed, quoad exceſſum, ſcil. quod 500 ſolidos (in Ducatu Würt. 200. fl.) excedit. Concurrens enim ſumma ſubſiſtit. *l. 34. pr. l. 35. §. 5. l. 36. § 3. C.* add. *l. 21. ff. h. t. N. 162. c. 1. c. § 2.* Carpz. *d. c. 12. def. 17.* Fachin. *l. 3. contr. 72.* Ne utile per inutile vitietur. *Reg. 37. de R. I. in 6to.* In quem tamen modum fructus rei donatæ non computantur. *l. 9. §. 1. l. 11. ff. h. t.* W. Landr. *d. t. 15. §.* Wo aber. ibiq. Plebſt. *Diſp. 2. th. 915.* Sed ſi quis plures liberalitates in eandem faciat perſonam, quarum ſingulæ quidem legitimam quantitatem non excedant, benè tamen in unum compoſitæ. Diſting. An diverſis temporibus factæ, quia pro una donatione haberi nequeunt, valent ſine inſinuatione, ſecus verò, ſi eodem tempore, *d. l. 34. §. 3.* etiamſi in Inſtrumento inſertum ſit, tot eſſe Donationes, quot res. Hæc enim clauſula in fraudem aliorum communiter adjecta creditur, Etiamſi uno tempore pluribus donatariis factæ; quia perſona Donatoris reſpicitur. Brunn. *ad d. §. 3.*

Omiſſâ Inſinuatione donatio eſt nulla. Quoad exceſſum.

Plures donationes eid. factæ.

Si eodem tempore & excedant, inſinuatione opus eſt.

Si annua quantitas donata? Ampl. 2.

§. 5. n. 2. 3. & ſeqq. Molina, *de J. & J. Tom. 2. D. 278. n. 21.* Jul. Clar. *d. l. q. 17. n. 4.* Herg. *p. 1. q. 21. n. 74.* Sichard. *ad l. 1. C. h. t. n. 9.* Trentac. *L. 3. tit. de donat. Reſol. 4. n. 5.* Si verò annua quantitas, quæ legitimum donationis modum non excedit, ſit donata, an inſinuatione opus ſit? vid. diſt. *in d. c. 56. ſ. 4.* Porrò ampliatur dicta aſſertio, etiamſi donatio facta ſit inter conjunctos. Brunnem. *ad l. 27. C. h. t. n. 4.* Ad pias cauſas, item cum juramento vid. *ſeq. §. 16. 18.* & plures apud Clar. *q. 10.* Bocer. *d. c. 3. n. 51. ſeqq.*

Limit. à insinuat. opus non eſt 1. in Donatione à Principe vel principi facta. Princeps quis h. l? An Uxor marito Principi omnia pretioſa donare poſſit? 2. Ob favorem militiæ. Ampl. Limit. 3. Ob publicam utilitatem. 4. Favorem libertatis. An idem extendendum ad alios actus pios? Negatur.

XVI. Sed ab hac inſinuationis neceſſitate ſpecialiter excipiuntur (1.) Donationes à Principe in privatum, vel Principi à Privato factæ. *l. 34. pr. inſin. & ſeq. Auth. Item à privato. C. h. t. l. 19. inſ. C. de SS. Eccleſ.* per rationem in *Nov. 52. c. 2.* add. Bachov. *d. th. 6.* Et quamvis *d. l.* loquatur tantùm de Principe, (Imperatore,) communiter tamen extenditur ad alios Imperii Principes & Status; quia regalia & jura Superioritatis habent, etiam in iis rationes inſinuationis ceſſant. Carpz. *d. c. def. 16. n. 4.* poſt multos, Knipſchild. *de Nobilit. l. 2. c. 8. n. 6.* & *de fideic. fam. c. 6. num. 65. & ſeqq.* Mylet. *de Princip. & ſtat. Imper. c. 37. num. 6.* ubi num. 4. An uxor Illuſtris marito Principi omnia ſua pretioſa donare poſſit? (2.) Donatio Rerum mobilium, vel ſe moventium, à glorioſiſſimis Magiſtris militum, fortiſſimis militibus facta, tàm ex ſua ſubſtantia, quàm ex ſpoliis hoſtium. Sive in ipſa belli occupatione, ſive in quibuscunque locis donaverint. *l. 36. §. 1. C. h. t.* Cur autem non immobilium? vid. *in l. 20. § 1. ff. de capt. & poſtl. rev.* (3.) Ad refectionem domûs incendio vel ruinâ corruptæ. *l. 36. §. 2. C. h. t.* Würt. Landr. *d. t. 18. §.* Doch ſollen. (4.) Pro redemptione captivorum facta. *d. l. 36. pr.* ob magnum favorem *l. 21. inſ. C. de SS. Eccleſ.* Quær. An idem dicendum de Donationibus inter vivos, aliis piis actibus, vel religioſis perſonis deputatis, v. gr. Eccleſiæ, Xenodochiis? ita affirmant plerique Theologi & JCti Pontificii, Molina, *d. l. D. 279. num. 3.* Card. Lugo, *de J. & J. D. 23. ſect. 10. num. 250.* Haunold *de J. & J. T. 1. tr. 9. c. 2. num. 155.* Ant. Faber *in C. l. 8. t. 14. d. 12.* Tiraq. *priv. 124.* Sed contra expreſſum textum *in l. 19. C. de SS. Eccleſ. l. 35. §. 5. verſ. Tantùmque C. de donat.* B. Dn. Parens in. *Diſp. de donat. paup. th. 19.* ubi latè explicat. Carpzov. *d. C. 12. def. 13.* Bocer. *c. 3. num. 70. & 71.* Hahn. *h. t. N. 17. verb. Nam in aliis.* Eccleſia enim, deficiente privilegio, Jure Communi utitur. Dn. Mencken. *Gymn. Pol. jur. D. 15. th. 6.* Bachovius *d. D. 19. th. 6. lit. E.* Brunnem. *ad d. l. 34. num. 11. & ſeqq.* ubi quidem, ob hodiernam donantium raritatem & Eccleſiarum paupertatem, donationes exceſſivas Eccleſiæ factas non revocandas eſſe putat. Sed quia olim, cùm donationes regulariter ad 300. ſolidos valerent, donatio ad pias cauſas non inſinuata valuerit uſque

An non ſummæ donationis ad pias

que ad 500. *l. 34. §. 1. C. h. t.* eam hodie ad 800. ſine inſinuatione valere, multi volunt. arg. *l. 36. §. 3. C. eod.* At hoc de jure non procedere, docent Bachov. Bocer. Carpzov. ubi præjud. Schneidewin. *ad §. 2. I. h. t. num. 21.* Bardili, *d. Ex. th. 3.* Contrarium tamen receptius eſſe, cum Claro, videtur Brunnemanno, *ad l. 19. num. 9.* Frommann, *d. Diſp. th. 11. num. 1.* — cauſas extend.? Neg.

XVII. (5.) Donationes remuneratoriæ propriè quidem donationes non ſunt, arg. *l. 1. pr. l. 27. ff. h. t.* Ut autem ſubſiſtant, requiruntur merita, non officialia, vel obſequialia, ſed ſingularia & habilia ad ſuſtinendam donationem remuneratoriam. Pruckmann. *Vol. Conſ. 13. num. 43.* Bachov. *d. D. th. 4. lit. B.* Brunnem. *ad l. 5. ff. d. don. int. vir. & ux.* & talis donatio 500. ſolidos excendens non indiget inſinuatione. arg. *l. 34. §. 1. ff. h. t. N. 119. c. 1.* Carpzov. *d. c. def. 15.* ubi præjud. Buſ. *ad l. 27. ff. h. t. num. 4.* Mynſ. *C. 4. O. 71.* Bachov *d. D. th. 3. lit. E.* Gail. *l. 2. O. 39. num. 24.* videtur enim alienatio neceſſaria. Menoch. *L. 4. præſ. 167. n. 31. & ſeqq.* Wurt. Landr. *d. 1. §.* Doch ſollen. Sed cùm probatio meritorum & æqualitas ſit æquè difficilis, ac neceſſaria, Menoch. *Conſ. 112. num. 4.* Marta, *Digeſt. noviſſ. l. 3. tit. Donatio c. 78. & ſeqq.* ideò talis donatio tutius inſinuatur. Carpzov. *p. 2. dec. 124.* add. Bocer. *de donat. c. 12 per tot.* (6.) Uſurarum futuri temporis, per remiſſionem à creditore facta. *l. 23. pr. ff. h. t.* (7.) Donatio propter nuptias ſive à marito, ſive quantum ad partem mulieris; *Auth. Ex decurſum. C. de don. ante nupt. N. 127. c. 2.* utut donatio ſit conſcripta. *N. 119. c. 1.* — 5. In Don. remuneratoria. Req. merita habilia. — 6. In uſuris futuris. — 7. Don. propter. nupt.

XVIII. His addi ſolet Donatio juramento confirmata, idque ex diſpoſitione Juris Canon. *c. 28. x. de jurejur.* Gail. *d. O. 39* Bachov. *dict. D. 19. th. 6. lit F.* Harpprecht *ad §. 2. I. h. t. num. 150.* qui multis ration. auth. & præjud. hanc ſententiam communem & in praxi receptam eſſe docent. Sed ita defectum inſinuationis ad formam neceſſariæ ſuppleri, & exinde donationem confirmari, negant Gabriel. *concl. 5. de donat. num. 66.* Beſold. *conſ. 179. num. 48.* Richter. *dec. 22. num. 62.* Carpzov. *d. c. 11. def. 14.* admittens quidem, quòd donator jurans obligetur, & rem præſtare debeat, arg. *d. c. 28.* donante verò mortuo, ejus hæredes ultra 500. aureos non teneantur. add. ſuprà *ad tit. de jurejur. §. 13. 23. & 24.* — An juramentum inſinuationem ſuppleat?

XIX. Quær. Annon privati huic inſinuationi renunciare poſſint? Quilibet quidem favori pro ſe introducto renunciare poteſt: At quia Inſinuatio non tàm propter privatum, quàm publicum intereſſe introductum eſt, ſequitur, quòd illi privatorum pactis derogari non poſſit. arg. *l. 38. ff. de pact.* Ant. Faber. *in C. l. 8. tit. 38. def. 5.* Dn. Stryck. *de Caut. Contr. ſ. 3. c. 9. §. 5.* — An inſinuationi poſſit renunciari?

XX. Subjectum hujus donationis ſunt perſonæ donantes, & donatio- — Donare poſſunt qui liberam rer. ad-

 nem

miniſtratio-nem habent. Impediuntur Infans, Mutus & Surdus, Furioſus. Prohibentur Servus, Prodigus, Pupillus, Minor Curatorem habens etiam cum conſenſu.

nem recipientes. Donare poſſunt omnes, niſi quibus libera rerum adminiſtratio eſt interdicta, nec ſpecialiter prohibentur. Prohibentur autem quidam naturâ, ſcil. qui actum rei non intelligunt, ut Infans, *l. 5. ff. de R. I. §. 9. I. de inut. ſtip.* Mutus & Surdus ſimul natura, arg. *l. 10. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Non obſt. *l. 33. §. 2. ff. h. t.* ibi enim caſu tales intelliguntur. Furioſus & Mente captus, *l. 25. §. 1. ff. h. t. l. 6. ff. de V. O. l. 40. ff. de R. I.* & ſimiles, ita enim donare eſt perdere. *l. 7. ff. h. t.*

XXI. Lege prohibentur, ut (1.) Servus. *l. 25. §. 2. ff. de pall.* (2.) Prodigus declaratus, *d. l. 6. & l. 29. ff. de cond. ind.* (3.) Pupillus etiam cum tutoris authoritate, *l. 1. §. 1. & 2. ff. de tut. & rat. diſtr.* ubi tamen limit. (4.) Minor curatorem habens ſine illius conſenſu regulariter donare nequit; *l. 4. C. de præd. min.* imo nec cum conſenſu, Et quod magis eſt, ne quidem cum Judicis decreto res immobiles, *l. 5. C. ſi maj. fact. alien.* etiamſi minor curatorem non habeat, Carpzov. *l. 5. Reſp. 59. num. 5. & ſeqq.* niſi illam major factus ratam habuerit. *l. 1. l. 2. C. ſi maj. fact. rat. hab.* Poteſtas enim adminiſtrandi ſive Curatoribus, ſive minoribus conceſſa, non eſt plane libera, ſed aliquo modo reſtricta, nec ad alienationem rerum immobilium extenditur. *d. l. 5.* B. Parens m. *D. de alien. rer. q. min. th. 10.* Dilenture videtur. Carpzov *d. Reſp. 59.* ſed forſan ibi eſt caſus donationis remuneratoriæ, quæ excipitur in *d. l. 5.* & ad quam Judicis decreto opus eſt. arg. *l. 12. & l. 11. C. de præd. min.* arg. *l. 2. C. ſi adv. donat.*

Tutores & Curatores.

(5.) Tutores & Curatores, licèt Dominorum loco habeantur, illorum tamen poteſtas tantum eſt adminiſtratoria, quæ facultatem donandi non involvit; ſed donatio ipſo jure nulla foret. *l. 22. l. 46. §. 5. ff. l. 16. C. de adm. & peric. tut. l. 5. ff. ſi maj. fact. alien.* Niſi ſpecialiter conceſſa eſſet, *l. 7. pr. ff. h. t.* aliave ratione pietas, æquitas, ut in remuneratione, dignitas, neceſſitas, vel inſignis utilitas ſuaderet. *l. 1. §. 2. ff. de tut. & rat. diſtr. l. 12. §. 3. l. 13. pr. ff. de adm. & peric. tut. l. 7. §. 5. ff. c. 1. x. h. t.* Vid. latè Carpzov. *l. E. p. 2. C. 11. def. 48.* d. diſp. *de alien. rer. quæ min. th. 10. & 11.* & ſuprà *ad. tit. de adm. & peric. tut. §. 23.*

Limit.

Adminiſtratores.

(6.) Similiter & ex modo dicta ratione alii adminiſtratores vel Procuratores ſpeciali ad hoc mandato deſtituti. arg. *d. l. 7. pr.* Sic Epiſcopo, vel Prælato, non licet res Eccleſiæ donare, *Clem. 1. de reb. Eccl. non alien.* niſi ob cauſam remunerationis *c. 3. x. h. t.* (7.) Ob defectum adminiſtrationis, Fœmina, moribus Imperii, ſine Curatore donationem ſimplicem fruſtra facit. De Jure Saxonico vero uxor geradam demum valide donat in judicio, interveniente conſenſu mariti & Curatoris. Carpz. *d. p. 2. c. 11. def. 1. & 16. & c. 14. def. 10. & 11.* De Jure Wurt. vid. Landr. *p. 2. t. 29. §. ult.* Wibel. *de contr. mul. c. 3. §. 2. n. 83. & ſeqq.*

XXII.

Filius famil. de Peculio Profectitio.

XXII. (8.) Filii familias, quamvis quoad alias conventiones legitimam habeant perſonam; *l. 39. ff. de O & A.* eandem tamen qualitatem non ſemper habent. Non autem donare poſſunt ex Peculio profectitio, ob qualitatem bonorum, quia illud totum dependet à voluntate Patris, ſola adminiſtratione filio relicta, quæ nullam donandi facultatem infert; *l. 7. pr. ff. h. t. l. 1. §. 1. ff. quæ res pign.* vid. ſuprà *ad tit. de pecul. §. 18. & ſeqq.* niſi Pater eam filio conceſſerit, vel ſpecialiter atque expreſsè; *d. l. 7. §. 2.* & tunc Pater magis per filium donaſſe videtur; *l. 9. §. 2. ff. h. t.* vel tacitè, ob qualitatem aliamve rationem, v. gr. ſi filius adminiſtrator eſt Senatoriæ, vel cujus alterius dignitatis *d. l. 7. §. 1. & 3.* Sed quia dicta ratio ceſſat in Peculio caſtrenſi & quaſi, quæ pleno dominio ad filium familias pertinent, ideò liberè de illis, etiam ſine Patris conſenſu, diſponit, & donat *d. l. 7. §. 6.* late ſuprà *ad tit. de pecul. §. 10. & 17.* Quantum ad peculium Adventitium diſtinguendum eſt inter regulare & irregulare. Ex illo tàm filius familias, quia nudam habet proprietatem, quàm Pater, qui uſufructuarius quidem, de cætero tantùm eſt adminiſtrator, fruſtra donat. *l. 1. C. de bon. mat.* In irregulari verò, quia Pater nullum, filiusfamilias autem plenum jus habet, nihil obſtat, quin, ſi perfectæ ſit ætatis, de illo liberè inter vivos diſponere, ſicque donare poſſit. *N. 117. c. 1. §. 1.* ſuprà *ad t. t. de Pecul. §. 23. 24. & 27.*

Pater interdum tacitè conceſſiſſe videtur. Limit. In peculio caſtrenſi & quaſi. Et Advent. irregulari.

Quibus poteſt donari.

XXIII. Subjectum Paſſivum conſtituunt omnes, qui conſentire poſſunt, & lege aliquid accipere non prohibentur. Quoniam autem voluntas & conſenſus donatarii ad donationis perfectionem requiritur, hinc ſtatim Furioſus, Mente captus, & ſimiles excluduntur. *per l. 50. l. 40. ff. de R. I.* Sed an Infanti donari poſſit, quær? Et diſting. inter res, ad quas Infantes affectionem habere poſſunt & ſolent, vel minus. Illo caſu contra ſtrictam Juris rationem ſubſiſtit donatio, illarumque rerum poſſeſſionem acquirere poſſunt. *l. 26. C. h. t. l. 3. C. de A. & R. P.* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 21. th. 1. lit. A.* Sin tales res non ſint, tunc non per Infantes perficitur, ſed ex benignitate eorum nomine Pater, Tutor vel Servus, &c. acceptat. Si enim dictæ perſonæ infanti hæreditatem quærere, multo magis donationem acquirere poſſunt; *l. 18. pr. & §. 3. C. de jur. delib.* add. *l. 21. ff. de uſuc. l. 26. C. h. t.* hinc tutor acceptationem negligens, rei amiſſæ periculum præſtare tenetur. *l. 21. C. de adm. tut. l. 7. C. arbitr. tut.* add. ſuprà *ad tit. de A. vel O. H. §. 17. in fin.*

An Infanti. Diſt.

XXIV. Donationem ergò accipiunt, qui conſentire poſſunt, niſi lege prohibeantur. Sic (1) Conjuges invicem inter vivos nulliter donant. *l. 3. §. 10. ff. l. 21. C. de don. inter vir. & ux.* & vid. latiùs ſuprà *ad d. t.* (2) Pater liberis in ſacris paternis conſtitutis. *l. 11. l. 17. C. h. t. l. 25. C. de don. int. vir. & ux.*

Prohibentur Conjuges. Pater liberis, & contra. Ratio.

ut, *l. 2. C. de inoff. don. c. f. x. h. t.* & vice verſa. Nam propter vinculum unitatis perſonarum, quæ ex P. P. deſcendit, *l. ult. in f. C. de Impub. & aliis ſubſt.* quicquid filiofamilias ex re Patris obvenit, id cedit Peculio profectitio. *§. 1. per quas perſon. c. arg. l. 79. ff. de A. vel O. H.* Sicque nulla eſſet donatio, ſive fieret per promiſſionem, quia Pater ſui ipſius foret debitor, ſive per traditionem, quia res, quæ ſemel noſtra eſt, amplius fieri noſtra non poteſt. *§. 10. I. de legat.* Frommann. *d. D. th. 25.* & ſuprà *ad tit. de Collat. §. 18.*

Limit. 1. In bonis caſtrenſ. vel quaſi. 2. In donis ob merita ſingularia.

XXV. Unde dicta donatio non impeditur (1) In rebus provenientibus ex cauſa caſtrenſi, *l. 1. C. de Caſtr. pec. l. 4. C. fam. erciſc.* vel quaſi caſtrenſi, v. gr. ex artibus liberalibus earumque occaſione. *l. 7. C. de Adſeſſ. l. 4. C. de Advoc.* 1. vid. ſuprà *ad tit. de peculi. §. 10. 15. & 17.* (2.) Si Pater donet aliquid ex cauſa, propter quam res tranſit in peculium adventitium, & quidem ob ſingularia merita, propter quæ aliis perſonis datur extraordinaria perſecutio. *l. 9. §. 1. ff. quod met. c. l. 34. §. 1. l. 27. ff. h. t.* arg. *l. 77. §. 25. ff. de leg. 2. l. 1. §. 6. ff. de Collat. Auth. Unde & ſi Parens. C. de inoff. teſtam.* Tiraq. *in l. 8. C. de rev. don. num. 20.* Menoch. *de A. I. Q. l. 2. cent. 2. caſ. 134. num. 1.* Dn. Gratian. *Diſc. for. c. 355. num. 18. & ſeqq.* Merend. *l. 1. contr. c. 22.* Sed Reſponſiones vid. apud Fachin. *l. 3. contr. 74.* Tiraq. *d. l. num. 21.* Filius enim id magis ſuâ opera & in compenſationem, ceu extraneus, acquiſiviſſe cenſetur. Gail. *l. 2. O. 58. num. 5.* Fachin. *d. l.* Garſ. *de donat. remun. num. 5.* Wurmſer. *pract. obſ. l. 1. t. 42. O. 1. num. 11.* Peregr. *de fideic. art. 30. num. 126.* Obſt. *Eccleſiaſt. c. 3. verſ. 27. & 28.* vid. Hahn. *ad Weſ. h. t. N. IV. verb. Niſi ob benè.* Sed merita debent eſſe

Æquivalentia.

ſingularia, ſc. non obſequialia vel officialia. Æquivaleant rei donatæ. Nam quod excedit juſtam remunerationis mercedem, pro ſimplici donatione haberi, inquit Trentac. *l. 3. Reſ. 4. num. 11.* Cephal. *l. 3. Conſ. 405. num. 23.* Et filius

Filius ea debet probare.

ea probare debet, Michalor. *de fratr. p. 3. c. 11. 12. num. 16. & 20.* poſt alios, Bocer. *d. tr. de don. c. 3. num. 15.* Carpz. *d. c. 12. def. 22. num. 6.* Dn. Stryk. *de Caut. Contr. ſ. 3. c. 9. §. 13.* ita, ut non ſufficiat generalis, & ſola Patris de illis aſſertio. Jul. Clarus, *d. l. 4. q. 8. n. 2.* Græv. *l. 2. concl. 58. num. 7.* Menoch. *d. caſ.* Peregr. *d. l.* Non obſt. *l. 9. ff. pro ſoc.* quâ quis ſemper meritis invitatus præſumitur, intellig. enim de meritis non ad hunc effectum neceſſariis, ſed tan-

De mente donatio remuneratoria præſumitur.

tùm exiguis. Garſ. *n. 49.* Meritis verò exiſtentibus vel probatis, etiamſi Pater donans nullam donationis cauſam adjecerit, vel dixerit, ſe donare ob benè merita & amorem paternum, donatio remuneratoria nihilominus cenſetur. Tiraq. *d. l.* Menoch. *l. 3. præſ. 29. num. 49. & ſeqq.* & *de A. I. Q. d. caſ. 88. num. 53.* Maſcard. *de probat. de concl. 555. num. 45.* Molina, *d. Tr. 2. Diſp. 244. n. 4.* & latè Fachin. *d. l. c. 75.* Michalor. *de Fratrib. p. 3. c. 11. n. 18.* Hanc tamen

men donationem uni, in præjudicium reliquorum liberorum æqualiter de Patre meritorum, factam non ſubſiſtere, dicit Molina, *d. D. pr.* Cæterùm hæc donatio remuneratoria ſtatim valida eſt, Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 15. th. 5. lit. E.* Tiraq. *d. l.* & ita Moribus ac in Judiciis obſervari, teſtantur Buſ. *ad l. 7. ff. h. t. num. 3.* Moller. *l. 2. Semeſtr. c. 16.* Sicque nec Collationi ſubjacet. Garſ. *d. l. num. 48.* Peregr. *d. l. num. 126.* Molina, *d. l. num. 3.* Wurmſer. *d. l num. 11.* Fachin. *d. l 5. cap. 82.* De Jure Saxonico donatio rerum mobilium à Patre in filiumfamilias collata, ſtatim valet Carpzov. *d. c. 12. def. 25.*

Modo non ſit in præjudicium æqualiter meritorum.

Donatio Remuneratoria collationi non ſubeſt.

XXVI. Donatio ſimplex inter Patrem & filiumfamilias, quamvis ab initio nulla ſit, confirmatur tamen ex poſtfacto, quod fit (1.) Per ſilentium & mortem Patris, ſi Pater neque expreſsè, neque tacitè ad mortem uſque eam revocaverit. *l. 25. C. de donat. int. vir. & ux. l. 2. C. de inoff. don. l. 18. C. fam. erciſc.* Riemer. *dec. 5. q. 9.* Sichard. *ad l. 2. C. h.* Arum. *Exerc. 6.* & poſt alios, Michalor. *d. l. num. 25.* Würt. Landr. *p. 2. t. 18. rubr.* Von *Donation* der Eltern §. Do aber. Et valet, ſi quantitatem legitimam, ſcil. 500 ſolidos, (vel Jure Wurt. in mobilibus 200. fl.) excedat, actis intimata fuerit, *d. l. 25.* aliàs quoad ſummam excedentem foret inutilis, *d. l.* niſi forte ſupremâ voluntate corroborata, Brunneman. *ad d. l. 25. num. 4.* Fachin. *d. l. 5. c. 72.* Michalor. *num. 25. & ſeqq.* ubi, cum multis aliis & ſecundùm communem opinionem, requirit traditionem, Gail *l. 2. O 38. num. 14.* quamvis divinatoriè tantum illam ex *d. l. 25.* erui oſtendat Brunnem. *ad d. l. n. 6.* Frommann. *d. D. de Diff. inter don. th. 23. num. 1.* Collationi autem obnoxiam non eſſe, ſuprà dictum *ad tit. de Coll. §. 18.* Non vero confirmatur morte Filii, nec ejus hæredes rem donatam, tanquam hæreditariam, retinere poſſunt. arg. *c. f. de don. int. vir. & ux.* (2.) Si Pater filio ſuo, poſteà emancipato res donatas non ademit, ex poſtfacto donationem perfeciſſe cenſetur. *l. 31. §. 2. ff. l. 17. pr. C. h. t. l. 17. inſ. C. de Collat.* Gail. *d. O. 38. num. 14.* Et hoc in genere ad omnes pertinet caſus, in quibus liberi non amplius in poteſtate paterna eſſe cenſentur. Michalor. *d. l. num. 52.* Buſius, *ad l. 7. ff. h. t. num. 3.* ſupra *ad tit. de adopt. §. 34.* De Jure Wurt. vid. *d. tit. 18. §.* Es mögen. & *p. 3. t. 23. §.* Da auch. (3.) Ex Jure Canon. & Communi DD. ſententiâ per juramentum Patris, per *c. 2. de pact. in 6.* & *c. 28. de jurejur.* hancque opinionem in Camera probari, teſtantur Mynſing. *cent. 2. O. 33. num. 5.* Gail. *d. O. 38. num. 7. & ſeqq.* ibique Græv. Michalor. *d. c. 11. num. 3. & ſeqq.* ubi adhuc aliæ & plures limitationes. Sicut etiam XII. caſus excepetos refert L. B. ab Enenckel, *de priv. par. & lib. pr. 5. num. 15. ad finem.*

Confirm.
1. Silentio & morte Patris.

Quid ſi quantitatem excedat?

Non morte filii.

2. Emancipatione.
Ampl.

3. Patris Juramento.

XXVII. Quæ autem de donatione Patris dicta ſunt, tantùm de liberis in

Pater tamen donare poteſt

emancipato. Si Infans ſit Mater liberis.

P. P. conſtitutis, non vero emancipatis accipienda; cùm his facta donatio ſtatim ſubſiſtat, *d. l. 31. §. 3. ff. d. l. 17. C. h. t.* ſed vid. Michalor. *d. p. 1. c. 18.* & ſi Infantis, fieri poteſt in ſcriptis, aliusque ejus nomine acceptare poteſt. *l. 26. C. h. t. l. 28. ff. de uſurp. & uſuc.* Brunnem. *ad d. l. 25. n. 3.* Neque dicta procedunt de donatione à Matre liberis in P. P. exiſtentibus facta, quia illa ratio ceſſat; Donationes enim inter Matrem & liberos regulariter ſubſiſtunt. *l. 3. C. de rev. don. l. 19. C. de don. int. vir. & ux.* Carpz. *d. c. 12. def. 23.* Michalor. *d. c. 11. num. 4. & ſeqq. cap. 19. ubi in f.* jungit caſus, quando hæc donatio materna conferenda.

Limit. remiſſive

Nec donari debet Judicibus int. officii.

XXVIII. Porrò Donationem accipere penitus prohibentur Præſides, Judices, Conſiliarii, & ſimiles, intuitu officii. *l. un. C. de Contract. Judic.* Quod quidem multi limitant in caſibus *in d. l. un. §. 1.* expreſſis, & permittunt acceptationem, ſi aliquid, præſtito officio, remunerationis gratiâ offeratur. Sed poſito, hoc ipſum à Principe, uti exempla docent, eſſe permiſſum, vix eveniet, ut ſemper ex integritate & juſtitia procedatur, & Judex DEUM non timens libentius pro locuplete ob ſpem donationis, ſententiam feret. Hinc illa interdicitur Divinis, Exod. 23. *verſ. 8.* & Humanis LL. *Nov. 17. c. 1. §. 2.* ibi: *Debet aſſeſſor vir optimus & purus undique, & contentus iis, quæ a Fiſco dantur.* vid ſuprà *ad tit. de offic. Proconſ. 6. 3. & 5.* Brunnem. *ad l. 27. de don. num. 16. & 17.* Tiraq. *d. l. num. 57.* & add. infrà *tit. de L. Jul. Repet.*

Quæ res poſſint donari? An Alienæ?

XXIX. Objectum ſunt res in commercio exiſtentes, ſive corporales ſint ſive incorporales; *l. 9. pr.* ubi habitatio donatur, *ff. h. t.* Propriæ, tempore ſcil. donationis, *l. 19. C. h. t. l. 7. C. ſi ſerv. pet.* vel Alienæ, hæ quidem ita cum effectu donari nequeunt, ut per traditionem dominium ſtatim transferatur in accipientem, & ita accipienda eſt *l. 9. §. 5. ff. h. t.* Per illam tamen traditionem conditio uſucapiendi & titulus pro donato transfertur; niſi fortaſſe vitium ex alia cauſa ſubfuerit. *l. 2. & 3. ff. pro donato.* Buſ. *ad d. l. 9. §. 5. n. 2.* Bachov. *d. V. 2. D. 19. th. 5. lit. B.* Struv. *Exerc. 40. th. 9.* ibique Müller. Joh. Voëtius *num. 10. h. t.*

Quis ſit effectus?

An Donator evictionem præſtare teneatur?

Re tamen alienâ donatâ evictâ Donator regulariter evictionem præſtare non debet, nec ad æſtimationem conveniri poteſt; *l. 18. §. 3. ff. h. t. l. 2. C. de evict.* ne ſuæ liberalitatis pœnam patiatur. *l. 62. ff. de ædilit. edict.* Idque ſive donatio ab initio per traditionem, ſive per promiſſionem facta fuerit; *add. l.* niſi evictio promiſſa ſit. *d. l. 2.* Bocer. *c. 3. num. 91.* vid ſuprà *ad tit. de Evict. §. 15.* Bach. *d. l.* add *ſeq. §. 39.*

Mg. Ampl. Limit.

Non Bona Avita. Domanialia

XXX. Bona Avita vel Fidei commiſſaria regulariter non poſſunt donari. Knipſchild. *de fid. fam. c. 11. num. 63.* add Carpz. *d. C. 12. def. 6. & ſeq.* Stryk. *in uſu moderno §. 10. cum ſeqq. h. t.* Et multo minus Bona Domanialia atque Republi-

publicæ; ſed à Succeſſoribus, niſi acceſſerit publica neceſſitas, atque utilitas, eorumque conſenſus, quorum intereſt, vid. Bruckner, *de Doman. Regn. Germ. c. 9.* revocari & reuniri queunt Bruckn. *d. tr. 10.* Brunnem. *Conſ. 1. per tot.* Vasq. *tr. de controv. illuſtr. l. 1. c. 4.* Addi merentur Tractatus Juris Domanialis, in unum volumen congeſti & nuper editi in folio. Inde ſequitur, quid ſentiendum ſit de Donatione, qui Conſtantinum Magnum Italiæ & cætera Occidentalia Regna Sylveſtro Pontifici Romano donaſſe dicitur, *c. 13. diſt. 96.* quamvis contra omnem Hiſtoriæ fidem, unde ipſe Baronius Cardinalis, & in Vaticano Bibliothecarius, Canoniſtas hac in parte deſerit, *Ann. tom. 12. An. 1191.* & falſum eſt, Inſtrumentum donationis Conſtantini falſum ac commentitium eſſe. Hac de Materia plures Authores collegit Caſtel. *de Stat. Europ. c. 4. n. 48.* & quamvis nonnulli ad illam donationem tuendam alios Authores dicant; per *c. 30. diſt. 63.* eam tamen nihilominus ſuſpectam manere, vid. latè ap. Molin. *in proœm. Conſuet. Pariſ. & in Comment. ad SCt. Franc. contra abuſ. Pap. fol. 302.*

De prætenſa Donatione Conſtantini Magni P. R. Sylveſtro facta.

XXXI. Cæterum, ſi ad rationem naturalem, Jus Gentium & ipſos Juris textus reſpiciamus, verior eſt ſententia: Omnia bona ſimpliciter inter vivos validè donari poſſe; ſive Præſentia, ſive Futura ſint, prout expreſſis verbis continetur *in l. 35. §. 4. & 5. C. h. t. l. 1. C. de rev. don. l. 5. C. de inoff. don.* jung. *l. 9. §. 1. ff. l. 3. C. h. t. arg. l. 17. §. 1. ff. quæ in fraud. credit.* poſt plures citatos, Joh. Harpprecht, *ad §. 2. I. h. t. num. 115. & ſeqq.* Bachov. *d. l.* Hahn. *h. t. N. V.* Frommann. *d. Diſſ. th. 29.* Pinellus, *ad rubr. Cod. p. 1. n. 25. de bon. mat.* Plebſt. *d. Diſſ. 2. theſ. 192. lit. C.* Struv. *S. J. C. Ex. 40. th. 9.* qui ita judicatum eſſe in Scab. Jenenſi monet *Dec. Sabb. 18. c. 33.* Bocer. *c. 3. n. 59.* Knipſch. *d. tr. c. 6. n. 58.* Ungepaur. *Ex. 7. q. 5.* Schulz. *d. Ex. §. 19.* Stryk. *in uſu mod. §. 9. h. t. & C. C. ſect. 3. c. 9. §. 4.* Beyer. *poſ. 5. h. t. ubi præjudicium exhibet.* & hanc ſententiam in puncto Juris veram eſſe, aſſerit ipſe Dn. Carpz. *d. C. def. 20. num. 4.* aliàs diſſentiens, ut & *lib. 5. Reſp. 65. n. 5.* Modò nemini præjudicium in legitima fiat; vel Donatio non ſit inofficioſa, *ſeq. §. 42.* Non obſt. *l. 16. §. 1. inſ. ff. de Jure Patron.* ubi ſermo eſt de alienatione à liberto contra L. Papiam facta, ut redeat ad Patronum, quod ex ipſius eſt bonis. Nec obſtat ratio, qua potiſſimum Diſſentientes moventur, quòd hôc modo adimatur facultas teſtandi. Verùm Reſp. id non fieri directò, ſed per conſequens impediri, quò minus jus illud exercere poſſit. Quamvis autem non valeant conventiones, quibus libera teſtandi facultas aufertur, *l. 15. C. de pact.* id tamen per conſequentiam fieri poſſe, probatur exemplo arrogationis, ingreſſus in monaſterium. Auth. *Ingreſſi. C. de SS. Eccleſ.* Sub bonis tamen ſimpliciter donatis futura non donata cenſentur, arg. *leg. l. 49. §. 1. ff. de R. V.*

Omnia bona poſſ. donari: Præſentia & Futura.

Limit.

Obj. Reſp.

Obj. Reſp.

Sub bonis ſimpliciter

Scili-

donatis non conſ-ſitura. ſcilic. ad evitandum donantis præjudicium. Donatio enim ſtricti Juris eſt, & propterea ſtrictè explicanda, magisque reſtringenda erit arg. *l. 22. ff. h. t.* Brunnem. *ad l. 13. C. h. t. n. 16.* *An hæreditatem ſuam quis poſſit donare?* Hæreditatem quidem ſuam inter vivos nemo donare poteſt, vid. ſupra *ad tit. de pact. §. 15. tit. de A. vel O. H. §. 26.* benè tamen hæreditatem ſibi relictam vel delatam. *l. 28 ff h. t.* Sed quær. An Jura & Actiones, ſicut non veniunt ſub nomine mobilium & immobilium, *l. 15. §. 2. ff. de re jud.* Gail. 2. O. 11. n. 9. Stryk. *in uſ. mod. §. 9. h. t.* ita nec *An ſub nom. omnium Bonorum Jura & actiones cont.* ſub nomine omnium bonorum comprehendantur? ita quidem ſtatuunt Hahn. *d. l.* & Carpz. *J. F. p. 3. C. 2. def. 2. n. 6.* ſed contra *l. 49. ff. de V. S. l. 37. ff. de uſufr. leg.* Chriſtin. *L. 1. dec. 153.* Knipſ. *d. tr. c. 5. n. 30.* Struv. *Exerc. 40. th. 9.* ibique Muller. Joh. Voetius. *num. 10. h. t.*

Hodie donatio omnium Bonorum plerumque invalida. Cautela. XXXII. Communiter tamen in praxi & multis in locis Donatio omnium tam præſentium, quàm futurorum bonorum, nullo planè reſervato facta, invalida pronunciari ſolet. Hinc conſulunt, ut in locis, quæ donationem omnium bonorum improbant, Donator ſibi quædam reſervet, de quibus teſtari vel diſponere poſſit, poſt plures citatos, J. Clarus, *d. l. q. 19. n. 1.* Trentac. *l. 3. tit. de don. reſ. 3. n. 22.* Hahn. Frommann *ad* B. Stryk. *d. l. §. 4.* Carpz. *d. C. 12. def. 26.* & *l. 5. Reſp. 61.* Mevius, *ad Jus Lub. l. 1. t. 9. a. 1.* Schilter. *d. l.* D. D. Graſs. *in Diſſ. de reſerv. bonor. liberæ teſtandi facultatis præſervatione per tot.* W. Landr. *d. 1. 18. §.* Da jemand, ibique Plebſt. *d. l.* & B. Parens *in. th. 29.* unde Hahn. *d. N. V. uſ.* cum Carpz. *def. 27.* monent, ſi Donatio, Jura & actiones, Bona mobilia & immobilia, Bona præſentia & futura, non expreſsè comprehendat, alterutro horum omiſſo, illam ſubſiſtere, & Gailius tradit, ex communi opinione valere Donationem omnium bonorum, præſentium & futurorum, deducto uſufructu. *L. 2. O. 127. num. 4.* Neque tunc Donator cavere teneretur. per *l. 62. ff. de edil. edict.*

Forma. Donatur irrevocabiliter. XXXIII. Forma & differentia Specifica in eo conſiſtit, quòd hæc Donatio ex parte donantis fiat ex mera liberalitate, eaque ejus propoſito irrevocabiliter, *l. 1. pr. l. 29. ff. h. t.* Mev. *ad J. Lub. l. 1. t. 9. n. 4.* & quidem in donatarium volentem. *l. 10. pr. l. 19. §. 2. ff. h. t.* Summam 500. ſolidorum ſi excedat, inſinuetur. *l. 36. §. 3. C. eod.* Quomodo autem perficiatur? vid. *præced. §. 8.* & add. Hahn. *N. VI.* *Purè & ſub conditione:* Non refert, ſive purè, ſive ſub modo vel conditione: vid. *ſeqq. § 34. & 38. in fin.* (*quæ quidem propriè huc non pertinet*) modò non mortis ſit facta mentio, *Non mortis Causa.* Quamvis ſola mortis mentio, tanquam cauſa impulſiva, Vinn *ſelect. quæſt. l. 2. c. 32.* vel, ut executionis tempus demonſtretur, non obſit. Mev. *d. l. 1. t. 6. a. 2. n. 50.* Carpz. *def. 24.* *Ad tempus.* Item licite donatur ad tempus vel incertum, ut res mortuo donatario ad donatorem redeat, *l. 2.*

l. 1. C. de don. quæ ſub modo. vel certum, ut poſt 10. annos tertio reſtituat. *l. 3. C. d. t.* vid. Struv. *Exerc. 40. th. 20.* Item valet Donatio facta ob cauſam præteritam: & cùm Moribus Romanorum lupanaria eſſent in uſu, etiam inhoneſtam; vid. *l. 5. §. h. t.* Franzk. *ad t. de cond. ob turp. cauſ. n. 10.* & Ludw. *ad W. d. t.* ſed noſtris temporibus, & maximè Chriſtianis non conveniunt, Donationes enim moleſtæ, i. e. turpes rejiciendæ ſunt, per *l. 25. C. h. t.* ubi ſimul præſcribitur Forma Inſtrumenti Donationis, ſi conveniatur aliquod deſuper conficere, ſc. quòd contineat nomen Donatoris & Donatarii, jus ac rem donatam, nec fiat occultè. Finis Principalis conſiſtit in exercitio liberalitatis & munificentiæ. *d. l. 1. pr. l. 214. ff. de V. S.*

Ob cauſam præteritam, Et inhoneſtam?

Forma inſtrumenti Donat. Finis.

XXXIV. Effectus primus eſt, ut Donatio ſimplex, quamprimum facta, ſed nondum ex traditione confirmata, obligationem producat, ad rem donatam præſtandam, quam donatarius propriâ authoritate occupare nequit. Eſt enim pactum legitimum, quod obligationem parit ad actionem efficacem producendam, non quidem ex ſe & ſuâ naturâ, ſed Legis aſſiſtentiâ. *§. 2. J. l. 35. §. 5. C. h. t. l. 5. C. de rev. don.* Nov. *162. c. 1.* Et quidem, ſi conventio perficiatur ſtipulatione, datur Condictio certi, vel Actio ex ſtipulatu, Sin pacto legitimo, Condictio ex lege, *l. 9. l. 35. §. 5. C. h. t.* d. N. *162. c. 1.* Carpz. *J. F. p. 2. C. 14. def. 8. num. 4.* Bocer. *c. 3. n. 88.* Hahn. *d. l. N. VII.* item præſcriptis verbis, *d. l. 9. l. 28. ff. h. t.* & per *l. 1. c. h. t.* datur Rei vindicatio, ſi ſc. Donatario jam tradita ſint rei donatæ inſtrumenta ea, quæ jus in illâ re competens denotant. Brunnem. *ad d. l. 1.* Hahn. *d. N. verb. Interdum. & R V.* item in caſu *l. 1. C. de donat. quæ ſub modo.* Si verò donatio facta ſit ſub modo, quâ quid donatur, ut rurſus quid fiat, v. gr. ut præſtentur alimenta, Donatarius ad promiſſa præſtanda adigitur, vel actione Præſcriptis verbis, vel Conditione ex Lege, *d. l. 9. l. 35. §. 5. C. h. t.* & donans, ejusve hæredes, modo non impleto, res donatas vindicat. *l. 2. & 3. C. de cond. ob cauſ.* Brunnem. *Conſ. 173.* Struv. *Exerc. 40. th. 18. ibique* Mullerus. Re ita donatâ, ut poſt decem annos alii reſtituatur, tempore effluxo, huic tertio competit Actio perſonalis. *l. 3. C. de donat. quæ ſub modo* add. Fachin. *l. 8. c. 88.*

Effectus ante traditionem præſtitam.

ortus.

XXXV. Actio ex hac obligatione vel pacto legitimo orta eſt Condictio ex Lege; Lex enim hic novam obligationem introducit, nec genus Actionis expreſſit; *l. 35. §. 4. & 5. C. h. t.* Nov. *162. c. 1. §. 1.* ſuprà *ad tit. de cond. ex lege*, §. 7. quâ donatarius agit contra donatorem ad rem præſtandam. Ratione Cauſæ Effic. Rem. eſt Civilis: Proximæ, eſt Perſonalis, quia oritur ex jure ad rem; & præterea omnes condictiones ſunt perſonales. Objecto eſt Rei perſecutoria. Non enim illâ agitur, ut Reus coërceatur; ſed ut patri-

Ex hac Obligatione oritur Condictio ex Lege. Quid eſt? Qualis?

patrimonium augeatur. Ratione formæ eſt ſtricti juris, *l. 22. ff. h. t.* & Perpetua.

C. E. Rem. Proxima. Cui datur? XXXVI. Cauſa Eff. Rem. eſt Lex; & quidem in ſpecie Conſtit. Juſtin. *in l. 35. §. 4. & 5. C. h. t.* Proxima eſt pactum legitimum ex Legis aſſiſtentia. Quoad Subjectum datur donatario, Et ſi vel poſt momentum factæ donationis decedat, ejus hæredibus; nam donatarius ſimplex præmoriens jus quæſitum ad hæredes ſuos tranſmittit. Cavalcan. *p. 1. dec. 42. num. 4.* Adverſus

Ad quem? Donatorem, ejusque hæredes, quia deſcendit ex conventione. arg. *l. 12. & l. 49. de O. & A. l. 24. C. h. t.* Si autem una eademque res, uno eodemque tempore, pluribus donata & oblata fuerit, & alter eorum, antequam acceptaverit, mortuus ſit: Donatio quoad hanc partem pro imperfecta habetur, nec ſuperſtiti accreſcit; Nam donatio inter vivos eſt ſpecies conventionis, ubi jus accreſcendi locum non habet. Carpz. *p. 2. dec. 134.* ſuprà *ad tit. de legat. §. 73.* Ex-

An Jus accreſcendi ſit locus?

Remit. cepto tamen caſu donationis Imperialis, *in l. un. C. ſi liberal. Imp. ſoc. ſine her.* ubi Brunnem. *n. 9.* hoc applicat, ſi Feudum à Principe proprio motu duobus datum ſit; quamvis Princeps in dubio beneficium proprio motu concedere non præſumatur, arg. *cap. 13. de prebend. in 6to.* citra cauſam remunerationis. arg. *l. 12. pr. & §. 8. ff. Mandati.*

Ad quid? Deductis alimentis & ære alieno. XXXVII. Objectum eſt res donata præſtanda, *l. 35. §. 3. & 4. C. h. t.* & quidem deductis alimentis, *ſeq. §. 39.* ac ære alieno, id eſt, eo quod ex cauſa oneroſa debet, *l. 12. ff. h. t. l. 19. §. 1. ff. de re jud.* Nam Donator, etiam condemnatus, non niſi in quantum facere poteſt, tenetur, *l. 41. §. 2. ff. d. t. de re jud.* ut, ſi in fraudem creditorum facta ſit, non valeat; infrà §. 40. de quo, ſi probabiliter tantùm conſtet, Donatarium etiam de conſcientia teneri reſtituere, quantum Creditores læſi fuerint ex tali donatione, inquit Brunnemann. *ad l. 4. C. de revoc. don. num. 6.* Sed Uſuræ in hanc actionem non veniunt; quia eſt ſtricti Juris conventio, *l. 22. ff. h. t.* in qua uſuræ tantùm ex ſtipulatione petuntur, *l. 3. C. de uſur. l. 19. l. 24. ff. P. V.* adeò, ut nec poſt litem conteſtatam debeantur: Mauritius *Vol. I. Conſil. 21.* D. Harpprecht *Conſil. 57. num. 159. & 164.* Neque Fructus in rationem donationis computantur; *l. 9. §. 1. l. 11. ff. h. t.* niſi nondum conſumpti ſint, nec donator dolo poſſidere deſierit. *l. 41. §. 1. ff. de re jud.* Hahn. *d. N. VII verb. Non teneri.* Formâ & Differentia Specifica in eo conſiſtit, quòd hac actione ad præſtationem rei donatæ agatur: Ratione formæ etiam Perpetua eſt, & 30. demum annis præſcribitur.

An Uſuræ in hanc actionem veniunt? Ampl. An Fructus? Limit. Forma.

XXXVIII.

XXXVIII. Ex dictis ſequitur, Donationem pacto legitimo perfectam (niſi talis ſit, quæ ſoli conventione abſolvitur; Bocer. *Cl. 2. Diſp. 19. th. 25.*) traditionem rei donatæ præciſè involvere; *d. §. 2. I. h. t. l. 3. pr. ff. de O. & A.* vid. ſupra *§. 8. de act. emt. & vendit.* quâ conſummatâ, dominium rei donatæ tranſit in Donatarium: *l. 1. pr. l. 25. l. 35. §. 1. ff. h. t.* vel ſi donator dominus non ſit, conditio uſucapiendi. *l. 15. §. 2. ff. h. t. l. 5. l. 6. ff. pro don.* vid. *prec. §. 29.* Donatio ſimplex itaque tantùm eſt cauſa vel titulus rem ejusque dominium, mediante traditione, acquirendi. *§. 40. I. de R. D.* Franzk. *Ex. 5. q. 8.* Hahn. *d. N. verb. Ut cæteri.* Frommann. *d. D. th. 39.* Bocer. *d. Diſp. th. 26.* Hinc, ſi res duobus donata, & poſteriori ſimul tradita ſit, hic potior eſt in dominio. *l. 15. C. de R. V.* Nec prior donatarius contra eundem habet remedium, non reale, quia per ſolam conventionem jus in re conſequutus non eſt; arg. *l. 1. §. 2. ff. de publ. in rem act.* Franzk. *d. q. 8. num. 13.* nec perſonale, quia cum ſecundo non contraxit, nec ſecundus rem donatam accipiendo delictum admiſit. Habet tamen contra Donatorem actionem perſonalem, & ſi rem dolo malo alteri tradiderit, adverſus ipſum in litem juratur. *l. 41. §. 1. ff. de re jud.* Sin Donator ante traditionem mortuus ſit, donatario non competit tacita hypotheca, nec dominium in hunc tranſit, arg. *d. §. 40. l. 20. C. de pact. l. 3. pr. ff. de O. & A.* ſed hæres donatoris in jus obligationis tradendi ſuccedit. arg. *l. 9. ff. de prob.* Dn. Frommann. *d. Diſp. th. 38.* Aliud eſt, ſi quid ſub conditione donatum, eaque pendente Donator moriatur: non eſt neceſſe, ut hæres conſentiat; ſed impletâ conditione dominium ipſo jure in donatarium tranſit, *l. 2. §. 5. ff. h. t.* nec donator interim eam revocare poteſt, quia donatio in ſe eſt perfecta, ſed tantùm effectus ſuſpenditur. *l. 4. l. 5. C. de don. quæ ſub modo.* Struv. *S. J. C. Ex. 40. th. 19. ibique* Mullerus Joh. Voetius *n. 21. h. t.* Fachin. *l. 8. c. 89.* Speciale eſt in habitatione donata, ut donantis morte finiatur. *l. 32. ff. h. t.*

Traditione factâ tranſit dominium. Hinc Donatio inter vivos eſt tantùm titulus acquirendi.

Si res duobus donata, & poſteriori tradita, An prior habeat actionem? An contra donatorem? Quid ſi donator ſit mortuus ante traditionem? Vel pendente conditione? Hanc revocare non licet.

XXXIX. Cæterum, donatione conſummatâ, Donator habet Beneficium Competentiæ. Nam qui ex liberalitate conveniuntur, in id, quod facere poſſunt, condemnantur. *l. 12. l. 33. pr. ff. h. t. l. 19. §. 1. l. 41. §. 2. ff. de re jud. l. 33. ff. de jur. dot. l. 28. ff. de R. J.* Manz. *patroc. paup. decad. 3. quæſt. 1 num 37.* Et ſi omnibus bonis donatis, non reſervato uſufructu, inops factus, Donatarius ex iisdem alimenta ipſi ſuppeditet; *l. 50. ff. de re jud. l. 8. ff. de decur.* arg. *l. 4. ff. de agn. & al. lib.* arg. *l. 5. C. de rev. don.* ibi: *Aliquod vitæ periculum.* vid. Dn. Stryk. *d. c. 9. §. 8.* niſi velit delictum ingratitudinis incurrere. poſt Mozzium, Brunnem. *ad l. 9. C. de rev. don num. 9.* Bachov. *D. 19. th. 7. lit. D.* Hinc. Tiraquell. ob paupertatem ſupervenientem, ad muni-

Donator habet Beneficium competentiæ. Si paupertas ſupervenit, an revocationi locus?

Non tenetur de evictione Ampl. Leon.

mum partem donationis revocari poſſe, defendit; *ad d. l. verb. Omnia. num. 2. & ſeqq.* & in tali caſu pro revocatione reſpondiſſe Dnn. Scabinos Lipſienſes, teſtatur Schilter. *d. Ex. §. 22.* Julius Clarus. *d. l. q. 21. num. 3.* Wurt. Lant r. *d. t. 18. §. pen.* Im fall auch. Nec donator tenetur de evictione, adeò, ut donatarius nequidem ob impenſas in rem donatam evictam habeat actionem; niſi de dolo. *l. 18. § 3 ff. h. t. l. 62 ff. de aedil. edict.* praeced. *§. 29.* add. Franck. *ad tit. de evict. num. 436. & num. 478.*

An Donatarius omn. Bon. æs alienum ſolvere teneatur? Neg. Obj.

XL. Econtra Donatarius omnium licèt bonorum, tamen non eſt loco hæredis, ſed eſt & manet ſucceſſor ſingularis, *l. 2 C de pet. her* & proin à Donatoris, ſolvendo non exiſtentis, creditoribus conveniri non poteſt, *l 15. C h. t. l. ſ. C. de hered. act.* quam ſententiam ſecundùm Juris rationem veriſſimam eſſe, poſt alios, defendit Mevius, *p. 1. dec. 271. num. 1.* & *p 7 dec 319. num. 1. & 2.* Ant. Faber. *in C. l. 8. t 34. def. 4. & 1.* Struv *Exerc. 40. th 9. ibique* Mullerus. Et quamvis ex *l 28 ff. h. t.* colligi velit: Si Donator non ſit ſolvendo, creditores hæreditarios habere contra donatarium actionem perſonalem, ut ipſis ſatisfaciat, Chriſtin. *V 6. dec. 67. num 7.*

Reſp.

Hoc tamen ex *d. l.* non probari, ſed quòd inter Patrem & filiam pactum ſit initum, ut cujus donataria ſatisfacere creditoribus teneatur, actione P. V à Patre inſtituta, demonſtrat Dn. Bardili, *Diſſ. de Succeſſ ſing. c. 3. §. 13. & ſeq. §. 14.* addit, ex æquitate tn, hodie directò adverſus donatarium actionem perſonalem intentari poſſe, donatore non exiſtente ſolvendo. Groenew. *de LL. abrog. ad d. l. 28.* Et Bachovius dicit, *in d. l. 28.* intelligi non præcisè coactionem, ſed juxta naturam actionis P. V. alternatam, ut, aut fiat, quod conventam eſt, aut intereſſe præſtetur *V. 2. D. 27. th. 1. lit. L.*

Ext. 1. 2.

Donatarius tamen conveniri poteſt, (1) In caſu hypothecæ jam conſtitutæ in rebus poſtea donatis, & (2.) licet creditores chirographarii ſint, ſi in eorum fraudem donatio facta fuerit, *l. 6. §. 11. l. 10. pr. l. 17. §. 1. ff. quæ in fraud. cred.* Carpzov. *d. l. 5 Reſp. 63. n. 13.* Mev. *p. 3. Dec. 272. n. 4 & ſeqq.* intentata tamen prius actione revocatoria pauliana, latè Carpz. *J F. p. 2. C. 12. def. 28. 29. & 30.* Joh. Voetius *n. 20. h. t.* & tempore donationis ſpectato. Mev *p. 7. dec. 359. n. 6.*

3. 4.

Excipitur etiam debitum Primipili, quod in ſubſidium ex rebus donatis ſolvendum. *l. 11. C. de don. ant. V. & U.* Item Donatarium, à Principe vel Fiſco cauſam habentem, etiam creditoribus reſpondere & ſatisfacere teneri, ex *l. 1. C. de hered. vel act. vend.* præjudicio firmat Mev. *d. p. dec. 271. & dec. ſeqq n. 6.* Poteſt tamen, ſi velit, Donatarius actiones perſonales ſtatim ſuſcipere. arg. *l. 2. C. de pact* add. Fab *def. 4.* Mev. *p. 2. Dec. 296. n. 3.*

Si donator rem promiſſam alienaverit.

XLI. Res itaque donata præcisè eſt præſtanda. *l. 35. §. 5. C. h. t.* Sin donator, poſt promiſſionem, illam alienaverit, quod quidem fieri poteſt; arg.

l. 15.

l. 15. C. de R. V. donatario tamen reſervatur actio perſonalis contra donatorem, ad æſtimationem conſequendam. Bach. *ad W. h. t. n. 7.* Donatio vero traditione conſummatâ atque perfecta regulariter & temerè, nec Donatoris pœnitentia: etiamſi ipſo facto donationis Inſtrumenta exuſta; nec per Reſcriptum Principis, amplius revocari poteſt. §. 2. *J. l. 2. l. 3. ff. h. t. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. C. de revoc. don.* Interdum tamen imminuitur pro parte propter immenſitatem, ſi Donatio ſit inofficioſa. *l. 1. C. de inoff. don. N. 162. c. 1.* item ob paupertatem ſupervenientem. vid. *præc. §. 39.* Vel revocari poteſt in totum ex capite ingratitudinis & ob ſupervenientiam liberorum Carpz. *d. c. 12. def. 34.* poſt alios, Dn. Stryk. *d. cap. 9. §. 7.* Sed hæc limit. in donatione remuneratoria, & ſi de benemeritis conſtet. Garſ. *de don. remun. n. 8.* Stryk. *in Uſu moderno §. 17. tit.* Joh. Voetius *n. 22. & 25. h. t.* — Donatio perfecta revocari nequit. — Exceptio. Limit.

XLII. Si autem Donatio eſt inofficioſa, i. e. immenſa, *d. Nov. 3.* immoderata *l. 4. l. 9.* enormis, *d. l. 4. l. 6.* profunda, *l. 7. C. h. t. de inoff. don.* quâ ſcil. Legitima debita adimitur, vel minuitur, reſcinditur per Querelam inofficioſæ donationis, *l. 2. l. 4. l. 8. l. 9. C. d. t.* Gail. *l. 2. O. 118. n. 4.* quæ eſt actio ſubſidiaria, qui perſonæ, quibus legitima jure debetur, inofficioſas donationes, quatenus legitimam diminuunt, reſcindi, ſimulque ſibi debitam portionem adjudicari petunt. B. Dn. Parens, *Diſp. de inoff. donat. th. 3.* idque juxta formam & ad inſtar inofficioſi teſtamenti, *l. 1. l. 2. l. 4. l. 8. pr. d. l. 9. C. d. t.* Carpz. *d. C. 12. def. 35. n. 5. 6.* ſicut querela inofficioſæ dotis contra immodicam dotem. *l. un. C. de inoff. dot.* Struv. *Exerc. 40. th. 14. ibique* Müller. — Donatio inofficioſa reſcinditur per Querelam inoff. don. quid ſit?

XLIII. Ut quis hanc actionem inſtituere poſſit, Requir. (1.) Ut ſit ex numero vel Liberorum ipſius donatoris, *l. 1. & ſeqq. C. d. t.* ſive ſint primi, ſive ulterioris gradûs, *l. 5. C. eod. l. 17. §. 3. 4. ff. de leg. 2.* ſui, an emancipati, arg. *l. 1. l. 7. l. 8. C. d. t.* etiam Poſthumi, (quibus remedium *l. 8. C. de rev. don.* non competit. *l. 5. C. d. t. de inoff. don.*) & quibus de cætero legitima debetur, d. Diſp. *th. 14. & 15.* vel Parentum; *l. 4. C. d. t.* Carpz. *d. C. 12. def. 35. n. 3.* vel Collateralium, Germanorum & Conſanguineorum, ſi quis omne patrimonium in eos effunderet, qui infamiæ, turpitudinis vel levis notæ macula aſperguntur; per *l. 27. C. de inoff. teſt.* junct. *l. 5. C. de inoff. donat.* Bocer. *cl. 2. D. 19. th. 44.* Obſervato tamen inter has perſonas ſucceſſionis ordine. d. Diſp. *th. 18.* (2.) Ut ſit heres Donatoris, ex teſtamento, ſive ab inteſtato. *l. 1. l. 2. l. 3. C. d. t.* Ut ex bonis Donatoris vel nihil, vel non integram acceperit legitimam. *d. l. 2. l. 3. l. 6. l. 7. C. eod.* Ex dd. fluit, quod detur Liberis & Parentibus — Req. 1. Ut ſit ex numero liberorum. — Parentum, vel Collateralium. — 2. Heres donatoris. 3. Non habeat legitimam integram.

tibus adverſus quoscunque Donatarios, Fratribus verò contra eos, qui ſunt perſonæ turpes, eorumque heredes. d. Diſp. *th. 22. & ſeqq.*

Donatio facta ſit inter vivos ex mera liberalitate. Etiamſi contractus ſimulatus intervenerit. Quid ſi omnia ludo perdita?

XLIV. Ratione objecti verò requiritur (1.) Ut dicti Donatores patrimonium exhauſerint donationibus inter vivos, ex mera liberalitate provenientibus. *l. 1. & ſeqq. C. d. t.* Quod extenditur ad caſum, ſi extrinſecus foret cauſa oneroſa, & venditio, permutatio &c. ſimularetur; intus autem contineret donationem, liberi vel parentes hoc modo legitima defraudati, hoc remedio contra ſimulatas venditiones uti poterunt. Heig. *l. 1. q. 21. n. 39.* Idem eſt, ſi Parentes vel liberi bona ſua, vero quidem pretio, ſed donationis gratiâ vendiderint, & per hoc liberi vel Parentes debito bonorum ſubſidio defraudati ſint. *l. 38. ff. de C. E.* Carpz. *d. C. def. 38.* junct. L. B. ab Enenckel *de priv. par. & lib. pr. 14. c. 10. n. 9. & n. 11.* Non tamen datur, ſi Pater omnia bona ſua ludo perdidiſſet; quia hæc querela eſt actio ſubſidiaria; repeti enim poteſt pecunia ludo perdita *ex l. 3. C. de Aleat.* d. Diſp. *th. 24.* Sic in Cam. Imp. d. 18. Maji Anno 1702. in Cauſa R. contra E. & F. decreta fuit Citatio ad videndum repeti pecuniam in ludo perditam, & annullari tranſactionem deſuper initam & extraditam, cum Mandato de non offendendo. v. Stryck, *in uſu moderno §. 6. de aleat. & ſupra §. 15. ibidem.*

Donatio ab initio ſtatim ſit inofficioſa, & Legitima temp. mortis non ſalva. Ejus quantitas ex quo tempore? Don. inoff. non reſcinditur in totum.

XLV. (2.) Ut donatio ab initio ſtatim ſit inofficioſa, & inſuper Legitima mortis tempore non ſit ſalva *l. 1. l. 2. & ſeqq. C. h. t.* Hinc, ſi Pater plures diverſo tempore inter vivos fecerit donationes, quarum primæ modum legitimum non exceſſere, tantùm poſteriores hac actione impugnari poſſe, poſt alios, in d. Diſp. *th. 26.* evincitur Struv *Exerc. 40. th. 14.* Joh. Voetius *n. 57. & 58. h. t.* Sed caſum exceptum, quo donatio ab initio non inofficioſa revocari poteſt, vid in *l. 5. C. d. t.* Quantitas autem Legitimæ computatur quidem tempore mortis, ſed ſecundùm quantitatem, quam donator tempore donationis habuit. Nov. *92. c. 1. l. 1. C. d. t.* ibi Sichard. *n. 4.* Heig *d. q. n. 71.* d. Diſp. *th. 27.* Præterea donatio immoderata ab initio ſtricto jure valida eſſe debet, *l. 2. C. d. t.* quæ poſtea hac actione reſcinditur, non quidem in totum, ſed ſolum pro quantitate debitæ Legitimæ, vel quod ratione hujus deeſt, *l. 2. l. 5. l. 9. l. 8. pr. C. eod.* & ſic differt à Querela inofficioſi teſtamenti, quæ obtinet, ſi planè nihil loco legitimæ relictum. *l. 32. C. d. inoff. teſt.* Frantk. *Ex. 8. q. 19.* Strauch. *d. Ex. 8. th. 30.* Carpz. *d. C. 12. def. 33.* Gail. d. l. Mev. *p. 9. d. 181.* Bach *d. D. 19. th. 7. lit.* H. Vinn. *l. 2. ſel. qq. cap. 13.* & poſt. alios alleg. Dn. Mencken. *Gymn. D. 5. th. 21.*

d. Querela inſtituitur defuncto donatore mortuo.

Quia autem Legitima petitur, hæc actio mortuo demum donatore inſtituitur. *d. N. 92. c. 1.* Heig. *d. q. n. 41.* Finckelth. *O. 60. n. 28. d. D. th. 30.* ubi annectitur Libellus hujus actionis. Diſſent. ab Enenckel. *cap. 10. n. 7.*

XLVI.

XLVI. Ceſſat hæc Querela (1.) Ob ingratitudinem hæredis legitimam, vel quod ipſi deeſt, petentis à donatario probatam. *d. N. 92. c. 1. §. 1.* Joh. Voetius *n. 39. h. t.* (2.) Voluntate donatoris, & ipſa donatione inofficioſâ agnitâ; *l. 6. C. h. t.* quæ ex ſola aditione non colligitur. Trentac. *l. 3. Reſ. 4. n. 11.* licet Pater filium rebus, quæ ſuperſunt, contentum eſſe juſſerit; dictam enim querelam prohibere non poteſt, arg. *N. 115. c. 3. pr. l. 71. §. 4. ff. de leg. 2.* etiamſi donationem juramento confirmaverit. Gail. *l. 1. O. 40. n. 11.* (3.) Elapſo quinquennio, *l. f. C. h. t. l. 34. in f. C. de inoff. teſt.* à tempore mortis donatoris computato. arg. *l. 1. §. 1. C. de ann. exc.* Niſi actor ſit minorennis. *l. 2. C. in quib. c. in int. reſt.* Joh. Voetius *n. 39. & 40. h. t.* (4.) Alio competente remedio, ordinario, ſive extraordinario. *l. 2. l. 4. l. 6. C. h. t.* (5.) Ratione fratris, propria fratris agentis turpitudo & ſimilis conditio. *l. 11. C. de inoff. teſtam.* De his omnibus & ſingulis latiùs vid. d. Diſp. *th. 31. & ſeqq.* Contrariſunt Ingratitudo. Agnitio. An & querela poſſe prohiberi? Quinquennium. Et comp. aliud remedium.

XLVII. In totum revocatur Donatio ſimplex perfecta. I. Ob donatarii delictum ingratitudinis poſt donationem commiſſum; quod parit Actionem donationis revocatoriam propter ingratitudinem donatarii. Aliud in jure certum nomen non habet. A DD. etiam vocatur *Actio* ingrati. *J. Pac. in C. de rev. don. n. 1.* Condictio ad revocandam donationem. Oldend. *cl. 4. act. 20.* Eſt autem actio perſonalis, quæ datur donatori, adverſus donatarium, ad rem donatam propter ingratitudinem revocandam. *l. 1. l. f. C. h. t. de rev. don.* D. Kurrer *in Diſſ. de revocat. donationis ob ingratitudinem.* Hæc quoad C Effic. Rem. eſt Civilis; *dd. ll.* Proximam, Perſonalis, quia oritur ex obligatione, quæ ex delicto deſcendit. Quoad Objectum & Finem Dn. Hahn. eam putat Rei perſecutoriam, veriùs quod ſit pœnalis, patet inde, quia hæc actio principaliter introducta eſt, non ut augeatur donatoris patrimonium, ſed ut donatarius ob ſuam ingratitudinem, tanquam indignus, rei donatæ privatione coërceatur, *dd. ll.* quæ eſt formalis differentia inter actiones pœnales & rei perſecutorias. Idem confirmant Impp. *in l. 7. C. d. t.* ubi vindicatio, i. e. ultio dicitur. Tabor. *racem. crim. 1. th. 45.* Gothofr. *in Not. ad d. l. 7. lit. m.* Similem caſum vid. *in l. un. C. de ingrat. lib.* junct. *l. 28. l. 30. ff. de inoff. teſt. N. 115.* Don. Simplex revocatur in totum. I. Ob donatarii ingratitudinem, datur Actio Revocatoria. Quid? Qualis? An rei perſecutoria?

XLVIII. Cauſa Eff. Rem. eſt Jus Civile, quod primum contra libertum, *l. 1.* poſt contra liberos, *l. 7. & 9.* tandem in genere conceſſit. *l. f. C. h. t. abirato.* Proxima eſt delictum, & quidem ingratitudo. *d. l. f.* Bocer. *c. 1. n. 95. & Cl. 1. D. pen. th. 37. lit. e.* Non tamen ſufficit quævis ingratitudo, ſed gra- C. E. R. Proxima eſt ingratitudo

enormis, ex V. cauſis.

gravis atque enormis eſſe debet, cujus quinque ſpecies Imp. Juſtinianus exprimit *in d. l. f.* quæ his comprehendi ſolent verſiculis:

Quinque modis perdo, mihi quæ donata fuere:
Infero ſi damnum graviter donantis in ære.
Si per me ſit huic atrox injuria facta.
Et ſua perſona lethali vulnere tacta.
Quando ſuæ vitæ crudeliter inſidiabor.
Ingratum factum dic me, ſi fregero pactum.
Vel:
Ingratum faciunt: 1. Atrox injuria, 2. Damnum,
3. Impia dextra, 4. Fides fracta, 5. Pericla necis.

quæ explicat Molina, *de J. & J. tr. 2 D. 281.* Lugo, *de J. & J. D. 23. ſect. 11. §. 1. n. 167. & ſeqq.* Stryk. *in uſu moderno §. 16. h. t.* Eædem cauſæ expreſſæ ſunt in Jure Würt. *d. t. 18.*

An plures cauſæ ſint admittendæ? Affirm. Ratio.

XLIX. Ob ſimiles verò & majores ingratitudinis cauſas revocationi locum non eſſe, multi tradunt; Carpzov. *d. C. def. 31.* ſed vid. *p. 2. c. 11. def. 28. n. 4.* Molina, *d. l. n. 8.* Harppr. *ad d. §. 2. n. 157.* propter particulam taxativam *tantummodo* in *d. l. f.* adjectam. Sed verior eſt contraria ſententia, quia particula taxativa & reſtrictiva in jure ſimiles & majores caſus non excludit. *l. 1. §. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. l. 12. C. de prad. min. l. 16. ff. de uſurp. & uſuc.* Nov. 158. *c. 1. 2. F. 24. §. pen. verſ. ſed quia.* Everh. *in Topic. loc. III n. 4.* Bachov. *d. D. 19. th. 7. lit.* Voetius *n. 22. h. t.* Struv. *Exerc. 40. th. 15. ibique* Mullerus. D. Cujac. *in C. tit. de adm. tut.* leve dicit in Jure argumentum ex hujusmodi particulis deductum.

Obj. Reſp.

Nec obſtat, quòd in odioſis, qualis ſit revocatio, nulla extenſio admittenda. Nam hæc actio potiùs eſt favorabilis; *Et æquitati convenit, ne,* inquit Imp. *ſit cuiquam licentia, & alienas res capere, & frugalitatem irridere Donatoris, & ipſum iterum Donatorem, ſuaſque res perdere. d. l. f. C.* & hanc ſententiam etiam in praxi obſervari, teſtatur Treutl. *V. 2. D. 19. th. 7. lit. D.* Perez. *in C. h. t.* Jul. Clarus, *d. §. 4. 21. num. 2. 3.* B. Dn. Parens, *Diſp. de Alien. rer. quæ min. th. 30.* Dn. Frommann, *d. D. th. 47. add. prec. 39.* vid. Franzk. *Ex. 8. q. 10.*

Dictæ cauſæ debent eſſe approbatæ.

Hæ tamen cauſæ in judicio dilucidis & manifeſtiſſimis argumentis cognitionaliter ſint approbatæ. *l. 9. & l. f. C. h. t. l. 30. C. de inoff. teſtam.* Struv. *Exer. 40. th. 15. ibique* Muller.

Actio Rev. cui compet. An Matri? Jure Novo.

L. Competit hæc actio omnibus Donatoribus; *d. l. f.* Mater verò liberis donans, ſi ad ſecundas venerit nuptias, olim revocare non poterat. *l. 7. C. d. t.* Hoc tamen ad æquitatem reduxit Imperator, tres cauſas revocationis concedendo: (1.) Si filius vitæ Matris inſidiatur. (2) Si manus impias in eam intule-

Limit.

intulerit. (3.) Si totius ſubſtantiæ molitus eſt jacturam; *Nov. 22. c. 35.* & inde ſumpta Auth. *Quod mater C. h. t.* niſi tamen illa portentoſæ ſit vilitatis abjectæque pudicitiæ, *d. l. 7.* quia ſic injuriâ afficit demortuum maritum. Non verò datur hæredibus, Joh. Voetius *n. 25. h. t.* quia tendit ad meram vindictam, quam donans in mortis articulo remittere cenſetur: *l. 1. pr. l. 7. l. fin. C. de rev. don. C. ſ. x. de donat.* Excepta ultimâ causâ, ſi Donatarius certas conventiones implere ſpopondit. Agere enim poteſt hæres donatoris contra donatarium, vel ejus hæredem, ut modum impleat. Brunnemann. *ad d. l. f. num. 6.* Aliud etiam eſt, ſi donator non tacuerit, ſed vivus querimoniarum primordium inſtituerit, *d. l. f. in f.* etiamſi extrajudicialiter abſque litis conteſtatione, teſtatò tamen voluntatis mutationem declaraverit. vid. Bachov. *ad tit. de in jus voc. num. 8.* Datur adverſus ipſum donatarium tantum, non etiam ipſius hæredes. quia oritur ex delicto. Delicta autem ſuos authores tenere debent. *l. 22. C. de pœn. ſ. 1. I. de perp. & temp. act. d. l. f.* ibi: *Usque ad primas perſonas tantummodo. C. h. t.* Niſi Donator haud tacuerit, prout hæc conditio *in l. f.* ſubjicitur; vel lis cum defuncto fuerit conteſtata, quod maximè in revocatione matris neceſſarium erit, per *d. l. 7. in med.* Per L. C. autem quaſi contrahitur, & actiones regulariter fiunt perpetuæ. *l. 139. pr. ff. de R. I.*

Non hæredibus. Limit.

Contra Donatarium non ipſius hæredes. Limit.

Repetuntur res donatæ apud Donatarium exiſtentes. Licet hypothecatæ.

LI. Objectum ſunt res donatæ, vel aliæ pro iis comparatæ, adhuc apud Donatarium tempore motæ quæſtionis exiſtentes. Quæ enim ante conſumptæ, vel b. f. alienatæ ſunt, in hanc actionem non veniunt; *l. 7. C. d. t.* Mozz. *de contract. tit. quom. rev. don. num. 19.* Joh. Voetius *n. 24. h. t.* Sed quæritur: An bona donata per donatarium hypothecata revocari queant? & Affirm. Cum hypothecatio non ſit vera alienatio, *l. 67. pr. ff. de V. S.* dominio penes debitorem remanente. Creditor ergò reſtituit hypothecam, *l. 3. ff. quib. mod. pign.* ſalvo tamen jure pignoris; quod donatur luere debet, ne tertio, in jure ſibi quæſito, ex revocatione fiat præjudicium, *l. 11. ſ. 2. ff. de pign. act.* nam reſolvitur ex nunc.

Ampl. S. Donatar. pœnituerit? Si Donatio jurata? vel pactum de non rev. adjectum ſit? Limit.

LII. Semel perpetratâ ingratitudine Donator habet jus revocandi, etiamſi Donatarium ejus pœnituerit; Mozz. *d. l. num. 69.* vel Donatio ſimpliciter jurejurando confirmata ſit: Carpz. *p. 2. dec. 121. n. 14.* Molina, *d. D. n. 11.* Vel pactum habeat adjectum, de ea ob ingratitudinem futuram non revocanda. arg. *l. 27. ſ. 4. ff. de pact.* Aliàs enim quis ad delinquendum invitaretur. *l. 25. ff. de R. I.* Mornac *ad l. 19. C. de pact.* Aliud verò eſt, ſi juramentum de non revocando propter ingratitudinem interpoſitum. Carpz. Molina, *dd. loc.* Brunn. *ad d. l. f. n. ult.* Poteſt autem Donator ingratitudinem, vel expreſſis verbis, vel tacendo remittere. *d. l. f.* vid. Joh. Voet. *n. 22.* & Stryk. *in uſ. mod. ſ. 16. h. t.*

Donum poteſt ingratitudinem remittere.

II. Ob liberorum ſupervenientiam.

LIII. II. Donatio Simplex in totum revocatur propter ſupervenientiam liberorum; per *l. 8. C. h. t. de rev. don.* quæ quidem tantùm loquitur de libertis, propterea que, poſt alios, à Bachovio, *d. th. 7. lit. F.* Ludwell. *D. 6. th. 10.* Riemer. *d. l.* Joh. Voët *n. 26. cum ſeqq.* Thomaſius *in Diſſ. de legitima viventis cap. 2. & 3.* Vinnio, *ad §. 2. I. h. t. num. 6. & ſel. qq. l. 2. c. 32.* non vult extendi ad donationem aliis perſonis factam. Contraria tamen ſententia verior, & in praxi recepta eſt. Nam in *d. l. 8.* mentio fit liberti, quia ibi, ſicuti fit in per multis LL. Codicis, continetur Reſcriptum ad certum caſum propoſitum propterea que etiam ad illum caſum refertur. In LL. autem C. non tàm ad verba, quam mentem imperat. reſpiciendum eſt, Hunc enim h. l. non movit qualitas donatarii, ſed præſumta donatoris voluntas, paternæ affectionis atque pietatis conjectura. Non enim veriſimile eſt, quendam omnia ſua bona, vel partem magnæ æſtimationis, extraneo donaturum fuiſſe, ſi de propriis liberis cogitaſſet, vel eos ſperaſſet. arg. *l. 102. ff. de cond. & dem. l. 6. C. de inſt. & ſubſt. l. 32. C. de fideic.* ibi. *Non videtur teſtator alienas ſucceſſiones propriis anteponere.* Struv. *Exerc. 40. th. 16.* ibique Muller. Unde quis donaſſe cenſetur ob defectum liberorum, & proin ſub tacita illa conditione reſolutivá, niſi ipſi liberi ſint naſcituri. *d. l. & dd. R.* Prole autem poſtea ſuſceptá, Pater adeò pius præſumitur, ut huic, quam libertis proviſum malit, & hinc Donatio ipſo jure reſolvitur. Nam ſub conditione reſolutivá facta, illa exiſtente, ipſo jure reſolvuntur; ut Donator res donatas à Donatario vindicare poſſit arg. *d. l. 8.* Harpprecht. *ad §. 2. I. h. t. num. 83.* Tiraquell. *ad d. l. 8. num. 41.* Carpz. *p. 2. C. 12. def. 32.* Finckelthauſ. *O. 16.* Frantzk. *Ex. 5. q. 10.* Hahn. *d. N. VII. verb. Præterea.* ubi præjud. Mynſing. *c. 5. Obſ. 63. num. 1. 2.* Strauch. *Ex. Juſtin. 5. th. 31.* Bocer. *d. c. num. 110. & ſeqq.* ubi Reſp. ad contraria. W. Lr. *d. l. 18. § ult.* poſt Jul. Clarum, Menochium, Hondedæum, Hodiernam, Rittershuſium, Rebhan. Dn. Frommann, *d. Diſſ. theſ. 46.*

Non conſiderant donatarii qualitas, ſed donatoris voluntas etiam præſumpta.

Niſi liberi naſcituri.

Donans tunc non habeat liberos.

LIV. Hæc Revocatio, ut habeat locum, præſupponit: Si ſimpliciter Donans, tempore donationis, liberos non habeat; *d. l. 8.* add. *l. 22. ff. quand. dies leg. ced.* aliàs ceſſaret præſumptio, illum nec de futuris liberis cogitaſſe. *l. 87. §. 3. ff. de leg. 2.* Bocer. *d. c. 3. num. 134.* Würt. Landr. *d. l. §. ult.* ibi: Deren er ſich nicht verſehen. Sed poſt donationem demum legitimè ſint ſuſcepti; comprehenſis etiam legitimatis; arg. *N. 74. c. 2. N. 89. c. 9. §. 1.* non tamen adoptivis. *l. 51. §. 1. ff. de leg. 2.* Joh. Voëtum *num. 27. & 28. h. t.* Licèt mox ante Patrem iterum denati ſint; quia Donatio liberis natis confeſtim deficit, etiamſi moriantur. *l. 114. §. 13. ff. de leg. 1. l. 77. pr. ff. ad SC. Trebell.* Molin.

Sint poſt donationem ſuſcepti.

Licet mox denati.

Molin. *D. 282. num. 1.* Nec ſemel extincta reconvaleſcit, arg. *l. 98. §. 8. ff. de ſolut.* Fachin. *l. 3. contr. c. 90.* Bocer. *d. c. n. 135.* Harppr. *ad* §. 2. *n. 212.* add. Carpz. *p. 2. c. 43. def. 14.* Patri enim orbato, jus revocandi ex nativitatis momento quæſitum, per mortem liberorum inſequutam, ipſi invito auferri nequit. *l. 5. ff. d. paſt. l. 11. ff. de R. I.* & in *d. l. 8.* indiſtinctè dicitur: *Totum, quicquid largitus fuerat, revertatur, ac in donatoris arbitrio ac ditione manſurum.* latè Tiraquell. *verb. Suſceperis liberos. num. 203.* Niſi ex poſt denuò alia donantis voluntas præſumatur; v. gr. Si donatarium poſt mortem liberorum re donatâ utiſui patiatur cum Molina, Gomez. Brunnem. Dn. Bardili, *Concl. Extr. 15. th. 9. lit. d.* Sed ſi ſupervenientibus liberis exiſtentibus pater donator tacuerit, illos nihilominus Patre defuncto experiri, & donatum repetere poſſe; quia eſt donatio ſub modo conditioneve facta, & hac ſemel exiſtente, illa ipſo jure revocata cenſetur, ſicque magis favorabilem eſſe hanc revocationem, quàm quæ fit ex cauſa ingratitudinis, docet Carpzov. *def. 40.* Ant. Faber. *in C. d. t. 36. def. 14.*

Limit.

An liberi ſupervenientes Patre defuncto demum poſſint revocare?

LV. Non refert, an omnia bona, an partem aliquam facultatum quis largitus ſit. *d. l. 8.* Joh. Voëtius *n. 32. & 33. h. t.* Quo ipſo ſequitur, ſufficere partem quandam, licèt dimidiâ minorem, Berlich *dec. 189.* etiam rem ſingularem, ſed notabilem, vel magnæ æſtimationis. arg. *d. l. 6. in f. C. de inſt. & ſubſt. §. 10. I. de fideic. hered.* add. *§. 1. I. de Societ.* Da was nahmhafftes hingegeben. Würt. Landr. *d. t. §. f.* Tiraq *add l. 8. verb. Omnia, num 24.* Si vero ſit exigui pretii, qualem donator, etiamſi liberos habuiſſet, donaſſet, non revocatur Carpzov. *d. def. 32. num. 5.* W. Landr. *d. t. §. p.* Im Fall. *in f.* Æſtimationem Judex arbitrari debet ex circumſtantiis. arg. *l. 1. §. 2. ff. de jur. delib.* Brunnem. *ad d. l. 8. num. 14.* Berlich. *d. l.* Tiraq. *d. l.* & *verb. Donatione largitus. num. 12.* Limit. in donat. remuneratoria, & aliis caſibus. Joh. Voëtius, *num. 34. h. t.*

Omnis don. ob hanc cauſam poteſt revocari. licèt pars bonorum donata ſit. Etiam res ſingularis. Niſi exigui pretii.

Limit.

LVI. Effectus eſt, ut, donatione per ſubſecutam nativitatem ipſo jure reſolutâ, omne, quicquid donatum fuit, revertatur in arbitrium & poteſtatem Donatoris; *d. l. 8.* Carpzov. *d. C. def. 33. n. 7.* & *d. L. 5. Reſp. 63. n. 1.* (Maynardus limitat in Donatione Hoſpitalibus facta, illam tantùm quoad legitimam revocari ratus, quod negatur in d. Diſp. *de Domic paup. th. 20.*) ipſique ob reverſum dominium adverſus donatarium competit Rei vindicatio. *l. 23. pr. ff. de R. V.* Nec non tacita illa conventio producit Condictionem. *l. 25. ff. de O. & A.* Bocer. *d. l. num. 138. & ſeqq.* Fructus vero ante nativitatem percepti non reſtituuntur. Nam b. f. tantundem præſtat poſſidenti,

Effectus. Donatione reſolutâ omne donatum revertitur. Quibus actionibus? An Fructus?

Diſting.

quantum dominium; Donatarius autem medio tempore fuit b. fid. poſſeſſor, imò dominus: Fructus verò nunquam in donatoris dominio fuêre. *l. 9. §. 1. l. 12. ff. de donat.* Struv. *Exerc. 40. th. 16. ibique* Muller. Joh. Voetius *n. 35. h. t.*

Contraria. Si donatur liberos tantum ſperat? Si revocationi expreſsè renunciaverit?

LVII. Non ergò revocationi huic locus eſt, ſi donator veriſimiliter ſperet liberos, quia conjuges ſunt juvenes & bonæ conſtitutionis. Item, ſi Donans beneficio dictæ legis 8. ab initio ſtatim renunciaverit, & quidem non generaliter; ſed in ſpecie, ſub expreſſione: *Si, natis poſtea ſibi liberis, donationem non irritam redditurum*. arg. *d. l. 8.* Cùm enim donatio ſub hac tacita conditione à Patre, ex communi Doctorum ſententia, facta intelligatur, niſi donatori liberi ſint naſcituri: ſua ſponte ſequitur, hanc præſumptam conditionem, hujus revocationis cauſam, ceſſare, ſi contrarium expreſsè fuerit conventum. Præſumptio ſiquidem cedit veritati. Ita cum Bachovio, *d. th. 7. lit. E.* Mozzio. *d. l. num. 75. & ſeqq.* Carpz. *d. C. 12. def. 33.* Beſold. *ad Jus Prov. Wirt. D. 18. th. 131.* Dn. Parens, *ad J. Pr. Wirt. d. t. 18. th. 31.* Dn. Stryk. *de Caut. Contr. d. c. 9. §. 7.* ubi præjud. Fachin. *l. 3. cap. 84.* Tiraq. *ad praef. num. 85. num. 93. & ſeqq.* ubi variè limitat. Joh. Voetius *n. 31.* & Stryk. *in uſu moderno. §. 17. h. t.*

Si liberi in legitima læſi?

Ut hoc caſu liberi totam hanc donationem revocare haud queant; Niſi ſint læſi in legitima; tunc eam per querelam inofficioſæ donationis nihilominus conſequi poſſunt, & eatenus donatio reſcinditur. *l. 2. l. 4. l. 5. l. 7. l. 8. C. de inoff. don.* junct. *l. 32. C. de inoff. teſtam.* Gail. *L. 2. O. 116. num. 4.* Vinn. *l. 2. ſel. qq. cap. 13.* Carpzovius, *def. 31. num. 5.* & *4. Reſp. 63. num. 7. & ſeqq.*

Ampl.

idem dicit in caſu, ſi donatio liberis exiſtentibus, extraneo, vel filio jam exiſtenti facta, ſed alii liberi ſuperveniant; tum illam donationem revocari, ſaltem uſque ad eorum legitimam, vel ejus ſupplementum. ibi junge præjud. & add. Dn. Schilter. *d. Exerc. 45. in f. annexâ quæſt. 2.*

An non liberorum favor tali renunciationi obſtet?

Favor tamen liberorum alios movit, ut Parenti donanti facultatem huic beneficio renunciandi negârint, uti videre eſt apud Mynſing. *C. 1. O. 63.* Gail. *L. 1. O. 40. num. 13.* quibus videtur, *hanc quæſtionem Cæſareâ deciſione indigere.* Harpprecht *ad d. §. 2. I. num. 201. & ſeqq.*

De Jure Wirt.

& ita diſpoſitum eſt in Jure Wirtembergico, *d. tit. 18. §. ult. in f.* ibi Plebſt *num. 201.* Lauterbach. *p. 2. th. 31.*

Donare poſt crimen cap. contractum non licet. Quid hodiè?

LVIII. Denique non valent donationes poſt contractum crimen capitale factæ, *l. 15. ff. h. t.* i. e. poſt ſententiam Boſ. *ad d. l. num. 1.* Sed hodiè *d. l. 15.* utilitas non eſt, niſi in caſibus & delictis, ipſam ademptionem diſponendi, vel confiſcationem inferentibus, ut in Crimine perduellionis, *l. 31. §. 4. ff. d. t.* Johann. Voëtius *num. 5. h. t.* vid. ſuprà *ad tit. qui teſtamentum facere poſſ. §. 29.*

TIT.

TIT. VI.
DE MORTIS CAUSA DONATIONIBUS ET CAPIONIBUS.

Inſtit. *Lib.* 2. *Tit.* 7. Cod. *Lib.* 8. *Tit.* 57. Nov. 87.

§. I.

DIctum eſt hactenus de Donatione propriè tali, ſequitur impropriè ſic dicta vel Relata, quæ fit ob cauſam, vel cum adjectione modi vel conditionis; *l.* 1. *pr. ff. de donat.* qualis eſt vel inter vivos, v. g. Donatio remuneratoria, *l.* 27. *l.* 34. §. 1 *ff. de donat* ſuprà *ad d. tit.* §. 17. propter nuptias §. 3. *I. de donat.* & ſuprà *ad tit. de Jure Dotium.* §. 41. & d. Diſp. *de Don. propt. nupt. th* 9. vel Mortis Cauſâ. De qua ſpecie in hoc titulo agitur. Continuatio. Don. Relata quid? Inter vivos. Vel Mortis causâ.

II. Mortis Vocabulum dupliciter in Jure noſtro accipitur, Vel civiliter, pro libertatis & Civitatis amiſſione, ita ſervitus Morti comparatur. *l.* 32. §. 6. *ff de don. int. vir. & ux.* *l.* 59. §. 5. *de cond. & dem.* *l.* 56. *ff. ſolut. matrim.* *l.* 209. *ff. de R I.* Item deportatus mortui loco habetur; *l.* 1. §. 8. *ff. de Bon. Poſſ contra Tabb.* *l.* 4. §. 2. *ff. de bon. libert.* unde etiam in *l.* 93 §. 5. *ff. pro ſoc.* dicitur, quòd homines aut maxima, aut media capitis diminutione intereant. Vel naturaliter, quatenus ipſum animæ à corpore deceſſum ſignificat. & ita hoc in loco accipi, probatur (1.) per Regulam, quod verba in dubio ſint propriè accipienda. *l.* 5. *C. de his, quorum at.* Enenckel. *de privil Parent. & liber. in Præf. num.* 7. 93. Si autem quid promittitur in caſum mortis, regulariter mors naturalis intelligitur *l.* 121. §. 2. *ff. de V. O.* (2.) Ex §. 1. *I. de donat.* ibi *Cùm quis donat, ut, ſi quid humanitus contigiſſet vel accidiſſet* *l* 16 *pr. ff. de poſ.* *l.* 161. §. 1. *ff. de V. S.* quibus verbis mors naturalis denotatur. (3.) Ex ipſa forma & ſubſtantia hujus donationis, quæ in eo conſiſtit, cùm donator magis ſe vult habere, quam eum, cui donat, magisque donatarium, quàm heredem. *d.* §. 1. *l.* 1. *pr.* *l.* 35. §. 2. *ff. h. t.* Hæc enim Donatio fit in caſum, quo mortuus heredem habet, quem habere non poteſt, niſi naturaliter mortuus; Nam (4.) Morte civili perimitur donatio, *d. l.* 32. §. 6. *ff. de don. int. vir. & ux.* & tùm demùm plenè confirmatur, ſi donans ab hac luce naturaliter ſubtractus. *l* 13 §. 1. *ff. h. t* junct. *l.* 121. §. 2. *ff. de V. O.* Molin. *de J. & J. T.* 2. *Tr.* 2. *Diſp.* 288. Sic de Jure Civili, ſi Donator pœnâ capitis fuerit affectus, Donatio ut imperfecta removetur. *l.* 7. *ff. h. t.* vid. *ſeq.* §. 21.

Vocabulum Mortis accipitur vel civiliter. vel naturaliter, uti h. l. probatur 1. 2. 3. 4.

Vocabulum Cauſæ denotat impulſivam. Ratio.

III. Porrò dicitur mortis cauſa; Cauſæ vocabulum variè in Jure accipitur, ſed ut plurimum & ſimpliciter poſitum denotat cauſam impulſivam, prout hoc in loco, quia mortalitatis cogitatio eſt cauſa προκαταρκτικὴ, quâ donans movetur, *l. 2. ff. h. t.* qui ſi eſſet immortalis, nunquam donaret; per *l. 1. pr. ff. eod.* hinc additur per modum conditionis, ita, ut morte donantis ſecuta demum firma ſit, *§. 1. I. de donat. l. 1. pr. l. 32. ff. h. t.* Hahn. *ad Weſ. h. t. N. I.* Würt. Landr. *p. 2. t. 19. §. 1.* quamvis nonnulli Mortem hujus Donationis cauſam finalem eſſe ſtatuant, ſed minus rectè, vid. Dn. Parens, *Diſſ. de mort. cauſ. donat. th. 2.*

Mortis cauſa Donatio quid?

IV. Mortis cauſa donatio eſt donatio conſentienti, in caſum mortis donatoris, legitimè facta *d. l. 1. pr. l. 35. §. 2. & 3. ff. h. t.* Molina, *D. 257. num. 1.* Germ. Ubergab auf den Fall des Todes gerichtet. Receſſ. Imper. *de Anno. 1512.* Von *Notarien. Tit.* Von Teſtamenten. *§.* Und ſollen die *Notarien.* Gaabe, Schenckung von Todeswegen. Würt. Landr. *d. tit.*

Non tamen eſt vera Donatio. Ratio.

Dicitur quidem Donatio, non tamen propriè, uti putat Zaſius, *h. t. num. 3.* verùm impropriè, ſecundùm expreſſum textum *in dd. ll.* Non enim fit ex ſola liberalitate, vel ad exercendam munificentiam; ſed amore vitæ recepiſſe magis, quàm dediſſe intelligitur *dd. ll.* Hahn. *d. l.*

Dividitur in eam, quæ fit per Conventionem, vel Traditionem.

V. JCtus Ulpianus *in l. 2. ff. h. t.* varias hujus Donationis proponit ſpecies. Joh. Voëtius *n. 3. h. t.* Hinc dividi poteſt I. Ratione Cauſæ Efficientis, quòd fiat vel per Conventionem, eamque ſimplicem, vel ſolennem ſtipulationem, vel per Rei traditionem; ita, ut vel res donata ſtatim fiat accipientis, ſed ſub conditione reſolutivâ: ut reddatur, ſi ante donantis mortem donatio fuerit reſoluta, vel ſub conditione ſuſpenſiva, ut tunc demum fiat accipientis, cùm mors fuerit inſecuta. *l. 2. ff. h. t. l. 34. l. 35. §. 5.* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 19. th. 9. lit. A.*

Extra vel ob periculum. Cauſæ Donationis.

II. Ratione Cauſæ Impulſivæ, quæ fit extra periculum, ſolâ cogitatione mortalitatis, *d. l. 2. inſ. l. 35. §. 4. ff. h. t.* vel quæ fit ob certum, præſens, vel imminens mortis periculum, ex cauſa infirmæ valetudinis, vel ætatis, peregrinationis, navigationis ineundæ, belli, à prædonibus, vel ab hominis potentis crudelitate, aut odio, vel quocunque genere mortis periculum metui poteſt; *l. 2. 3. 4. 5. 6. l. 35. §. 4. ff. h. t.* item donatorem movere poſſunt donatarii conſanguinitas, paupertas, &c. d. Diſput. *th. 16.*

C. Eff. R.

VI. Hæc Donatio à Romanis eſt approbata, & ſicut Tutela, P. P. Teſtamenti factio, & ſimilia inter Juris Civilis negotia referuntur. *d. §. 1. I. de donat. §. 5. I. de Uſu & hab.* Quomodo fiat, mox *præced. §.* dictum.

Prox. eſt voluntas utriuſque.

Unde apparet, ad hanc Donationem perficiendam utriuſque Donantis & Donatarii, voluntatem, nimi-

nimirum & legitimam Donantis obligationem, & gratam Donatarii acceptationem neceſſariam eſſe arg. *l. 1. ff. de poll. l. 5 1. ff. de O. & A.* Et quamvis *in l. ſ. C. h. t.* ponatur inter ultimas voluntates, in quibus ſola diſponentis voluntas requiritur, & *in §. 1. I. de donat. l. 15. l. 37. ff. h. t.* annumeretur Legatis: illa tamen comparatio non per omnia procedit, nec ſimilitudo eſt univerſalis; ſed *in d. §. 1.* mortis cauſa Donationes ad exemplum legatorum redactæ dicuntur, *ferè per omnia.* add *ſeq. l. 35.* Differunt enim, quod ad Donationem mortis cauſa verus & Donatarii & Donatoris conſenſus ſit neceſſarius. *dd. ll.* Non pendet ab aditione hæreditatis *l. 1. § 17. ff. de his, quæ ut indign.* In ſingulos annos facta, eſt tantum una, & ſi conditio ſemel extiterit, in hæredes tranſit. *l. 35. § ſ. ff. h. t.* Impoſſibilis adjecta conditio non vitiatur; ſed vitiat donationem, & nullam reddit. *l. 31. ff. de O. & A.* Tantum mortis tempus ſpectatur. *l. 22. ff. h. t.* add *d. § 4. I. de her. qual. & diff.* & de Diſp. *th. 40.* Bocer. *d. c. num. 4. & ſeqq.* ibi. *Aliud eſt comparari per omnia, aliud in omnibus.* Et in quibus conveniant vel differant, collegit Dn. Fromman. *Dec. theſ. ad tit. de donat. th. 7. & 8. & in differen. inter mort. cauſa donat. & ſimplicem per tot.* Obj. Reſp. Quomodo diff. m. c. don. à legato?

VII. Si ergò donatio, ſive fiat per conventionem, ſive per rei traditionem, ad effectum produci non poteſt, niſi animus utriusque conſentiat: nam m. c. donationi haud rarò quædam onera adjiciuntur, *l. 11. in f. ff. de dot. prælег. l. 9. C. de fideic.* ſicque hæc Donatio quoad conſtitutionem aliquid participat de Donatione inter vivos, & de natura Conventionum, *d. l. 35.* vid. Molina, *D. 258.* unde ſuâ ſponte fluit, (1.) Quòd non poſſit fieri invito, per Regulam *in l. 19. §. 2. ff. de donat.* junct. *l. 69. l. 156. pr. ff. de R. I.* (2.) Quòd ignoranti fieri non poſſit. Non fit invito, ignoranti; Præſentia quidem Donatarii præciſè neceſſaria non eſt; *l. 11. §. 2. ff. de don. int. vir. & ux. l. 4. l. 10. ff. l. 6. C. de don.* ſed abſens quoque per Epiſtolam, Nuncium, vel Procuratorem expreſsè conſtitutum conſentire, & m. c. donationem acceptare poteſt. Alex. Raudenſ. *de anal. antinom. & æquivoc. l. 1. c. 3. num. 10.* Carpz. *lib. 5. Reſp. 62. n. 7. & ſeqq.* Boër. *Dec. 313. num. 4. & 5.* Bocer. *de Donat. c. 1. num. 4.* Non obſt. *L. 38. ff. h. t.* nam dicto modo conſenſum ſuum declarans animo præſens eſſe videtur, ibique opponuntur m. c. donatio & m. c. capio: & argumentum à ſenſu contrario non procedit contra textum expreſſum *in d. l. 11. §. 2.* Bachov. *d. th. 9. lit. a. in fin.* Hahn. *h. t. N. IV. verb. Etiam per Procuratorem.* Ludw. *de ult. vol. p. 2. c. 3. pag. 438.* Diſp. *de Epiſtola, th. 25.* Diſp. *de Nuncio. th. 13.* Et ſi præſens ſit, vel nutu mentem ſuam declarare poteſt arg. *l. 22. C. de fideic.* junct. *l. ſ. C. h. t.* Imò in præſentem & tacentem rectè conferri, communem eſſe opinionem probat Bocer. Sed tamen abſenti per Epiſtolam, &c. Obj. Reſp.

Etiam mort. Donatio facta abſenti ſuſtinetur ut fideicommiſſum.

Quid requir.

Bocer. *num.* 9. Si ergò abſenti & ignoranti facta ſit, Donatario nec per ſe, nec per alium acceptante, tanquam Donatio mortis cauſa non valet, attamen illa donatoris voluntas ſuſtinetur non qua Donatio, ſed Fideicommiſſum. arg. 75. *l.* 77. *ſ.* 26. *ff. de leg.* 2. Hahn *d. l.* Carpzov. *d. Reſp. num.* 16. *& ſeqq.* Bocer. *d. l. num.* 7. Buſ. *ad l.* 38. *ff. h. t. num.* 2. Molina, *d. Tr. D.* 287. *num.* Frommann, *Diſp. de Diff. don. ſimpl. & m. c. th.* 8. Modò (1.) Donator habeat teſtamenti factionem. *l.* 32. *ſ.* 8. *ff. de donat. int. vir. & ux.* junct. *l.* 2. *ff. de leg.* 1. *l.* 6. *C. de per. Cod.* Hinc, ſi filius famil. de bonis adventitiis vel profectitiis mortis cauſa donaverit, voluntas ejus jure fideicommiſſi non ſubſiſtit, quia de illis rebus filiusfamilias non habet teſtamenti factionem. *l.* 9. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* d. Diſp. *de Mort. cauſ. don. th.* 15. (2.) Declaratio fiat coram quinque teſtibus, vel in judicio. *ſeq.* §. 15.

Donans voluntatem declaret ſolenniter.

Quod fit vel privatim

Coram V teſtibus.

Si unus deficerat.

VIII. Cùm autem hæc Donatio demum poſt mortem Donatoris effectum plenè ſortiatur, *l.* 32. *ſ.* 1. *f. C. h. t.* & ut ſimul fraudibus obvenìatur; vid. *l.* 29. *ff. de teſtam. milit.* ratione qualitatis requiritur, ut Voluntas Donatoris ſolenniter ſit declaratà. Idque fit vel privatim, vel publicè. Illo modo fit in præſentia V. teſtium, quæ regulariter neceſſaria eſt *l. f. C. h. t. l. f.* §. *ult. C. de Codic.* d. R. Imp. *de Anno* 1512. *d. t.* §. Und ſollen die *Notarien.* ibi: Auffs wenigſte fünff Zeugen. W. Landr. *d. tit.* 5. Es begiebet. Frommann. *cit. Diſſer. th.* 9. adeò, ut, ſi unus ex illis deficiat, hæc donatio ipſo jure nulla ſit. Quod enim ad ſolennitatem requiritur, ſalvâ rei ſubſtantiâ abeſſe nequit. arg. *l.* 12. *C. de teſtam.* Berlich. *p.* 3. *concl.* 2. *n.* 10. Maſcard. *de prob. Vol.* 1. *concl.* 362. *n.* 39. Brunnem. *ad l. f. C. h. t.* Unde à quodam Comite Germaniæ donatio m. c. ſine teſtibus facta, irrita pronunciata eſt, referente Roſenth. *de feud. c.* 12. *concl.* 10. *n.* 18. Heig. *p.* 1. *q.* 13. *n.* 14. Proptereaque hic defectus, ſi v. g. coram IV. teſtibus facta, ne juramento quidem ſuppleri poteſt. Maſcard. *d. l. n.* 36. Berlich. *d. l. n.* 10. idque præjudicio confirmat Carpz. *J. F. p.* 3. *C.* 1. *def.* 29. Si tamen præter IV. teſtes Notarius adfuerit, hic in numerum teſtium computaretur, & Donatio ſubſiſteret. R. J. *d.* §. Berlich. *n.* 18. idque præjudicio confirmat Carpzov. *d. C.* 1. *def.* 32. Stryk. *in uſu moderno* §. 1. *h. t.*

Non ſuppletur juram.

Sed per Notarium præſentem.

Teſtes ſint animo & corpore præſentes.

Si paries intermedius?

An fieri poſſit per procuratorem non? Limit.

IX. Præterea dd. V. teſtes animo & corpore præſentes eſſe debent. Nam donatorem non tantùm audiant, ſed etiam videant; adeo, ut paries medius inter donatorem & teſtes vitiet donationem. Daniel Moller. *l.* 1. *ſemeſtr. c.* 5. *n.* 14. 16. *& ſeqq.* Carpz. *d. c. def.* 30. *inf.* Mev. *p.* 6. *dec.* 311. *n.* 7. idque ad periculum falſitatis evitandum; arg. *l.* 9. *l.* 12. *C. de teſtam.* Nam m. c. donatio eſt ſpecies Ultimæ voluntatis. Hinc ſequitur, Donatorem voluntatem m. c. donandi per Procuratorem vel per Nuncium validè declarare non poſſe, etiamſi

ſi coram V. teſtibus fieret, Carpzov. *d. def. 30. n. 6. & ſeq. def. 31.* D. Harpprecht. *Conſil. 54. n. 21. 41. & 226. cum. ſeqq.* vid. ſup. *ad Tit. de Teſtam. §. 17. & 45.* niſi Mandatarius iſte coram V. teſtibus ſpecialiter ad hoc fuerit conſtitutus: ita judicatum teſtatur Mod. Piſtor. *p. 2. q. 51.* quem ſequitur Moller. *d. l. n. 12.* Rauchbahr *p. 1. Quæſt. jur. civ. & Sax. 32. n. 52.* Bocer. *n. 45. d. Diſp. th. 11.* & Diſp. *de Nunc. th. 35.* Requiritur autem, ut omnes uno eodemque tempore adſint, & coram ipſis ſimul voluntas declaretur. *l. f.* ibi: *quinque præſentibus teſtibus. C. h. t.* junct. *l. f. §. f. C. de Codic.* Rauchbahr. *d. l. n. 50.* Berlich *d. l. n. 19.* M. Weſemb. *p. 1. conſ. 38. n. 60.* Sive viva voce, an in ſcriptis fiat, perinde eſt. *l. f. C. h. t.* Si donator cæcus fuerit, abſque ſolennitate *legis 8. C. qui teſtam. fac. poſſ.* mortis cauſa donare poſſe, ſecundam communem opinionem tradunt Seraph. Olivar. Razzal. *p. 1. dec. 965. n. 5.* poſt Romanum, Riminaldum, Mich. Graſſus, *d. l. 1. §. donatio m. c. q. 7. in f.* Lauterb. *Diſp. de m. c. donat. th. 12.* Stryk. *de Jur. Sens. Diſſ. 2. cap. 5. n. 35. cum ſeqq.* Diſſ. Bocer. *d. c. n. 35.*

Actûs continuatio.

Si Donator cæcus.

X. Non tamen h. l. intereſt, hi Teſtes ſpecialiter ad hoc rogati ſint, vel ex alia cauſa, ſive fortuitò advenerint. arg. *l. f. C. h. t.* ubi ſimpliciter præſentia requiritur. arg. *l. f. §. f. C. de Codic.* Valet enim in dubio argumentum à Codicillis & Legatis ad hanc Donationem. Buſ. *ad l. 25. ff. h. t. n. 5.* Richt. *p. 1. dec. 22. n. 27.* Stryk. *in uſu moderno. §. 1. h. t.* Maſculi ſint, an Fœminæ. arg. *l. 20. §. 6. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Carpzov. *d. C. def. 30. ubi pr. ejusd.* Sed quæritur: An ipſe Donatarius in numero V. teſtium eſſe poſſit? ita ſentit Heig. *p. 1. q. 33. n. 74.* Verùm rectius negatur, per ea, quæ ſupra *ad tit. de Jure Codic. §. 7.* Weſemb. *ad tit. de teſtam. n. 11.* Manz. *de teſtam. val. & inval. t. 5. q. 1. n. 56.* Dn. D. Harpprecht. *Diſp. de teſtium. teſtam. m. c. Donatarii, th. 7. & ſeqq.*

Sufficiunt teſtes etiam non rogati.

Fœminæ. Non tamen Donatarius.

XI. Neque refert, ſive hæc donatio excedat 500. ſolidos, ſive minorem ſummam contineat. Molin. *D. 288. n. 4.* Putat quidem A. Faber. *de err. pragm. l. 2. dec. 44. err. 1.* in ea duntaxat V. teſtes requiri, cujus quantitas inſinuationem poſtulet; ratus, dictam præſentiam ſurrogatam eſſe per *l. f.* ibi: *actis minimè indigere. C. h. t.* In minori verò ſumma duos teſtes, vel etiam ſolam ſcripturam, abſque ullis teſtibus, ſufficere. Et ipſe Faber teſtatur, ſe primum Authorem hujus ſententiæ eſſe: quem ſecutus eſt Balduinus, *in Juſtiniano, pag. 140.* eisque aſſentiri videtur Bachov. *d. D. 19. th. 9. lit. E.* ubi tamen *in fine* concludit, ſe nihil affirmare; Heig. *p. 2. q. 17. n. 15.* ſed non dubitamus aſſerere, ſententiam Fabri & verbis & menti Juſtiniani eſſe contrariam; Nam *in l. f. C. h. t.* duæ proponuntur quæſtiones; quarum principalis eſt: An mortis cauſa donatio re-

Quid ſi excedat 500. Solidos? Notatur A. Faber.

Explic. *l. f. C. h. t.*

ferri debeat inter ultimas voluntates? quam Imperator generaliter affirmando ſimul infert, quod omnes mortis cauſa donationes actis, vel inſinuatione, minimè indigeant, ſed ita procedant, ut, ſi quis V. teſtibus præſentibus voluerit m. c. donare, Donatio illa ſit firma. Et conſtat evidenter illinc, *in d. l. f.* ſubjectum Quæſtionis eſſe omnem mortis cauſa donationem, & non tantum illam, quæ 500. ſolidos excedit. Ergo Reſponſio quoque ita eſt accipienda. Talia enim ſunt prædicata, qualia permittuntur eſſe à ſuis ſubjectis, idque in genere confirmatur, arg. *l. f. §. f. C. de Codic.* & *l. 4. §.* uti latius deducitur in d. Diſp. *de M. c. don. th. 7.* & ita in praxi obtinere ulterius docent Schneidewin. *ad pr. I. de donat. num. 20.* Bocer. *d. l. num. 40.* Richter *d. dec. 22. n. 10.* Carpz. *d. C. 2. def. 29.* Rauchbahr. *d. l. num. 50.* Brunnemann. *ad l. f. C. h. t.* D. Frommann *in Differ. ſimplic. & mort. cauſa donat. th. 12.* W. Landr. *a. 5.*

Quot teſt. in Don. m. c. à Ruſtico factâ?

XII. Quær. An in Mortis cauſa Donationibus Ruſticorum etiam V. teſtium præſentia ſit neceſſaria? num tres tantùm ſufficiant, quia in *l. f. §. f. C. de teſtam.* de illorum teſtamentis duo teſtes ſunt remiſſi? Sed prius affirmatur, nam Lex f. C. h. t. quinque teſtes in omnibus m. c. donationibus requirit, & ratione ruſticorum nihil h. l. ſpeciale conſtitutum reperitur. Nec obſt. quòd teſtamentis illorum privilegium ſit conceſſum; cùm privilegia ſtricti ſint Juris, nec de caſu ad caſum, vel de negotio ad negotium trahenda, ne quidem ob rationis identitatem, *§. 4. I. de J. N. G. & C. junct. l. 14. ff. de LL.* ideò tutiſſimum erit, in caſu non excepto regulæ inhærere; d. Diſp. *th. 8.* & ita Dnn. JCtos Jenenſes pronunciaſſe teſtatur Berlich. *d. concl. n. 9.* D. Frommann, *d. l. th. 9.*

Obj. diſſ.

Limit. Si facta tempore peſtis. Ad pias cauſas. A Patre inter liberos.

XIII. Hoc tamen verum eſt, quòd ſolennitates, quæ ſufficiunt in teſtamentis, etiam in m. c. donationibus ſufficiant, nec majores requirantur. Hinc in donatione m. c. tempore peſtis facta duo teſtes ſufficiunt, quod præjudiciis confirmant Hahn. *h. t. N. IV.* Carpzov. *d. Conſt. def. 33.* Berlich. *d. l. num. 15. & 16.* Item in donatione ad pias cauſas. per *C. 11. x. de teſtam. & ult. vol.* Carpzov. & Berlich. *dd. ll.* Porrò, ex eadem ratione, Pater liberis ſine omni ſolennitate, vid. ſuprà *ad tit. de teſtam. milit. §. 32.* mortis cauſa donare poteſt: Bocer. *d. c. 5. num. 42.* Beſold. *V. 2. conſ. 21. num. 24.* modò legitimè de ejus voluntate conſtet. Carpzov. & Berlich. *dd. ll.* Jure Wurt. duo requiruntur teſtes. Würt. Landr. *d. 1. 19. §.* Eo deutl. ibi Plebſt. *theſ. 209.* & D. Harpprecht *in Commentar. Differ. Jur. Civil. & Wirtemb. §. 9.* quod ipſum etiam de Donatione m. c. Militis in expeditione conſtituti dicendum, quòd etiam ejus m. c. donatio ita ſit valida. arg. *l. 1. l. 15. §. 1. ff. l. 3. C. de teſt. milit.* Berl. *d. l. n. 17.* ſuprà *ad tit. de teſt. mil. §. 16. & 30.* & d. Diſp. *th. 9.*

A Milite in expeditione.

XIV.

XIV. Quær. An etiam Diſpoſitio L. ult. C. de Fideicomm. in mort. c. Donatione locum habeat? Affirm. in d. Diſp. *de m. c. don. th. 15.* ita, ut, ſi quis remotis teſtibus, hærede verò ſuo præſente, m. c. donaverit, ſimulque futurum ſuum hæredem rogaverit, ut poſt mortem rem donatam Donatario præſtet; ipſe Donatarius hæredi Donatoris donationem implere recuſanti, juramentum deferre poſſit, ipſeque hæres, præſtito prius à deferente calumniæ juramento, aut juratò affirmare, quòd nihil tale audiverit; aut donationem præſtare teneatur, Teſtium enim depoſitione non opus eſt, ubi ipſe Reus Judex & teſtis conſtituuntur; & cùm hæredis fides ab ipſo donante ſit electa. *d. l. ult. C.* & *§. ſ. J. de fideic. her.* junct. *l. ſ. C. h. t.* ibi *in ſ. Omnes effectus ſortiatur, quos ultimæ habent liberalitates.* Argumentum igitur à Legatis ad m. c. donationes procedit, niſi expreſsè contrarium ſit conſtitutum. *L. 37. pr. ff. h. t.* Frommann, *d. dec. th. 6.* Et quamvis Sichardus negativam & communiorem & veriorem dicat; *ad d. l. ult. num. 13.* Ipſi tamen ſatisfacit Dn. D. Harpprecht. *in Comm. ad d. l. ult. cap. 6. th. 16. & 17.* Attamen haud ſufficit, ſi m. c. donans hanc ſuam voluntatem ſoli conſcientiæ hæredis præſentis committat, ſed ſi Donatio eſſe debet, inſuper præſentia vel conſenſus donatarii requiritur. *præced. §. 6. & 7. inf.* latè Dn. Harpprecht. *d. Comm. cap. 6. th. 30.*

An L. f. C. de fideic. in m. c. don. locum habeat? Quomodo?

XV. Publicè mort. c. donans voluntatem ſuam declarat coram Principe, vel apud acta cujuscunque Judicis aut Municipum; arg. *L. 19. C. de teſtam.* Carpzov. *def. 25.* nullis aliis teſtibus intervenientibus. Nam Principis Conſcientia omnem ſuperat ſolennitatem; *d. l. 19.* & ſuperfluum eſt privatum teſtimonium, cùm publica monumenta ſufficiant. *l. 31. C. de donat.* Cravett. *conſ. 253. num. 9.* Sed opus eſt, ut dicta donatio coram actis recitetur, vel ſcripto exhibeatur & inſcribatur. Multum enim intereſt, Donationem apud Acta fieri; & aliàs factam actis tantùm inſinuari. Mevius. *p. 6. dec. 335. n. 5.* vid. Carpzov. *d. C. 1. def. 25.* Sicque in donatoris eſt arbitrio, utrum primo vel ſecundo modo mentem ſuam declarare velit, Cujuscunque Summæ vel quantitatis ſit donatio. *l. ſ. C. h. t.* & ibi DD. d. Diſp. *th. 10.* Sive in loco judicii, ſive in domo donantis, coram perſonis judicialibus delegatis fiat, perinde eſt. Carpzov. *d. C. def. 28.* Nam ipſe donator animum ſuum declarare debet. Carpzov. *def. 27.* add. *præced. §. 9.* & ſuprà *ad tit. de teſtam. §. 37. 47. & 48.* In Electoratu tamen Saxoniæ ſpecialiter conſtitutum eſt, ut, ſi quis omnia bona m. c. donare velit, ſaltem judicialiter facta valeat. Carpz. *d. l. def. 23. & ſeqq.*

Vel & publicè. Quomodo?

Differt, an ſiat apud acta, an actis inſinuetur?

Etiam extra locum judicii. In El. Sax.

Voluntas Morte confirmetur. C. Imp. Si in extremis constitutus simpliciter donet.

XVI. Tandem dicta Voluntas, ut ſubſiſtat, morte confirmata eſſe debet. *§. 1. I. de donat. l. 32. ff. h. t.* vid. infrà §. 36. Sicut hujus donationis Cauſa eſt mortis naturalis periculum: Vel, licèt hoc præſens non ſit, ſola mortalitatis cogitatio. *l. 2. l. 31. §. 2. l. 35. §. 2. & 4. ff. h. t.* præced. *§. 3.* Quidquid autem donatorem moverit, *præced. §. 5.* modò donatio in caſum mortis donatoris ſit collata. Unde fluit, etiamſi in extremis vitæ conſtitutus donaverit, ſed abſolutè, id eſt, ſine expreſſione, ſe mortis cauſâ donare, ut non tam mortis cauſâ, quàm ſimplex à moriente facta Donatio videatur. *l. 42. §. 1. ff. h. t.*

Subj. Act. Poſſunt donare, qui non impediuntur.

XVII. Subjectum ſunt perſonæ donantes & donationem recipientes. Poſſunt autem m. c. donare omnes, qui nec impediuntur, nec prohibentur. Impediuntur, qui rationis uſu ſunt deſtituti, ut Furioſi, Mente capti, Infantes & infantiæ proximi, *l. 25. §. 1. ff. de donat.* arg. *§. 10. I. de inut. ſtipul.* qui nec cum tutoris authoritate m. c. donare poſſunt. *l. 1. §. 1. & 2. ff. de tut. & rat. diſtr.* Item, ſi quis utroque morbo ſimul laboret, ut ipſâ naturâ neque audire, neque loqui poſſit. *l. 10. in pr. C. qui teſtam. fac.* Dn. Stryk *de jur. ſenſ. D. 5. c. 1. num. 28.* d. Diſp. *theſ. 17.*

Nec prohibentur.

Prohibentur Prodigi declarati. *§. 2. I. quib. non eſt perm. fac. teſtam. l. 18. ff. de teſtam. l. 10. pr. ff. de cur. fur.* junct. *l. 37. pr. ff. h. t.* Pupilli, qui nec cum tutoris authoritate m. c. donare poſſunt. *l. 1. §. 1. & 2. ff. de tut. & rat. diſtr.* Struv. *Exerc. 40. th. 22. ibique* Müllerus. D. Bardili *in Diſp. de authoritate tut. th. 30.*

An Filiifamil.?

XVIII. Quoad reliquas perſonas m. c. donare non prohibitas, nil refert, ſive ſint Patresfamilias, ſive Filiifamilias. Quamvis hi nec cum conſenſu Patris jus teſtandi habeant, *pr. I. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.* validè enim affirmativè argumentamur à teſtamenti factione ad mortis cauſâ donationem; arg. *l. 7. §. 5. ff. de donat. L. 6. §. 3. ff. de jure Cod. l. 32. §. 8. ff. de Donat. int. vir. & ux. l. 2. ff. de leg. 1.* Bachov. *des. th. 9. lit. B.* Berlich. *p. 2. concl. 17. num. 98.* minùs verò negativè. *l. 25. pr. & §. 1. ff. h. t. l. 7. §. 4. ff. de donat.* Bruſ. *ad l. 25. ff. h. t. num. 5.* ſuprà *ad tit. de Teſtam. §. 18. inſ.*

De quibus bonis?

Sic Filiusfamilias non tantùm res caſtrenſes & quaſi, (quod omni dubio caret, cùm illarum rerum plenum dominium & liberrimam adminiſtrationem habeat, *d. l. 7. §. 5. l. 6. pr. C. de bon. quæ lib. l. 34. & ſeq.* Auth. *Presbyteros. C. de Ep. & Cler.* ſuprà *ad tit. de pecul. §. 10. & 17.*) ſed etiam bona adventitia irregularia, quorum plena proprietas ad filium pertinet. De regularibus vid. Struv. *Exerc. 40. th. 23. ibique* Muller. Frommann *in differ. ſimplic. & m. c. donat. th. 20.* Stryck *in uſu mod. §. 3. & 12. h. t.* Kurtet *in Diſp. de alienat. bon. advent. th. 8.* m. c. donare poteſt, etiam ſine Patris conſenſu. arg. *d. l. 7. §. 5. N. 117. c. 1.* cum Bachov. Weſenb.

Weſenb. Berl. ſuprà *ad d. tit. de pecul. th. 27.* & D. Lauterb. *Diſp. de m. c. don. th. 21. Diſp. de pec. adv. irr. th. 25.* Fach. *l. 5. c. 15.* Ceſſat enim ratio, præjudicium ſcil. Patris, propter quod in aliis bonis Patris conſenſus requiritur. Nam bona profectitia filiusfamilias aliis m. c. donare poteſt, ſed non, niſi ſpecialiter conſentiente Patre, *l. 25. §. 1. ff. h. t. l. 7. §. 4. ff. de donat.* quæ LL. loquuntur de rebus ad Patrem pertinentibus; cujus proinde voluntas non ad actus ſolennitatem, ſed magis ob proprium Patris intereſſe requiritur. Maynard *l. 5. Deciſ. Tholoſ. 3. n. 2.* Paul de Caſtro, *ad d. l. 25. §. 1. n. 5.* Berlich. *dict. p. 3. concl. 1. n. 15.* Hahn. *h. t. N. IV.* latè ab L. B. ab Enenckel, *de privileg. Par. & liber. pr. 16. c. 2. n. 9. & ſeqq.* Pater autem, ſemel conſenſu impertito, neque hunc, neque donationem m. c. à Filiofamil. factam ſui pœnitentia revocare poteſt; *c. 21. de R. I. in 6to.* Carpz. *Juriſpr. Conſiſt. l. 2. def. 5.* idque multò magis, ſi donatio illa morte filii jam fuerit confirmata. Berl. *d. l. n. 24.* & poſt alios, d. Diſp. *de m. c. don. th. 21.* Nec non filiumfam. non de peculio profectitio, ob quantitatem rei ſed de peculio caſtrenſi & quaſi caſtrenſi, ut & adventitio Kurrer. *laud. Diſp. th. 16.* Frommann. *dict. Diſp. §. 24.* Patri ſuo conſentienti & acceptanti, m. c. donare poſſe, tum quia inde nulla obligatio naſcitur in donantem, cum revocare poſſit, & poſt ejus mortem demùm effectum habeat, tùm quia hæc donatio ſimilis eſt legato & fideicommiſſo, quod filiusfam. Patri ſuo relinquere non prohibetur, tradunt Bocer. *d. c. 5. num. 38.* Hahn. *h. t. N. IV.* Sed conſultius adhiberi Judicis authoritatem, ut evitetur omnis ſuſpicio, decidit Motz. *de Contr. tit. de donation. rubr. de Perſonis, num. 12.* Dn. Frommann. *d. Diſp. th. 24.*

An Patris pœnitentia revoc. ſ.

Filiusfamil. & Patri poteſt donare.

Ratio.

Minores.

XIX. Ex dictis patet, quòd Minor, qui nondum implevit XXV. ætatis annum, poſſit m. c. donare. arg. *l. 12. §. 1. ff. de don. int. vir. & ux. l. 37. pr. ff. h. t.* Nec opus habet Curatoris conſenſu, ſiquidem abſque eo teſtamentum validè condit. *l. 20. §. 1. ff. de liber. leg. l. 5. ff. l. 4. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Carpzov. *d. p. 3. c. 1. def. 22.* Mich. Graſſus, *l. 1. ſentent. §. Donatio m. c. q. 4.* Fachin. *d. l. 5. c. 61.* Rauchbahr. *d. q. 32. num. 14.* Perez. *h. t. in f.* Bocer. *num. 34.* Nec obſt. *l. 1. §. 1. ff. de tutel. & rat.* ubi JCtus neg. concludit; illa enim Lex loquitur de ſingulari caſu, ubi teſtamenti factio denegatur pupillo, propter defectum Judicii; quo in m. c. donatione etiam procedit argumentum. Joh. Voëtius. *n. 5. h. t.* Si tamen Minor donationem tradendo perficere vellet, traditio effectum dominii, quem ex intentione transferentis aliàs ex hac cauſa habet, *l. 2. ff. h. t.* habere non poteſt; quia per Curatoris conſtitutionem ipſi adminiſtratio eſt adempta. *l. 9. §. 1. & 2. ff. de auth. & conſ. tut.*

Sine Curat. conſenſu.

Obj. Reſp.

Non tamen validè tradere.

Morte verò ejus ſecutâ plenum habebit effectum. d. Diſp. th. 19. D. Frommann th. 17. D. Bardili *in Diſſ. de auctoritat. tut. th. 37.*

Fœminæ. XX. Minori comparantur Fœminæ, quæ quamvis noſtris moribus abſque Curatoris conſenſu contrahere & ſeſe obligare non poſſint; hoc tamen fallit in ultimis voluntatibus, ut, ſicut abſque Curatoris vel Mariti conſenſu validè teſtari, ita & m. c. donare queant. arg. *d. l. 32. §. 1.* Carpzov. *p. 2. C. 15. def. 10.* Berlich. *p. 2. concl. 17. n. 98. & ſeqq.* Bocer. *d. c. num. 30.* Wibel. *de Contr. mul. c. 4. num. 50. & ſeqq.* Joh. Voëtius *n. 5.* D. Frommann *in diſſer. ſimpl. & m. c. donat. th. 18.* Würt. Landr. *p. 3. t. 7. §.* Was dann. Idque licèt

Ampl. Statuto cautum ſit, ne poſſit mulier ſine tali conſenſu contrahere vel donare, defendunt Rauchbahr. *d. q. 32.* Schneidew. *ad d. §. 1. I. de donat. num. 8.* Nam morte demum confirmatur; & ſimiliter hoc loco, tradendo, jus in re in dona-

ratio. tarium, uti de Minoris donatione dictum, vivente donante, non transfertur. d. Diſp. *th. 20. in f.* Diſſ. Schulter. *h. t. §. 31.* Gutierrez. *l. 2. pract. quæſt. 22.* Sed ſecundùm LL. Hiſpanicas ſine mariti conſenſu contrahere nequeunt. Sic etiam aliter diſpoſitum Jure Lubecenſi. *Mev. ad J. Lub. L. 1. t. 5. p. art. 5. n. 10. & p. 6. dec. 331.*

XXI. De Uſurariis quær. An illi m. c. donare poſſint? id negant Jul.

Uſurarii. Clarus. *l. 4. rec. ſent. §. Donat. quæſt. 7.* Perez. *h. t. n. 14.* per *c. ſ. de uſur. in 6to.* quia illorum teſtamenta irrita ſunt, niſi de uſuris ſatisfecerint, vel de ſatisfaci-

Obj. endo pro viribus facultatum idoneam cautionem præſtiterint. Sed hoc argum. à denegata teſtamenti factione non procedere, diximus *præc. §. 18.* præſertim,

Reſp. cùm pœnæ ſint molliendæ potius, quàm extendendæ; *L. 42. ff. de pœn. l. 155. §. 2 ff. de R. I.* hinc ex communi ſententia m. c. donare poſſunt. poſt Tiraquellum, Covarruvium, Berlichium, *d. l. num. 27.* Heigium, *d. p. 2. q. 17. num. 45.* d. Diſp. *th. 22.* D. Frommann. *th. 21.* Sed de Jure Civili m. c. do-

An ad mortem condemnati? nare nequeunt ad mortem condemnati. *l. 7. ff. h. t.* Deportati, aliique Peregrini, h. e. qui Cives Romani non ſunt; arg. *l. 8. §. 1. & ſ. ff. d. teſtam. l. 17. l. 29. ff de pœn.* Menoch. *l. 3. præſ. 124. ſeq. §. 44. in f.* quamvis aliud noſtris

Morib. Hod. moribus obtineat; M. Piſtor. *p. 1. q. 13. num. 16.* niſi condemnatio ſit ex tali delicto, in quo adhuc bonorum confiſcatio locum habet. ſuprà *ad tit. qui teſtam. fac. poſſ. §. 19. Diſſ.* Lauterb. *de m. c. donat. th. 23.*

XXII. Donationem m. c. accipere poſſunt omnes, ſi (1.) Rationis uſu non deſtituantur; quia ad perfectionem hujus donationis, ut valeat tanquam

Sub. Paſſ. Poſſunt accipere Rationis uſu non deſtituti. mortis cauſa, non tantùm donantis; ſed etiam donatarii voluntas & conſenſus requiritur. Quoad Infantes tamen ſpecialiter, & ob ſingularem eorum favorem receptum, ut ipſi ex cauſa donationis ſibi acquirere poſſint; *l. 3. C. de acq.*

&

& ver. poſſ. vid. *ad tit. de donat. §. 25.* & (2.) Donatarius aliquid ex teſtamento capere poſſit, vel habeat teſtamenti factionem paſſivam. *l. 9. l. 37. pr. ff. h. t.* Berlich *d. concl. 1. num. 13* Rauchbahr. *d. t. num. 1.* Sed an quis capere poſſit, in m. c. Donationibus non tempus donationis, ſed mortis intuendum eſt; *l. 22. ff. h. t.* Struv *Exerc. 40. th. 21. ibique* Muller. ſi illo tempore capax non ſit, donatio pro non facta habetur. *l. 35. pr. ff. h. t. junct. l. 3. ff. de his, quæ pro non ſcript.* d. Diſp. *th. 24.* D. Frommannus. *th. 22.*

Singulare in Infante. Et habentes Teſtamenti factionem paſſivam. Tempore mortis.

XXIII. Cum igitur Maritus & Uxor ex ſuis teſtamentis invicem aliquid capere poſſint, ſequitur, quamvis ſimpliciter non poſſint; *tot. tit. de donat. int. vir. & ux.* quòd tamen mortis cauſa donare ſibi valeant. Hæc namque donatio non ſtatim eſt perfecta; ſed ejus eventus in illud tempus excurrit, quo conjuges eſſe deſinunt. *l. 9. §. 5 l. 10. l. 11. pr. de don. int. vir. & ux. l. 27. l. 40. l. 43. ff. h. t.* Nec donator mortuus pauperior dici poteſt. *l. 5. §. 8. & 16. l. 25. ff. de don. int. vir. & uxor.* Mynſing. *C. 2. O. 35. num. 4.* Et quidem omnis m. c. donatio inter conjuges valet, ſive conventione, ſive traditione ſit facta. *d. l. 11. §. 1. d. t.* Peck. *de teſtam. Conj. l. 1. c. 7. n. 2.* Inque dubio inter eoſdem hanc potiùs præſumi, quàm donationem inter vivos, defendunt Heigius, *d. q. 17. n. 1.* Mev. *ad Jus Lub. l. 1. t. 6. art. 2. n. 55.* modò quædam mentio mortis facta ſit. *l. 42. inſ. ff. h. t.* Carpz. *l. 5. Reſp. 55. n. 2.* Si tamen alter conjugum ex priori matrimonio liberos haberet, ſecundo Conjugi nec per m. c. donationem, plus quàm uni dedit vel reliquit ex liberis poſſet relinquere. *l. 6. C. de ſec. nupt.* Maſtert. *de ſec. nupt. q. 44* Per alterius conjugis adulterium in totum reſcinditur. Brunnem. *Conſ. 22.* Porrò Pater quidem filiofam. ſimpliciter donare non poteſt; *ad tit. de donat. §. 20* quia tamen ex Patris teſtamento filius, & ex filii Pater aliquid capere poteſt, ſequitur, quòd etiam ſibi invicem mortis cauſa validè donent. *l. 11. ff. h. t. arg. d. l. 10.* Confertur enim m. c. donatio in eum caſum, quo Pater & filius eſſe deſinunt, & ita P. P. extinguitur, quæ aliàs donationi ſimplici impedimento eſt. Berlich. *d. c. 1. n. 32.* Sed quando Filiusfam. ſine vel cum conſenſu Patris mortis cauſa donare poſſit? vid. *praced. §. 18.*

Conjuges ſibi invicem m. c. donare poſſunt. *Ratio.* *Ampl.* Quid ſi ex priori matrimon. adſint liberi. Si conjux adulter? Pater & liberi. *Ratio.*

XXIV. Præterea quis poteſt m. c. donare non tantùm uni ſed etiam pluribus, & hoc vel ſucceſſivè, unum ſcil. alteri ſubſtituendo, v. gr. ſi Titius capere non poſſit, Sejus capiat; *l. 10. ff. l. 1. C. h. t. l. 50. pr. ff. de leg. 2.* vel copulativè, v. gr. Titio & Sejo fundum meum Tuſculanum, cùm moriar, dono; quo caſu inter ipſos conjunctos vel condonatarios jus accreſcendi locum habet; *l. un. §. 14. C. de Cad. toll.* Berlich. *p. 3. Concl. 8.*

Poteſt donari pluribus vel ſucceſſivè, vel copulativè. Jus accreſcendi habet locum.

ſ. n. 1. & 2. vid. *ſeq.* §. *35. & 40. inf.* ſuprà *ad tit. de legat.* *ſ. 73.* add. *d. Diſp. th. 25.* quod tamen eo non extenditur, ſi donator in certam bonorum partem hæredem non ſcripſerit, ut hæc donatario accreſcere debeat, ſed potius intute reſervaſſe hæredibus ab inteſtato. Carpzov. *d. p. 3. C. 2. def. 1.* Lite Schilter. *ad ff. h. t. ſ. 30.* Berlich. *d. p. 3. concl.* Struv. *Exerc. 40. th. 30. ibique* Mullerus. Stryck. *uſu modern.* §. *10.*

Objectum. Omnes res m. c. donari poſſunt.

XXV. Objectum ſunt res omnes, quæ ſunt in commercio, nec ſpecialiter exceptæ invenimus, ſive ſint Corporales, ſive incorporales; Mobiles, ſive immobiles, *l. 18. ſ. 1. & 2. l. 21. ff. h. t. l. 15. pr. ff. ad L. Falcid. l. 14. l. 37. ſ. 1. l. 30. ff. h. t.* Singulares, ſive univerſales, arg. *l. 28. ff. de donat.* Donatoris Propriæ, ſive Alienæ, his enim traditis uſucapiendi facultas tranſit. *l. 13. pr. l. 33. ff. h. t.*

An omnia ſua bona præſentia & futura?

Imò poteſt quis omnia ſua bona, tam præſentia, quàm futura, m. c. donare. arg. *l. 5. l. 35. ſ. 1. 4. & 5. C. l. 9. ſ. 1. ff. de donat. l. 2. C. de don. quæ ſub modo.* Molina, *D. 288. num. 15.* Richter. *d. dec. 22. num. 55.* Knipſchild. *de fideic. fam. c. 6. num. 18. & ſeq.* cùm hæres à donatore inſtitutus Falcidia uti queat, *l. 42. ſ. 1. ff. l. 2. C. h. t. l. 5. l. 12. l. 18. C. ad. L. Falcid.* Carpzov. *d. C. 1. def. 1.* Berlich. *p. 3. concl. 1. num. 59. & ſeqq.* Brunnem. *Cent. 4. Dec. 81.* Fachin. *l. 6. cap. 91.* vid. *ſeq. 34. & 35.* modo de legitima liberis vel Parentibus debita fuerit proſpectum. Carpz. *d. l. def. 8. 9. & 10. nec in fraudem creditorum quid fiat. L. 17.* Struv. *Exerc. 40. th. 25. ibique* Mullerus.

Annua præſtatio. Si donatæ Summæ bonitas mutetur. Si in genere donatum. In foro Sax. quid obtin. circa donat. omn. bon.? Inter Conjug. Quoad Geradam.

Etiam annua præſtatio m. c. donari poteſt. *l. 34. ff. h. t.* add. *l. 35. ſ. 5. ff. eod.* Certâ autem nummorum Summâ m. c. donata, ſi bonitas illorum mutata, non ad mortis, ſed donationis tempus reſpiciendum eſt. per *l. 69. ff. de C. E. l. 3. ff. de R. C. l. 7. l. 40. pr. ff. de aur. & arg. leg.* Si in genere quid m. c. donatum, regulariter donatario competit electio. arg. §. *22. I. de leg.* junct. *l. fin. C. h. t.* In foro Saxonico, quamvis donatio ſimplex omnium bonorum non valeat, Carpzov. *p. 2. c. 12. def. 26.* mortis tamen cauſa valet, modò judicialis inſinuatio acceſſerit. Carpzov. *p. 3. C. 1. def. 23. & ſeqq.* Exceptâ donatione m. c. inter conjuges reciproca, quæ extrajudicialiter coram V. teſtibus facta ſubſiſtit. Carpz. *d. p. C. 7. def. 8.* Porrò eodem jure ſingulare eſt, quod Geradam ſive utenſilia in præjudicium alterius m. c. donare prohibeatur. Carpzov. *p. 2. c. 14. def. 1. num. 7.* Sic & ea, quæ morte donantis extinguuntur, fruſtra donantur. Mod. Piſtor. *p. 4. q. 159. n. 15.* d. Diſp. *thes. 26.*

Forma.

XXVI. Formalis ratio in eo conſiſtit, ut ipſa donatio conferatur in caſum mortis donantis. *ſ. 1. I. h. t. l. 1. l. 35. ſ. 2. ff. h. t. l. 13. ſ. 1. ff. de don. int. vir. & ux.* Maſcard. *d. concl. 562. n. 42.* Unde mortis cauſa donatio audit, atque

atque ultimis voluntatibus annumeratur. *d Diſp. th. 27.* Requiritur ergò (1.) ut ipſa donatio in caſum mortis conferatur & differatur, ita, ut per illam demùm perficiatur atque confirmetur; *§. 1. I. de donat. l. 1. l. 32. l. 35. §. 2. ff. h. t. l. 13. §. 1. l. 20. ff. de don. int. V. & U.* & quamvis *in l. 2. l. 29. ff. h. t.* dicatur, quòd etiam fieri poſſit, ut res tradatur, & ejus dominium ſtatim transferatur in donatarium, propterea tamen donatio ante mortem nondum eſt perfecta. Dominium enim non irrevocabiliter translatum eſt, ſed multis modis revocari & annulari poteſt. Nec enim rem videtur adeptus is, qui ita nactus eſt, ut eam retinere non poſſit. *l. 22. ff. de A. vel. A. P.*

Requir. 1. Collatio in caſum mortis. Obj. Reſp.

XXVII. Neque ſufficit, niſi ipſa donationis eſſentia in mortem ſit collata. Unde m. c. donatio non eſt, cujus executio tantùm in mortem confertur. e. gr. *Titio 100. dono, ab hærede meo ipſi poſt mortem meam ſolvenda.* Hæc donatio eſt inter vivos, & ſtatim perfecta; quia non ipſa donatio, ſed tantùm ejus executio, in mortem confertur. Unde mortis mentio non tantùm in verbis executionis vel ſolutionis gratia adjectis, ſed ipſis verbis diſpoſitivis ſubſtantiam deſignantibus, fieri debet. v. gr. *Titio 100. cùm moriar, dono, Cajo 100. poſt mortem meam dono,* Molina, *D. 287. num. 16. & 17.* Perez. *in C. h. t. n. 1.* Vinn. *ad §. 1. I. de donat.* Carpzov. *l. 5. Reſp. 55. num. 4. & 5.* Stryk *in uſu moderno §. 2.* Joh. Voëtius *n. 4. ad tit. de donat.* Sic male m. c. donatio à quibusdam definitur, *in qua mortis mentio facta ſit.* Quamvis enim mortis mentione inſerta in dubio m. c. donatio videatur; Bocer. *d. c. num. 12.* M. Piſtor. *p. 1. q. 31. num. 8.* fieri tamen poteſt, ut mors, licèt in verbis diſpoſitivis adjecta, magis ſit cauſa impulſiva, quàm conditio, Varia Exempla recenſet Bocer. *num. 17. & ſeqq.* Non ergò ſufficit, ſi de alia donantis mente apertè conſtaret. e. gr. *Titio, cùm moriar, centum dono, & hanc donationem inter vivos valere volo.* Hoc enim caſu Donatio inter vivos eſſe cenſetur, ſcilicet ratione effectus, quatenus eſt irrevocabilis; Voluntas enim donatoris magis, quàm verborum conceptio inſpicienda eſt, *l. 5. C. quæ res pign. dari poſſ. l. 19. pr. ff. de cond. & dem. l. 3. §. 9. ff. de adim. leg.* Carpzovius, *d. l.* d. Diſp. *th. 22. & 23.* Item hoc modò *Titio, cùm moriar, centum dono quam donationem nullo modo revocari volo, nec pœnitentiâ, nec reconvaleſcentia, nec liberatione à periculo, nec morte donatarii;* talis eſt mortis cauſa donatio ſecundùm dici, non ſecundùm eſſe, quoniam ſtatim & abſolutè perfecta eſt, & non à futuro mortis eventu dependet; *d. l. 1. 27. l. 32. l. 35. §. 2. ff. h. t. l. 13. §. 1. ff. de donat. int. vir. & ux.* nam verbis: *Cùm moriar,* non tam ad donationis perfectionem reſpexiſſe videtur, quàm ad ſolutionem, ab hærede poſt mortem Donatoris præſtandam. arg.

Donationis eſſentia in mortem ſit collata, non executio.

Ex. gr.

Non ſufficit mortis mentio.

Si cauſa impulſiva. Si de alia mente conſtet verb. gr.

d. l. ſ. Molina, *d. num. 17.* Unde hujuſmodi donatio inter Conjuges non valet; nec Falcidia, quaſi e ſet m. c. donatio, in illa locum habet; *d. l. 27.* Carpzov. *d. Reſp. n. 12.* & *J. F. p. 3. C. 1. def. 39.* Vinn. *ſel. quæſt. l. 2. cap. 34.* Plures hanc vid. ap. Menoch. *l. 3. præſ. 15.* Maſcard. *d. Concl. 5 2.*

Obj. Reſp.

Nec obſt. *l. 13. §. 1. l. 35. §. 4. ff. h. t.* ubi talis donatio dicitur m. c. donatio; ibi enim, inquit Bachovius, non eſſe m. c. donationem ſecundum eſſe; ſed tantum quoad externam verborum formam. Item Reſp. *dd. ll.* loqui de caſu, ubi non omnis revocabilitatis conditioni reſ menttuan. Si enim donans uni vel alteri modo tantum renunciaverit, extra dubium eſt, & manet m. c. donatio: quia alio adhuc modo revocari poterit; Manz. *Deciſ. Palat. 26. num. 9.* Jul. Clarus, *d. l. q. 4.* Mev. *p. 6. Dec. 332.* & ita feré explicant ipſi JCti *in dd. ll.* Et de tali caſu loquitur *Nov. 87. c. 1.* Licet d. Nov. non ſit authentica, ſicut auctoritatem ejus in dubium vocat Bachov. *d. D. 10. th. 8. lit. a.* Carpzov. *d. C. 1. def. 39.* Eſt enim ex illis, quæ recenter a Cujacio & Contio adjecta, & propterea etiam in Corpore Gloſſato non reperitur.

Voc. mortis expreſſ. non requir. Sed ſufficiunt circumſtantiæ. Quales?

XXVIII. Hoc autem non refert, ſive expreſſis verbis ita fiat, *Donatio m. c.* ſive ex circumſtantiis appareat. Abſolute enim mortis vocabuli expreſſione opus non eſt, ubi aliunde aperte de hac donatoris intentione conſtat. v. gr. *Caſu 100. dono, ſi mihi eris ſuperſtes.* Harpprecht. *ad d. § 1. num. 2.* Richt. *d. Dec. 22. n. 4.* Bocer *num. 15. & 29.* Vel ſi donans revocandi poteſtatem ſibi reſervaverit; quod præjudicio confirmat Carpzov. *d. Reſp. 55. in f.* add. Maſcard. *d. concl. 562.* Mev. *d. r. art. 4. in f.* Brunnem. *ad l. 42. num. 6. ff. h. t.* modo ex una vel altera expreſſione formaliter conſtet, talem eſſe donatoris animum atque intentionem: & proin clauſulas non ex tabellionum conſuetudine vel ſtylo Notariorum ſolum eſſe adjectas. arg. *l. 9. ff. de C. & D.* Carpzov. *d. C. def. 40.* & *d. Reſp. 55. num. 30.* d. Diſp. *th. 34.*

Si clauſula de non revocando adjecta? Si in mortis articulo conſt. abſolute?

Hinc ſi fortè Clauſula de non revocando adjecta, & tamen donans extremam voluntatem donationem morte demum confirmandi expreſſerit, dicta clauſula pro non adjecta habetur. arg. *l. 22. ff. de leg. 3.* Mev. *p. 6. Dec. 332.* vid. D. Bard. *in Diſp. de revocat. ultim. volunt. th. 66.* Porro, ſi etiam in vitæ periculo vel mortis articulo conſtitutus abſolute donaverit, non tam mortis cauſa, quam moriens inter vivos donaſſe cenſetur.

Requir. 2. In mortem donantis. Non tertii. Obj. Reſp.

XXIX. (2.) Requir. ut hæc donatio in mortem ipſius donatoris conferatur. Hinc, ſi in mortem cujuſdam tertii ſit collata, utpote contra ultimæ voluntatis naturam, mortis cauſa donatio non eſt; *l. 1. C. de SS. Eccleſ.* junct. *§. 1. I. l. 1. l. 35. §. 2. ff. h. t.* Paulus de Caſtro, *ad l. 18. pr. ff. h. t. n. 2.* Bachov. quidem diſſentit, propter *l. 11. l. 18. pr. ff. l. 3. C. h. t.* ubi tamen

potiùs

potius mortis capio eſt, quo caſu, tertio ante donatorem decedente, donatarius rem haberet, & non donator, quod expreſſe eſt contra ſubſtantiam mortis cauſa donationis. d. §. 1. & d. l. 1. d. l. 35. §. 2. ff. h. t. vid. ſeq. §. ult. Dicta autem duo requiſita ſimul conjungi debent; Maſc. d. concl. 562. n. 42. neque præſumuntur, ita, ut ſi de hac forma mortis cauſa donationis ex ipſis verbis diſpoſitionis non conſtet, in dubio donatio inter vivos facta cenſeatur. Menoch. l. 3. præſ. 36 num. 2. Richter. d. dec. 22. num. 8 Mod. Piſtor p. 1. q. 31. Dn. D. Harpprecht. Conſil 89. n. 38-41. & 56. Stryk. in uſu moderno §. 2. & Joh. Voetius n. 2. h. t.

Hæc duo requiſita conjungenda aliàs m. c. don. in dubio non præſum.

XXX. Finis, propter quem quis m. c. donat, in eo conſiſtit, ut ipſe donator potius rem, quam Donatarium, & Donatarium magis, quam hæredem habere velit; d. §. 1. I. d. l. 1. & d. l. 35 §. 2. & quamvis à vivente donatore interdum transferatur in donatarium, quia tamen ante mortem donatoris imperfecta eſt, & quoquo tempore revocari poteſt, l. 32. ff. eod. nihil impedit, quo minùs & in hoc caſu finem ſuum obtinere poſſit donator. add. l 12. §. 1. ff. de leg 2. l. 82. ff. de R. I.

Finis.

XXXI. Effectus mortis cauſa Donationis conſiſtit in jure, quod ex illa acquiritur Donatario; Quod ut plenius intelligatur, notandum, quòd perfectio hujus donationis ſit duplex. Prima reſpicit Ordinationem, & abſolvitur, quam primum Donator voluntatem ritè & legitimè declaravit, i. e. coram V. teſtibus, aut Principe, vel Judice, eamque Donatarius acceptavit. Secunda perfectio fit demum per mortem ipſius donatoris. d. l. 82. l. 13. §. 1. l. 20. ff. de don. int. vir. & ux. Si donatio quoad ordinationem perfecta, iterum diſting. An per ſolam conventionem, vel etiam rei traditionem facta ſit? Illo caſu donatarius Jus exinde acquirit nullum; ſed tantum ſpem incerti lucri conſequitur; adeo, ut etiam ante donantis mortem, nec creditoris nomine veniat. l 42 pr. ff de O. & A. l. 7. ff. qui & à quib. manum. lib. Licèt enim promiſſio ſit facta in caſum certo futurum: vid. l. 9. §. 1. ff. de novat l. 17. l 18 ff. de cond. indeb. quia tamen incertum eſt, num ante donationis reſolutionem ſit extiturus, tamdiu obligatio ſuſpenditur; l. 34. l. 35. §. ſ. ff. h. t. l. 1. §. 2. ff. de C. & D. l. 213. ff. de V. S. arg l. 17. l. 46. §. 2. l. 101. §. 1. ff. de V. O. & multò minus rei donatæ dominium transfertur, Bachov. d. Diſp. 29. lit. F. & G. d. Diſp. th. 35.

Effectus. Quid inde acquiratur Donatario? Diſt. An m. c. Donatio perfecta ſit quoad ordinationem. Et quidem per conventionem, morte demum confirmatur.

XXXII. Hoc caſu, ſi nempe quis, re traditâ, m. c. donaverit, & quidem eo animo, ut dominium rei ſtatim transferatur, tunc Donatarius ſtatim fit rei acceptæ dominus, l. 2. l. 29. ff. h. t. ut poſſeſſionem à quocunque poſſeſſore vindicare, d. l. 29. ibi: *Interim autem ei, cui donatum eſt*. arg. l. 66 ff. de

Vel per rei traditionem, vid quo animo facta ſit. Ut ſiat ſtatim Dominus.

Si res propria. Revocabiliter. Si aliena. Vel demum morte ſecuta?

R. V. alteri vendere, *l. 37. §. 1. ff. h. t.* vel ex alia cauſa dare, *l. 19. ff. eod.* ac ſervum donatum manumittere poſſit; *l. 39. ff. d. t.* ſi ſcil. res donata Donatoris fuerit propria. Attamen ante mortem donantis dominium nunquam tranſit irrevocabiliter, per *l. 32* junct. *d. l. 29. l. 30. l. 37. §. 1. ff. h. t. d. l. 19. ff. de R. C. l. 11. pr. ff. de don. int. V. & U.* Si res fuerit aliena, in accipientem transfertur conditio uſucapiendi, *l. 13. l. 33. ff. h. t.* Sin traditio ita ſit facta, ut tunc demum, cùm mors fuerit inſecuta, accipientis fiat; tunc donatarius ante donatoris mortem nudam habet rei detentionem; jus verò in re conſequitur nullum. *l. 2. l. 29. ff. h. t.* d. Diſp. *th. 37.*

An ſimpliciter perfecta ſit & morte confirmata? eſt diſting. an donatio facta rei traditione, An conventione; & diſt. An ſpecies,

XXXIII. Si verò m. c. Donatio abſolutè perfecta fuerit, i. e. morte Donatoris confirmata; iterum videndum, an facta ſit conventione, an rei traditione? Hoc caſu Donatarius, qui fuit jam dominus, quod habuit revocabiliter nunc irrevocabiliter habere incipit. Si verò non fuit, à morte Donatoris talis eſſe incipit, *l. 1. l. 2. ff. de Publ. in rem act.* & rem donatam ſibi retinet, ita, ut hæredi adverſus ipſum nec Interdictum, quod legatorum, competat; ita accipienda eſt *l. 1. §. 5. ff. quod legat.* Bach. *d. th. 9. lit. D.* Boc. *d. c. n. 52.* Illo caſu videndum: An certa Donatoris propria ſpecies donata ſit; & dominium ſtatim ex tempore mortis in Donatarium ipſo jure tranſit; refertur enim m. c. donatio inter modos dominium acquirendi; *l. 1. §. 2.* ibi Brunnem. *n. 6. l. 2. ff. de publ. in rem act.* arg. *l. 64. ff. de furt. l. 80. ff. de leg. 2.* junct. *l. f. C. h. t.* ita, ut ipſe ſtatim rem à quocunque poſſeſſore vindicare, *l. 23. pr. ff. de R. V. l. f. C. h. t.* junct. *l. 1. Cod. comm. de legat. §. 2. I. de legat.* Frantzk. *Ex. 5. q. 8. num. 15.* aut à donantis hæredibus, ſi ſtipulatio intervenerit, Actione ex ſtipulatu; vel ſi non intervenerit, Condictione ex lege petere poſſit.

An quantitas donata;

Si verò res in genere vel quantitas m. c. ſit promiſſa: tunc ad illam conſequendam non Rei vindicatio; ſed ſi per ſtipulationem, ex ſtipulatu actio. ſi non, ex lege datur Condictio. arg. *l. 35. §. 4. & 5. C. de don.* cum Bartolo & Perezio, d. Diſp. *th. 38.* Struv. *Exerc. 40. th. 27. ibique* Mullerus.

Tranſmiſſioni eſt locus.

Hæcque jura tranſmittuntur in hæredes Donatarii jam defuncti, antequam m. c. donationem morte donantis confirmatam de novo agnoverit. Carpzov. *J. F. p. 3. C. 14. def. 29. ubi præjud.*

Si donatarius propria authoritate rem apprehenderit?

XXXIV. Propriâ authoritate Donatarius rem m. c. donatam, ſibi nondum traditam, occupare prohibetur; arg. *l. 15. ff. quod met. cauſ.* ita, ut, ſi hæredi eam dolo vel clam ſubtraxerit, ipſe actionibus ſuis cadat. arg. *l. 1. C. de legat.* junct. *l. 15. l. 27. pr. ff. l. f. C. h. t.* Aliud verò eſt, ſi hæres poſſeſſionem illius rei nondum, vel tamen bonâ fide apprehenderit, tum enim jure ſuo non cadit;

cadit; hæredi tamen ad rem repetendam datur interdictum, Quod Legatorum, ad eum effectum, ut creditoribus ſatisfacere, & ipſe Falcidiam detrahere poſſit, ſalvis tamen Donatario actionibus. *Carpz. J. F. p. 3. C. 1. def. 17.* Bachov. *d. th. 9. lit. B.* Frommann *in differ. ſimpl. & m. c. donat. th. 37.* add. infrà *ad tit. quod legat. §. 11. & 16.* Debitoribus, ſi chirographa legata, pacti vel doli mali datur exceptio; *l. 18. §. 2. l. 28. ff. h. t.* aut ſi acceptilatio intervenerit, ipſo jure liberantur. *l. 31. §. 1. ff. eod.*

Alii Eff. cum Legatis communes.

XXXV. Cæterum, Quicquid juris eſt in Legatis, id regulariter etiam in mortis cauſa donatione eſt accipiendum. *§. 1. I. de donat. l. 15. l. 17. l. 37. pr. ff. l. 5. C. h. t. l. 2. ff. de publ. in rem act. l. 3. §. 17. ff. de bon. libert. l. un. C. de impon. lucrat. deſcr.* Struv. *Exerc. 40. th. 22.* Joh. Voetius *n. 4. h. t.* Sive conſideretur ut conſtituenda, ſive ut conſtituta, uti ex dictis patet. Præterea hæc Donatio admittit jus tacitæ Hypothecæ; Bach. *de pign. l. 1. c. 10.* ſuprà *ad tit. quibus ex cauſ. pign. tac. contrah. §. 6.* ita tamen, ut inter plures m. c. Donatarios nullum temporis privilegium obtineat; Faber. *in C. h. t. def. 5.* Jus accreſcendi & Subſtituendi; Joh. Voetius *n. 4. h. t.* vid. *præc. §. 24.* Detrahendi Falcidiam, ſi ſcilicet ultra dodrantem donatum, *l. 2. C. h. t. l. 68. §. 1. ff. l. 15. C. ad L. Falc. l. 77. §. 2. ff. de leg. 2. l. 1. §. 5. ff. quod legat.* Bachov. *d. th. 9. lit. R.* Carpzov. *d. p. 3. C. 1. def. 1. num. 3.* Faber. *d. l. def. 8.* Struv. *Exerc. 40. th. 24.* Stryk. *in uſu modern. §. 4. h. t.* Frommann. *d. l. th. 51.* add. B. Dn. Parens *in D. de Diff. Jur. Civ. & Sax. th. 44.* ſuprà *ad tit. ad L. Falc. § 9.* Exigendi Cautionem Mutianam, ſi v. gr. aliqua conditio in non faciendo conſiſtens adjecta ſit. arg. *l. 7. pr. ff. de C. & D.* junct. *l. 37. pr. ff. h. t. & N. 22. c. 44. §. 9. in f.* Bachov. *d. l.* vid. *ſuprà §. 3. de condit. & demonſtrat.* Et pro ea conſequenda eædem ferè competunt Actiones; Attamen non in omnibus convenire; ſed in aliquibus invicem differre, *præc. §. 6.* monuimus. add. Brunnem. *ad l. 15. ff. h. t. & l. 2. C. eod.* Frommann. d. Diſp. *th. 37.*

Quoad jus tacitæ Hypothecæ.

Accreſcendi, Subſtituendi Falcidiam.

Caut. Mut.

Actiones.

Contraria ſunt.

XXXVI. Donatio m. c. ritè & legitimè quoad ordinationem conſtituta, tribus modis potiſſimùm reſolvitur atque infirmatur, ut ſunt: Pœnitentia, Mors Donatarii, & Reconvaleſcentia, vel Liberatio à periculo. I. Eſt Pœnitentia, ſi ſcilicet Donatorem donationis pœnituerit, & ille contrariam voluntatem declaraverit. *d. §. 1. I. l. 13. §. 1. l. 30. ff. h. t. N. 87. c. 1.* Würt. Land-R. *p. 2. t. 19. §. ult.* Idque in quavis donatione m. c. *l. 16. ff. h. t.* Eſt enim ſpecies ultimarum voluntatum, *l. 5. C. h. t.* in quibus ad ſupremum uſque vitæ exitum ambulatoria eſt hominis voluntas, *l. 4. ff. de adim. vel transf. legat.* adeò, ut licet donatio publicè ſit facta, Mev. *p. 6. dec. 180.* vel ipſi juramentum

Pœnitentia.

Ampliatio-nes.

mentum acceſſerit, poteſtatem pœnitendi haud excludat, utpote quod recipit naturam & omnes conditiones ejus actus, cui acceſſit arg. *l. ſ. C. de N. N. P. l. ſ. ff. quiſat. ad. cog.* vid. Mullor. *l. 1. ſemeſtr. c. 78.* Item in donatione reciproca, quæ ex uno parte poteſt revocari, M. Piſtor. *p. 6. q. 119. num. 11.* licet altera parte mortua Carpzov. *d. p. 3. C. 2. def. 11.* vel morte jam ſit confirmata, Carpzov. *def. 12.* Richter. *d. dec. 22. num. 15.* Boeer. *d. c. 5. num. 60.* vid ſuprà *ad tit. de teſtam. §. 55.* in eo tamen hæc donatio ab ultimæ voluntatis ſpeciebus differt, quod in his facultati pœnitendi renunciari non poſſit, *l. 22. ff. de leg. 3.* ſuprà *ad tit. de Teſtam. §. 36.* & *ad tit. de inj. rupt. & irr. §. 21.* Verùm in hac valet renunciatio. *d. l. 14. l. 35. §. 4.* ibi *Et ſic m. c. poteſt donari, ut non aliter reddatur, quam ſi prior ille, qui accepit, deceſſerit. ff. h. t.* Molina, *d. D. 287. n. 19.* Bardili *in Diſp. de revocat. ult. volunt. th. 65. & 66.* D. Harpprecht *in Diſp. de reciproc. inter conjuges ſed caſſis teſtam. revocat. §. 30. & 40.* Textor. *Diſp. de m. c. donat. per clauſulam annexam irrevocabili* Stryk *in uſu moderno §. 8. h. t.*

Renit. Niſi renunciatum.

XXXVII. Pœnitentia autem declaratur vel Expreſſè, verbis ſcilicet aut literis, vel Tacitè; & præſumitur ex factis. Illo modo, ſi Donator dixerit vel ſcripſerit, ſe pœnituiſſe donationis, vel nolle amplius donationem valere: *l. 22. pr. ff. de leg. 2.* aut ſi Donator teſtamentum, & omnem aliam ultimam voluntatem revocaverit. Sed hanc revocationem coram V. teſtibus fieri debere, per *l. 35. ff. h. t.* propugnant Carpzov. *d. p. 3. C. 4. def. 31.* arg. *l. ſ. C. h. t.* Richt. *d. Dec. n. 15.* Alciat. *in l. 2. ff. de leg. 1. n. 17.* Menoch. *l. 3. præſ. 37. num. 11.* Hincque ſententiam veriorem dicit Valeſc. *T. 1. Dec. Luſit. 102. num. 21.* d. Diſp. *th. 45.* Dn. D. Harpprecht *in Conſil. nov. 44. n. 663. usque ad n. 923.* Dn. D. Bardili *laud. Diſp. th. 25.* add. ſuprà *ad tit. de adim. leg. §. 5.*

Pœnitentia declaratur expreſſe.

Coram V. teſtibus.

XXXVIII. Facta, ex quibus pœnitentia vel mutata voluntas præſumitur, varia ſunt: v. gr. Si Donator rem m. c. donatam ſponte alienaverit. arg. *l. 18. l. 24. §. 1. ff. de adim. leg.* junct. *l. 37. pr. ff.* & *l. ſ. C. h. t. l. 22. l. 32. §. 5. ff. l. 12. C. de don. int. vir. & ux.* Berlich. *p. 3. concl. 2. num. 43.* Etiamſi alienatio in effectu ſit nulla, arg. *l. 24. §. 1. ff. de adim. leg.* junct. *d. l. 7. pr.* vel donator rem recuperaverit, arg. *l. 15. ff. de adim. leg.* Nec refert, alienatio inter vivos, ſive m. c. facta ſit: ut ſi Donator rem donatam alteri per fideicommiſſum concedat *l. 1. C. h. t. l. 25. ff. eod. l. 77. ff. de leg. 2. l. l. 11. in ſ. ff. de dot. præleg.* Sande. *Dec. Friſ. l. 5. t. 1. def. 2.* add. ſuprà *ad tit. de adim. leg. §. 7. 8. 9.* Si donator rem donatam in ſpecie legaverit, præcedens m. c. donatio revocata videtur, & in legatum translata, arg. *l. 3. C. de Codic. l. 5. ff. de adim. leg.* Perez. *h. t. in C. num. 9.* Berlich. *d. l. n. 44.* Mev. *ad Jus Lub. l. 1. t. 6. art. 2. num. 43.*

Vel tacitè, v. gr. rei donatæ alienatione

Ampliationes

Speciali translatione.

Carpzov.

Carpzov. *d. p. 3. C. 2. def. 10.* Knipſch. *de fideic. fam. c. 6. num. 63.* Si verò certa res m. c. donata, addita conditione: *Si Donatarius Titio decem dediſſet*, dimidiam vero rei partem donans alienaſſet, Donatarius alteram dimidiam adhuc conſequitur, ſed ſummam pro rata duntaxat deberet; nam ubi ſcinditur conditio, ibi ſcinditur & onus conditionis implendæ. *l. 20. ff. h. t.* ibi Paul. de Caſtro. Sin certam rem m. c. Donans in ſubſequenti teſtamento alium omnium bonorum ſuorum hæredem ſcripſerit, hâc generali alienatione vel hæredis inſtitutione præcedens m. c. donatio revocata non videtur. *l. 15. ff. de pecul. leg.* & per *l. 99. §. 3. ff. de leg. 3. l. 10. ff. de R. I.* Molina, *d. D. n. 11.* Menoch. *d. præſ. 17. num. 14.* Carpz. *d. l. n. 8. & 9.* Berlich. *d. l.* d. Diſp. *th. 44.* Dn. D. Harpprecht. *in Conſil. nov. 44. n. 671. ſeqq.* Stryk. *in uſu moderno §. 6. h. t.* Modo non aliundè de contraria voluntate conſtet. *l. 13. l. 22. ff. de donat. int. vir. & ux.*

Non generali ſi omnium bonorum hæredem ſcripſerit.

Limit.

XXXIX. Porrò tacitè revocata cenſetur, ſi graviſſima vel capitalis Inimicitia inter Donatorem & Donatarium ſupervenerit, nec reconciliata ſit. arg. *l. 3. inſ. ff. de adim. leg.* junct. *l. 30. pr. ff. h. t.* Menoch. *d. præſ. num. 66.* Exemplum eſt in donatione m. c. facta ab uxore in maritum, qui eam poſteà malè tractavit & deſeruit, quod pro, id confirmant Moller. *l. 2. ſemeſtr. cap. 39.* Bocer. *num. 81.* vid. §. 23. Stryk. *in uſu moderno §. 6. h. t.* Talis enim inimicus, donationem nihilominus petens, doli exceptione repellitur. *d. l. 3. l. 22. ff. eod.* add. Frommann, *Diſp. de Inimicit. th. 21.* Idem dicitur, ſi Donatarius Donatori apertè maledixerit. arg. *d. l. 0. §. 1.* add. ſuprà *ad tit. de adim. leg. §. 14.* Quær. An huc pertineat ſuperveniens Liberorum? Neg. cum Menoch. *l. 3. præſ. 35. num. 17.* Mozz. *de don. tit. ult. num. 82.* Perez. *h. t. num. 22.* Frommann, *Diſp. de D. ff. donat. th. 20.* & Bocer inquit: *Si non erit revocata à Patre, non revocatur à liberis poſtea ſuſceptis, niſi pro ratione Falcidiæ. d. l. n. 63.* Attamen revocationem qualemcunque allerenti probatio incumbit. *l. 22. ff. de probat.* poſt Finckelthauſ. Mynſing. d. Diſp. *th. 45.*

Inimicitiâ capitali superven. ſine reconciliatione.

An ſuperveniente Liberorum?

XL. II. Mors Donatarii. Si hic ante Donatorem moriatur, etiamſi poſt XL. vel plures annos à die Donationis, *l. 19. pr. ff. de R. C. l. 29. ff. h. t. § 1. I. de donat.* nam ad Exemplum alterius ultimæ voluntatis ſtatim ipſo jure reſolvitur atque extinguitur. *dd. ll.* Menoch. *d. præſ. 37. num. 43.* Mevius *d. art. n. 45.* Heig. *p. 1. q. 31. n. 21.* Si verò Donator & Donatarius uno tempore perierint, ut non appareat, uter prior deceſſerit, tunc res m. c. donata & tradita ab hæredibus revocari nequit, *l. 26. ff. h. t.* quia Donatarius non dici poteſt præmortuus, nec Donatorem Donatario ſupervixiſſe. *l. 18. pr. ff. de reb. dub.* Molina, *D. 289. n. 11.* Plebſt. *ad Jus Hunt. D. 2. th. 205.* Si

2 Mors Donatarii ante Donatorem

Si ambo eodem tempore moriantur?

tamen

tamen Pater unà cum filio pubere deceſſiſſet, filius ſupervixiſſe præſumitur, per *l. 9. §. 1. & 4. ff. d. t.* & proin donationem ad ſuos hæredes transmittit. *praced. §. 33. inſ.* Sed ſi filiofamil. vel ſervo ab extraneo m. c. donatum ſit; Quæritur: An Filiifamilias vel ſervi, an verò Patris vel Domini mors ſpectanda ſit? Ratio dubitandi eſt, quia donatio ſervo facta acquiritur Domino: filio Patri: Verùm diſtıng. eſt: An Donator principaliter Filio vel Servo, an Patris vel Domini intuitu donare voluerit? hoc caſu mors Patris vel Domini, qui filii vel ſervi quaſi miniſterio uſus, mors ſpectanda eſt. *l. 23.* ibi Brunnem. *n. 1. l. ſ. ff. h. t.* Priori caſu, morte filiifamilias vel ſervi donatio extinguitur, *dd. ll.* quod ratione filiifam. Novo Jure minus habet dubii, cùm hodie Filiof à Tertio nata Patri non amplius pleno jure, ſed tantum quoad uſumfructum acquirantur, *l. 6. pr. C. de bon. qua lib.* niſi Patri donaturus dederit Filiofamilias, tunc illi totum cedit. *d. l. 23.* arg. *l. 5. §. 2. ff. de jur. dot.* In dubio tamen veriſimile eſt, donatorem contemplatione magis filii, quàm Patris dediſſe. *l. ſ. in ſ. C. de uſufruct.* Si Pluribus conjunctim una eademque res m. c. donata, & unus ex illis præmoriatur, ejus portio nec extinguitur, nec ad ipſius hæredes transmittitur; ſed ſuperſtitibus donatariis accreſcit. *praced. §. 20. in ſ.* d. Diſp. *th. 46.*

Si Filio famil. vel ſervo donatum? *Diſt.* An intuitu Patris? An Filiifam.

Quid in dubio

Si unus ex condonatariis mortuus, reliquis accreſcit.

XLI. Cùm verò m. c. donatio donatarii præmorientis morte extinguatur, nec ad ejus hæredes tranſeat: Quær. Si in ipſa m. c. donatione hæredum Donatarii mentio facta fuerit, e. gr. *Titio & hæredibus ejus 100. m. c. dono:* an Donatario præmoriente donatio extinguatur, an ad ejus hæredes transmittatur? Hoc affirmat Weſenb. *h. t. inſ.* quem ſequitur Richter. *d. dec. 22. n. 10.* Carpzov. *d. Reſp. 55. num. 6.* ſed ita, ut convertatur in donationem inter vivos; Molina, *d. D. num. 41.* quia m. c. donatio extinguitur morte donatarii. Verùm non dubitamus, quin nihilominus vera ſit m. c. Donatio; ſi requiſita adſint, & ejus perfectio à morte donatoris dependeat. *praced. §. 26. & 29.* Nec obſtat diſſentientium argumentum, cùm utraque præmiſſarum negetur, uti latè videre eſt in d. Diſputat. *th. 47.* Nam poſt mortem donatarii ejus hæredes donationem non jure hæreditario, ſed ab ipſo Donatore, jure potiùs ſubſtitutionis, accipiunt. *l. 10. ff. l. 1. C. h. t.* Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 11. num. 16.* Brunneman. *d. l. num. 5.* & *ad l. 27. num. 4.* Hahn. *h. t. N. VI. verb. Aut mentio heredum.* Dn. Stryk. *de Caut. Contr. ſect. 3. c. 9. §. 11.* & *in uſu moderno §. 8.* & Joh. Voëtius *n. 7. h. t.*

An præmoriente Donatario m. c. Donat. evaneſcat, licèt ibi hæredum facta mentio?

Rat. dubit.
Rat. decid.
Reſp. ad contrar.

XLIII. III. Modus eſt Reconvaleſcentia, vel Liberatio à certo periculo, cujus intuitu donatum. *§. 1. I. de donat. l. 2. l. 13. §. 1. l. 19. l. 26. l. 35. §. 3.*

3. Reconvaleſcentiâ vel

Liberatione à Periculo.

§. 3. & 4. l. 37. §. 1. l. 39. ff. h. t. l. 19. ff. de R. C. l. 38. §. 3. ff. de uſur. Hoc enim ſublato, ipſa donatio, ceu deficiente conditione, ſub qua eſt facta, ipſo jure ſublata cenſetur, *d. l. 35. §. 3. d. l. 19.* Menoch. *l. 2. præſ. 37. n. 3.* ut nec Donatoris revocatione opus; ſed exceptione tutus ſit. *l. 4. §. 1. ff. de doli except.* Licèt poſt periculi liberationem, re donatâ nondum revocata, in aliud periculum inciderit, & ex eo perierit, hæredes tamen ejus rem à donatario revocare poſſunt. *d. l. 38. §. 3.* Bachov. *d. th. 3. lit. F. & G.* Aliud verò eſt, ſi donatio non ob certum periculum, ſed ſola mortalitatis cogitatione ſit facta; tunc non evaneſcit, licet Donator unâ vel altera vice evaſerit. Bachov. *d. l.* Perez. *h. tit. num. 12.* in d. Diſp. *th. 48.*

Licèt in aliud incidens perierit.

Niſi ſola mortis mentione facta.

Reſolutâ donatione quæ comp. actiones? R. Vind.

XLIII. Donatione autem prædictis modis reſoluta & annullata, ſi res m. c. donata tradita, Donatarius eam reſtituere debet; etiamſi ab ipſo interim fuerit uſucapta, *l. 13.* add. *l. 33. ff. h. t.* cum fructibus, partu, & quod accrevit; *l. 12. ff. de cond. cauſ. dat. c. non ſec.* deductis tamen expenſis neceſſariis & utilibus. Propter quas habet jus retentionis, & Actorem tamdiu doli mali exceptione ſubmovere poteſt, donec illæ reſtitutæ ſint. *l. 14. ff. h. t.* Quoad Remedia autem competentia videndum: An res m. c. donata ita ſit tradita, ut morte demùm ſecutâ accipientis fiat: *l. 2. ff. h. t.* ad illam repetendam, quia ob cauſam mortis donatoris non ſecutæ data eſt, competit Condictio cauſa data cauſa non ſecuta, *l. 35. §. 3. ff. h. t. d. l. 12.* vel Condictio generalis ſine cauſa, *l. 13. l. 23. l. 24. l. 30. l. 39. ff. h. t.* Bach. *d. l.* Bocer. *num 65.* vel utilis in rem actio. *l. 29. l. 30.* ibi Brunnemann. *ff. d. t.* item in caſu *l. 19. ff. eod.* Etiam contra tertium poſſeſſorem; ſi v. gr. Donatarius rem ſibi traditam b. f. alienaverit: iniquum enim eſſet, Donatorem privari re ſuâ, quam in alium, ſed donatione tantum modificata, & multis modis revocabili, contulit. per *l. 5. §. pen. & ult. C. comm. de leg. l. 1. C. de don. quæ ſub modo.* Hahn. *h. t. N. VII. verb. Condictio.* Donator quandoque habet electionem, an à Donatario pretium condicere, an rem à tertio vindicare velit; *l. 37. §. 1. ff. h. t.* Bocer. *d. c. num. 61.* interdum tantum pretium. *l. 39. ff. eod.* Nec impedit exactionem, etiamſi debitori debitum m. c. donatum, hicque exceptione præſcriptionis ſe liberatum credat *l. 24. ff. h. t.* vel tempore donationis non ſolvendo fuerit. *l. 31. §. 1.* ad. *§. 5. ff. eod.* Item, ſi m. c. Donans Donatarii creditori debitum ſuum delegaverit. vid. *l. 18. §. 1. l. 31. §. 3. ff. h. t.* & d. Diſp. *th. 19.* Si filiofamil. res m. c. donata & tradita, de J. C. cum Patre actio de peculio erit; *l. 19. ff. eod.* non tamen hodiè. per *l. 6. pr. C. de bon. quæ lib.* & præced. *§. 40.*

Condictio causâ datâ causâ non secuta.

Sine causa.

Utilis in rem.

Donator interdum eligit, pretium an rem malit?

Si debitum donatum.

Debitor tempore donationis non ſit ſolvendo.

4. Rei don. interitus.
5. Si res donata per cauſ. lucrat. ad Donatar. pervenit.
6. Donatoris æs alienum?
7. Capitis diminutio max. & med.

XLIV. Præter dictos modos ad Contraria poteſt referri IV. Rei donatæ interitus totalis, citra debitoris culpam & moram. *l. 59. ff. tit. t. l. 23. ff. de V. O.* V. Si res m. c. donata, per aliam cauſam lucrativam, ad donatarium pervenerit. per *§. 6. I. de legat. 17. ff. de O. & A. l. 83. §. 6. ff. de V. O.* junct. *l. un. C. de impon. lucrat. deſcr.* Unde etiam ſocietas per donationem m. c. inita ipſo jure nulla eſt. *l. 35. §. 5. ff. h. t.* VI. Donatoris æs alienum; *l. 17. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 40. th. 25.* ibique Müller. Joh. Voëtius. *n. 4. & 7. h. t.* per quod m. c. donationis infirmantur, ſicut legata; niſi illo deducto aliquid ſuperſit. *l. 66. §. 1. ff. ad L. Falcid. l. ſ. §. 5. C. de jur. delib.* Carpz. *d. p. 3. C. 1. def. 38.* Creditores enim hæreditarii res ita traditas, vel hypothecaria, vel conditione repetere poſſunt. *d. d. ll.* VII. Maxima vel Media capitis diminutio. *l. 7. ff. h. t.* Excepta donatione à marito uxori m. c. facta *l. 11. §. 1.* & ibi Dd. *ff. de don. int. vir. & ux.* vid. *præced. §. 21. in f.* dict. Diſp. *th. 50. & ſeqq.* an VII. metus, *de eo* vid. Frommann *Differ.* m. c. *donat. & ſimpl. th. 49.* Kutter *Diſp. de dolo cauſam dante th. 39.*

De Mortis Capionibus.

Cognata mortis cauſa Capio. In genere

in ſpecie, quid

Ejus cauſæ.

XLV. Ad hujus Donationis cognatę pertinet mortis cauſa Capio, ita dicta, ut uſucapio, pignoris capio. In generali ſignificatione eſt, quando aliquid propter mortem alicujus capitur, i. e. acquiritur. Et hoc modo ſub ſe comprehendit hæreditatem, legatum, fideicommiſſum, mortis cauſa donationem *l. 8. pr. l. 18. pr. l. 31. pr. l. 38. ff. h. t. l. 55. in f. ff. de C. & D.* Voëtius *num. 9. & 10. h. t.* In ſpecie illas denotat acquiſitiones, quæ mortis occaſione fiunt, proprio verò vel ſpeciali nomine carent. *d. l. 31. pr.* ibi P. de Caſtro, & *ad l. 18.* Brunnemann. *ad l. 8. ff. h. t. num. 1.* Cauſæ autem hujus mortis cauſa Capionis ſunt: (1.) Quando fit donatio non propter mortem donantis; ſed alterius, v. gr. filii, cognati *l. 8. l. 11. l. 31. pr. ff. h. t.* (2.) Ut quis hæreditatem vel legatum omittat. *d. l. 8. d. l. 31. §. 2.* Stryk. *in uſu moderno §. 11. h. t.* Struv. *Exerc. 40. th. 31.* ibiq; Müller. (3.) Conditionis implendæ cauſâ & quidem non ex bonis defuncti; ſed ex bonis conditionem implentis, nimirum ſtatu liberi, vel legatarii vel hæredis, v. gr. *Titius heres ſit inſtitutus, ſi Cajo decem dederit. l. 8* ibi Brunnemann. *l. 20. l. 21. §. 2. l. 36. l. 38. l. 41. ff. h. t.* & hoc caſu Cajo competeret Actio in factum. *l. 3. §. 9. in f. ff. de cond. cauſ. dat. c. non ſec.* vid. latiùs P. de Caſtro & Giphan. *ad. dd. ll. h. t.* D. Lauterbach. *Diſp. d. m. c. donat. th.* & Frommann *cit. Differ. th. 46.*

LIBER.

LIBER XL.

INter Judicia Prætoria referuntur cauſæ ad Statum & Libertatem perti- Connexiones
nentes unde præjudiciales actiones oriuntur. Cauſa ſtatûs eſt vel Liber- Libri XL.
tinitatis, & fit in genere per Manumiſſionem. Tit. 1. *De Manumiſſi-* Tit. 1.
onibus. quæ in ſpecie variis modis procedit, & quidem per hominem, vel in-
ter vivos ut Vindictâ: Tit. 2. *De Manumiſſis Vindictâ.* licet ſervi ſint Univer-
ſitatum vel Collegiorum. Tit. 3. *De Manumiſſionibus, quæ ſervis ad Univerſita-* 2.
pertinentibus imponuntur. Vel ultimâ voluntate & quidem verbis directis; 3.
Tit. 4. *De Manumiſſis Teſtamento.* Vel precariis. Tit. 5 *De Fideicommiſſa-* 4.
riis Libertatibus. Interim tamen libertas iterum adimitur. Tit 6. *De Ademp-* 5.
tione libertatis. Vel ſuſpenditur, & talis ſervus ſtatu liber dicebatur. Tit. 7. 6.
De Statu liberis. Alii ſine homine, per legem, libertatem conſequebantur. 7.
Tit. 8. *Qui ſine libertate ad manumiſſionem perveniunt.* Aliis verò, & maximè 8.
ob favorem creditorum, inutilis erat manomiſſio. Tit. 9. *Qui & à quibus ma-*
numiſſi liberi non fiunt, & Legem Æliam Sentiam. Inſuper libertini quandoque 9.
à Principe impetrabant annulum aureum. Tit. 10 *De Jure Aureorum annu-* 10.
lorum. Item ab eodem plenam ingenuitatem conſequebantur, ſi conſentiente
Patrono Natalibus reſtitui eſſent. Tit. 11. *De Natalibus reſtituendis.* Inter- 11.
dum Statûs controverſiâ: Liber quis ſit, an ſervus, movetur, ſicque cauſa
liberalis agitur; Tit. 12. *De Liberali cauſa.* de qua tamen non omnibus agere 12.
permiſſum eſt. Tit. 13. *Quibus ad libertatem proclamare non licet.* Alia cauſa 13.
ſtatûs eſt Ingenuitatis. Tit. 14. *Si ingenuus eſſe dicetur.* Hujuſmodi ſtatûs 14.
controverſiæ moveri amplius non poſſunt, ſi dictæ perſonæ quinquennio
jam deceſſerint. Tit. 15. *Ne de ſtatu Defunctorum poſt quinquennium quæratur.*
Illis verò viventibus, ſi per Colluſionem quicquam factum, omnes certo præ- 15.
mio ad illam detegendam invitantur. Tit. 16. *De Colluſione detegendâ.* 16.

TIT. I.

DE MANUMISSIONIBUS.

Inſtit. *Lib. 1. Tit. 5.* Cod. *Lib. 7. Tit. 5. 6. 7. 8. 10. 14. 15.* Cauſ. 12.
q. 2. c. 57. 58. 63. 68. Extra. *Lib. 1. Tit. 18.*

§. I.

POſtquam Jure Gentium ſervitus perſonarum Ingenuitatem invaſit, vid. ſu- Continuatio
prà *ad tit. de ſtat. hom. §. 7.* ſecutum eſt beneficium Manumiſſionis:

unde Cauſæ ſtatûs, vel actiones præjudiciales ſubortæ, de quibus Edictum Perpetuum fuit ſcriptum. Erhard *de ob ruſtic. concl. 2.* Hic ergò primò agendum de Manumiſſionibus, quibus ſtatus Libertinitatis conſtituitur. Titulis autem textibusque hujus Libri benè perceptis, ad ſimilia poſſumus argumentari.

Manumiſſionis Etymol. II. Manumiſſio dicitur quatenus ſervus à Domino è manu mittitur. Voce manûs ſumpta pro *poteſtate*, ſicut in *l. 2. §. 1. ff. de O. J.* Stryk. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Virgilius:

Ante oculos interque manus ſunt omnia veſtras.

Definitio! Imperator eam definit: quòd ſit de manu datio: *pr. I. de libert.* & JCtus Ulpianus dicit: Manumiſſio eſt de manu miſſio, i. e. datio libertatis. *Nam quamdiu quis in ſervitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitus eſt: Manumiſſus liberatur à Domini poteſtate. l. 4. ff. de J. & J.* & *de pr.* Servitus autem quid ſit, & quomodo conſtituebatur? vid. ſuprà *ad tit. de ſtat. hom. §. 6. & 7.* & quia materia ſervitutis in Hominibus propriis & Colonis hodiernùm ſuum habet uſum, ſuprà *d. t. §. 15.* Stryck *in uſu moderno §. 1. h. t.* quibus modis hoc jus conſtituatur, latè deducit Dn. Mevius, *Reſp.* Vom Zuſtand, Abforderung und verwilderter Abzug der Bauers-Leuthe. *Quæſt. 1. per tot.*

Manumittit Dominus non minor XX. ann. III. Manumittere poteſt Dominus qui non eſt minor XX. annis. Sufficit autem, ſi diem ſupremum anni vigeſimi attigerit. *l. 1. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 40. th. 34. ibique* Muller. Aliàs apud Conſilium, i. e. cum cauſæ cognitione fiat, neceſſe eſt. *l. 4. §. 2. l. 6. l. 11. ff. de man. vind.* Etiamſi Dominus miles ſit. *l. 3. ff. de man. teſt.* Hæc tamen reſtringenda ſunt ad manumiſſionem inter vivos. Aliud eſt, ſi detur teſtamento. *§. 5. I. qui & ex quib. c. man.* & Jure Novell. quilibet Minor, qui teſtamentum facere, manumittere poteſt. *N. 119. c. 2.* Auth. *Sed hodie. C. qui man. non poſſ.* Joh. Voetius. *h. t.* Qui verò Dominus eſt, regulariter ſervis ſuis, *l. 4. C. de his, qui à non dom. man.* tot, quot vellet, libertatem inter vivos dare poteſt ex L. XII. Tabb. *§. un. I. de L. Fuſ. Can.* Hinc Pater ſervum, quem filiusfamil. in caſtris quæſiit, manumittere nequit. *l. 17. ff. h. t. l. 6. C. de his qui à non dom.* Nec filiusfam. ſervum peculiarem ſine juſſu Patris *l. 13. ff. de Jure patron.* add. *l. 16. l. 22. ff. h. t.* Si autem Pater id permittens interim inteſtatò deceſſerit, & filius mortem hanc ignorans manumiſerit, libertas ſubſiſteret, non verò, ſi Pater denuò, ignorante licèt filio, vetuiſſet. *l. 4. pr. ff de mand. vind.*

Servus Jure Nov.

Prohibentur Prohibentur, qui pœnæ ſervi efficiuntur, Rei criminum capitalium; Lege Corneliâ damnati; *d. l. 1. pr. §. 1. & 2. ff. h. t.* item, ſi in fraudem creditorum manumittantur, *l. 10. ff. qui & à quib. manum.* vid. infrà *ad d. t.*

IV.

IV. Manumitti poſſunt Servi cujusvis generis, de Familia tam urbana, quàm ruſtica, de quibus videri poteſt Laur. Pignor. *tract. de Servis. & eor. ap. veteres miniſteriis.* nec tantùm adulti, ſed & infantes, *l. 25. ff. h. t.* vid. *§. 5. in f. I. qui & a quib. man.* & tunc Patroni ipſorum fiunt Tutores, *t. t. I. de leg. Patr. tut.* etiam Furioſi, *l. 26. ff. h. t.* & Inviti, *l. 15. §. 2. C. de teſtam. manum.* qui in Ventre portatur, & homo fieri ſperatur; *l. 14. C. de fideic. libert.* Servus communis, *l. 4. § 2. ff. de man. vind.* add. *t. C. de comm. ſerv. man.* & qui de cætero juſtè manumitti poſſunt, quales non ſunt alieni, *l. 4. C. de his, qui a non dom.* niſi quis putaverit, tantum alienum eſſe. Plus enim eſt in re, quàm in exiſtimatione *l. 4. §. 1 ff. de man. vind.* Item, qui hoc modo criminis volunt ſubtrahi, *l. 8. §. 3 ff. h. t. l. 12. §. 1. ff. qui & a quib. man. Ex qua lege inferri non poteſt, quod jus non utatur ratione: ibi enim caſus eſt ſingularis.* Hac lege venditi, ne in perpetuum manumittantur, *l. 9. ff. eod.* vel intra certum tempus, *l. 17. § 2 ff. qui & a quib. man. t. t. C. qui non poſſ. ad libert. perv.* ita propter admiſſum plagium intra decem annos manumitti non poterat ſervus. *l. 12. ff. h. t.* Servus in ſpecie oppignoratus *l. 3. ff. h. t. l. 3. C. de ſerv. pign. dat.* non in genere, ſi lex Ælia Sentia propter creditores non impedierit. *l. 29. pr. ff. qui & a quib. man l. 3 C. d. t. de ſerv. pign.* v. ſupra *§. 33. de pign.* Hâc L. Ælia Sentia etiam cavebatur, ut ſervus minor triginta annis teſtamento manumiſſus, eſſet quidem Latinus: ſed non fieret Civis Rom. Nam Libertini olim erant vel Dedititii, qui non parum aberant à ſervis; vel Latini Juniani, qui vivebant ut liberi, moriebantur ut ſervi, vel Cives Romani. *§. 3. I. de libert* vid. à Lomm. *de manum. l. 2. c. 5. 7. & 8.* Lex vero Fuſia Caninia, non, uti ratus Accurſius, à Cane; ſed à Q. Fuſio Caleno & P. Vaninio Coſſ. ita dicta, certum numerum ſervorum teſtamento manumittendorum definiebat; & uſque ad X. dimidiam partem, à X. uſque ad XXX. tertiam, à XXX. uſque ad C. quartam, & ſi plures fuerint, quintam partem manumittere concedebat. Cajus *Inſtit. lib. 1. t. 4.* Ulp. *fragm. t. 1. §. 24.* verùm Imperator non tantum hanc L. ſuſtulit, *l. un. C.* & *§. un. I. de L. Fuſ. Can. toll.* ſed & omnes libertos, nullo nec ætatis manumiſſi, nec Domini manumittentis, nec in manumiſſionis modo, diſcrimine habito, Civitate Rom. donavit. *§. 1.* ibi Vinn. *I. de libert. l. 17. ff. de ſtat. hom. l. un. C. de dedit. toll. l. un. §. 6. C. de libert. Lat. toll.* Libertinus autem dicitur, qui ex juſta ſervitute manumiſſus eſt, der nicht frey gebohren ſondern frey gelaſſen iſt. *pr. I. de libert l. 6. ff. de ſtat. hom.* Manumiſſio verò putativa, & quòd quis pro libero habeatur, non exonerat. *l. 29. pr. ff. de lib. cauſ.* v. gr. ſi quis ingenuus natus in ſervitute juſta non fuerit, & poſteà manumiſſus ſit; *§. 1. I. de ingen. & t. t. C. de ingen. manumiſſ.* & ſi

Manumittuntur Infantes, Furioſi, Inviti.

Prohibentur.

L. Ælia Sentia quid cautum ?

Quid L. Fuſia Caninia ?

Juſtin. abrogat

Libertinus quis? Manumiſſio putativa non ſufficit.

ſuis nummis redemptus, illos poterat repetere. *l. 1. §. 5. ff. de cond. c. dat. c. non ſec.*

Coram quo fiebat ind. ubi, in Provinciis?

V. Manumiſſio fieri debuit in Urbe coram Conſule vel Prætore. *l. 1. l. 20. §. 4. ff de man. vind.* In Provinciis coram Pro-Conſule *l. 2. ff. de offic. Proconſ. l. 17. pr. ff de man. vind.* ejusque Legato, *d. l. 17. §. 1.* qui ſcil. Proconſuli adjunctus Provinciam ingreſſus, mandatam ſibi juriſdictionem etiam in aliis exercet, *l. 4. ff. de off. ejus cui mand. jurisd. l. 6. §. 1. l. 13. ff. de offic. Proc.* & ita conciliandæ ſunt. *d. l. 2.* & *d. l. 17.* vid. Diſp. *de volunt. jurisd. th. 17.* vel Præſide pro tribunali ſedente, *l. 2. ff. de offic. Præſ. l. f. C. de man. vind.* ubi tales non erant, apud Præfectum Ægypti. *l. 21. ff. eod.* Conſul, etiam minor XX. annis, apud ſe poteſt manumittere, *l. 21. pr. ff. d. t.* modo cauſa apud Collegam examinata & probata. *l. 1. ff. de off. Conſ.* Non obſt. *d. l. 21.* cum aliud ſit examen, aliud actus manumiſſionis. Pater apud Filiumfamilias, & Filiusfamilias apud Patrem voluntate Patris, *l. 18. ff. eod.* & apud omnes, qui legis actionem habent. Minor autem XX. annis apud Collegium *præc. §. 3.* Poſteà favore libertatis permiſſum eſt ſemper manumittere, etiam Magiſtratu pro tribunali non ſedente, ſed ubique locorum prodierit, licèt ſine lictore, *l. 7. l. 8. ff. h. t.* & quovis tempore & die. *§. 2. I. de libert.* à Loom. *l. 3. cap. 2. & ſeqq.*

Conſul apud ſe. Pater apud Filiumfam.

Omni tempore & loco.

Cauſæ manumiſſ. juſtæ.

VI. Juſtæ manumittendi Cauſæ ſunt: Si periculo vitæ infamiæve Dominum ſervus liberaverit. Nam vita & fama pari paſſu ambulant. *l. 9. pr. ff. de man. vind.* ſed vid. *l. 38. §. 9. ff. ad L. Jul. de adult.* Plures recenſentur in *§. 5. I. qui & ex quib. cauſ. man. l. 11. & ſeqq. ff. de man. vind.* quales Dominus minor XXV. annis apud Conſilium probare debet. *l. 11. de man. vind.* Semel verò cauſa approbata, ſive vera ſit, ſive falſa, non retractanda. *l. 9. §. 1 ff. eod. §. 9. I. d. t. l. 2. C. de fideic. lib.* cùm in ambiguis ſenſibus, & maximè in libertate, melius ſit humaniorem amplecti ſententiam. *l. 14. in f. C. de fideic. lib. l. 24. §. 10.* ibi: *Multa contra juris rigorem pro libertate ſunt conſtituta ff. eod.* Majores juſtam cauſam allegare non debent, quamvis plurimæ cauſæ tàm publicæ, quàm privatæ poſſint eſſe, quarum catalogum ex hiſtoria recenſet à Loom. *l. 3. c. 5.* ibi: *§. 11 Terentius Afer à Terentio Lucano Senatore ob ingenium & formam maturè manumiſſus eſt.* Item, ſi quis ſuis nummis, quos ex induſtria & frugalitate acquirere potuit, redemptus ſit, libertatem adipiſcitur. de quo modo vid. *l. 4. & 5. ff. l. 10. l. 21. l. 24.* Struv. *Exerc. 40. th. 32. cum ſeqq.* ubique Muller *h. t.*

TIT.

TIT. II.

DE MANUMISSIS VINDICTA.

Inſt. *Lib. 1. Tit. 5. & 6.* Cod. *Lib. 1. Tit. 13. Lib. 7. Tit. 1. 6. & 15.*

§. I.

JUſtam libertatem conſequebantur olim tribus manumiſſionum ſpeciebus. Cenſu, Vindictâ, Teſtamento; poſtea plures introducti, & recenſentur *in §. 1. I. de libert.* Fiunt autem vel Verbis, vel Factis; vel Inter vivos, vel ultimâ Voluntate. Iſto modo, per Cenſum: nam ſi quis jubente, vel patiente Domino, cenſu luſtrali in campo inter Romanos cenſum profitebatur, ejusque nomen in cenſum relatum, liber & civis Rom. fiebat, cum cives Rom. tantum cenſerentur. Sig. *l. 1. de antiq. jur. civ. Rom. c. 14.* à Loom. *l. 1. c. 2.* In hujus locum Conſtantinus introduxit modum tribuendæ libertatis in Eccleſia. Manumittentes religioſâ mente ſervos propriâ manu ad Eccleſiam ducebant, & in ipſius gremio libertatem concedebant. *l. 1. l. 2. C. de his, qui in Eccl. man. l. 2. C. comm. de manum.* Modi Manumiſſionis. Ad juſtam libertatem. Per Cenſum. In Eccleſia.

II. His modis illum addidit Auguſtus, qui fit Vindictâ, de qua agitur *h. t.* Ita dicitur à vindicando, & ſecundum alios à vindice, vel Vindicio, Vitelliorum ſervo, primum ita manumiſſo. Grot. *ad §. Inſt. h. t.* & eſt Virgula, quam lictor, juſſu Magiſtratus, capiti manumittendi imponens, eundem in libertatem vindicabat. Servus autem raſo capite ducebatur ad Prætorem, *l. 1. ff. h. t.* eumque Dominus tenens in gyrum agebat, & intervertendum alapâ percuſſum, è manu emittebat, dicens, Hunc hominem liberum eſſe volo; quæ poſtea quidem non neceſſaria fuere *l. 23. ff. h. t.* Porro Prætor vindictâ, i. e. virgula per lictorem capiti manumittendi impoſitâ, illum liberum pronunciabat. Poſtea ducebatur in templum Feroniæ, genubus ſedens pileum accipiebat. Hinc ad pileum, i. e. ad juſtam libertatem, vocare. Porrò accipiebat togam, ut cæteri cives; & ſoleas, cùm antea vel nudis pedibus fuerit, vel habuerit ſculponeas, i. e. ſerviles calceos plumbo ligatos. Holſchuh. Turnebus, *Adverſ. l. 16. c. 4.* denique nomina accepta, (ſcil. prænomen, nomen & cognomen, v. gr. *Ciceronis libertus dictus eſt Marcus Tullius Tiro.* Cic. *ad Attic. l. 4. Ep. 14.*) in acta referebantur, adſcriptâ manumiſſionis causâ. Quibus peractis manumiſſi Civitatem Romanam obtinebant, & ad omnia civium privilegia, niſi vellent in urbes ſuas reverti, admittebantur, Auth. *Sed hodie C. de jur. aur. ann.* præteraque in certa tribu debebant eſſe, ut etiam capere poſſint Prin- Vindicta. Quid eſt? Quomodo fiebat? Ad pileum vocare. Effectus.

cipem

cipum liberalitates. *l. 35. ff. de leg. 3.* ubi hæc latiùs explicat à Loom. *l. 1. c. 3. num. 6.* & *l. 2. c. 3. num. 3. & 5.* Qui autem, quomodo, & apud quem hoc modo manumittere poſſint? *in præced. tit.* dictum eſt.

Modi Man. ad minus juſtam libertatem Per Epiſtolam.

III. Ad modos juſtæ libertatis acquirendæ pertinet adhuc, quæ ultimâ voluntate data eſt, de qua *ad ſeq. tit. 4.* Minus juſta libertas acquiritur manumiſſione per Epiſtolam. *d. § 3.* Cùm Dominus, epiſtolâ, per ſe, vel tabularium ſcriptâ, ad ſervum miſſâ, ei concedebat, ut liber viveret, eum in libertatem perducere voluiſſe cenſetur, modo epiſtola V. teſtibus ſubſcripta ſit, *l. un. §. 1. C. de libert. Lat. toll.* & ſervus, illâ acceptâ, Domini voluntatem cognoverit. Exemplum vid. *in l. 38. pr. ff. de A. vel A. P.* Inter amicos: *d. §. 1. I.* Si Dominus ſimiliter V. teſtibus adhibitis voluntatem ſuam explanaverit. *d. l. un. §. 2.* Per Menſam: Si Dominus ſervum libertatis dandæ gratiâ convivio adhibebat, & dicebatur Cœna libera. Hiſce modis manumiſſi erant quidem in libertate; ſed Latini, qui jus Civitatis non habebant, in ſervitutem revocari poterant: Civitatem tamen Romanam acquirebant beneficio Principis, Iteratione, Militiâ, & Nave, causâ apud Conſilium probatâ. à Loom. *l. 2. c. 7.* Quamvis omnia correcta ſint. *§. 3. I. de libert. d. l. §. 6.* add. Struv. *Exerc. 40. th. 38. cum ſeqq. ibique* Muller.

Inter amicos. per Menſam.

Cœna libera. Effectus.

Ad Cognatos ſeu Homines proprios, qui quaſi manumittuntur variis modis.

IV. Sicuti valet argumentum à ſervis ad hodiernos Homines proprios dictos. *confer. ſupra §. 15. de ſtat. hom.* Sic etiam inter hos obtinet manumiſſio, & ſolvitur jus Domini in illos acquiſitum: (1.) Refutatione & renunciatione. (2.) Manumiſſione Domini, tam inter vivos, quàm ultimâ voluntate: ut & Legitima. Germ. Loß-Brieff. Stryk. *in uſu moderno §. 8. h. t.* (3.) Surrogatione alterius Coloni. (4.) Præſcriptione. D. Lauterbach. *in Differ. Jur. Civ. & Hamburg. th. 2. & §. 2. tit. de ſtat. defunct.* (5.) Adepta dignitate. (6.) Transmigratione ad locum contra jus agricolationis privilegiatum. (7.) Si Dominus propter abuſum jure ſuo privatur. (8.) Domino excommunicato aut bannito. De quibus ſingulis latè videre eſt Stamm. *de Serv. perſ. l. 3. c. 37. & 38.* Mev. *d. Rel.* Vom Zuſtand der Bauersleuthe. *Q. 3. per tot.* & quibus modis Ruſtici ad mare Balthicum à gleba ſeparentur, vid. ap. Mev. *p. 2. dec. 234.* Præterea ex priſtino ritu manumiſſionis vindictâ multis videtur fluxiſſe mos hodiernus, quo noviter creatis Doctoribus pileus imponitur. Item, quod Principes & ſimiles nobilibus ephebis & miniſtris ſuis perfectam ætatem adeptis, impacto colapho, his verbis Das leyde von mir und von keinem andern, & donato gladio, jus arma geſtandi concedunt, & ex poteſtate ſuâ dimiſſos declarant, vulgò: Wehrhafft machen. Beſold. *Th. Pract. hâc voce:* hujus ſpeci-

Doctor-Huth auffſetzen.

Wehrhafft machen.

ei

es eſt in ſcholis, quando Beanum deponunt & literis mancipant. Knipſchild. *de Nobilit. l. 2. c. 3. num. 10. & 11.* ſicut Romæ ingenui adoleſcentes, depoſitâ puerili togâ, civilem, quam *Togam liberam* appellarunt, ſumere, & in forum deducti, in viros tranſcribi ſolebant. Roſin. *antiq. l. 5. c. 32.* Bernegg. *quæſt. ad Tac. 66.* Bambergæ, Herbipoli, &c. hodienùm ſingularis viget ita dictæ Emancipationis ritus, antequam Nobilibus Domicilaribus, præſtitis de cætero præſtandis, aditus ad Capitulum pateat. *Deponiren.* *Toga libera.*

TIT. III.

DE MANUMISSIONIBUS, QUÆ SERVIS AD UNIVERSITATEM PERTINENTIBUS IMPONUNTUR.

Cod. *Lib. 7. Tit. 9.*

SIc etiam Servi Univerſitatum vel Collegiorum licitorum, i. e. quibus coëundi jus eſt, *l. 1. ff. h. t.* decreto totius ordinis, *l. 2. C. de Serv. Reip. man.* conſentiente quoque Præſide Provinciæ, *l. 1. C. d. t. d. l. 1.* per Actorem vel Syndicum vindictâ manumitti poterant, datis in eorum locum vicariis *d. l. 1. C.* Licèt privati hoc per procuratorem facere nequeant, manumiſſi tamen non fiunt liberti ſingulorum; ſed totius corporis. *l. 10. §. 4. ff. de in jus voc.* vid. ſuprà *ad tit. de libert. Univ.* Nec libertas ſemel data poteſt retractari; licèt vicarius ſurrogatus in fugam ſe converterit, *d. l. 1. C.* Quanti autem ſervus communis fuerit æſtimatus? vid. *l. 1. §. 3. C. de comm. ſerv. man.* Struv. *Exerc. 40. th. 40. ibique* Müller. Joh. Voëtius *h. t.* *Manumittuntur quoque Servi Univerſitatum, dato Vicario; Licet vicarius aufugerit.*

TIT. IV.

DE MANUMISSIS TESTAMENTO.

Inſtit. *Lib. 1. Tit. 6. §. 2. & Tit. 7. & Lib. 2. Tit. 24. §. 2.* Cod. *Lib. 7. Tit. 2. & 3.*

§. I.

SUprà dictum, Manumiſſionem fieri quoque Ultimâ Voluntate, eamque libertatem confirmat Lex XII. Tabb. & ſervos nonnunquam exprimit ſub nomine *Familiæ. l. 195. §. 1. ff. de V. S.* Datur libertas Teſtamento, verbis vel directis, vel precariis. Illo modo, ſi quis directè ex Teſtamento vel Codicillis teſtamento confirmatis, *l. 43. ff. h. t.* liber eſſe jubetur: *Stichus ſervus meus liber eſto. l. 4. ff. h. t.* Hîc impoſitione pilei & aditâ hære- *Libertas Teſtamentaria eſt vel Directa,*

Orcinus quis?

hæreditate libertus conſtitutus appellatur Orcinus, *l. 10. C. h. t.* & eſt libertus ipſius teſtatoris. *§. 2. I. de ſing. reb. per fid. rel.* qui nullum agnoſcit Patronum, cui obſequium, operas & bona debeat. *l. 4. C. h. t.* Tribuitur autem

Quomodo tribuatur? tacite?

vel Expreſsè, vel Tacitè: ut ſervum proprium hæredem inſtituendo: *§. 2. I. qui & ex quib. c. manum.* Filium nominando. *§. f. I. de adopt.* Tutorem dando, etiam non ſpecialiter, *§. f. I. de adopt.* adſcripta libertate. *l. 26. ff. h. t. §. 1. I. qui teſt. tut. l. 32. §. 2. ff. eod.* Non obſt. *l. 9. C. de fid. lib.* quæ accipienda de

Obj. Reſp. Non refert; purè vel ſub conditione. e. g.

caſu, quo ſervo tutor datus eſt Codicillis, vel verbis precatiis. vid. Hahn. *ad W. ad tit. de ſtat. lib.* Porro vel purè, vel ſub conditione, vel in diem, *l. 7. l. 8. l. 16. l. 17. l. 23. §. 1. ff. h. t. l. 17. l. 18. ff. de fideic. lib.* ediſi teſtator ſcripſerit: *Poſt annos, poſt biennium liber erit. d. l. 17. §. 1.* Ac perinde eſt, in dando, an faciendo, aliove caſu conditio conſiſtat. *l. 33. §. 1. ff. de fid. lib.* De conditione: *Si hæredi placuerit,* vid. *l. 41. §. 4. ff. eod.* Conditio: *Si rationes reddiderit:* comprehendit præſtationem reliquorum *l. 37. ff. eod. l. 82. ff. de C. & D.* *Si hæredi meo annos ſervierit,* computantur dies 365. etiamſi ſervire cupiens valetu-

Sed non ad tempus.

dine adverſa aliave juſtâ causâ impediatur. *l. 4. §. 5. ff. de ſtatu lib.* Non datur ad certum tempus, hæc enim adjectio ſupervacua eſt. *l. 33. & l. ſeq. ff. d. t.* Libertas ſub conditione juriſjurandi relicta nulla eſt. *l. 12. pr. ff. eod.* Libertate ſub pluribus conditionibus non conjunctim, ſed ſeparatim datâ, ſufficit leviſſimæ paruiſſe. *l. 45. ff. h. t.*

Servus ſit in teſtatoris poteſtate. Teſtament. valeat. Hæreditas adeatur.

II. Teſtamento directa datur libertas iis ſervis, qui teſtatoris fuerunt utroque tempore, & quo teſtamentum fit, & quo moritur. *l. 35. ff. h. t.* Exceptio eſt in *l. 30. ff. eod.* Et demùm competit, ſi teſtamentum valeat, (Pii tamen Filii nihilominus Parentis voluntatem adimpleant, *l. 38. de fid. lib.*) & ex eo adita ſit hæreditas, vel ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſideat hæreditatem, *d. l. 23. pr. ff. & l. 10. l. 11. C. d. t.* vel ſcriptus hæres cum legi-

Licet ab uno ex pluribus.

timo colluſerit, *l. 12. C. eod.* licet neceſſarius hæres abſtineat. *l. 32. ff. eod.* Vel ſi plures, vel ſub conditione inſtituti & unus tantùm impleverit, vel purè adierit, *l. 11. §. 1. l. 25. ff. h. t.* idque propterea, ut ſervus haberet, qui eundem liberum pronunciari curaret. Sed vid. *l. 13. ff. de judic. & l. f. Cod. h. t. l. 1. C. de aſſert. toll.* Imp. Juſtinianus ſervis plenè proſpexit.

Servus ſit proprius. in teſtam. denotatus.

III. Servus debet eſſe proprius: *l. 9. C. h. t.* Ejus nomen teſtamento inſeratur, ſi plures ſunt, ex artificio, vel officio, vel alio modo evidenter denotentur. *l. 24. ff. eod.* Lex Fuſia Caninia, de qua vid. *ad tit. de Manum. §. 4.* non ul-

Cur tantum 100. manumitti poſſint?

tra Centum in teſtamento manumitti permiſit, cujus rationes putat à Loom. quia morientes ſoleant eſſe liberaliores, & ut plurimi libertini pileati defunctorum Patronorum funus comitarentur. *d. tr. l. 1. c. 4. n. 29.* Sed d. l. ſuſtulit Imp. Juſtinianus,

ſtinianus, *tit. J. & C. de Leg. Fuſ. Can. toll.* Struv. *Exerc. 47. th. 41. cum ſeqq. ibique* Mullerus.

TIT. V.
DE FIDEICOMMISSARIIS LIBERTATIBUS.

Inſtit. *Lib. 2. Tit. 24. §. 2.* Cod. *Lib. 7 Tit. 4.*

§. I.

Vel Fideicommiſſaria. Sufficiunt quæcunque verba.

Fideicommiſſaria Libertas dicitur, quæ relinquitur verbis precariis, v. gr. *rogo, precor, fidei tuæ committo, ut Stichum manumittas.* Datur Teſtamento & Codicillis non confirmatis, & ab inteſtato. *l. 41. ff. l. 1. l. 11. C. de man. teſtam. l. 24. §. 11. l. 31. §. 1. l. 38. ff. h. t.* Nec refert, teſtator verbis ſive vulgaribus atque formalibus, *d. l. 21. §. 1.* ſive eandem mentem, vel neceſſariam præſumptionem inferentibus, v. gr. *ut Stichus poſtea ſerviret: vel ut venderetur d. l. 24. §. 7. & l. l. 21. ff h. t.* voluntatem ſuam expreſſerit; *l. 16. ff. h. t.* imò ſi mens ſit in obſcuro, libertas prævalet. *l. 10 ff h. t. l. 10. §. 1. ff. de man. teſtam.* Si autem quis ſervo, & directò, & per fideicommiſſum, libertatem dederit, in ſervi poteſtate eſt, quomodo ad eam pervenire velit. *l. 56. ff. de man. teſtam.*

Mens Teſtatoris obſcura.

Quinam ſervi h. m. manumit. Etiam alieni; modò Dominus aliquid perceperit.

II. Nec intereſt, utrum de ſuo proprio ſervo teſtator roget, an de eo, qui ipſius hæredis, aut legatarii, vel etiam extranei ſit. *§. 2. I. de ſing. reb. per fideic. l. 12. §. 1. l. 16. ff. l. 6. C. h. t. l. 14. §. 1. ff. de leg. 2.* Item, ſi Pignoratus; *l. 24. §. 10. ff. h. t.* ita tamen, ut Dominus extraneus, qui rogatus eſt, aliquid ex fideicommittentis judicio perceperit; *l. 6.* tunc enim ad vendendum ſervum poteſt cogi, ut manumittatur. *l. 13. C. eod.* Sin nihil perceperit, nec vendere velit, hæres vel legatarius non debet conſequi relictum, quàm ſi caverit, tempore procedente, quoad poſſit, ubicunque occaſio ſervi redimendi fuerit, ſe manumiſſurum. *d. §. 2. I. l. 7. l. 41 ff. l. 6. C. h. t.* Sin hæres vel legatarius ſuum ſervum manumittere rogatus ſit, & hæreditatem vel legatum agnoverit, cogitur manumittere: *l. 8 ff. h. t.* etiamſi plus ſit in pretio ſervi, *l. 24. §. 12. ff. eod. l. 33. ff. de man. 25. ann.* add. *l. 20. ff. h. t.* ubi Pomponius ſenex LXXVIII. annor. diſcendi cupiditatem declaravit, etſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere. Alienum verò ſervum, ut dictum, quoad poteſt, redimere, & ipſum ſimiliter manumittere cogitur, modò tanti ex judicio fideicommittentis acceperit, *d. l. 24. §. 12. l. 39. ff. h. t.*

Servus expectare debet hæreditatem aditionem.

III. Servus tamdiu expectare debet, donec adita hæreditas, vel agnitum legatum. *l. 1. C. h. t.* Si fiduciarius abſens ſit, vel moram committat is, cui libertas relicta, poteſt adire Præſidem Provinciæ, ut vel decretum contra latitan-

In caſum moræ ipſi conſulitur. *Si ancilla interea pepererit?* *Si rogatus deceſſerit?* *Vel Fiſcus ſuccedat?*

tem interponat, vel ad manumittendum eum, qui debet, urgeat, *l. 19. ff. l. 11. C. h. t.* vel ſententia ſua eum in libertatem eripiat, & tunc habebitur, ac ſi directò libertatem conſequutus ſit. *l. 5. l. 22. §. 2. ff. l. 15. & ſeqq. C. h. t.* Sed ſi tempore moræ etiam fortuitæ ancilla manumittenda peperit, natus matri dandus, ut ejus fiat libertus. *l. 13. l. 53. ff. h. t.* Vel ſi Mater deceſſerit, tamen ex illa nato libertas præſtanda. Parvulis enim ſubveniendum; dum in illis nulla deprehenditur culpa. *l. 54. l. 55.* add. *l. 26. §. 1. & ſeqq. ff. eod.* Sin rogatus ante manumiſſionem deceſſerit ejus ſucceſſores debent manumittere. *l. 12. §. 1. ff. h. t.* Imò hæreditate Fiſco vindicatâ libertas nihilominus debetur. *d. l. 12. §. 2.* Et libertate ſemel conſecutâ, licet codicillis poſtea falſis pronunciatis, ex poſteriore eventu non infirmatur. *l. 2.* junct. *l. 14. in f. C. l. 24. §. 10. ff. h. t.*

Effectus.

IV. Ex fideicommiſſo manumiſſus non teſtatoris fit libertus, etiamſi ejus ſervus ſit; ſed ipſius, qui manumittit, *d. §. 2. I. de ſing. reb. per fideicommiſſ. l. 7. C. h. t.* & manumiſſor tàm contra tabulas, quàm ab inteſtato ad bona manumiſſi venire poteſt, ſed operas ei imponere, vel impoſitas ab eo exigere nequit. *l. 42. ff. l. 2. C. de oper. libert. l. 29. ff. de bon. libert.* Struv. *Exerc. 40. th. 45. cum ſeqq.* ibique Muller.

TIT. VI.
DE ADEMPTIONE LIBERTATIS.

II. Libertas poteſt adimi a teſtatore, *& L. Papia.*

Libertas teſtamento adſcripta, & ipſo jure valida iterum adimi poteſt, *l. 51. §. 1. ff. de man. teſt. l. 43. ff. de fideic. lib.* & non tantùm ab ipſo teſtatore; *§. 1. I. de H. I. l. 10. §. 1. ff. de man. teſt. l. 50. ff. de fid. lib.* ſed etiam quandoque ex poſtfacto adimebatur, & eripiebatur ipſa lege, tanquam indigno, *l. un. ff. h. t.* ſcil. L. Papia ei; qui tacitam fidem teſtatori in fraudem legis accommodaſſet. *l. 10. l. 11. ff. de his, quæ ut indign.* Alia Exempla vid. *in l. 5. §. 2. ff. d. t. l. 8. ff. de manum. l. 76. §. 4. ff. de leg. 2. l. 2. C. de libert. & eor. lib.* Struv. *Exerc. 40. th. 49.* ibique Mullerus.

TIT. VII.
DE STATU LIBERIS.

Statu liber quis?

Statu liber eſt, qui ſtatutam & deſtinatam in tempus vel conditionem libertatem habet. Fitque vel conditione expreſsâ, vel vi ipsâ. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Tamdiu autem libertas teſtamento ſub die adſcripta eſt in ſuſpenſo, donec conſtet, vel conditione fraudatine ſint creditores, necne, & ſi fraudati, an velint jure ſuo uti? nam ſi fraudati jure ſuo non utantur, actus erit validus, & manumiſſus retrò liber factus intelligitur. *d. l. 1. §. 1.* Quamdiu pendet

pendet conditio, hic ſtatu liber quidem vocatus, ſervus tamen eſt hæredis, *l. 9. §. ff. h. t.* & quicquid ſtatu libera peperit. *l. 16. ff. eod. l. 26. §. 5. ff. de fideicomm. lib. 3. ff. quib. ad lib. procl. non lic.* Et à cæteris ſervis nihilo penè differt, uti explicatur *in l. 29. pr. ff. eod.* ſemper tamen ſalvâ ſpe libertatis, *l. 2. pr. l. 9. ff. h. t.* & proin ſi v. gr. intermedio tempore vendatur, dictis conditionibus, in præjudicium futuræ libertatis, onerari nequit; *l. 25. ff. eod.* ſin hæres vel alius quis, in cujus perſona conditioni parendum, moram faciat libertati, invito etiam hærede fit liber. *l. 3. §. 1. 10. & paſſim h. t.* Conditione verò nimium difficili, vel penè impoſſibili, vel in nimis longum tempus adjectâ, libertas inutiliter datur, quia animus dandæ libertatis non eſt. *l. 4. §. 1. ff. eod.* Struv. *Exerc. 40. th. 50. cum ſeqq.* ibique Müller.

Intermedio tempore eſt ſervus.

Nil tamen fiat in præjudic. ipſius.

Nec mora.

Si conditio difficil.

TIT. VIII.

QUI SINE MANUMISSIONE AD LIBERTATEM PERVENIUNT.

Cod. *Lib. 4. Tit. 57.* & *Lib. 7. Tit. 13.*

HActenus de libertatis datione, quæ ab hominibus & regulariter non niſi à Dominis conſenſu fiebat, hoc titulo agitur de Legitima quæ fit immediatè à lege, ipſo jure, v. gr. ſi ſervus venditus, ut intra certum tempus manumitteretur, & dies venerit. *l. 1. l. 3. ff. h. t.* Sed ſi tempus non additum, vid. *l. 5. ff. eod.* Si æger à Domino tædio medendi expoſitus, ex pro derelicto habitus, *l. 2. ff. eod.* Ob necem Domini incorruptis probationibus detectam fit. Orcinus *l. 5. ff. eod. l. 1. C. pro quib. cauſ. ſerv. pro pram. lib. acc.* Si ancilla vendita, ne proſtitueretur, & proſtituta fit. *l. 6. §. 1. l. 7. pr. ff. de jur. patr. d. tit. C. ſi manc. ita ven.* Si adulterinos Monetarios, Raptores virginum, Deſertores militiæ detulerit. *l. 2. l. 3. l. 4. C. pro quib. c. ſervi.* Si libera ſe ſervo miſcuerit, creditur ancillam eſſe voluiſſe, & in ſui ſervitutem conſenſiſſe; libertatis tamen favore ortum, ne materna turpitudo ea macula liberos aſpergat. *pr. I. de ingen.* à Loon. *l. 4. c. 1. num. 4.* Imò Juſtin. ſancivit, Liberam vel Libertam tali infelici cupidine raptam vel deceptam, ne ſimul ſit dedecus fulgori ſuæ cognationis, in ſervitutem propterea non deduci; & inſuper Domino licere, per ſe, vel Præſidem Provinciæ, ſervum ob ejusmodi conamen caſtigatione competenti corrigere, & à tali muliere abſtrahere. *l. un. C. de SCt. Claud. toll.* Struv. *Exerc. 40. th. 52.* ibique Müller.

Libertatis datio Legitima, Cujus exempla.

TIT. IX.
QUI ET A QUIBUS MANUMISSI LIBERI NON FIUNT, ET AD LEGEM ÆLIAM SENTIAM.

Inſt. Lib. 1. Tit. 6. Cod. Lib. 7. Tit. 10. 11. & 12.

§. I.

Contraria ſunt cauſæ manum. injuſtæ. v. gr.

QUidam, manumiſſi licet, liberi tamen ipſo jure non fiebant, lege ſcilicet impediente, & manumiſſiones inutiles erant. v. gr. Si à non Domino manumiſſus. *l. 1. C. de his, qui a non dom. man.* Si ſervus relegatus in urbe moratur. *l. 2. ff. h. t.* Qui coegit Dominum, ut eum manumittat. *l. 9. pr. ff. eod.* Si Dominus ſervum criminis reum non defenderit. *d. l. 9. §. 1. l. 9. ff. de publ. jud.* Qui hâc lege venierint, ne manumittantur: Vel juſſu Præſidis prohibiti manumitti. *d. l. 9. §. 2. l. 1. & 2. C. qui non poſſ. ad lib. perv.* Plures cauſas injuſtas vid. *preced. tit. de man. §. 3. & 5.*

L. Ælia Sentia. Ejus 1. cap. proſpicit creditoribus.

II. Potiſſimùm autem h. t. impedit libertatem Lex Ælia Sentia, tempore Auguſti, Sexto Ælio Lamia & C. Sentio Saturnino Coſſ. lata. Hujus autem duo ſunt capita: Primo proſpicitur Creditoribus, ut manumiſſio in fraudem eorum facta, ipſo jure nulla ſit: *pr. & §. 3. I. l. 11. §. 1. l. 24. l. 25. l. 27. pr. l. 29. ff. h. t.* etiamſi in militari teſtamento adſcripta ſit. *l. 8. §. 1. ff. h. t.* Nam ſi ſemel competeret libertas, amplius revocari non poſſet. *l. 2. C. de op. libert. l. 9. §. f. ff. de min. 25. ann.* Sicut ruſtici à gleba ſemel ſeparati, iterum ad iſtam vindicari nequeunt. Mevius, *p. 2. dec. 234.*

Si manum. fiat. 1. Fraude. 2. Manumiſſor non ſolvendo non ſit.

III. Ut autem manumiſſio in fraudem Creditorum facta cenſeatur, duo copulativè requiruntur: (1.) Ut fiat conſilio fraudis vel dolo, quatenus manumittens ſcit, jam eo tempore ſolvendo non eſſe. (2.) Eventus reſpondeat, ut ipſa re tempore, quo manumittit, ſolvendo non ſit, vel datis libertatibus deſiturus ſit ſolvendo eſſe. *§. 3. J. l. 10. ff. h. t. l. 1. ubi revocare impropriè ſumitur pro impedire. C. qui man. non poſſ.* ibi: *animus manumittentis & eventus damni. l. 4. §. 19. ff. de fid. lib.* Aliud enim eſt, ſi animum fraudandi non habuerit: cùm ſæpè de facultatibus ſuis amplius, quàm in his eſt, ſperent homines. *§. 3. J. quibus ex Cauſ. manumitt. non licet:* quod frequenter accidit iis, qui tranſmarinas negotiationes, & in aliis regionibus, quàm ubi ipſi morantur, per inſtitores exercent: *d. l. 10.* ſed hæc de fideicommiſſariis libertatibus non intellig. in quibus non animus & eventus ſimul ſpectatur, ſed ex eventu tantùm fraus obtinet. *l. f. C. h. t. d. l. 10. & 19.*

IV.

IV. Attamen d. lex, licet Domini ſolvendo non ſint, ſed nullum alium hæredem habeant, ipſis permittit, ſervum ſuum teſtamento manummittere, etſi ſine mentione libertatis hæres inſtitutus ſit, & hoc modo fit liber, hæresque ei ſolus & neceſſarius. *§. 1. & 2. J. d. t.* Nemo enim alius hæres ne quidem ex ſubſtitutione exiſtere debet. *l. 57. ff. de H. I.* Si plures manumiſerit, primo loco ſcriptus tantùm liber erit. *l. 24. ff. h. t. l. 60. ff. de h. I.* Reliquorum verò ſtatus in ſuſpenſo eſt; *l. 1. ff. de ſtat. lib.* Si duo ſervi eodem gradu inſtituti, vid. *l. 42. & 43. ff. de H. I.* Servus autem hæres inſtitutus, ſive velit, ſive nolit, omninò poſt mortem teſtatoris protinus liber & hæres neceſſarius eſt. *§. 1. J. de her. qual. & diff. l. 57. §. 2. ff. de A. vel O. H.* vid. ſupra *ad tit. de A. vel O. H.* §. *6.* ut famæ defuncti conſulatur: nempe ut habeat hæredem, quibus hæredibus ſatisfacturus eſſet aut creditores bona hæreditaria ſervi nomine poſſideant & diſtrahant. Pro hoc verò incommodo ſervus conſequitur rem inæſtimabilem libertatem; & quicquid poſt mortem Patroni ſui ſibi acquiſierit, ipſi reſervatur, *d.* §. *1.* ſi ſcil. prius, quàm ſe dominicis miſcuerit, bonorum ſeparationem impetraverit. *l. 1. §. ſ. ff. de ſeparat.*

Dominus; qui non ſolvendo. in. poteſt teſtamento manumittere.

Ita ſervus fit hæres. neceſſarius. *Ratio.*

V. Altero capite d. Legis Domino minori XX. annis non aliter manumittere permittitur, quàm ſi, dicta apud conſilium juſta cauſa manumiſſionis approbata fuerit manumiſſio. *§. 4. J. d. t.* In conſilium autem adhibebantur Romæ V. Senatores & V. Equites; in Provinciis XX. recuperatores cives. Ulp. *in fragm. t. 1.* §. *8.* Cauſa verò, ſemel approbata, non retractatur. §. *6. J. d. t.* ſuprà *ad tit. de Manum.* §. *6.* ſed quomodo Imp. hoc caput mutaverit & quoad manumiſſionem teſtamento deleverit, videre eſt *ex §. 7. J. d. t. §. 3. J. de libert.* & Jure Nov. *Auth. hodie. C. h. t. qui man. non poſſ.* deſumpta ex *N. 119. c. 2.* & ſuprà *ad tit. de Manum. §. 3.* Struv. *Exerc. 40. th. 53. cum ſeqq.*

d. L. caput. alterum de manum. Domini min. 20. ann.

TIT. X
DE JURE AUREORUM ANNULORUM,
Cod. *Lib. 6. Tit. 8.* Nov. 78. *c. 1.*

§. I.

PRæter manumiſſorum ſigna & jura, ſuprà *ad tit. de man. vind.* §. *5.* mentionata: & cùm hactenus triumpharent in annulo ferreo, Turneb. *Adverſ. l. 6. c. 22.* aliquando impetrabant jus annulorum aureorum, i. e. geſtandi annulos aureos, in ſignum adeptæ inſuper nobilitatis; & ut libertis, quoad vivunt, imaginem ingenuitatis præſtet. Hinc jus ingenuitatis dicitur Jus aureorum annulorum, quia regulariter aureos annulos non geſtabant, niſi

Manumiſſi jus aur. ann. impetrabant in ſignum nobilitatis.

Jus aureorum annulorum.

niſi Equites, ſicut ex Tacito, Plinio, docet Grotius, *Jur. Juſt. h. t.* & quidem ſi cenſum equeſtrem, i. e. quadraginta millia ſeſtertiûm habebant, nec ordine moti erant, Kirchmann. *de annul. cap. 16.* Hocque jus à Principe vel Magiſtratu petere debebant, conſentiente Patrono, *l. 3. ff. h. t.* & ſalvo jure Patronatus. *l. p. l. ult. ff. l. 1. l. 2. C. eod l. 10. §. 3. ff. de in jus voc. l. 3. pr. ff. de bon. libert.* Jure verò Novell. hac in ſpeciali poſtulatione non indiget; nam ex ipſa manumiſſione aureorum annulorum & regenerationis jus habent, ut ſint liberi & ingenui, ſed jure patronatus illæſo Auth. *Sed hodiè C. h. t. N. 78. c. 1.* quod in authoramentum datæ rei inæſtimabilis, *l. 9. §. 2. ff. de ſtatu. lib.* adhuc vires ſuas exerit in obſequia, *l. 9. ff. de obſ. par. & patr. præſt.* operas manumiſſionis cauſa impoſitas atque promiſſas, *l. 2. l. 31. l. 37. ff. de op. libert.* & bonorum ſucceſſionem. *t. t. ff. de ſucceſſ. libert.* de quibus ſingulis ſupra ſuis locis tractatum. Videri meretur Kirchmann. *d. tract. de annul.* Struv. *Exerc. 40. th. 59.* ibique Muller.

Ap Specialem petitionem. Secus Jur. Nov.

TIT. XI.
DE NATALIBUS RESTITUENDIS.
Cod. *Lib. 6. Tit 8.* Nov. *78. c. 1.*

Item Natalium reſtitutione.

NEc tamen jus aureorum annulorum; ſed & Natalium reſtitutionem quandoque Libertinus à Principe conſequitur. Illis enim natalibus reſtituitur, in quibus initio omnes homines fuerunt; non in quibus ipſe naſcitur, cum ſervus eſſet. *l. 2. l. 5. ff. l. 1. C. h. t.* Idque non fit, niſi conſentiente Patrono, ejusque filio, quia ad omnem & plenum ingenuitatis ſtatum reſtituitur, ac ſi talis natus eſſet, & medio tempore maculam ſervitutis non ſuſtinuiſſet, ſicque jure Patroni penitus amiſſo atque extincto. *l. 2. & ſeqq. ff. h. t. l. 3. §. 1. de bon. libert.* Jure Novellarum ſpeciali Principis conceſſione opus non eſt. Auth. *Sed hodiè. C h. t. Nov. 78. c. 1.* Hodie natalium reſtitutio fit per Legitimationem, de qua vid. ſupra *ad tit. de his, qui ſui vel alien. jur. §. 15. & ſeqq.* Struv. *Exerc. 40. th. 60.* ibique Muller.

Qualium?

Hodie fit legitimatione.

TIT. XII.
DE LIBERALI CAUSA.
Inſt. *Lib. 4. Tit. 6. §. 13.* Cod. *lib. 7. Tit. 16. 17. & 19. & Lib. 3. Tit. 22.*

§. I.

Cauſa libertatis, ceu actio præjudicialis,

CAuſa ſtatus ventilatur per Actionem Præjudicialem. *§. 13. J. de act. l. 37. pr. ff. de O. & A.* Vocabulo ſcil. actionis latè ſumpto. Dicitur etiam de libertate, cauſa liberalis, & liberale judicium. *ff. & C. h. t.* Hæ actiones

nes non ſunt ex jure in re, nec ad rem, ſed ex Jure perſonarum deſcendunt. *l. 7. §. 5. l. 9. ff. h. t. l. 5. 2. ff. de R. V.* Nihil enim petitur reſtitui, ſed tantum ut talis declaretur actor ratione ſtatûs, qualem ſe eſſe contendit, prout hoc latè explicat Dn. Hahn *ad II. h. t.* & prom, ſi cum aliis qualibuscunque actionibus concurrant, primò omnium examinari atque decidi debent. *l. 1. & t. t. C. de ord. cogn.* Struv. *Exerc. 40. th. 62.* ibique Muller. Actionis Præjud. verò tres recenſentur ſpecies *in d. §. 13.* Hic quæritur ex ſtatu libertatis, homo an liber ſit, an ſervus? & ille an ingenuus, an libertinus?

Ex jure perſonarum.

Prius eſt decidenda.

II. Nec ſervus ad libertatem proclamare, nec hoc judicium exercere per ſe vel per procuratorem poterat niſi Adſertorem inveniret, qui judicio cum domino experiretur, quia ſervus non habebat perſonam ſtandi in judicio. *l. 1. pr. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 40. th. 61.* ibique Muller. Ne tamen ipſi ejusque generi injuria inferatur, ex æquitate quibusdam perſonis licentia data eſt, pro eo, etiam invito, litigare, atque in ſervitutem tractum in libertatem vindicare. v. gr. parentibus, liberis, conjugibus cognatis & neceſſariis utriusque ſexus. *d. l. 1. l. 3. ff. h. t.* item extraneis in favorem furioſi & infantis, *l. 6. ff. eod.* & quia uxor maritum pro libertate defendere poteſt, *d. l. 3. §. 2.* inde probat Gail. quod ſe pro eo interponere, & in Camera Mandata S. vel C. Clauſula impetrare poſſit, ut maritus libertati reſtituatur, & à carcere liberetur. *l. 1. O. 133. n. 8.* prout Mar. Sib. Miltenbürgerin, nomine mariti ſupplicans, contra L. G. d. 13. Mart. 1704. impetravit Mandatum de concedendo liberum aditum & legitimam defenſionem S. C.

Servus agit per Adſertorem, Ratio.

Qui tales?

Uxor pro marito incarcerato.

III. Quandoque non reperiebatur, qui Adſertoris munere fungi vellet, & proin libertates ſæpius peribant; unde Imperator omnem Adſertionem ſuſtulit & conceſſit, ſive quis ſerviens liberum ſe eſſe dixerit, ſive ex libertatis poſſeſſione ad ſervitutem ductus, ipſe per ſe, vel per procuratorem reſpondere poſſit, niſi ſit prohibens. *l. 1. pr. C. de adſert. toll.* junct. *l. 33. ff. de procurat.* Sed ita pro libertate periclitantes fidejubere debent judicio ſiſti, *l. 24. §. 4. ff. h. t.* ſin fidejuſſorem invenire impoſſibile ſit, juratoriæ cautioni committuntur. *d. l. 2. §. 2.* Cauſa autem liberalis agitur coram Judice vel Magiſtratu Majore, ſive de ingenuitate, ſive de libertinitate quæſtio ſit. *l. 32. §. 7. ff. de recept. qui arbitr. l. 2. C. ubi cauſ. ſtat. agi debeat. l. 2. C. de pedan. jud.* Et ſi quis in ſervitutis poſſeſſione ſit, i. e. poſſideatur ut ſervus, & in libertatem proclamet, actoris partes ſuſtinebit, ſi verò in libertatis poſſeſſione ſit, & in ſervitutem petatur, ille eſt actor, qui ſervum ſuum dicit; *l. 7. §. 5. ff. h. t. l. 3. l. 4. C. ubi cauſ. ſtat. agi deb.* ſicque cauſa cognoſcenda, ubi vindicatus verſatur; & magis, ſi tertius ut ſuum ruſticum vel ſubditum eum defendat. Mev. *p. 5. dec. 227.* Si verò ſervus

Adſertione ſublatâ per procuratorem.

Præſtat cautione.

Ordinatio judicii.

in aliam provinciam fugerit, libertatem ſibi vindicans, in provinciam, ubi ſervivit, remitti, ibique cauſa agi debet. *l. 1. C. d. t.*

Si ex rat. injuſtis.

IV. Quibus caſibus ad libertatem proclamare liceat? vid. *l. 7. & paſſim. ff. & C. h. t.* ſed ſi quis juſtis rationibus ductus, vel non juſtis, ſine calliditate tamen, in libertate moratus ſit, poſſeſſionis commodo fruitur. *l. 12. §. 3. ff. h. t.* unde prob. regula: A dolo excuſat cauſa etiam injuſta: modò non ſint delicta, vel facta in ſe prohibita. *l. 5. C. de injur.* Gail. *de P. P. l. 1. c. 7. n. 13.*

Regula.

Si plures agant, ſibi invicem non præjudicant.

Si plures de libertate litigent, alteruter poteſt agere, ita tamen, ut jus alterius maneat incorruptum; *l. 9. pr. ff. eod.* hicque ſi etiam agere velit, ſed ipſi judicem inimicum eſſe probaverit, ad eundem non mittitur; nec ſententia contra unum lata, alteri nocet, niſi ſit pro libertate lata. *d. l. 9. §. 1. l. 29. pr. ff. de exc. rei jud.* Sin quis in uno judicio liber, in altero ſervus judicatus ſit, quid faciendum ſit? vid. *l. 30. ff. h. t.*

Utilis hæc actio cui detur?

V. Et hæc de Directa actione ſunt accipienda, Quid autem fiat in licitè proclamantium bonis? vid. *mox ſeq. §. 2.* Utilis verò datur contra adſcriptitios Colonos, Homines proprios, ſicut dicta ad eos latè applicat Herm. Stamm. *de ſerv. perſ. lib. 3. c. 28. ſeqq.* Hahn. *d. l.* vid. infrà *§. 35. cum ſeqq. de obligat. & act.*

TIT. XIII.

QUIBUS AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON LICET.

Inſtit. *Lib. 1. Tit. 3. §. 4.* Cod. *Lib. 7. Tit. 18.*

§. I.

De lib. cauſa agere prohibentur.

DE liberali cauſa agere prohibentur illi, quibus ad libertatem proclamare non licet, v. g. Major XX. annis, qui pretii participandi cauſa ſe venundari paſſus eſt, pretiumve acceperit, vel ſi minor fuerit, major tamen factus in ſervitute duraverit, & pretium partitus ſit. *l. 1. l. 3. & ſeqq. ff. l. 1. C. h. t. §. 4. J. de Jur. perſon.* Hæc tamen limit. ſi pretium ſuum reddidiſſet; *l. 2. pr. ff. ſi ing. eſſe dic.* inde enim cenſetur non gnarum fuiſſe conditionis ſuæ. Sic etiam venditus eſſe debet non ſcienti; ſed ignoranti conditionem venditi. *l. 5. ff. h. t. l. 7. §. 2. ff. de lib. cauſ.* Porro ſervus, quem quis per vim accepit, & teſtamento liberum eſſe juſſit, ex ratione *in l. 2. ff. h. t.* Sic qui de familia latronum fuit, & captus, atque à Principe alicui donatus, vel fiſco incorporatus. *L. 2. C. eod.*

Licet

Licet verò ex ſevitute in libertatem proclamans, res, quas Domini eſſe profitetur, ſtatim Domino reddat; quas autem ſuas elle aſſerit, quoad cæteras ſi neget, per cautionem de reſtituendo conſervantur; Quæ aliunde v. gr. ex teſtamento, donatione, quæſita, vid. *l. 4. ff. de manum.* pendente judicio liberali deponendæ ſunt apud ſequeſtrum; quo finito, quæ Domino debere conſtiterit ipſi, quæ verò intuitu Domini putativi conſecutus eſt, eidem ingenuo deputentur. *l. ſ. C. h. t.* Struv. *Exerc. 40. th. 63. & 64.* ibique Mullerus.

In liceré proclamanturo bonis quid fiat?

TIT. XIV.
SI INGENUUS ESSE DICETUR.
Cod. *Lib. 2. Tit. 12. 16.* & *Lib. 3. Tit. 22. l. ſ.*
§. I.

Alia cauſa eſt Status Ingenuitatis. Ingenuus quis dicatur? vid ſuprà *ad tit. de ſtat. hom. §. 5.* Libertus autem agere poteſt ad ingenuitatem impetrandam, ſi intra quinquennium, à die manumiſſionis, reperiſſe inſtrumenta ingenuitatis ſuæ aſſeveret. *l. 2. §. 1. & ll. ſeqq.* Poſt quinquennium vero ipſum Principem eâ de re cogniturum adire oportet: *d. l. 2. § ſ.* Sed Imperator Juſtinianus hujus quinquennii præſcriptionem ceſſare voluit per *l ſ C. ubi cauſ. ſtat. agi deb* Inſtrumenta autem hanc in rem ipſe Patronus edere debet. *l. 26. C. de lib. cauſ.* add. *l. 3. ff. l 1. C. de edendo.* Sin fuerint amiſſa, nihil præjudicat; *l. 25. C. de lib. cauſ.* vid. ſuprà *ad tit. de fide inſtrum. §. 58.* ſed teſtibus, *l. 15.* add. *l. 17. C. d. t.* aliiſque præſumptionibus & argumentis idoneis fit probatio. Nec officit, etiamſi mater ſe ſervam profeſſa ſit; cùm ſervi ratione certâ, non confeſſione conſtituantur; *l. 22. C. de lib. cauſ.* nec etiam præjudicat res inter alios acta. per *l. 1 ff. h. t. l. 2. C. de lib. cauſ.* add. ſuprà *ad tit. de prob. & præſ. §. 44.* & *ad tit. de his, qui ſui vel alien. jur. §. 9.* Struv. *Exerc. 40. th. 65. cum ſeqq.* ibique Müller.

Status Ingenuitatis. Quo tempore probetur? *Jure Novo.*

Quomodo?

II. Actoris partibus ſemper, qui ſe patronum dicit, & in quaſi poſſeſſione libertinitatis non eſt, fungitur. *l. 14. ff. de prob. & præſ.* Probareque, libertum ſuum eſſe, neceſſe habet; aut ſi non probat, vincitur; *l ſ ff. h. t.* Sed ſi deſuper agere, & intentionem ſuam probare differat, compellitur ex lege Diffamari. *5. C. de ingen. manum.* quod utiliſſimum & frequentiſſimum eſt Remedium. De Jure Communi in omni cauſarum genere, ſi quis iniquè traducatur vel diffametur, locum habet. In Ord. Cam. diſponitur: In Friedbrüchigen, Schmäh- und andern dergleichen Sachen, in denen ſolche *Diffamation* gefährlicher betrüglicher weiß, oder in andere wege dem andern Theil zum Nachtheil und Beſchwerung beſchehen. *p. 2. tit. 25. pr.* In cauſis autem

De Remedio Legis Diffamari.

Ejus eſt duplex judicium. Quomodo ſit præparatorium?

Diffamationum duplex eſt proceſſus, atque judicium: Diffamatorium, & Actionis ſeu Cauſæ Principalis. In illo Diffamatus eſt Actor, & agitur de veritate jactationis, aut impoſitione perpetui ſilentii. In hoc econtra Diffamans eſt Actor, & Diffamatus reus. Mev. *p. 6. dec. 9. num. 4.* Nam diffamando quis ad judicium Diffamati tacite provocare, & agere velle intelligitur, Mev. *p. 5. dec. 24. num. 2* quod ſi differat, Diffamatus per citationem ex Leg. Diffamari. Diffamantem admonet, ut declaret ſuam voluntatem, num actionem proponere, num ab iniqua jactatio ſe in perpetuum abſtinere velit, *d. l. 5. l. 18. ff. de accuſ.* add. *l. 6. C. de rem. pign.* & ſic eſt judicium tantum præparatorium. vid. *§. 20. ſupra de judic.*

Conſtitutionis L. Diffamari Requiſ. 1. — *Req. 2.* — *Req. 3.*

III. In Camera Imperiali ſi quis ſuper hac Conſtitutione procedere, atque deſuper Citationem obtinere velit, tria requiruntur: (1.) Ut Diffamatus Cameræ Juriſdictioni immediate ſubſit; quia diffamatione probata, vel à Diffamante confeſſa, in cauſa principali Reus eſt, cujus forum Actor ſequi debet. Diffamator licet immediatus, vel etiam exemptus, non refert, quia ſaltem provocatur ad agendum. (2.) Ut ſit diffamatio doloſa, in magnum Diffamati præjudicium, *d. Ord.* Mev. *p. 6. dec. 371.* & (3.) Diffamationis probabilis notitia doceatur. *d. Ord. Cam.* Rec. imp. *de Anno 1654. §.* Camm-Richter. *77.* ibi: Durch ſchrifftliche oder andere glaubliche Urkund Anzeige etlicher maſſen beybracht und erwieſen. Tennagel *de decern. proc. cl. 2. cap. 5.* His præſtitis, demum decernitur Citatio, Mev. *p. 9 dec. 98.*

Poſtea ſummariter proceditur. Quomodo, ſi Diffamans diffamationem confiteatur?

Ad quam ſi Diffamator Reus in termino citationis compareat, ſummariter proceditur, quia eſt tantùm imploratio officii Judicis. Et ſi ipſe diffamationem fateatur, vel eo negante per Actorem probetur: tunc ipſi præfigitur terminus, intra quem prætenſionem contra Diffamatum jactatam, vel in Camera, ſi cauſa immediate illuc ſpectet, & Privilegium Auſtregarum, vel aliud, locum non habeat, vel coram Judice ordinario, ſub pœna perpetui ſilentii, proponat. Ord. Cam. *d. t. §. 1. & 2.* Mev. *p. 1. dec. 198. & p. 3. dec. 169.* Deckherr. *ad Uffenbach. V. Concord. ſuprem. Tribun. cap. 10 num. 18. p. 74.* Textor. *ad R. I. Diſſ. 1. th. 16. & ſeqq. ub. contra Blumium proc. Cam. tit. 56. num. 11.* & ſic finitum eſſet judicium hoc præparatorium; niſi cum Citatione petitum fuerit Mandatum S. C. v. gr. de non offendendo, vel de lite pendente deſiſtendo ab omnibus turbationibus, &c. Roding. *Pand. Cam. l. 1. t. 15 num. 29.*

Si Diffamatus habeat diverſa fora?

Sed ſi Diffamatus diverſa habeat fora, in quibus conveniri poteſt, & in uno ex L. Diffamari. Diffamantem provocaverit, hic agere juſſus, nihilominus alio in foro Diffamati cauſam principalem ventilare poteſt. Gail. *l. 1. O. 11. n. 4.* Mev. *d. dec. 169.*

IV.

IV. Diffamatione negata, neque probata, Reus à Citatione abſolvitur, Actore diffamato in expenſas condemnato? *d. Ord.* Diffamante verò non comparente, denuò eſt citandus; & ſi in contumacia perſiſtat, facta deſuper cognitione, in contumaciam contra ipſum fertur Sententia, impoſito perpetuo ſilentio: Daß Beklagtem ihne Klagern beſchehener maſſen zu *diffamiren* und auszuſchreyen nicht geziemet, noch gebühret; ſondern daran zu viel und unrecht gethan habe, und ihme derowegen ein ewig Stillſchweigen aufzulegen ſeye, als wir ihme ſolches hiemit aufflegen, darzu in die Gerichtskoſten, ꝛc. Jure Saxonico trina Citatio requiritur. Carpzov. *proc. t. 20. art. 3. §. 5.* & Proc. Crim. *p. 2. q. 97. num. 76.* Hanc Conſtitutionem fuſiùs tractatam, multisque præjudiciis illuſtratam, vid. præter Blareri, Contardi, Cagnoli & Oldendorpii *Repetitiones ſuper d. L. Diffamari.* ap. Gylm. *Supplic. Cam. Tom. 1. p. 1. Tit. 9. per tot.* Gail. *l. 1. O. 9. 10. 11. & 12.* Roding. *Pand. Cam. l. 1. t. 14.* Blum. *Proc. Cam. tit. 36.* Deckherr. *in Monum. lect. Cam. antiq. ad O. C. d. p. 2. t. 25.* D. Grav. *Diſſ. de Judic. diffamator.* Et in utrumque caſum ſententias publicatas vid. ap. Blum. *chil. ſent. Cam. num. 209. 744. 852. 886. 926.*

Si citatus Diffamator non comparet?

TIT. XV.

NE DE STATU DEFUNCTORUM POST QUINQUENNIUM QUÆRATUR.

Cod. *Lib. 7. Tit. 21. & 22.*

§. I.

ODium ſervitutis tantùm eſt, ut de Statu Defunctorum principaliter poſt quinquennium, neque privatim, neque Fiſci nomine, quærere, vel quæſtionem incipere liceat, *l. 1. pr. ff. l. 5. l. 7. C. h. t. l. 15. C. de lib. cauſ.* ſi ſcilicet quis ſtatum in conditionem deteriorem retractare vellet. Secus n. eſt, ſi in meliorem: veluti, ſi pro ſervo libertus dicatur; *d. l. §. 4. l. 3. ff. h. t.* vel ſi incidenter de Statu defuncti quæratur, ſcil. ſi principaliter de ejus ſucceſſione agatur, & Titius prætendat fuiſſe ſervum; hæres verò excipiat, vixiſſe ut Civem Romanum, nec intra quinquennium poſt mortem ejus ſtatûs quæſtionem motam eſſe. *l. 2. l. 4. C. h. t.* Hocque Perezius obſervari dicit, ſi quis ad Magiſtratum, aliudve munus publicum admiſſus, ipſi verò poſt quietam per quinquennium poſſeſſionem quæſtio ſtatûs moveri vellet. *in C. tit. ubi cauſ. ſtat. n. 6.* Aliud verò eſt, ſi intra dictum tempus quæſtio mota; cauſa enim propter emolumentum ſucceſſionis durat, donec decidatur, *l. 3. C. h. t.* Neque hoc quinquennium pertinet ad quæſtionem Statûs in minima Capitis diminutione, Filiusfamilias ſit, an ſui juris? *l. 5. C. eod.* Struv. *Exerc. 40. theſ. 67.* ibique Müller.

Quæſtionem Statûs poſt quinquennium defuncti movere non licet in præjudic. libertatis. Aliud eſt, ſi ſiat in commodum incidenter.

Quæſtione jam motâ In minima Cap. dimin.

II. In-

Inter vivos h. tempore præſcriptio ceſſat.

II. Inter vivos verò hæc quinquennii præſcriptio ceſſat. e. gr. Si quæratur: Ingenuus, an Libertinus quis ſit? *l. f. C. ubi cauſa ſtat.* Sed qui bonâ fide in poſſeſſione libertatis longo tempore, i. e. ad minimum decennio inter præſentes, *l. 16. §. 3. ff. qui & a quib. man.* & inter abſentes per viginti annorum ſpatium, ſine interpellatione moratus eſt, tutus erit. *l. 2.* ibi Brunnem. *C. de long. temp. præſcr. quæ pro lib.* Qui verò eſt in mala fide, v. gr. aufugerit, & latitans deceſſerit, ei nec longi temporis præſcriptio prodeſſe poterit. *l. 1. C. d. t.* Nec detentor rerum bonam fidem habet. *l. f. C. h. t.* Econtra ſola temporis longinquitas, etiamſi LX. annorum curricula exceſſerit, libertatis jura, ut ex libero fiat ſervus, minimè poteſt mutilare. *l. f. C. de long. temp. præſcr. quæ pro lib. l. 6. C de ingen. manum.* Struv. *Exerc. 40. th. 68.* ibique Müller.

Contra libertatem nullo tempore præſcribitur.

TIT. XVI.

DE COLLUSIONE DETEGENDA.

Cod. *Lib. 7. Tit. 20.* Cauſ. *2. q. 3. c. 8.* Extra. *Lib. 5. Tit. 22.*

§. I.

Contrarium eſt Colluſio, Ejus pœna.

VIvo tamen eo, qui liber aut ingenuus pronunciatus, de ſtatu queri poteſt. Ne autem quorundam Dominorum erga ſervos nimia indulgentia inquinaret ampliſſimum Ordinem, eo quòd paterentur ſervos ſuos in ingenuitatem proclamare & provocare, eosque liberos judicare, SCtum factum eſt Domitiani temporibus, quo cautum eſt, ne ſervi cum Dominis colludendo ingenuitatem adipiſcantur, ne quidem accedente Reſcripto, nam Reſcriptum ex falſa cauſa impetratum non prodeſt. Colluſio autem in genere eſt fraudulenta conventio, ut crimen regatur, & h. l. ſervus capax fiat bonorum. *l. 1. C. h. t.* At ſi quis eandem intra quinquennium detexiſſet atque probaſſet, acquireret dominium illius ſervi, qui colludendo liber & ingenuus judicatus eſt. *l. 1. & 2. ff. l. 1. C. h. t.* Sic Clericus beneficiis per Colluſionem impetratis, perpetuò eſt ſpoliandus. *c. 3. x. h. t.* Ad detegendam hanc colluſionem omnes etiam exteri hoc præmio invitantur, *d. l. 2. §. 4. l. 2. C. eod.* non tantum ut turpis Colluſionis fraus detegatur, ſed etiam, ne munera civilia & honores à ſervilibus perſonis polluerentur; nec perluſoria ſententia pro re judicata habeantur. Nam ſententia ex Colluſione lata nulla eſt, *l. 14. ff. de appell. l. 50. §. 1. ff. de leg. 1.* Viv. *dec. 296.* & Judex connivens puniendus. *c. 2. q. 3. c. 8.* Quinquennium autem ratione initii utile eſt, ratione verò curſûs continuum. *d. l. 2. §. 1. & 2. ff. h. t.* Quomodo verò Colluſio tam in hac materia, quàm in Criminibus probetur? vid. Maſcard. *de probat. Vol. 1. Concl. 322.* Menoch. *l. 5. præſ. 26.*

Quid ſit in genere? Præmium ad illam detegendam.

Sententia ex Colluſione lata eſt nulla. Quomodo probetur remiſſive.

II. Ser-

II. Servitutem in Chriſtianitate circa annum 1250. evanuiſſe, contendit Stamm. *de jur. perſon. l. 1. tit. 1. cap. 2. num. 1.* quare manumiſſione propriè ſic dicta amplius opus non eſt, nihilominus tamen hanc materiam hodienum in cognatis materiis, videlicet in Colonis adſcriptitiis, Ruſticis, Hominibus propriis & Wildfangiis, &c. ſuum habere uſum, ſuprà *ad tit. de Statu hom.* §. *13. & 15.* diximus, aliisque locis congruis maxime *ad tit. de Oper. libert. & tit. de Bonis libert.* demonſtravimus. Jung. Stamm. *d. tr. lib. 1 tit. 1. per tot.* Mev. *p. 2. dec. 234.* In quibus caſibus tamen pro regula tenendum: Quod non ſolum ad Jus Vetus Romanum; ſed conjunctim ad diverſitatem temporum & locorum, varietatemque conditionum & obſervantiam regionum ſit reſpiciendum; uti monet atque demonſtrat Mev. *in d. Reſp.* von dem Zuſtand. *q. 1. num. 2. & ſeqq. late de hominibus propriis agit.* Struv. *Exerc. 40. th. 71. cum ſeqq.* ibique Müller.

Servitus antiqua inter Chriſtianos abolita. Hodienum tamen habet uſum. Monitum.

LIBER XLI.

Connexio tit. Libri XLI.

Nunc ſequuntur Judicia Poſſeſſoria. Hæc cum ex dominio vim habeant, agitur quippe de tuendo penes dominum vel poſſeſſorem rei dominio vel poſſeſſione, ideò exordium fit à tractatione de modis
acquirendi rerum Dominii. Tit. 1. *De Acquirendo rerum Dominio.* Sequi- Tit. 1.
tur materia Poſſeſſionis in ſe tàm acquirendæ, quàm amittendæ. Tit. 2. 2.
De Acquirenda vel Amittenda Poſſeſſione. Effectus eſt, ut per longam, ju-
ſtam & non interruptam poſſeſſionem Dominium acquiratur; hinc Tit. 3. 3.
De Uſurpationibus & Uſucapionibus. Juſta autem poſſeſſio requirit Cauſam vel uſucapiendi Titulum, qui eſt vel oneroſus, vel lucrativus, vel mixtus. Oneroſus, ut ex cauſa Debiti Tit. *Pro ſoluto.* Sed hic titulus in Editione Florentina à præced. tit. non eſt ſeparatus, & incipit à L. 46. item ex cau-
ſa Emptionis. Tit 4. *Pro Emptore.* Lucrativus, v. gr. ex cauſa Hæreditatis, 4.
vel Bonorum poſſeſſionis Tit. 5. *Pro Hærede vel Poſſeſſore.* Donationis, Tit. 6. 5.
Pro Donato Derelicti, Tit. 7. *Pro Derelicto.* Legati. Tit 8. *Pro Legato.* Mixtus 6. 7.
titulus eſt Dotis. Tit. 9. *Pro Dote.* his additur titulus generalis & ſubſidiaris. 8. 9.
Tit. 10. *Pro ſuo.* 10.

TIT. I.

TIT. I.
DE ACQUIRENDO RERUM DOMINIO.

Inſt. *Lib. 2. Tit. 1. & 9.* Cod. *Lib. 4. Tit 17. Lib. 7. Tit. 41. Lib. 10. Tit. 15. Lib. 11. Tit. 44.*

§. I.

Connexio.

Dominium eſt una ex V. ſpeciebus Juris in re.

PErgitur ad Judicia Poſſeſſoria. Et quia omnium rerum uſus quodammodo eſt ex Dominio, vel Poſſeſſione, vid. Hahn. *ad Weſ h. t. N. I.* ideò exponitur h. t. quomodo Dominium rerum (& quidem corporalium) nobis acquiratur. Eſtque ex V. (etiamſi Dn. Born. *in Diſſ. de Jure in re,* unicam tantum agnoſcat,) Juris in re ſpeciebus excellentior, reliquas ſpecies virtualiter comprehendens, Frommann, *D. de Dom acquiſ. th. 50.* Formalis tamen ratio invicem eſt diverſa, ut ex ſingulis ſpeciales fluant Actiones. vid latè Hahn. *Diſſert. de jur. rer. concl. 14. 33. & ſeqq.* & *ad Weſ. h. t. N. III.* Buſ. *ſubtil. jur. l. 2. cap. 7.* Bardili, *Concl. Exerc. 16. th. 1.* ſupra *ad tit. de. D. R. §. 3.* & *ad tit. de R. V. §. 4.*

Ejus Etymol. Homon. Sumitur Latiſſime

II. Dominium nonnulli derivant à Græco vocabulo *δαμάω*, ſubjicio, alii à Dominus, & hic dicitur à Domo, loco ſcil. primitus rerum in quibus proprietas quæſita, poſſeſſiones concludente. Fromm *d. Diſſ. th. 2.* Vox Dominii in ſenſu Jurid. Latiſſimè, denotat quamcunque facultatem legitimam ad aliquid. v. g. *l. 34. pr l. 76. ff. l 22. & ſeqq. C. de Procur. l. 57. ff de don. int. vir. & ux. l. 27. ff. de adm. & peric. tut. l. 11. §. 2. ff de leg. 2. l. 195. §. 2. ff. de V. S. l. ἀξίωσις. 9. ff. de L. Rhod. de jactu.* ubi per ſynecdochen Imperator totius mundi Dominus vocatur. poſt alios citatos, in Tr. noſtra *de Feudom. terr. cum Superior. conj. c. 1. th. 5*

Latè.

Latè quodcunque jus in re inter privatos conſtitutum ſignificat. Ita nomine Dominii æquivoce venit Hæreditas, *l. 19 §. 3. ff. de caſtr. pec.* & hæres dicitur Dominus, *l. 1. l. 48. pr ff. de H. I. l. 1. pr. de ſucc. ed* Servitus. *l. 3. ff. ſi uſusfr. pet. l. 5. pr. ff de reb. auct. jud poſſ. l. 15. §. 8. ff quod vi aut clam.* Pignus, *l. 48. ff. de ſolut.* Poſſeſſio. *d. l. 3. l 2. C. ubi in rem. act* Joh. de Lugo *de J. & J. Diſſ. 2. ſect. 1. num. 1.*

Strictè.

Strictè & propriè, quæ acceptio hujus loci, ſumitur pro certa Juris in re ſpecie, à reliquis deſtincta, *l. 13. §. 1. C. de judic. l. 15. §. 1.* & *l. 19. pr. ff. de damn. infect.* & quidem ab Hæreditate, quæ in univerſitate conſiſtit; *l. 1. ff. de div. rer. l. 4. pr. ff. comm. div. l 37. ff. de A. vel O. H* à Servitute, quæ eſt jus in re aliena, *pr. I de uſufruct. l. 5. pr. ff ſi uſusfruct. pet. l. 26. ff. de S. U. P. l. 1. & 2. ff. ad SC. Silan. l. 25. ff. de V. S.* à Pignore, utpote quod non eſt contractus dominii translativus, ſed in ſecuritatem crediti conſtituitur; *§. 5. I. quib. mod. re contr. obl. lib. 35. §. 1. ff. de pign. act.*

C

à Poſſeſſi-

à Poſſeſſione, quæ formaliter in jure rem detinendi conſiſtit. *l. 3. §. 13. l. 12. §. 1. ff. de A. vel A. P.* Diſp. *de Theſaur. th. 21.* Exque his ſingulis ſpeciales fluunt actiones; ſuprà *ad tit. de R. D. §. 3.* add. Hahn. *d. l.* Frommann, *d. Diſp. th. 49.* & Diſp. *de Diff. act. real. & perſ. quâ conſtituend. theſ. 4.* Dn. D. Graſs. *prax. antiqua moderna act. forens. in ſpecie real. & perſonal. in differ. princip. cap. 5 ſect. 1.* Vocatur Jus Dominii. *l. 1. C. de jure dom. imp. l. 5. C. de A. vel A. P.* Dominium proprietatis, *l. 4. C. de probat.* Proprietas, *§. 45. 45. I. de R. D. l. 13. pr. l. 36. inſ. ff. h. t. de A. R. D. l. 1. §. 1. ff. de SCt. Silan. l. 46. §. 1. l. 74. ff. de furt.* Proprium, *l. 28. ff. h. t.* quia in Dominio attenditur proprietas, *dd. ll. l. 63. §. 2. & 3. ff. eod.* unde Germanis dicitur Eigenthumb, Eigenthümliche Gerechtigkeit. Beſold. *Th. Pr.* & Wehn. *Obſ. verb.* Eigen. add. Stryk. *interesse controvers. cap. 5. §. 1. cum ſeqq.*

III. Dominium propriè ita dictum ſuprà *ad tit. de R. V. §. 4.* diximus definiri, quòd ſit jus in re, quo res corporalis alicujus propria eſt. Ziegler. *ad Grot. l. 2. c. 3. § 6.* d. Diſp. *de Theſaur. th. 17.* Struv. *Exerc. 11. th. 5.* ibique Mullerus. Sicque Dominium eſt jus, i. e. poteſtas legitima, uti conſtat ex *§. ſ. I. de uſufr. l. 1. pr. ff. ad L. Falc. l. 15. §. 33. ff. de damn. inf. l. 1. 2. & 3. C. de jur. dom. Imp. l. 13. §. 1. C. de judic.* Nec obſt. *l. 13. §. 1. l. 19. ff. de damn. inf.* ibi enim dominium juri non contra diſtinguitur; ſed duntaxat fit oppoſitio inter dominium & alias juris in re ſpecies. Porrò In re, ad differentiam cujusvis juris circa res, ex. gr. *in §. 5. I. de her. qual. & diff. l. 3. ff. de uſufr. accr. l. 1. ff. & C. de jur. delib.* & potiſſimùm juris ad rem vel obligationis, cùm in jure dominium & obligatio, tanquam duo maximè diſtincta, diverſamque originem habentia, perpetuò ſibi invicem opponantur. *§. 1. I. de act. l. 3. pr. ff. de O. & A.* Ziegler *ad Grot. proleg. p. 19.* Corporali, ad differentiam rerum incorporalium, quarum propriè Dominium non eſt, *§. 40. I. de R. D. l. 4. pr. ff. comm. div. l. 56. & t. t. ff. de R. V.* nec poſſeſſio *l. 43. §. 1. ff. h. t.* Quo res propria dicitur, in hoc conſiſtit natura Dominii, ac differentia ſpecifica, *d. §. 40. t. t. C. de reb. al. non al. l. 69. l. 70. ff. de uſufr.* per. rat. *in l. 54. ff. de R. I.* hinc paſſim in Jure vocatur Proprietas. pr. *I. præc. §. 2. inſ. citt.* Nam quicunque eſt Dominus rei corporalis, habet proprietatem: & vice verſa. Hanc definitionem latius explicant Dn. Frommann, *d. Diſſ. de Dom. acquiſ. th. 9. & ſeqq.* Dn. Hahn. *ad Weſ. d. N. III.* ubi alias definitiones examinat, & diſſentientibus ſatisfacit.

IV. Dominium (1.) Jure Rom. Veteri aliud erat Bonitarium ſeu Naturale, aliud Quiritarium ſeu Legitimum, quod conſiſtebat in rebus nec man-

Synonyma. Definitio. Explicatur. Obj. Reſp. Divid. in Bonitarium & Quiritarium.

mancipi & mancipi, i. e. quod ſine vel cum Juris ſolennitate per naturalem traditionem acquirebatur, Sed vid. *l. un. C. de uſucap. transform. l. un. C. de nudo* 2. In Civile & Prætorium. *jure Quir. toll.* ibique Brunnem. Bicc. *Aur. ſect. 3. theſ. 8. num. 3.* (2.) Div. 3. In Naturale. à Cauſa Effic. in Civile, quod ex Jure Civili: & Prætorium, quod ex jure honorario deſcendit. v. gr. quando quis ex ſecundo Decreto Prætoris in poſſeſſionem mittitur. ſuprà *ad tit. de damn. inf. §. 22. & §. 10. de acquirend. vel amitt. poſſeſſ.* (3.) Ab Effectu in Naturale, ſeu Commune, quod Uxor habet in re dotali & quod durante matrimonio quieſcit, *l. 75. ff. l. 30. C. de jur.* & Civile. *dot.* & Civile ſeu Singulare, quod habet effectus dominii, & competit marito 4. In Plenum, in eadem re, durante matrimonio. *dd. ll.* (4.) In Plenum, quod proprietatem rei cum uſufructu conjunctam, ſicque pleno jure habet: *l. 17. §. 1. ff. de R. V. l. 17. ff. quib. mod. uſusfr. am. l. 126. §. 1. ff. de V. O. l. 11. C. de* et minus plenum. *A. E. V.* & Minus plenum, quatenus alter de re noſtra aliquid participat. Hoc ſubdiſtinguitur non tantum Jure Juſtinianeo; ſed & LL. Imperii, Subdiſting. in Directum & Utile. vid. Inſtrum. Pac. *art. XI. §. Regia. 11. art. 15. §. 3.* in Directum, das Ober-Grund-Eigenthumb, quod habet Dominus feudi, *2. F. 8. §. 2.* emphytheuſeos, *§. 3. I. locat. l. 1. C. de jur. emphyt.* ſoli ſuperficiarii. *arg. l. 1. §. 4. ff. de ſuperfic.* Utile, prout in praxi vocatur das Unter- oder Nutzbahre Eigenthum, quatenus præter jus percipiendi fructus ſimul quoque poteſtas rem utiliter vindicandi competit. J. Vet. jus Dominio proximum vel analogum audiebatur, quale habet Vaſallus, *2. F. 8. §. tot.* Emphyteuta, *arg. l. 1. §. 1. ff. ſi ag. vect. l. 16. §. ſ. ff. de pign. act.* Superficiarius; *l. 73. §. 1. & ſeqq. ff. de R. V. l. 1. §. 3. & 6. ff. de ſuperfic.* Brunner. *D. de N. O. N. th. 9.* Franzk. *de laudem. c. 14. n. 7. & ſeqq.* d. Diſp. *de Theſaur. th. 10.* & Diſp. *de Confuſ. th. 17.* confer. Dn. D. Harpprecht. *Reſp. 50.* & diſtinguitur ab Uſufructuario, qui præter jus percipiendi fructus nihil habet: *arg. l. un. §. 4. ff. de remiſſ. arg. l. 1. §. 1. ſi uſusfruct. pet.* alter vero nudus dicitur proprietarius, *§. 1. & 4. I. de uſufruct.* & hic fortius ha- Nudus proprietarius quale jus habeat? bet jus Dominio directo, alteri nihil de dominio, ſed ſolam fructuum perceptionem concedens. vid. D. ...oardili, *D. de Nuda propriet. th. 3. & per tot.* d. Diſp. *de Theſaur. th. 10. circa fin.*

5. In Verum & Fictum. V. (5.) In Verum, quod revera & plenè eſt acquiſitum: & Fictum, quod tale non eſt; ſed æquitate ſuadente fingitur. *§. 35. I. de R.* 6. In Liberum & Reſtrictum. *D. §. 4. 5. & 6. I. de act. l. 136. ff. de R. I.* vid. ſuprà *ad tit. de publ. in rem act. §. 2.* (6.) In Liberum & Reſtrictum, quando libera de re diſponendi poteſtas eſt reſtricta; quod fit vel à lege, vel à judice, vel pacto, vel à teſtatore. 7. In Revocabile. vid. infra *§. 58.* (7.) Ab accid. in Revocabile, quod ſub certo modo vel

vel ad certum tempus habetur, & abire poteſt ab eo invito, qui illud modò habet, ut in legato conditionali, *l. 66. ff. de R. V.* item *in l. 3. ff. ſi ag. vect. l. 2. ff. de in diem addict. l. 66. ff. de jur. dot.* Dominio bonæ fidei poſſeſſoris. *l. 48. pr. ff. h. t.* Hærede fiduciario, vid. ſuprà *ad tit. ad SCt. Treb. §. 19. & 21.* Venditione ſub pacto de retrovendendo, vel dominio reſervato; *l. 41. ff. de R. V.* cujus varia exempla collegit Hahn *ad Weſ. d. N. verb. Eſt etiam verum.* vid. *l. 29. §. 1. qui & à quibus manumiſſ. liberi non fiunt l. 28. de uſur.* & Irrevocabile. Ab Objecto à nonnullis dividitur in Dominium Rei & Juris, h. e. rei corporalis & incorporalis, cujus in Jure ſit mentio; Bachov. *ad Tr. V. 1. D. 20. th. 1. lit. L.* ſed analogica & non propria eſt diviſio. Hinc etiam non probatur dominii Juris ſubdiviſio in ſervitutis, poſſeſſiònis & obligationis, uti videre apud Dn. Frommann. *d. D. th. 14.* Hahn. *d. N. III. in med. & N. IV. verb. Dominii ſpecies.* & *de jure rer. concl. 38. & ſeqq.* ubi latè de hactenus dictis diviſionibus.

& Irrevocabile. *Analogica div. in Dom. Rei & Juris.*

VI. Solet à quibusdam alia ſpecies addi, quæ eſt Dominii Supereminentis. Sed ambitioſum hic eſſe vocabulum Dominii, notat Zieglerus, cùm enim Principis, maximè Chriſtiani, ſit, ſuum cuique tribuere, *§. 3. I. l. 10. §. 1. ff. de J. & J.* & legi naturæ adverſetur, cum alterius detrimento fieri locupletiorem; *l. 14. ff. de cond. ind.* idcircò ex Plenitudine poteſtatis, in rebus privatorum vel ſubditorum, dominium ſibi arrogare nequit, vid. Petr. Ant. de Petra, *de Jure quæſ. per Princ. non toll.* Non obſt. *l. 3. C. de quadr. præſcr.* quæ loq. de bonis Principis patrimonialibus & fiſcalibus. Sin quis ſupereminens Dominium ad licentiam, ſubditorum res ſine cauſa auferendi, extendere vellet, ex Principe faciet Tyrannum; ſed hæc poteſtas exercetur jure Imperii & Superioritatis in ſubditos, eorum res vel jura minuendi vel auferendi; at non niſi uſus publici, bonique communis cauſa, & in caſu extremæ neceſſitatis, ſubjunctâ, quantum poteſt, compenſatione & refarcitione; *l. 12. C. de op. publ.* & hæc ex analogia à jactu in mare. vid. ſuprà *ad tit. de L. Rhod. de jactu.* add. Ziegler. *ad Grot. l. 1. c. 1. §. 6.* & *l. 2. c. 14. §. 7. & 8.* Hahn. *d. N. IV. verb. Princeps.*

An Principi dominium in bonis ſubditorum propriè competat? Neg. *Obj. Reſp.*

VII. Principio rerum omnia jura naturæ fuiſſe communia & indiviſa, omnibus veluti unum cunctis patrimonium eſſet, inquit Juſtinus, *Hiſtor. l. 43 c. 1.* quod non ita accipiendum, ac ſi unquam fuerit Reſpublica, quæ rerum omnium communionem, ceu à Jure Naturæ præſcriptam, receperit; ſed quòd primitùs omnia fuerint vacua, & poſteà hominum occupationi vel C. Eſſe. R.

Dominiorum distinctio adſcribenda eſt Juri Divino.

apprehenſioni patuerint. Dn. Struv. *S. I. C. Ex. 41. th. 2.* vid. ſuprà *ad tit. de J. & J. §. 32.* Nam DEUS T. O. M. perfectum dominium ſtatim ab orbe condito Protoplaſtis, & quieſcente diluvio, Noacho conceſſit atque donavit; Geneſ. *1. v. 26. 28. 29.* & Geneſ. *c. 9.* licet actu ipſo poſſeſſionem omnium rerum capeſſere, & ad uſum ſuum applicare non potuerint. vid. Ziegler *ad Grot. l. 2. c. 2. §. 2.* ibi Dn. Oſiander. à Felde Broch nand. *Syſtem Theol. art. 9. ſ. 5. verſ. Quinto.* Strauch. *D. d. Imp. mar. cap. 1.* D. Tenzel. *in Diſp. inaug. habita ſub præſ.* B. Dn. Frommann. *de Condom. th. 7.* Struv. *Diſp. de Acquiſ. origin. cap. 1.*

Obj. Reſp.

Non obſt. *l. 5. ff. de J. & J.* Diſting. enim inter primam dominii conceſſionem & primam dominii conceſſi diſtinctionem, hæcque Jure Gentium introducta eſt. Winckler. *de princ. jur. l. 4. c. 12.* Atum. *de J. P. V. 1. D. 15. num. 10.* Nec obſt. furtum Jure Naturæ eſt prohibitum, E. eodem jure dominia rerum ſunt diſtincta. Neg. enim conſequentia: nam Jus Naturæ dictat, nihil alteri invito auferendum, quocunque jure huic competat.

C. Eff. Prin. Proxima.

C. E. Princip. Prox. eſt conjunctio voluntatis cum ipſa re, d. Diſp. *de Domin. acquiſ. th. 23.*

C. E. Minus principalis. Modi Domin. acquirendi ſunt Naturales vel Civiles. Hi Univerſ. vel Partic. Naturales ſunt Apprehenſio & Acceſſio. Apprech. eſt Originaria vel Derivativa.

VIII. Cauſa Eff. minus principalis ſunt modi Dominium acquirendi. Illi ſunt Naturales, ſeu Juris Gentium, vel Civiles; *§. 11. I. de R. D.* ubi Jus naturale ſumitur in genere pro Jure Communi, ita, ut Jus Gentium comprehendat. Hi ſunt vel Univerſales, v. gr. Hæreditas, Bonorum poſſeſſio, Arrogatio, Addictio bonorum libertatum conſervandarum cauſa: vel Particulares, Uſucapio, Donatio m. c. Legatum & Fideicommiſſum particulare. Illi, qui ſcil. ex naturali ratione introducti, & communiter approbati ſunt, referri ſolent ad duos in genere, Apprehenſionem ſcil. & Acceſſionem; nam quicquid de Jure Gentium in univerſum acquirimus, fit vel corpore noſtro, vel beneficio rei noſtræ. Quatenus autem apprehendimus res, quæ ſunt nullius, vel alicujus, Modi divid. in Originarios, ſive Primitivos, quibus dominium rerum, quæ nullius ſunt, primò acquirimus, hicque modus & titulus idem ſunt: & Devolutivos ſeu Derivativos, quibus res jam acquiſitæ in alios transferuntur; Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 3. §. 1.* confer. Pufend. *de J. N. & G. l. 4. c. 6. §. 1.* & hic præter modum titulus quoque intervenire debet, cùm nemo rem ſuam ſine cauſa ad alium transferre voluiſſe præſumatur. *l. 31. ff. h. t.*

Subjectum Qui nec Impediuntur, verb. gr.

IX. Subjectum ſunt perſonæ Dominium acquirendi habiles, i. e. qui nec naturâ impediuntur, ut Furioſi, *l. 1. §. 3. l. 32. §. 2. ff. de A. vel A. P.* vid. *l. ſ. C. de cur. fur.* ſuprà *ad tit. de cur. fur. §. 37.* Infantes, hi tamen

cum

cum tutoris authoritate acquirunt. *d.d.ll.* vid. *L. 1. §. 2. de adm. instrat. tut. & §. 25. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Struv. *Exerc. 41. th. 3.* ibique Mullerus. add. ſuprà *ad tit. de A. vel O. H. §. 17.* Pupillus verò infantia major, item aliæ perſonæ curatorem habentes, ſine tutore vel curatore acquirunt, quatenus acquiſitio dominii ipſis eſt lucroſa. *l. 11. ff. h. t. d. l. 32. §. 2.* vid. ſuprà *ad tit. de pact. §. 40.* ad. tit. *de Auth. tut. §. 15.* Nec lege prohibentur, quatenus scil. ipſis commercium rerum interdictum; v. gr. *l. 4. §. 1. & ſeqq. l. ſ. C. de heret. & Manich. t. t. C. ne Chriſt. mancip. l. 17. §. 1. ff. de pæn.* vid. ſuprà. *ad tit. de H. v. A. V. §. 22. & ſeqq.* vel qui alienæ poteſtati ſubjecti ſunt; prout hæc in multis locis præced. jamjam deducta. add. Schilter. *ad ff. Ex 44.* d. Diſp. *de Domin. acquiſ. cap. 5. per tot. & ſupra §. 10. cum ſeqq. de contrah. emt. & vendit.* An Pupilli ſine tutore. Nec Prohibentur, v. gr.

X. Et perinde eſt, ſive quis acquirat per ſe, *l. 1. §. 2. ff. eod.* ſive per alios, tàm poteſtate ipſius ſubjectos, *§. 1. I. per quas perſ. cuique acq. l. 10. pr. l. 26. l. 53. ff. h. t.* quàm perſonas extraneas, *d. l. 10. l. 13. pr. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 41. th. 4.* ibique Mullerus. ipſius tamen nomine, ita, ut per procuratorem, tutorem, curatorem poſſeſſio acquiratur, & mediante hâc, ſicque per conſequentiam demum Dominium *l. 20. §. ſ. l. 53. ff. eod.* Mev. *p. 1. dec. 53. num. 3.* vid. omnino Buſ. *ſubt. jur. l. 2. c. 9.* Struv. *Exerc 41. th. 5.* ibique Mullerus. *l. 1. §. 20. l. 42. §. 1. ff. de A. v. A. P. l. 1. C. per quas perſ. cuique acq.* ibi Brunnem. *num 3.* add. ſuprà *ad tit. de peculio.* & *de Procurat.* Nec refert, unus, vel uno plures ſimul ac pro indiviſo [illegible] jus ac dominii naneiſcantur, unde oritur Condominium, ubi neuter, altero invito, vel in alterius præjudicium quidquam diſponere poteſt. *l. 28. ff. comm. div. l. 5. §. ff. de N. O. N. l 8. l. 10. ff de aq. & aq. pluv. arc. l. 2. ff. de ſervit. l 34. pr. ff. de S. P. R. l. 27. §. ſ. ff. de S. P. U.* & paſſim. De qua Condominii materia vid. ſupra citatas Diſp. *de Condominio.* Acquirunt etiam per alios. Item plures ſimul[illegible] unde Condominium.

XI. Objectum ſunt res corporales, in commercio exiſtentes, ſive mobiles, ſive immobiles *prec. §. 3.* & ſupra *ad tit. de R. D. §. 14. & ſeqq.* & *ad tit. de R. V. §. 16.* Unde ſua ſponte fluit, quid de rebus Divini Juris & Humani; ſed Publicis dicendum ſit. add. ſuprà *ad tit. de R. D. §. 5. & ſeqq.* Objectum.

XII. Formam dominii, jam dictum, conſiſtere in proprietate; Et quomodo à rei quis juris in re ſpeciebus differat? vid. *prec. §. 2. & 3.* Finis eſt, ut ſcaturigines litium & contentionum obſtruantur, vid. *l 77 § 20. ff. de leg 2. l. 2. C. quando & quib. quarta pars.* Effectus conſiſtit in libera rei diſpoſitione, *l. 21. C. mandati.* & vindicatione, *l. 9. l. 17. §. 1. l. 23 pr. ff. de R. V. l. 25. pr. ff. de O. & A.* add. ſuprà *ad tit. de R. V.* Forma & Diff. Spec. Finis. Effectus.

I. Modus Dominium acquirendi generalis est Apprehenſio. quid? Eſt vel rerum Nullius. Dicitur Occupatio. quid? Ejus ſpecies Venatio & Inventio. Vel rerum Alicujus.

XIII. Ut autem ad Modos Dominium acquirendi Naturales vel Juris gentium ſpeciatim redeamus, Apprehenſionem nempe & Acceſſionem: Illa eſt modus dominium acquirendi per rei cum corpore noſtro conjunctionem, animo illum acquirendi factam. *Ratione Objecti* eſt vel rerum Nullius, vel rerum, quæ ſunt Alicujus. Illius generis in ſpecie vocatur Occupatio, quæ eſt primus & antiquiſſimus modus, & deſcribitur, quod ſit apprehenſio earum rerum, quæ actu nullius ſunt, fieri tamen alicujus poſſunt, animo Domini facta. *§. 12. I. l. 55. ff. h. t. l. 1. §. 1. l. 3. §. 3. ff. de A. vel A. P.* ejusque duæ ſunt ſpecies: Venatio, *§. 12. & ſeqq. I. de R. D.* & Inventio, §. *18. 47. I. d. t.* Res autem, quæ ſunt Alicujus, acquirimus vel volente Domino, unde Traditio, *§. 41. & ſeqq. I. eod.* vel eo invito, hinc Occupatio bellica. *§. 17. I. d. t.*

Ad Occupat. in ſpecie requir. 1. apprehenſio actualis. An oculis & affectu fieri queat? *Diſting. Ratio. Obj. Reſp.*

XIV. Ad Occupationem itaque in ſpecie requiritur apprehenſio (1.) naturalis, actualis, & corporalis; quæ in rebus Soli fit ingreſſu vel pedibus: in rebus mobilibus manuum injectione. Grot. *de mar. lib. c. 2. in med.* Nec in Originariis ſufficit viſus & affectus, vel conatus occupandi, *§. 12. & 13. I. de R. D. l. 30. §. pen. ff. h. t. l. 1. §. 1. & l. 3. §. 3. ff. de A. vel A. P.* proinde non cenſetur occupata, *d. §. 13. l. 5. §. 1. ff. h. t.* Sic qui prius rem apprehendit, illam acquirit; licet alter prius viderit; multa enim accidere poſſunt, ut eam non capiamus. *dd. ll.* Non obſt. *l. 1. §. 21. l. 18. §. 2 ff. de A. v. A. P.* quia in modis Derivativis res voluntate Domini oblata etiam oculis & effectu acquiritur, e. gr. ſi quis aliquem ad fundum adducat, animo dominium in illum transferendi, præter illius acceptationem, nulla actualis apprehenſio requiritur, *dd. ll.* nam in Derivativis voluntas prioris Domini rem ſuam in alium transferre volentis accedens facit, ut dominium facilius transferatur & acquiratur, quàm in Originariis d. Diſp. *de Theſaur. th. 15* Dn. Stryk. *tract. de jur. ſenſ. D. 1. de viſu, cap. 5. num. 12.* (2.) Animo habendi & acquirendi facta; quoniam nuda apprehenſio haud ſufficit. Sic Furioſus non acquirit rem, quam invenit, ſed iterum abjecit. Idem eſt, ſi quis inventam rem pretioſam, ignorans talem eſſe, iterum abjecerit, actus enim humanus ultra intentionem agentis nihil operatur. arg. *l. 55. ff. de O. & A. l. 10. ff. de R. C.*

2. Animo habendi.

Objectum ſunt res nullius. Quot modis dicantur?

XV. Objectum hujus apprehenſionis ſunt res actu nullius, ita tamen comparatæ, ut alicujus fieri poſſint. Nam juxta verſiculum:

Cenſurâ, Facto, Naturâ, Tempore, Caſu,
Res in nullius dicitur eſſe bonis.

Neque

Neque tamen unius ejuſdemque ſunt generis: Quæ enim nullius ſunt Cenſura, i. e. quoniam ita non ſunt naturaliter, ſed tales eſſe cenſentur: vid. *l. 9. inſ. ff. de ſen & legit.* ut ſunt res Sacræ, Religioſæ & Sanctæ, quæ cenſurâ, i. e. exiſtimatione, deſtinatione, dedicatione, conſecratione tales redduntur; *§. 9. & ſeqq. I. l. 6. §. 2. & 1. l. 9. §. 1. ff. de R. D. l. 83. §. 5. ff. de V. O.* & quia nullius ſunt, nec regulariter alicujus fieri poſſunt, quodammodo, i. e. non propriè; ſed per ſimilitudinem Divini Juris eſſe dicuntur; *§. 10. I. de R. D.* & Caſu, ut jacens hæreditas, huc non ſpectant; vid. ſuprà *ad tit. de R. D. §. 5. & ſeqq.* quo etiam videtur pertinere res à debitore obligationis cauſa depoſita, à creditore verò nondum accepta. B. Dn. Parens, *D. de depoſ. pur. th. 29.* Sed hoc loco tantùm res, quæ Natura, Tempore & facto nullius ſunt, conſiderantur.

Quænam huc pertinent?

XVI. Occupationis rerum nullius prima ſpecies eſt Venatio. Hujus olim tres erant ſpecies. Arenaria, quando quis cum beſtiæ pugnaturus, in arenam intromittebatur. *l. 8. §. 11. ff. de pœn.* Oppreſſiva, quando homines trucidabantur, ſed hæ naturæ repugnant: Gail *l. 2. O. 63. num. 8. 9.* Prockm. *ac reg.* ... *6. Venatio c. 3. num. 2.* & Saltuoſa, quæ fit cum clamore & canibus. Hic loci eſt occupatio ferarum animalium; & ſubdividitur in Venationem in ſpecie, Piſcationem & Aucupium; quatenus ſcil. animalia degunt in terra, aquâ vel aere. *§. 12.* ibi: *Omnia animalia, quæ mari, cœlo & terra naſcuntur. I. de R. D. l. 1. §. 1. ff. h. t.*

Rerum nullius Natura 1. Species eſt Venatio. Olim erat triplex. Quid h. l. in genere?

XVII. Venatio ... genere naturali jure omnibus erat conceſſa, ut quicquid captum, tanquam hactenus nullius, occupanti cederet; *d. §. 12. l. 1. §. 1. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. pr. l. 44. l. 55. ff. h. t. l. 28. pr. ff. ad l. Aquil. t. t. C. de venat. ferar.* etiamſi fera ab alio capta; ſed in libertatem naturalem reverſa, *d. §. 12. d. l. 3. §. 2.* vel etiamſi in fundo alieno capta ſit; cum alienum fundum venandi gratia ingredi liceret. *d. §. 12. d. l. 3. §. 1.* Hinc venationem fundi fructum eſſe negatur, niſi fructus fundi exinde conſtet, *l. 26. ff. de uſur.* poteſt tamen Dominus fundi, ſi præviderit ingreſſum, verbis vel denunciationibus prohibere, *d. l. §. 12. l. 3. §. 1. l. ... §. 3. ff. h. t.* & contra prohibitionem ingreſſus tenetur quidem actione injuriarum. *l. 13. §. 7. ff. de injur. l. 16. ff. de S. P. R. l. 5. §. 3. ff. quod vi aut clam* Struv. *Exerc. 41. th. 9.* ibique Mullerus. Joh. Voetius *num. 4. h. t.* aut etiam, ſi forte fructus fundi læſerit, ex L. Aquilia; Giphan. *ad d. §. 12.* captum tamen nihilominus fit & manet capientis. *§. 12. I. h. t.* nam prohibitio non eſt modus acquirendi, nec conditionem animalis mutat, *dd. ll.* niſi prohibitio auctoritate judicis facta arg. *l. 7. §. 3. ff. pro empt. l. 6. ff. de V. O.* Ziegl. *ad Grot. l. 2. c. 2. §. 5.* Hinc non refert, licet fera

Jure Nat. competit omnibus *Ampl. 1. 2.*

fera in ſylva circumſcepta, Thier Garten. (quâ non intelligitur prorſus præcluſa, Franzk. *ad §. 10. I. de R. D. num. 8.*) ſit capta, quia in libertate naturali remanet. *l. 3. §. 14. ff. de A. vel A. P.* arg. *l. 62. pr. ff. de uſufruct. l. 26. ff. de uſur.*

5. Fera mortiferè vulnerata cujus fiat? Ex dictis etiam fluit, feram excitatam & mortiferè vulneratam, Jure Naturali non fieri vulnerantis, niſi perſecuta & capta ſit, *prec. §. 14.* add. Mohr. *de jur. ven. p. 1. c. 8.* quamvis moribus aliter obtinere, doceant Schulz. *ad §. 13. I. de R. D.* Strauch *Ex. 6 th. 28. in f.*

Quid moribus? Nec moribus, niſi inter vicinos ſpecialiter conventum, licet feram in fundo noſtro excitatam, ein angeſchoſſenes, angehetztes Thier, in alieno fundo perſequi; vid. Seckendorf. Teutſch. Fürſten Staat. *p. 3. Regal. 5. & 6. in f.* add. Pruckm. *de Regal. §. Venatio. c. 2. n. 29* Docer. *cl. 5. D. 3. th. 21.* ſed

Jure Saxon. Jure Saxonico licitum eſt, modò fiat in continenti ſine inflictu Corniculi venatorii, incitatione canum, aut bombardæ diſploſione. Sächſ. Landr. *l. 2. art. 61.* Noë Meurer. *p. 2. tit.* Wie man das Wild jagen ſoll. Schulz. *d. l. lit. K.*

Si fera manſuefacta? Si fera ſit manſuefacta, quæ in ſylvam ire & redire ſolet, *l. 4. ff. h. t.* eousque manet Domini, donec fera animum revertendi habeat; ſin illam conſuetudinem ultrò (vid. *l. 8. §. 2. ff. fam. ercis.*) deſeruerit in naturalem laxitatem cenſetur perveniſſe, & per [illegible] recuperationem noſtra eſſe deſinit. *§. 15. I. l. 5. §. 5. l. 44. ff. h. t.* apud Frommann, *Diſſ. de Amiſſ. rer. fortuita. th. 8.*

Venatio in ſpecie quid? XVIII. Venatio in ſpecie eſt occupatio ferarum [illegible]reſtrium per conſectationem. In Corpore Juris Venatorii, H[illegible] *de jur. ven. th. 3. p. 224.* Mohr. *d. tr. p. 1. c. 1. num. 10.* Feſch. [illegible] *venat. th. 3.* ſive fiat cum cornu & clamore, adhibitis canibus venatic[illegible] [illegible] armis, ſive foveas fodendo, vel laqueos, aut alia inſtrumenta ponendo [illegible] modò non in locis publicis. *l. 55 ff. h. t. l. 21. l. 29. ff. ad L. Aquil.* [illegible] *§. 5. in f.*

Piſcatio quid? Piſcatio eſt captura piſcium in naturali libertate reli[illegible]orum: cuilibet permiſſa, non tantùm in mari & fluminibus; *§. 1.* [illegible] *& 12. I. de R. D.* ſed & in lacu & ſtagno alieno *l. 3. §. 14. ff. de A. vel A. P.*

Si piſces in lacu. Dominus tamen in lacu, qui ipſius Domini eſt, vel, ſi in diver[illegible] maris aut fluminis, longo temporis uſu, quaſi poſſeſſionem juris piſcandi ſolus ſibi acquiſivit, piſcari alium prohibere poteſt. *l. 13. § 7. in f. l. 14. ff. de injur. l. 41. pr. in f. ff. de uſurp. & uſucap. l. 7. ff. de div. & temp. praeſc.*

In piſcina? Si autem feræ vivariis incluſæ, vel piſces in piſcinas conjecti ſint, à Domino poſſeſſionis & proprietatis jure vendicantur. *d. l. 5. §. 14.* Mohr. *d. p. 1. cap. 5.* Ziegler *de Jur. Majeſtat. lib. 2. cap. 14. §. 16.* Piſcina enim fit hominum induſtria, lacus verò naturâ, in quo piſces naſcuntur, vel inundationibus importantur. add. Dn. Harpprecht. *Diſſ. de Venat. precar. th. 24.*

XIX.

Aucupium quid?

XIX. Aucupium eſt captura volucrum. Itidem Jure Gentium nemini denegata; *§. 12. I. de R. D. l. 1. §. 1. l. 3. §. 2. 3. ff. h. t. l. 3. §. 15. de A. vel A. P.* etiam in alieno, *dd. ll.* ſi tamen re integrâ prævideris ingredientem fundum tuum, poteris eum jure prohibere *§. 14. I. d. t. l. 3. §. 1. l. 5. §. 3. ff. h. t.* vid. Stryk. *in uſu moderno. §. 8. h. t.* Cæterum volucres hic intelliguntur, quarum fera eſt natura, quales ſunt apes, pavones, columbæ; *§. 14. 15. I. de R. D.* eas ſi alius incluſerit, is earum Dominus erit; nam incluſio eſt occupatio. Examen etiam apium, ſeu nova ſoboles, ad novas ſedes quærendas extruſa, quod ex alveo evolavit, non ut fœtus animalium manſuetorum ad nos pertinet; ſed eousque noſtrum eſſe intelligitur, donec in conſpectu noſtro, nec difficilis ejus perſecutio eſt, alioquin fit occupantis. *d. §. 14. d. l. 5. §. 2. & 4.* Sin apes feræ. vid. *l. 26. ff. de furt.* nam aliæ aliis magis feræ ſunt. Jure Saxonico evolans ad vicinum ipſi acquiritur; Carpz. *J. F. p. 4. C. 36. def. 4. & p. 3. dec. 295.* niſi ramus arboris vicini, in quem evolavit, in meum hortum propendeat.

Quænam volucres hic intell.?

Examen apium ad quem pertineat?

Quid J. Sax.?

XX. Si verò ſint naturaliter manſuetæ, ut gallinæ, anſeres, (niſi feri) *§. 16. I. d. t. d. l. 5. §. 6.* vel manſuefactæ, vel feræ incluſæ, & tales quis turbaſſet, ut evolantes conſpectum noſtrum effugerint, vel quamdiu habent conſuetudinem ad nos revertendi, ſed alius lucrandi animo detineat, furtum committere intelligitur. *d. §. 15. 16. l. 3. §. 2. l. 5. §. 5. 6. l. 44. ff. h. t. l. 8. §. 1. ff. fam. erciſc. l. 37. ff. de furt.* Item falco ſonaleis argenteis, item cervus monili ornati occupantis non fiunt. Pruckmann. *d. c. 2. num. 33.* Struv. *Exerc. 41. th. 17.* ibique Mullerus. Stryk. *in uſu moderno §. 10. h. t.* Ex *d. l. 44.* & *d. l. 8. §. 2.* etiam conſtat, ſi ex avibus vel pecoribus à beſtia nobis ereptum ſit, non deſinere noſtrum eſſe, etiamſi à vicino venatore extortum fuerit.

Volucres manſuetæ, manſuefactæ, incluſæ ſi turbatæ evolaverint.

Falco cervus ornati.

Si pecus à beſtia ereptum à vicino extortum.

XXI. Hactenus dicta de Venatione, ejusque ſpeciebus ita ſe quidem habent de Jure Naturali, Gentium & Civili, Sed hoc jus venandi hodiè generali ferè conſuetudine mutatum eſt, ejusque uſum Territoriorum Domini, maximè quoad loca publica. Hahn. *ad W. h. t. N. VII. verb. Et hoc tunc.* vi ſuperioritatis, & tanquam regale ſibi vendicant, poſt Meurer. *d. p. 2.* Sixtin. *de regal. l. 2. cap. 18. num. 32. & 45.* Mod. Piſtor. *V. 1. conſ. 14. num. 25.* Hertius *de ſuperiorit. territor. §. 49.* & B. Dn. Harpprecht. *in Reſp. 69. n. 4. cum ſeqq.* & iterum aliis concedere poſſunt; à Seckendorff. Teutſche Fürſten-Staat. *pag. 3. Regal. 5. §. 1. & 4.* modò abſque ſubditorum magno damno fiat. vid. Gail. *d. O. 68. num. 8.* Et quamvis Lex Civilis non poſſit prohibere, quod Jus Naturæ præcipit; poteſt tamen hanc naturalem libertatem circumſcribere: Nam Jus Naturæ propriè ita dictum verſatur circa ea, quæ

Jus Venandi hodie tanquam regale habetur.

Aliis conceditur.

An libertas venandi poſſit coerceri?

intrinſecè & moraliter honeſta & turpia ſunt, ab eoque vel præcipiuntur vel prohibentur, & ſic libertas venandi non eſt juris præceptivi; ſed tantum permiſſivi, quod ſecundum rerum ſtatum mutationibus eſt obnoxium, & per Principem juſtè prohiberi poteſt. Seb. Medices, *de venat. part. 1. q. 5.* Molin. *de jur. ven. p. 1. c. 2. num. 21. & ſeqq.* add Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 2. num. 5* & *c. 8. num. 5.* Bocer *de regal. cap. 1. num. 69.* Unde hæc libertas etiam Jure Canon. eſt circumſcripta, & Eccleſiaſticis interdicta. *cap. 1. & 2. ibi: Omnibus ſervis DEI venationes & ſylvaticas vagationes cum canibus, & accipitres aut falcones habere interdicimus. X. de Clerico venatore.* (dicuntur quidem Paleæ, *diſt. 34. can. 2. & 3.*) *Cap. 1. inſ. X. ne Clerici vel Monachi ſecul. negot. ſe immiſc.* idque, ne, hâc voluptate capti, cultum divinum & ipſi deſerant, & ſervos ſuos ſecum producant *diſt. 36. c. 13.* Hoc reſtringitur ad venationem clamoſam, *cap. 1. Clement. de ſtat. Monach. & Canon. regul. §. Porro & §. ſi quis.* Pruckmann. *c. 4. n. 71.* exceptâ tamen (niſi ſint Monachi) venatione recreativâ & quietâ, quâ avibus & aliis feris laquei & retia tenduntur, vel ſi reditus ex venatione conſiſteret; vel jus in alienis fundis haberent, modo officium non negligant, nec modeſtiæ fines tranſgrediantur. *d. cap.* & addit Bach. *h. t.* ut tunc venationem clamoſam per laicos venatores exerceant. Piſcatio verò, quia fit ſine clamore, indiſtinctè eſt permiſſa. *d. Diſt. 86. c. 11.* & *de Conſecrat. diſt. 5. can. 33.* Seb. Medic. *d. tr. p. 1. q. 8. & 9.* Imp. Fridericus IIdus per Conſtitutionem etiam Laicis venationem usque ad capiendos urſos, apros, lupos, ſchädliche Thiere, interdixit; *2. F. 27. §. 5.* add. *l. un. C. de Venat. ferar.* licet in apris hodiè aliter obſervetur. Stryk. *in uſu moderno §. 4. h. t.*

Jure Can. Eccleſiaſticis eſt interdicta.

Ratio.

Limit.

Cum reſtrictione.

Imp. Frid. II etiam Laicis hoc jus interdixit.

Hodie privatis eſt ademptum.

XXII. Cur autem hoc Jus privatis hodiè in genere ſit ademptum, rationes 4 ponit Weſemb. *h. t.* ut ſunt (1) Cura ſervandarum ſpecierum in animantibus, ſed vid. Beſold. *de majeſt. S. 3. c. 7. n. 9.* (2.) Ne homines ab agricultura & vita ruſtica avocentur. (3) Quia quotidianus armorum uſus, qui tamen in venatione ferarum neceſſarius, eſt periculoſus. (4.) Turbio pacis & tranquillitatis. Aliam jungit Grotius, *d. c. 8. n. 5.* add. à Seckendorff. *d. l.* Fachin. *contr. l. 1. cap. 1.* Chriſtin. *V. 4. dec. 84. n. 35.* Carpz. *Pr. Crim. q. 84. n. 11.* Franzk. *Ex. 4 q. 1.* Jus venandi ex conſuetudine Germaniæ inter ſervitutes reales refertur à Gail. *l. 2. O. 66. n. 9.* vid. Mev. *p. 4. dec. 95. n. 3.* cùm tamen non ſemper in alieno, ſed in ſuo, jure feudi competat. Bach. *ad Tr. V. 2. D. 20. th. 3. lit. C.* Hodiè communiter venatio refertur inter Regalia, ſed vid. Hahn. *d. l.* Bocer. *de reg. d. c. 1 n. 30. & ſeqq.* ad ſuperioritatem & jus Foreſtæ. Carpz. *p. 3. C. 32. def. 17.* Brunnem. *ad l. un. C. de venat. ferar.* Gilhauſen.

Cujus 4. rationes ponit Weſ.

Eſt regulariter effectus ſuperioritatis.

Arb.

Arb. jud. p. 11. c. 0 17. Arum. *de J. P. l. 3, diſſ. 20, probl. 2.* Stephani, *de Jurisd. l. 2 p. 1. c. 7. n. 032.*

XXIII. Hoc jus acquiri poteſt etiam in bonis privatorum præſcriptione; ſi quis ultra XXX. annos ibi venatus ſit, quamvis Dominus, etiamſi interea venationem non exercuerit, ea tamen ſimul uti queat, Color *Conſ. 19 per tot.* Seb. Medic. *d. tr. p. 2 q. 1* Mohr. *d. tr. p. 2 c. 2 & 3* pacto, ſtipulatione, emptione, donatione, teſtamento, &c. arg. *§ ſ J de ſerv. l. 19. ff. quem ſerv. am.* Sichard, *conſil. 5.* ſolet etiam inveſtitura fieri cum jure Foreſti, omnimoda venatione, mit aller Forſtl. Obrigkeit, Wäldern, Wildbännen, Jagen und Jagengerechtigkeit. Sixtin. *de regal. l. 2 c. 18. n. 52. & ſeqq.* Bidemb. *quæſt. 10.* Struv. *S. J. F. c. 6. aph. 7.* ſed verba in conceſſionibus probe conſideranda ſunt; Differunt enim Forſt und Wildbahn Bannus ferarum, ut totum, & pars, uti explicat Meichsner. *tom. 2. l. 2. Dec. 4. n. 30. & ſeqq.* Stryk. *in uſu moderno §. 16. de jurisd.* Item Jagen non includit Hagen, cum Venatio etiam ſylvâ non cinctâ per canes & retia, mit Hetzen und Garn, fieri poſſit Dill. Gall. *l. 2. O. 69. n. 5.* ſed vid. Frider. *Prax. cap. 41.* Bidemb. *q. 17.* Klupſch. *de Cur. Imp. l. 2 c. 7. n. 44 & mult. ſeqq.* Wehner *voc.* Forſt-Recht. Nov. Meurer vom Jagd- und Forſt-Recht. *P. 1.* in Corp. Jur. Ven. *p. 115.* Caſtro conceſſo mit Jagens-Gerechtigkeit, tantum Inferior venationis ſpecies, das kleine Weidwerck conceſſa cenſetur Carpzov *de def. 17* Speidel. *ſpecul. voc.* Jagen. Finckelthuſ *O. 41.* Nec ſemper conceſſa venatio involvit uſum ſclopetorum, Wehner, *voc.* Forſt. Carpzov. *dec. 287* Stryk. *in uſu moderno §. 0. h. t.* ſed quandoque excipitur, maximè in Venationibus precariis, Gnaden Jagen und durch einen *Revers* zugelaſſenen Jagens-Gebrauch, Meurer *d. l.* ubi jus venandi habens alicui, ad preces ipſius, gratis concedit, ut ad modum præſcriptum venari liceat, donec concedens revocaverit. Dn. Harpprecht. *D. de Venat. precar. th. 4.* Bidemb. *d. q. 19. n. 6. & ſeqq.* Hujuſmodi venationes, ſicut ad voluptatem conceſſæ, alteri cedi non poſſunt. Meurer *d. l.* Harpprecht ad *§. 12 & 13 J. de R. D. n. 114.* Unde fluit, hoc jus non ſemper jure territorii exerceri vid. Dn. à Lynck. *dec. 361.* Poteſt namque Princeps, cum Nobili in ipſius territorio bona ſua poſſidente, jus hoc ſimul, das Gemein-Mitjagen, Koppel-Jagt, Bidemb. *q. 16.* vid. Dn. Fritſch. *de Conventatione, in Corp. Jur. Venat. p. 883.* & interdum, licet in alieno planè ſolus, exercere. Regalia enim in alieno territorio variis modis acquiri poſſe, dubio caret. ſupracit. Tract. *de Conditione territ. cap. 4. th. 14. & ſeqq.* & plurima docent exempla.

Acquiritur præſcriptione, Pacto &c.

Inveſtitura, ſed verba conceſſionis probe conſideranda. Differunt Forſt und Wildbahn. Jagen non involvit Hagen.

Caſtro conceſſo cum Jurisdict. quid?

Venatio precaria.

quid?

Alteri cedi nequit.

In alieno territorio etiam exercetur cum aliis, vel ſolitariè.

Venatio in ſpecie, & Aucupium eſt vel majorum vel minorum ferarum.

XXIV. Venatio in ſpecie & Aucupium eſt vel majorum, **des Hohen, Rothen und Schwartzen Wildes, v. gr. Hirſch, Wilde Schweine, Bären, Rehe:** vid. Stryk *in uſu moderno* §. 5. *h. t.* **Trappen, Auerhahnen, Haſel-Berghuner, Schwahnen:** Vel minorum ferarum, **des Niedern Wildprets,** ut, **Haaßen, Dachſen, wilde Katzen: Feldhuner, Schnepfen, Enten, wilde Tauben, Krametsvögel, Lerchen** *rc.* uti recenſet à Seckendorff *d. l.* §. 2. & §. 6. *quo tempore venandum*; ſed cujusque loci conſuetudini inhærendum. Piſcatio, una cum inde provenientibus redditibus, ſimiliter inter Regalia refertur, 2. *F.* 56. & proin in flumine publico non eſt libera, ſed ſolet pro certa penſione & ſub certo modo, *l.* 4. §. 6. *ff. de cenſib.* collegiis piſcatorum, aliisve accolis concedi, vid. Seckend. *d. p.* 3. *regal.* 7. §. 1. & 2. Idcirco hic delinquentibus Jure Saxon. pœna pro diverſitate circumſtantiarum eſt ſtatuta, ut carcer, opus publicum, fuſtigatio, relegatio, & tandem Tratto di Corda. Carpzov. *Pr. Crim. q.* 84. *n.* 84. *& ſeqq.* Berlich. *p.* 4. *concl.* 37. Sixtin. *de regal. l.* 2. *c.* 18. In Flumine vero vel ſtagno privato & vivariis abſque furti crimine piſcari non licet. Conſt. Crim. Car. V. *art.* 169. Mohr. *d. tr. p.* 1. *c.* 5.

& Piſcatio refertur ad regalia.

Aliis conceditur.

Transgreſſores quo modo puniendi?

XXV. In transgreſſores venationum, ſcil. citra paupertatem vel defenſionis neceſſitatem, variæ pœnæ ſunt conſtitutæ, mulcta, carceris, confiscatio, relegatio, &c. & ſi quis præſertim feras majores & quidem iterato venatur, ut incorrigibilis videatur, pro circumſtantiarum gravitate multis in locis ultimum ſupplicium eſt ſtatutum. Carpzov. *d. q.* 84. *n.* 50. Nic. Everhard. *V.* 1. *Cons.* 20. Harppr. *ad* §. 12. *J. h. t. n.* 54. Tabor *ad Conſt. Crim. d. art.* 169. *n.* 15. Bocer. *Cl.* 1. *D.* 3. *th.* 32. Stryk *in uſu moderno* §. 5. *h. t.* **Seidenſticker** *Diſſ. de furto ferarum.* cationes vid. **in der Württ. Forſt-Ordnung** *p.* 3 *pag.* 111. 124. *& ſeqq.* ſunt tamen, qui hanc ultimi ſupplicii pœnam minimè proportionatam defendunt. **Sächſ. Landr.** *ibi*: **Da GOtt den Menſchen ſchuff, gab Er ihm Gewalt über Fiſche, Vögel, und all wilde Thiere, darum haben wir deſſen ein Uhrkund von GOtt, daß niemand ſein Leben an dieſen dreyen verwürcken kan.** *l.* 2. *art.* 61. & **Schwaben-Spiegel,** *ibi*. **Dann kein Richter einem ſeinen Leib gar nehmen kan, weder um Gewild, noch um Gevögel, noch um Fiſche** *l.* 1. *tit.* 56. §. 2. add. Groe. *de J. B. & P. l.* 2. *c.* 2. *n.* 14. Speckhan. *p.* 1. *q.* 98. poſt alios, Brunnem. *ad l. un. C. de ven. fer. n.* 7. Gail. *l.* 2. *O.* 61. *n.* 10. Arniſ. *de Jur. Majeſt. l.* 3. *c.* 4. *n.* 3. Prucken. *d. l. c.* 4. *n.* 62. Muller. *de Princip. & Stat. Imp. c.* 73. *n.* 12. Interim Domini non immodicè noceant, Bocer. *de reg. c.* 1. *n.* 70. ſed operam dent, ne feræ in nimia ſint copia, & ſi privatorum agros depaſcantur, damnum reſarciant. Gail. *l.* 2. *O.* 61. *n.* 10.

An ultimo ſupplicio?

Dominorum in hoc caſu officium.

Secken-

Sackendorff. *d. tr. regal. 5. §. 1. in f.* Niell. *D. feud. 5. th. 1. lit. D.* Hunc jure prohiberi non poteſt, quo minus ſubditi feras, pendentibus fructibus, ex agris ſuis abigant, nec fundos ſepiant. Meurer. *p. 2 tit.* Wie dr Zaun. Gail. *d. l.* add. Corp. Jur. Venat. *p. 1 c. 5. per tot.* Si itaque ab alio in jure venandi turbetur, illum Actione injuriarum, v. Mynſing. *C. 1. O. 25.* Gail. *l. 1. O. 65. n. 5.* Interdicto uti poſſidetis, vel Confeſſoria actione, vid. *l. un. C. uti poſſid. l. 8. §. 5. in f. ff. ſi ſerv. vind. l. 2. §. ſ ff. de aq. pluv. arc. ſupra §. 8 ſi ſerv. vind.* ſuper Pignorat. Poteſt convenire, & jure ſuo probato, ſolet pronunciari: Daß Beklagtem Ihne Klägern in ſeiner *poſſeſſion vel quaſi* des Jagens, Weidwercks, Fiſchens, geklagter maſſen zu *turbiren* und zu verhindern nicht gezimet noch gebühret; ſondern daran zuviel und unrecht gethan, dahero ſich deſſen hinführo zu enthalten, auch derhalben gebührliche *caution* zu thun ſchuldig ſeye. *rc.* Cujusmodi varia præjudicia vid. ap. Barthum. *Sent. Cam. verb. Turbati juris venandi.*

Subditis licere feras abigere, fundos ſepire. Turbatores quomodo conveniendi. Formula ſententiæ.

XXVI. Cùm ex ſupradictis conſtet, jus venandi in alieno prædio & locis privatorum poſſe acquiri vid. Hahn. *N. VII. verb. Es hat man & præc. §. 18.* Quær. An ſylvam meam, ubi alius dictum jus habet, illo invito, poſſim reducere in culturam, vel in ea complures & annoſas arbores ſimul excidere? & neg. *per L. 20. §. 4 ff. de S. P. U.* ſed contra Dominum Sylvæ Mandatum S. Cl. decerni ſolet, Gail. *l. 1. O. 13. n. 5.* & *l. 2. O. 67. n. 5. & 8.* niſi eradicatio ſit in certum uſum modica, & ſine venationis diſpendio, Beſold. *theſ. pr. voc.* Forſt. Gail. *d. O. 67. n. 10.* ſed ſi præter venationem ſola utilitas ſylvæ in lignis cædendis conſiſtat, vid. Pruckmann. *d. tr. c. 7.* Meurer. *p. 7.* in de Corp. Jur. Ven. *p. 411. & ſeqq.* Beſold. *p. 1. conſ. 15. & 16.* Mod. Piſtor. *V. 2. conſ. 10. n. 6.* Dn Harpprecht. *Conſil. 72. n. 90. cum. ſeqq.* Jus glandis, ſi deſuper nihil conventum, regulariter eſt Domini ſylvæ, ſed quatenus in uſum & victum ferarum facit, eſt Domini venationis. Reliqui vero fructus ſylveſtres, ut & caſtaneæ, avellanæ, &c. indubie ſpectant ad dominum fundi, tanquam pars ſylvæ. Pruckm. *c. 8. & 9.* Gail. *l. 2. O. 61. n. 1. & ſeqq.* Noe Meur. *p. 2* in *d. Corp. Jur. Venat. p. 215.* & ibi annexo *Cons. 15.* B. Dn. D. Harpprecht *Reſp. 69 per tot.*

An dominus ſylvam ſuam, ubi alius venand. jus habet, in culturam reducere, vel plures arbores annoſas ſimul excidere queat. Neg. Limit. Ad quem pertin. jus glandis & fructus ſylveſtres?

XXVII. Quibusdam in locis ſylvæ ſunt communes, in quibus promiſcuè omnibus venari permiſſum eſt, Wo die Freye Pürſch üblich iſt. de qua videri poteſt tract. Jac. Ottonis, *in Corp. Jur. Venat. p. 211.* Beſold. *ſub voc.* Freye Pürſch. Myler. *d. c. 73. §. 5.* Knipſchild *de Civ. Imp. l. 2. c. 7. n. 20.* D. Harppr. *in Scrupt. ap. de liber. venat.* Sæpius quidem meditatum fuit, annon fieri queat vel debeat, & ſubditis magis conſultum ſit, ut hæc qualitas vel libertas, aliis in compenſationem immunitatibus concedendo atque ſubſtituendo, immutetur; vid.

In ſylvis communibus. Wo Freye Pürſch iſt.

vid. Noe Meurer. *p. 2. ind. Corp. p. 324. inf.* De jure Venandi, ejusque exercitio, præter Autores citatos, porrò agunt Meichsner. *Tom. 1. l. 1. Dec. 12. 42. 45. Tom. 3. Dec. 33. Tom. 4. Dec. 14.* Schwanemann. *proc. Camer. l. 1. cap. 12. n. 40. & ſeqq.* vid. variæ Ordinationes Foreſtales in d. Corp. Jur. venat. *per tot.* Ahasv. Fritſchii.

2. Species eſt Inventio. Rerum nullius vel Naturâ. Quæ inveniuntur in littoribus.

XXVIII. Altera ſpecies Occupationis rerum Nullius eſt Inventio, quæ eſt occupatio rerum, quæ præter feras beſtias, natura, vel tempore, vel facto nullius ſunt, & verſatur circa res nullius inanimatas. Naturâ tales dicuntur gemmæ, lapilli, margaritæ, (quorum omnium diverſa eſt natura, *l. 19. §. 17. & 18. ff. de auro & arg. leg.*) & cætera, quæ in littoribus inveniuntur, & ſtatim fiunt inventoris, *§. 18. J. l. 3. ff. de R. D.* qui ſcil. primus manu occupavit, *l. 1. §. 1. ff. de A. v. A. P.* Joh. Voetius *n. 9. & 10. h. t.* ita ſuccinum in Pomerania. Struv. *S. J. C. Ex. 41. th. 22. inf.* ſed quia hodie Principes & Magiſtratus mare & flumina accolentes in littoribus & ripis inventa jure Regalium ſibi vendicant, nec illas res, niſi aliud conſuetudine obtineat, ſine permiſſu inveſtigare vel quærere licet. Schulz. *ad d. §. 18. lit. R.* Ludw. *Ex. ad Inſt. D. 4. th. 6. lit. e.* Struv. *S. J. F. c. 6. aph. 7. n. 6. & 14.* v. gr. aurum in Rheno, in fluminibus Miſniæ; ſuccinum, electrum, bleſſum, in Boruſſia cedunt Regi, ita Conchæ & uniones in Perſia, Gemmæ in multis locis Indiæ Orientalis, Terra ſigillata in Turcia &c. vid. B. Dn. Parens m. *Diſſ. de Theſaur. th. 2.* Struv. *d. l. aph. 22.* & *Aſiati*ſcher Denckwürdigkeiten, *p. 191. & ſeqq. un*terſchiedener Bericht. Stryk. *§. 12. h. t.*

Hodiè Magiſtratus accolentes ſibi vindicant.

v. gr.

Vel Tempore, ut Theſaurus. ejus Synon. Homon. Latè.

XXIX. Res Tempore nullius eſt Theſaurus, propriè & ſtrictè ita dictus. Vocatur etiam depoſitio pecuniæ. *l. 31. §. 1. ff. h. t.* Depoſitum *l. 39. §. 1. ff. de aur. & arg. leg.* Pecunia condita. *l. 44. pr. ff. de A. v. A. P.* Sumitur generaliter pro cujusque rei copia; ſed in Jure noſtro, in ſenſu latiori, pro repoſitione quorumcunque mobilium ad futuras neceſſitates: ſive pro pecunia præſidii cauſa repoſita & ſine tali peculio ruſtici Senes pecuniam rem fragilem appellabant, *in L. 79. §. 1. ff. de leg. 3.* veluti *l. 22. pr. ff. fam. erciſcund. l. 15. ff. ad exhib. l. 3. §. 3. d. l. 44. §. 1. ff. de A. vel. A. P. d. l. 39. §. 1. l. 14. C. de metall. & gynæc. l. 2. in med. C. ut dignit. ord. ſerv.*

Strictè.

Definitio.

Strictè & propriè accipitur pro veteri pecuniæ depoſitione; *l. un. C. de theſ. §. 39. J. de R. D. l. 31. §. 1. l. 63. ff. h. t. l. 7. §. 12. ff. ſol. matr.* & in hac ſignificatione definitur, quod ſit vetus depoſitio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat. *d. l. 31. §. 1. d. l. un. C. de theſ.* ibi: *condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori mobilia.* Joh. Voëtius *n. 12. & ſeqq.*

XXX.

XXX. Requiruntur ergò duo conjunctim ad theſauri conſtitutionem: I. Depoſito, hoc vocabulo pro ipſa depoſita pecunia ſumpta; ſupra enim diximus, verbalia in io, ſæpè pro ipſa re in Jure accipi. Deponere autem h. l. denotat rem condere vel celare, ſub terra, muro, aliove loco; *d. l. un.* Bald. *ad. L. 67. ff. de R. V.* vel lucri, nummorum ſcil. pretium augeri expectando: vel metus, vel cuſtodiæ cauſa. *d. l. 31. §. 1. ff h. t. l. 44. ff. de A. v. A. P.* Per vocem Pecunia non præcisè nummi intelliguntur, dicta vox enim ſumitur latè pro omni re in patrimonio exiſtente, corporali, ſive incorporali, mobili, ſive immobili. *l. 5. l. 178. l. 222. ff. de V. S.* Strictè pro re fungibili. *l. 2. pr. & §. 1. C. de Conſt. pec.* Strictiſſimè, pro nummis, vel auro & argento ſignato. *l. 7. §. 5. ff. de SCt. Mac. L. 3. ff. de eo, quod cert. loc. l. 3. §. 2. & 4. ff. de contr. tut.* Hoc loco ſignificat res mobiles, & quidem pretioſas. *d. l. un.* ibi: *mobilia.* vel ut in Cod. Theod. legitur monilia; & ſic excluduntur res incorporales, immobiles & viles. d. D. *de Theſaur. th. 8. & 10.*

Ad theſauri conſtitutionem req. I. Depoſitio. Quid denotet deponere? Quid vox pecuniæ. Latè. Strictè, Strictiſſimè?

XXXI. II. Requiritur Temporis vetuſtas, quâ & neſcitur Dominus, & quando theſaurus ſit reconditus. *d. l. 31. §. 1. d. l. un.* ibi: *ignotis dominis.* ut per illam juris intellectu ac civiliter dominum amiſiſſe ac nullius eſſe dicatur. *d. l. 31. §. 1.* Zaſ. *ad l. 3. § 1. ff de A. vel A. P. n. 2.* tempus enim per ſe non poteſt dominium adimere, ſed jus deponentis ad heredes etiam ignorantes transmittitur; quia tamen propter vetuſtatem dominus ignoratur, non eſſe cenſetur *l. 77. ff. de contr. empt.* Per vetuſtatem non intelligitur annus, ut *in l. 11. ff. de trit. vin. vel ol. leg* ſed tempus immemoriale, vel cujus non extat memoria *d. l. 31. §. 1.* Ad hoc quidem Guido Papæ, Mynſing. Sylvius, requirunt centum annorum ſpatium: alii plus, alii minus; At memoria hominum interdum breviori ſpacio LX. LXX. vel LXXX. annorum terminatur, interdum ultra centum annos extenditur, uti explicat Carpz. *J. F. p. 1. C 16. def 74. & p. 2. C. 1. def. 7.* add. Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 4. n. 7.* Cravetta, *de antiq. temp. p. 4. c. 5. n. 1. 2. 3.* Stephani, *de jurisd. l. 2. p. 1. c. 7. n. 145.* Vietor. *de Exempt. concl. 7. n. 22. & ſeqq.* Nam theſaurus non eſt, ſi ex ſcriptura vel aliunde conſtet, quo tempore, & à quo ſit repoſitus. Sed tempus Immemoriale probatur, ſi omnium hæc ſit opinio, de iis nec audiſſe, nec vidiſſe, nec ex aliis percepiſſe, qui vidiſſent aut audiſſent. *l. 28. ff. de probat.*

Req. II. Temporis vetuſtas. Dominium non tempus adimit; Sed juris intellectu amiſſum cenſetur. Tempus immemoriale quot annos requirat? Quomodo probetur?

XXXII. Ex dictis fluit, ſi vel ante centum annos depoſitio facta, & de ea, vel deponente conſtet, rem inventam nec occupanti cedere; ſed heredibus deponentis eſſe reſtituendam. *l. 44. pr. ff. de A. vel. A. P. l. 37. ff. de A vel O. H.* Lugo, *de J. & J. V. 1. D. 6. ſect. 11. n. 111. & ſeqq.* Rittersh. *ad Nov. p. 9. c. 24.*

Theſaurus non eſt ſi conſtet, à quo

vel quod noſtro tempore depoſitum eſt. *Quid tum inventori incumbat?* *Emtor ædium pecuniam ibi inventam venditori reſtituat.* *Limit.*

c. 24. n. 2. Item ſi pecunia ſub terra vel alibi recondita reperiatur, ex cujus forma vel qualitate conſtaret, illam noſtrâ ætate fuiſſe depoſitam, licet ignoretur, cujus ſit, inventor ſine crimine illam, tanquam theſaurum, retinere poteſt; *l. 43. §. 4 ff. de furt.* Carpzov. *d. p. 2. C. 33. def. ult. in f.* Gaiſ. *de exp. & mel. c. 22. n. 56.* ſed publicè denunciare, atque ei, qui ſe ejusdem dominum probaverit, ſimulque, quanta & qualis fuerit pecunia depoſita vel perdita, **Wie viel, und was es für Geld an Müntz und Sorten ꝛc. geweſen,** indicaverit, reſtituere tenetur. *l. 67. ff. de R. V.* Berlich. *p. 2. concl. 66. n. 21. & ſeqq.* Similiter emptor ædium pecuniam noſtris temporibus formatam in ædibus ſuis inventam reſtituere debet venditori, qui ipſe vel ejus majores eam depoſuiſſe præſumuntur, quod ſ. præjudicio firmat Carpz. *d. def. ult.* ſi autem aliud probari poſſit, vel ſaltem de domino per ſcripturam, teſtes vel etiam per præſumptionem haud conſtet, inventor, modo publicè indicaverit, propter *d. l. 43. §. 4.* illam b. f. retinere poteſt, non quidem ut theſaurum, verùm ceu rem pro derelicto habitam. Ex Canoniſtis nonnulli quidem putant, illam pecuniam inventam non inventori eſſe relinquendam; ſed pauperibus vel fiſco cedere. poſt Bachov. & Berlich. d. Diſp. *de Theſ. th. 9.*

Diff. theſauri. 1. à Gemmis &c. inventis *2. Metalli-fodinis.* *Cui metalla fodere licet?* *Hodiè numerantur inter Regal.*

XXXIII. Quoniam autem Eſſentia theſauri in eo conſiſtit, ut pecunia depoſita Dominum competentem longâ vetuſtate amiſerit, hoc ipſo diſtinguatur (1.) à Gemmis, lapillis & aliis in littore maris aut fluminis ripâ inventis, quæ quidem nullius ſunt, ſed naturâ, *prec. § 23.* & non temporis vetuſtate. Hinc quorundam locorum Statuta & conſuetudines, quibus res illæ fiſco vindicantur, ad theſauros per interpretationem doctrinalem extendi nequeunt. Nam jura correctoria, quantum fieri poteſt, reſtringenda ſunt, præſertim in iis, quæ naturali æquitate permiſſa. d. Diſp. *de theſ. th. 11.* (2.) à Metallis & Mineralibus. Herg. *p. 1 q. 15. n. 14.* hæc enim & aliorum fodinæ, lapidicinæ, arenifodinæ, & ſimilia pertinent ad Dominos fundorum, in quibus reperiuntur, *l. 3. §. 5. l. 4 ff. de reb. eor. qui ſub tut. l. 9. §. 2. l. 13. §. 5. ff. de uſufr. l. 7. §. 14. l. 5. pr ff. ſol. matr. l 3. C. de metall.* ita tamen, ut fiſco Canon metallicus ſeu vectigal ſolvatur *l. 1. l. 2. l. 3. C. h. t. l. 17. §. 1. ff. de V. S.* Et propter hoc commodum Reipubl. ſi dominus fundi metalla fodere ceſſet, cuique (niſi ſub ædificiis, *l. 6. C. d. t.*) licet quærere, *l. 1 l. 3. C. d. t* ſed & fiſco, & Domino decimas ſolvat *d. l. 3.* At ſecutis temporibus metallifodinæ inter Regalia numerabantur, *2. F. 56.* Aur. Bul. *c. 9.* & hodienum Principes & Domini jure territorii ſibi vindicant. Hinc. **Alle Schätze unter der Erden begraben, tieffer dann ein Pflug gehet, gehören zu der Obrigkeitlichen Gewalt;** quod tamen de metallifodinis accipiendum. Beſold. *de regal. c. 10. num. 5.* Carpzov.

J. F. d.

J. F. d. C. 53. def. 2. Speidel. *Spec. voc.* Bergwerck. Heig. *d. q. 13. num. 27. & seqq.* Myler. *de Princip. & Stat. Imp. cap. 69.* Stryck. *Diſſ. de Jure principis ſubterraneo.* Dn. D. Graſs. *in Diſſ. de neglectis fiſci commodis cap. 2. §. 24. & ſeqq. 2. th. 3. Differ. Receſſ. Imper. pag. 105. cum. ſeqq.* Princeps tamen domino fundi juſtum damni dati pretium refundere debet, Heig. *d. l. num. 17.* ita Ulpianus quoque vult, ut Domino prius ſolitum ſalarium pro hoc præſtetur, nec commoditas rei ipſi adimatur. *l. 13. §. 1. ff. comm. præd.* (3.) A Re vel Pecunia fortè perdita, quæ manet Domini ſui, *l. 67. ff. de R. V.* & inventor eam ſine furti crimine retinere nequit. *§. ſ. I. de R. D. l. 43. §. 4 & 11 ff. de furt.* vid. *ſeq. §. 48.* (4.) A Rebus pro derelictis habitis, quæ non longâ vetuſtate; ſed ſtatim prioris Domini abjicientis voluntate ejus eſſe deſinunt, & occupantis fiunt *ſeq. §. 45.*

Sed domino damnum datum refundatur. 3. à re fortè perdita. 4. à re pro derelicta habita.

XXXIV. Acquiſitionem & inventionem Theſaurorum quod attinet, vocatur donum fortunæ, *l. 63. §. 1. & 3. ff. h. t.* & melius DEI beneficium, *l. un. C. de theſaur.* dummodò quis ſine ſceleratis ac puniendis ſacrificiis, aut alia quâlibet arte legibus odioſa quæſiverit. *d. l. un.* Tale enim atrox delictum, per *l. 1. §. 1. ff. de doli mali exc. l. 134. §. 1. ff. de R. I.* non meretur beneficium, ſed pœnam. *l. 5. C. de maleſic.* Lugo, *de J. & J. V. 1. D. 6. ſ. 11. num. 112.* Berlich. *p. 2. concl. 66. num. 6.* Peregr. *de J. Fiſci. l. 4. t. 2. num. 2.* Sicut Carolus V. hoc delictum relegatione, M. Delrio, *Diſq. mag. l. 2. q. 12. in fin.* & Lipſienſes aliquando ultimo ſupplicio puniverunt. Carpzov. *Pr. Cr. p. 1. q. 50. num. 41.* Communi tamen DD. opinione inter magica inſtrumenta non pertinet virgula, divinatoria, Wünſchel oder Glücks-Ruthe, quia citra omnem incantationem occulta ſit naturæ qualitas. Cametar. *Hor. ſubciſ. Cent. 1. c. 73.* Stryck. *§. 16. in U. M. h. t.* ita etiam Speidel. *voc.* Schatz. refert. Der Orth, wo ein Schatz auf dem Feld verborgen, ſolle nicht behauet werden.

Acquiſitio per artes magicas non prodeſt, ſed puniatur.

Virg. divin. an pertin. ad inſtrum. magica?

XXXV. In Theſauri acquiſitione, de J. C. diſting. an fortuitò, an data opera, eaque licita, vel illicita, item in quo loco inventus ſit? Olim quidem ſine conceſſione Principis theſaurum quærere non licebat, ſed poſtea ſuperfluum habitum, precibus poſtulare, quod jam lege permiſſum erat. *d. l. un.* Acquiſitio autem hæc fit per apprehenſionem, qualis vero eſſe debeat? vid. *præced. §. 12.* Non tamen neceſſe eſt, ut theſaurus loco moveatur, ſed ſufficit, ſi quis manum injiciat, & ad poſſeſſionem retinendam illum ſub cuſtodia ſua retineat. *l. 1. §. 2. l. 3. §. 1. & 3. ff. de A. vel A. P.* d. Diſp. *de Theſaur. th. 15.* Id quidem, quod nullius eſt, ex naturali ratione licet in alieno fundo, occupantis fit; *§. 12. I. de R. D. l. 30. §. ſ. ff. h. t.* Sed Jure Juſtinianeo diſting.

Qualis apprehenſio h. l. ſufficiat?

Jure Juſtin. diſting.

Qualis ſit locus?

An locus ſit in patrimonio, num extra patrimonium: Illo caſu iterum diſting. An locus ille inventoris ſit proprius, vel alienus? De loco in totum inventoris

Si locus inventori proprius? Regula ampl. 1. 2.

proprio Regula eſt: Theſaurus in loco proprio inventus, totus cedit inventori. *§. 39. I. de R. D. d. l. un. C. de theſaur.* Sive invenerit fortuitò, ſive datâ operâ, modo ſine arte prohibita, aliàs totum inventum fiſcus ſibi vindicaret, & inventor gravi pœna afficiendus foret. *d. l. un. l. 3. C. de malef.* præced. *§. 34.* Nec refert, ſive Dominus ipſe in proprio ſuo loco theſaurum occupaverit, ſive per alios, in patria vel dominica poteſtate exiſtentes. *L. 63. pr. ff. h. t.* Ita tamen, ut portio aliis inventori debita, ex nova Juſtinian. Conſtitutione, Patri tantum quoad uſumfructum acquiratur, proprietate ejus ſervi filio relicta. *l. 6. pr. C. de bon. quæ lib. §. 1. I. per quas perſ. c. acquir. ub. in fin. ratio.*

Si inventum ſervo communi?

Si Servus communis in unius Domini fundo theſaurum invenerit, quibusdam videtur, ſocios nihil quærere, æquè ac ſi illius Domini juſſu aliquid ſtipuletur, aut per traditionem, vel nominatim alteri quid accipiat, per *d. l. 63. §. 2.* quamvis dicta quæſtio ibi non reſolvatur, hinc Lugo vult, partem inventori obvenientem omnibus Dominis ex æquo acquiri. *d. l. num. 124.*

In quo, uſumfructum habet.

Sed ſi Servus, in quo quis tantummodo uſumfr. habet, in proprio uſufructuarii fundo, terram e. gr. fodiendo, theſaurum invenerit, non totum uſufructuario ſuo, ſed portionem inventori debitam proprietario acquirit. *d. l. 63. §. 3. per tot. in §. 4. I. per quas perſ. c. acquir. l. 19. l. 25. ff. h. t.*

Si mercenarius? Idem.

Sin inventor ſit mercenarius, ipſi dimidia pars debetur. arg. *d. l. 63. §. 3. §. 39. I. de R. D.* Lugo, *d. l.* Et hæc ita ſe habent, ſi caſu, vel aliud agendo prædictæ perſonæ theſaurum invenerint. Si autem quis juſſu & nomine cujusdam quæſiverit, vel ſpecialiter ad theſaurum fodiendum conductus ſit, tunc Dominium rei apprehenſæ ſtatim illi, cui miniſterium in ſuo proprio fundo præſtitum, in totum acquiritur. *§. pen. I. per quas perſ. c. acquir. l. 13. l. 20. §. ſ. l. 53. ff. h. t. l. 6. ff. de don. l. 18. pr. ff. de A. vel A. P.* dict. Diſp. *de Theſaur.* th. 16.

Locus proprius qui? An plenum req. dominium?

XXXVI. Locus proprius in prædicta regula intelligitur, qui jure dominii pertinet ad ipſum inventorem. *l. 63. §. 2. & 3. in ſ. ff. h. t.* Sufficit autem, ſi iſtius loci proprietatem habeat. Nec refert, licet alii jus ad locum illum, vel in illo competat. Hinc, ſi quis theſaurum in ſuo, ſed alii locato vel commodato invenerit, nihilominus ipſi cedit totus arg. *l. 10. ff. loc. cond. l. 8. l. 9. ff. commod. l. 63. §. 4. ff. h. t.* Item, ſi in fundo pignori dato; jus etenim in re tertii non tollit vel deſtruit proprietatem ſeu dominium, *d. l. 63. §. 4. l. 11. ff. de damn. infect. l. 44. §. 5. ff. de uſucap.* adeò, ut nec creditor in hoc theſauro, tanquam re ſeparata, jus pignoris prætendere poſſit. *l. 3. §. 3. ff. de A. vel A. P.*

Si quis in fun-

Idem eſt, ſi tertius in fundo inventoris habeat ſervitutem, vel uſumfructum,

d. l.

d. l. 63. §. 4. l. 21. pr. ff. de V. S. nam theſaurus in fructum non computatur. *l. 7. §. 12. ff. ſolut. matrim.* neque jure inventionis ad illam pertinet, quod ipſi fortuna denegavit, adeo, ut nec uſumfructum theſauri ſibi arrogare poſſit, habet quippe loci uſumfructum, cujus pars theſaurus non eſt, ſed plane aliquid ab eo ſeparatum *l. 3. §. 4. ff. de A. vel A. P.* vid. ſupra §. 17. *de uſufr.* Unde ſtatim ſequitur, cui debeatur theſaurus inventus in loco dotalitii, ubi vidua tantum uſumfructum habet. Carpz. *I. F. p. 2. C. 53. def. 6. num. 6.* Camman. *de regal. D. 1. th. 45.* Moller. *l. 4. ſemeſtr. c. 27.* Item, ſi Filiusf. in fundo pecul. adventitii regularis &c. arg. *l. 6. pr. C. de bon. quæ lib.* quamvis Patri concedatur uſusfructus, ſed jure P. P. *d. l. 6. pr.* Nec obſt. licet tertius locum inventoris b. f. poſſideat, quid enim commune habet proprietas cum poſſeſſione? *L. 12. §. 1. ff. de A. vel A. P.* Idem de Jure Civili dicendum eſt, ſi in illo loco jus habeat Vaſallus, Emphyteuticarius, Superficiarius, utpote quorum omnium locus non eſt proprius. Bocer. *cl. 2. Diſp. 14. th. 57.* & *cl. 1. D. 3. th. 46.* Quamvis aliàs tres ſint diverſæ opiniones. vid. Dn. Mauritt. *Poſit. jur. feud. dec. 13. th. 1.* & late recenſentur in d. Diſp. *de Condom. th. 16.* Hodie tamen contrarium, ut totum inventum domino utili adſcribatur, receptum eſſe, & in praxi obſervari teſtantur Carpz. *d. def. 6. inf.* Schultz. *ad Inſt. tit. de R. D. lit. aa.* Lugo, *d. ſect. 11. num. 123.* d. Diſp. *de theſaur. th. 19.* Et ſi tertius invenerit, dividitur inter Vaſallum & inventorem. Struv. *S. I. F. c. 12. aph. 5. num. 1.* Si venditor in fundo vendito, ſed nondum tradito theſaurum invenerit, cujus ſit? vid. ſuprà *ad tit. de A. E. V. §. 30.* & Lapt. *Diſp. de theſaur. th. 17.*

De inventoris uſufructu, habet?

In fundo dotalitio.

Advent. reg.

Feudali.

Quid hodie?

Venditor, ſed nondum tradito.

XXXVII. Totus autem Theſaurus cedit Domino, qui illum in ſuo fundo invenit, licet nuper dominium iſtius loci acquiſiverit, & ſciverit, theſaurum ibi reconditum latere, Heig. *d. q. 11. num. 62.* Camman. *d. th. 46.* Berlich. *d. l. num. 25.* nec venditor ſe ultra dimidium juſti pretii læſum dicere, ac remedium *l. 2. C. de reſc. vend.* intentare poteſt, late in d. D. *th. 25.* vel licet inventor tantùm habeat dominium revocabile, e. gr. ſi hæres in fundo ſub conditione legato, vel emptor in fundo ſub conditione reſolutiva empto vel accepto, aut retrovenditione obnoxio theſaurum invenerit, ipſis, tanquam veris tunc locorum dominis, totum cedit inventum *l. 46. ff. de R. V. l. 4. §. 3. ff. de in diem addict. l. 7. C. de pact. int. E. & V.* vid. Dill. Berlich. *p. 2. concl. 2. num. 57.* Lex enim non diſtinguit, utrum revocabilis, vel irrevocabilis ſit Dominus. Si Maritus in fundo dotali, non vel taxationis gratia, æſtimato, (vid. ſuprà *ad tit. de jure dot. §. 31.*) conſtante matrimonio invenerit, cui cedat, & quid deſuper ſoluto matrimonio in dotis favorem conſtitutum ſit? vid. in

Ampl. Licet Dominus locum modò emerit, & theſaurum latentem ſciverit.

Quid ſi habeat domin. revocab.?

Si fundus ſub conditione reſolut. venditus?

Speciale eſt in marito remiſſive.

l. 7. §. 12. ff. ſolut. matrim. & *ad d. tit. de jure dot. §. 34.* Lauterbach. *diſt. Diſſ. th. 24.*

Sin locus ſit communis jure ſocietatis univerſalis, particularis. In Duc. Wurt. Si Condominus invenit?

XXXVIII. Sin locus inventionis inter plures ſit communis, & quidem jure ſocietatis in ſpecie omnium bonorum, totus theſaurus, ſicut aliud quavis ratione acquiſitum, in communem arcam debet referri. per *l. 3. §. 1. l. 73. ff. pro ſoc.* Felic. *de Societ. c. 12. num. 24.* Si verò Societas ſimpliciter bonorum contracta, tantum communicantur ex quæſtu venientia, ergo non theſaurus. *l. 7. & ſeqq. ff. d. t.* Hinc in Ducatu Würtembergico theſaurus, à Marito vel Uxore inventus, jure ſocietatis non eſt communicandus. Si autem unus Condominorum in loco pro partibus æqualibus communi invenerit, ad ipſum pertinet dimidia tanquam in proprio inventa; alteram dimidiam, tanquam in alieno inventam, cum Condomino dividit arg. *§. 39. I. de R. D. l. 63. §. 2. ff. h. t.* d. Diſp. *de Condom. d. l.* Idem eſt, ſi fundus jure particularis ſocietatis, vel citra ſocietatem, communis ſit. d. Diſp. *de theſaur. th. 25.*

Si in fundo hæreditario reperiatur,

Theſaurus in fundo hæreditario repertus, res hæreditaria non eſt, nec ex illa venit. arg. *l. 63. §. 3. ff. h. t.* Non obſt. *l. 22. pr. ff. famil. erciſc.* ubi theſaurus non propriè, ſed in ſenſu latiori intelligendus, aliàs teſtator illum relinquere non potuiſſet. vid. *praced. §. 29.*

Si in loco alieno, data opera. Regula.

XXXIX. Si Theſaurus inveniatur in loco alieno, iterum diſting. An inventus ſit data opera, an caſu & fortuitò? Illo caſu regula eſt: Theſaurus, in loco alieno data opera inventus, totus cedit loci domino, nulla ejusdem parte inventori relicta. *l. un. C. de theſaur.* Aliter ac circa alias res nullius data operâ quæſitas. *§. 18. I. de R. D.* Nam LL. in ſpecie prohibitum eſt in alieno fundo theſauros quærere, & aliena inhiare; *d. l. un. in f.* licet loca ſint publica. Bocer. *de regal. c. 3. num. 177.* Contra Leges autem peccans, indignus judicatur Legum & fortunæ beneficio. *§. 39. I. d. t.* Nec in *d. l. un.* diſtinguitur inter operam licitam & illicitam, prout quidam volunt, rati in caſu poſteriore fiſco vindicandum eſſe. Molin. *de J. & J. tr. 2. D. 56. num. 1.* Berlich. *d. l. num. 11.* Innocens enim jure ſuo absque culpa privari non debet, proin totus theſaurus ad dominum prædii pertinere debet. Lugo, *d. l. num. 112. in f.* Bocer. *d. l. num. 180.* quibus accedit ratio in *l. 10. ff. de jur. fiſc.* Dn. Parens m. *D. de Jur. fiſc. c. 3. §. 10.*

Ampliationes. Non diſt. licet opera illicita inventus.

Licet Dominus conſenſerit in inveſtigationem. *d. l. un.* & ibi Brunnem. *num. 3.* Diſting. Molina, *d. D. 56. num. 3.* Lugo, *d. l. num. 114.*

Si caſu

XL. Si verò in alieno loco non ſtudio perſcrutandi; ſed quodam caſu & fortuitò fuerit inventus, id, quod repertum, dimidiâ retentâ, altera dimidia da-

ta, cum locorum Domino partiatur. *d. §. 39. & d. l. un.* Carpz. *d. C. 13. def. 5.* Locus autem alienus hic dicitur, qui non eſt inventoris proprius, v. gr. in re depoſita, *l. 17. §. 1. ff. depoſ.* commodata, *l. 8. l. 9. ff. commod.* conducta, *l. 39. ff. locat.* &c. add. *præc.* §. 36. Nec refert, loci dominus perſona ſit publica, num privata. *d. §. 39. I. de R. D. l. 3. §. 10. ff. de jur. fiſc. c. nu. 2. F. 56.* d. Diſp. *th. 25.* Sin quæſtio inter inventorem & loci Dominum oriatur, an theſaurus caſu, num data opera inventus ſit? Loci dominus totum, ceu ſtudio inventum, petens, illud probare debet. per *l. 2. l. 21. ff. de probat.* Struv. *Exerc. 41. th. 55.* ibique Mullerus.

Quis locus alienus hic dicatur?

Si quær quomodo inventus, quis probare debeat?

XLI. Sin theſaurus in alieno fundo, remotis teſtibus, inventus, de eo autem, & num data opera nec ne? vel de inventi quantitate, non conſtet, inventor illam juramento judiciali indicare, vel, ſi conjecturis gravatus, ſe purgare debet. Carpzov *d. l. def. 8.* ubi præjud. Imò, ſi indicia eſſent urgentiſſima, inſuper perſona inventoris levis, & perjurii metu ſuſpecta, atque res inventa maximi momenti, ad aliquem torturæ gradum procedi poſſe tradunt Heig. *p. 1. q. 13.* Carpzov. *d. l.* & Pr. Crim. *p. 2. q. 56. num. 25.* Berlich. *d. c. 66. num. 33. & ſeqq.* d. Diſp. *th. 26. & 32.* nam in cauſa civili, quæ crimen annexum habet, etiam tortura locum ſortitur. Carpzov. *Pr. Crim. p. 3. q. 119. num. 37. & ſeqq.* infrà *ad tit. de quæſt.* §. 49. & 50. add. *Beyerus. b. t.* Malitioſè occultans enim furis inſtar habetur, & arbitrariè coërcetur. *Nov. Leon. 51. in f.* Carpzov. *d. l. def. 7.* & *d. q.* Ziegler *de Jur. Maj. l. 2. c. 20. th. 27.* Qui partem ad fiſcum pertinentem ſuppreſſit, totum cum altero tanto cogitur ſolvere. *l. 3. §. 5. ff. de jur. fiſc.*

Quid ſi non conſtet de quantitate? Quandoque torturæ locus eſt.

Malitioſè occultans punitur.

XLII. Si vero theſaurus in loco extra patrimonium ſit inventus, traditur Reg. Theſaurus, quem quis in eo loco, qui nullius proprius eſt, invenit, totus inventori cedit. Quod enim nullius eſt, id naturali ratione occupanti acquiritur. Et quamvis hoc jure poſitivo nonnullis in caſibus in favorem domini mutatum ſit, hic tamen ceſſat limitationis cauſa; eaque propter, qui theſaurum in loco omnium communi, v. gr. in mari, ejusque littore, in inſula in mari nata, in loco pro derelicto habito, ſive datâ operâ, ſive caſu invenit, totum ſibi retinet, nam *d. l. un.* loquitur de locis alienis certum dominum habentibus. d. Diſp. *th. 29.* Similiter in locis Sacris aut Religioſis, ceu nullius in bonis, *§. 7. & ſeqq. I. de R. D.* & quidem fortuito caſu inventus, totus inventoris eſt. *d. §. 39.* quem Vinnius de loco privato vult accipi, add. *l. 9. §. 1. ff. ad L. Jul. pecul.* & aliis obſtantem Legem *3. §. 10. ff. de jur. fiſc.* de locis publicis, quamvis in hoc opinionum turba naſcatur. Gothofred. *in not. ad N. Leon. 51.* d. Diſp. *th. 30.* & Carpz. cum aliis putat, Conſtitutiones Imperatorum de theſauris admodum

Si in loco nullius extra patrimonium. Regula.

Si in loco omnibus communi.

In loco Sacro, vel Religioſo, Caſu.

 variaſſe.

variaſſe, ejusque Diſſenſionis veſtigia nobis relicta eſſe. Carpz. *d. C. 55. def. 5. num 6.* Bachov. *d. D. 20. th. 2 lit. G.* Reſcriptum *in d. l. 3 §. 10.* approbavit Imper. Fridericus *in c. un. 2. F. 56.* Bocer. *d. c. 3. num. 178.* Sed per communem ſententiam hodiè theſaurus in loco Religioſo inventus, non cum fiſco, ſed cum Eccleſia dividi debet, utpote in cujus dominio hæc loca eſſe dicuntur. poſt Finckelthuſium, Covarruviam, Garſiam, Peregrinum, Sixtinum, Schulzium, Arniſæum, d. Diſput. *th. 30. in f.* vid. Joh. Voetius *n. 11. h. t.* Struv. *Exerc. 41. th. 54.* ibique Mullerus. Si verò ſtudio quæſitus, inventori nihil acquiritur; *d. c. un.* Peregr. *de jur. fiſc. l. 4. C. 2. num. 7.* Lugo. *d. l. num. 116.* ne detur occaſio violandorum ſepulchrorum & aperiendi urnas defunctorum; maximas enim divitias olim cum mortuis conditas eſſe patet. vid. *l. 113. §. f. ff. de leg. 1. l. 4. §. 6. ff. ad L. Jul. pec.* Sylvius, *in comm. ad LL. Jur. Rom. Antiq. c. 23.* Joſeph. *de bell. Jud. l. 1. c. 2.* & *Antiq. Jud. l. 13. c. 16.*

Hodiè cum Eccleſia dividitur, vel ſtudio.

XLIII. Inventor itaque, ſecundùm diſtinctionem in præc. explicatam totum vel partem ſuam occupatam jure dominii retinet, *d. §. 39. l. 63 pr. ff. h. t. d. l. 3. §. 10.* Dominus vero loci vel Fiſcus partem ipſi jure dominii ex conceſſione legis competentem petit, nam *in d. §. 39.* agitur de modo dominium acquirendi, item *d. l. 3. §. 10.* fiſcus dimidiam partem inventi in loco fiſca vindicat. Ergo idem dicendum de Domino loci, cui permiſſum eſt agere contra inventorem ad exhibendum, *l. 3. §. 3. ff. ad exhib.* vel Communi dividundo judicio, *arg. l. 2. pr. ff. comm. div.* vel Rei vindicatione. *arg. l. 15. ff. de R. V. l. 3. §. 10. ff. de jure fiſc.* Harpprecht *ad d. §. 39. num. 41. & ſeqq.* Bocer. *n. 192.* Si autem inventio negetur, vel de inventi quantitate non conſtet, quid faciendum? vid. *praced. § 40. inf. & § 41.*

Quo remedio Dominus loci partem ſuam ab inventore conſequatur?

XLIV. Hodiernis moribus hactenus dicta multis in locis mutata ſunt; hinc Grotius: Germaniæ populi theſauros, ut & alia *ἀδέσποτα*, addixerunt, Principi: Atque id nunc jus commune eſt & quaſi Gentium: nam & in Germania, & Gallia, & Anglia, & Hiſpania, & in Dania id obſervatur. *de J. B. & P. l. 2. cap. 8. num. 7.* D. Thomaſius *in Diſſ. de regal. Fiſci princip. German. cap. 2. §. 1.* De Jure Danico ita quidem res ſe habet, *l. 5. cap. 9. art. 3.* ſed in omnibus reliquis hæc generalis conſuetudo recepta vix poterit probari, ſicut in ſpecie teſtantur de Gallia Paponius, *l. 13. t. 7. arreſt. 1. & 2.* De Regno Luſitaniæ & Caſtellæ, Molin. *d. Diſp. 56. num. 10.* apud Batavos res dubio non caret. Vinn. *ad d. §. 39. in fin.* In Germania ſecundùm Jus Commune decidi, tradit Heig. *d. Q. num. 14. & ſeqq.* Sixtin. *de Regal. l. 2. c. 5. num. 1.* referens, ſe in eleganti facti ſpecie de theſauro ſecundùm Jus Civile reſpondiſſe, & ſecundùm

Hodiernis moribus quid obtineat?

& ſecundùm illud reſponſum in Supremo Haſſiæ Dicaſterio, & in Camera Imperiali, ad quam à parte victa appellatum, pronunciatum eſſe. Idem Saxon. Elector ſpeciali Conſtitutione approbavit. *d. C. 51.* ubi *def. 4. & ſeqq.* varia præjudicia d. Diſp. *th. 31.* Joh. Voetius *n. 11.* & Stryk. *in uſu moderno §. 13. & 14. h. t.* D. D. Graff. *in Diſp. de neglectu ſiſci commodis cap. 2. §. 25. cum ſeqq.* Qui ergò in Imperio R. G ſe fundat in conſuetudine Juris Civilis diſpoſitioni contraria, illam probet oportet, cum conſuetudo quoad introductionem ſit facti.

XLV. Facto nullius dicuntur Res pro derelicto habitæ, de quibus ſeq. tit. 7. quas Dominus eâ mente abjecit, vel ſi immobiles, deſeruit, ut in numero rerum ſuarum amplius eſſe nolit. *§. 46. I. de R. D. l. 36.* ibi. *Hoc genere quadam Donatio eſt. ff. de ſtipul. ſerv.* Joh. Voetius *n. 10 h. t.* Duo ergò hic conjunctim requiruntur, (1.) Voluntas, ut quis nolit amplius ejus rei Dominus eſſe. (2. Voluntatis Declaratio, ut illam abjiciat, vel deſerat. Nuda enim voluntate ſine facto dominium non amittitur. In quo dominium à poſſeſſione differt. *l. 17 §. 1. ff. de A vel A P.* Vinn. *ad d. §. 46.* Huncque animum aſſumſiſſe cenſetur, ſi rem recuperare nolit, vel ſi aves incluſas emittat, *l. 5. §. 1. ff. pro derel.* Partui ancillæ alimenta deneget, *l. 8. ff. d. t.* vel ex aliis circumſtantiis colligitur. vid. Menoch. *l. 6. præſumpt. 10.* Stryk. *in uſu moderno §. 39 h. t.* Ita abjiciens vel deſerens ſtatim Dominus eſſe deſinit, *d. §. 46. l. 1. ff. pro derelict.* Etiam antequam res ab alio occupata ſit. *l. 2. §. 1. ff. d. t.* Hinc ejus furtum non committitur; *l. 43. § 5. ff. de furt.* Carpz. *Pr. Crim. q. 86. n. 4.* ſed quamprimum quis eam occupavit, is ſtatim Dominus efficitur, *d. §. 46. & d. l. 5. §. 1. ff pro derel.* quocunque in loco apprehenſa ſit, ſive in proprio, ſive in alieno. d. Diſp. *de theſaur. th. 13. inſ.* Sic rei ab hoſpite in ædibus meis derelictæ non fio dominus, niſi eam occupaverim. *l. 1. ff. pro derel.* Carpz. *J. F. p. 2. C. 31. def 17. n. 6.* Nam ratione naturali res nullius cuivis cedit occupanti. *l. 11. J. l. 1. §. 1. l 7. pr ff. h. t.* Idque jure poſitivo h. l. mutatum non eſt; ut proin Dominus loci partem ſibi vindicare nequeat. Nec obſtat, quod ingrediens locum alienum Domino invito in legem committat, cùm diſting. actus ingreſſionis ab actu occupationis; à diverſis autem mala eſt illatio: & hoc præjudicio firmat Carpz. *p. 2. C. 13. def. 9.*

Vel facto nullius. Res pro derelicto habitæ, ad quas req. 1. Voluntas, hujusque 2. Declaratio; Animus abjiciendi unde collig.?

Dominus dem non fit, quamprimum occupavit; in loco proprio & alieno.

Obj. Reſp.

XLVI Ab hujusmodi tamen rebus differunt: (1.) Res tempeſtate, levandæ navis cauſa, ejectæ. (quo ipſo jactus citra neceſſitatem factus excluditur, qualis intellig. *l. 43. §. 10. ff. de furt.* vid. ſupra *ad tit. de L. Rhod §. 2.*) Quia autem non ſunt in derelicto, ſed in deperdito; Nam hic Actus abje-

A rebus pro derelicto diff. 1 Jactus ex. ærvi,

… ejectus. Ampl. Limit.

abjectionis non eſt directus in dominii amiſſionem, ſed ad periculum ſalutis cauſa avertendum: licet quis eas fluctibus expulſas, vel in ipſo mari nactus ſit: manent tamen Domini, nec fiunt apprehendentis, *d. §. 47. l. 2. § ſ l. 8 ff. de L. Rhod. de jact. l. 9. § ſ l. 44. in med. l. 58 ff. h. t. l. 21. §. 1. & 2. ff. de A. vel A. P. l. 7. ff. pro derel.* ſed ſi lucrandi animo abſtulerit, furtum committit. *d. §. 47. d. l. 43. & 11.* Niſi fuerit res mox peritura, tunc enim derelinquentis animo jactata præſumitur. *d. ſ. 11.* Struv *S. J. C. h. t. Exerc. 41. th. 60. in med.* ibique Mullerus. Reſtituenti verò juſtum operæ & laborum præmium ex æquitate debetur, multo magis, ſi res demerſæ per Natatores & Urinatores extractæ. *l. 4. § 1. ff. de L. Rhod de jact.* Rittersh. *add. ſ. 47.* Perez. *ad t. C. de naufr. n. 28.* Gryphiand. *de inſ. c. 31. n. 136. & ſeqq.* Urinatores Germ. dicuntur Waſſertaucher, Perlen-Corallen Fiſcher, qualis fama omnium celeberrimus fuit in Sicilia tempore Regis Friderici circa annum Chriſti 1100 dictus Nicolaus Peſcecola, qui tamen, cum denuò tentandum Charybdis fundum, ſe in gurgitem dedit præcipitem, non amplius comparuit. Ath. Kirchner. *Mund. ſubterran. l. 2. cap. 15.*

Bona naufragorum Fiſco male addicuntur.

XLVII. Apud nonnullas Gentes quidem bona naufragorum Fiſco addicuntur, Germ. Das Grund-Ruhr-Recht. ſed hujuſmodi leges planè injuſtas vocat Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 7. n. 1.* & ibi Ziegl. hunc morem verè barbarum & omnis rationem expertem vocat Stryk. *in uſu moderno §. 23. h. t.* Hinc Imper. Conſtantinus *in l. 1.* ibi: *quod enim jus habet fiſcus in aliena calamitate, ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur? C. de naufrag.* Et tales conſuetudines in genere Imper. Fridericus, niſi ſint navigia, quæ piraticam pravitatem exercent, vel Imperatori, ſive Chriſtiano nomini inimica, in Auth. *Navigia. C. de furt.* & denuò Imp. Car. V *Ord. Crim. art. 218.* add Beſold. *Th. pr. d. voc.* Grund-Ruhr-Recht. Gryphiand *de Inſul. c. 31. n. 100. & ſeqq.* Gail. *l. 1. O. 18.* qui *n. 6.* teſtatur, Mandata S C. in Camera Imper decerni contra conſuetudines de bonis naufragis jure littoris fiſco addicendis Conſentit Jus Juticum, Scanicum, Danicum, Norwegicum, Pruſſicum, Belgicum &c Strauch *de Imp. Mar. cap. 9. th. 11.*

Sed appulſa deſignanda, & Domino reſtituenda, pro operæ præmio.

Si Dominus intra tempus non petat.

Bona talia in fundo Principis vel domini privati appulſa omni ſtudio deſignanda, & quæ ſervari poſſunt, ſervanda, ſin minus, ſtatim maximo, quo poteſt, pretio vendantur. Et ſi verus dominus, ejusve mandatarius, intra annum & diem, cum ſufficienti probatione affuerit, Griphiander. *d. l. 134.* pretium vel bona, pro juſto operæ præmio, reſtituantur. Nemine verò intra dictum tempus petente, Principi, aut ei, qui obtentu littoris compendio gaudet, illa acquiri, diſponitur Jure Danico. *l. 4. cap. 4. art. 4.* Gryphiander. *d. l.*

d. l. num. 134. vid. D. Thomaſius *in Diſſ. de regal. fiſci princip. German. cap. 2. §. 8.* Perinde eſt, ſi quis onere preſſus, in viam rem abjecerit, mox reverſurus, ut eandem auferret. *l. 8. ff. de L. Rhod. de jact.*

Si onere preſſus rem abjecit.

XLVIII. *Multo magis* (1.) Res fortuito (ſicque non hominis facto. vid. Frommann. *Diſſ. de amiſſ. rer. fort. th. 6.*) amiſſæ; v. gr. quæ de rheda currente, non intelligentibus dominis, cadunt, vel alio modo excidunt in via, Dominorum permanent, nec ad inventores pertinent. *§. 47. inſ. J. de R. D.* vid. *Exod. 23. v. 4. 5.* Deuter. 22. v. 1. 2. 3. Et ſi inventor eam requirenti reſtituere recuſet, dominus non quidem propria autoritate auferre, ſed agere poteſt ad exhibendum, *t. t. ff. & C. ad exhib.* ſed repetantur vel rei vindicatione, *l. 67. ff. de R. V.* arg. *§. 1. J. de act.* vel publiciana. §. 4. *J. d. t.* Oldend. *cl. 5. act. 3. rubr. aſſima n. 3.* Et qui lucri faciendi cauſa ſuſtulit, nec indicavit, ſive dives, ſive pauper ſit, furti (arbitrarie quidem puniendi, Berlich. *p. 5. concl. 44. n. 3.*) obſtringitur, etiamſi rei dominum ignoraverit; *l. 43. §. 4. & ſeqq.* ibi Brunnem. *num. 1. ff. de furt. cauſ. 14. quæſt. 5. Can. 6. & 8.* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 20. th. 2. lit. H.* ſolet enim publicari, vel à quibuſdam libellus proponi, quo ſignificatur, ſe talem rem inveniſſe & redditurus ei, qui deſideraverit, & dominium probaverit. *d. l. 43. §. 8.* Officium namque inventoris conſiſtit in neceſſitate indicandi & reſtituendi. Mev. *ad J. Lub. l. 4. t. 1. art. 9. n. 5.* d. Diſp. *th. 36. & ſeqq.* Quomodo autem & quid circa amiſſionem probari debeat? vid. d. Diſp. *th. 30. & ſeqq. & th. 41.* & ſupra *ad tit. de fid. inſtr. §. ult.* Indicans verò & reſtituens εὕρετρα i. e. inventionis præmium accipere; ſi verò non fuerit ſponte oblatum, vel promiſſum, non probè petere poteſt, *d. l. 43. §. 9.* Sic non turpiter accipitur indicium, i. e. præmium oblatum ad fugitivum vel furem indicandum, *l. 4. §. 4. ff. de cond. ob turp. cauſ. l. 15. ff. de P. V.* eſt enim remunerationis loco. arg. *§. ſ.* ibi Dd. *J. 1. 6. pr. ff. mand.* vid. Lugo, *d. l. num. 149.* Joh. Voëtius *num. 9. b. t.* Conventio tamen, ſi hæc pro opera inventioni impendenda, & merces conſtituatur, valida utique eſt; ut ſi forſan res in profundum maris deſperatè demerſa, & ſic cum vitæ periculo ab Urinatoribus extracta ſit. per *l. 4. §. 1. ff. de L. Rhod. de jact.* Brunnem. *d. l. num. 8.* Si facta proclamatione, dominus non repetat, multi ex Conſilio Theologico inventa in pios uſus erogari volunt. arg. *c. ſin. cauſ. 14. q. 5.* & *Auth. Omnes peregrini. C. comm. de ſucceſſ.* Alii diſtinguunt, Inventor pauper ſit num dives? Lugo, *de J. & J. D. 6. ſect. 12. num. 148.* Alii qualemcunque inventorem, ad effectum uſucapionis, retinere poſſe, defendunt. Brunnem. *d. l.* Jure Saxon. duæ partes cedunt Magiſtratui, tertia inventori. Carpzov. *J. F. p. 2. C. 3.*

1. Res fortuitò amiſſæ, domini manent.

Quibus modis repetantur?

Inventor diſſipando furti tenetur.

Inventoris officium.

Poteſt accipere εὕρετρα

Non petere.

Niſi pro opera.

Si Dominus facta proclamatione rem amiſſam non repetat?

def. 15. & *p. 3. C. 31. def. 18.* vid. latè d. Diſp. *th. 41.* Struv. *Exerc. 41. th. 60.* ibique Mullerus, Stryk. *§. 17. h. t.* Si verò res amiſſa ſit Chirographum, Cambium, vel aliud inſtrumentum, nec reperiatur, propterea jus inibi contentum non extinguitur. Quid verò tunc faciendum? vid. Gail. *l. 2. O. 37. num. 1. & ſeqq.* d. Diſp. *th. 20. & 33.* Brunnemann. *ad L. 54. §. 7. ff. de leg. 1.* ubi in hoc caſu Quietantiæ formam præſcribit. ſuprà *ad tit. de fide inſtrum. d. §. ult.* Stryk. *Diſſ. de amiſſ. inſtrum.*

Chirographo amiſſo nec reperto jus non amittitur.

Apprehenſio rerum, quæ ſunt Alicujus eſt vel citra voluntatem Domini, Occupatio bellica. De qua remiſſivè.

XLIX. Sequitur nunc Apprehenſio rerum, quæ ſunt Alicujus, hinc dicitur modus acquirendi derivativus. Eaſque acquirimus vel citra voluntatem, vel cum voluntate domini; quatenus Res ſunt vel Hoſtium, vel nobiſcum Contrahentium. Illa dicitur Occupatio bellica, eſtque modus J. Gent. dominium acquirendi in rebus hoſtium, per earum actualem apprehenſionem, & in poteſtatem, deductionem, acquirendi animo facta. *§. 17. I. de R. D. l. 5. §. f. l. 7. pr. ff. h. t. l. 1. §. 1. ff. de A. vel A. P.* Præſupponitur bellum juſtum, i. e. quod populus Romanus peregrinæ genti: vel vice verſa, hæc populo Romano publicè decrevit. *l. 24. ff. de capt. & poſtlim. l. 118. ff. de V. S.* Huncque modum omni jure permiſſum eſſe, ut & de ipſa hac Occupatione docebitur infrà *ad tit. de captiv. & poſtlim. rev.* D. Graſs *Diſp. de recuperat. bellica* & D. Harpprecht. *Conſil. 47.* Struv. *Exerc. 41. th. 18. & 19.* ibique Mullerus.

Vel cum Domini voluntate, eſtque Traditio.

L. Apprehenſio rerum, quæ ſunt nobiſcum Contrahentium, ſicque voluntate Domini acquiruntur, vocatur Traditio, quia ſolâ conventione nondum cenſetur dominium ita translatum, ut ſtatim actu exerceri queat. vid. Pufend. *de J. N. & G. l. 4. c. 9. num. 7.* D. Hochſtetter. *in Colleg. Puffendorff. p. 339.* D. Coccejus *in Diſp. an traditio neceſſaria ad Dominium transferendum.* Hic autem traditionis ſcilicet, modus hodiè eſt frequentiſſimus, de quo in *§. 40. I. de R. D. l. 9. §. 3. ff. h. t. l. 20. C. de pact.* quaſi transdatio vel translatio. *l. 3. §. 1. ff. de A. E. V. l. 52. §. 1. ff. de V. O. l. 167. pr. ff. de R. I.* Sumitur impropriè, quatenus etiam res incorporales tradi dicuntur; *l. 1. §. 2. ff. de S. P. R. l. f. ff. de ſervit.* item ſi rei ſymbolum traditur. *§. 44. J. de R. D. l. 9. §. 6. ff. h. t. l. 74. ff. de contr. empt. l. . C. de don.* vel propriè, & quidem latè etiam pro poſſeſſione rei alienæ; *§. 4. J. de act.* vel ſtrictè, quæ fit ad finem dominii rei ſuæ corporalis in accipientem transferendi, quæ hujus loci. Vocatur quoque datio, translatio, Germ. Ubernebung, Einraumung, Uberlaſſung, Einführung, Einhändigung. Dn. Frommann. *Diſſ. de Tradit. vera. th. 3.*

Ejus Etym. Homon.

Synon.

LI.

LI. Traditio in genere eſt rei & poſſeſſionis translatio. *l. 3. §. 1. ff. de A. E. V.* Et in hac generali ſignificatione in duas dividitur ſpecies, quarum prima vocatur Nuda, quâ detentio vel poſſeſſio transfertur ſine juſto titulo & cauſa ad dominium transferendum habili; *l. 31. ff. h. t.* ut ex cauſa Depoſiti, Commodati, Conducti, vel ſi quis, ut precario in poſſeſſione eſſet, rogaret, *l. 10. §. 1. ff. de A. vel A. P. l. 15. §. 4. ff. de precar.* vid. Dn. D. Harpprecht. *Diſſ. de contractu æſtimator. §. 37. & 38.* Et hanc vox traditionis in jure ſimpliciter poſita in dubio denotat. *l. 25. ff. de V. O.* Altera eſt Non nuda, quæ fit ex cauſa ad dominium transferendum habili. *d. l. 31.* In ſpecie Datio dicitur, & ipſum Dominium transfert, *l. 75. §. 5. ff. de V. O.* eſtque hujus loci, & deſcribi poteſt, quod ſit actus, quo res à Domino, ex juſta cauſa, ad dominium transferendum habili, in accipientem transfertur. *§. 40. J. de R. D. l. 9. §. 3. l. 20. pr. ff. h. t. de A. R. D.* Generis loco ponitur Actus latè acceptus, ut actum tam accipientis, quàm tradentis comprehendat. per reg. *in l. 55. ff. de O. & A.* Nec enim novum eſt in jure noſtro, ut ab uno correlato totum negotium, quod geritur, nomen accipiat; Diſp. *de alien. rer. quæ man. th. 18.* & ſic propter talem actum correſpectivum traditio etiam modus dominium acquirendi dicitur. De reliquis definitionis verbis patet ex ſeqq. Joh. Voëtius *n. 34. cum ſeqq.*

In genere quid?
Eſt vel Nuda.
In dubio pro tali ſumitur.
vel
Non nuda.
Eſt modus dominium transferendi
In ſpecie & h. t. quid?

LII. Hæc Traditio alia eſt Vera & propria, alia Ficta & analogica, quæ ſc. interveniſſe fingitur, de qua in ſpecie *ſeq. §. 66.* Vera dicitur, quæ fit actu reali, naturali & corporali. *in l. 1. ff. de pecul.* Hæc naturalis datio vocatur. Ratione Objecti dividitur in Traditionem rerum mobilium, & immobilium, A Forma & quidem Eſſentiali, olim in Naturalem, de qua modo agimus, & Civilem. Sed vid. *l. un. C. de nud. jur. Quir. toll.* Fit autem traditio rei corporalis vel de manu in manum datione & dicitur propriiſſima: vel à tradente inductione accipientis in prædium tradendum & accipientis pedum ibi poſitione arg. *l. 1. pr. & §. 1.* junct. *l. 3. §. 1. ff. de A. P. l. 2. C. pro ſoc.* Illa transferuntur res mobiles, hac immobiles. Ab Accidentali, quatenus fit vel Simpliciter, ſine temporis, conditionis, aut pactorum adjectione; vel ſecundum quid, quæ fit his appoſitis *l. 34. in ſ. pr. l. 18. §. 1. ff. de A. vel A. P.* Conditionalis fit ſub conditione vel expreſſa, ut in *l. 29.* junct. *l. 2. ff. de m. c. don.* vel tacita, quæ ipſo jure quaſi annexa, ut in *§. 41. J. de R. D.* It. fit ſub Conditione ſuſpenſiva, vel reſolutiva, *l. 2. & t. t. ff. de in diem add.* A Fine ad transferendum Dominium directum vel utile. d. Diſp. *de Trad. th. 5.*

Div. in Veram & Fictam.
Vera quid?
Subdivid. ab Object.
à Forma eſſ.
vel Accid.
à Fine

C. Eff. Rem. eſt J. Gent.

An dominium alio ſigno voluntatis transferri poſſit?

An ſine facto transferatur?

Tranſitus legalis quid?

LIII. Cauſam Eff. Remotam quod attinet, naturali rationi convenientem dicimus. d. §. 40. J. & Ziegler. ad Grot. l. 2. c. 6. §. 1. Traditionem naturaliſſimum transferendi dominii modum vocat. Regitur quippe Naturæ & Gentium jure; l. 9. §. 3. ff. h. t. Præciſè tamen de Jure Gent. neceſſaria non eſt, quemadmodum nec ad acquirendum Dominium adeptio poſſeſſionis. Regulariter quidem fit ejusmodi acquiſitio medio aliquo interveniente l. 11. ff. de R. J. l. 20. C. de pact. Dantur nihilominus multi caſus quibus ſine traditione & poſſeſſione dominium acquiritur, v. g. res hereditariæ, legatæ; Dn. Stryk. de jur. ſenſ. D. 10. c. 4. n. 21. & ſeqq. Hahn. ad W. h. t. N. XI. & vocatur Tranſitus Legalis, quem deſcribit B. Dn. Frommann, quod ſit modus Dominium aliaque jura acquirendi non per poſſeſſionis aut quaſi translationem vel apprehenſionem, ſed ſolam legis ita diſponentis poteſtatem Diſp. de Tranſitu legali, §. 7. Hunc Ziegl. d. l. principaliter deducit ex ſimplici Jure Naturæ, quod lex civilis in uſum revocet. Sed de hoc tranſitu dominii, aliorumque jurium legali, videri meretur. d. Diſp. ubi §. 17. & ſeqq. plura exempla.

C. Eff. Prox. eſt Voluntas tradentis,

& accipientis.

Ipſa autem Traditio requirit & voluntatem & facultatem, de hac ſeq. §. 57. & ſeqq. Voluntatem tam Tradentis, quam Accipientis mutuam, quia enim res in alterius dominio exiſtens in alium derivatur, abſque tradentis voluntate in alium transferri non poteſt. l. 11. ff. de R. J. Strav. Exerc. 41. th. 33 cum ſeqq. ibique Mulieres. Hinc ſi, debitore invito, creditor apprehenderit poſſeſſionem, non fit dominus, ſed prædo, d. l. 5. ff. de A. vel A. P. Et quia omnis traditio requirit relatum, pariter accipientis conſenſus, concurrat oportet, juxta l. 55. ff. de O. & A. d. §. 40. J. l. 9. §. 3. ff. h. t. l. 21. C. mand. idque ex correlatorum ratione. præc. §. 51. inſ. Sic Furioſo & Pupillo res non aliter traditur, ac ſi dormienti in manum ponatur, quia affectionem tenendi non habent. l. 1. §. 3. l. 3. §. 1. ff. de A. vel A. P.

Interdum tertii conſenſus accedit.

De jure quidem Civili & ſtatutario ſæpè alterius cujusdam non Domini conſenſus accedere debet, maximè tutorum & curatorum. Sic Jure Wurt. Mulier etiam majorennis bona ſua immobilia, & quæ illorum jure cenſentur, item mobilia magni momenti vel valoris, ſi nupta, ſine mariti, tanquam curatoris conjugalis à lege dati, ſi innupta, ſine curatoris à Magiſtratu ipſi dati, conſenſu & autoritate tradere, ſicque de iis contrahere prohibetur. Landr. p. 2. tit. 29. § ferner ſollen wir ꝛc. ibi: einen andern Contract, oder Handbietung. Alias Berlich. p. 2 concl. 17. n. 118. cum ſeqq. & ſeqq. excipi vult contractum manifeſto mulieri utilem. Idem putat ſufficere, ſi perſonæ ſub tutoribus vel curatoribus, cum horum conſenſu, ſe obligaſſent, etiamſi poſtea ſub traditionem feciſſent. Sed modum in traditione præſcriptum non tan-

tum

tum præciſè obſervari debet; *Mev. Diſc. ervan. mag. deb. c. 4. ſ. 2. n. 36.* Verùm & hujusmodi perſonarum utilitas h. m. facilè everti poſſet.

C. I. eſt, ut titulus adſit juſtus dominii translativus, Juſta cauſa hic quid? Eſt vel innominata. Vel nominata, onerosa,

LIV. Quoniam de hac Domini voluntate conſtare debet, juſtus titulus dominii translativus eſt neceſſarius. Nemo enim ſine juſta cauſâ Dominium transferre velle præſumitur, unde in *l. 31. pr. numquam nuda traditio dominium transfert. ff. h. t.* Carpz. *l. 1. Reſp. 76. n. 9. ſeqq.* Juſtus autem titulus ſeu juſta cauſa hic dicitur, in qua agitur inter contrahentes de dominio transferendo. Talis enim cauſa præcedere debet propter quam traditio ſequeretur. *d. l. 31. l. 1. §. 5. & 8. ſeqq. ff. de publ. in rem. act.* Tales ſunt cauſæ vel innominatæ, inter quas pertinet Permutatio, *l. 1. §. 2. ff. de rer. perm. l. 5. ff. de P. V.* vel nominatæ, onerosæ, ſcil. ex quibus res tranſit cum onere, ita ut etiam accipiens aliquid præſtare teneatur; ut · Emptio, Venditio, *pr. & §. 3. J. de E. V.* & text. eleg. *in l. 80. §. 3. ff. de contrah. empt. §. 41. h. t.* Solutio, *pr. J. quib. m. toll. obl.* Donatio propter nuptias, aut Dotis conſtitutio, *l. 3. §. 1. ff. de publ. in rem act. l. 1. pr. ff. pro dote. l. 19. ff. de O. & A.* Mutui datio, *l. 2. §. 2. & 4. ff. de R. C.* Societas: *l. 1. §. 1. l. 2. ff. pro ſoc.* ſuprà *ad d. t. §. 14. &c.* vel lucrativæ, quæ lucrum continent ſine onere, ut ſunt Donatio, Legatum, Fideicommiſſum, & traditur Regula: Ex quibus cauſis, factâ traditione à non domino, transfertur uſucapiendi conditio, ex iisdem cauſis etiam, factâ traditione à domino, transfertur dominium, & vice verſa. *l. 74. ff. de contrah. empt. l. 1. §. 2. ff. pro dote l. un. verſ. Lucrativas. C. de impon. lucrat. deſcript.* ſuprà *ad tit. de C. E. §. 83.* Inter cauſas translativas porrò refertur Stipulatio, *§. 3.* ibi Vinn. *I. per q. perſ. c. acq.* Sententia lata in judicio perſonali; *§. 14.* ibi Harpp. *n. 8. J. de act.* junct. *l. 2. l. 3. C. de uſur. rei jud.* ſed in judicio reali puro Rei Vind. tantùm eſt dominii jam competentis cauſa declarativa; arg. *l. 23. pr. ff. de R. V.* junct. *d. §. 14.* & in reali mixto, ſeu diviſorio cauſa dominii conſtitutiva. *§. 5.* ibi Harppr. Vinn. Franzk. Rittersh. *I. de off. jud.* d. Diſp. *th. 10. 11. 12.*

Vel lucrativa. Regula.

In accipiente tituli identitas non requ.

LV. Non tamen in utroque, tradente & accipiente, tituli identitas requiritur. per *l. 36. ff. h. t.* Nec obſt. *l. 18. ff. de R. C.* quæ non de validitate traditionis ſed contractus loquitur, in *d. l. 36* verò tradens jam pridem ex alia cauſa erat obligatus; Facilius autem obligatio diſſolvitur, quàm conſtituitur. Beſold. *delib. jur. h. t. q. 2.* vid Franzk. *ad tit. de C. E. n. 77.* Joh Voetius *n. 36. h. t.* Nec intereſt quoad dominii translationem, titulus verus ſit, num putativus; e. gr. ſi credens rem ſe habere ex ſtipulatione, quam debet ex mutuo, ſolverit, accipientem facit dominum, Sufficit enim tradentem credidiſſe, ſe eſſe obligatum, ut locum habeat dicta regula. *§. 40. J. h. t.* add. *l. 36. l. 72. §. 6. ff.*

Ad dominii translationem etiam titulus putativus ſufficit.

 de C.

de C. & D. l. 18. §. 1. ff. de A. vel A. P. l. 55. ff. de O. & A. Dn. Hert. *Comment. tom. 3. Diſſ. de Contr. Dom. translat. th. 17.* Idem probatur ex naturâ condictionis indebiti, quæ ſcil. datur ad res repetendas, quarum dominium eſt translatum. ſupra. *ad tit. de cond. ind. §. 25.* Aliud verò eſt, ſi Error non ſit, uti modo dictum, in cauſa alienationis, ſed in ipſa alienatione. *l. 35. ff. h. t.* Franzk. *ad tit. de cond. ind. n. 21.* Porrò ſi vis & metus cauſam dederit, quamvis dominium translatum repeti poterit. ſupra *ad tit. quod met. c. §. 16.* Non verò transfertur ex cauſa futura, e. gr. ſi venditor dixerit: Ernehme es nur hin wir wollen uns kunfftig wegen des Kauffſchillings ſchon vergleichen, niſi, & quidem ex cauſa præſentis contractus innominati, de animo dominium transferendi evidenter conſtet. *arg. l. 22. ff. de P. V.* Nec ex cauſa conditionali; niſi ex cauſa præſentis, vel donationis, vel contractus cujusdam innominati, adjecerit: Es ſeye nun ſein, oder ſein Eigenthum. ſupra *ad tit. de contr. empt. §. 83.* Nec ex titulo ſimulato, ſupra *ad d. t. de contr. empt. §. 116. & ſq.* niſi traditio ex vera cauſa ſit facta. *l. 9. C. de contr. empt.* add. Dn. Hert. *d. Diſſ. th. 22. 23.*

Limit.
Si cauſam dederit error,
vis & metus?
Si cauſa futura.

Limit.
vel conditionalis,

vel ſimulata?
Limit.

Quomodo diff. cauſa & modus dominium transferendi?

LVI. Ex hactenus dictis apparet, Cauſas & Modos dominium transferendi invicem differre. Cauſa enim præcedit, ut efficiens minus principalis & impulſiva, per quam jus ad rem & Perſonalis actio ad faciendam traditionem oritur. *d. l. 31. pr. ff. t. t. l. 3. pr. ff. de O. & A.* Modus eſt inſtrumentum & effectus, ut ipſum jus in re, dominium nempe, acquiratur. *l. 11. §. 2. ff. de A. E. V.* Sic invicem opponuntur *in l. 2. §. 2. l. 3. §. 1. ff. de publ. in rem act. l. 20. C. de pact.* Struv. *Exerc. 41. th. 56.* ibique Mullerus. Sic venditio eſt cauſa, propter quam dominium transfertur, hoc ipſum tamen per ſe non ſit, niſi traditione ex cauſa emptionis factâ. Aliud eſt in modis Originariis, ubi ſeparari nequeunt, ſed ſimul coincidunt. *præced. §. 14.*

Aliud eſt in originariis.
S. A. Tradere poſſint Rerum Domini.

LVII. Subjectum conſtituunt perſonæ, à quibus & in quas dominium transfertur. Per traditionem enim dominium transferre poſſunt omnes, qui nec impediuntur, nec prohibentur. Requiritur ergò, ut tradentes ſint rerum domini. *d. §. 40. J. l. 9. §. 3. l. 20. pr. h. t. §. 5. J. per q. perſ. c. acq.* nam qui non eſt dominus, in alium dominium, & ſic plus juris, quàm ipſe habet, transferre nequit, *d. l. 20. pr.* ibi: *nihil transfert*, ſcil. quoad dominium. *& ſ. 1. l. 54. l. 120. ff. de R. J.* Et nihil poteſt exiſtere in effectu, quod non prius fuit in cauſa, vel formaliter, vel virtualiter. *l. 63. ff. de uſufr.* Non refert, utrum ipſe Dominus, an voluntate & mandato ejus alius tradat. *§. 42. J. de R. D. l. 9. §. 4. ff. h. t.* per rationem in *l. 5. §. 5. ff. de adm. tut.* Struv. *Exerc. 41. th. 55.* Et ſufficit, ſi cui ſimpliciter omnium rerum, ſicque libera adminiſtratio commiſſa

Per ſe Vel per alium.

Vel illorum loco.

miſſa ſit. *d.* §. *42.* vid. ſuprà *ad tit. de procur.* §. *8. & ſeqq.* Item creditor juxta §. *1. Inſt. quib. al. lic. l. 46. ff. h. t.* Tutor, Curator, ſimuliter aliorum res per traditionem in alios transferre poſſunt, *l. 46. ff. h. t.* ſed non ſuo proprio, verùm domini, debitoris pupilli, minoris, &c. nomine, utpote in eorum bonorum adminiſtratione verſantes. *l. 12.* §. *1 ff. de adm. tut. l. 16. l. 22. C. eod.* nam ſuo nomine tradentes Dominium in accipientem non transferunt, *l. 10.* §. *1. ff. de curat. furioſ.* quia non proprium jus alienandi habent, ſed tantum jus domino competens hujus nomine exercent. Et ſicut in Imperio, ita & in rerum ſingularium dominio, diſtinguendum eſt inter jus & uſum Juris. Grot. *de J. B. & P. l. 1. c. 3. n. 8.*

Et qui liberum dominii exercitium habent,

LVIII. Porrò Tradens dominii in re tradenda, ſibi competentis exercitium liberum habeat, i. e. alienandi & dominium per traditionem transferendi facultatem. Quo ipſo excipiuntur, propter defectum rationis, Furioſus & Mente captus, propter defectum judicii, Pupillus & Minor curatorem habens, item Prodigus declaratus, *l. 6. ff. de V. O.* & ſimiles. ſupra *ad tit. de pact.* §. *38. & ſeqq.* ſed horum nomine exercent conſtituti tutores atque curatores, uti in mox præced. §. dictum; adhibitis nonnunquam certis ſolennitatibus, de quibus omnibus latè ſupra *ad tit. 7. & 8 Libri 26*, & *ad tit. 9 & 10. Libri 27 ff.* Nec non hoc exercitium quibusdam ademtum eſt idque vel Lege, ſic Maritus fundum dotalem alienare prohibetur. ſupra *ad tit. de jur. dot.* §. *31.* & *ad. tit. de fund. dot.* §. *14. & per tot.* De Alienatione rei litigioſæ vid. infra *ad tit de litigioſ.* Lege ſtatutaria Fœminæ. vid *præc.* §. *53.* Vel Ultima voluntate. vid. ſupra *ad tit. ad SCt. Treb.* §. *6. n. 5.* Vel Pacto & conventione. *l. 7.* §. *5. ff. de diſtr. pign. l. ſ. C. de reb. al. non al.* & ſupra *ad tit de pact.* §. *53. & 54.*

Impediuntur.

Prohibentur.

S. P. Accipere poſſunt, qui non Impediuntur, e. gr.

LIX. Subjectum Accipiens, ut ei per traditionem Dominium acquiratur, præſupponit tam voluntatem, *præc.* §. *41.* quàm facultatem. Rem autem traditam accipere Impediuntur omnes, qui uſu rationis deſtituuntur, ut Mente capti, furioſi; *l. 1.* §. *3. l. 32.* §. *2. ff. de A. vel A. P.* nec cum curatore. *l. 5. ff. de R. I.* Curator tamen ipſis ex æquitate adquirit. *l. ſ. C. de cur. fur.* & ſupra *ad. d. t.* De Infante vid. *d. l. 1.* §. *3. l. 32.* §. *2 ff. de A. vel A. P* ſupra *h. t.* §. *9.* & *ad tit de aut. tut.* §. *10.* & *ad tit. de don.* §. *23.* D. Frommann *in Diſſ. de tradit. th. 15.* Excipiuntur tamen cauſæ, ex quibus etiam ignorantes adquirunt. *d. l. 1.* §. *5. d. l. 32. in ſ. l. 61. pr. ff. h. t. l. 28. ff. de uſuc. l. 16. ff. de O. & A.* vid. tamen *d. l. 1.* §. *19* Prohibentur, nec per traditionem Dominium adquirunt Conjuges invicem ſibi donantes, ſupra *ad tit. de don. int. V. & U.* §. *10.*

Nec prohibentur, e. gr.

Judæus,

Judæus, Hæreticus, vel Paganus ratione mancipii Christiani, *l. 1. C. ne manc. Christ.* Clerici, vel Pia corpora ſecundùm multorum locorum ſtatuta, quoad immobilia, ne in præjudicium Reipubl. ad Manus mortuas perveniant, daß keiner ſeine Güther an Ewigkeiten ꝛc. Gail. *l. 2. O. 32. n. 5. 6.* & *O. 56. n. 5.* Wehner. *obſ. voc.* Ewigkeiten. Würt. Landr. *p. 2. t. 9. §.* ferner. ibi *§ præt.* wir ſetzen. D. Schweder *Diſſ. de ſtatu. alienat. bon. immobil. in Eccleſ. & clericos prohibentium validitate.* Prohibentur etiam Extranei & Forenſes. vid. ſupra *ad tit. de C. E. §. 12.*

An & quomodo dominium per procurat. adquir?

LX. Nihil verò refert, utrum accipiens adquirat per ſe, an per intermediam perſonam, etiam extraneam. vid. *præc. §. 8.* Sic Procurator, licet non directò, apprehendens verò poſſeſſionem, per eandem, dominium acquirit. *l. 10. pr. l. 13. pr. l. 20. §. 2. l. 53. ff. h. t. §. 5. J. l. 1. C. per quas perſ. c. acq. l. 1. §. 20. ff. l. 1. C. de adq. & ret. poſſ.* ſi ſcil. dominus ſit, qui tradidit. *d. §. 5.* Et poſſeſſio etiam, rei cuſtodem apponendo, acquiritur. *l. 51. ff. d. t.* Ut autem per Procuratorem, qui videlicet ſpeciali mandato inſtructus, vel cui generalis adminiſtratio commiſſa eſt, *l. 1. §. 20. l. 18. ff. d. t.* dominium acquiratur, requiritur · (1.) Ut ipſi res ſit tradita, ut mihi acquirat, & à procuratore meo nomine ſit accepta, ſi enim accepit, ut ſuam faceret, nihil agetur. *l. 37. §. 6. ff. h. t. d. §. 5. d. l. 1. §. 20.* junct. *l. 55. ff. de O. & A.* Sin quis rem procuratori meo tradiderit, ut ſibi adquirat; ille verò animo mihi acquirendi acceperit, mea demùm ſit, ſi procurator mihi tradiderit. *l. 59 ff. h. t.* (2.) Ut volenti Domino poſſeſſio per procuratorem adquiratur. *l. 53. ff. h. t.* Ubi tamen ſciendum, quod hoc in caſu non requiratur, ut eo tempore, quo fit traditio, domini conſenſus accedat, ſed ſufficit præcedens voluntas generalis. Unde etiam *in l. 13. pr. ff. h. t.* dicitur, quod per procuratorem nobis, momentum licèt apprehenſionis ignorantibus, dominium acquiratur; ſed non invitis. *l. 34. §. 1 & 2. l. 42. in f. l. 49. §. 2. ff. de A. vel. A. P.* Struv. *Exerc. 41. th. 5.* ibique Müllerus.

Requir. ut ſit 1. Nomine,

Limit.

2. Voluntate Domini.

An ignorantibus acquir?

Quæ res poſſint tradi?

LXI. Objectum veræ traditionis ſunt Res tantùm corporales, cujuscunque generis; idque propter commodiorem & faciliorem commerciorum uſum. *§. 40. J. de R. D.* Incorporales enim traditionem veram atque propriè ſic dictam non recipiunt. *l. 43. §. 1. ff. h. t.* Et quidem res tradentis propriæ, ejusque commercio non exemtæ, nec alienari prohibitæ. Mobiles verò, num immobiles ſint, non refert, vid. *præced. §. 3. & 11. h. t.* Stryck. *in uſu moderno §. 31. h. t.*

LXII.

LXII. Forma & Diff. Spec. in eo conſiſtit, ut res ejusque poſſeſſio transferatur animo dominium transferendi. Requiritur itaque (1.) à Domino, ex titulo habili tradente, poſſeſſionis rei facta translatio. *l. 50. pr. ff. l. 27. C. de R. V. l. 3. §. 4. l. 40. ff. de A. E. V. l. 6. pr. ff. de div. & temp. præſcript.* Fitque, uti dictum, variis modis. Nam traditio eſt vel Ficta, de qua *ſeq. §. 66.* vel Vera, quæ in *l. 8. ff. de peric.* naturalis dicitur. Quomodo fiat in re mobili vel immobili? vid. *præc. §. 52.* Etiam oculis fieri poteſt. *l. 1. §. 21. ff. de A. vel A. P.* In foro Saxon. Interpretes quidam ad traditionem rei immobilis requirunt judicialem abdicationem & ſignationem, Gerichtliche Ubergabe und Auflaſſung. & ſine ea translationem dominii negant: Berl. *p. 2. concl. 64. n. 52* Carpz. *l. 1. Reſp. 102. n. 10.* & *l. 4. Reſp. 27. n. 3. l. 5. Reſp. 57. n. 8.* Stryck. *in uſu moderno §. 31. h. t.* provocantes ad nonnullos Juris Saxon. textus, & ad obſervantiam. Alii tamen, ſi hæc ita generaliter ſumi velint, aliter plane ſentiunt, aſſerentes, textus add. non in genere de traditione ex communi cauſa, ſed de donatione rerum immobilium intelligendos eſſe Obſervantiam non minus dubiam reddi, cùm in contrarium reſponderint. Dn. Scabini Lipſienſes, Jenenſes, Wittebergenſes. Coler. *dec. 279.* Fromann. *D. Juſtin. 9. th. 26.* Schultz. *ad §. 40 J. de R. D. lit. Oo.* de præfectura Gothana teſt. FranzK. *l. 2. Reſol. 12.* add. Richter. *Tr. de jur. & pr. cred. 3. p. 65. ſeqq.* Hahn. *ad tit. de contr. empt. N. X.* Muller *ad* Struv. *Exerc. 41. th. 56.* Ad conſuetudinem autem introducendam requiruntur actus non interrupti ſupra *ad tit. de LL. §. 36.* Ergo tutius inhærendum diſpoſitioni Juris Civilis in ratione naturali fundatæ. Ideò Jure Wirt. non eſt neceſſaria, vid. ſupra *ad tit. de A. E. V. §. 10. in fine.* bene tamen in alienatione rerum immobilium fieri debet inſinuatio, quia Reſpubl. ratione cenſus intereſt, & ut dolus facilius impediatur. Plura loca recenſet B. Dn. Parens, *ad Jus Prov. Wurtemb. p. 2. tit. 13. th. 20.*

Forma.

Req. 1. poſſeſſionis translatio.

Trad. vera quomodo fiat?

An oculis?

In foro Sax. an ad traditionem requiratur judicialis abdicatio & ſignatio?

LXIII. Attamen res tradita non cenſetur, niſi accipiens in vacuam poſſeſſionem fuerit inductus. *l. 12. C. de prob. l. 8. C. de A. E. V. l. 13. C. de diſtr. pign.* Hinc fundum, quem Titius bonâ fide poſſideret, ſi Dominus verus ſuperveniens vendiderit, & emptorem, abſente b. f. poſſeſſore, in illum induxerit, non verè tradidit, nec accipiens per illam traditionem fit dominus. *l. 50. pr. ff. de R. V.* Traditio enim eſt poſſeſſionis translatio, *l. 3. §. 1. ff de A. E. V.* quæ ſi ſit apud alium, transferri non poteſt. *l. 20. pr. ff. h. t.* Duo autem eandem rem in ſolidum poſſidere nequeunt: *l. 3. §. 5. ff. de A. vel A. P. l. 5. §. 15. ff. commod.* de hac reg. vid. latè d. Diſp. *de Condominio th. 9.* Nec

Quando poſſeſſio videatur tradita?

Retinetur ſolo animo.

abſens b. f. poſſeſſor poſſeſſionem amittit. Et quamvis non acquiratur, niſi animo & corpore, retinetur tamen ſolo animo. *l. 3. §. 1. & 7. l. 6. §. 1. ff. de A. vel A. P.* Nec obſt. *l. 12. §. 1. ff. de A. vel A. P. l. 16. ff. de fundo dot.* ad quas latè reſpond. Vinn. *ad §. 40. J. de R. D. n. 2. & 3.* Poſſeſſio autem non vacua dicitur, ſi vacua non ſit (1.) Ab omni alia poſſeſſione: (2.) à naturali: & 3. à Civili poſſeſſione. Si autem vacua ſit à Civili poſſeſſione, ſufficit, ut dominium rei transferatur. Licet enim alius nudè detineat, vel naturaliter poſſideat, e. gr. commodator, conductor, creditor, uſufructuarius, validè nihilominus dominium transfertur. vid. latè Hahn. *ad W. ad tit. de contrah. empt. N. XII.* vid. ſupra *ad tit. de A. E. V.* §. 10. & add. Mynſ. *C. 1. O. 53.* Bach. *d. D. 10. th. 4. lit. A.*

Quotupliciter dicatur non vacua? Vacua b. l. ſufficit a civ. poſſeſſ.

Req. 2. in tradente animus transferendi. Quid ſi erraverit? Conciliatio l. 35. de A. R. D. cum l. 49. mand.

LXIV. (2.) Requiritur, ut præter poteſtatem habeat etiam animum transferendi; *§. 40. J. de R. D. l. 3. §. 8. ff. de cond. cauſ. dat.* Struv. *Exerc. 41. th. 35.* ibique Mullerus. Non verò commodandi tantùm, deponendi, &c. *§. 2. & ſeqq. J. quib. mod. re contr. obl.* vel ſi in re transferenda erraverit. *l. 35. ff. h. t. & l. 3. §. 8.* Nulla enim eſt traditio, ſi in ipſa re vel corpore erratum, ut ſi quis pro re mandantis, & quæ tradenda erat, ex errore propriam tradiderit, de quo caſu loquitur *d. l. 35.* ſupra *ad tit. de C. E. §. 109.* Aliud verò eſt, ſi quis rem Titii b. f. poſſidens, per [illegible] quaſi procuratorem, ignorantem ſuam eſſe, vendiderit & tradiderit; licet ex poſt reſciverit, ſe eſſe verum dominum, de quo caſu *l. 49. ff. mand.* præc. *§. 63.* In accipiente requiritur rei traditæ acceptio, ejusdemque poſſeſſionis corpore & animo apprehenſio. *præc. §. 53.* Præterea etiam obſervanda ſunt, ſi ex. gr. ex ſtatuto locali quædam ſolennitas neceſſaria ſit; vid. *præc. §. 62.* item, quia traditioni pacta adjici poſſunt, *l. 48. ff. l. 10. C. de pact.* an ſub certa conditione, vel adjecto pacto facta ſit? & tunc ejus qualitas probè examinanda, ſecundùm ea, quæ ſupra *ad tit. de pact* §. 75. & *ſeqq.* ad tit. *de C. E. §. 82. & mult. ſeqq.* d. Diſp. *de Tradit. vera, th. 33. & ſeq.*

In accipiente requir. acceptio & apprehenſio.

Interdum ſolennitas localis. Vel conditio ex adjectione.

LXV. Finis eſt, ut dominium cum poſſeſſione transferatur, & poſſeſſio apprehendatur, ut cum ea dominium rei acquiratur; Sicque Effectus eſt ipſa dominii & poſſeſſionis translatio; *l. 20. C. de pact.* & quidem regulariter in eâdem conditione ac qualitate, ac fuit ante traditionem *l. 20. §. 1. ff. h. t. l. 67. ff. de C. E.* Singulare tamen eſt in emptione venditione, ut venditæ res & traditæ non aliter emtori acquirantur, vel dominium earum transferatur, quàm ſi is venditori pretium ſolverit, aliove modo ei ſatisfecerit. *§. 41. J. de R. D.* latè ſupra *ad tit. de A. E. V. §. 5. & 39.* Quoniam verò omnis traditio facti eſt,

Finis. Effectus.

In emptione non ſufficit traditio.

eſt, *l. 7. §. 3. ff. de curat. fur.* ideo non præſumitur poſſeſſio rei traditæ, niſi probetur. Gothofred. *ad l. 16. §. 1. ff. de uſur. lit. d.* per *l. 16. C. de probat. l. 19. §. 2. ff. de publ. in rem act.* Stryk. *C. C. ſect. 2. cap. 8. §. 24.* Poſſeſſio debet probari.

LXVI. Ficta traditio eſt, quæ non fit naturaliter & corporaliter, ſed juris intellectu interveniſſe fingitur, & propterea vocatur quaſi, impropria, tacita, analogica &c. traditio. Joh. Voetius *n. 54. & ſeqq. h. t.* Divid. à Cauſa Impulſiva in Neceſſariam, quæ eſt rerum incorporalium, jurium ſcil. & actionum. *l. 43. §. 1. ff. h. t.* ibi ratio, ſcil. quod traditionem non recipiant. *l. ſ. ff. de ſervit. l. 3. pr. ff. de uſufr. l. 44. §. 1. ff. de leg. 1. t. t. ff. & C. de her. vel act. vend.* Uno nomine vocatur ceſſio; Joh. à Sande, *de Ceſſion. Act. c. 2. n. 9.* & Voluntariam, quæ in rebus corporalibus eſt recepta; & quidem, ut majoris utilitatis vel commoditatis gratia expeditior eſſet commerciorum uſus. *§. 43. J. de R. D. l. 9. §. 5. ff. h. t. de A. R. D. l. 3. §. 9. & ſ. ff. de don. int. V. & U. l. 43. §. 1. ff. de jur. dot. l. 62. pr. ff. de evict. l. 15. ff. de A. vel A. P.* II. à Subjecto, quæ fit in Perſonam certam, vel incertam. III. ab Objecto, in Symbolicam & Non ſymbolicam. IV. à Forma eſt vel Longæ vel Brevis manus. De quibus ſingulis paucis in ſeqq. Unde ſimul conſtabit, in quibus Vera & Ficta traditio differant. Nam traditio & Quaſi talis extra ſuam eſſentiam, qua invicem differunt, quoad reliqua requiſita, & quoad effectum, ferè per omnia judicantur ad paria.

Traditio Ficta quid? Div. 1. in Neceſſ. & Volunt. 2. 3. 4. Regula.

LXVII. Hic modus jure Gentium introductus eſt; & vel neceſſitatis, vel utilitatis ergò mutuâ fide tradentis & acquirentis voluntate exercetur. *l. 55. ff. de O. & A.* Nam nuda (i. e. à vera & naturali traditione) voluntas hic ſufficit. *d. §. 43. I. l. 9. §. 5. ff. h. t.* In Quaſi tradente quidem pariter poteſtas & facultas requiritur; ſed hæc translatio poteſt fieri in perſonam incertam, *§. 45. 46. I. de R. D. d. l. 9. §. 7.* ſcil. tempore traditionis, vel abdicationis à ſe dominium & poſſeſſionem. Subſequens enim occupatio adeò neceſſaria eſt, ut translatio & acceptatio etiam in quaſi traditione ſint correlata. Res verò transferenda, modò ſit in commercio, ad tradentem pertinens, & ad transferendum habilis, de cætero non refert, cujuſcunque ſit generis, etiam incorporalis. per *d. in pr. §. cit.* Struv. *Exerc. 41. th. 58.* ibique Müller.

C. E. R. Imp. Prov. Subjectum. Quomodo fiat in perſonam incertam? Object.

LXVIII. Translatio & apprehenſio, licet aliter fiat, ac in vera traditione, certa tamen eſſe debet, & talis, quæ juris intellectu pro corporali habeatur. Modi autem voluntatem rerum translativam declarandi ſunt: (1.) Sparſio vel jactus miſſilium, quando v. gr. noviter electi & coronati in hujus memo-

Forma. Modus. Fitque Sparſione.

memoriam nummos & munera in vulgus jactant. *d. §. 45. I. d. l. 9. §. p.* Dn. Maurit. *Diſſ. de orig. Elect. c. 2. th. 3. in f.* Stryk. *in Uſu moderno §. 37. b. t.*

Uſu & Patientia,

(2.) Declaratur per Uſum ex parte acquirentis, & Patientiam ex parte conſtituentis, ſcil. in ſervitutibus & ſimilibus juribus de novo conſtituendis. *l. 3. pr. ff. de uſufr. l. 5. ff. de ſervit.* ſuprà *ad d. tit. de ſervit. §. 10.*

Ceſſione,

(3) Si jura jam ſint conſtituta & alienabilia, & actiones transferantur per Ceſſionem. *l. 16. §. 5. ff. de petit.* Mev. *p. 7. dec. 153. num. 12.* latè ſuprà *ad tit. de H. vel A. V. §. 30. & mult. ſeqq.*

Signo, Symbolica traditione, v. gr. Tradendo claves.

(4.) Per notam vel ſignum rem transferendam repræſentans, unde dicitur Symbolica traditio, v. gr. claves horrei, vel cellæ vinariæ, ubi merces vel vina repoſita, tradendo. & quidem animo earum rerum dominium transferendi, per *l. 77. §. 21. ff. de leg. 2* quod etiam accipiens illicò acquirit, etiamſi clavibus apertura facta non ſit. *§. 44. I. de R. D. l. 9. §. 6. ff de A. R. D. l. 74. ff. de C. E. l. 1. §. 21 ff. de A. vel A. P.* Nam claves ſunt pars ipſius rei, *l. 17 pr. ff. de A. E. V.*

In re præſentia-tione.

Modò claves apud horreum vel cellam traditæ ſint, *d. l. 74.* tunc demum poſſeſſio habetur tradita earum, quæ ſunt ſub clavibus, voluntatis enim declaratio non ſufficiens credebatur, niſi accipiens illico habeat facultatem aperiendi & intrandi; quamvis res tradenda in conſpectu eſſe non debeat. Carpz. *I. F. p. 2. C. 14. def. 15. num. 5. & 6.* Vinn. *ad d. §. 44.* latè Maſcard. *de prob. V. 3. Concl. 1190.* vid. Stryk. *CC. Sect. 2. cap. 8. §. 22.*

Inſtrumento autoritatis.

Item Inſtrumentum auctoritatis, i. e. ex quo tradentis jus dependens probatur, ex cauſa dominii translativa tradendo. *l. 1 C. de donat.* Sic, per metonymiam ſubjecti, chirographi appellatione nomen ibi contentum intelligitur *l. 44. § 5. ff. de leg. 1. l. 59 ff. de leg. 3.* Hac autem inſtrumenti traditione factâ, dominium translatum cenſetur, etiamſi res ipſa penes tradentem adhuc ſubſiſtat. Gylmann. *rer. jud. Cam. lib. 1. dec. 26. num. 64. & ſeqq.* Carpzov. *d. p. 2. C. 33. def. 15. ubi prajud.* & hæc inſtrumenti porrectio ſola ſufficit. *in d. l. 1.* Proinde rei præſentia nulla requiritur, juxta communem ſententiam. Sichard. Brunnem. *ad d. l. 1* Gail. *l. 2. O. 37. num. 7.* Maſcard. *d. concl. 1190.* Idem dicitur de aliis Inſtrumentis, quibus res aliqua regitur, & ſine quibus inutilis foret.

Ficta Trad. Longæ manus.

LXIX. (5.) Non ſymbolica fit vel Longâ manu, metaphoricè loquendo, i. e. oculis & affectu: ut ſi quis juſſerit, rem ſibi debitam in conſpectu ſuo ponere, quamvis eam non ſtatim apprehenderit, tradita tamen exiſtimatur. *l. 79.* ibi Gothofr. *de 1. ff. de ſolut. l. 1. §. 21. ff. de A. vel A. P.* Stryk. *in uſu modern. §. 37 b. t.*

Quoad actum quaſi traditionis.

Fitque vel quoad actum quaſi traditionis, ſi tradens quocunque modo hanc voluntatem ſuam declarat, citra accipientis, vel rei præſentiam, utpote patiendo, permittendo, *l. 16. ff. de P. V.* jubendo, ſeque declarando

clarando verbis, literis, aut aliis ſignis. *l. 37. pr. ff. ad SCt. Trebell. l. 41. ff. de A. vel A. P.* vel quoad Actum acquiſitionis, & Diſting. An res præſens ſit, & acquiritur oculis atque affectu, voluntate quocunque modo declaratâ; *l. 1. §. 21. l. 51. ff. de A. vel A. P.* Exempla vid. *d. l. 79. d. l. §. 21. l. 18. §. 2. ff. eod.* Struv. *Exerc. 41. th. 57.* ibique Muller. Sin abſens, facto quodam apparente opus eſt; & fit (1.) Signatione rei emptæ venditore jubente facta, *l. 14. §. 1. ff. de peric. & comm. rei vend.* e. gr. trabium, arborum in nemore, quorundam corporum in grege, &c. Sed diſting. An conſignatio fiat ante venditionem? & non habetur pro traditione; ſed ne res ſubmutetur. *l. 1. §. 2. ff. d. t.* an poſt venditionem? & præſumitur traditio, niſi alia præſumptio ſubſit, ut in obſignato vino, ne aqua infundatur. vid. Brunnem. *ad d. l. 1. §. 2.* Molina, *de J. & J. Tr. 2. D. 13. num. 16.* Frommann *in Diſſ. de ficta tradit. th. 40. & ſupra th. 14. de periculo & commodo rei vendit.* (2.) Rei, quæ commodè loco moveri nequit, Cuſtodis appoſitione; ſi e. gr. acervum lignorum, quantitatem vini emero. *d. l. 51. ff. de A. vel A. P.* Mol. *d. D. n. 15.* Stryk. *in uſ. mod. §. 34. h. t.*

vel acquiſitionis. Diſting. An res præſens, an abſens? Fit ſignatione

Sed poſt venditionem.

Cuſtodis appoſitione.

LXX. Brevi manu fit ad circuitum evitandum. Nam celeritate conjungendarum inter ſe actionum una actio occultatur. Cujusmodi vid. *in §. 43. J. de R. D. l. 9. §. 5. ff. h. t. l. 9. §. 8. & 9. l. 21. pr. l. 15. ff. de R. C. l. 9. §. 1. de publ. in rem act. l. 62. pr. ff. de evict. l. 43. §. 1. ff. de jur. dot. l. 3. §. pen. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 6. ff. de donat.* & paſſim. Aliam ſpeciem habemus *in l. 18. pr. ff. de A. vel A. P.* qua res penes alienantem dominum naturaliter remanere debet, ut ſi venditorem emptoris nomine poſſidere velit, quæ vocatur Conſtitutum Poſſeſſorium, de quo infra *ad tit. de A. vel A. P. §. 16.* Hæc de Ficta traditione dicta latius & uberius pertractavit Dn. Frommann, *Diſſ. de Ficta ſeu quaſi traditione.*

Brevis manu.

ex. gr.

Traditio per Conſtitut. Poſſ. remiſſive.

LXXI. Secundus Modus de Jure Gentium Dominium acquirendi eſt Acceſſio vel Adjectio, Bachov. *ad §. 19. I. de R. D.* Mev. *p. 2. dec. 227. num. 5.* quæ fit mediante re dominio noſtro jam ſubjectâ. Contingit vel extrinſecùs, & in ſpecie vocatur Acceſſio: vel immediatè ex re noſtra, & dicitur Proventus, de qua infrà *§. 108.* Acceſſio in ſpecie eſt, qua res noſtra principalis, propter prævalentiam, rem alienam minùs principalem ad ſe trahit, noſtramque efficit. *l. 23. §. 4. ff. de R. V.* Nam augmentum, quod per modum unionis accedit, eandemque rem conſtituit, naturam & conditionem rei, cui unitur, ſuſcipit, atque ſicut eadem res judicatur. Garſ. *de expenſ. c. 22. n. 1.* Molinæus, *ad conſuet. Pariſ. §. 1. Gl. 1. n. 63.* Eſtque vel Naturalis, vel Induſtrialis vel Mixta. Naturalis eſt, quam citra factum homi-

II. Modus Dominium acquirendi generalis eſt Acceſſio, In ſpecie quid?

Eſt vel Naturalis, quid?

Ejus ſunt IV. ſpecies

nis ſola operatur natura. Hujus IV. ſunt ſpecies: (1.) Alluvio. (2.) Coalitio. (3.) Inſulæ in flumine productio, & (4.) Alvei deſtitutio.

1. Alluvio. Ejus Definitio.

LXXII. Alluvio, de qua in *§. 20. & 21. I. de R. D. l. 7. §. 1. l. 56. pr. ff. h. t. l. 1. l. 3. C. de alluv.* eſt incrementum latens, Germ. Zufluß, Zuwachs, Anflöſſung, Anwurff, quo, vi fluminis, ſenſim, paulatim, latenter, aliquid fundo noſtro adjicitur, ita, ut non intelligatur, quantum quoquo tempore adjectum ſit, & ita nobis acquiritur. *d. l.* & Hottom. *ad d. §. 20.* definit, quod ſit accretio unius agri, ex alterius derelictione, ſenſim per flumen facta.

Explicatur.

Dicitur autem Vi, ſcil. naturali operatione & motu Fluminis, quia tantùm in fluminibus publicis locum habet. Nam fluminum ea natura eſt, ut agris, quibus alluuntur perpetuò, vel addant, vel detrahant. *l. 7. ff. de peric. & comm. rei vend.* Buchner. *tr. de jur. Aquar. th. 89.* Oettinger. *de jur. fin. l. 2. c. 2. n. 17.* ubi idem de Rivis publicis aſſerit.

Non habet locum in Mari,

Jus ergo alluvionis non locum habet in Mari, quia terrenum aquis maris diſcoopertum non ita latenter adjicitur, nec hoc jure quæritur; ſed, ut in nullius bonis, occupanti conceditur, ad differentiam fluminis publici. *d. l. 7. §. 3. ff. h. t. §. 22. I. de R. D.* Peregr. *de jur. fiſc. l. 5. n. 75.* Oettinger. *d. l. n. 18.* Struv. *Exerc. 41. th. 25.* ibique Mullerus.

Lacubus & Stagnis.

Nec in Lacubus & Stagnis, aliisve Rivis privatis, quia ſuos terminos retinent. *l. 12. ff. h. t. l. 24. §. 3. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* Nec in agris limitatis. Oettinger. *d. l. n. 16.* Voetius *n. 15. h. t.* Sicut autem flumen publicum communiter affert aquam profluentem, ita alter alteri agro terram, quam fert, quaſi dono dat, & flumen manet terminus agrorum, quos attingit; Accolentes verò ſibi imputent, cur ripas non munierint, Franzk. *ad d. §. 20.* hoc namque licitum eſt, modò naturalis fluminis curſus non differatur aggeribus, Dück, Damm, *l. 1. C. de alluv.* nec uſus publicus, vel navigatio fiat deterior. *l. un. pr. & §. 2. ff. de ripa mun.*

Ager Jure Rom. Limitatus.

LXXIII. Jus tamen alluvionis non in quovis agro locum habebat. Nam apud Rom. Ager eſt vel Diviſus & Limitatus, qui arte vel operâ limites pro finibus habet. Talis non eſt ager Quæſtoribus vel Manucaptus, i. e. ab hoſtibus jure belli captus, quamvis limitatus fuerit, ſed tantùm, ut ſciretur, quid cuique militum datum eſſet, quid per quæſtores veniſſet, & quid in publico relictum eſſet, *l. 16. ff. h. t.*

Aſſignatus,

vel Aſſignatus, cujus modus univerſus Civitati aſſignatur, uti hodiè agri diſtinguuntur per jugera, manſos, Jauchert, Morgen, Hufen-Landes.

Arcifinius.

Arcifinius, qui fines habet arcendis hoſtibus idoneos, i. e. naturales, ut flumina, montes, foſſas, vias, arbores antemiſſas, aquarum divergia. Cujac. *l. 2. O. 9.* Stypmann. *de Jur. flum. n. 406. & ſeqq.* In hoc ultimato locum habebat alluvio, non verò in reliquis; quia in limitatis & aſſignatis per

univer-

univerſitatem nihil de territorio mutatur, & ſi quid alluvio adjecit, id occupanti acquiritur. *d. l. 16.* & *l. 1. §. 6. ff. de flum.* Struv. *Exerc. 41. th. 26.* ibique Mullerus. Sed quia hodie eadem ratio non eſt, in omnibus agris locum habet. Oettinger. *d. l. n. 11.* Giphand. *ad d. l. 16.* Gryphiand. *de Inſul. cap. 27. n. 52.* Buchner. *d. l. th. 90.* Coccejus *in Diſſ. de jure alluv. §. 13.*

Hodie in omnibus agris locum habet.

LXXIV. Alluvionis commodum eſt ejus, cujus eſt fundus alluvione auctus, *d. §. 20. l. d. l. 7. §. 1. ff. h. t. l. 1. l. 3. C. de alluv.* Si autem per alluvionem fundo uſufructuario aliquid adjectum ſit, proprietas ad proprietarium, uſusfructus vero ad fructuarium pertinet. *l. 9. §. 4. ff. de uſufr.* Sic in fundo feudali adjectum quoad utile dominium Vaſallo, quoad directum Domino feudi acquiritur. Dd. *ad 1. F. 4. § 5. & 6.* Carpz. *I. F. p. 3. C. 13. def. 17.* Secus eſt, ſi portio fluminis violentia avulſa, *l. 7. §. 2. ff. h. t. §. 21. I. de R. D.* item, ſi inſula in flumine nata ſit, quamvis enim vicina prædia poſſidentibus acquirantur, uſufructuarius tamen nullum ibi jus habet, quia uſusfructus ex incremento latitante augetur, hæc autem non eſt fundi fructuarii, ſed ab illo ſeparata. *d. l. 9. §. 4.* Car, *z. d. l.* Cæterum per *l. 10. ff. de R. I.* cui alluvione emolumentum adjicitur, eundem pro terris, quas poſſidet, tributorum præſtationem agnoſcere debere, tradunt DDres *ad l. 2. C. de alluv.* (quamvis *d. l.* propriè de vi fluminis, ſicque de coalitione loquatur.) Non tamen ita, ut alluvionis incremento per diverſa flumina acquiſito, per ſe atque ſeparatum tributum imponatur. *l. 3. C. d. t.* ibi Brunnem. *n. 3.* Oettinger *d. l. n. 14.* Item ea, quæ paludibus antea vel paſcuis videbantur adſcripta, ſi ſumptibus poſſeſſorum nunc ad frugum fertilitatem translata ſunt, vel vendi, vel peti, vel quaſi fertilia ſeparatim cenſeri, vel nova tributa, aut majorem canonem inde exigere, non conceditur, ne doleant diligentes operam ſuam agri dediſſe culturæ, nec diligentiam ſuam ſibi damnoſam judicantes intelligant *d. l. 3. & l. 16. C. de omni agro deſerto.* Brunnem. *ad. dd. ll.* Chriſtin. *V. 4. dec. 56. n. 4.* Hodie quibusdam in locis jus alluvionis inter regalia refertur. Mev. *p. 7. D. 301.* Ruland. *de Commiſſ. l. 2. p. 4. c. 15. n. 1.* Stypmann. *d. tr. de jure flum. n. 549. & ſeqq.* ubi explicat, quomodo hoc accipiendum. Thomaſius *in diſſ. de regal. fiſci princip. Germ. c. 2. §. 6.* ſed vid. Klock. *de ærar. l. 1. c. 63.* Struv. *Ex. 41. th. 25.* ibique Muller. Stryk. *§. 8. h. t.*

Alluvionis commodum eſt ejus, cujus fundus auctus.

Aliud eſt in avulſione.

Cum onere tamen præſtationis tributorum.

LXXV. Coalitio eſt acceſſio, qua pars vicini prædii, vi fluminis detracta, & noſtro adjecta, poſtquam cum eo coaluit, noſtra fit. *l. 7. §. 2. l. 26. §. 2. ff. h. t. §. 21. J. de R. D.* Voët. *n. 16. h. t.* Struv. *Ex. 41. th. 27.* ibiq. Muller. Sicque integra pars, non latenter, nec quadam vicini culpâ, ſed fluminis violentiâ, avellitur. Quamdiu autem eadem eſt ſpecies, nec unitatem cum terra noſtra fecit, manet ejus, cujus fuit, *dd. ll.* Coalitio inde colligi poteſt, ſi arbo-

5. Coalitio quid?

Si arbores radices egerint.

arbores quas forſan ſecum traxit, in fundo noſtro radices egerint; vel alio modo cruſta tamdiu hæſit, ut jam noſtra facta ſit, quia cum terra noſtra unitatem fecit *d. d. §.* & *l. 9. §. 2. ff. de damn. inf.* Arbores enim, quarum in *d. §.* fit mentio, tantummodo præſtant indicium coalitionis. Arbor verò, vel planta, vel aliud quid, quamdiu non coaluit, vindicari & extrahi poteſt perinde, ac rutis vi fluminis in agrum noſtrum delata. *l. 5. ff. de incend. ruin. naufr.* & *d. §.* Sed ſi prior dominus ante coalitionem fundi ſui partem non vindicaverit, ex propria quaſi culpa ipſi omnem actionem ad rem vel æſtimationem amplius conſequendam Doctores communiter negant, per *d. l. 9. §. 2.* vid. Vinn. Harppr. *ad d. §. 21.* Alii tamen utilem R. V. concedunt, propter *l. 5. §. 2. ff. de R. V.* quamvis *d. l.* loquatur de caſu, ubi arbor facto Domini, in cujus fundo radices immiſit, tranſlata coaluit. vid. Bach. *ad d. §. 21.* Struv. *Ex. 41. th. 27.* Molina inquit, fortaſſe valor plantæ, quem habeat, antequam radices ageret, erit ſolvendus domino fundi, in quo coaluit. *de J. & J. Tom. 3. D. 713. n. 5.*

An priori domino detur actio?

3. Inſulæ in flumine productio, quid? Inſula quid? Dividitur.

LXXVI. Inſulæ in flumine productio eſt, ſi inſula in flumine publico, per naturalem illius operationem, nata fuerit. *§. 22. J. de R. D. l. 7. §. 3. ff. l. 65. h. t.* Struv. *Exerc. 41. th. 28.* ibique Mullerus. Joh. Voetius *n. 17. h. t.* Inſula in genere dicitur terra, quæ aquis undique clauditur. Germ. Wörd, Eiland. Gryphiand. *de inſul. cap. 1. n. 13. & 17.* & *c. 2. n. 1.* Eſt vel Marina, vel Fluvialis. *d. §. 22. J. de R. D. d. l. 7. §. 3. ff. h. t. l. 17. ff. de leg. 3.* His Aymo, arg. *l. 1. §. 6. ff. de exerc. act.* aliam addit ſpeciem Stagnalem, quia lacus & ſtagna publica, teſte experientia, inſulas recipiunt. *de alluv. l. 1. c. 14. n. 10.* Porrò Gryphiand. divid. in Naturalem, Fortuitam, quæ quidem à natura ſimiliter, licet turbata, proficiſcitur, & Manufactam. *d. tr. cap. 6. 7. & 8.* Ita ædificium proprio ambitu conſtans appellatum, *l. 18. pr.* ibi Gothofred. *lit. b. ff. locat.* ubi pretioſiſſima pars fortunarum reponebatur; *l. 3. §. 2. ff. de off. præf. vig.* & inſulæ cuſtodes dicuntur Inſularii. *l. 4. ff. eod.* ſed *h. l.* propriè agitur de Inſula Fluviali & Naturali.

h. l. intell. Fluvialis & Naturalis.

Naſcitur variis modis.

LXXVII. Naſcitur autem tribus modis (1.) Si prædium jam conſtitutum amnis circumdet, illudve in formam inſulæ redegerit, manet prioris do-
1. mini, cujus fuerat, nam ager circumluvione non mutat cauſam proprietatis. *d. §. 22. d. l. 7. §. 4. l. 30. §. 2. ff. eod. l. 1. §. 10. ff. de flum.* (2.) Si terra
2. flumine ſublata cum fundo non cohæreat, ſed virgultis, aut aliâ quâlibet levi materiâ ita ſuſtineatur, ut ſolum ejus non tangat, atque ipſa moveatur, & quaſi natet in flumine. de quo vid. Gryph. *c. 6. n. 43.* & Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 8. n. 9.* ejuſmodi inſula eſt publica juxta naturam ipſius fluminis. *l. 65. §. 2. ff.*
3. *h. t.* (3.) Si flumen terram ita tollat, ut tamen cohæreat cum alveo; ut ſi ſua

ſponte,

ſponte, per colluvionem & alluvionem terræ, paulatim producatur; quod in locis limoſis fieri ſolet, & talis inſula, de Jure Civili, eſt vicinorum propè ripam prædia (modo non ſint limitata *l. 1. §. 6. ff. de flumin.*) poſſidentium; pro fronte & modo cujusque prædii, prout proportio determinatur in *d. ſ. 22. l. 7. §. 3. l. 29. l. 30. ſ. 2. l. 56. ff. h. t. l. 1. ſ. 6 ff. de flum.* Excipitur tamen extremitas, quæ ad inſtar ripæ & propterea uſu publica eſt. arg. *d. l. 30. §. 1.* Noe Meurer. vom Waſſer-Recht *part. 2.* Heig. *p. 2. q. 40.* Mev. *p. 7. dec. 301. n. 5.* Manz. *Dec. Palat. 98.* Quomodo autem in ipſa diviſione procedendum, & linea ducenda ſit; latè explicant Oettinger *de jure limit. lib. 2. cap. 3.* Wie die Wörd in gemeinen flieſſenden Waſſern rechtmäßig zumeſſen und denen anſtoſſenden Güthern zuzutheilen ſeyn? ap. Fritſch *jur. Fluviat. pag. 285.* & Gryph. *cap. 17. per tot.* ſed initium tantum inſulæ ſpectatur. Quod enim poſtea alluvione ei acceſſit, licet fundo alterius, qui trans flumen habet, ſit propior, nihilominus manet ejus cum novo incremento, cui inſula initio acquiſita. *d. l. 56. pr. d. l. 55. ſ. pen.*

Quomodo inter vicinos divid.

Si poſtea alluvione quod accedat?

LXXVIII. Moribus hodiernis ſicut Flumina publica, ita & Inſulas in iis natas ad Regalia pertinere, ſicque non amplius vicinis, ſed fiſco cedere, tradunt Schulz. *ad d. §. 22. lit. D.* Buchner, *de jure aquat. th. 114.* Carpz. *J. F. p. 3. C. 31. def. 12.* Chriſtin. *V. 4. dec. 86.* poſt alios, Mylet. *de Princip. & Stat. Imp. c. 66. n. 4.* latè Gryph. *d. tr. cap. 11. 12. & 13.* quod in *d. c. 11. n. 63. & seqq.* illuſtrat exemplis Stryk. *in uſu moderno §. 22. h. t. add.* Mevius *p. 7. dec. 301* Ziegler. *de jur. majeſt. lib. 2. cap. 13. ſ. 18. & 19.* Hertius *de ſuperioritat. territor. §. 47.* Sic inſulas in Rhodano ad regem Galliæ, in Mulda ad Elect. Saxon. in Rheno ad Elect. Palat. in Hollandia ad ſuperiores pertinere. Neque dubitamus, hoc vel lege vel conſuetudine introduci poſſe, ut augeatur ærarium publicum ex eo, quod neminem reddit pauperiorem, Buſ. *ad l. 3. ſ. 9. in ſ. ff. de jure fiſci* Carpz. *d. C. 31. def. 13.* quo tamen ipſo excipitur, ſi inſula cum ſingulari detrimento vicinorum nata, quo caſu diſſentientis Heigii ſententia æquitate nititur. *q. 40. n. 58. & ſeqq.* Interim generalem abrogatoriam & dd. LL. civilibus contrariam legem vel conſuetudinem aſſerenti incumbit probatio. Dn. Bardili, *Contr. Ex. 16. th. 14. in f.* D. Crall. *in differ. Receſ. Imper. Sect. 2. §. 2.* Neque hanc in rem allegari poteſt peculiaris Conſtitutio ab Imp. Adolpho Naſſovico ad petitionem Reinoldi Comitis Geldriæ Anno 1293. in Curia Norimbergenſi promulgata, ex rationibus apud Oettingerum *d. 3. lib. 2. c. 12. & ſeqq. pag. 317.* cùm non ſit inter Receſſus Imperii relata.

Moribus hodiernis referuntur ad Regalia.

Exempla.

Ubi ſcil. in conſuetudinem

De Conſtitutione Imp. Adolphi quid dicendum?

LXXIX. Inſula Marina vel maritima *l. 11. ff. de inſtr. vel inſtrum. leg.* eſt,

Inſula Marina

eſt, quæ in mari nata eſt, quod quidem ob nimiam maris altitudinem, tam propter perpetuam æſtuum reciprocationem raro fit, & (ſicut inſula fluvialis prope agros limitatos, *l. 1. §. 6. ff. de flumin.*) fit occupantis, quia nullius eſſe creditur. *§. 22. J. de R. D. l. 7. §. 3. ff. h. t.* De hujusmodi inſulis plura vid. ap. Gryph. *d. tr. c. 4. & 5.* Struv. *Ex. 41. th. 19.* ibique Mullerus. Hodie inſula marina ad illum ſpectat, cujus eſt dominium maris, in quo nata. Gryph. *c. 11. n. 73.* Ziegl. *ad Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 2. §. 13. & c. 3. §. 8. & 9.* & imprimis ſupra *ad tit. de R. D. §. 11.* Stranch. *de Imperio maris.* & Joh. Palatius, *de Dominio maris.*

ad quem ſpectat. — Hodie?

4. Alvei deſtitutum quid?

LXXX. Ultima ſpecies acceſſionis naturalis & quæ fit per flumen, eſt Deſtitutio Alvei, qua vetus alveus naturalis, totus & in univerſum, (quia flumen duos alveos habere poteſt) à flumine ad aliam partem fluente, derelictus eſt; & acquiritur vicina prædia poſſidentibus. *§. 23. J. de R. D. l. 7. §. 5. ff. h. t.* Joh. Voetius *n. 18. h. t.* Alveus dicitur foſſa, per quam flumen labitur. *l. 1. §. 8. ff. de flum.* Germ. Waſſerrun, Bett, Bauch, Thal, Tieffe oder Graben des Waſſers. Oettinger, *d. tr. de jur. limit. ap. Fritſch. J. Fluv. p. 290. n. 8.* Noe Meurer. Waſſer-Recht *p. 3.* Hac ratione uſus, & donec fluminis deſervit, eſt publicus, relictus veró, deſinit eſſe talis, & incipit eorum eſſe, qui prope ripam prædia, non tamen limitata, *l. 1. §. 7. ff. de flumin.* add. *l. 12. pr. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 41. th. 35.* ibique Mullerus. poſſident; pro modo ſcilicet latitudinis cujusque prædii, *d. §. 23. d. l. 7. §. 5.* etiamſi aqua per illam aliquantulum adhuc fluat. Carpz. *J. F. p. 3. C. 13. def. 14. & 15.* Noe Meurer. *d. l.* ibi addit. Doch daß es den Nahmen des flieſſenden Waſſers verlohren, & quidem vi ipſius fluminis, nicht daß es aber etwan auf eine Mühle gewehnt, ſondern daß es nicht wieder in ſeinen alten Lauff kommen könte, oder auch ſich gar verlohren habe. Alveus enim, dum adhuc à flumine continetur, pars nihilominus vicinorum prædiorum videtur; ſed tantummodo propter uſum publicum fluminis, utpote ejus pars, naturam induiſſe cenſetur, *l. 30. §. 1. ff. h. t.* Bach. *ad d. §. 21.* ſicque novus alveus, quem ſibi flumen fecit, etſi privatus antea fuit, incipit eſſe publicus. *d. §. 23. d. l. 7. §. 5. d. l. 30. §. 3.* per rationem in *d. l. 1. §. 7.*

Alveus quid? — Quomodo dicatur publicus?

Flumine reverſo ad quem pertin. alveus derelictus?

LXXXI. Si veró flumen poſt aliquod tempus ad priorem alveum fuerit reverſum, novus alveus derelictus ſtricto jure non prioribus dominis, quia dominium, quod habuerunt, interiit, ſed vicinos agros prope ripam poſſidentibus acquiritur. *d. §. 23.* quod præjudiciis confirmat Carpz. *d. C. 13. def. 14.* rationem explicat JCtus Cajus, in *l. 7. §. 5. ff. h. t.* ex quo conſequens eſt, ſi flumen non totum agrum occupaverit, & ad priorem alveum reverſum ſit, al-

veum

veum derelictum priori domino jure viciniatis obvenire. Sunt tamen, qui ſummo iſti juri æquitatem opponunt, & eâ moti ad reſtitutionem antiqui domini ſuadent Schulz. d. l. lit. H. Vivian, Dec. 195. n. 7. Dn. Struv. diſtinguit, an flumen, quod totum agrum occupavit, eodem impetu ſubito, (quod quidem inundationem potius ſaperet) num ſenſim receſſerit, ut illo caſu ager ad priorem dominum redeat, per l. 30. §. 3. ff. h. t. hoc autem jure alluvionis vicinis accedat. l. 38. ff. eod. Struv. d. Ex. 41. th. 32 & Juriſpr. For. l. 2. t. 1. §. 37. Quod vero, ſi via publica impetu fluminis (ruina quadam) amiſſa ſit & eam vicinus proximus præſtare debet; l. 14. §. 1. ff. quem. ſerv. am. ſed impenſâ publicâ. arg. l. 13. §. 1. ff. comm. præd. Hodiè quidem alveum annumerari regalibus, tradit poſt Peregrinum, Aymum, Hergium, Berojum, Stypmann. de jure flum. n. 298 Gryph. d. tr. c. 11. n. 43 quod tamen accipitur tantum de iis locis, ubi ita ſtatutum vel receptum eſt Stryk. §. 19. Ziegler de Jur. majeſtat. lib. 2. c. 13. §. 25. D. Graſſ. de neglectu ſiſci commodis cap. 2. §. 11. Si impetu fluminis via publica amiſſa ſit?

LXXXII. Sed alia cauſa eſt, ſi cujus ager totus inundatus ſit? Inundatio enim eſt, cum flumen imbribus, vel nivibus, vel alio nimio affluxu, ad tempus auctum, in vicinos campos ſe effundit, ſimul tamen alveum ſuum tenet; ſicque hac ſubita intumeſcentis fluminis irruptione prædia aquâ tantum operiuntur, non vero diſſolvuntur. l. 1. §. 5. & 9. ff. de flum. Et hæc Simplex vocatur Inundatio. Quoniam autem ſpeciem fundi non commutat, ideo nec Dominium aufert, ſed ſi receſſerit aqua, fundus ejus manet, cujus fuit. §. 24. de R. D. l. 7. §. 6. ff. h. t. d. l. 1. §. 5. & 9. Imo nec poſſeſſionem, nec ſervitutes, ſi ſol. inundatio ad paucos fuerit dies. l. 30. §. 3. ff. h. t. l. 30. §. 2. ibi Gothofr. lit. b. ff. de A. vel A. P. arg. l. 10. §. 2. ff. quem. uſ. am. l. 14. ff. quem. ſerv. am. Bardili. d. Exerc. th. 16. Joh. Voetius n. 19. h. t. Struv. Exerc. 41. th. 35. ibique Mullerus. Si vero non Simplex ſit inundatio, ſed flumen totum eo impetu, alveo deſerto, in agrum quendam perrumpens ita ſe effundat, ut dubium ſit, an flumen in priorem alveum ſuum reverſurum, an in eodem agro manſurum & alveum novum publicum facturum; interea temporis dicitur poſſideri l. 3. §. 17. ff. de A. vel A. P. l. 12. ff. de reb. aut. jud. poſſ. Noe Meurer. d. p. 3 inſ. ibi: Wann durch uberſchwemmen das Guth eine Zeitlang nicht zugebraucht en, die poſſeſſion in ſolcher Zeit und Fall verlohren wird, uſumfructum l. 3. §. 2. l. 10. §. 2. l. 23. ff. quemadm. uſusfr. am. ſervitutem, l. 14. ff. quemad. ſerv. am. imo proprietatem amitti. d. l. 23. ibi Brunnem. Sed ſi eodem impetu, vel paulatim diſceſſerit aqua, quo venit, omnia reſtituuntur, d. l. 30. §. 3. ff. h. t. d. l. 23. & l. 24. pr. ff. eod. etiam ſi tempus amittendæ ſervitutis præterierit. d. l. 14. & ſupra ad d. tit. §. 3. Bach. Inundatio quid ſit? Si Simplex. Non aufert dominium, Nec poſſeſſionem. Aliud eſt, ſi non Simplex, & alveus priori deſeratur. Sed ſi aqua diſceſſerit, omnia reſtituuntur.

 Vinn.

Vinn. & Franck. *ad. d. §. 24. J. de R. D.* Flumina enim cenſitorum jure funguntur. *d. l. 30. §. 3.* quod explicat Stypmann. *d. tr. n. 316. & ſeqq.* & Dn. Ziegler inquit: *Amittitur ergo tali caſu proprietas propter metum plenariæ ademptionis, & reſtituitur deinceps propter metum iſtum ſublatum, quanquam revera non fuit adempta: Nec infrequens eſt in jure noſtro, ut potentia habeat nomen actûs, & ut reſtitui dicatur illud, cujus ſaltem uſus eſt ademptus. ut de re ſcribit ad Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 8. §. 8. & §. 10. neque a Principe talem agrum mandatum occupari poſſe, niſi interſit Reipubl. agrum ſiccari, & hoc facere nolit ejus dominus.*

An liceat aggerem extruere? Licet tamen, agro ſuo conſulendo, ipſum contra rapidi amnis impetum munire, eoque fine aggerem in ſuo extruere; *L. 1. C. de alluv.* etiamſi per conſequentiam in vicini tendat præjudicium. modò citra animum nocendi fiat. *l. 1. §. 12. l. 2. §. 9. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* Vinnius, *dec. 498. n. 19. & ſeqq.*

Vel eſt Artificialis, quid? Ejus ſunt IV. Species.

LXXXIII. Acceſſio Induſtrialis vel Artificialis eſt, quæ fit opera & facto hominis, rem minus principalem vel liquidam cum principali vel liquida conjungendo; cujus IV. haberi ſolent ſpecies: (1.) Specificatio. (2.) confuſio. (3.) Commixtio. (4.) Adjunctio, quamvis Vinnius duas tantum agnoſcat, ſecundam & ultimam. Adjunctio autem variis fit modis, de quibus in ſeqq.

1. Specificatio quid? Nova ſpecies cujus fiat?

LXXXIV. Specificatio eſt novæ ſpeciei, ex aliena materia, bona fide, ſuo nomine, facta formatio. *l. 7. §. 7. ff. h. t. §. 25. I. de R. D.* Vinnius *ad d. §.* hanc refert ad occupationem, cui tamen alii contradicunt; & naturaliter hanc rem inter dominum materiæ & artificem pro rata communem fieri, quandoquidem materia. utcunque in priſtinum ſtatum redigi amplius non poſſit, extincta verè dici nequeat, tradit Grot. *de I. B. & P. l. 2. c. 8. §. 19.*

Sententia Sabini, & Proculi.

ibi Dn. Ziegler. Quoniam verò Communio vix commodè ſubſiſtere poteſt, diverſæ deſuper olim ſubortæ ſunt ſententiæ inter Sabinianos & Proculianos. Sabinus & Caſſius naturali rationi convenientius putabant, ut dominus materiæ etiam ſpeciei ex ea confectæ Dominus eſſet, idque ex rationibus in *d. l. 7. §. 7. l. 12. §. 3. ff. ad exhib. L. 11. ff. de R. J.* Nerva & Proculus verò pugnabant pro ſpecificante, quia, quod factum, antea nullius erat; *d. l. 7. §. 7.* & Forma dat eſſe rei, quâ mutatâ prope interimitur ejus ſubſtantia. *l. 9. §. 3. ff. ad exhib.*

Juſtinian. diſting.

Juſtiniano *in d. §. 25.* placuit media JCtorum ſententia *d. l. 7. §. 7. l. 12. §. 1. l. 24.* ibi Gloſſ. *l. 26. l. 27. §. 1. ff. h. t. l. 5. §. 1. ff. de R. V.* qua diſtinguitur:

materia in totum aliena?

An nova formata ſpecies ſit ex aliena materia in totum: vel partim aliena, & partim propria? Illo caſu iterum diſtinguitur

Subdiſt. an ſit reſolubilis.

An nova ſpecies ad priorem & rudem materiam reduci poſſit? idque citra inſigne aliquod da-

damnum & tunc materia eſt potentior formâ, nec intervertitur dominium, ſed manet prioris domini materiæ, *d. §. 25. d. l. 7. §. 7. l. 12. §. 1. l. 24. ff. h. t. l. 49. §. 5. l. 78. §. 4.* ibi *quippe ea, quæ talis naturæ ſunt, ut ſæpius in ſuâ redigi poſſit materia, ea materiæ potentia victa, nunquam vires ejus effugiunt ff. de leg. 3.* Franzk. *Exerc. 4. q. 4. n. 7.* Struv. *Exerc. 41. th. 17. ibique Mullerus.* Specificatori verò conſulitur rei detentione, vel alio remedio ad æſtimationem operarum conſequendam per ea, quæ ſequuntur *§. 87. actione in factum Schutz. Compend.* Dicta tamen limitationem recipiunt, ſi forma ſit præſtantior, v. gr. ab inſigni artifice ex auro vas conflatum ſit, cujus pretium ex ſolo artificio æſtimandum tunc plus artifici, qui novam formam dedit, quàm auri domino tribuendum Ziegl. *d. l.*

Si forma præſtantior ſit materiâ.

LXXXV. Si non poſſit reduci, iterum videndum, an verè & omninò nova forma ſit addita tum, quia materia conſumitur deſinit enim, quod fuerat, & incipit, quod non erat: forma potentior eſt materiâ, & dominium rei pertinet ad ſpecificantem: v. gr. Si ex meis tabulis (intellige tamen arbores, non verò tabulas, jam ſectas & lignum præparatum, de quo *l. 61. ff. de R. V.*) navem, ex lanâ veſtimentum, ex coctis odoribus unguentum fecerit. *d. §. 25. l. 26. princ.* ibi Brunnem. *l. 27. §. 1. ff. h. t.* Dominus verò materiæ, ſi ſpeciem poſſidet, Exceptione doli Si non, Actione in factum æſtimationem conſequitur. *l. 23. §. 4. & 5. ff. de R. V.* junct. *l. 3. §. 14. ff. ad exhib.* Vinn. *ad d. §. n. 6. inf.* An non planè nova forma addita, ſed jam producta ſit, & nuda detectione indigeat, & ſic ſpicas excutiens frumenti dominus non efficitur, quia novam ſpeciem non facit, ſed eam, quæ eſt, detegit *d. l. 7. §. 7. inf.* Idem dicendum de leguminibus, & hujuſmodi generis frugibus, quæ ſiliqua continentur. Imò Bachov. *ad d. §. 25.* hoc exem, lo idem ſtatuit de vino ex uvis, & oleo ex olivis alienis expreſſo Stryck. in uſu moderno *§. 25. & Compend.* Schutz. *Pag. 567. h. t.* illum tamen refutat Vinnius, quia *d. l. 7. §. 7.* tantùm de ſpicis dubium remanebat, ideo frumentum ſolummodo exceptum reperitur, nam vinum atque oleum ut in aliud nomen, ita in aliam ſpeciem tranſeunt, uvis & oleis ita peremptis: quæ tamen in alium uſum potuiſſent conferri *d. l. n. 5.* Quando vero materia cum forma pugnat, utra potentior ſit, ex eventu dijudicandum poſt Hotom. *ad d. §. 25.* Franzk. *Ex 4. q. 4. n. 7.*

an non poſſit reduci, & diſt. an addita nova forma.

ſi dominus mat. poſſidet, æſtimationem conſequitur.

an non plane nova ſ

v. gr. excutiendo frumentum, aliud eſt ſ. vinum ex alienis uvis expreſſum.

LXXXVI. Hoc verò caſu, ſi ſcil. quis partim ex ſua, partim ex aliena materia ſpeciem quandam fecerit; veluti ex ſuo vino & alieno melle mulſum miſcuerit: vel ex ſua & aliena lana veſtimentum fecerit: Si non uterque in communionem conſenſerit, ut fiat communis. *d. l. 7. § 1. l. 25. ff. h. t.* multo magis ſpecificans erit dominus: cum non ſolùm operam ſuam dederit, ſed & partem ejuſdem materiæ præſtiterit, *d. §. 25.* habitâ tamen ratione *praced.*

Sin materia partim ſit aliena; nec uterque conſentit.

§. 84. mentionata, diſtinctionis, ſi enim ad priſtinam materiam poterit reduci, quilibet ſuum retinet, & pro parte ſua materiam vindicat. arg. *l. 5. §. 1. ff. de R. V. l. 12. §. 1. l. 27. §. 5 ff. h. t.* Struv. *d. Ex. 41. th. 38.* Frantzk. *ad d. §. 25. n. 20.* Vinn. *d. l. n. 6.* ubi hanc ſententiam communem dicit. Joh. Voëtius *n. 21. tit.* Diſſ. Ludw. *ad J. D. 4. th. 9. lit. b.*

Specificatio fiat ſuo nomine.

An requiratur bona fides?

LXXXVII. Cæterum requiritur, ut ſpecificans ſuo nomine ex aliena materia novam ſpeciem formaverit, *d. l. 7. §. 7. pr. ff. h. t.* Quicquid enim alterius conſenſu vel nomine factum, illius tota res confecta erit, *l. 25. l. 27. §. 1. ff. eod. l. 29. §. 1. ff. de don. int. V. & U. §. 9. J. per q. perſ. c. acq.* Unde Vinnius defendit, ſubintelligi & requiri bonam fidem in ſpecificante, inquiens: Qui enim ſcit materiam alienam eſſe, in eadem cauſa haberi debet, ac ſi nomine domini materiæ ſpeciem feciſſet, *l. 12. §. 3. ff. ad exhib.* cui etiam operam ſuam donaſſe cenſendus eſt. arg. *§. 30 J. de R. D. l. 4. §. 20 ff. de uſuc. l. 14. §. 5. ff. de cond. furt.* atque hæc eſt communis Dd rum ſententia *d. l. n. 2.* Ludw. *d. l. lit. a.* Schwendend *ad Eckolt. h. t. th. 36.* & Brunnem. hanc dicit veriorem. *ad d. l. 7. n. 16.* Schutz. in uſu moderno *§. 24. tit.* Contrarium defendit Bach. *d. l.* Compend Lauterb. Schutz. *pag. 567. h. t.* Joh. Voetius. *n. 21. h. t.*

Si ſpecificator in mala fide?

Specificator, qui eſt in m. f. à Domino materiæ conveniri poteſt Actione ad exhibendum, & Rei vindicatione, *l. 9. §. 2. & 3. l. 12. §. 4. ff. ad exhib.* junct. *l. 49. §. 1. ff. l 61. de R V. l. 15. l. 131. ff. de R. J.* item Condictione furtiva, *l. 13. ff. de cond furt.* nec non furti Actione. *l. 52. §. 14. ff. de furt.* Quomodo verò contra ſpecificatorem, qui eſt in b. f. agi queat, diximus *præc. §. 85.* Struv. *Exerc. 41. th. 41. ubi* Muller. Et hæc ad ſimiles Acceſſionum ſpecies applicari poſſunt. vid *l. 6. ff. de R. V.*

Confuſio, quid?

LXXXVIII. Confuſio eſt conjunctio corporum (ad duos Dominos pertinentium) liquidorum, aut liquefactorum, quorum unum ingreditur alterum, & ab altero iterum recipitur, hacque unione totum fiat homogeneum; *§. 27. J. de R. D. l. 7. §. 8. & 9. l. 27. §. 2. ff. h. t. l. 1. §. 12 ff. de ſeparat.* quod vel conſtituit novam ſpeciem, vel alias difficulter ſeparari poteſt. *d. d. ll. l. 3. §. 2. l. 5. §. 1. ff. de R. V.*

Fit vel cum dominorum voluntate. Obj. Reſp.

LXXXIX. Confuſione hac utriusque voluntate facta indiſtinctè res fit communis, ſive ejuſdem generis ſint materiæ, e. g. ſi vina miſcuerunt: maſſas argenti conflaverunt, ſive diverſæ: veluti ex vino & melle mulſum. ex auro & argento electrum: ſicque nova ſpecies facta ſit *d. §. 27. d. l. 7. §. 8.* Non obſt. *L 5 §. 1. ff. de R. V.* ubi non mutua dominorum voluntas concurrit; hoc autem loco & per communionem non tam dominium vetus retinetur, quàm novum acquiritur: quia unusquisque ſociorum in parte alterius proprietatem

pro

pro indiviſo, quam antea non habebat conſequitur, Frantzk. *ad d. §. 27. n. 6. & ſeqq.* & partes, quæ, ante confuſionem ſingulorum erant ſeparatim, poſt eam ſingulorum eſſe incipiunt conjunctim, ſicque intellectu magis, quàm corpore. *l. 5. ff. de ſtip. ſerv. l. 5. §. 1. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* Et ſi communi dividundo ad reſtitutionem agatur, *d. l. 5. pr.* habenda nihilominùs eſt ratio atque rata ponderis, quantum quisque in maſſam contulit, vel pretii, ſi res non ſine cujusquam injuria commodè, aut non omninò dividi poſſit, ſed uni adjudicari debeat. *§. 5. J. de off. Jud. l. 3. §. 2. l. 4. ff. d. t. de R. V. l. 55. ff. fam. erc.* vid. ſupra *ad tit. comm. div. §. 15.* Joh. Voetius *n. 25. h. t.*

Si petatur reſtitutio;

Sed res vix, vel non poſſit dividi.

XC. Quando verò caſu, vel unius tantùm facto confuſio contigit diſting. An materiæ ſeparari vel deduci poſſint? e. gr. ſi plumbum cum argento mixtum: vel æs & argentum conflatum, & nulla eſt communio, licet ſpecies exindè facta ſit, ſed cuique, ratione materiæ ſuæ, ad exhibendum & in rem datur actio. *d. l. 5. §. 1. ff. h. t.* An non poſſint; de quo caſu loquitur *d. l. 7. §. 9.* & quidem vel ſimpliciter, *l. 3. § 5 ff. de R. V.* vel cum detrimento, ſive interitu alterius materiæ; ut ſi æs & aurum mixtum, *d. l. 5. §. 1.* cùm æs evaneſcat; add. Struv. *Exerc. 41. th. 42.* ibique Mullerus. Tunc vel neceſſitas, vel vis naturæ ſuperior communionem inducit, & partes pro indiviſo, habita ratione ponderis & pretii cujuscunque materiæ, communi dividundo judicio petendæ ſunt, *d. l. 3. §. 5.* & hæc, ſi maneat materia, licet confuſa. Sin minus, ut nova exiſtat ſpecies, e. gr. ex unius melle & alterius vino mulſum, & caſu facta ſit confuſio, ſimiliter res fiunt communes. Sed ſi facto unius contigerit, totum corpus ejus erit, qui fecit; *d. l. 5. §. 1. pr.* ibique jure ſpecificationis, *§. 25. J. de R. D.* & priori domino tenetur ad æſtimationem. vid *prec. §. 81.* & Richt. *Dec. 69. n. 1. 103.* Contra eum vero qui diverſas materias m. f. confudit, datur actio furti, & ad exhibendum, habita pretii ratione, *l. 4. ff. d. R. V.* contra eum jurari poteſt in litem *l. 5. pr. ff. de in lit. jur.* Brunnem. *add. l. 4.* Quia hodie quodlibet metallum ab altero ſegregari poteſt, in his materiis ſine dominorum voluntate non eſt confuſio. Giphan. *add. l. 12. §. 1.* Struv. *Exerc. 41. th. 43.* ibique Mullerus. Joh. Voetius. *n. 21. h. t.*

Vel ſi citra voluntatem facta, & caſu diſt. an materiæ poſſ. deduci. an non? & quidem ſimpliciter;

ſed maneat materia, Si facto unius ſit confuſio?

ſi m. fide facta?

XCI. Commixtio eſt corporum ſolidorum quæ diſcreta manent, ſingulaque ſuam ſubſtantiam retinent, conjunctio. Totum fit per aggregationem. *§. 28. J. de R. D. l. 5. pr. ff. de R. V. l. 30. pr. ff. de uſuc.* Hanc ſpeciem ad Acceſſionem & inter modos Dominium acquirendi referre non poſſe, defendit Vinn. *add. §. n. 1.* cum per eam, vi rei noſtræ, nobis aliena nunquam acquiratur. Hic tamen Imp. diſtinguit, an voluntate utriusque domini, e. gr. frumentum & ſimile quid commixtum ſit? & acervus habebitur com-

5. Commixtio. quid?

Diſt. an facta voluntate.

Domini utriusque an alterutrius vel caſu. — communis, atque communi dividundo erit actio. *d. l.* add. *l. 7. §. 8. ff. h. t.* Sin caſu vel alterutrius domini voluntate commiſtum fuerit, non eſt commune, ſicque nec modò dicta Actio locum habet, *l. 1. ff. comm. d. v.* Sed, quia ſingula corpora in ſua natura & eſſentia manent ſeparata, cuique Dominorum competit in rem actio, pro modo, i. e. quantitate & qualitate rerum ſuarum. *d. §. 28. d. l. 5. pr. l. 23. § 5. in f. ff. de R. V.* Singula quidem grana ſeparari non poſſunt, eo ipſo tamen, quod certo loco & menſura circumſcripta ſunt, ſatis deſignantur, vid. *l. 6. ff. de R. V.* & arbitrio judicis continetur, ut non ſolum obſervet, quot modios quisque habuerit; ſed inſuper æſtimet, quale cujusque frumentum fuerit, *d. § 28.* ut ratione bonitatis alteri vel plus, vel aliquam pecuniæ ſummam adjudicet. arg. *l. 4. in f. ff. de R. V.* Struv. *Exerc. 41. th. 45.* ibique Mullerus. Joh. Voetius. *n. 23. h. t.* Non obſt. *l. 78. ff. de ſolut.* nam pecunia numerata ſalvis nummorum corporibus conſumi dicitur. *§. 2. I. de uſufr. l. 19. §. 1. in f. ff. de R. C.* Vinn. *d. l. n. 2.* — Obj. Reſp.

4. adjunctio. quid? — XCII. Adjunctio eſt acceſſio, quâ rei principali, ornandæ, augendæ & reficiendæ gratia, aliena jungitur, diſcretâ manente ſubſtantiâ. Struv. *Exerc. 41. th. 46.* cum ſeqq. ibique Mullerus Joh. Voetius. *n. 14. ſit.* Et in genere Res per adjunctionem accedens ejus fit, cujus eſt res principalis. *§. 26. J. de R. D.* Accedit autem vel ut ornamentum & additamentum, vel augendi & reficiendi ergo, & res acceſſoria alteri tanquam baſi innititur. Illo modo, ſi inter res junctas eadem ſit portio, & idem pretium, ſuam cuique rem manere placet. *l. 27. §. 2. ff. h. t.* Sin ſit diverſitas, quid & cujus rei ornandæ cauſa adhibeatur? acceſſorium cedit principali. Licet illud ſit multo pretioſius, pretium rei non ſpectatur, ſed ità cedent gemmæ phialis vel lancibus incluſæ auro argentove, *l. 19. §. 5. & 13. l. 29. §. 1. l. 23. §. 1. & ff. de aur. & arg. leg.* ſupra *ad d. 1. §. 1.* purpura veſtimento, cui eſt intexta. *d. 5. §. 26. l. 7. §. 2. ff. ad exhib.* Hæ enim res per junctionem incorporatæ, & quaſi extinctæ habentur, ut conditionem rei principalis ſequantur. *d. §. 26. d. l. 19. §. 13. l. 26. §. 1. ff. h. t.* Similiter, ſi ex aliena materia jungatur Statuæ pes vel brachium, aut manus: ſcypho fundus aut anſa: lecto fulcrum: armario vel navi tabula. ædificio cæmentum: vehiculo rota: &c. quod additum eſt, toti cedit. *d. 26. §. 1 & 2. l. 23. §. 2. l. 39. pr. ff. de. R. V.* Stryck. *in uſu moderno §. 26. ſit.* — Accedit vel augendi & ornandi gratia. — Si res junctæ eadem ſi diverſæ. In textura.

Ut conſuluntur domino perem. diſt. — XCIII. Attamen ille, qui dominium rei alteri acceſſionis jure adquiſitæ amiſit, nihilominus certæ competunt actiones, præmiſsâ diſtinctione. An quis rem alienam rei ſuæ [illegible] num ſuam alienæ [illegible] item bonâ, an malâ fide adjunxerit? Si quis ornandi cauſa gemmam alienam auro ſuo incluſerit, vel purpuram alienam ſuo veſtimento intexuerit, idque bona fide, contra hunc non quidem — An quis rem alienam rei ſuæ junxerit, Si b. f.

competit

competit R. V. *l. 6. ff. ad exhib. l. 23. §. 4. & 5. ff. de R. V.* quodammodo enim extincta habetur, quia jam per ſe non eſt, *d. §. 26.* ſed actio ad exhibendum, ut res adjuncta excludatur vel ſeparetur, & ita ſublata cauſa dominii, veteri domino reſtituatur vel vindicetur. *l. 6. & d. l. 23. §. 5.* ubi ſolus caſus ferruminationis excipitur, de quo *ſeq. §. 25.* Nec non æſtimatio vel pretium dictæ rei à b. f. poſſeſſoribus condicitur, *d. §. 26. inſ.* add. *l. 11. §. 2. ff. de R. C.* eundem in finem actio in factum datur. *d. l. 23. §. 5.* Multo magis ergo b. f. jungens, & pretium ſolvere paratus, ne detrimentum ex ſeparatione capiat, audiri debet. Bachov. *ad §. 26.* Sin mala fide junxerit, ſcil. ſi aut ipſe gemmam vel purpuram ſurripuerit, aut ab alio ſurreptam eſſe ſciverit, directe quidem vindicari nequit, datur tamen Actio furti, & condictio furtiva, *d. §. 26.* item Actio ad exhibendum, & utilis R. V. arg. *l. 9. §. 3. l. 12. §. 3. ff. ad exhib.* perinde ac contra eum, qui dolo deſiit poſſidere. *§. 2. J. quib. al. lic. vel non. l. 131. ff. de R. J.* Bach. *d. l.* Stryk. *intereſſ. controverſ. cap. 1. §. 9. & in uſu moderno §. 26. tit.* Struv. *Exerc. 41. th. 41.* ibique Mullerus.

Si m. f.

XCIV. Cæterum ſi jungentis res alienæ acceſſerint, & bona fide, ipſeque adhuc ſit in poſſeſſione: habet beneficium retentionis, & dominum vindicantem per Exceptionem doli mali cogit pretium ejus, quod acceſſit, dare; *d. l. 23. §. 4. ff. de R. V.* poſſeſſione vero amiſſâ, exhibendum agere poteſt. *d. l. 23. §. 5.* Sin mala fide, ex benignitate & naturali ratione aliqualem æſtimationem, ſcil. in quantum dominus locupletior factus eſt, officio judicis conſequitur. *l. 38. §. 5. l. 38. ff. de H. P.* add. *l. 6. §. 3. ff. de neg. geſt.* junct. *l. 14. ff. de cond. indeb.*

An quis rem ſuam alienæ junxerit b. f. & ſit in poſſeſſione. Sin minus. Si m. f.

XCV. Præterea Junctura alia dicitur Ferruminatio, die Anlöthung, alia Adplumbatura, die Löthung. Illa ligatura eſt, quando diverſorum dominorum metalla ejuſdem generis, per eandem materiam, in unum corpus junguntur & quaſi conſolidantur, in quo differt à Plumbatura. e. gr. ſi ſcypho argenteo argentea anſa, æreæ Statuæ æreum brachium junctum ſit. Unitate majoris partis ita cenſetur conſumi, ut, etiamſi inde abruptum ſit, ad dominum priorem redire non poſſit, & tunc actio in factum eſt neceſſaria, ſicut in omnibus caſibus, in quibus aliæ actiones deficiunt. *l. 23. §. 5. ff. de R. V.* Aliud verò eſt, ſi Ferruminatio ita facta, ut ſua cujusque res maneat. *l. 27. §. 2. ff. h. t.* & commodè ſeparari poſſit. *l. 5. §. 1. ff. de R. V.* Hæc eſt, ſi metalla ejusdem vel diverſi generis, per diverſam materiam, junguntur; *l. 27. pr. ff. h. t.* quo caſu ad exhibendum agi poteſt, ut ſeparentur, & tunc vindicentur. *d. l. 23. §. 6.* Struv. *Exerc. 41. th. 44.* & Mullerus. *in not. ad. th. 44.* Joh. Voëtius *n. 27. h. t.*

Ferruminatio

Abruptum non redit ad priorem dominum.

Adplumbatura.

vel Res acceſſoria alteri ut baſi innititur. Regula. Fit V. modis.

XCVI. Si res acceſſoria alteri tanquam baſi innititur, & quidem præſertim in immobilibus, tunc traditur regula. Quidquid ſolo accedit, ita tamen, ut cohæreat, ſolo cedit. Hujus V. recenſentur Species, ut ſunt in rebus immobilibus: Inædificatio. *§.29. & 30. J. de R. D. l. 7. §. 10. 11. & 12. ff. h. t.* Plantatio. *§. 31. J. d. t. d. l. 7. §. 5.* Satio. *§. 32. J. d. t. l. 9. pr. ff. h. t.* In rebus mobilibus: Scriptura. *§. 33. J. d. t. d. l. 9. §. 1.* Pictura. *§. 34. J. d. t. d. l. 9. §. 2.*

1. Species eſt Inædificatio, quid? Regula.

Ampliatur. Reſtringatur.

XCVII. Inædificatio, qua dominus ſoli ex aliena materia in ipſius ſolo ædificatum acquirit, per regulam: Omne, quod ſolo inædificatur, ſolo cedit. *d. §. 29. & 31. d. l. 7. §. 10. & 12. l. 2?. ff. eod. l. 50. ff. ad L. Aquil. l. 39. pr. ff. l. 2. C. de R. V. l. 95. in med. § 8. ff. de ſolut. l. 4. ff. de ſuperfic. l. 5. C. de ædif.* Carpz. *J. F. p. 3. C. 31. def. 10.* Sive mediatè, ſive immediatè ædificatum ſit, perinde eſt *l. 25. ff. h. t.* Modo ſolo cohæreat. *l. 62. ff. h. t. l. 17. pr. l. 18. ff. de A. E. V.* vid. ſupra *ad tit. de R. D. § 15.* Et porrò ſolum plenè ſit in noſtro patrimonio. Sichard. *ad l. 2. C. de R. V. n. 6.* Aliud eſt in loco publico. vid. *l. 3. in f. l. 6. pr. ff. de R. D. l. 14. ff. t. h.* Struv. *de ædif. priv. th. 23. & 24.* Stryck. *in uſ. mod. §. 2?. h. t.* Struv. *Exerc. 41. th. 4?. ibi*, Mullerus.

Diſt. an ex aliena materia ædificatum & in ſolo alieno, an in ſuo.

XCVIII. Distincti tamen ſunt caſus; quorum (I.) eſt. Si quis ex alienam materia ædificaverit, & quidem in ſolo alieno; tunc ædificium cedit ſolo, nec Dominus materiæ habet Actionem contra Dominum ſoli, niſi diruto ædificio, bene tamen contra ædificantem *l. 1. ff. de tign. junct.* Bach. *d. D. 20. th. 6. lit. A.* Sed in ſuo ſolo ædificans ipſe intelligitur dominus totius ædificii, *d. §. 29.* & ll. alleg. *in pr. §.* ſicque etiam materiæ, propter *l. 7?. pr. ff. de R. V. & l. 1?4. ff. de R. J.* Et tamen qui fuit materiæ dominus, (niſi ſciverit vel conſenſerit, *l. 63. ff. de don. int. V. & U. Reg. 27. de R. J. in 6to.*) talis eſſe haud deſinit, non quidem eo reſpectu, quatenus materia juncta & connexa eſt ædificio; ſed in ſe & abſtractive conſiderata, quatenus nempe juxta ædificium ſuam habet ſeparatam ſubſtantiam *d. §. 29. l. 23. §. 5. ff. de R. V. l. 7. §. 2. ff. de exc. rei jud. l. 23. ff. de uſucap.* Joh. Voetius *n. 24. h. t.*

Actiones Domino materiæ competentes contra ædificantem. h. t. ſtante ædificio. Sub voce Tigni quid contineatur.

XCIX. Ut autem priſtino materiæ Domino conſulatur; ſi eo ſciente ædificatum, habet actionem in ſimplum; *l. 36. ff. de don. int. V. & U.* Bach *ad Tr. d. l.* ſin ignoraverit diſt. An ædificans bona fide, & ignorans materiam eſſe alienam junxerit? & tunc ſtante ædificio, nec Vindicare eam, nec ad exhibendum de ea agere, propter L. XII. tabb. ſed Actione de Tigno juncto duplum conſequi poteſt *d. §. 29. l. 6. ff. ad exhib. l. 23. § 6. ff. de R. V. l. 7. § 19. ff. h. t.* Sub appellatione verò Tigni omnis materia ſignificatur, ex qua ædificium conſtat, etiam vineæ neceſſaria. *d. l. 7. §. 10. d. l. 1. §. 1. ff. de tigno junct. l. 7. pr. ff. ad exhib.*

Di-

Dicta actio hoc caſu eſt mixta, & duplum non eſt pœnale; (cùm de tigno furtivo infra *ad tit. de furt.* agatur) ſed continet rei perſecutionem & intereſſe; idque non ſine æquitate; vid. Stryk. *de act. for. inv. ſect. 1. m. 10. §. 12.* ratione ædificantis, ne ædes iterum deſtruere teneatur; ratione alterius, quia invitus, contra communis juris regulam, re ſuâ propter commodum publicum, carere debet. *l. 2. u. ſ. C. de ædiſ. priv.* Si tamen mitiùs cum ædificante quis agere velit, Actione in factum tigni æſtimationem petere poteſt. *d. l. 23. § 5. ff. de R V.* junct. *d. l. 98. §. 8. ff. de ſolut.* Struv. *d. l. th. 27.* Iidem Dominus ſoli dupli præſtationem evitare poteſt, ſi tignum eximere & reſtituere malit; modò ſine injuria cujusquam fiat, nec publicus aſpectus deformetur. *l. 2. § 10. & 17. l. ſ. ff. ne quid in loco publ. d. l. 2. C. de ædiſ. priv.* Bach. *d. l.* Diſſoluto verò ædificio habet materiæ dominus Rei vindicationem, & ad exhibendum actionem, *d. §. 29. d. l. 23. §. 7.* etiamſi poſt tempus uſucapionis demolitum ſit; nam qui ædes poſſidet, non intelligitur ſingula tigna poſſidere, *d. l. 23. §. 7. l. 23. §. ſ. ff. de uſuc. d. l. 7. §. 11. ff. h. t.* modo non fuerit duplum jam conſecutus. *d. §. 29.* propter *l. 5. 7 ff. de R. J. Reg. 83. eadem in 6to.*

Actio de Tigno juncto qualis ſit?

Diſſoluto ædificio.

C. Sin ædificans malâ fide junxerit, ſtante ædificio, materiæ Domino datur Actio de tigno juncto in duplum, quæ tamen hoc caſu merè pœnalis eſt. *l. 1. pr. l. 2. ff. de tigno juncto.* Cum qua concurrit electivè Actio furti; *§. 26. J. de R. D.* Cumulativè verò Condictio furtiva, *d. §. 26.* vel Rei vindicatio, vel ad exhibendum actio, *d. l. 1. §. 2. & d. l. 2. d. l. 23. §. 6. ff. de R. V.* nam ſcienter jungens non quaſi poſſidens convenitur; ſed quaſi dolo malo deſierit poſſidere, *d. l. 1. §. 2.* ad hoc, ut contra ipſum in litem juretur. *l. 5. §. 2. ff. ad exhib.* Diruto: ceſſat quidem actio de tigno juncto; ſed tamen dictæ reliquæ Actiones rei perſecutoriæ manent, etiamſi jam ante actione de tigno juncto actum ſit. *d. l. 2. l. 2. C. de R. V.* Bach. *d. l. & add. §. 29.* Et quamvis dictam actionem de tigno juncto ab uſu receſſiſſe, multi tradant; de eo tamen meritò dubitat J. O. Tabor. *Racem. Crim. 7. th. 23.* vid. infra *ad d. t. de tigno juncto.* Struv. *Exerc. 41. th. 46.* ibique Mullerus.

Si m. f. ædificaverit, ſtante ædificio.

eo diruto.

An actio de Tigno juncto ſit in uſu?

CI. (II.) Vel quis ædificavit ex ſua materia, in ſuo: & res caret dubio. Sic ædificia, quæ Vaſallus, Emphyteuta extruunt, pertinent ad illorum heredes, ut dominus directus patiatur ædificium auferri, vel ſolvat pretium. *2. F. 28. §. Si vaſallus.* Aliud eſt in Uſufructuario. *l. 7. §. 2. l. 15. pr. ff. de uſufr. vid. §. 30. & 38. de uſufr.* Struv. *d. l. de ædiſ. priv. th. 26.* Jure Saxon. ædificia etiam utilitatis cauſa à Vaſallo extructa, quæ ſolo ſunt fixa, unà cum fundo, pertinent ad ſucceſſores feudi. Carpz. *d. C. 31. def. 2. & 4.* Si verò ſolum ſit commune, omnibus ejuſdem ſoli condominis cedit. *l. 16. C. de R. V. Mev. ad J. Lub. l. 3.*

An ex ſua materia ædificatum, & in ſuo ſolo,

vel in communi,

t. 12. art. 2. num. 1. & ſeqq. vid. tamen diſtinct. *in l. 28. ff. com. div. l. 27. §. 1. ff. de S. P. U.* Carpz. *d. l. def.* 11.

vel in alieno.

Vel in ſolo alieno: & illius fit ædificium, cujus eſt ſolum. *§. 30. J. de R. D. l. 7. §. 12. l. 28. ff. h. t.* Ratione materiæ verò diſting.

& quidem bona fide, ſitque in poſſeſſione

An ædificator ſit in bona fide, ſuum nempe ſolum eſſe credens ac ſimul in poſſeſſione? tunc habebit beneficium retentionis, & Dominus ſoli, ſi domum ſuam petat, nec ſolvat pretium materiæ & mercedes fabrorum, per exceptionem doli mali poteſt repelli *d. §. 30. d. l. 7. §. 12. l. 27. §. 5. l. 48. ff. d. R. V.*

Sin non poſſideat & tradat ædificio, conſulitur ex æquo.

Si non poſſideret, & forſan ædificium, modo dicta exceptione per errorem omiſſa, tradiderit: Stricte ædificio, omnis actio ſtricto jure communiter denegatur. *d. l. 48. l. 39. ff. eod. l. 33. l. 51. ff. de cond. ind. l. 14. ff. de dol. mal. exc.* Struv. *S. J. C. Ex. 41. th. 47.* Sed ex æquitate, quia plus debito dedit, ipſi conſulitur per condictionem indebiti ad repetendam poſſeſſionem, arg. *l. 22. § 1. l. 40. §. 1. l. 66. ff. de cond. indeb.* junct. *l. 14. eod.* Clud. *de cond. ind. c. 2. n. 66.* cum Cujac. Brunnem. *ad d. l. 33. ff. n. 6. & prae n. 5.* notat: *Doctores, quos recenſet Barboſa, non inique admittunt remedium Legis 32. ff. de R. C.* Gail. *l. 2. O. 12. n. 6.* Stryk. *in uſ. mod. §. 17. de R. V.* item propter negotium in domini utilitatem geſtum, datur actio utilis negotiorum geſtorum arg. *l. 6. §. 3. l. 5. ff. de N. G. l. 5. §. 1. C. de H. P. l. 32. inſ. ff. de R. C.* poſt alios, Dn. Mencken. *Gymn. Pol. jur. D. 16. th. 3.* Grœnevv. *ad §. 30. J. de R. D.* vel in factum. arg. *l. 23. §. 5. l. 13. ff. de R. V.* Frantzk. *Ex. 4. q. 5.* add. Carpz. *d. C. def. 10. n. 4.* Struv. *Ex. 41. th. 47.* ibique Mullerus.

Eo diruto.

Diruto verò ædificio, & oſtenſo, ſe non donandi animo impoſuiſſe, materia ad priſtinum dominum redit *d. §. 30. l. 7. § 12. ff. h. t. l. 59. ff. l. 2. C. de R. V.*

limit. in mobilibus.

Hactenus dicta intelligenda ſunt, ſi ædificium ſit immobile; *l. 18. pr. ff. de A. E. V.* Si enim ſit mobile, inque alium locum transferri poſſit, ut horreum penſile, domino ſoli non cedit. *l. 60. ff. d. t.* Finckelth. *de feud. D. 3. q. 20. lit. C. in fine.*

Si ædificans ſit in m. f.

Obj. Reſp.

Ipſi tamen ex æquo ſubvenitur,

Si eſt in poſſeſſione.

CII. Si ædificator ſit in mala fide, videlicet ſciens, ſolum eſſe alienum, ſtricto jure, & propter temeritatem ædificandi nihil conſequitur, ipſique Exceptio denegatur. *d. l. 7. §. 12. & §. 30. l. 5. C. de ædif. priv.* Carpz. *d. l. def. 10.* Non obſt. *l. 2. C. de R. V.* ubi ſermo eſt de eo m. f. poſſeſſore, qui in alieno ex aliena materia ædificavit, in fine autem adjectam exceptionem ad ædificantem ex ſua materia pertinere, poſt multos alios, tradit Brunnem. *ad d. l. 2. n. 4.* Carpz. *d. l. num. 6.* Ex benignitate tamen & vel ex circumſtantiis probato, ſe non donandi animo ædificaſſe, *l. 14. ff. de donat. l. 2. C. de R. V. d. ſtring.* An ædificans adhuc ſit in poſſeſſione, & habet retentionis beneficium non tantum quoad impenſas neceſſarias, ſed etiam utiles, imo ædificium, quod poſuit, auferre poteſt, ſi ſine diſpendio prioris ſtatûs rei fieri queat. *l. 38. ff. de H. P.* & ibi maxi-

mè

mè Gothofr. *l. 37. ff. l. 5. C. de R. V.* Sin dominus fundi poſſideat: extante ædificio. Officio judicis ex æquitate ei ſubvenitur; ſed ſolùm in quantum Dominus locupletior eſt factus, per *dd. ll. & l. 6. §. 3. ff. de N.* G. Bardili, *d. Exe. 16. th. 20.* Multò magis diruto ædificio materiam vindicare poterit. arg. *d. l. 37. ff. l. 2. l. 5. C. de R. V.* Bach. *d. th. 6. lit. B.* Struv. *d. Ex. 41. th. 37.* add. Frantzk. *ad d. ſ. 30 l. n. 5. & 7. & Ex. 4. q. 6.* — Sin minus.

CIII. Implantatio eandem ac Inædificatio habet rationem & regulam; Sive quis, in ſuo ſolo, alienam plantam vel arborem: ſive ſuam in alieno poſuerit: ſemper ejus erit, cujus eſt ſolum: *§. 31. J. de R. D. l. 7. §. ſ. l. 26. ſ. 2 ff. h. t. l. 5. ſ. 3. ff de R. V.* modo in novo ſolo radices egerit, atque coaluerit. *dd. ll. l. 40. inſ. ff. de A. E. V. l. 11. C. de R. V.* Nam hoc modo unitatem cum terra fecit, *l. 9 ſ. 2. ff. de damn. infect.* & alio terræ alimento alia facta creditur. *d. l 26. ſ. 2.* Struv. *Ex. 41. th 48.* ibique Muller. Voet. *n. 25.* Attamen hoc notandum, ſi ipſe Dominus plantæ hanc in alienam tellurem, ſive bona, ſive mala fide, poſuit, poſtquam coaluit, non habet R. V. licet eruta ſit, ex dicta ratione decidendi *ind. l. 26. ſ. 2.* Qui tamen bonâ fide plantavit, plantæ & laboris ſumptus conſequi poteſt. per *§. 32. I. de R. D. & l. 9. pr. ff. h. t. l. 11. C. de R. V.* Sed ſi tertius alienam plantam in ſuum fundum tranſtulerit, radicibus licèt immiſſis, priſtinus plantæ dominus contra eum habet utilem rei vindicationem, quia dolo poſſidere deſiit, *d. l. 5. §. 3.* add. *l. 23. §. 5. & 6. ff. eod. confer. th. 75.*

2. Implantatio. Regula. Si radices egit & coaluit

Si dominus plantæ in alium fundum poſuit.

Vel tertius alienam plantam in ſuum fundum.

CIV. Cæterum ſi vicini arbor, vel cum cruſta terræ, aut ſine illa, vi ventorum, aliove caſu prolapſa, vel ex alia ratione, ita terram Titii preſſerit, ut ibi radices egerit, & tota exinde alatur, illa Titii efficitur; *d. § 31. d. l. 7. ſ. ſ. ff. h. t. l. 9. ſ. 2. ff. de damn. inf.* quamvis Struv. dubitet, num hoc moribus obſervetur, *Juriſpr. for. l. 2. t. 1. ſ. 50.* Aliud ergo eſt, ſi externas radicum partes in vicini Titii fundum porrexerit, de quo caſu loquitur *l. 6. ſ. 2. ff. arb. furt. caſ.* Neque Titio eas recidere licebit, ſed tantummodo agere poterit, alteri non licere arborem ita habere *d. l.* Imo fructus, qui exinde vel ex ramis propendentibus in Titii fundum cadunt, non ſunt Titii; ſed vicinus tertio uſque die illos legere & auferre poteſt, idque jure ſoli. *l. un ff. de gland. leg. l. 9. ſ. 1. inſ ff. ad exhib.* Hinc arbor, quæ in confinio duorum prædiorum, vel in commune prædio radices egerit, quia exinde alitur, fit communis, *d. §. 31. d. l. 7. § ſ.* non pro indiviſo, ſed pro regione cujusque prædii *l. 8 pr. ff. h. t. l. 19. pr ff. comm. div.* Eruta verò vel ſucciſa, communis pro indiviſo eſſe incipit. *d. l. 8. §. 1. d. l. 19 pr* ibi Bart. ita: *Quod una elementatione continetur, ſi ſolo cohæreat, dicitur commune pro parte diviſa, qua dividatur ſolum; ſed à ſolo ſeparatum, pro indiviſo dicitur*

Si vicini arbor terram preſſerit, & in alio radices egerit.

Differunt agere & porrigere radices.

Cujus ſint fructus ex ramis propendentibus?

Arbor quæ in confinio.

Si eruta vel ſucciſa?

 com-

commune. Jure Saxon. inque multis aliis locis jus aëris attenditur, ita, ut fructus ex ramis meorum arborum decidentes in fundum vicini pertineant ad ipſum vicinum, & vicino liceat ramos in ſuum dependentes ſuccidere Carpz. *I. F. p. 3. C. 52. def. 25.* Stryk. *in uſ. mod. §. 25.* add. infra. *§. ſ. de glande legenda.*

3. Satio. Regula. Quomodo diff. a plantatione?

CV. Satio vel Seminatio. Frumenta & quæcunque ſata, quamprimum terræ injecta ſunt, ſtatim ſolo cedunt. *§. 32. I. de R. D. l. 9. pr. ff. h. t. l. 53. junct. l. 44. ff. de R. V.* Struv. *Exerc. 41. th. 40.* ibique Mullerus Stryck. *in uſu moderno. §. 25. & Joh.* Voetius. *n. 25. h. t.* Sicque differt à præced. ſpecie, ubi prius coalitio requiritur, hic verò ſola inſitio ſufficit, quoniam in percipiendis fructibus magis corporis vel ſoli jus, ex quo percipiuntur; quàm ſeminis, ex quo oriuntur, aſpicitur. *l. 25. pr. & 1. ff. de uſur.* Mev. *p. 7. dec. 300.*

Qui ſevit in al. fundo b. f.

Qui verò alienum fundum b. f. ſua impenſa conſevit, & ſeminis & laboris ſumptus exceptione doli mali ſervantur; *d. §. 32. d. l. 9. pr. l. 11. C. de R. V.* ſed malæ fidei poſſeſſori hæc exceptio non competit. *d. l. 11. l. 14. ff. de donat.* Utiles tamen impenſas, à fructibus perceptis, domino reſtituendis, poteſt deducere. arg. *l. 37. ff. l. 5. l. 22. C. de R. V. l. 7. pr. ff. ſol. matrim.* Brunnem. *add. §. 32.* Jure Saxonico frumenta in alterius fundo ignoranter ſata eidem domino fundi cedunt, ita tamen, ut b. f. poſſeſſori pro ſatis æſtimatio reſtituatur. Carpz. *Lib. 2. Reſp. 100. n. 13. & ſeqq.*

Item m. f. Utiles impenſas tantum deducit. Sax. quid?

4. Scriptura, Regula. Et literæ chartâ pretioſiores. Scriptor impenſam conſequitur.

CVI. Scriptura. Similiter quod in aliena charta vel membrana ſcriptum, ei rei, tanquam ſolo, cedit; quia ſine illa eſſe non poteſt *l. 9. §. 1. ff. h. t. §. 33. I. de R. D. l. 23. §. 3. ff. de R. V.* Dominus autem chartæ fit dominus Scripturæ, etiamſi literæ aureæ ſint & chartis pretioſiores; *dd. ll.* add. *l. 19. §. 13. 14. ff. de aur. arg. leg.* ſcriptor tamen, ſi b. f. poſſeſſionem chartarum membranarumve nactus ſit oppoſita exceptione, per retentionem impenſam ſcripturæ conſequitur. *d. §. inſ. d. l. 9. §. 1.* Si non poſſideat, actio in factum competit. *l. 3. §. 9. ff. ad exhib.* Bach. *add. d. §. 33.* Diſtingui tamen ſolet, an ſcriptura Domino chartæ utilis eſſe poſſit ut ei recepta locupletior ſit propter ſcripturam. arg. *l. 38. ff. de R. V.* Vinn. & Franzk. *add. §. 33.* Sed ſi fortè quis chirographum, inventarium, rationes, vel Doctus quidam Meditationes ſuas in aliena charta conſcripſerit, judex æquitatem adhibeat, & ex officio poſſeſſorem chartæ, ſi juſtum pretium, vel aliam æquè bonam chartam præſtare paratus ſit, contra dominum chartam vindicantem, abſolvat, ſin dominus chartæ ipſam poſſideat, ſcriptori dabitur Actio in factum, ut æſtimatione ſoluta, eadem cum ſcriptura reſtituatur. arg. *d. l. 3. § 14. ff. ad exhib.* Ita hodiè multis locis in praxi obtinere teſtantur, poſt alios, Schneidewin. Harpprecht. Vinnius, Huberus, Hoppius, Schilter. *add. §. 33.* Pruckmann. vol. *1. C. 2. num. 365.*

Interdum chartam erga juſtum pretium.

cum

cum ſeq. Johann Voëtius. num. 26. h. t. quamvis ſupra dictum jus Nat. in totum mutatum non reperiatur. poſt alios, Hergius, Franzk. inſ. Ludvvell lit. c. Brunnem. in Exerc. Juſtin. ad d. § Stryck. in uſu moderno, §. 29. h. t. & Struv. Exerc. 41. th. 30. ibique Mullerus.

5 Pictura. Tabula cedit picturæ.

CVII. Pictura. Hic tamen contra Juris naturalis regulam in præced. propoſitam adjunctum principali non cedit; ſed tabula, quamvis fundamentum Picturæ, tamen cedit propter rationem potius Juris Civilis. d. l. 9. §. 2. ff. h. t. §. 34. J. d. R. D. Bach. d. D. 20 th. 6. lit. k. etiamſi non Apelles aut Parrhaſius, qui exempli loco tantum in d. R. nominati, ſed inferioris notæ artifex pinxerit; cùm dignitas & excellentia artis hic potiſſimum ſpectetur. Vinn. ad d. §. n. 2. Quantus enim Romæ picturæ fuerit honos, vid. poſt Plinium, Dn. Mauritt. Diſſ. de Nobilit. Germ. th. 61. Hinc picturæ profeſſores ingenui, ſicut alii liberalium artium magiſtri, quoad vivant, ab hoſpitandi onere immunes ſunto. l. 5. C. de metat. & epidemeticis. Sed dictæ legi 9. § 2. obſtat Paulus in l. 23. § 3. ff. de R. V. Buſius reſpondet per particulam adverſativam, Lau. verba priora corrigi, & in ſeq. per τὸ ſed, phraſi græca, deſignari. ſed alii regulariter. ad. d. l. 23. §. 3. n. 4. Franzk. ad hanc JCtorum diſſenſionem Reſp. Juſtinianum in compoſitione Inſtitutionum, quæ Pandectis poſterior, manifeſtè Caji opinionem probaſſe, & Pauli rejeciſſe. add. §. 33. n. 2. Bach. & Vinn. ad d. §. , utant omnem conciliationem fruſtraneam eſſe. Interim tamen priori Domino tabulæ conſulitur, ut ſi tabulam pictam poſſideat, contra novum Dominum directâ vindicatione agentem, opponat exceptionem doli mali, donec pretium ſolvatur. Sin pictor poſſideat, Domino tabulæ adverſus illum Utilis datur Vindicatio, ut tabulam reſtituat, vel pretium ſolvat. d. §. Inſt. & d. l. 9. §. 2. Sin tertius tabulam poſſideat, & dominus tabulæ & pictor pretium tabulæ offerat, pictor prævalebit, quia recta, i. e. directa actio ipſi competit. d. l. 9. §. 2. Brunnem. add. §. 33. Struv. Exerc. 41. th. 51. ibique Mullerus.

Obj. l. 23. § 3. ff. de R. V. Reſp. Buſii, Franzkii.

Domino tabulæ ſuccurritur. Si ipſe poſſideat. Si pictor. Si tertius. Si & dominus & pictor pretium offerant.

CVIII. Species adhuc Acceſſionis Naturalis eſt, quæ fit immediatè ex ipſa re noſtra. ſupra §. 71. & hæc acquiſitio contingit Fœturâ vel geniturâ animalium, quâ fœtus, ex animalibus dominio noſtro ſubjectis, natus, eodem dominii jure, nobis acquiritur. l. 2. l. 6. ff. h. t. l. 29. l. de R. D. l. 45. ff. de ecvict. Etiamſi noſtrum animal ex alieno prægnans ſit. l. 5. §. 2. ff. de R. V. l. 52. § 20. ff. de furt. Schopferus. n. 57. h. t. Fœtus enim ſequitur ventrem, quia non tantum fecit ad generandum, ſed & fovendum. Et partus mulieris eſt portio viſcerum. l. 1. §. . ff. de ventr. inſpic. ad ſimilitudinem. in l. 25. princ. ff. de uſur. Huc etiam referuntur jure Romano Partus ancillarum, quod enim ex ancilla noſtra naſcitur, noſtrum eſt; §. 4. I. de jur. perſ. licet ab alieno

Acceſſio, quæ fit immediatè ex ipſa re. Fœtura quid? Fœtus ſequitur ventrem. Ratio.

Sicut Partus ancillarum.

alieno ſervo ſit impraegnata. *d. l. 5. §. 2. ff. l. 7. l. 12. C. de R. V.* Notandum ergo, quod hic agatur de acquiſitione per genituram, Regulæ verò *ad tit. de ſtat. hom. §. 26 & l. 19. l. 24. ff. eod.* propoſitæ accip. quando de ſtatu familiæ & dignitate quæſtio fuerit. Cæterum diſcrimen eſt, quod fœtus animalium ſit in fructu; non verò partus ancillarum. Abſurdum enim viſum eſt, hominem in fructu eſſe; cujus gratia natura omnes fructus produxit. *§. 37. I. de R. D. l. 28. §. 1. ff. de uſur. l. 68 ff. de uſufr. l. 22. §. 3 ff. ad SCtum Treb. & in l. 27. pr. ff. de H. P.* dicitur, quia ancillæ temerè non comparantur, ut pariant, ſed ut ſerviant, quæ ratio magis arridet Vinnio. *ad d. §. 37.* Res autem vel verè noſtra eſt, vel quaſi, ex præſumpta opinione; & quod illic eſt Dominium: hic eſt B. Fides. *l. 49. ff. de V. S. l. 136. ff. de R. J.* De re quaſi noſtra vid. *§.* mox ſeq.

Fœtus & Partus diff.

Acceſſio mixta ut Inſitio, & Fructuum perceptio.

Hanc operatur b. f.

CIX. Denique ſuccedit Acceſſio Mixta, cujus ſpecies ſunt in terram Inſitio, quæ fit implantatione, ſatione, de his jam actum præced. *§. 103. & 105.* & Fructuum perceptione, quâ B. F. poſſeſſori fructus ex re aliena acquiruntur. *l. 45. pr. ff. h. t. §. 35. I. de R. D. l. 45. ff. de uſur.* Sicuti enim verus Dominus, quicquid ex re ſua provenit, jure dominii acquirit: ità idem hic fit ſolius bonæ fidei efficacia. Fibig. *ad Exerc.* Franzk. *4. q. 7.* Joh. Voëtius *n. 29. & ſeq. h. t.*

B. Fides quid?

B. f. poſſeſſor quis?

Non eſt dubitans.

Diff. inter percept. fruct. & uſucap.

Obr. Reſſ.

Nec Errans in jure.

Nec cui Lex obſtat.

CX. Bona fides autem eſt juſta opinio, quâ quis credit rem eſſe ſuam; Et B. F. poſſeſſor, qui rem à non domino, quem tamen dominum eſſe credidit, ex cauſa ad dominium transferendum habili accepit. *d. §. 35. l. 109. ff. de V. S. l. 31. pr. ff. h. t.* Sic excluditur Dubitans, Arum. *Ex. 4. th. 5.* ſive ab initio, ſive ex intervallo. Diverſum enim eſt jus in Perceptione fructuum, & in Uſucapione. Hic ſufficit in principio adfuiſſe bonam fidem: ibi ſingulis momentis bona fides neceſſaria eſt, *l. 23. §. 1. ff. h. t.* ita, ut, eâ ceſſante, illico ceſſet fructuum acquiſitio. *l. 48. §. 1. ff. h. t.* licet interim maneat in poſſeſſione, donec res fuerit evicta, & duret factum percipiendi fructus. Talem eſſe ſenſum aliàs obſtantis Legis *25. §. 2. ff. de uſur.* videtur Fibigio. *d. l. annexa q. 4.* add. Franzk. *ad tit. de R. V. n. 77.* Diſſ. Ludwell. *ad I. Ex. 4. th. 6. lit. g. vid. ſupra §. 16. de heredit. petit.* Errans in jure, quamvis alibi pro b. f. poſſeſſore habeatur, ut & hæc b. f. ab errore juris expreſsè ſeparetur, *l. 25. §. 6. ff. de H. P. l. 32. §. 1. ff. de uſurp.* ſed error juris ad acquirendum nemini prodeſſe debet. *l. 4. l. 7. l. 9 ff. de jur. & facti ignor.* ibidem ſupra *§. 10. & 11.* Arum. Ludw. *ad.* B. Stryck. de J. S. *diſ. 10. cap. 4. n. 72.* & ſeqq. Item ſi Lex b. f. poſſidenti obſtet, quo minus acquirat. *l. 135.* add. *l. 129. §. 1. ff. de R. J. l. 24. pr. ff. de uſucap.* Cujuſmodi exempla ſunt in *l. 45. ff. de uſur. l. 12. ff. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſecut. l. 22. §. 2. ff. de pign.* add. infra *ad tit. de uſurp. & uſucap. §. 11.*

CXI.

B. F. poſſeſſor fructus percipiendo facit ſuos.

Etiamſi nondum ſint collecti.

Vel induſtriales. Obj. Reſp.

CXI. Fructuum Definitionem & Diviſiones vid. ſupra *ad tit. de uſur. & fruct. §. 41. & ſeqq.* De B. F. Poſſeſſore hæc traditur regula: B. F. poſſeſſor omnes fructus percipiendo, vel ſeparando à re, quâ tenebantur, facit ſuos; *d. §. 35. d. l. 48.* licèt ab alio ſati, vel ſeparati, vel ſua natura dejecti, Vinn. *ſel. quæſt. l. 1. cap. 26. p. 127. in ſ.* C. J. A. *ad. tit. de uſur. th. 32. latè* Joh. Voëtius. *n. 28. & ſeqq. lit.* & nondum collecti ſint. *l. 78. ff. de R. V. l. 13. ff. quib. mod. uſ. am. l. 25. §. 1. ff. de uſur.* (hinc b. f. poſſeſſor differt ab uſufructuario, hujus enim non antè fiunt, quam poſſeſſionem eorum nactus ſit. *l. 12. §. 5. ff. de uſufr. ſupra th. 31. de uſufructu*) Nec refert, fructus ſint induſtriales, an naturales. *dd. ll.* Non obſt. (1.) *d. §. 35.* ubi cultura & cura non tanquam ſola hujus acquiſitionis ratio ponitur, ſed quia ſine ea vix ulla res fructum ferat. Præcipua verò & adæquata cauſa eſt bona fides poſſeſſoris. *ad d. l. 136. ff. de R. J.* (2.) *l. 45. ff. de uſur.* ibi *non cujuslibet.* quæ propoſitio eſt particularis negativa, ergo non de omni intellig. juxta exceptionem *in præced. §. 110. in ſ.* latè hoc defendunt Vinn. *add. §. & ſel. quæſt. l. 1. c. 25.* Franck *ad tit. de R. V. n. 47. & Ex. 4. q. 7. ibi & Fibig.* Riemer. *Dec. 4. q. 4.* Joh. Voët. *n. 30. h. t.*

Sed ſi non conſumpti, acquirit tantum revocabiliter? etiam induſtriales. Probatur. Obj. Reſp.

CXII. Hos tamen fructus perceptos f. b. poſſeſſor, quamdiu non erunt conſumpti, non niſi revocabiliter, i. e. interim, donec dominus ſupervenerit, & fundum vindicet, acquirit, *d. §. 35. d. l. 48. pr.* ibi *interim ff. h. t. l. 22.* ibi *extantes. C. de R. V.* etiamſi ſint induſtriales, ita enim argumentatur Dn. Franzkius: Si conſumtione demum b. f. poſſeſſor lucratur fructus induſtriales irrevocabiliter, ſequitur, quod non ſola perceptione. Prius prob. *l. 40. in ſ. ff. h. t. §. 2. l. de off. jud. l. 4. §. 2. ff. fin. reg. l. 4. §. 19. ff. de uſucap.* & maximè *l. 41. §. 1.* ibi *in ſolidum. ff. de re jud.* Non obſt. *l. 25. pr.* ibi: *factum pleno jure ff. de uſur. d. l. 4. §. 19. l. 48. §. 6. ff. de furt.* Differunt namque acquirere, & lucrari, ac illud non excludit reſtitutionem, B. Dn. Parens m. *Diſſ. de Arrhis. th. 121.* Diſp. *de Jure ἀντιχρήσεως. th. 67. circa finem.* latius reſpondet Franzk. *d. Ex. q. 8.* *ibique Fibig.* Vinn. *d. l. & d. cap. 26.*

In reſtitutione fructuum habenda ratio impenſarum.

Nec obſtat *l. 25. §. 1. ff. de uſur.* nam ibi comparantur dominus verus, & b. f. poſſeſſor, in percipiendis fructibus, non reſtituendis, & æquiparantur, quamdiu fundus evictus non eſt. add. Buckelm. *ad tit. de R. V. n. 10.* Carpz. *J. F. p. 3. C. 32. def. 28.* In reſtitutione tamen omnino habenda eſt ratio impenſarum. add. à Sande. *dec. Friſ. tit. 15. def. 3.* Munnoz. de Eſcobar. *de ratioc. tom. 2. comp. 13* Joh. Voëtius. *n. 32. h. t.*

Sin conſumpti irrevocabiliter.

CXIII. Sed tum demum irrevocabiliter acquirunt fructus non tantùm per uſucapionem, *pr. J. l. 4. §. 19. ff. de uſur.* Franzk. *ad d. t. de R. V. n. 49. & ſeqq.* verùm maximè, ſi conſumpti fuerint; *l. 40. in ſ. ff. h. t. d. §. 35. §. 2.*

Etiam locupletior factus.

J. de off. jud. l. 4. §. 2. ff. fin. reg. ita, ut, licet B. F. poſſeſſor inde locupletior ſit factus, tamen de iis non teneatur. Nam. dd. ll. generaliter loquuntur, & domino ſupervenienti nulla deſuper actio datur. *d. §. 35.* ibi: *agere non poteſt. d. §. 2.* ibi: *non habetur ratio neque conſumptorum, neque perceptorum.* Strauch. *ad Tit. de R. J. Diſſ. 1b 24.* Bardili, *Concl. Jur. Ex. 16. th. 21.* Schilt. *ad ff. Exerc. 16. §. 34 & ſeqq.*

Obj. Reſp. Limitatur. in H. P.

Non obſt. *l. 25. §. 11. ff. l. 1. C. de H. P.* nam diſting. eſt inter judicium vindicationis ſingulare, & inter judicium univerſale, petitionis ſcil. hereditatis, Hic etiam b. f. poſſeſſor, verùm ſolummodo, in quantum locupletior eſt factus, de conſumtis tenetur, quia fructus hereditatem augent, ejusque pars quodammodo eſſe cenſentur; *l. 20. §. 3. ff. eod.* B. Dn. Parens, *Concl. Jur. Ex. 15. th. 14.* ſed rei pretium pro ipſa re petitur; hæreditas quippe, ut nomen juris univerſitatem denotans, *l. 50. ff. d. t. l. 3. pr. & §. 1. ff. de B. P.* efficit, ut res hæreditariæ non tanquam ſpecies, quæ ſuâ naturâ poſſideri deſinere poſſunt; ſed veluti genera quandam functionem ſuam in aliis rebus recipientia petantur, & quidem rei pretium pro re ipſa; *l. 21. ff. de hered. vel act. vend.* ſuprà *ad tit. de H. P. §. 16.* quæ in judiciis ſingularibus aliter ſe habent, prout hæc latiùs explicat Frantzk. *ad d. tit. de R. V. num. 65. & ſeqq. & d. Ex. 4. q. 9.* & ibi Fibig. ubi ad diſſentientium rationes latè reſpondens. add. Gerhard. *dec. 4. q. 9.*

Obj. Reſp.

Nec porrò obſt. *l. 32. ff. de R. C.* quæ non loq. de fructibus, *& l. 15. §. 1. ff. de R. V.* quæ loquitur de fructibus pendente judicio diſtractis. Böckelm. *D. l.* Diſſ. Gœhauſ. *prim. acad. p. 1. q. 58.* Harpm. Piſtor. *l. 4. q. 45.* & poſt alios, Carpz. *d. def. 28 num. 10. & inf.* jungit, ita in foro Saxon. pronunciatum eſſe, quo facit *l. 206. ff. de R. J.* add. Schilter. *d. l.* Stryck. in uſu moderno §. *n. kt. & §. 13. de R. V.* Böhmerus, *n. 11. de R. V.*

Limit. In dolo conſumtis.

Dicta tamen limitantur, ſi dolo conſumptio facta ſit; tunc enim pretium in rei vindicatione eſt præſtandum *l. 27. §. 1. ff. de R. V.*

Malæ fidei poſſeſſor reſtituit fructus extantes & conſumtos.

CXIV. Præced. §. 10. jam diximus, b. f. debere durare; Quamprimùm enim poſſeſſor ſcivit, rem eſſe alienam, fit malæ fidei poſſeſſor, qui nullos lucratur, ſed cum ipſa re etiam fructus, licet conſumpti ſint, cogitur reſtituere. *d. §. 15. in f. l. de R. D.* Extantes autem petuntur vindicatione, *l. 22. C. de R. V. l. 3. C. de cond. ex lege l. 4. C. de crim. expil. her.* Conſumpti verò Condictione. *d. l. 3. d. l. 4. & l. 4. §. 2. inf. ff. fin. reg. l. 22. §. 2. ff. de pign. act.*

De impenſarum deductione conſuſtur.

De hac fructuum perceptione add. ſuprà *ad tit. de R. V. §. 17. & ſeqq.* tradita, ubi etiam de impenſis, quas bonæ vel malæ fidei poſſeſſor deducere poteſt; nam fructus non intelliguntur, niſi deductis expenſis. Mevius, *p. 3. dec. 318. num. 5.* ubi tamen, monente Bachovio, multa arbitrio Judicis committenda ſunt. *ad Tr. V. 1.*

V. 1. D. 14. th. 19. lit. D & E. add. Franzk. *d. l. n. 13. & ſeqq. & Lib. 4. q. 6.* ibique *Fabr.* Gallus de fructibus *aſſ. 2. n. 27 & 31.*

CXV. Quantum ad reſtitutionem fructuum, placet hic jungere quæſtionem: Si obtinens in poſſeſſorio, poſtea ſuccumbat in petitorio, vid. infra *§. 10. de interdict.* an nihilominus ad reſtitutionem fructuum condemnari poſſit? Vel, An indiſtincte à reſtitutione illorum & poſt litem in petitorio conteſtatam perceptorum excuſetur? Et Reſpond. Veriorem & æquiorem eſſe ſententiam illorum, qui exiſtimant, obtinentem in poſſeſſorio excuſari quidem à reſtitutione fructuum; verùm per ipſum ſolummodo uſque ad litis conteſtationem in petitorio factam perceptorum. A tempore autem litis ſuper Petitorio conteſtatæ omnino ad illorum reſtitutionem teneri, idque per Gloſſ. *in C. 4. n. de cauſ. poſſ. & propr. in c. 36 n. de teſt. & attest.* ibi Felin. n. 7. Joh. Vorſtius. *n. 31* [illegible] Nam (1.) Sententia in petitorio lata abſorbet Sententiam in poſſeſſorio. Gl. *in c. 5. n. de cauſ. poſſ. & propriet.* ut propter res debeat reſtitui, & quidem cum fructibus, *l. 16. §. 1. ff. de tuſt. teſt.* Natta, *conſ. 335 n. 2* intellige non omnes in genere, ſcilic. à mota lite, ſed à tempore litis ſuper petitorio conteſtatæ. Nam in fructuum acquiſitione non titulus, ſed qualis qualis occaſio poſſidendi ſufficit. Surd. *dec. 311 n. 7.* ubi dicit, quòd bonæ fidei poſſeſſor ſit loco domini quoad lucrandos fructus. poſt. Dec. *conſ. 91. n. 13.* Klock. *Relat. 4. n. 313.* Licet enim poſſeſſionis ſubſtantia non conſiſtat in perceptione fructuum, eſt tamen illius effectus atque utilitas, poſt alios, Carpz. *l. 1. reſp. 18.* Pœſtius, *de ſumm. poſſeſſ. obſ. 23. n. 8.* Dn. Stryk. *Vol. Diſſ. 19. de Decret. interim. c. 4. n. 69.* ibi *B. F. poſſeſſor ante L. C. in cauſa principali perceptos fructus ſuos facit, niſi agatur judicio univerſali, ubi tenetur, in quantum locupletior factus.* Hinc (2.) Sicut malæ fidei poſſeſſor tenetur ad reſtitutionem fructuum *præc. §. 114.* ita & hic poſt litem in petitorio conteſtatam habetur pro m. f. poſſeſſore, tum enim omnes poſſeſſores præſumptione juris pares efficiuntur, *per. l. 25. §. 6. ff. de H. P. l. 2. C. de fruct. & expenſ.* Oldendorp. *c. 1. 5. art. 5.* Klock. *relat. 10. n. 229.* Harpm. Piſtor. *l. 4. q. 27. n. 1.* quantumvis eorum conſcientia per L. C. forſan non ſit conturbata malâ fide, atque juſtam cauſam habere vel habuiſſe probare velint. Covarruv. *var. reſ. lib. 1. tom. 2. c. 8 n. 4.* Ita in cauſa Oehne holtz contra Stephan. von Weiſſkirchen, rea, etiamſi juſtiſſimam litigandi cauſam habuerit, & ob multa dubia, quæ tunc litem intricatam & ambiguam fecerunt, in bona fide conſtituta fuerit nihilominus ad reſtitutionem fructuum à tempore L. C. condemnata fuit, prout teſtatur Referens apud Tilem. de Benigenis, *Synagog. 5. deciſ. var. 20. n. 151. & ſeqq.* Sic, (3.) ut quis ad reſtitutionem fructuum teneatur, ſufficit ficta mala fides, quæ per L. C. inducitur, quoad

Quæritur? An obtinens in poſſeſſorio ſuccumbens in petitorio, tamen ad reſtitutionem fructuum teneatur, vel indiſtincte ab eadem excuſetur?
R. Excuſatur uſque ad litem in petitorio conteſtatam.
Rationes Decidendi.
I.

 fru-

3. fructus; licèt in ſe bonæ fidei remaneat. Gloſſ. & Bartol. *ad d. l. 25.* Similiter teſtatur Auſrerius, concluſum fuiſſe, ut optinens in poſſeſſorio, qui ſuccubuit in petitorio, non teneatur ad reſtitutionem fructuum, uſque ad litem conteſtatam in ipſo petitorio factam perceptorum. *in Deciſ. Tholoſ. q. 514.* quam approbat Rocc. *Dec. 340. in f.* ibi: *Fructus non veniunt, ſi ſeparatim, poſt poſſeſſorium optinentum, petitorium fuerit intentatum, niſi à tempore litis conteſtatæ ſuper ipſo petitorio factæ.* Idem confirmat Poſthius, *d. tr. obſ. 74. n. 10 & 11.* Meichsner. *tom. 3. Dec. Camer. 13 n. 528.* Brunnem. *C. 5. dec. 53* & Hiltrop. *Proc. p. 1. t. 1. n. 58. 61. & ſeqq.* dicit, quòd mala fides, quæ per L. C. inducitur, principaliter operetur. (1.) ut præſtentur fructus, & (2) ut interrumpatur præſcriptio; non verò, ut de interitu rei, ſicut poſſeſſor malæ fidei, ab initio teneatur. Poſthius, *d. l. n. 5.* add. Bartol. *ad l. 40 ff. de H. P.* & ſuprà *ad d. t. de H. P. §. 18.*

Quomodo in hac cauſa intellig. Gailius & Friderus? Et ita citra dubium intelligi volunt Gail. *l. 1. O. 63. n. 11.* P. Friderus, *de Conten. Cauſ. c. 11. n. 20.* etiamſi in genere dicant, quod triumphans in poſſeſſorio, quamvis poſtea in petitorio ſuccumbat ad reſtitutionem fructuum non teneatur, Gloſſa enim, Felinus, aliique allegati Ddres quibus nituntur, ſentiunt, uti jam dictum; Referens autem intelligi debet ſecundum relatum. Et ita praxis quotidiana in Camera Imp. obtinet. vid. Vigel *deciſ. 95. p. m. 186. ſeq. & in Method. jur. controv. l. 5. c. 1. reg. 61. ext. 3.* Hertius huc. *5. vol. 2.* Diſp. de probat. in poſſeſſorio & hujus effectu, quantum attinet ad fructus & litis expenſas. Sect. 2.

Rat. Dubit. CXVI. Sunt tamen, qui victorem in poſſeſſorio à fructuum reſtitutione indiſtinctè excuſant. vid. Gail. *de exp. & melior. c. 25 n. 44.* Berl. ch. *p. 2 dec. 7.* ubi n. 2. allegat præjudicium Scabin. Lipſienſ. poſt alios, Klock. *de contrib. c. 19. n. 481.*

1. Obj (1.) Victor in poſſeſſorio juſtam habet litigandi cauſam, proptereaque m. f. Poſſeſſor non efficitur, nec ad fructuum reſtitutionem obligantur. *L. 20 ff. de uſur.*

Reſp. Sed huic rationi per ſupra dictam ad eam rationem decidendi & ibi allegatum præjudicium (cujuſmodi plurima apud Cameraliſtas invenire licet, & ſimiliter pronunciatum in cauſa von D[illegible]ver contra von Wend, primus appellat d. 30. Oct. Anno 1[illegible]95 jam ſatisfactum eſt. Quævis enim juſta litigandi cauſa compenſationi expenſarum quidem locum facit, minimè verò reſtitutioni fructuum à tempore L. C. acceptorum, ex dictis rationibus, & *d. l. 20.* de caſu loquitur diverſo. Brunnemann *ad. d. l.*

2. (2) Quod habens pro ſe poſſeſſionem, licet minus Canonicam, excuſetur à condemnatione expenſarum.

Reſp. Sed jam dictum, quod ab expenſis ad fructus non liceat argumentari.

3. (3.) Quia b. f. poſſeſſor titulum habens, etiam poſt L. C. excuſetur à reſtitutione fructuum perceptorum; *l. 17. C. de R. V.* Schneidw. *ad §. 35. I. de R. D. num. 5.*

Reſp. multò magis ſi accedat ſententia in poſſeſſorio lata.

At

At contrarium potiùs ex allegg. deciditur; nam *in d. l. 17.* ob denunciationem extrajudicialem emptor m. f. poſſeſſor conſtituitur: multò magis ſi acceſſerit litis Conteſtatio, quâ ſolâ quis in m. f. ex præſumptione conſtituitur. Itidem Schneidevvinus tantùm de fructibus ante L. C. perceptis loquitur, uti ex *ſeq. num. 8.* patet. (4.) Ad reſtitutionem fructuum teneri, qui per L. C. verè, non fictè, m. f. poſſeſſores efficiantur. Sed huic aſſerto repugnant ſupradictæ rationes, auctoritates & præjudicia. 4. *Reſp.*

TIT. II.

DE ACQUIRENDA VEL AMITTENDA POSSESSIONE.

Inſt. *Lib. 2. Tit. 9. §. 4. Tit. 15.* Cod. *Lib. 7. Tit. 32.*

§. I.

Sequuntur nunc Actiones Poſſeſſoriæ. Ideò primùm de natura, modis acquirendæ, & viciſſim amittendæ, & effectu Poſſeſſionis agendum. Vocabulum Poſſeſſionis derivatur ex Pos ſeu Potis, & Sedeo; hinc poſſidere quaſi poſſe ſedere, habere facultatem ingrediundi, inſidendi; *l. 1. pr. l. 3. §. 13. l. 25. §. 2. ff. b. t. l. 203. ff. de V. S.* ſecundùm editionem autem Florentinam & Noricam *in d. l. 1.* dicitur à ſedibus, ſed juxta Vulgatam à pedibus, quaſi pedum poſitio. Struv. *Exerc. 42. th.* ibique Mullerus. Add. *l. 18. §. 2. ff. h. t.* quam improbat Bachov. *ad Tr. Vol. 2. D. 21. th. 1. lit. A.* Sed utramque derivationem defendi poſſe, defendit P. Frider. *de mat. poſſ. c. 1. n. 5.* & Hahn. *ad W. h. t. N. II.* Sicque pro poſſidere legitur pedem inferre, *l. 18. §. 2. ff. h. t.* inſidere, *l. 1. pr. ff. eod. l. 8. C. de omni agro deſert.* ſedem habere, *l. 203. de V. S* tenere, *l. 4. §. 5. ff. de praſcr. XXX. vel XL. annor.* detinere, *d. l. 8. §. 2. l. 21. in f. C. de furt.* Germ. beſitzen, inhaben, add. Vinn. *ſelect. quaſt. l. 2. cap. 36.* & maximè Biccius, *ad l. 3 ff. h. t.* annexa *quaſt. 1.* Continuatio. Poſſeſſionis Etymolog. Synon.

II. Porrò Poſſeſſio in jure variè accipitur D. Fromm. *in diff. act. petit. & poſſeſſ. th. 6. cum ſeqq.* & quidem (1.) Pro re ipſa, quæ poſſidetur: *l. 49. ff. de S. P. R. l. 4. §. 2. l. 11 ff. de al. jud. mut. l. 5. §. 10. & ſeq ff. de reb. eor. qui ſub. tut. l. 3. ff. de extraord. cogn. l. 6. l. 15. C. de R. V. l. 2. C de probat. l. 5. §. 2. C. de compenſat.* (2.) Pro ipſa rerum proprietate, ſive dominio, illo ſcilicet jure in re, quo res noſtra eſt. *l. 78. ff. de V. S. l. 4. C. de contr empt.* ubi poſſeſſio dominium denotat, per *l. 3. §. 4. ff. h. t. l. 115. ff. de R. I.* quamvis cum proprietate aliàs poſſeſſio nihil commune habeat, *l. 12. §. 1. ff. h. t.* unde *in l. 52. ff. pr. eod.* dicitur cauſas poſſeſſionis & proprietatis permiſceri non oportere. Joh. Homon.

Vectius. *num. 2. vid. seq. §. 35. in f.* (3.) Pro jure proſequendi, *l. 1. §. 4. §. 8. & ſeqq. l. 16. ff. h. t. l. 4. §. 3. ff. de uſucap.* & retinendi patrimonii. *l. 25. §. 1. & 2. ff. h. t.* (4.) Pro quaſi poſſeſſione jurium, ſcil. incorporalium *l. 3. §. 10. ff. h. t. l. 23. §. 2. ff. ex quib. c. maj. l. 9. l. 19. §. f. l. 16. §. f. ff. de H. P.* (5.) Pro Uſucapione, poſitâ ſcil. cauſâ pro effectu, nam uſucapionis cauſa inter alias etiam eſt poſſeſſio, ex qua ſcilic. oritur uſucapio. *l. 19. l. 23. §. 1. ff. ex quib. cauſ. maj.* (6.) Pro rei uſu à proprietate ſeparato; *l. 115. ff. de V. S.* quem olim Romani habebant in prædiis vectigalibus, ſtipendiariis, tributoriis, provincialibus. (7.) Pro rei retentione.

Pro nuda rei detentione, ſunt, non eſt vera poſſ. ſicuti ſpecies, v. gr.

III. Poſſeſſio in modo dicta ſignificatione iterum accipitur dupliciter, vel latè, & impropriè, vel ſtrictè, & propriè. Illo modo denotat nudam rei detentionem, quando ſcil. quis tantum corporaliter rem alienam detinet, ſine animo poſſidendi; vel propter conditionem perſonæ, vel tantum cuſtodiæ, adminiſtrationis, vel uſus gratiâ. Struv. *Exerc. 42. th. 5.* ibique Mullerus. Sic cuſtodiæ & adminiſtrationis cauſâ, ſervus, & filius familias ratione peculii profectitii, non ſibi, ſed Patri vel Domino poſſident. *l. 1. §. 5. l. 18. pr. l. 24. l. 49. §. 1. ff. h. t. l. 2. §. 1. ff. pro her. l. 44. §. f. ff. de uſur. l. 38. §. 6. & 7. ff. de R. O.* Item Depoſitarii, *l. 17. §. 1. ff. depoſ. l. 3. §. 20. l. 30. §. 6. ff. h. t. l. 9. ff. de R. V. l. 38. §. 10. ff. de uſur. §. 3. I. de interd. l. 7. §. 11. ff. comm. div.* Commodatarii, *l. 8. junct. l. 9. ff. commod. d. l. 3. §. 20. d. l. 38. §. 1.* Coloni, qui ſcil. prædia ruſtica; & Inquilini, qui prædia urbana conduxerunt *d. l. 30. §. 6. junct. l. 37. ff. h. t. d. §. 5. I. de interd. d. l. 7. §. 11. l. 1. §. 9. & 10. ff. de vi & vi arm. l. 31. §. 3. ff. de uſucap. l. 6. §. 2. de precar.* Item, qui ex primo Decreto, Ventris vel damni infecti nomine, aut Servandorum legatorum cauſa, in poſſeſſionem miſſi ſunt. *l. 3. §. f. l. 10. §. 1. ff. h. t. l. 7. §. 8. ff. comm. div. l. 3. §. 8. uti poſſid.* Quamvis enim ex primo decreto miſſi, per ipſam miſſionem in poſſeſſionem, conſequantur pignus prætorium, & ita jus in re, quia tamen Prætoris Edictum expreſsè ita conceptum eſt, ut non poſſideant, ſed ſaltem cuſtodiant, propterea nec naturaliter poſſident. *d. l. 10. §. 1. ff. h. t.* laud. Bieccius, *ad l. 3. §. 1. ff. h. t. pr. part. paragr. num. 15. & ſeqq.* ſuprà *ad tit. de ventre in poſſ. §. 6. & ad tit. de damn. infect. §. 21.*

Precariò detentores.

Item, qui precariò rogaverunt, ut ſaltem in poſſeſſione eſſent, aut in fundo morarentur, *d. l. 10. §. 1. l. 41. ff. eod. l. 6. §. 2. ff. de precar.* Interdum tamen poſſidere dicuntur, ſi ſcilicet ipſis precaria poſſeſſio fuerit conceſſa *l. 4. §. 1. l. 15. §. 4. l. 22. §. 1. ff. de precar.* vid. *l. 3. §. 5. l. 21. pr. ff. h. t.* infrà *§. 9.* Bieccius. *d. tr. ſecund. part. paragr. num. 57. & ſeqq.* Item Procuratores, Tutores, Curatores, Hoſpites, Amici, & omnes alii, qui non ſibi, vel ſuo; ſed alieno nomine rei inſiſtunt.

ſtunt. *l. 1. §. 20. l. 9. l. 18. pr. & paſſim. ff. h. t.* Unde etiam hi paſſim in jure noſtro negantur poſſidere, propriè ſcilicet *l. 9. ff. de R. V.* ſed nudè detinere, vel tantùm in poſſeſſione eſſe, & alienæ poſſeſſioni miniſterium præſtare dicuntur; *d. l. 10. §. 1. ff. h. t. d. l. 6. §. 2.* quæ duo differunt ſicut ſervum eſſe & in ſervitute eſſe: hoc nudi facti, illud juris eſt. *§. 1. I. de ingen.* Interdum tamen hæ perſonæ naturaliter quoque poſſidere in jure dicuntur, ſed in lata & impropria ſignificatione. *l. 24. ff. h. t. l. 7. §. 11. ff. comm. div. l. 3. §. ſ. l. 9. ff. ad exhib. l. 2. §. 1. ff. pro hered. l. 38. §. 7. ff. de V. O.* add. *ſeq. §. 8.* Et in lata ſignificatione Poſſeſſionis vocabulum accipitur in Hæreditatis petitione, Rei vindicatione. *§. 1. I. de act. l. 25. pr. ff. de O. & A. l. 9. ff. de R. V.* vid. ſupra *§. 10. de R. V.* Pariter in Jure quandoque dicitur in poſſeſſione eſſe, licèt verè poſſideat. *§. 5. I. de Interd. l. 11. §. 13. ff. quod vi aut clam.* Struv. *Exerc. 42. th. 2.*

Diff. in poſſeſſione eſſe & poſſidere.

Detentio lata dicitur poſſeſſio naturalis.

IV. Vel accipitur ſtrictè & propriè, quæ ſignificatio eſt hujus loci, & deſcribi poteſt, quod ſit rei detentio, rem ſuo nomine, animo & affectione ſibi habendi: *l. 1. pr. §. 3. & 20. l. 3. §. 3. l. 44. §. 2. l. 49. §. 1. ff. h. t.* add. *l. 15. §. 3. ff. ad exhib. l. 21. inſ. ff. de her. vel act. vend. l. 25. §. 1. ff. de uſucap. l. 2. C. de praeſcr. XXX. vel XL. ann.* C. J. A. *h. t. th. 5.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 21. d. th. 1. lit.* C. Struv. *S. I. C. h. t. num. 3.* Biccius, *d. tr. prim. p. par. num. 19.* & latè *in annexa quaeſt. 2.* Per detentionem namque generis loco poſitam non intelligimus corporalem detentionem, ut quis ſemper naturaliter & realiter rei inſiſtat, vel manu detineat; ſed in latiori ſenſu, ut etiam comprehendat detentionem, quæ fit animo, & per alium. *add. d. l. 3. §. 8. l. 25. §. 1. 46. ff. h. t.* Sufficit enim ad poſſeſſionem potentia proxima, ut quatenus, ſi velimus, naturalem poſſeſſionem nanciſci poſſimus. *l. 3. §. 13. l. 6. §. 1. ff. h. t.* ubi etiam abſentes poſſidere dicuntur. Nonnulli definiunt poſſeſſionem per *facultatem rem detinendi*, quatenus ſc. ſumitur pro jure poſſeſſionis. Alii per vocabulum *Juris*, prout ſc. poſſeſſio ſumitur, uti videre eſt apud Hahn. *d. N.* & Biccium, *d. q. 2.* Jus poſſeſſionis ſæpè quidem in Jure occurrit, *l. 44. ff. h. t. l. 1. §. 38. ff. ut quod in loco publ. l. 5. C. de liber. cauſ. & in l. 49. pr. ff. h. t.* dicitur poſſeſſionem plurimum ex Jure mutuari, E contra *in l. 1. §. 3. ff. eod.* poſſeſſionem rem facti, non juris eſſe. Sed hoc ita accipiendum, ut poſſeſſio non ſit meri facti, per *l. 27. l. 49. pr. ff. h. t.* add. *l. 12. §. 2. ff de capt. & poſtl. rev.* nec meri juris, per *l. 3. §. 1. ff. h. t.* hinc in *d. l.* dicitur, poſſeſſionem adipiſcamur corpore & animo, in *l. 1. §. 15. ff. ſi is, qui teſtam. liber eſſe.* quòd poſſeſſio & facti ſit & animi, & *d. l. 49. §. 1.* poſſeſſio non tantùm corporis; ſed & juris eſt, Facti ſcilicet quoad acquiſitionem & uſum. *d. l. 1.*

Propriè quid?

Detentio qualis?

Poſſeſſio quomodo Juris in ſe ſpectet?

Cur facti?

d. l. 1. §. 3. & d. l. 12. §. 2. Juris, quatenus jam eſt acquiſita, & jus in re; *d. l. 44. pr. d. l. 3. §. 38.* ita tamen, ut nihilominus multum facti in ſe contineat. *l. 19. §. 1. ff. ex quib. cauſ. maj.* Bachov *d. l. in f. & th. 3.* Sicut & illo caſu ſemper animo & affectione tibi habendi fiat. *l. 1. §. 3. l. 3 §. 3. & paſſim. ff. h. t. l. 37. ff de pign. act. l 7. ff de acq. aliquo pro.* Bachov. *d. D. th. 1. lit. E.* & in his deſcriptionis verbis Differentia Specifica conſiſtit, quo ipſo perſonæ in proced. *§* enumeratæ ſtatim excluduntur.

Divid. 1. in Proprié ſic dictam.

V. Poſſeſſio in propria ſignificatione accepta, dividitur I. ratione Objecti in Propriè ſic dictam, & Analogicam. Illa eſt rerum corporalium; *l. 3. pr. ff. h. t* hocque modo incorporales poſſideri non poſſunt. *l. 32. §. 1. ff. de S. P. U. l. 14. ff. de ſervit. l. 4. §. 27. ff. de uſurp. & uſuc. l. 43. §. 1. ff. de A. R. D.* Analogica, ſeu Quaſi eſt rerum incorporalium, eo ipſo enim, dum quis utitur illis rebus, ſimul illa jura Quaſi vel fictione poſſidere videtur. *l. 23. §. 2. ff. ex quib. cauſ. maj. l. ſ ff. de ſervit l 10. ff. ſi ſerv. vind. l. 3 §. 17. ff. de vi & vi arm.* Interdum tamen & hæc quaſi poſſeſſio ſimpliciter in jure Poſſeſſio dicitur, & ſimpliciter prædicatur de rebus incorporalibus. *l. 2. ff. comm. præd. l. 9. ff. de hered. pet. l ſ. in ſ ff ſi pars hered. pet.*

& Analogicam, vel Quaſi.

2. In

VI. II. Ratione qualitatis dividitur in Bonæ & Malæ Fidei poſſeſſionem. *l. 3. §. 22. h. t.* Et hanc eſſe qualitatem ad effectum uſucapiendi, quam bona fides inducit, mala fides impedit, dicit Bachov. *d. th. 1. lit. F.* Bonæ Fidei poſſeſſio dicitur, quæ conjuncta eſt cum illæſa rei alienæ conſcientia, quando ſcilic. poſſeſſor ignorat, rem, quam poſſidet, eſſe alienam, ſed credit ſuam. *§. 35 I. de R D pr I. de uſuc. l 109. ff. de R. I.* Huc pertinet, qui autore Magiſtratu poſſidet *l. ff. h. t. l. 137. ff. de R. I.* Malæ fidei poſſeſſio dicitur, quæ cum læſa alienæ rei conſcientia conjucta eſt, quando ſcil. quis ſciens rem alienam poſſidet. *d. §. 35. §. 2. I. de uſuc. l. 3. l. 6. l. 7. ff. h. t. l. 22. C. de R. V.*

Bonæ Fidei

& Malæ Fidei

3. In Juſtam.

VII. III. A Titulo divid. in Juſtam & Injuſtam. *l. 3. §. 5. ff. h. t. l. 7. §. 3. ff. comm. div. l. 2. l. 3. pr. ff. uti poſſid.* Joh. Voetius *n. 4. h. t.* Juſta dicitur, quæ ex titulo juſto, vel ad poſſeſſionem transferendam habili, eſt acquiſita, e. gr. emptionis, legati, rei judicatæ, &c. *l. 11. ff h. t. d. l. 3. §. 21. l. 3. §. 1. l. 13. §. 1. ff. de pub. in rem act.* Injuſta, quæ ex titulo non juſto vel inhabili eſt acquiſita. e. gr. vi aut clam. *l. 7. §. 4. ff comm. divid. l. 1. §. ſ. l. 2. l. 3. pr. ff uti poſſid.* quæ poſſeſſio dicitur vitioſa, improba. *l. 7. C. h. t. l. 1. §. ſ. l 2. ff. uti poſſid.* Hanc diviſionem quidam cum mox præcedenti eandem eſſe volunt, ſed minus congruè. *l. 48. §. 1. ff. de A. R. D.* Non enim omnis juſta poſſeſſio eſt bonæ fidei, e. gr. qui ſciens rem alienam emit, juſtè; ſed

& Injuſtam

Diff. à poſſ. b. f. & m. f.

ſed malâ fide poſſidet. Item creditor, qui rem oppignoratam accepit, juſtè poſſidet; ſed non b. f. quia non opinione domini poſſidet, ſcit enim alienam eſſe. *l. 13 §. 1. ff. de publ. in rem act. l. 22. §. 1. ff. de nox. act.* Non obſt. *l. 22. §. 2. ff. de pign. act.* ubi creditor dicitur b. f. poſſeſſor, quia ignorans à prædone rem accepit. Biccius, *d. t. tert. part. par. num. 75. & ſeqq.* Similiter nec omnis poſſeſſio injuſta eſt malæ fidei. Vinn. *d. c. 36. p. 490. inſ.* Bachov. *d. l.* Struv. *Exerc. 42. th. 18.* ibique Mullerus. IV. Ratione Cauſæ impulſivæ, tot ſunt Poſſeſſionum ſpecies, quot ſunt Cauſæ & tituli, ex quibus acquiritur, *l. 3. §. 21. ff. h. t.* ubi JCtus dicit, ſpecies, i. e. cauſas eſſe infinitas, e. g. pro emptore, donato, legato, pro hærede, pro noxæ debito, pro ſuo, &c. ibique accenſitis adjudicatio, in ſolutum dato, & aliæ plures addi queunt; ſunt autem hæ cauſæ ad uſucapiendum habiles. *ſeq. §. 23.*

Diff. à poſſ. b. f. & m. f.

Obj. Reſp.

4. Tot ſunt poſſeſſ. ſpecies, quot ſunt cauſæ.

VIII. V. In Naturalem & Civilem. *l. 3. §. 5. l. 7. §. 1. ff. ad exhib. l. 2. §. 1. ff. pro her. l. 1. §. 9. ff. de vi & vi arm. l. 38. §. 7. & 8. ff. de V. O.* & utraque iterum vel latè, vel ſtrictè accipitur. Joh. Voetius *n. 3. ſit.* Naturalis in lata ſignificatione eſt impropria & comprehendit nudam detentionem, in quo ſenſu perſonæ *præc. §. 3.* recenſitæ naturaliter poſſidere dicuntur, *per ll. ibi in ſin.* citatas. Civilis, in eodem ſenſu, accipitur pro quacunque poſſeſſione, quam Jus Civile agnoſcit, & ex qua remedia oriuntur poſſeſſoria; eâ ratione etiam Creditor hypothec. civiliter poſſidet, quia Jus Civile ejus poſſeſſionem agnoſcit, & pro legitima habet. Strictè utraque iterum dupliciter ſumitur, vel ratione Formæ, vel ratione Modi poſſidendi. Ratione Modi poſſidendi Civilis dicitur, quæ ſolo animo retinetur, ſine corporali rei inſiſtentia, ſi ſol. Dominus ſit abſens ad nundinas fortè profectus. Naturalis, quæ corpore & facto retinetur, ut quis naturaliter rei inſiſtat. Hinc *in l. 25. §. 2. ff. h. t.* dicitur corporalis poſſeſſio; & ita accipiuntur hi termini *in l. 1. pr. §. 1. l. 3. §. 21. ff. h. 10. C. h.* add *l. 23. pr. l. 24 ff. eod.* Ratione Formæ Naturalis dicitur, quâ quis rem, ſuo nomine & affectione ſibi poſſidendi, citra Domini animum, detinet, propter aliud jus in re. *l. 12. pr. ff. h. t. l. 13. §. 1. ff. de publ. in rem. act. l. 22. §. ff. nox act. l. 5. ff. uti poſſid.* Civilis ratione formæ dicitur, quâ quis rem detinet tanquam Dominus; *d. l. 10. C. h. t.* & in hac ſignificatione accipitur *in l. 9. §. 1. & 24. ff. de vi & vi arm. l. 3. §. 5. ff. ad exhib. l. 2. §. 1. ff. pro hæred.* Hujusque poſſeſſionis eſſentiale requiſitum probatur ex *d. l. 13. §. 1. d. l. 22. §. 1.* nihilque impedit hanc poſſeſſionem, licèt quis ſciat, ſe dominum non eſſe. Poſſeſſio autem propterea Civilis dicitur

5. In Naturalem & Civilem.

Vel in ſenſu lato.

vel ſtricto, ibique rat. Modi poſſid. eſt Civilis.

Naturalis.

rat. Formæ Naturalis.

Civilis.

Cur dicatur Civilis?

tur quia illam Jus Civile ſimpliciter & pleniſſimè agnoſcit, omnesque ei effectus poſſeſſionis tribuit, uſucapionem ſcilicet, quæ pleniſſimus hujus poſſeſſionis eſt effectus. *l. 24. ff. h. t. l. 38. §. 7. ff. de V. O.* Naturalis vero, quia magis in facto, quàm Jure conſiſtit, eamque agnoſcit ſimpliciter & abſolutè, ut ſcil. actionem producere poſſit, poſſeſſionem tamen naturalem eatenus agnoſcit, ut nonnullos effectus, remedia ſcil. poſſeſſoria tribuat. Boccius, *d. tract. quæſt. 4.* Hahn. *de jure rer. concl. 62. & ſeqq.*

vel Naturalis? NB.

IX. Naturaliter ratione Formæ poſſident (1.) Uſufructuarius; rem enim uſufructuariam ſuo detinet nomine, ſibi habendi, non animo Domini, ſed propter jus, quod in re habet; *l. 12. pr. l. 49. pr. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 42. th. 7.* ibique Mullerus. hinc ipſi quoque competunt remedia poſſeſſoria, aut Interdictum unde vi, *l. 3. §. 13. ff. de vi & vi arm.* uti poſſidetis, *l. 4. ff. uti poſſ.* quod utique poſſeſſori, minus vero nudo detentori datur, *l. 3. §. 8. ff. eod.* quando ergo uſufructuarius ſimpliciter dicitur rem poſſidere, intellige naturaliter, vel poſſidere negatur, puta civiliter. *l. 1. §. 8. ff. h. t. l. 5. §. 1. ff. ad exhib. l. 15. §. 1. ff. qui ſatisd. cog. l. 10. §. 5. ff. de A. R. D.* add. ſupra *ad tit. de uſufruct. §. 29.* (2.) Creditor, pignus poſſidet ſuo nomine propter ſecuritatem crediti; quamvis ſimpliciter poſſidere dicantur in *l. 22. §. 2. l. 35. §. 1. l. 37. l. 40. pr. ff. de pig. act. l. 7. §. 12. ff. comm. div. l. 1. §. 15. l. 15. l. 37. l. 40. ff. h. t. l. 37. pr. ff. de A. R. D.* Illud tamen de naturali poſſeſſione accipiendum, de qua intellig. *l. 15. §. 2. l. 13. pr. ff. de uſuc.* hinc JCtus in *l. 22. §. 1. ait* *Licet enim juſte poſſideat, non tamen opinione Domini poſſidet. ff. de nox. act.* Idem probatur à poſteriori, quia Creditor ex poſſeſſionis qualitate rem oppignoratam uſucapere nequit, ob defectum affectionis rem illam acquirendi, *l. 15. ff. de O. & A. d. l. 22. §. 1.* D. Harpprecht. *in Conſil. 30. num. 15. & ſeqq.* Carpzov. *p. 2. Conſt. 1. def. 3. & 4.* ibique Goebelius ab Esbach. Non obſt. *l. 13. pr. ff. de uſucap.* ibi: *Pro alieno*, intelig. quoad uſucapionem, cum civilis poſſeſſio maneat penes debitorem, qui pignus dedit. *l. 16. ff. eod.* Menoch. *Rem. 3. retin. poſſ. num. 195. & Rem. 9. recup. poſſ. num. 191.* latè Bachovius, *d. D. th. 4. lit. F.* C. J. A. *h. t. th. 9. & 10.* D. Ilenut Gail. *de pignorat. Obſ. 6. num. 9.* (3.) Sequeſter, apud quem poſſeſſio depoſita eſt, ſcil. ex conventione partium; nam ex natura ſequeſtrationis poſſeſſio haud transfertur. *l. 39. ff. h. t. l. 17. §. 1. ff. Depoſit.* Illa tamen poſſeſſio non eſt civilis, quia animo Domini non poſſidet. *d. l. 39.* vid. ſupra *ad tit. Depoſiti. §. 47. & 48.* & infrà *§. fin.*

Creditor.

(4.) Cui Precario poſſeſſio eſt conceſſa; puta, qui preces adhibuit & impetravit, ut ſibi poſſidere aut uti liceat, *l. 2. §. 3. l. 4. §. 1. l. 15. §. 4. ff. de precar. l. 14. §. 1. ff. de publ. in rem act. l. 22. §. 1. ff. de nox. act.* nam precariò

Sequeſter. Quando?

Precariò habens.

precariò poſſidens interdicto uti poſſidetis adverſus omnes, præter eum, quem rogavit, uti poteſt, quæ nota eſt poſſeſſionis, *l. 17. ff. de precar.* Penes Dominum rogatum autem facultas repetendi manet, *d. l. 22. §. 1.* junct. *d. l. 15. §. 4. in fin.* & *d. l. 11. §. 1. l. 12. §. 7. ff. h. t.* Struv. *d. th. 7.* ut, ſi facta revocatione, non reddatur, poſſeſſio fiat injuſta, *d. l. 2. §. 2.* quæ cauſa eſt, cur poſſeſſio precaria in jure trigæ m. f. poſſeſſionis, *ut, clam & precario* inferatur. *d. l. 13. § 1. ff. h. t. l. 1. pr. §. 5. & 9. ff. uti poſſid.* C. J. A. *h. t. th. 20.* Sin petitio dicto modo qualificata non ſit, ſed precariò quis ſimpliciter rogaverit, ut in poſſeſſione eſſet, quod jure familiaritatis vel recreationis gratia fieri poteſt: tunc non poſſidet, licet corpore in fundo ſit. *l. 10. § 1. l. 41. ff. h. t. l. 16. §. 2. & paſſim ff. de precar.* Bachov. *d. th. 4. lit. H.* (5.) Vaſallus, quem Bachov. civiliter ſimul poſſidere putat. *d. th. 4. lit. G.* 2. *F.* 7. *§. 1. 2. F. 8. pr. & §. ſ. 2. F. 26. §. ſed facta. 6.* ibi *Quamvis poſſeſſor per beneficium ad eum pertineat, tamen proprietas ad alium ſpectat.* rem enim non tanquam Dominus directus, ſed propter jus in re, quod utile dominium hodie dicunt, detinet, add. *d. §. ſed facta. 6.* Struv. *S. J. F. c. 12. aph. 2.* (6.) Emphyteuticarius. *l. 15. §. 1. ff. de his, qui ſatisd. cog.* ubi ab onere ſatisdandi eximitur. *l. 31. ff. de pignor. & hypoth. l. 1. in f. C. de mancip. & col. patrim. l. 1. l. 4. C. de coll. fund. patrim.* Bachov. *d. l.* (7.) Superficiarius. *l. 1. §. 1. & 2. ff. de ſuperfic.* quodque hi non civiliter poſſideant, probatur arg. *l. 22. ff. de nox. act.*

Triga m. f. poſſeſſionis.

Vaſallus.

Emphyteuta, ſuperficiarius.

X. Ratione Formæ Civiliter poſſident (1.) Dominus, non quà talis; ſed quà rem detinet animo Domini. Nec ſequitur, hic eſt Dominus, ergò civiliter poſſidet; poteſt quippe Dominium & Poſſeſſio apud diverſos eſſe. *l. 1. §. 2. ff. uti poſſid.* (2.) Ille, qui eſt in conditione uſucapiendi, qui ex donato, empto &c. rem b. f. poſſidet, eandem autem detinet, tanquam ſuam, animo ſibi habendi. *§. 35. I. de R. D. l. 109. ff. de V. S. l. 3. §. 21. ff. h. t. l. 22. ff. eod. l. 136. & ſeq. ff. de R. J. l. 1. pr. ff. pro ſuo, & paſſim in tit. hoc libro relatis.* Struv. *Exerc. 42. th. 6.* ibique Mullerus. (3.) Qui ex ſecundo Decreto in poſſeſſionem, e. gr. damni infecti cauſa, miſſus eſt, detinet enim rem tanquam ſuam, & eſt Dominus Prætorius *l. 5. l. 15. §. 16. & 33.* junct. *l. 44. ff. de damn. infect.* De illo, qui vi aliquem dejecit, quæſtio eſt Apud Ddres, quomodo poſſideat? Quod enim violentus detentor poſſideat, patet ex *l. 6. §. 1. ff. h. t. l. 14. ff. de vi & vi arm.* quod etiam à poſteriori probatur, quia violento poſſeſſori dantur Remedia poſſeſſoria, ſi ſcilicet à tertio, & non ab illo, qui dejectus eſt, turbetur, *l. 1. §. ſ. l. 2. ff. uti poſſid.* ubi effectus cauſam demonſtrat. Sed quomodo poſſideat, controverſum eſt. Hahnius illum naturaliter tantùm poſſidere dicit, per. *d. l. 1. §. ſ. & l. 2.* e contrà Bachovius

Civiliter ex. Formæ. Dominus.

Bonæ fidei poſſeſſor.

Ex ſecundo decreto miſſus.

Quomodo violentus detentor?

putat,

Diſting. Ex qua cauſa dejecerit. putat, quòd civiliter poſſideat, per *eandem l. & l. 67. pr. ff. de furt.* Nobis media ſententia tutiſſima videbitur, diſtinguendo, ex qua cauſa & quâ intentione dejecerit; ut pro diverſitate cauſæ, & naturaliter, & civiliter poſſidere dici queat. *Quod illuſtratur exemplis.* e. gr. Si emptor venditam rem tradere recuſantem vi dejecerit, prædo dicitur, *l. 5. ff. h. t.* & civiliter poſſidet, quia rem detinet animo Domini. Item, ſi quis aliquem ſine juſta cauſa dejecerit, ea intentione, ut rem poſſideat tanquam ſuam Civiliter utique poſſidet. *Nam in ſumma poſſeſſionis non multum intereſt juſte quis, an injuſte poſſideat*, inquit JCtus Paulus *l. 3. § 5. ff. h. t.* *Obj.* Proin haud obſtat ratio, quod ſcil. violentus poſſeſſor ſciat, ſe invito Domino poſſidere; cùm *Reſp.* illa ſcientia non deſtruat eſſentiam civilis poſſeſſionis. Et quod mala fide poſſidens, etiam civiliter poſſideat, inde probatur, quia poteſt uſucapere. Si enim ab initio fuerit in bona fide, licèt poſtea m. f. ſupervenerit, uſucapio non impeditur, ſed currit, quare dicendum eſt, illum etiam poſt ſcientiam rei alienæ adhuc in civili eſſe poſſeſſione. Nam ad Uſucapionem requiritur continuata & non interrupta poſſeſſio civilis. *Obj. Reſp.* Nec obſt. *d. l. 1. §. f. & l. 2.* ubi tantùm dicitur, quòd non habeat poſſeſſoria remedia contra dejectum; & hactenus vera eſt Bachovii ſententia, ut etiam fur civiliter poſſideat. *l. 67. pr. ff. de furtis.* Verùm, ſi non eâ intentione, ut ipſe tanquam Dominus poſſideat, dejecerit, e. gr. ſi creditor debitorem ex fundo hypothecæ obligato expulerit, ut fundum, non animo domini; ſed propter aliud jus in re, nempe in ſecuritatem crediti detineret, non Civiliter poſſidet. Item, ſi Cajus Titio promiſerit uſumfructum, & poſtea tradere recuſaret, Titius verò Cajum ex fundo expelleret, eâ intentione, ut poſtea fundo uti frui queat, non poſſidet Civiliter, ſed tanquam uſufructuarius Naturaliter. Si enim verus Uſufructuarius tantum Naturaliter poſſidet, multò magis violentus. add. Struv. *Exerc. 42. th. 8.* ibique Mullerus.

Quomodo idem Verè & quaſi poſſideat? XI. Ex dictis apparet, quòd unus idemque diverſo reſpectu & conſiderandi modo Civiliter, Naturaliter, Verè & Quaſi poſſidere poſſit, e. gr. Vaſallus jus, quod in re feudali habet, poſſidet Civiliter quoad formam, quia juris eſt Dominus; *l. 3. ff. ſi uſufruct. pet.* ſed illud tantùm poſſidet analogicè. Naturaliter quoad formam poſſidet rem ipſam feudalem, ſed verè. *prae. §. 9. in fin.* Et ſi ad modum poſſidendi reſpiciamus, præſens Naturaliter, abſens Civiliter poſſidet.

Cauſa Effic. Rem. Proxima. XII. Cauſa Efficiens Remota partim eſt Jus naturale, partim Jus Civile. Proxima eſt apprehenſio animo habendi facta. Ad poſſeſſionem

igitur

igitur acquirendam de Jure duo conjunctim neceſſaria ſunt, animus ſcilicet & corpus. *l. 3. §. 1. & 6. l. 8 l. 153. ff. de R. I. l. 10. §. 1. ff. h. t. 4. C. eod.* Joh. Voetius. *n. 10. hic.* I. Corpus, h. e. ipſa apprehenſio naturalis procedat. *d. l. 3. §. 1. l. 22. l. 23. l. 30. §. 5 ff. h. t.* Sicque, quoad principia ſc. introductiva, Poſſeſſio facti eſſe dicitur, *dd. ll. & l. 1. §. 3. l. 29. ff. eod.* Acquiſita vero & facti & juris ſimul eſt, *d. l. 49. §. 1. l. 22. §. 1. ff de capt. & poſtl. rev.* & ſpecies juris in re. *l. 44. ff. h. t. l. 5. §. 1. ff. ad L. Jul. de vi publ. l. 1. §. 4. ff. uti poſſ.* Fitque mediatè, vel immediatè, quando ſpeciali lege vel ſtatuto, ſine naturali apprehenſione, ipſo jure acquiritur poſſeſſio, Gail. *l. 2. O. 129. n. 15.* Mynſ. C. *3.* O. *19. ſimulque* ejus conceduntur effectus, Menoch. *Rem. recup. poſſ. n. 392. 404 & Rem. adip. poſſ. 4. n. 367.* & vocatur poſſeſſio Civiliſſima. Poſtius, *de manut. obſ. 55. num. 54.* Joh. Voetius. *n. 3. h. tit.* Nec acquirimus tantùm per nosmetipſos, ſed & alios, ut Pater per filium, Dominus per ſervum *t. t. per quas perſ. acquir. l. 1. §. 5. & ſeqq. l. 3 §. 12. l. 4. l. 34. §. 2. ff. h. t. l. 10. pr. ff. de A. R. D.* Joh. Voetius. *n. 7 tit.* Sed ſi ſervus ſit communis, acquirit Dominus pro partibus dominicis, etiam ex re unius propria, *l. 45. l. 63 §. 1. ff de A. R. D l. 5. l. 27 ff de ſtip. ſerv.* niſi unius nomine apprehenderit poſſeſſionem: *d. l. 5. l. 37 ff. de A R. D.* vel unius juſſu: *d. l. 5.* vel unus & alter tantum capax ſit ejus, quod acquirit. Jul. à Beyma, *ad l. 1. §. 7. ff h. t* add. Schiker *n. 44 §. 16 23. & ſeqq* Etiam perſonas extraneas, ſcil. Tutorem, Curatorem, Procuratorem, &c. *d. l. 1. §. 20. l. 23. §. 1. l. 32. §. 1. l. 34. §. 1. l. 49. §. 2. ff. l. 8. C. h. t.* D. Harpprecht. *Conſil. 30. n. 17. atque ad n. 36.* Stryck. *in uſu modern. 15. &* Joh. Voetius. *n. 8. h. tit.* modò vel noſtrâ voluntate poſſeſſio apprehendatur. vel noſtro nomine *dd. ll. 1. 9.* ut eam nobis, licèt de cetero ignorantibus, velint acquirere. *d. l. 1. §. 3. & 20. d. l. 34. §. 1. d. l. 49. §. 2. l. 13. l. 15. ff. l. 53. ff. de A. R. D. vid. §. 16. de uſucap. & §. 60. de acquir. rer. domin.* Sed ſi venditor, me præſente & jubente, rem emtam tradiderit, procuratori meo, per me ipſum, poſſeſſio acquiſita cenſetur *l. 1. §. 21. ff. h. t.*

Ad poſſeſſ. acquirendam req. 1 Corpus.

Apprehenſio vel immediaté.
vel mediaté.
& per alios, ut filium, ſervum, etiam communem.

Item per Extraneos, Quomodo?

XIII. Porrò acquiritur poſſeſſio vel Verè, vel Fictè, ſive analogicè. Apprehenſio Vera atque Propria eſt Rerum Corporalium; *l. 3. pr. ff. h. t. l. 30. §. 1. ff. de S. P. U.* rem mobilem manu apprehendendo, aut immobilem ingrediendo. Et ſi corpus ſit Unitum, ut homo, equum, res per ſe eſt clara. Si Connexum, v. gr. fundum quis poſſidere velit, non omnes glebas circumambulare debet, ſed ſufficit quamlibet ejus partem introire, dum mente ac cogitatione hac ſit, ut totum velit poſſidere; *d. l. 3. §. 1. ff. h. t* qui enim aurem alicujus tetigit, totum eum tetigiſſe videtur. *l. 18. pr. ff. de furt.* Joh.

Apprehenſio eſt Vera,

Si corpus Unitum Connexum,

Ob Reſ vel Disjunct. in In eodem ſunt loco? An in locis diverſis?

Voet. [illegible] *h. tit.* Non obſt. *l. 37. pr. ff. ad SCt. Treb.* ubi eſt juris, non facti teſtimonio. Bachov. *ad Treutl. D. th. 2. lit. B inf.* Stryk. *in uſu moderno §. 4. h. tit.* Si corpus conſtet ex Disjunctis partibus, ex gr. legio, grex, tunc etiam, ſi toto grege præſente, unum caput apprehendat, animo omnium poſſeſſionem conſequendi, totius gregis poſſeſſionem acquiſiviſſe videtur. Cæterum ſi individua in diverſis ſint locis, unius aut alterius apprehenſio non ſufficit, quia non ſtatim habet facultatem corpora ſeparata apprehendendi. Sic enim ſingula ſeparatim eſſent tangenda. *l. 30. ff. de uſucap.* Dn. Stryk. *de jure ſenſ. D. 7. c. 2. n. 7. & ſeqq.* Struv. *Exerc. 41. th. 12. & 16.* ibique Mullerus. Porro in Derivativis, rebus ſc. traditis, apprehenſio oculis quoque fieri poteſt, & hic aſpectus habetur pro corporali acquiſitione, modo res ſit præſens, & utriusque voluntas interveniat, *l. 1. §. 21. l. 3. §. 13. l. 18. §. 2. ff. h. t.* hinc ſi fundum alicui vendens, ejusque terminos ex ædibus demonſtrans dixerit, *ſe ipſi jam vacuam tradere poſſeſſionem,* tunc eo ipſo oculis apprehenſio facta, & poſſeſſio acquiſita videtur. *d. l. 1. §. 21.* ibi Brunnem. *n. 14. d. l. 18. §. 2.* add. *l. 79. ff. de ſolut.* Joh. Voetius *n. 5 tit.* In rebus autem, quæ ſunt alicujus, & quidem immobilibus, hæc apprehenſio ſufficit; In nullius, vel in acquiſitione Originaria, corporalis neceſſaria eſt. vid. ſuprà *ad tit. de A. R. D. §. 14.*

Apprehenſio etiam fit oculis in Derivativis.

Non in Originariis.

Vel Apprehenſio Analogica in rebus incorporal.

Vel acceſſoriè,

XIV. Apprehenſio Analogica & Impropria eſt rerum incorporalium, quæ propriè non apprehenduntur vel tanguntur, *l. 4. §. 27. ff. de uſuc. l. 12. §. 1. ff. de S. P. U.* & dicitur Quaſi poſſeſſio. *l. 23. §. 2. ff. ex quib. cauſ. maj. l. 10. pr. ff. ſi ſerv. vind. l. 3. §. 17. ff. de vi & vi arm.* Et videndum eſt, An rei corporali acquirendæ adhæreant, tuncque hac apprehenſa, etiam jura annexa apprehenſa cenſentur. *ff. Comm. præd. l. 21. §. 2. ff. de S. P. R. l. 20. §. 1. ff. de A. R. D.* Sic apprehenſo caſtro principali & poſſeſſio etiam pertinentiarum poſſeſſio intelligitur acquiſita, *c. 13. x de jur. patr.* Carl. *l. 2. O. 129. n. 7.* Maſcard. *de prob. concl. 1184. n. 5.* D. Harppr. *Reſp. 55. n. 62. 336.* vid. ſuprà *ad tit. de A. E. V. §. 27. 28.* quod tamen limitat in ſummarisſimo, Cluter. *quod. O. 6. n. 15.* An in re aliena velit acquiri [illegible] apprehenſio fit per inductionem in fundum, qui nobis ſervitutem debet *l. 3. ff. de uſufruct.* item per uſum juris, & exercitium actuum poſſeſſoriorum, *l. 5. ff. de ſervit. d. l. 10. pr.* quales ſunt, in Juribus Negativis, conditio vel prohibitio, animo quaſi poſſeſſionem ſervitutis acquirendi, e. gr. *ne vicinus ædes ſuas altius tollat,* & is prohibitioni acquieverit. vid. *l. 32. §. 1. & 2. ff. h. t.* Carpz. *J. F. p. 3. C. 4. def. 9.* ſuprà *ad tit. ſi ſerv. vind. §. 11.* Stryck. *in uſu moderno. §. 4. h. t.*

vel principalis eſt diſtinctio in jura affirmativa, & negativa.

XV. Necnon in rebus etiam corporalibus interdum analogica fit apprehenſio; ſi ſcil. ſignum pro re ſignata tradatur. Totidem verò modis ex

In rebus corporalibus.

ex fictione legis acquiritur poſſeſſio, quot modis vera. Fitque ea intentione tradendo Inſtrumentum, in quo jus tradentis continetur. *l. 1. C. de donat.* jung. omnino Dn. Strykii *Diſp. de Poſſeſſione Inſtrumentali.* Item Claves apud locum, in quo ipſæ merces reconduntur. *l. 74. ff. de C. E. l. 1. §. 21. ff. h. t.* Harpprecht. *Reſp. 15. n. 71.* Dn. a Lyncker. *vol. 2. Reſp. 119.* Sic per apprehenſionem Annuli in conſpectu Eccleſiæ realem tranſire poſſeſſionem, tradit Maſcard. *de probat. V. 3. Concl. 190 num. 11.* Item ſecundum mores receptos, Glebæ effuſſione, Feſtucæ in domo exſectione, Cluten. *cap. 3. n. 103.* item per Cuſtodis appoſitionem. *l. 51. ff. h. t.* Si quis res jam emptas, ſuo nomine, Signo conſueto ſignaverit, *l. 14. ff. de pericul. & commod. rei vend.* junct. *l. 1. §. 2. ff. eod.* ibique Brunnem. Item per Scotationem, ſi poſſeſſionem loco religioſo conferre volens, modicum terræ in manu accipiat, & in extremitate pallii, quod manu prælati Eccleſiæ ſuſtinetur, aut ſuper altare, ſub teſtimonio videntium & audientium ponat. *c. 2. x. de conſuet.* Tiraquell. *tom. 4. tr. le mort ſaiſit le vif. p. 1. decl. 4. num. 1.* Stryck. *in uſu moderno §. 75. de A. R. D. & de J. S. diſſ. 8. cap. 1. §. 4.* Si quis prohibeat, ne Titio fundum ingredienti vis fiat. *l. 9. §. 1. & 2. ff. h. t.* Quinimo Dominus directus ſignis adhibitis, veluti baculo, pallio, annulo, vexillo, haſta, gladio juxta regionis morem, vel feudi naturam, in præſentia aliorum, rei feudalis poſſeſſionem transfert. *2. F. 2. pr.* Struv. *S. J. F. cap. 8. aph. 5.* Stryk. *Exerc. Jur. Feud. cap. 12. num. 6. & 7. vid.* D. Frommann. *in diſſ. de ſolta tradit. th. 36. & 8.* *Gravius in diſſ. de inveſtitur. th. 50.* Singula hæc latè explicat Cluten. *cap. 3. num. 95. ad fin. usque.* Si quis jubeat, ut res debita in domo ſua deponatur. *l. 18. §. 2. h. t.* junct. *l. 79. de ſol.* item per Conſtitutum poſſeſſorium, de quo mox. Inſuper videri poſſunt, quæ ſupra dicta *ad tit. de A. R. D. §. 62. & ſeqq.*

Indicia apprch. poſſ. Inſtrumentum & Symbolum.

Cuſtodis appoſitio. Conſignatio. Glebæ altari impoſitio.

Conventio.

XVI. Conſtitutum poſſeſſorium, cujus ſedes præcipua in *l. 18. ff. h. t.* ſicque differt à Conſtituto obligatorio, de quo ſuprà *ad tit. de conſt. pecun. §. 14.* Eſt autem modus analogicus tradendæ poſſeſſionis, quo poſſeſſor alicujus rei, ſe pro alio & alterius nomine ex juſta cauſa rem illam in poſterum poſſeſſurum, conſtituit poſt Coleum & Tiraquellum, B. Dn. Parens m. *Diſſ. de Arrha, th. 72.* In cujus commodum poſſidetur, dicitur Conſtitutarius. Et quamvis Giphan. *ad l. 10. de don. num. 10.* hoc Ddrum commentum vocet, & nomen in Jure Civili non occurat, res ipſa tamen cognita eſt per *d. l. 18.* atque hic modus omnium cæterorum frequentiſſimus dicitur, & uſitatiſſimus apud Gallos, Italos, ac cæteras gentes; Tiraq. *Tract. t. 4.*

Conſtitutum poſſeſſorium quid ſit?

An ſit in uſu?

de

de Jure Conſt. Poſſ. part. 1. num. 1. apud Germanos, Hahn. *h. t. N. IIX. verb. ſe conſtituat.* Colec. *de proc. exec. p. 1. c. 16. num. 182.* (quo capite exhibe.ur & latè explicatur Formula obligationis.) Transfert dominium & Poſſeſſionem, Tiraq. *p. 2. ampl. 1. & 8.* Dn. Stryk. *de caut. contr. ſect. 2. cap. 4. §. 19.* etiamſi res à Conſtitutario non apprehendatur. Clut. *rer. quot. c. 3. num. 134.* Diſting. tamen eſt, num Conſtitutum ſit ſimplex, an cum precario conjunctum? de quo infrà *§. 18. & ſeq.* ita, ut illo modo transferatur & civilis, & naturalis, Mev. *p. 5. dec. 195. num. 2.* hoc tantùm civilis poſſeſſio, *l. 15. §. 4. de precario.* Coler. *d. l. num. 183.* Brunnem. *ad d. l. 18. num. 1.* niſi aliter inter partes conventum ſit, Tiraq. *p. 1. num. 4. 5. & ſeqq.* aut conſtituens tantùm vel civilem, vel naturalem habeat poſſeſſionem. Benè ergò notandum, ne iſtæ clauſulæ in inſtrumento confundantur. Multum enim differt, ab alio, & pro alio poſſidere, inquit Bartolus, *in l. 21. pr. ff. h. t.*

Req. 1. ut conſtituens rem poſſideat.

XVII. Ut autem hoc Conſtitutum ſuas habeat vires, hæc tria requiſita concurrant: I. & quidem ex parte Conſtituentis, ut rem transferendam ipſe poſſideat; *d. l. 18. pr.* nam quod quis non habet, in alium non transfert; *l. 20. pr. ff. de A. R. D. l. 54. ff. de R. I.* ſive corpore, ſive animo tantùm & per alium poſſideat. *d. l. 18. l. 77. ff. de R. V. & 8. prac. §. 12. alleg.* Berlich. *p. 2. dec. 255. num. 13.* Tiraq. *p. 3. lim. 1.* (vid. *p. 2. ampl. 32.* de conſtituto in bonis futuris.)

2. Sed jam nomine alieno in poſſeſſione.

II. Ut deſinat ſuo nomine poſſidere, & alieno in poſſeſſione eſſe incipiat, *d. l. 18. & l. 10. §. 10. ff. eod.* hic quippe partim de amittenda, partim de acquirenda poſſeſſione agitur, utriusque voluntate concurrente, *l. 53. ff. de A. R. D. l. 55. ff. de O. & A.* Poſth. *de manut. poſſ. O. 20. num. 19. 22. & dec. 265. num. 1. & 13.*

Obj.

Reſp.

Nec obſt. quod nemo ſibi poſſeſſionis cauſam poſſit mutare; quia Conſtituens non ex alia re & nova cauſa poſſidet, ſed ſua poſſeſſione ſponte amiſſa, nunc alienæ poſſeſſioni tantùm præſtat miniſterium. *d. l. 18. pr.* vid. infrà *§. 23. & ſeq.*

3. ut Conſtitutarius approbet & quidem ipſe

III. Ex parte Conſtitutarii approbatio, ſi præſens ſit, conſenſu generali; ſin abſit, non acquirit poſſeſſionem, niſi ipſe Conſtitutum ratum habuerit; arg. *l. 42. §. 1. ff. h. t. l. 24. ff. de N. G.* Hahn. *d. d. l. in med.* ita, ut, ſi conſtituens expulſus ante ratificationem, licèt hæc poſtea ſecuta fuerit, Conſtitutarius recuperandæ remedio agere non poterit. Tiraq. *p. 3. lim. 30. num. 1. 2.* Cæterum non refert, etiamſi Conſtitutum factum ſit Conſtitutarii Procuratori, vel Negotiorum geſtori. Tiraq *p. 2. ampl. 26. & 27.* add. *pag. 3. limit. 6. & 7.* ubi jungit IV. requiſitum, ut Conſtitutum

4. Conſtitutum habeat juſtam cauſam.

nullum habeat effectum, niſi ſubſit cauſa vel titulus juſtus, licet poſtea ceſſet. Unde *in ſeqq. limit. 8. & 9.* ulterius deducit, Conſtitutum non ope-

rari,

rari, ſi contractus ſimulatio appoſitum, aliave præſumptio fraudis ſubſit, quæ potiſſimum præſumitur, ſi fiat inter Perſonas prohibitas. *lim. 25.*

XVIII. Supra dicta Conſtituentis voluntas vel animus declaratur vel explicitè vel implicitè, unde hoc Conſtitutum dividi ſolet in Expreſſum & tacitum. Illud fit quando Conſtituens vel liberè atque expreſsè declarat: v. gr. vendo, dono, obligo, partem bonorum, & conſtituo me in futurum nomine Conſtitutarii, v. gr. emptoris, donatarii vel creditoris detenturum aut poſſeſſurum eſſe *d. l. 18. pr.* Tiraq. *ampl. 11.* Tacitum, quando Conſtituens non ita ſimpliciter verbis ſe declarat, ſed deſuper à Conſtitutario rogat vel paciſcitur, ut hoc modo re ipſâ conſtituatur, quod fit, ſi retinet ex Conducto, ſcilicet rem per contractum alienatam ante traditionem ab altero conducendo, *l. 77. ff. de R. V. l. 19. pr. l. 28. l. 32. ff. h. t.* Rei enim ſuæ locatio conſiſtere non poteſt, *l. 41. pr. ff. de R. I. l. 20. C. de loc. cond.* vel ex Precaria rogatione, ſi vendens vel donans poſtea emptorem vel donatarium roget, ut eandem rem penes ſe adhuc conſtitutam precario ſibi poſſidere liceat; *l. 21. pr. ff. h. t. l. 28. C. de donat.* cum non ſit rei ſuæ precarium; (intellige proprietatis, benè tamen poſſeſſionis:) *d. l. 45. l. 4. §. 3. l. 6. §. 4. ff. de precar.* & vocatur Clauſula precarii. Sed Clauſula Conſtituti multo ſalutarior eſt, Colerus, *d. c. 10. num. 113.* Item, ſi quis rei alienatæ, ſed nondum traditæ, uſumfructum ad tempus, vel ad dies vitæ ſibi reſervaverit, ut poſtea tanquam uſufructuarius poſſideat. *d. l. 28. l. 35. §. 5. C. de donat.* Tiraq. *p. 3. lim. 3. num. 6.* Item, ſi retineat ex Depoſito, Commodato, Pignore. Hahn. *d. l.* Tacitè quoque Conſtitutum fit Societate omnium bonorum, latè Tiraq. *p. 2. ampl. 32. vid. ſupra §. 14. de ſocietat.*

Conſtitutum fit vel explicitè. vel implicitè, v. gr. Clauſula precarii.

XIX. Forma Conſtituti, in quo conſiſtat, ex præced. patet, ſicut & ipſius Formula, quæ etiam vulgari modo fieri ſolet. Mit Verpfänd- und Obligirung meiner Haab und Güther, ſo viel hierzu vonnöthen, ſolche mit oder ohne Recht, &c. cum Clauſula Conſtituti Poſſeſſorii, vel, Geſtalten ich zu ſolchem Ende hiermit das *Conſtitutum poſſeſſorium* würcklich einraume. Si vero actus cui Conſtitutum ſimpliciter appoſitum, v. gr. venditio, ſit conditionalis, vel ad tempus id quoque tale eſſe cenſetur; nec poſſeſſio, niſi impletâ conditione, transfertur, etiamſi adjiciatur, quòd Conſtitutum nihilominus purum eſſe debeat; quia ſequitur naturam contractus principalis, qui interim eſt in pendenti, modò conditio ante mortem conſtituentis eveniat. Tiraq. *p. 2. ampl. 15. 16. & 17.* Idque debitor profitetur, vel præſentibus teſtibus, vel in documento ſuper ipſo actu vel negotio confecto.

Formula. Si actus conditionalis etiam Conſtitutum eſt in pendenti.

Effectus transfert Poſſeſſionem in Conſtitutarium & heredes.

XX. Per hunc licet analogicum modum transfertur poſſeſſio, quam Conſtituens habuit, in Conſtitutarium, *d. l. 18. l. 15. ff. de uſucap. praeced. §. 17.* ejusque heredes, Tiraq. *p. 2. ampl. 12.* Poſth. *O. 11. num. 10 ſeqq.* Stryck *in uſu moderno §. 5. de pign. act. & §. 13. de acquir. rer. domin.* ita tamen, ut quidem vacuam poſſeſſionem propria authoritate ingredi, arg. *l. 21. §. ſ l. 44 ff. h. t.* Stryck. *de pign. act.* non verò debitorem invitum & reniſ entem vi expellere, & fundum de facto occupare liceat. Sed adire prius debet Judicem, quia Conſtituens facile cauſam contradicendi, atque jus potentius habere poſſet *l. 176. pr. ff. de R. I.* Mev. *p. 5. dec. 350. junct. dec. 351.* ubi plures cauſæ referuntur, ex quibus Conſtituens ſe contra Conſtitutarium, poſſeſſionem ſibi aſſerentem, defendere poteſt. Brunnem. *ad d. l. 18. num. 8. & ſeq. ſed* Tiraq *p. 1. num. 35.* & Colerus, *d. c. 10. num. 184. & p. 3. c. 12. num. 88. & ſeqq.* aliter ſentiunt & dicunt, creditorem vi armata ingredi poſſe, licet alter reſiſtat, tali, hoc non magis occupare, quàm defendere ſuam poſſeſſionem dici. Mev. *d. dec. 352.* Caeterum Conſtitutum non tantùm operatur paratam executionem, Struv. *de vind. pign. c. 14. § 5. num. 4.* Verum etiam remedia legitima, ſicque ſi e. gr. venditor ſimpliciter conſtituat nomine emptoris poſſidere, emptor non ex contractu ad traditionem agere poteſt, ſed Rei vindicatione, Publiciana in rem actione, aut Interdicto uti poſſidetis. Tiraq. *p. num. 7. 8 & 16* Poſth *de O. 20. num. 15. ſeqq.* Si fuerit ſpoliatus, vel Conſtituens expellatur, Conſtitutario datur remedium recuperandæ Tiraq. *p. 2. ampl. 11. & p. 3. lim. 30. num. 2. & ſeqq.* Mevius *part 5. dec. 150.* Stryck. *§. 1. de pign. act. & de C. C ſect. 1. cap. 5. §. 24. & ſect. 2 cap. 2. § 7. & cap. 4. §. 10. & 20.* Poſſeſſione à Conſtituente derelictâ & à tertio occupata, licet aliàs creditor contra tertium non, niſi excuſſo debitore, agere poſſit, hic tamen, quia conſtitutum poſſeſſorium pro ſe habet, Creditori adverſus eum ex *l. ſ. C. h. t.* experiri licet. Berl. *Dec. 255. n. 5.* ad revocandam poſſeſſionem ex conſtituto obtentam. Tiraq. *p 1. num. 54.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. de pign act & ſupra §. 75. de pign. & hypothec.* Sin eadem res à Conſtituente in duos translata, ille, qui prius habet clauſulam Conſtituti, modò pretium ſolverit, præfertur, arg. *l. 15. C. de R. V.* licet alteri realiter fuerit tradita Poſth. *O. 71. n. 27.* Tiraq *p. 1. n. 21. & n. 27. & Tom. 4. n. l. 59 ff. de V. S. n. 123.* D. Frommann *in Diſſ. de quaſi tradit th. 65.* At creditori poſteriori, qui poſſeſſionem judicialiter conſecutus eſt, Conſtitutarius in poſſeſſorio non præfertur, donec prioritatis quæſtio diſcutiatur, niſi ſtatim, antequam alter poſſeſſionem fuerit adeptus, intervenerit. Mev. *p. 1. dec. 158.*

An propriâ authoritate liceat occupare? Diſting.

Quænam dentur Remedia?

An continuetur in Conſtituentis heredibus?

XXI. Conſtituti vi, quod continuetur in heredibus Conſtitutarii, dubio caret; ſed an idem de conſtituentis dicendum? quæritur. Et ſi conſtitutum ſit

cum

cum precaria, quia heredi rogantis vel Conſtituentis poſſeſſio regulariter conceſſa non eſt, precarium non tranſit, ſed tempore præſcripto finitur, *l. 12. §. 1. ff. de precar.* niſi conſtitutarius poſt illud tempus hæredes quoque poſſidere patiatur. Tiraq. *p. 2. ampl. 13. num. 4.* Nam, mortuo licet Conſtituente, Conſtitutarius non amittit poſſeſſionem, *l. 40. §. 1. ff. h. t.* ſed nihilo minus retinet civilem. Tiraq. *d. l. n. 1.* Sin Conſtitutarius alium poſſeſſorem fieri viderit, nec ſtatim ſcil. intra triduum, cum potuerit, uſus ſit remediis, quibus retinere potuiſſet, per hanc patientiam poſſeſſionem amiſiſſe cenſetur. Tiraq. *p. 1. n. 15.* Mev. *p. 5. dec. 195. n. 9.* & ſi per decennium in accipienda poſſeſſione negligens fuerit, nec judicem imploraverit, Conſtitutum finitur. Mev. *d. l. n. 10.* Hahn. *h. t. in f.* Dn. Stryck. *d. l. §. 20.* ubi tamen remedio recuperandæ poſſeſſionis à Conſtituente in alium tranſlatæ, etiam poſt decennium locum eſſe, probat. De dictis latius vid. Tiraq. *p. 3. lim. 21. & lim. 20.* quod Conſtitutum reſolvatur atque ceſſet, reſoluta aut ceſſante cauſa principali add. D. Harpprecht. *Reſp. 50.* D. Frommann. *ad d. ff. de quaſi tradit. th. 45. cum ſeqq.*

Quomodo finiatur?

XXII. Ad poſſeſſionem adquirendam non tantum Factum & apprehenſio, ſed etiam II. requiritur Animus vel Voluntas habendi, *l. 1. §. 3. l. 3. §. 1. & 3. l. 8. l. 41. ff. h. t.* Ut, quamprimum pes in latiſſimum & vacuum fundum inferatur, intentione ad terminum uſque poſſidendi, illicò animus totum illud latiſſimè patens latifundium occupet, id eſt teneat, quamvis non omnes glebas circumambulet. *d. l. 3. §. 1.* Non obſt. *l. 30. pr. ff. eod.* ubi ſermo eſt de partibus materialibus, ex quibus ædificium conſtruitur. jung. *l. 23. §. 1. ff. de uſuc.* Hinc vero poſſeſſori non officit, licet à fundo receſſerit, *d. l. 3. §. 7. & 11.* & alius ſit in poſſeſſione: *l. 6. §. 1. l. 18. §. 3. ff. eod.* modo ille animo poſſeſſionem teneat, nec eam amiſerit. *add. d. l. 37. §. 1. ff. de uſuc.* nam res vacua eſſe debet, & ignoranti non tollitur poſſeſſio, quia ſolo animo tenetur; *l. 46. ff. eod.* nec dubitanti. Coler. de *proc. exec. p. 1. c. 12. n. 17.* vid. infrà *ſeq. §. 29.* Rerum tamen mobilium poſſeſſionem etiam ignorantes amittunt, in caſu *d. l. 3. §. 13. l. pr. l. 47. ff. h. t. l. 15. ff. eod. ubi except.* Cæterum dictus animus ſibi habendi in quavis poſſeſſione requiritur, uti hæc oſtendit Biccius, *p. 3. paragr. n. 95. & 96.*

Ad Poſſ. adq. req. 2. Animus.

Obj. Reſp.

Sic excludit ignorantem, dubitantem.

Limit.

XXIII. Poſſeſſio tamen non acquiritur, niſi ex cauſa habili, quæ diverſa eſſe poteſt, uti patet ex *d. l. 3. §. 21.* ſupra §. 7. quo differt à Dominio; add. *l. 12. §. 1. ff. h. t.* hoc enim non poteſt ex una cauſa contingere, *d. l. 3. §. 4.* quia non amplius, quam ſemel res mea eſſe poteſt. *l. 14. §. 2. ff. de exc. rei jud. l. 159. ff. de R. J. l. 4. §. 19. ff. de uſucap.* Sed ex pluribus cauſis poſſidere eandem rem poſſumus. *d. l. 3. §. 4.* Struv. *Exerc. 42. th. 14.*

Poſſeſſio acquiritur ex cauſa habili.

Quæ diverſa poteſt eſſe.

ibique Mullerus verb. gr. ſi quis rem emerit b. f. à non Domino, & poſtea uſuceperit, poſſidet pro emptore, quia emit: pro ſuo, quia uſucepit & uſu rem ſuam fecit. *l. 1. ff. pro ſuo.* item ſi quis emerit fundum ſciens ab eo, cujus non erat poſſidebit pro poſſeſſore: Sed ſi eundem à Domino emerit, incipiet pro emptore; vel ſi à Domino heres inſtitutus, pro herede vel ſi res ei donata, pro donato poſſidere. *l. 33. ff. de uſucap.* Nam toties videmur poſſidere incipere, quoties naturalem rei poſſeſſionem nanciſcimur; *l. 3. §. 13. ff. b. t.* proin, qui ex una cauſa judicio egit, ſi victus ſit, non prohibetur ex alia cauſa interdicto uti poſſidetis defendere. Jul à Beyma, *add. l. 3. §. 13.* Non obſt. *l. 4. C. de contrah. empt.* ubi non agitur de poſſeſſione, ſed de dominio, quod per poſſeſſionem conſequimur; ſæpe enim ponitur cauſa pro effectu, *l. 71. ff. de V. S.*

Victus ex una cauſa poteſt agere ex alia. *Obj. Reſp.*

Reg. Nemo poſſeſſionis cauſam ſibi poteſt mutare.

XXIV. Sed hic traditur Regula: Nemo ſibi cauſam poſſeſſionis mutare poteſt; *l. 3. §. 19. l. 19. §. 1. ff. l. 5. C. b. t. d. l. 33. §. 1. ff. de uſuc. l. 2. §. 1. ff. pro her. l. 23. inf. C. locat.* Joh. Voëtius *n. 13.* Struv. *Exerc. 42. th. 15.* ibique Mullerus. ſcil. nemo nudâ voluntate & ſolâ animi cogitatione facere poteſt, nullâ extrinſecus accedente cauſâ, ut ſi poſſederit tanquam prædo, nunc poſſidere velit tanquam emptor. Et dicta regula locum habet tàm in vero poſſeſſore, quàm in eo, qui tantùm eſt in poſſeſſione, Jul. à Beyma, *ad d. l. 3. §. 19.* ſed intervenire debet vel nova Cauſa, veteri cauſa poſſeſſionis repudiatâ; vel Factum novum, idque vel ipſius poſſeſſoris, vel tertii. v. gr. ſi fur rem furtivam à Domino emerit, & pro tradita habuerit, deſinet eam pro furtiva poſſidere. Item clam abſente Domino animo poſſidendi fundum ingreſſus eſt clandeſtinus poſſeſſor, & ſi Dominum venientem admittere nolit, mutat cauſam, & fit violentus poſſeſſor, Item ſi Depoſitarius furti cauſa rem contrectaverit & loco moverit, eo facto, qui fuit tantùm in poſſeſſione, nunc poſſidere incipit; ſed ſi deponens illam depoſitario vendiderit vel donaverit, hic poſſidebit pro emptore, vel pro donato. *l. 1. §. 20. l. 3. §. 18. l. 19. §. 1. l. 20. §. 47. ff. b. t. l. 32. pr. l. 33. §. 1. inf. ff. de uſucap. ubi plura exempla.* add. Jul. à Beyma, *d. l.*

Explicatur. Tunc demum mutatur, ſi novum intervenit factum. *ex. gr.*

Subjectum. Qui Poſſeſſ. acquirere poſſint? Impediuntur, Furioſus. An cum Curatoris conſenſu?

XXV. Subjectum ſunt perſonæ, quæ poſſidere queunt, Omnes, ſcil. qui nec impediuntur, nec prohibentur. Et huc applicari poſſunt ea, quæ ſupra diximus *ad tit. de A. R. D. §. 8.* plurimum enim quoad hoc poſſeſſio ex jure mutuatur. *l. 49. pr. ff. b. t.* Impediuntur autem, qui uſu rationis deſtituuntur, utpote in quos non cadit certa animi affectio rem habendi. Ut furioſus; *l. 1. §. 3. ff. b. t.* junct. *l. 5. l. 40. ff de R. J.* qui nec cum curatoris conſenſu acquirere poteſt; Curator enim datur rebus, & multo minus

deſo-

defectum perſonæ vel judicii ſupplere poteſt, cùm nullum in furioſo mentis ſit judicium, quod autem non eſt, arte juvari nequit. à Beyma, *ad d. l. 1. §. 3. in mod.* hancque ſententiam eſſe JCti Pauli *in d. l. 1. §. 3.* ubi ex eadem mente furioſo pupillus opponitur, latè explicat Bachov. *d. D. th. 3. lit. A.* & hoc accip. de Furioſo, qui nulla habet intervalla, licet quandoque inumbratæ ſit quietis, *l. 18. §. 1. ff. h. t.* ex benignitate tamen ei conſulitur. add. ſuprà *ad tit. de cur. fur. §. 37. tit. de A. v. O. H. §. 17. tit. de B. P. fur. §. 12. tit. de B. P. fur. §. 1.* Porrò huc referuntur Mente captus, extremè ebrius, Dormiens, Infans *d. l. 1. §. 3.* Melanchol. in ſummo gradu Stryck. *in uſu moderno §. 18. tit.* In Infante tamen ſingulare eſt atque utilitatis cauſa receptum, quod cum Tutoris autoritate acquirere poſſit, *l. 1. §. 3. l. 32. §. 2. ff. h. t.* quia infantis intellectus capax eſt, & aliquo modo intelligit ſe apprehendere, ideoque arte, quod deeſt, ſuppleri poteſt. *d. l. 32. §. 2.* (ubi *nullus ſenſus* non ſimpliciter; ſed ſecundum quid & comparatè ad pupillum eſt accipiendum, i. e. quod talis non ſit, habet tamen judicium *d. §. 2.* & affectionem. *l. 3. C. h. t.*) Quamvis alia negotia nec Tutoris autoritate celebrare poſſit, *l. 5. ff. de R. I.* ſed limita per *l. 3. C. h. t.* quâ donatarum rerum poſſeſſio infanti tradita citra tutoris autoritatem corpore quæritur, quod Beyma *d. l. ex voce: Interim, in d. l. 3.* explicat, donec conſtet, utrum Tutor ſuâ autoritate eam approbaverit. & Bach. *loc. cit.* reſtringit ad res mobiles & tales, ad quas Infans probabilem affectionem habere poteſt. vid. ſuprà *ad tit. de don. §. 20.* Pupilli tamen infantia majores etiam ſine tutoris auctoritate rectè acquirunt, ſi conditionem ſuam meliorem faciant; poſſeſſione enim adquirere res magis facti eſt, illique ejus ſunt ætatis, ut intellectum capiant. *d. l. 1. §. 3. l. 32. §. 2. ff. h. t. l. 11. ff. de A. R. D.* Joh. Voetius. *n. 6.* Stryck. *in uſu moderno §. 1.*

Et tamen conſulitur.

Mente captus, Ebrius. Infans tutore autore acquirit.

Ratio.

Explic. *l. 3. C. h. t.*

Pupillus inf. major ſine tutore adquirit.

XXVI. Prohibentur, qui rei alicujus commercium non habent, ſuprà *ad tit. de A. R. D. §. 8.* & de reliquis perſonis, videlicet Colonis, Inquilinis, Conductoribus, Commodatariis, Depoſitariis &c. ex præced. jam patet, per eoſdem tamen poſſidetur. *præc. §. 12. & ſeq. §. 29.* Sic Municipes vel Civitates, licet propriè & per ſe non poſſideant, quia ſunt perſona ficta, per alium tamen & poſſidere & uſucapere poſſunt. *l. 1. §. 22. l. 2. ff. h. t.* Sed Quær. An duo unam eandemque rem in ſolidum poſſidere poſſint? Sicut *in præced. tit. de A. R. D. §. 10.* diximus, quomodo duo ejuſdem rei domini in ſolidum eſſe queant: ita & hic duo eandem rem, non eodem poſſidendi modo; *l. 3. §. 5. ff. h. t. C. 9. x. de probat.* ſed diverſo reſpectu, in ſolidum poſſidere queunt. *l. 3. pr. ff. uti poſſ.* junct. *l. 3. §. 5. l. 6. §. 1. ff. h. t. l. 16. ff. de uſucap. l. 15. §. 4. ff. de precar.* ubi habentur exempla, de quibus jam ex præced. §. 10. conſtat;

Prohibentur.

Civitates per alios acquirunt.

An eandem rem duo poſſidere queant;

conſtat, Joh. Voetius, *n. 5. lit.* Struv. *Exerc. 42. th. 8.* ibique Mullerus. Diverſi enim reſpectus hic concurrentes ſunt compatibiles; nam, licèt alias fundum occupaverit, animo ſolo poſſeſſionem retinere poſſe dubio caret: *l. 3. §. 7. l. 6. §. 1. & pen. ult. ff. h. t.* modo, rem ab altero occupatam eſſe, ignoremus: *l. 46. ff. eod.* vel ſaltem ſpere nos, occupantem nobis ceſſurum eſſe: *l. 25. §. 5. ff. h. t.* aut facilè expulſum iri, vel facultas apprehendendi nobis integra adhuc ſit. *l. 3. §. 8. l. 7. l. 25. §. 5. l. 44. §. 2. ff. l. 5. C. h. t. l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm.* Hæcque ſententia eſt communis, uſuque Fori approbata. Bachov. *d. D. th. 4. lit. K.* Mev. *p. 1. dec. 142. n. 3* Brunnem. *ad d. l. n. 9.* latè Frommann. *Diſſ. de Condom. th. 9.* & Dn. Stryck. *Diſſ. de Compoſſ. c. 1. n. 13. & mult. ſeqq.* Struv. *S. J. C. Ex. 42. th. 8.* qui alias eſt diſſentiens idque per *l. 3. §. 5. ff. h. t.* quam tamen ſupra dicti Authores accipiunt de tali concurſu, ubi unus naturalem juſtam, alter naturalem injuſtam ſibi vindicet, qualem Compoſſeſſionem tollit JCtus.

Objectum poſſeſſionis. XXVII. Poſſidentur res in Commercio exſtantes; hæ enim exemtæ à ſcienobus poſſideri nequeunt, *l. 23. §. 1. l. 30. §. 1. ff. h. t.* ſi tamen quis ignorans rem talem emerit, poteſt eam poſſidere. *l. 1. §. 6. l. 4. ff. h. t. l. 10. pr. & §. 4. ff. de R. D. §. 4. J. per quas perſon.* Veræ poſſeſſionis objectum ſunt res corporales; Analogicæ, incorporales. vid. *præc. §. 13. & ſeqq.* Struv. *Exerc. 42. th. 10.* ibique Mullerus. Ut autem res poſſideri queat, inſuper requiritur: (1.) Ut ſit certa; incerta enim poſſideri nequit *l. 3. §. 2. ff. h. t. l. 26. ff. eod. l. 32. §. 2. ff. de uſurp.* Joh. Voetius. *n. 1. lit.* Struv. *Ex. 42. th. 11.* ibique Mullerus. Certum quid dicatur? vid. *l. 75. §. 1. ff. de V. O.*

Reg. 1. res certa.

Poſſidetur autem, vel totum, vel pars. Pars dicitur vel pro diviſo, quæ certa eſt, & per ſe totum facit; vel pro indiviſo, & eſt incerta vel ratione quotæ, vel tantum ratione loci. Illo modo; v. gr. Si dicam ſimpliciter: *Quicquid juris in eo fundo eſt, tibi trado*, quia ignoro, ſitne, an non: item quale quantumve ſit, de quo agitur, nihil ego tradere, nihilque tu accipere videris. *dd. ll. l. 4. ff. pro empt.* Hoc modo poſſidere poteſt, quia certa eſt quoad quantitatem, licet incerta ſit ſecundum quid, i.e. ratione loci & ſitus. e. g. ſi quis dimidiam fundi partem traderet ſine demonſtratione ſedis, corpore meo eam partem poſſideri videor, dum eâ mente fundum ingredior, ut quotam illam poſſidere velim. *d. l. 26. l. 43. pr. ff. eod.* Sed obj. quidquid vindicatur, poſſidetur. Atqui incerta pars. *l. 76. §. 1. ff. de R. V.* junct. *l. 9. l. 36. ff. eod.* Ergo. Verum Reſp. quod ibi magis detractio ſit incerta, quàm pars aut petitio, cùm in vindicatione quoque deſignari debeat, utrum totum, an pars & quota petatur. *l. 6. ff. d. t.* add. Bach. *d. th. 2. lit. C.* Beyma. *ad d. l. 3. §. 2. ff. h. t.* (2.) Ut res

Etiam incerta non ratione quotæ.

Sed ratione loci.

Obj. Reſp.

Reg. 2.

res poſſidenda ſit vacua ab aliis poſſeſſoribus, per rationem *in l. 3. §. 5. & 7. l. 18. §. pen ff. h. t. l. 5. C. unde vi.* Mev. *p. 5. dec. 352.* Struv. *Exerc. 42. th. 11.* ibique Mullerus. i. e. quæ ab alio nec animo, nec corpore poſſidetur, Menoch. *de recup. poſſ. rem. 13. n. 4.* ſcil. in eodem poſſeſſionis dandi genere & modo, quo tradi debet. vid. *præced.* *§. 25.* Vacua autem eſt, vel ante apprehenſionem, ſi ejus poſſeſſio ſit omiſſa, *l. 37. §. 1. ff. de uſur. §. 46. J. de R. D.* Vel in ipſa apprehenſione, ſi poſſidens eam ingredi permiſerit, vel apprehendenti tradiderit, vel ab hoc non amplius admiſſus fuerit; *l. 12. ff. de vi & vi arm.* vid. *præced. §. 24.* Vel poſt apprehenſionem, in caſu *l. 3. §. 8. l. 6. §. 1 l. 17. ff. h. t.* Ex illo namque tempore, quo res vacua, poſſeſſio revera acquiritur. vid. *præced. §. 22.* Sin vacua non ſit, quomodo conſulatur? vid. *ſeq. §. 31.* & infra *ad tit. de vi & vi arm.*

Poſſeſſio vacua ab aliena poſſeſſione. Quando talis dicatur?

XXVIII. Forma conſiſtit in affectione rem ſibi habendi, cum animo & corpore conjuncta. Utrumque enim in adquirenda poſſeſſione concurrat oportet. *præced §. 12.* (1.) detentio vid. *præced. §. 4. & 12.* ubi jam dictum, etiam corpore alieno acquiſitionem fieri poſſe (2.) Animus, & quidem noſter *l. 3. 12.* ibi. *animo noſtro, corpore etiam alieno poſſidemus. ff. h. t.* & per *ll. in præced. §. 22. alleg.* differt à nuda detentione. Nec non poſſeſſionem adipiſcimur vel purè ut ex præmiſſis conſtat; vel ſub conditione, qua exiſtente, demum poſſeſſio acquiritur. *L. 14. pr. l. 38. §. 1. ff. h. t.* Sic manumiſſione per epiſtolam poſſeſſio ſervi non amittitur, niſi ſervus domini voluntatem ex epiſtola cognoviſſet; *d. l. 38. pr.* & Poſſeſſio ſub conditione, hac non extante vel non adimpleta, non eſt manutenibilis. Poſth. *O 50.*

Forma in poſſ. adquirenda concurrunt Corpus, etiam alienum, & Animus. Adquiritur pure, Sub conditione. Poſſeſſio non manutenibilis.

XXIX. Aliud verò eſt, ſi poſſeſſio jam ſit acquiſita, *l. 19. §. 1. ff. h. t.* tunc enim non ſolum animo & corpore ſimul, & ſimiliter per alios retineri poteſt; *l. 3. §. 8. & 12. l. 9. l. 10. l. 15. §. 1. l. 30. §. 5. 6. l. 32. §. 1. ff. h. t.* Nam poteſt Poſſeſſio retineri per quemlibet, qui ejus nomine eſt in poſſeſſione; *§. 5. J. de interd.* add. *præced. §. 12. inf & ſeq. §. 26.* Joh. Voetius *num. 12. tit.* Struv. *Ex. 42. th. 19.* ibique Mullerus licèt hic poſſeſſionem alii tradiderit; *d. l. 25. §. 1.* ſed & ſolo animo, *d. §. 5. l. 3. §. 7. 11. l. 6. §. 1. l. 25. §. 2. l. 27. l. 30. §. 5. l. 31. l. 40. §. 1. l. 44. pr. §. 2. l. 45. l. 46. ff. l. 4. l. 5. C. h. t. l. 1. §. 25. ff. de vi & vi arm* ubi plures caſus, quomodo id fiat, eoſque explicat Beyma, *add. l. 3. §. 9.* Poſſeſſio autem, ut jam acquiſita, eſt jus inſiſtendi, quod facto ſemper opus non habet. Habn. *h. t. N. V. I. verb. Solus animus.* Nam facilius aliquid retinetur, quàm acquiritur. Stryck. *in uſu moderno. §. 10. tit.* Hinc furioſus, licet affectionem tenendi non habeat, ne tamen languor animi damnum etiam in bonis adferat, in ejus favorem receptum eſt, ut poſſeſſionem acqui-

Adquiſita retinetur animo & corpore, & per alium. Sed & ſolo animo. *Furioſus poſſ. poſſ. retinet.*

acquiſitam retineat, dum enim animum contrarium declarare nequit, priorem juris intellectu retinere cenſetur. *l. 27. ff. h. t. l. 4. §. 5. l. 44. ſ. 6. ff. de uſuc.* Notandum tamen, ut Poſſeſſio retineatur animo, requiri, ut res ab alterius poſſeſſione ſit vacua, aut poſſeſſionem ab alio occupatam eſſe ignoremus; ignorans enim poſſeſſionem non amittit *l. 40. ff. h. t.* aut ſciamus quidem, ſed credamus nobis revertentibus occupantem facile ceſſurum aut expulſum iri, ut ſic facultas apprehendendi integra maneat. *d. l. 46. l. 3. § 8. & ſeq. l. 6. ſ. 1. l. 7. l. 18. ſ. 3. l. 25. ſ. 2. ff. h. t.* Mev *p. 3. dec. 77* Struv. *Ex. 42. th. 20.* ibique Mulletus. Et hæc procedunt in rebus immobilibus.

Modo poſſ. ſit vacua. Si ab ſe ex expulſorem ignoret, vel ſciat?

XXX. In rebus mobilibus poſſeſſio difficilius retinetur & facilius amittitur. Nam quamprimum res mobilis furto ſurrepta & contrectata, vel caſu amiſſa, de quo vid. *ad tit. de A. R. D. ſ. 48. & 16. de furt* Struv. *Ex. 41. th. 21.* ibique Mulletus. ita, ut, ſi velimus naturalem poſſeſſionem naneiſci, non poſſimus, deſinimus poſſidere. *l. 3. ſ. 13. & 18 l. 13. pr. l. 25. pr ff. h. t.* Excipitur tamen, ſi is, qui noſtra eſt poteſtate, ſurripuerit, & res apud ipſum adhuc extet, *l. 15 ff. h. t.* Item Servus fugitivus, quem, quamvis dominus apprehendendi facultatem non habeat, adhuc tamen poſſidere videtur, quemadmodum enim aliarum rerum poſſeſſionem intervertere non poteſt, ita nec ſuam. *l. 13 pr. l. 15. l. 50. §. 1. ff. h. t. l. 25. ff. de lib. cauſ.* Joh. Voetius *n. 7. h. t.* Eum vero deſinimus poſſidere, ſi ab alio poſſideatur, *l. 1. ſ. 14. ff. h. t.* vel ſi pro libero ſe gerat, ſe domino adverſarium præparaverit, atque cum eo paratus ſit pro ſua libertate litigare: & diu in libertate moratus ſit. *d. l. 3. ſ. 10.* ibique Jul. à Beyma, *qui requirit, ut hæc tria concurrant. l. 15. ſ. 1. ff. de uſucap.* Objic. *l. 1. C. de ſerv. fugit.* ubi dicitur, quod ſervus fugitivus ſui ipſius furtum faciat: Ergo poſſeſſio quoque tollitur; nam furtum mutat poſſeſſionem, eamque Dominus amittit, quia ipſi facultas proxima apprehendendi adempta eſt. *ſeq. §. 17.* Sed Reſpond. illud de ſervo fugitivo eum in effectum dici, ut ab alio uſucapi non poſſit, idque in favorem Domini. Vel, quod Dominus tunc demum poſſeſſionem amittat, & ſui ipſius furtum feciſſe videatur ſervus, ſi hic ab alio poſſeſſus fuerit. *l. 1. ſ. 14. l. 50. ſ. 1. ff. h. t.* Bachov. *ad D. th. 3. lit. B.* Dn. Schilter. *de Ex. 44. ſ. 17. ſeqq.*

Si res mobilis ſit amiſſa.

Exceptio.

De ſervo fugitivo.

Obj.

Reſp.

XXXI. Ipſa vero Poſſeſſio ſecundum antecedd. probatur diverſimode; & quidem aliquando per Cauſas, unde poſſeſſio acquiſita, *praced. ſ. 7. & 23.* quandoque per Inſtrumentum, Mev. *p. 4. dec. 293* Teſtes, Scripturam privatam, partis adverſæ Confeſſionem, Inſiſtentiam, Poſth. *obſ. 19. & ſeqq.* Perceptionem fructuum & proventuum, Poſth. *obſerv. 33.* Cluden. *c. 2. n. 45.* Culturam, etiamſi metis neceſſitate ſit dilata; *l. 4. C. h. t.* Poſth. *O. 25.* add. Mev.

Forma probandæ poſſeſſionis.

Mev. p. 2. dec. 213. niſi alius fructus percipiat Cluden. *c. 6. n. 111.* & per alios complures Actus poſſeſſorios, *vid.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. hic* uti *ex præced.* eluceſcit, quales in magno numero recenſet, ampliat & limitat Menoch. *de retin. poſſ. Rem. 3. n. 560. & mult. ſeqq.* & Maſcard. *de probat. Vol. 3. Concl.* *1180. uſque ad 1197.* Struv. *Ex. 42. th. 23.* ibique Mollerus.

Finis.

XXXII. Finis poſſeſſionis pro diverſitate cauſæ diverſus eſt. Ex quidem potiſſimùm, ut Commodis rerum poſſeſſarum utamur, & fructus ex re poſſeſſa percipiamus, quo vel de credito ſimus ſecuri, vel aliam ob cauſam. add. *præced. §. 23.* Effectus ſunt varii. Primus atque præcipuus conſiſtit in Remediis, quæ ex jure poſſeſſionis conſtitutæ deſcendunt, eaque vocantur Interdicta retinendæ poſſeſſionis, & quidem rerum mobilium eſt interdictum Utrubi, Immobilium, Uti poſſidetis, de Superficiebus, de Itinere actuque privato, de Aqua quotidiana & æſtiva, de Fonte, de Cloacis. Dantur equidem plura Poſſeſſoria remedia, ut Interdicta Acquirendæ & Recuperandæ poſſeſſionis, ſed non oriuntur ex poſſeſſione, nec ad ejus effectum rectè referuntur, verùm ex aliis cauſis deſcendunt, vid. infra *ad tit. de interdict. §. 6.* ſed de his ſingulis infra ad Librum XLIII. agemus.

Effectus Quæ Remedia oriuntur ex poſſeſſione?

Illam quoque authoritate privatâ defendere licet.

XXXIII. (2.) Poſſeſſio non tantùm prædictis Remediis juris defendi poteſt; ſed etiam privata Authoritate; *l. 9. §. 1. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.* adeò, ut illatam vim vi repellere ac propulſare, ſicque res ſuas contra turbatores ejusque aſſiſtentes defendere liceat; *l. 1. § 27. l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm. l. 1. C. unde vi.* ubi tamen requiritur, ut reſiſtens ſine vitio poſſideat, & moderamen inculpatæ tutelæ obſervet. Si enim ex invaſore bonorum fieret aggreſſor corporis, & defendens in vitæ periculo verſetur, cum internecione turbatoris ſeſeque impune cum amicis ſuis defendere poteſt. *l. 9. ff. l. 4. C. ad L. Corn. de Sicar.* add. Ordin. Crim. Car. V. *art. 150.* ibi: So einer zu Rettung eines andern Leben der Guth jemand erſt lägt. Carpzov. *Prax. Crim q. 32.* & infra ad tit. *de furt.* & tit. *ad L. Corn. de Sicar.* & licèt jam dejectus ſit de poſſeſſione, (niſi ſit Conſtituens, *præced. §. 20.*) dejicere poteſt, modò fiat in continenti, non ex intervallo. *d. l. 3. §. 9. l. 17. ff. de vi & vi arm.* Struv. *Ex. 42. th. 24.* ibique Mullerus. Quamvis verò in jure noſtro regulariter *in continenti* fieri dicatur, antequam partes ad alia negotia progreſſæ fuerint, arg. *l. 21. §. 5. ff. de teſtam. l. 137. pr. ff. de V. O.* non tamen excluditur aliquod ſpatium, per *L. 1. §. 8. ff. ad L. Falc.* idque nec maximum, nec minimum. *l. 13. uſ ff. de ſolut.* Mevius concedit triduum. *p. 5. dec. 139. n. 9.* Hodiè ſancitum legitur: Dem Beſchädigten ſamt ſeinen Verwandten und deren Mithelffern ſoll gegen die Thäter und Friedbrücher, auch den Ihren und deren Mithelffern

Licèt cum internecione turbatoris.

Si fiat in continenti. Quando hoc dicatur?

Quid hodiè?

ſeine Gegenwehr und Verfolgung zu thun zu friſcher That, oder wann er ſeine Freund und Helffer haben mag, nicht verbotten ſeyn. Ord. Cam. Imp. *p. 2. t. 9. §. 1. in f.* Gail. *de P. P. l. c. 16.* Nec obſt. *l. ſ. ff. h. t.* ibi enim non defenditur vitioſa poſſeſſio, ſed quod poſſidens reſtituere non cogatur ei, qui potius jus docere non poteſt, *l. ſ. C. de R. V.* & porrò in Interdicto uti poſſidetis vincit vi poſſidens, modò non poſſideat vi, clam aut precariò ab adverſario. *l. 1. §. ſ. ff. uti poſſ.* Beyma. *ad d. l. ſ.* latè Cluden. *d. c. 1. n. 80. & ſeqq.* Obſt. *l. 130. §. 1. ff. de R. I.*

Obj. Reſp. — Reſp. adverſus extraneos poſſeſſor qualiscunque hoc ipſo, quod poſſeſſor eſt, potiore jure eſt, quàm qui non poſſidet, eique datur interdictum, non quia vim fecit, ſed quia ipſi facta eſt.

Commodum poſſeſſionis eſt præſumtio pro poſſidente, donec Actor potius jus probet. Regula. Si duo litigantes ſe poſſidere contendant. — XXXIV. (3.) Si verò poſſeſſor ab alio conveniatur ad poſſeſſionem evincendam, non exiguum eſt commodum, quòd nemini poſſeſſio auferenda, antequam Actor potiora jura probaverit; *§. 4. I. de Interd. l. ſ. C. de R. V.* quia ſemper præſumptio eſt pro poſſeſſore, etiamſi injuſte poſſideat. *l. 2. ff. uti poſſ. d.* Mev. *p. 3. dec. 46. n. 4. & p. 6. dec. 171.* Stryck. *in uſu moderno. §. 13. ut.* D. Frommann *in diſſer. all. petit. & poſſeſſ. th. 71.* Si enim juſtiorem ſuum titulum haud probaverit adverſarius, obtinet Regula: In pari Cauſa potior eſt conditio poſſidentis. *l. 9. §. 4. ff. de publ. in rem act. l. 8. ff. de cond. ob turpem cauſam. l. 128. ff. de R. I.* junct. *l. 33. l. 36. & l. 192. ff. eod.* Mevius. *p. 5. dec. 178. & p. 4. dec. 97. & p. 8. dec. 246.* Poſth. *de man. Obſ. 1. & 73. n. 1. & ſeqq.* Struv. *Ex. 42. th. 23. &* Mullerus *diſſ. beati poſſidentes.*

Uti poſſidetis, ita poſſideatis. — Sin uterque litigatorum ſe poſſidere contendat, utrique probationis onus incumbit, & Judex pronunciare debet, uter poſſideat, ut conſtet, quis in petitorio Actoris partibus fungi debeat. *l. 35. ff. h. t.* Alias præfertur is, cui poſſeſſio primùm eſt tradita, *l. 31. §. 2. ff. de A. E. l. 9. §. 4. ff. de publ. in rem act.* etiamſi tradens dixerit: Salve jure prioris. Cluden. *c. 1. n. 31. & ſeqq.* Sin uterque litigantium pares habeat probationes, Judex pronunciabit, uti poſſidetis, ita poſſideatis. *l. 1. in f. l. 3. pr. ff. uti poſſid. l. un. C. d. t.* ibi Donell. Bocer. *cl. 4. D. 3. th. 60.* Cluden *c. 1. ſ. 2. num. 18.* & Hahn. *de Judic. Poſſeſſ. th. 87.* add. Stryck. *diſſ. de poſſidente non meliore.*

Poſſeſſor non tenetur cauſam poſſ. allegare. Limit. — XXXV. (4.) Poſſeſſor regulariter non tenetur cauſam, vel Titulum ſuæ poſſeſſionis allegare. *l. 7. C. de teſtib. l. 11. C. de pet. her.* ubi limit. Si quis interrogetur: Utrum pro poſſeſſore, an pro hærede poſſideat, idem eſt, ſi contra poſſeſſorem militet Jus Commune, vel juris præſumptio. Stryck. *in uſu moderno. §. 13. h. t.* De his & aliis limit. vid. apud Carpzov. *J. F. p. 2. C. 8. def. 4. & p. 1. c. 16. def. 23.* Brunnem. *C. 4. dec. 24.* Mev. *p. 4. dec. 337.* ubi var. limit. & *p. 8. dec. 237. n. 7.* ſupra *ad tit. de edend. §. 31.* Stryck. *in cit. diſſ. de*

neceſ-

neceſſitate edendi titulum ſuæ poſſeſſ. D. Frommann. *de act. petit. & poſſeſſor. th. 22.* aliàs adverſus extraneos etiam vitioſa poſſeſſio prodeſſe ſolet, *l. 5. ff. h. t.* cujus except. vid. *in l. 1. §. 5. ff. uti poſſid.* Nec obligatus eſt indicare partem, pro qua poſſideat. *l. 75. ff. de R. V.* (5.) Multo minus cogitur probare, rem ad ſe pertinere; ſed poſſeſſio hoc onus transfert in Petitorem, alioquin res manet apud Poſſeſſorem, licet ipſe nihil probaverit. *d. §. 4. I. de Interd. l. 2. C. de probat. l. 4. C. de edend. d. l. 5. C. de R. V.* add. ſupra *ad tit. de probat. §. 17.* hinc JCtus *in l. 24. ff. de R. V.* monet: Is, qui deſtinavit rem petere, animadvertere debet, an aliquo Interdicto poſſit nanſciſci poſſeſſionem, quia longè commodius eſt, ipſum poſſidere, & adverſarium ad onera petitoris compellere, quàm alio poſſidente petere. vid. omnino Cluden. *d. c. 1. n. 4. & mult. ſeqq.* & Frider. *de Interd. concluſ. 11. n. 17. & ſeqq.* ubi n. 60. monet, agenti poſſeſſorio cautiſſimè declinandum eſſe petitorium. infra *ad tit. de Interd. §. 17.* Proinde adverſus poſſeſſorem Remedio L. Diffamari experiri volens non auditur, ne per Indirectum poſſidens dictum beneficium amittat. Carpz. *p. 2. C. 7. def. 13.* Non obſt. *l. 16. C. de probat.* quæ de dominii, non poſſeſſionis probatione accipienda; nam poſſeſſio & proprietas nihil commune habent, *l. 12. §. 1. ff. h. t.* ſcilicet quoad identitatem ſpecificam; nam Dominium longè fortius eſt Poſſeſſione. Interim tamen multa nihilominus habent communia. late Beyma, *ad d. l. 12. §. 1.* Hahn. *d. t. num. IIX.* & Franzk. *ad ff. tit. de A. E. n. 89.* Quando tamen poſſeſſio non relevet ab onere probandi, ex modò dictis limitationibus patet. add. Hertius *diſſ. de quaſi poſſidente probante.*

Nec pro qua parte poſſideat.

Nec debet probare, rem ad ſe pertinere. Conſilium JCti Caji.

Obj. Reſp.

XXXVI. (6.) Poſſeſſor rerum immobilium liberatur ab onere Satisdationis judicio ſiſti, *l. 15. pr. ff. qui ſatisd. cog.* ita tamen ut magis reſpiciendum ſit ad jus, poſſeſſor habet in re poſſeſſa, quàm ad poſſeſſionis eſſentiam. *d. l. 15. §. 1.* vid. latè ſuprà *ad modo. dict. tit. §. 16. & ſeqq.* (7.) Per poſſeſſionem rei immobilis quis ſubjicitur Jurisdictioni, & ratione illius rei coram Judice rei ſitæ conveniri poteſt, licet quoad perſonam non ſit ſubjectus, vel de cætero privilegiatus, vel in alieno territorio domicilium habeat. *l. ſ. C. ubi in rem act.* Sic extra controverſiam, & ſimiliter in Camera Imper. uſitatum eſt, ut Clerici actione reali coram Judice ſeculari rei ſitæ conveniantur. Mynſ. *C. 1. Obſ. 22. n. 2. C. 4. Obſ. 91. C. 5. Obſ. 93. num. 6.* Gail. *l. 1. O. 37. n. 4. 5. & de Pignor. O. 7. n. 2.* Umm. *Proc. D. 4. n. 35.* Gylmann. *Dec. Cam. voc. Cleric.* Roding. *Pand. Cam. l. 1. t. 17. n. 18. & ſeq.* ubi præjudicia apud Deckh. *inter ſententias Cam. N. 984. in cauſa Scabin. Lond. contra Abbatem St. Laur.*

Poſſeſſor immobilium liberatur à ſatiſdat.

Sed ſubjicitur Jurisdictioni. Licet quoad perſonam exemptus.

Sicuti Clericus coram Judice ſeculari convenitur.

poſt multos, Klock. *Relat. XI. n. 3.* add. ſupra *ad tit. de juriſdict. §. 32. & 33. & de judic. §. 54.* (8.) Poſſeſſor autem actione quoque reali poteſt conveniri, ſic *l. un. C. de al. jud. mut. cauſ.* dicitur: quod poſſeſſio in rem actionem pariat adverſario.

Actione reali poteſt conveniri. Re poſſeſſa utitur. Fructus percipit. Impenſas deducit.

XXXVII. (9.) Porrò Effectus ſpecialis & liberæ poſſeſſionis eſt, ut quis re poſſeſſâ arbitrio ſuo uti queat; *l. 11 ff. de vi & vi arm.* & Fructus, Reditus atque proventus percipiat. *l. 28. ff. de uſur.* uti videre eſt *ex tit. praeced. de A. R. D. §. 111. & ſeqq.* Unde ex hac perceptione poſſeſſionem probari dicitur *in l. 48. ff. de ſolut.* Item (10.) habet beneficium Retentionis propter impenſas. vid. *d. praeced. tit. §. 112. & 114* Struv. *Exerc. 42. th. 25.* ibique Mullerus. Quæ ſi non ſint liquidæ, erga cautionem de ſolvendo præſtitam poſſeſſio eſt reſtituenda. Fab. de Anna, *conſ. 43.* & per ea, quæ ſupra *ad tit. locat. cond. §. 83.* (11) Poſſeſſio cum b. f. & juſto titulo conjuncta parit uſucapionem ad quærendum dominium. *pr. I. l. 3. l. 25 ff. de uſucap. l. 7. pr. ff. pro emt. l. 20. C. de pact. c. 3. de R. I. in 6to. l. un. C. de uſuc. transf. l 8. §. 1. C. de praeſc. XXX. vel XL. ann.* de quo *tit. mox ſeq.* Struv. *Exerc. 42. th. 26.* ibique Mullerus. Et ſi ante hanc impletam poſſeſſio ſit amiſſa, locum habet Actio realis, publiciana, de qua ſupra *ad tit. de publ. in rem act.* (12.) Si Poſſeſſor juſtiſſimum turbationis habeat metum, deſuper implorare poteſt officium Judicis; arg. *l. 13. §. 3. ff. de uſufruct.* & in Cam. Imper. Mandatum de non offendendo conceditur. Gail. *de P. P. l. 1. c. 2. num. 10.* Interdum tamen, qui vult per Mandatum in poſſeſſione defendi, titulum poſſeſſionis ſuæ docere debet. uti latè Mev. *d. p. 4. dec. 316. & ſeqq* Poſth. *Obſ. 2. & ſeqq. & O. 41. 42. & Dec. 25.*

Poteſt uſucapere.

Contra turbationis metum implorat offic. Jud. & conceditur Mand. de non offend.

XXXVIII. Contraria Poſſeſſionis præcipuè conſiſtunt in Turbatione & Amiſſione. Turbatio eſt actus, quo liberæ & quietæ poſſeſſionis exercitium alterius injuriâ impeditur. Fit vel in judicio, vel extra judicium; & utroque modo vel Verbis, vel Factis. Poſthius *tr. de manut. obſ. 41.* Struv. *Exerc. 42. th. 28. num. ſeqq.* ibique Mullerus. de quibus infra *ad tit. uti poſſid.*

Contraria. Turbatio quid? Quomodo fiat?

XXXIX. Amiſſio eſt, ſi quis rem animo ſibi habendi detinere deſierit. *l. 3. §. 8. 9. l. 42. §. 1. ff. h. t.* Fitque vel mortuo poſſeſſore, vel eo adhuc vivente. Illo modo amittitur, quoniam animus ad poſſeſſionis eſſentiam neceſſarius apud defunctum non amplius exiſtit, eaque propter ipſa Poſſeſſio planè extinguitur, nec ad ſuos hæredes tranſit; quæ enim plurimum facti in ſe habent, ſicut Poſſeſſio, ad hæredes non tranſmittuntur, cùm in omnia defuncti jura ſuccedant, non verò in facta. *l. 23. pr. ff. h. t. l. 1. §. 15.*

Amiſſio quid? Contingit poſſeſſ. vel mortuo &c.

§. 15. ff. Si is qui teſt. lib. Unde hæres etiam ſuus non conſequitur poſſeſſionem hæreditatis; niſi res hæreditarias apprehenderit, *dd. ll. l. 30. §. 5. ff. h. t.* & hoc ex ſtricta juris ratione. Bruccus, *d. tr. quæſt. 3. num. 6.* Poſth. O. 55. Struvius *Exerc. 42. th. 17.* ibique Mullerus. Non obſt. *l. 30. pr. ff. ex quib. cauſ. maj.* ubi vocabulum Poſſeſſionis pro uſucapione ſumitur. Cluden. *tr. quotid. c. 2. num. 61. & ſeqq.* Interdum tamen ex ſtatuto vel conſuetudine Poſſeſſio in hæredem ipſo jure ſine apprehenſione, transfertur. vid. *praced. §. 12.* & latè Cluden. *d. tr. c. 3.* Frider. *de Interdict. Comment. 29.* Gail. *l. 2. O. 129. n. 5. & Obſ. 152. num. 11.* Myns. *c. 4. O. 39.* Stryck. *in uſu moderno §. 6. cum. ſeqq.* Talem conſuetudinem in Gallia & multis Italiæ locis receptam eſſe confirmat Tiraq. *tr. le mort ſaiſit le vif. decl. 2. num. 1. 2.* D. Harpprecht. *in Reſp. 85. n. 142. cum ſeqq. & Reſp. 71. n. 49. cum ſeqq.* Vel alias ex æquitate Poſſeſſio defuncti cum hæredis poſſeſſione conjungitur & continuatur. e. gr. ſi defunctus V. & hæres V. annos poſſederit hæc tempora conjunguntur ad perficiendam decem annorum uſucapionem, *§. 7. I. de uſucap. l. 14. ff. de divers. & temp. praſc.* ſi medio tempore alius eam non occupaverit. *l. 20. ff. de uſuc.* de quo plura *ad ſeq. tit. de uſuc. §. 19.* Sed ſi, v. gr. Colonus, per quem Dominus poſſedit, mortuus ſit, benignitate receptum eſt, ut Dominus nihilominus adhuc poſſidere intelligatur *l. 40. §. 1 ff. h. t.* ibi Beyma duplicem caſum ex *d. l.* excipit. (1.) Si poſt mortem Coloni extraneus poſſeſſionem occupaverit, & in hæreditate coloni non manſerit. *l. 20. ff. de uſuc. l. 15. §. 1. & 2. ff. de div. & temp. præſcript.* (2.) Si Dominus, compertâ morte Coloni, poſſeſſionem adipiſci neglexerit. Benignitas enim juris vigilantibus, non deſidioſis, ſubvenire ſolet. *l. 6. §. 7. l. 24. inſ. ff. quæ in fraud. cred.* & negligens deſerere poſſeſſionem videtur. *d. l. 40. §. 1.* Bicc. *d. tr. quæſt. 10. n. 2. pag. 157.*

Ampl.

Limit. Et poſſeſſio in hæredem transfertur ex ſtatuto.

Vel ex æquitate continuatur.

Mors coloni Domino non obeſt.

Ampl. l. 40. §. 1. ff. h. t.

XL. Vivo poſſeſſore, variis quidem modis amittitur poſſeſſio; *Ad ejus tamen* Amiſſionem & Animus & Corpus ſimul requiritur; quemadmodum enim nulla poſſeſſio acquiri, niſi animo & corpore, poteſt, ita nulla amittitur, niſi in qua utrumque in contrarium eſt. *l. 8. ff. h. t.* junct. *l. 153. ff. de R. J.* Sive à Corpore, ſive ab animo amiſſionis initium fiat, modò utrumque concurrat. Si enim animus poſſidere amplius nolit in corpore, tanquam famulo, amiſſionem ſecum trahit. *l. 18. pr. ff. h. t.* Neque ſolo corpore ſine animo poſſidere deſino. *l. 46. ff. h. t.* Nec obſt. *l. 3. §. 6. ff. eod.* ubi à parte principaliori fit denominatio, & ibi Jul. à Beyma vult animum tanquam inſtrumentum amittendæ poſſeſſionis conſiderari. vid. Bachov. *d. D. th. 7. lit. G.* Sic etiam animo ſolo poſſeſſio retineri dicitur: non per imaginationem vanam, ut

Vel ille vivente Simul Animo & Corpore.

Obj.

Reſp.

Quomodo intellig. Poſſeſſionem animo ſolo retineri?

ut nulla facultas ingrediendi ſuperſit, ſed, ut quis apprehendere poſſit, quando velit, qui enim non vult poſſidere, cùm poteſt, corpore deſinit poſſidere, licèt rem adhuc teneat, & quamprimum facultas rei tenendæ amiſſa, ipſa poſſeſſio amiſſa habetur. *l. 3. §. 13. ff. h. t.* Bicc. *d. tr. quæſt. 3. n. 9* vid. *præced. §. 29.*

Amiſſio dicitur fieri quoad modum, vel Animo ſolo,

XLI. Modos autem amiſſionis quod attinet, vel animo ſolo, vel Corpore ſolo, vel Animo & Corpore ſimul fieri dicitur. quamvis hæ amiſſiones uti ex ſupra dictis patet, quoad effectum non differant. Animo ſolo fieri dicitur, non quod corpore retineatur, ſed quòd Corpus tantummodo in poſſeſſione maneat, & amiſſio ab animo incipiat: ut quis alieno nomine ſe poſſidere declaret. *l. 18. pr. ff.* add. Mev. *p. 5. dec. 77.* Struv. *Exerc. 42. th. 32.* ibique Mullerus.

Vel Corpore ſolo.

XLII. Corpore ſolo: cum præter intentionem facultas rei corporaliter inſiſtendi adempta eſt, Incipit autem à Corpore, & Animus per conſequentiam abjicitur, etenim vellet quidem poſſeſſionem rei habere, modo poſſet; ſed facultas rei inſiſtendi proxima poſſeſſori invito adimitur, hinc dicitur amiſſio coacta, quæ contingit (1.) Juſtè, Occupatione bellicâ, *l. 18. §. 4. ff. h. t.* add. *l. 23. § 1. & 2. ff. eod.* in qua notabiliter dicitur, quod à poſtliminio reverſo novâ poſſeſſione opus ſit, etiamſi nemo medio tempore res ejus poſſederit, *l. 15. ff. de uſucap.* vel officio Judicis. *l. 30. §. 2. ff. eod.* (2.) Injuſtè; per furtum, cui res mobilis animo furandi ſubrepta, is ſtatim intelligitur deſinere poſſidere, vel poſſeſſionem amittere: quia ipſi facultas proxima rem apprehendendi adimitur. *l. 3. §. 18. l. 15. l. 47. ff. h. t. præc. §. 6.* Stryck. *in uſu moderno §. 11. h. t.* Item per violentam occupationem, expulſionem nempe, vel dejectionem poſſeſſoris. *l. 3. §. 9. l. 6. §. 1. l. 15. ff. h. t. l. 5. ff. de uſucap. l. 1. §. 25. 32. & 45. ff. de vi & vi armat.* Struv. *Exerc. 42. th. 34.* Si tamen dejecti ſervi aliive, per quos retineri poteſt poſſeſſio, non ſimul dejecti ſint, poſſeſſio haud amiſſa cenſetur. *d. l. 1. §. 45.* quamdiu unus è familia remanet. Poſth. *O. 50. num. 1. & Dec. 74.* Struv. *th. 31.* Aliàs licet Dominus illic vinctus teneatur, dejectus tamen cenſetur, *d. l. 1. §. 47.* & ſic differt à caſu *legis 23. §. 2. ff. h. t.* ſin ſervus Dominum dejecerit, per eundem nihilominus retinetur poſſeſſio. *l. 40. pr. ff. h. t.* Bicc. *p. 3. par. num. 105.* Item per clandeſtinam occupationem, ſi quis clàm, poſſeſſore ad nundinas profecto, vel aliàs ignorante, forſan controverſiæ futuræ præcavendæ causâ, fundum ingreſſus ſit, & Dominum revertentem non admiſerit, ſed fugaverit, *d. l. 6. pr. & §. 1. l. 1. §. 24. & 29. ff. de vi & vi arm.* vel Dominus, metu turbæ aut vis majoris, reverti nolit, ſed rei deſinat inſiſtere, tunc poſterior occupans fit poſſeſſor. *l. 3. §. 8. l. 7. l. 25. §. 5. ff. h. t. d. l. §. 29.* Quamdiu verò prior poſſeſſor vel ignorat

Amiſſio coacta.

Poſſeſſio adimitur vel juſtè vel per injuriam, furto,

violentâ occupatione.

Niſi unus è familia remaneat.

Si Dominus ibi vinctus teneatur

Si ſervus Dominum dejiciat.

Clandeſtina occupatione.

Lauter.

eat poſſeſſionem ab alio occupatam: *l. 46. ff. h. t.* Bicc. *quæſt. 10. n. 1.* vel credit, clandeſtinum invaſorem ſibi venienti ceſſurum poſſeſſionem, nondum amiſit. *d. l. 6. §. 1.* Bicc. *d. l. num. 105.* Item ſi Commodatarius, Depoſitarius, &c. rem animo ſibi habendi detinere incipiat. *l. 47. ff. h. t. eod. l. 1. §. 20. l. 3. §. 18. l. 20. ff. eod. l. 67. pr. ff. de furt.*

Caſu, ſi res periit,

XLIII. (3.) Caſu, v. gr. rei immobilis interitu; non entis enim nullæ ſunt qualitates; ut ſi flumen vel mare fundum occupaverit; *d. l. 3. §. 17. l. 12. §. ſ. ff. de reb. aut. jud. poſſ.* non tamen ad aliquot ſolummodo dies, & mox reſtitutus ſit. *l. 30. §. 3. ff. eod. l. 24. ff. quib. mod. uſ. am.* ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 52.* Perditione rei mobilis, ſi in flumen demerſa, *l. 13. pr. ff. h. t.* vel ſub noſtra cuſtodia eſſe deſierit, dum ſurrepta vel amiſſa, licèt à nemine poſſeſſa, ignoremus autem, ubi eſſet, ut ſpes recuperandi depoſita ſit *l. 3. §. 13. & 18. l. 15. l. 25. pr. l. 47. ff. h. t. l. 5. ff. de uſucap.* Bicc. *d. tr. quæſt. 10. num. 1.* vid. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 48.* Aliud eſt in Servo fugitivo; *l. 13. pr. l. 50. §. 1. ff. h. t.* quando vero ejus poſſeſſio intervertatur, *præt. §. 30.* jam dictum. In recenſitis autem caſibus amiſſio non incipit ab animo, ſed, ob deficientem facultatem rem apprehendendi, tandem ex juris neceſſitate Animus poſſeſſionis deponitur.

Amiſſa ſit.

Aliud in ſervo fugitivo.

Vel Animo & Corpore ſimul.

XLIV. Animo & Corpore ſimul poſſidere deſinimus, *l. 8. ff. h. t.* ut ſi ab initio noſtrâ voluntate diſceſſerimus, quod ſit, rem alteri ſimpliciter & ſponte tradendo, *l. 3. §. 9. ff. eod.* & quidem eo fine; *l. 18. §. 1. ff. d. t.* Manumittendo, *l. 30. §. 4. h. t.* add. *l. 38. pr. ff. eod.* vel rem pro derelicto habendo, vel ſpontè derelinquendo; *l. 37. §. 1. ff. de uſucap.* Mev. *p. 3. dec. 77.* Struv. *Exerc. 42. th. 33.* ibique Mullerus. add. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 45.* Conſecrando: *l. 30. §. 1. ff. h. t.* modò mortuum corpus humanum animo ſepeliendi in loco hactenus poſſeſſo illatum ſit. *l. 40. ff. l. 10. C. de rel. & ſumpt. fun.* Egrediendo eo animo, ne amplius poſſideat. *l. 44. §. ſ. ff. h. t.* Eaque mente Culturam, aliosve Actus poſſeſſorios omittendo. *l. 17. §. 1. ff. d. t.* Nec non poſſeſſio amiſſa præſumitur, ſi quis petat, ſe adhuc immitti in poſſeſſionem: vel recuperandæ poſſeſſionis remediis experiatur: vel contra adverſam ſententiam in poſſeſſorio latam non appellaverit. Mevius, *p. 3. dec. 159.*

Poſſeſſio amiſſa quandoque præſumitur.

Quomodo poſſeſſio amittatur per alium? Limit.

XLV. Multum tamen intereſt, per nosmetipſos, an per alios poſſideamus? *l. 44. §. 2. ff. h. t.* Hoc enim caſu, ſi Domini voluntate diſceſſerint, aut vi dejecti fuerint, poſſeſſio amittitur. *l. 3. §. 9. ff. h. t. l. 1. §. 22. ff. de vi & vi arm.* Sin illi, per quos hactenus poſſidebamus, deſidiâ vel dolo, ſicque ſponte poſſeſſionem deſeruerint, aut furere cœperint, nihil penitus Domino præjudicii generatur; ſed apud eum nihilominùs remanet poſſeſſio, ne ex aliena

Niſi per deſidiam aut do-

mali-

...lum deſerentes.

gnitate alienum damnum emergat illi, qui animum poſſidendi retinet. *l. 3. §. 8. ff. h. t. l. 31. ff. de dolo malo. l. 31. §. 3. ff. de uſuc.* Obſtare videntur *l. 31. l. 40. §. 1. ff. h. t.* Sed dictam ſententiam Imperator confirmavit. *in l. f. C. h. t.* add. ibi Brunnemann.

Aliud eſt in acquiſitione.

Aliorum namque malitia aut deſidia non præjudicat quoad poſſeſſionem, quamvis benè præjudicet quoad acquiſitionem. Dominus enim malam ſuam electionem ſibi imputare debet, *d. l. f.*

Domino tamen conſulitur contra deſerentes.

Domino tamen datur Condictio ex *d. l. f. C. h. t.* contra tales detentores deſerentes ad reſtituendam omnem jacturam, i. e. poſſeſſionem cum omni cauſa. Item ex cauſa mandati ob neglectum officium ſuſceptum, ad intereſſe agere poteſt contra eosdem. *d. l. f. ff. l. 8. §. f. ff. mand.* Dominus quidem ſibi poteſt præjudicare propriâ negligentiâ, *l. 40. §. 1. ff. h. t. l. 37. §. 1. l. 38. ff. de uſucap.* aliove modo. uti *in præced. §. 42. in med.*

Si detentores poſſeſſionem & deſerant & transferant.

XLVI. At ſi dicti detentores non tantùm poſſeſſionem deſeruerint; ſed ſimul animo transferendæ poſſeſſionis alii tradiderint, ſuoque facto intervertant poſſeſſionem, ea amittitur, *l. 3. §. 8. l. 44. §. fin. junct. l. 3. §. 9. ff. h. t. l. 33. §. 4. ff. de uſucap. l. 29. ff. quib. mod. uſ. am.* quo caſu, aliis contra. *l. 46. ff. h. t.*

Sic ignorantes eam amittunt.

etiam ignorantes amittunt poſſeſſionem. *d. l. 44. §. f. d. l. 1. §. 22.* Jul. à Beyma, *ad l. 3. §. 9. ff. h. t.* ita inquit: *Quia per traditionem etiam à non Domino factam tranſit poſſeſſio: aliud eſt enim rem tradi, aliud rem vacuam occupare, ille juſtam poteſt habere ignorantiam, hic vero nullam habet excuſationem, quia ſcire debet, quod ſuum non eſt, id ad alium pertinere l. 11. verſ. Omnes C. unde vi.*

Si colonus partem poſſ. tradiderit

Si tamen colonus rem ita tradiderit, ut aliquam poſſeſſionem retineat, per illum totam poſſeſſionem retinemus, *l. 32. §. 1. ff. h. t.* add. Bicc. *d. tr. quæſt. 10. n. 2.* ubi ſimiliter ac Jul. à Beyma vult, *in d. l. 3. §. 9.* loco *tradiderunt*, legendum eſſe *tradiderint*. Struv. *Exerc. 42. th. 35.*

An poſſeſſ. amittatur per Arreſtum? An per Sequeſtrationem?

XLVII. Quær. An per Arreſtum poſſeſſio amittatur? Reſp. Negando; quoniam arreſtum aſſimilatur Miſſioni ex primo decreto, ex quo non veram quis accipit poſſeſſionem; ſed nudam rei detentionem. *l. 3. §. f. l. 10. §. 1. ff. h. t.* Gail. *de Arreſt. c. 12. num. 7. & ſeqq.* add. infrà *ad tit. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. §. 21.* Similiter per Sequeſtrationem regulariter non transfertur poſſeſſio, ſed apud eum, qui ſequeſtri tempore fuit poſſeſſor, permanet; niſi conſtet, rem dimittendæ poſſeſſionis cauſæ ſequeſtri traditam eſſe. *l. 39. ff. h. t.* ibi Jul. à Beyma, Poſth. *Obſ. 60. & dec. 162. num. 7.* add. ſupra *ad tit. Depoſiti. §. 48.*

TIT.

TIT. III.

DE USURPATIONIBUS ET USUCAPIONIBUS.

Inſt. *Lib. 2. Tit. 6.* Cod. *Lib. 2. 36. & Lib. 7. Tit. 30. & ſeqq. uſque ad Tit. 40.* Nov. 9. junct. *N. 111. & 131. c. 6.* Cauſ. 16. *quæſt. 3. & 4.* Extra, *Lib. 2. Tit. 26.*

§. I.

USucapionem non ultimum Poſſeſſionis effectum eſſe, diximus *præced. tit. §. 37.* Necnon inter modos J. Civ. Dominium adquirendi primum locum habet. De ea h. t. agitur, qui quidem inſcribitur de Uſurpationibus & Uſucapionibus, ſed ex *l. 2. ff. h. t.* conſtat, hanc eſſe quoad ordinem priorem, Uſurpationem vero poſteriorem. Continuatio. *Inſcriptio h. tit.*

II. Uſucapio rectius dicitur, quam Uſus capio, uti legit A. Gellius, *Noct. Att. l. 7. c. 10.* quia non uſum, ſed uſu, ſive per uſum capimus vel acquirimus. *l. 13. l. 29. ff. h. t.* Uſus autem hic non commoditatem, ſed poſſeſſionem ſignificat, *l. 25. l. 31. pr. ff. h. t. l. 115. ff. de V. S. l. 7. §. 2. ff. pro empt.* & Capio acquiſitionem. *l. 71. l. 140. ff. de V. S. l. 1. §. 5. l. 3. §. 5. ff. de A. R. D.* Vocabulum uſucapionis etiam ſæpe diviſim in Jure ſcriptum reperitur. *l. 4. §. 17. l. 31. §. 6. l. 41. l. 43. l. 44. §. 2. ff. h. t. l. 18. ff. de R. V. l. 1. §. 2. ff. pro dote. & paſſim.* Accipitur (1.) Jure Veteri, quo res mobilis anno ubique uno, vel immobilis biennio; ſed tantum in ſolo Italico, acquiſita. *pr. J. h. t.* (2.) Jure Novo, quo res mobiles triennio, immobiles inter præſentes X. inter abſentes XX. annis acquiruntur; etiamſi non in Italia, ſed in Provinciis ſitæ ſint, *d. pr. l. un. C. de uſuc. transform.* & dicebatur Longi temporis præſcriptio. *dd. ll.* (3.) In genere pro omni dominii acquiſitione, quæ fit per uſum, ut ſic omnem præſcriptionem contineat. *t. t. de uſuc.* Hinc Uſucapio varia in jure nomina habet vicaria, v. gr. Uſus, *l. 19. l. 20. l. 23. §. 1. ff. ex quibus cauſ. Maj.* Poſſeſſio, *d. l. 19. l. 30. pr. inſ. ff. eod.* Diutinæ poſſeſſionis capio, *l. 7. §. 2. ff. pro empt.* Præſcriptio, *t. t. C. de uſuc. transf.* Auth. *Malæ Fidei. C. de præſc. long. temp.* Temporis ſuffragium, *l. 25. ff. de don. int. V. & U.* Per longum tempus capio. *48. §. 1. ff. de A. R. D.* Temporis definitio, *l. 1. C. ne rei dom. vel templ. vind.* Incubatio diuturna. *l. 5. C. eod.* Germ. Verjährung. Vocabuli Uſucapionis Etym. Homon. Synonym.

III. Præſcriptio, quaſi temporis præfinitio, *c. 2. x. de conceſſ. præbend.* longâ poſſeſſione capio, *l. 4. §. 1. l. 14. ff. pro empt.* dicitur à præſcribendo, i. e. præveniendo & præfigendo. Sumitur (1.) Generaliter, pro quacunque exceptione; hinc non rarò *præſcribere* loco *excipere* ponitur. *L. 11. in f. ff.* Vocab. Præſcriptionis Etymolog.

[illegible] *l. 9. & l. 5. C. & t. t. de except. l. 29. pr. ff. de rei. vind. l. 91. ff. de solut. l. 12. §. 9. ff. de judic. l. 1. ff. de susp. tut.* (2.) Specialius, pro exceptione & poſſeſſione temporis lege definiti. *t. t. l. de perpet. & temp. act. t. 5. ff. de div. & temp. praeſcr.* ubi de præſcriptione actionum agitur. (3.) Specialiſſimè, pro acquiſitione per tempus. *pr. J. h. t.* (ubi in inſcriptione Cujacius & alii pro præſcriptionibus ſupponunt poſſeſſionibus, ſed perperàm. Bachov. Vinn. *ad d. pr.*, Ludwell. *ad J. Diſp. 6. thes. 1. lit. c.*

Divid. Divid. in Præſcriptionem Rerum & Actionum. De hac infra *Lib. 44. tit. 3.* Illa eſt Longi, Longiſſimi, & Immemorialis temporis, de quibus in ſeqq. add. Hahn. *ad W. h. t. N. III.*

Differentia inter Uſuc. & Longi temporis præſcript. ex Jure antiquo. IV. Olim Uſucapio & Præſcriptio differebant. Struv. *Ex. 43. th. 3.* ibique Mullerus. (1.) Rebus poſſeſſis atque loco; Illa enim erat rerum corporalium, *l. 43. §. 1. ff. de A. R. D.* omnium mobilium & immobilium Italicarum. *pr. I. h. t.* Hæc immobilium propriè ſolarum, *arg. l. 3. l. 9. ff. de div. & temp. præſcript.* item incorporalium, *l. 10. pr. ff. ſi ſerv. vind.* & corporalium, in Provinciis. *l. un. C. de uſuc. transf.* (2.) Tempore; Mobilia enim ubiq; e. i. e. in Italia & Provinciis anno continuo: *l. 31. §. 1. ff. h. t.* Immobilia ſoli Italici biennio uſucapiebantur. Præſcriptio verò longi temporis in Provinciis inter præſentes continui Decennii, inter abſentes Vicennii ſpatio uſitata erat. *d. pr. d. l. un. l. pen. l. ult. C. de præſcript. long. temp.* (3.) Effectu. Uſucapione acquirebatur Dominium & actio in rem directa. *l. 3. ff. h. t. l. 1. §. 1. ff. de publ. in rem. act.* Præſcriptio autem non eſt dominii acquiſitio; ſed juris dominio proximi, Poſſeſſionis ſcilicet atque exceptionis. *d. l. pen.* Unde etiam utilis in rem dabatur actio. *l. 8. pr. C. de præſcr. 30. ann. l. 10. pr. ff. ſi ſerv. vind.* vid. alteram Baſ. *fabrol. jur. lib. 4. cap. 1.* & Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 12. th. 1. lit. H.*

Quaſi hodie ſublata non eſt. Sed ex Conſtitutione Imp. Juſtiniani hæc Uſucapionis & Præſcriptionis jura vel ſublata, vel invicem communicata ſunt, *l. un. C. de uſuc. transf. l. un. C. de nud. jur. Quirit.* ut hodiè nulla differentia attendatur; Balb. *de præſcr. p. 1. quaeſt. 3.* Bachov. *d. l. & th. 7. lit. B.* Molina. *de J. & J. tom. 1. D. 60. num. 5.* Carpzov. *J. F. p. 2. C. 25. def. 1. n. 4.* Struv. *Exerc. 43. th. 3.* ibique Mullerus. nempe quoad præſcriptionem rerum & longi temporis, uti *ex d. l. un.* patet, & quidem per omnia etiam quoad effectum. *l. 8. C. de præſcr. 30. ann.* Sicque Præſcriptio hodiè deſcribi ſolet per longi temporis uſucapionem. Hahn *d. l.*

Niſi quoad præſcr. longiſſ. temp. Inter Præſcriptionem autem longiſſimi temporis & Uſucapionem quoad tempus & effectum adhuc eſt differentia. juxta. *d. l. 8. §. 1. & t. t. C. eod.* Beyerus *h. t. pag. § 114.*

Definitio. V. Uſucapioni autem, uti dictum, exæquata eſt Præſcriptio rerum & longi temporis; à JCtis deſcribitur, quòd ſit adjectio dominii per continuationem

tionem poſſeſſionis tempore lege definiti. *l. 3. ff. h. t.* Dicitur Adjectio ſecundum lectionem Florentinam, quia Dominium poſſeſſioni à lege adjicitur; Weſemb. *h. t. n. 3.* ſed alii malunt, quod, juxta lectionem Vulgatam, Ponatur Adjunctio: quia Uſucapio eſt modus dominium acquirendi. *§. ſ. I. de uſ. & hab.* Hahn. *d. l. inſ.* Dividitur ab Objecto in Uſucapionem rerum mobilium & immobilium; *pr. I. h. t. d. l. un. C. de uſuc. transf.* nam Uſucapio etiam rebus immobilibus, *l. 33. §. 1. l. 37. & ſeqq. ff. h. t. d. l. un. & poſſeſſ. in jure.* & Præſcriptio rebus mobilibus tribuitur. *l. 3. l. 9. ff. de div. temp. præſcr.* A Forma vel ratione Temporis in Annalem, Triennalem, Decennalem, &c. Diviſio.

VI. Cauſa Efficiens Remota eſt jus Civile; Uſucapio enim relativè conſiderata eſt modus acquirendi dominii Civilis. Abſolutè verò conſiderata, & ratione originis eſt Juris Gentium; nam Reip. intereſt, ne rerum dominia ſint in incerto, Sic Puſend. *de J. N. & G. l. 4. c. 12. §. 9.* dicit, Uſucapionem niti tacitâ conventione Gentium. Hinc jure Moſaico probatur; *Levit. c. 25. verſ. 29.* add. *Judic. c. 11. verſ. 26. junct. verſ. 33.* & Græcis quoque fuit uſitata, Plato, *d. LL. lib. 12.* Cicero, *de offic. l. 2.* Ab his verò Romani per quosdam Viros in Græciam miſſos eam conſecuti ſunt, quæ in leg. XII. tabularum redacta: *pr. I. h. t.* Liv. *Hiſtor. lib. 3.* uti pluribus exemplis illuſtrat Puſendorf. *d. l. §. 11.* & poſtea variis Principum Conſtitutionibus aucta, emendata atque confirmata eſt. *d. pr. I. t. l. 3. ff. h. t. l. f. & t. t. C. de præſcr. long. temp. l. 4. C. de præſcr. 30. ann. l. un. C. de nud. jure Quir. toll. l. un. C. de uſuc. transf.* D. Cocceju in diſſ. *de præſcript. extraordin. ſ. anomala §. 1. cum. ſeqq.* Nam J. G. in genere tanti temporis ſilentium in Domino ſufficit, quantum ad repetendum jus ſuum probabiliter ſatis alii non negligenti & ſufficienter inſtructo, intra quod ſi tacuerit, jus ſuum pro derelicto habuiſſe cenſetur. ita Dn. Ziegler. *ad Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 4. §. 1. in fin.* Jus verò Civile, præter alia requiſita, etiam certum determinavit annorum numerum, *d. l. un. C. de uſuc. transf.* & hâc ratione dicitur Juris Civilis.

C. Effic. R.

Rat. orig. eſt J. Gent.

Rat. determinationis J. Civ.

VII. Cauſa, quâ Gentes motæ eam introduxerunt, & Romani approbarunt, eſt ſalus publica; ne ſcilicet quarundam rerum diu, & ferè ſemper incerta dominia forent, *l. 1. ff. h. t.* nec poſſeſſores acquirendarum rerum metu ſemper torquerentur; *l. 7. C. de præſcr. 30. ann.* ſed litium aliquis finis eſſet. *l. f. ff. pro ſuo.* Idque voluit rerum humanarum conditio, quandoquidem tranquillitas & civitas beata nunquam exiſteret, niſi tale ſuppeteret remedium: Nec ſubſiſtere inter homines commercia poſſent. Puſend. *d. l. §. 5. & 6.* ubi Reſpondet Hugoni de Roy, qui legem de Uſucapione dicit pœnalem. Nec proinde C. Imp.

Non repugnat Juri Naturæ aut Juſtitiæ.

de Præſcriptio juri Naturæ contractatur. Non obſtante præcepto; Neminem cum alterius damno fieri debere locupletiorem. *l. 14. ff. de cond. indeb. l. 206. ff. de R. J. l. 11. ff. de R. J.* Item: Rem invito domino auferendam non eſſe. *l. 11. ff. de R. J.* Hoc enim tantum de tali privatione accipiendum, quæ fit ſine juſtitia, ratione & cauſa. Cum itaque hic juſta boni publici cauſa ſubſit, quod eſt præceptum ſuperius; proinde hoc in caſu præceptum naturæ inferius cedat oportet. Nam publica privatis anteferenda bonis. *2. Sam. 21.* Prætereaque Dominus culpa non caret, quod tanto temporis ſpatio in res ſuas non inquiſierit. Hinc, qui rem ſuam ab alio uſucapi patitur, licet ſpecialis illius voluntas non concurrat, invitus tamen dici nequit, imò alienare videtur *l. 28. ff. de V. S.* item *l. 16. ff. de fundo dot.* uſucapio inter alienationes refertur. Et licèt absque facto ſuo, traditione ſcil. vel quaſi, res in alium tranſire non poſſit; ſibi tamen imputare debet, quod ab alio poſſeſſas non vindicaverit. *l. 16. ff. ex quib. cauſ. maj.* Unde honeſta eſt acquirendi juris Civilis ratio: non verò impium præſidium, uti quidam *ex Nov. 9. in med.* ajunt, ubi tamen Imperator de abuſu loquitur. LL. enim Civiles hominum iniquitates non probant. Hactenus dicta ſolide explicant H. Conring. *de Finib. Imp. c. 19.* Winckler. *de princ. Jur. l. 2. c. 4. pag. 187. & l. 5. c. 3. pag. 410. & ſeqq.* Ziegl. *loc. cit.* & ibidem Dn. Henniges. Boecler. Hahn, *h. t. N. IX. & X.* Card. Lugo, *de I. D. t. 1. ſ. 1. n. 5. & ſeqq.* Molina, *de I. & I. t. 1. D. 61. per tot.* Haunold. *de I. & I. t. 1. tr. 5. c. 2. n. 63. & ſeqq.* Brunnem. *Ex Juſtin. t. pr. & ſ. Eccl. l. 1. c. 6. m. 1. n. 21. & ad R. J. Can. 73. n. 1. 6.* Pufend. *loc. cit.* Richter. *dec. 21. n. 60.* Struv. *S. I. C. Ex. 43. th. 2.* ibique Mullerus. Dn. Stryck. *D. de foro conſc. c. 6. num. 161. & ſeqq.* vid. Hugo de Roy, *de eo, quod juſtum, l. 3. t. 1. n. 3.* Mev. *ad Jus. Lub. p. 1. t. 2. rubr. de præſcr. num. 1. & ſeq.* Idem tamen, in dubio contra eam pronunciandum eſſe, ſtatuit. *p. 2. dec. 102. n. 1.*

C. E. Prox. eſt Poſſeſſio Civilis.

VIII. Cauſa Proxima eſt juſta poſſeſſio; ſine quâ uſucapio contingere non poteſt. *l. 3. l. 25. ff. h. t. c. 3. de R. J. in 6to.* Mev. *p. 1. dec. 102. n. 4.* Poſſeſſio autem per excellentiam hic accipitur pro Civili, quâ quis rem poſſidet tanquam ſuam, voluntate Domini, *pr. & ſ. 1. J. h. t.* non enim acquiritur Dominium ſine animo. per *l. 11. ff. de O. & A.* unde arg. *l. 30. ſ. 2. ff. h. t. l. 1. ſ. 5. ff. de itin. actuque priv.* ibi Gloſſa, tantum uſucaptum, quantum poſſeſſum. D. D. Harppr. *conſ. 72. n. 157. ſeq. ſ. 19. inſ.*

Unde excluduntur,

Ergo Depoſitarius, conductor. Dn. a Lincker *dec. 143. & 702. reſol. 45. & 361.* Tutor, Procurator, & ſimiles non poſſunt uſucapere, quia tantùm ſunt in poſſeſſione; quod etiam dicendum, de Uſufructuario, Vaſallo, Creditore, & aliis, qui citra affectionem Domini rem detinent; *l. 13. pr. ff. h. t. l. 6. de uſufructu.* D. Harppr.

conſil.

conſil. 30. n. 58. cum ſeqq. D. Lauterb. *in Diſſ. de Jur. ant. chr. th. 40.* Molina, *d. l. D. 62.* item Sequeſter, quamvis interdum vere poſſideat, *l. 17. §. 1. ff. depoſ.* tamen ad effectum uſucapiendi non ſufficit. add. ſupra *ad tit. de A. vel A. P. §. 9.*

IX. Juſta poſſeſſio eſt neceſſaria, Ad cujus qualificationem requiritur, 1. Juſtus titulus. *pr. J. h. t. l. 24. C. de R. V. l. 4. C. de long. temp. praeſcr. l. un. C. de uſuc. transf.* non generalis *l. 1. pr. ff. pro ſuo l. 27. ff. h. t.* ut & *in d. l. 28.* ſed ſpecialis, quatenus accipitur pro cauſa ad transferendum rerum dominium habili; quo ipſo excluduntur depoſitum, mandatum, pignus, &c. ſed tales ſunt Venditio, Donatio, Solutio, Datio in dotem, Legatum, & ſimiles *d. pr. d. l. 27. ff. h. t. l. 1. pr. ff. pro ſuo. l. 3. §. 1. ff. de A. vel A. P. l. 31. pr. ff. de A. R. D. l. 1. §. 2. l. 2. ff. de publ. in rem act.* ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 15.* Porro regulariter debet eſſe verus, non opinatus vel putativus, ut ſi quis exiſtimans ſe emiſſe, vel ſibi donatum eſſe, poſſideat. *§. 6. J. l. 27. ff. h. t. l. 1. pr. ff. pro don. l. ſ. C. de uſuc. pro her.* add. *l. 6. pr. ff. ad munic.* Niſi Juſta erroris & credulitatis cauſa ſubſit *l. 11. ff. pro empt. l. ſ. §. 1. ff. pro ſuo. l. 33. §. 1. verſ. hoc amplius. l. 48. ff. h. t.* late Balbus, *in ſuo tract. de praeſcr. Reſol. L. Celſus. 27. ff. h. t.* Alexand. Ludovſiius *in Deciſ. Rot. Roman. 250. n. 15. & 16. in addit.* Joh. Voetius. *n. 4. h. t.* Hinc ſi quis procuratori mandaverit, ut rem emat, & procurator perſuaſerit ei, ſe emiſſe, atque ita tradiderit, uſucapio ſequitur. *d. l. 11.* Idem eſt, ſi Error ſit facti, (non proprii, *l. 7. ff. ad Sct. Vell.* niſi agatur de damno vitando. Balbus, *d. l. n. 52.*) ſed alieni, *d. l. 33. d. l. 11. d. l. ſ. §. 1.* ut, ſi quis à pupillo, quem puberem putabat, emerit, *l. 2. §. 15. ff. pro empt.* vel à furioſo, quem ſanae mentis credidit. *d. l. 2. § 16. l. 7. §. 2. & 4. ff. de publ. in rem. act.* Aliud exemplum habes *in l. 3. ff. pro ſuo.* Struv. *Exerc. 43. th. 14.* ibique Mullerus. Joh. Voetius. *n. 5. tit.* Secus eſt, ſi quis in Jure erraverit; ut ſi quis ſciat eſſe pupillum, putet tamen ei licere abſque tutoris autoritate res ſuas adminiſtrare. *l. 4. l. 7. l. 8. ff. de jur. & fact. ign. d. l. 2. §. 15.* Nam in uſucapionibus nunquam juris error poſſeſſori prodeſt. *d. l. 4.* & generaliter *in l. 11. pr. l. 32. §. in ſ. ff. h. t.* Joh. Voetius. *n. 5. tit.* Limitat quidem Covarruv. in ignorantia juris valde obſcuri, ſed Molina id procedere tradit, ne quis puniatur, vel detrimentum in ſuis patiatur, non tamen ut ſibi aliena acquirat. *d. t. Diſp. 64. n. 23.* Haunold. *d. c. 2. n. 177.* D. Harppr. C. 26. n. 25. & 145. & C. 30. n. 48. add. *ſeq. §. 11. in ſ.* ſuprà *ad tit. de jur. & fact. ign. §. 13.*

X. Hic Titulus non tantùm requiritur ad uſucapionem rerum corporalium; ſed etiam incorporalium, quales ſunt ſervitutes. *d. l. 24. C. de R. V. l. 1. §. ſ. ff. de aq. pluv.* & maxime *l. ſ. in ſ. C. de praeſcr. long. temp.* add. Balb. *p. 2. pr. 4.*

Secundum ad quam requiritur. 1. Juſtus titulus.

Qui ſint.

Verus, non putativus.

Licet erraneus in facto?

Verum non in jure.

An Titulus etiam ad acquiſitionem incorporalium requiratur?

pr. 4. pag. 209. n. 5. & pag. 217. & ſeqq. C. I. A. *ad tit. de ſervit. th. 53. & ſeq.* Dn. Frommann. *Diſſ. de ſilva traditione. th. 19.* ibi: *nulla ſufficiens ratio impedimento eſt, quo minus a rebus corporalibus ad incorporales argumentemur.* vid. Vinn. *ſel. quæſt. l. 1. cap. 31.* Manz. *ad tit. ſi ſerv. vind. n. 115.*

Obj. Reſp.

Multi quidem ſunt in contrarium, & in modo d. Diſp. citatus jungi poteſt Hahnold. *d. l. num. 300. & ſeqq.* Struv. *Exerc. 43. th. 15.* moti potiſſimum *l. 10. pr. ff. ſi ſerv. vind.* ubi tamen non agitur de ſervitute acquirenda, & de requiſitis uſucapionis; verùm de jure acquiſito. Quomodo autem acquiratur, hic nihil dicitur, ſed JCtus per verba, *de jure*, potius modum intelligit, qui eſt præſcriptio, idque probant verba ſeqq. *vel alio modo.* ſuprà *ad tit. de ſervit. §. 13. & 14.* ubi oſtenſo, quomodo in juribus negativis prohibitio patiente domino prædii ſervientis tribuat titulum. add. *ad tit. de A. vel A. P. §. 10. &* D. Graſs. *in diſſ. de jur. ſont. th. 9.*

2. requ. Bona Fides. quid ſit?

XI. II. Requiritur Bona Fides. *pr. J. h. t. l. 2. C. de præſcr. long. temp.* quæ in jure variè accipitur. Hic eſt juſta & firma opinio, qua quis credit, rem, quam poſſidet, ſuam eſſe, vel ut Hahnold. eſt conſcientia bona atque probabilis circa poſſeſſionem rei alienæ, ut ſuæ; *d. c. 2. n. 179.* & ſic credit, tradentem Dominum fuiſſe, juſque transferendi habuiſſe. *pr. J. h. t. l. 109. ff. de V. S. l. 13. §. 2. ff. de publ. in rem act. l. 2. §. 15. ff. pro empt.* add. *l. 27. ff. de C. E. l. 21. C. de furt. l. 6. pr. ff. de A. vel A. P.* add. ſuprà *ad tit. de A. R. D. §. 110.*

Excludit Dubium præcedens.

Dubitans itaque vel titubans bonâ fide non poſſidet; quia non credit, ſed dubitat, Molina, *D. 6. 3. n. 8.* Diſtingui tamen ſolet inter dubium præcedens acquiſitam poſſeſſionem, & ſubſequens. Illud uſucapionem impedit, quia cum dubio negativo poſſeſſionem incipere, non licet, ſed b. f. ab initio adeſſe debet. *d. l. 6. pr.* Stryck. *in uſ. mod. §. 3. h. t.*

ſuperveniens præſcriptionem

Sin dubium ſuperveniat, iterum diſting. inter Practicum, an ſcilic. poſſeſſor rem ſine peccato retinere poſſit? & Theoreticum vel ſpeculativum, an ſcil. autor ipſius Dominus fuerit? Illud in mala fide conſtituit, ob conſcientiam erroneam; Molina, *d. l. num. 11.* Hoc non item, quia dubitans pro ignorante habetur. *l. 8. l. 37. §. 1. ff. h. t. d. l. 2. §. 15.* Videndum tamen, utrum Dubitans magis inclinet in opinionem, rem eſſe alienam? tunc accuratè debet inquirere de veritate, & ſi non certo eveniat, rem eſſe alterius: licèt in ſpeculativa ſua dubitatione remanſerit, poſſeſſionem tamen continuare poteſt; quia melior eſt conditio poſſidentis poſt Brunnem. Struvium, & alios, Dn. Stryck. *D. de foro conſc. c. 6. num. 170. & ſeq. & Tract. de jur. ſenſ. Diſſ. 10. c. 4. num. 72. & ſeqq.* Molina, *d. l. num. 9. & Diſſ. 16. num. 2.* Balb. *p. 2. pr. 3. pag. 110. & p. 3. pr. 6. pag. 560.* Struv. *Exerc. 43. th. 12.* Müllerus *in diſſ. de mala fide ſuperven. cap. 2. th. 2.* D. Harpprecht. *C. 30. n. 99. cum ſeqq.* Joh. Voëtius *n. 6. h. t.* Multo

ma-

magis uſucapere impeditur, qui Errore juris deceptus credit, rem eſſe ſuam; *l. 31. pr. l. 32. §. 1. ff. h. t. l. 4. ff. de jur. & fact. ign. l. 15. qui teſtam. fac. poſſ. d. l. 2. §. 15. l. 4. C. qui bon. ced.* niſi ſit error juris dubii & controverſi, qui errori facti comparatur, nec præſcriptionem impedit. Et hanc, ceu communem Theologorum atque JCtorum ſententiam, comprobat Haunold. *d. l. num. 204.*

Errore juris.

Niſi juris controverſi.

Ab initio debet adeſſe.

XII. Sufficit autem, & quidem de Jure Civili, poſſeſſionem ab initio, i. e. tempore Traditionis, bona fide acquiſitam eſſe; Nec ad tempus contractûs reſpiciendum. Licèt enim ſciverit, tempore promiſſionis vel contractûs rem promittentis propriam haud fuiſſe, ſufficit tamen, ſi credat, eum tempore apprehenſæ poſſeſſionis vel traditionis eſſe Dominum. *l. 4. §. 18. l. 15. §. 3. l. 44. §. ff. h. t. l. 48. §. 1. ff. de A. R. D. l. un. C. de uſuc. transf. l. 13. l. 14. ff. pro emt. Nov. 119. c. 7.* In emtione tamen hoc ſingulare eſt, quòd & contractûs & traditionis tempore accipiens in b. f. eſſe debeat. *l. 7. in f. ff. h. t. l. 2. pr. in f. ff. pro emt.* exque his *l. Lex 10. pr. ff. h. t.* eſt explicanda. Ratio Differentiæ patet ex *l. 15. §. 3. ff. h. t.* quia ſcil. etiam ſciens b. f. rem alienam ab alio quis ſtipulatur; nemo autem ſciens rem alienam à non Domino emere b. f. poteſt, unde nec illi evictio competit. *l. 27. C. de evict.* Franzk. & Vinn. *ad pr. J. h. t. num.* vid. Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 22. th. 6 lit. A. & B.* Joh. Voëtius. *n. 7. & n. 10. adject. exceptiones.* Nec ultimam rationem notat Dn. Hert. quia E. V. tractatum præambulum de re & pretio deſiderat. *Commentat. tom. 3. D. de contr. Dom. transl. th. 8.* add. Mullers. *diſſ. de m. f. ſuperveniente.*

Quando dicatur Initium?

Secus in Emptione.

L. 10. pr. ff. h. t. expl.

XIII. Uſucapionem autem ſemel legitimè cœptam non impedit, etiamſi Mala Fides tempore intermedio ſuperveniat, cùm de Jure Civili non ſemper b. f. poſſidere debeat. *d. l. un. §. 7. I. l. 15. §. 3. l. 44. §. 2. ff. h. t. l. d. 48. §. 1. ff. de A. R. D.* Stryck. *in uſu moderno §. 2 h. t.* Jure verò Canonicò hæc Juris Civilis diſpoſitio mutata eſt, eoque omni intermedio tempore, & in omni præſcriptione b. f. uſque ad completam uſucapionem requiritur continua, ut quævis mala fides ſuperveniens uſucapionem impediat. *c. f. x. de præſcript. c. 2. de R. J. in 6to.* Molina, *D. 65.* Haunold. *d. c. 2. contr. 2. num. 182. & ſeqq.* quod [illegible] in Praxi & Camera Imperiali obſervatur Myns. *C. 4. O. 6. num. 4. & O. 18. num. 6.* Meichsner. *l. 2. dec. 24. num. 15.* Gebhard *in tr. de uſucap. num. 29. & 31.* Carpzov. *J. E. p. 2. C. 3. def. 7 & 8. & l. 1. Reſp. 53 num. 10.* Brunnemann *ad d. l. un. & l. f. C. Comm. de uſuc. num. 5.* Mod Piſt. *V. 2. Conſ. 57.* Mev. *ad Jus Lubec. d. l. num. 16 & p. 2 dec. 101. num. 2. & dec. 102. num. 6.* Pachin. *L. 1. contr. 64.* Puſendorfius dicit, hanc Juris Canonici ſententiam magis ad ſanctimoniam Juris Naturalis accedere. *d. l. §. 5.* Zanger. *de Except.*

An ſuperveniens Mala Fides uſucap. impediat? Non J. Civ. ſed Canon.

[illegible] in praxi.

p. 2.

p. 3. cap. 10. num. 106. Struv. *Exerc. 41. th. 11. & 21.* ibique Mullerus. In dubio tamen hæc Bona Fides tàm ab initio, quàm in progreſſu adeſſe præſumitur. *l. 11. C. unde vi.* Nemo enim ſcire debet rem eſſe alienam. DD. Graſs. *in collat. 11. Reg. Imper. §. 2. fol. 579.* Joh. Voetius *n. 9. tit.* Mala Fides ab Actore ita probanda, ut non ſufficiant præſumptiones vel conjecturæ, ſed probari debet poſſeſſoris certa rei alienæ ſcientia. *l. 5. l. 21. de Prob.* Gebhard. *d. l. num. 30.* Maſc. *de probat. Concl. 1222. num. 4.* Mulin. *D. 16. num. 3.* Carpz. *d. def. 8.* Kluck. *V. 2. Conſ. 21. num. 75.* D. Harpprecht *C. 30. n. 95. cum ſeqq. & in diſſ. de præſcript. immemorial. in collectis th. 57. 59. & 60.* Fieri tamen poteſt, ut poſſeſſor jurejurando ſuam B. F. adſtruere teneatur, ſi magnæ ſuſpiciones contra eum militent. Carpzov. *d. l. num. 8.* Quid verò, ſi ſententia lata ſit in favorem poſſeſſoris malæ fidei, an purget ipſam malam fidem? poſt alios, negat Balb. *p. 2. pr. 3. p. 113. & p. 161. num. 3.*

In dubio b. F. præſumitur. Mala Fides probanda.

Jgnorantium etiam b. f.

Subj. Uſucapere poſſunt.

XIV. Subjectum ſunt omnes, qui rem à non Domino acceptam civiliter poſſidere, & dominium acquirere poſſunt: *pr. I. l. 3. l. 25. ff. h. t.* Ludwell. *d. Diſſ. 6. th. 2. lit. b.* ſive ſint Patresfamilias, ſive Filiifamilias, & hi non tantum quoad bona caſtrenſia; ſed & quaſi caſtrenſia; *l. 4. §. 1. ff. h. t. l. 6. §. 5. ff. de inj. rupt. teſtam.* imo & adventitia, arg. *l. 6. §. 1. & pen. C. de bon. quæ liber.* Sin cauſa ſit peculii profectitii, jus ex uſucapione reſultans Patri ſtatim acquiritur. *pr. I. per quas perſ. c. acquir.* Struv. *Exerc. 41. th. 7.* ibique Mullerus. Pupilli, qui ſunt infantiâ majores, ut intellectum capiant animumque poſſidendi habeant, abſque tutoris authoritate & inchoare poſſunt Uſucapionem, & continuare poſſeſſionem. *l. 4. §. 2. ff. h. t. l. 32. §. 2. ff. de A. vel A. P.* Lauterb. *l. 8. Contr. 19.* Non ergò uſucapere poſſunt Infantes, niſi tutoris authoritas accesſerit. *l. 1. §. 3. l. 32. §. ff. d. t.* Sed Furioſus, ne quidem cum Curatore, uſucapionem inchoare poteſt, quia poſſeſſionem acquirere nequit. *d. l. 1. §. 3. l. 5. l. 40. ff. de R. I.* Illa vero inchoatâ, per furorem ſupervenientem curſus uſucapionis non interrumpitur. *l. 44. §. 6. ff. h. t.* Poſſeſſionem namque retinet, quia contrariam voluntatem non declaravit. *l. 27. ff. de A. vel A. P.* Quid tamen ex æquitate obtineat vid. *ad. prac. tit. de A. vel A. P. §. 25.* add. *l. 28. ff. h. t.* Mutus, Surdus & Cœcus, ſi, quod agitur, intelligant, uſucapere poſſunt, arg. *l. un. ff. de bon. poſſ. fur. l. 93. §. 1. 2. ff. de A. vel O. H.* Uti Poſſidere, ita etiam per alias Perſonas uſucapere licet, & quidem Domini per Servum, etiam ignorantes in rebus peculii uſucapiunt. *l. 8. pr. l. 28. l. 47. inf. ff. h. t. l. 1. §. 5. l. 44. §. 1. ff. de A. vel A. P. l. 2. §. 11. l. 7. §. 8. ff. pro emt.* Vinn. ad. *§. 5. J. per quas perſon. cuique acquiritur.*

Filiifam.

Pupilli infantia maj.

Infans cum tut. auth.

Furioſus non inchoat, tamen continuat.

Mutus. Surdus. Cœcus.

Cura-

Curatores verò Procuratores, &c. ignorantibus quoque poſſeſſionem acquirere poſſunt, ſed conditionem uſucapiendi demum ſcienti Domino *§ ſeq.*

XV. Quoniam uſucapio eſt modus Civ. Dominium acquirendi, proin excluduntur & prohibentur, qui Cives Romani non ſunt, *l. 4. §. 4. l. 44. §. 7. l. 118. ff. de R. I.* ut ſunt Servi, Peregrini, Proſcripti, Deportati, Banniti, qui actus Juris Civilis exercere non poſſunt. Joh. Voetius. *n. 2. h. t.* Nec uſucapiunt, qui alterius tantùm nomine: vel etiam, qui ſaltem naturaliter poſſident. *l. 2. C. de præſcr. 30. ann.* Franzk. *ad §. 3. I. h. t. n. 3. prec. §. 5.* Tertio enim præſcriptio neque nocet neque prodeſt, quod idem de Fidejuſſore accipit Schilt. *ad ff. Ex. 45. §. 60. in ſ. & ſeqq.* Diſſ. Carpzov. *p. 1. deciſ. 34.* add. Balb. *de præſcr. part. 2. pr. 5. pag. 50.* Quia uſucapio non prius incipit currere, quàm ad notitiam noſtram pervenerit. *l. 47. ff. h. t.* Nemo enim poteſt rem uſucapere, niſi ſit in b. f. Ergo, licet Dominus per Procuratorem Poſſeſſionem acquiſiverit, antequam ſciret, quod ſit in bona fide, uſucapio currere nequit. Balb. *p. 2. pr. 5. pag. 108.* D. Harpprecht. *C. 30. n. 20. cum ſeqq.* Civitates & Univerſitates quoque poſſidere & uſucapere poſſe, dubio caret: *l. 7. §. 3. ff. ad exhib. l. 2. ff. de A. vel A. P.* modo ſingulares etiam perſonæ de Universitate ſint in bona fide Balbus *p. 179.* Joh. Voetius *n. 8. tit.* Loſæus, *de jur. univerſ. p. 3. c. 17. n. 3.* Hieron. *de monte de fin. reg. c. 72. n. 1.*

Prohibentur.

An per alium poſſit inchoari?

Ratio.

Civitates & Univerſitates.

XVI. Objectum ſunt res alienæ, mobiles & immobiles, corporales & incorporales; ſpecialiter exceptæ non inveniuntur *pr. I. h. t. l. un. C. de uſucap. transf. l. 43. §. 1. ff. de A. R. D. l. ſ. C. de præſcript. long. temp.* Ut itaque res per uſucapionem acquiri poſſit, requiritur I. Ut reſpectu poſſeſſoris ſit Aliena, hoc vocabulo propriè & poſitivè accepto. Alienum enim quid dupliciter dicitur, poſitivè, quando res non eſt poſſeſſoris, ſed tertii, alicujus tamen propria; vel negativè, quod nec poſſeſſoris, nec alterius eſt. Hocque requiſito excluduntur (1.) Res poſſeſſoris propriæ, quod enim ſemel meum eſt amplius meum fieri nequit. *§. 10. I. de leg.* Poſſumus quidem rem ex pluribus cauſis poſſidere, ſed non niſi ex una cauſa Dominium contingere poteſt. *l. 3. §. 4. ff. de A. vel A. P.* & ſupra *ad tit. § 7 & 23.* Neque refragatur. *l. 15. §. 16.* ibi *Quod magis ut ex ſecundo decreto fiat Dominus.* junct. *l. 44.* ibi. *Quid miſſus ex ſecundo decreto rem acquirat per uſucapionem. ff. de damn. infect.* Nam dicti textus loquuntur de diverſis Dominii ſpeciebus. Sic Dominus non poteſt quoad unam eandemque Dominii ſpeciem Rem per uſucapionem acquirere, poteſt tamen quoad aliam, ſcilicet Dominus directus dominium utile, & Utilis directum uſucapere non prohibetur. Struv. *in S. J. F. cap. 15. aph. 3. n. 4. & 5.* & de tali cauſa dd. ll. loquuntur, & *in d. l. 15. §. 16.* per Dominium

Object. Uſucapi poſſunt Res Alienæ.

Dupliciter dicitur Alienum.

Exclud. 1. Res propriæ.

Obj.

Reſp.

minium ex ſecundo decreto acquiſitum intelligitur Prætorium; Verùm, quia Prætor Quiritarium condere non poterat, neceſſe erat, ut illud per uſucapionem acquireretur.

8. Quæ ſunt extra commercium. XVII. (2.) Res, quæ non ſunt in commercio. Quamvis enim & hæ non ſint poſſeſſoris, quia tamen etiam non ſunt tertii alicujus, & ſic non

v. gr. poſitivè alienæ, per Uſucapionem acquiri non poſſunt; Uſucapio enim non eſt

Res Sacræ, modus dominium acquirendi originarius, ſed derivativus. Tales ſunt res

Sanctæ, Sacræ, Sanctæ & Religioſæ *§. 1. l. & l. 9. ſ. h. t. L. 4. ff. de mort. infer. l. 6. pr.*

Religioſæ, *ff. de contr. empt.* Coccejus *diſſ. de evocat. ſuror. ſect. 3. §. 1.* Item ſi Liber ho-

Liber homo. mo. *dd. l. l. 53. §. 1 ff. de V. O.* qui nullo temporis ſpatio, nec per ſexagin-

Ampl. ta annorum curricula poteſt per uſucapionem acquiri. *l. ſ. C. de long. temp. præ-*

Si quis ſe pro Doctore *ſcript. quæ pro libert.* add. *L. 7. C. de ing. manum.* Hinc DD. concludunt, licèt

long. temp. geſſerit? ſe quis longiſſimo tempore pro Doctore, Magiſtro vel Tabellione geſſerit, eo

Res publicæ ipſo tamen titulum illum acquirere non poſſe, quia res illa non eſt in Commercio; ſed ab iis ſolummodo, quibus poteſtas talis conceſſa eſt, confertur. Gebhard. *d. tract. de uſucap. c. 1. num. 9.* Et tantum abeſt, ut titulum illum acquirant, ut potius in crimen falſi incidant, & pro admiſſi qualitate graviſſimè puniantur. *l. 27. §. fin. ff. de falſ.* Res publicæ. *d. l. 9. l. 45. pr. ff. h. t. d. l. 6. pr.* Joh. Voetius *n. 12. h. t.*

9. Res meræ facultatis. XVIII. (1.) Huc communiter referuntur Res meræ facultatis. vid. ta-

Quæ tales dicuntur? men Hahn. *ad Weſ. h. t. N. X. verb. Aut meræ.* Tales dicuntur, quæ citra conventionem & obligationem, vel ex Jure Naturali, vel Gentium, libero alicujus arbitrio relictæ ſunt, ita, ut quis rebus illis uti vel non uti abſque præjudicio poſſit, ut ire per Viam publicam, licèt enim quidam ex civibus continuo, & quidam planè non per dictam viam iverint, inde tamen illi nullum jus acquirunt, & hi non utendo nihil amittunt. *L. 2. ff. de via publ. & itin.* In publico campo ludere, in balneo lavare, in theatro ſpectare, *l. 2. §. 9. ff. ne quid in loco publ.* feneſtram facere, aut aliud quid in ſuo ædificare. *l. 9. l. 24. ff de S. P. U. l. 8. l. 9. C. de ſerv. & aq.* Coccej. *diſſ. de rebus meræ facult. & de præſcript. immemorial. c. 5. n. 22. & ſeqq.* Sic ſi ſubditi vel per centum mille annos tantùm ſuum molendinum, furnum, &c. viſitaverint, inde non quæritur jus molitori, aut ad prohibendum Domino. Nam actibus meræ facultatis & voluntatis nullo unquam tempore præſcribitur, nec per eos quæritur obligatio, nec quaſi poſſeſſio, aut jus aliquod. latè Mevius, *p. 1. dec. 60. per tot.* Card.

An jus Reluendi pignus, Tuſch. *P. 6. lit. R. Concl. 37.* Balb. *p. 4. pr. 5 pag. 464.* Hering. *de Molend. q. 18.* D. Harpprecht. *V. 6. conſ. 19.* Huc refertur Jus vel Offerendi vel Reluendi pignus, eiq; præſcribi non poſſe traditur *L. 44. §. 5. ff. h. t. l. 7. C. de pign.*

poſt multos, Berlich. *p. 2. concl. 3. n. 26.* Carpz. *J. F. p. 2. C. 1. def. 3.* Faber. *in C. ad tit. de luit. pign. def. 19.* Hahn. *ad Weſ. h. t. N. 14. verb. D pactis.* qui hanc ſententiam præjudiciis confirmant, eamque, ceu veriorem & æquiorem, Camera Imperialis ſequitur, teſt. Mynſ. *C. 1. O. 16. & C. 6. O. 70.* Balb. *p. 1. pag. 452. ſeqq.* Gail. *l. 2. O. 18. n. 4.* Buſ. *ad l. 13. ff. h. t.* Hujus rationes ponit, cum aliis, Ludwell. *d. D. 6. th. 3. lit. c.* quòd creditor ſit in mala fide, & ad effectum uſucapiendi non poſſideat. Sed hæc non ſufficiunt, uti explicat Franzk. *Ex. 5. q. 6.* & ſimul ſatisfacit diſſentienti Bachovio. Hæc tamen ratio omnibus quoque debitoribus, proprium debitum contra Creditorem præſcribere volentibus, evidenter obſtat, quam ſententiam rectiorem, communiorem, & pietati moribusque bonis convenientiorem dicit poſt Cothm. *V. 2. Reſp. 72. n. 33.* Mev. *p. 4. dec. 281. n. 4.* Hinc neque Statutum, quod, ſi creditor non petierit debitum intra certum tempus, cadat ſuo jure, vel quod ulterius non audiatur, ob debitoris malam fidem, valet. latè Balb. *p. 2. pr. 4. pag. 168. & ſeqq.* Fach. *l. 1. c. 68.* Sin meræ facultatis rebus prohibitio acceſſerit, & alter acquieverit: tum definito tempore non locus ipſe, qui prohibitus eſt, ſed jus tantum prohibendi acquiritur. *l. 18. § f. ff. quem ſerv. am.* Carpz. *J. F. 2. p. C. 4. def. 9. & 11.* Struv. *Exerc. 43. th. 21.* ibique Mullerus D. Schœpff. *diſſ. de ſervit. præſcr. extinctiva. cap. 1. § f.* Quædam verò res facultatis terminos notiſſimos egrediuntur, & jura potius ſunt, hæ, quia continent jus formatum in judicium deducibile, omninò per præſcriptionem, ſine alio novo actu, amitti poſſunt. *l. 3. l. 4. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Ziegler. *ad Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 4. § 15.* v. gr. jus Adeundi hæreditatem, *l. 7. § 2. ff. l. 7.* ibique Brunnemann. *C. de H. P.* Jus Nundinarum, *l. 1. ff. de nund.* Braxandi, Carpz. *d. C. 6. def. 4.* Mev. *p. 2. dec. 3. n. 6.* & alia jura, quorum exercitium ſponte intermittitur. Negligentia enim, præſertim longa, tacitam inducit renunciationem & præſcriptionis regulas ſequitur. Mev. *p. 2. dec. 1. num. 2. & 8.* Niſi contra utilitatem publicam aliquid operetur, quare jus Monopolii præſcriptione non acquiritur; quo reſpectu dicitur, Quod non eſt ceſſibile, non eſt præſcriptibile. Mevius, *p. 7. dec. 257.*

Creditor, qui debitum non petiit intra long. temp. jure ſuo non cadit.

Si rebus meræ facultatis prohibitio acceſſerit, vel contineant jus.

Niſi contra util. publ.

Regula.

XIX. Res alienæ acquiruntur per uſucapionem. Sive ſint Corporales, ſive Incorporales. Illæ quidem propriè poſſidentur, & olim tantùm uſucapiebantur, ſed Novo Jure etiam hæ, ad exemplum rerum corporalium immobilium, longo tempore quaſi poſſideri poſſunt, *l. 10. §. 1. ff. ſi ſerv. vind.* & per conſequens uſucapi. *l. fin. C. de long. temp. præſcr.* vid. *præced. § 10.* Quær. quid dicendum de annuis reditibus? & Reſp. Licèt per 10. vel 40. annos nihil exactum, nullique præſtiti ſint Annui Reditus, jus tamen non eſſe

Etiam uſuc. res incorporales.

An Annui reditus?

præſcriptum, per lapſum enim tantùm præſcribitur Reditus cujuslibet anni: cum ſingulis annis una naſcatur actio, & cujusque anni propria ſit præſcriptio. Adeoque quot anni, tot præſcriptiones. *c. 10. x. de cenſibus c. 18. x. de jurejur. l. 7. §. 6. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Ita Praxis eſt communis. per AA. ſupra *ad tit. de Ann. leg. §. 5. & 8.* citt. Brunnem *ad l. 8. §. 5. C. de præſcr. 30. ann. n. 1. 2.* Buſ. *de ann. redit. l. 2. c. ult. num. 6.* Klock. *tom. 4. conſil. adopt. 1. n. 153.* Frommann. *Diſp. de Ann. Redit. theſ. 45.* Dn. Harpprecht. *de præſcr. ... à collect. cap. 2. th. 7.* D. Hertius, *vol. 2. d. 3. de præſcript. jur. per. temp. intervallare naſcent. ſect. 1. §. 12. vid.* Böhmer. *diſſ. de præſcript. ann. redit.*

Tria Corporum genera; Unita, Corporum autem, quæ uſucapiuntur, tria ſunt genera: Unita, Conjuncta, & Disjuncta. *L. 30. pr. ff. h. t.* Unita ſunt, *l. 23. §. 5. in fin. de R. V.* quæ uno ſpiritu continentur, ut homo, tignum, lapis, &c. hæc ſimul cum omnibus partibus poſſidentur & uſucapiuntur; ſicut enim hæ res ſimul generantur, ita

Conjuncta. etiam ſimul acquiruntur. Conjuncta, quæ ex contingentibus, h. e. pluribus partibus inter ſe cohærentibus, conſtant, v. gr. ædificium, navis, armarium, &c. tale totum ſi quis poſſideat, etiam uſucapere poteſt, partes tamen & res ſingulæ non unà & ſimul poſſidentur, *l. 30. pr. ff. de A. vel A. P.* uſucapiuntur: Inconveniens enim Romanis videbatur, unam rem diverſis temporibus poſſideri & uſucapi, ſed immobiles domus partes decennio, & mobiles triennio præſcribuntur, poſtquam ab ædificio ſeparatæ ſunt; *l. 23. pr. §. 2. ff. h. t.* quæ verò rebus ſoli non implicantur; ſed mobilia permanent; uti in annulo gemma, cùm utrumque maneat integrum, ſimul poſſidentur & uſucapiuntur. *d. l. 30. §. 1. ff. h. t.*

Disjuncta. Disjuncta ſeu collecta vocantur, quæ ex disjunctis partibus uni nomini ſubjectis conſtant; ut Populus, Legio, Grex, Hoc ut quis poſſideat & uſucapiat, requiritur, ut omnes ejus partes ſimul poſſideat & uſucapiat, *C. J. A. th. 10. h. t.* Joh. Voetius. *n. 11. h. t.* inque hoc corpore, quia ſingulæ partes habent cauſam, locum habet *præced. §. 8.* dicta Regula: Tantum uſucaptum, quantum poſſeſſum. *d. l. 30. §. 2. l. 1. §. 5. ff. de itin. actuque priv.* Gail. *l. 2. O. 68. n. 5.* Berlich. *p. 2. concl. 49. num. 25.* add. *ad tit. de A. vel A. P. §. 13.*

Uſucap. Res ſpecialiter non excepta. Prohibetur ob rei qualitatem, Res vitioſa. XX. II. Requiritur, ut uſucapi res ſpecialiter non excepta inveniatur. *l. 24. pr. ff. h. t.* Lege autem prohibetur vel ob illius qualitatem, vel ob poſſeſſoris favorem. Illius generis ſunt Res Vitioſæ; quæ enim in ſe habent vitium, uſucapi non poſſunt, *§. 3. I. h. t.* ut Res furtivæ, quales etiam dicuntur, quæ à non Domino dolo malo alienatæ; *§. 2. I. eod.* & vi poſſeſſæ. *d. §. 2. I. l. 4. §. 6. & 23. l. 24. §. 1. l. 33. pr. ff. h. t.* Joh. Voëtius. *n. 14. h. t.* Illarum uſucapionem inhibent Lex XII. Tabb. & Lex Attilia

lia vel Atinia: harum Lex Julia & Plautia, *d. §. 2. d. l. 4. §. 6. d. l. 33. pr. & §. 2. l. 6. ff. vi bon. rapt.* quia eſt vitium reale, vel realiter afficiens, cum res ſemper uti ab initio affecta tranſit. *§. 7. I. l. 24. §. 1 ff. h. t. l. 11. C de acq. vel ret. poſſeſſ. l. 2. & ſeq. C. de uſucap. pro empt.* Hinc Dominium rei furtivæ manet penes priorem Dominum, qui eam vindicandi facultatem habet, *l. 7. § 12 ff. de A. R. D.* Si enim Res à furibus alienari, & alienatæ uſucapi poſſent, feneſtra furtis non coercendis aperiretur latiſſima. Cum autem furtum ſit propriè rerum mobilium; in his non facilè procedit, ut b. f. poſſeſſoribus uſucapio competat, dum facilè in furti vitium cadere poſſent; *d. §. 2. ubi quomodo uſucapio rei mobilis procedere poſſit, quibusdam illuſtratur exemplis.* Dantur tamen caſus, quibus res à non Domino dolo malo alienatæ tamen vitioſæ non fiunt: e. gr. in rebus expilatis, ſi jacente hæreditate tertius rem hæreditariam apprehenderit & alienaverit, furtum enim committitur tantum rerum poſſeſſarum, Res autem hæreditariæ, jacente hæreditate, licet propriè non ſint nullius, ſed ipſius hæreditatis, tamen non poſſidentur: non ab hæreditate, utpote quæ non habet voluntatem & affectionem poſſidendi, non ab hærede, quia poſſeſſionem nondum apprehendit, earum ergo furtum fieri non poteſt. *l. 2 ff. expil. hered. l. 1. §. 15. ff. ſi is, qui teſtam. liber. juſſ.* Hæc tamen Lex limitationem recipit: ſi ſcil. tertii alicujus interſit, ne res illa auferatur, e. gr. ſi defunctus rem fortè pignori dederat aut commodaverat; aut in qua uſusfructus alienus eſt. *l. 68 pr. l. 68. l. 69. l. 70. ff. de furt. l. 31. ff. h. t.* Alius eſt caſus, ſi res vitioſa in domini poteſtatem reverſa, vel vitium rei purgatum fuerit. *§. 3. I. h. t.* vid. *ſeq. §. 23.* Porrò ad hanc claſſem rerum uſucapi prohibitarum referuntur Res amotæ; licèt enim inter conjuges propter res amotas non detur furti actio; *L. 2 ff. de act. rer. amot.* furtum tamen reverà eſt commiſſum, idcircò res quoque fit vitioſa, ita, ut nec à b. f. poſſeſſore uſucapi poſſit. *l. pen ff. d. t.* vid. ſuprà *ad eundem tit.* Item Servus fugitivus, vel ancilla, quia ſui ipſius furtum facit. *l. 60. ff. de furt. L. 1. C. de ſerv. fugitiv.* nec à b. f. poſſeſſore uſucapi poteſt. *§. 1. I. h. t.*

Res furtiva.

Ceſſat furti vitium in Rebus expilatis.

Limit.

Res amotæ.

Servus fugitivus.

XXI. In eadem quoque cauſa eſt id, quod ex rebus furtivis perceptum, *L. 48. §. 5. l. 60 ff. de furt.* Sicque Partus ancillæ furtivæ uſucapi non poteſt, ſi apud furem conceptus, & apud eundem, vel etiam apud b. f. poſſeſſorem edatur, cùm vitium apud furem jam contractum, ex eo, quod ancilla alibi peperit, non purgetur. *d. l. 48 §. 5 l. 12 C. eod.* Sed tum demum, ſi partus ancillæ furtivæ conceptus & editus eſt ap. Bonæ Fidei poſſeſſorem, (niſi ſit furis hæres, *l. 4. §. 15 ff. h. t.*) eo tempore, quo Matrem furtivam eſſe ignorabat, uſucapi poteſt. *l. 10. in f. l. 33. pr. ff. h. t. l. 11. §. 2. ff. de publ.*

Ex rebus furtivis perceptum.

Ut partus ancillæ furtivæ, ſi apud furem Conceptus

Limit.

Si ap. b. f. poſſeſſorem conceptus & natus,

Tuncque uſucapitur ex tit. pro ſuo

Ob. Reſp.

Ob. Reſp. Limit.

Ob. Reſp. Si ancilla aliena, non furtiva?

Si ſcientia rei furtivæ ſupervenit?

Idem eſt in fœtura.

de publ. in rem. act. d. l. 48. §. 5. & l. 12. & 3. C. de uſuc. pro empt. Licet enim mater vitio furtivitatis affecta ſit, partus tamen cum non ſit ejus pars, apud B. F. poſſeſſorem conceptus nullo vitio afficitur, utpote à fure non contrectatus. Uſucapitur itaque non ex eo titulo, ex quo uſucaperetur Mater, ſi furtiva non fuiſſet, ſed ex titulo, pro ſuo, ſpeciali. *l. 2. l. 4. ff. pro ſuo.* Non obſt. *d. l. 33. d. l. 11. l. 82. §. 5. ff. de leg. 1. l. 73. ff. de leg. 2.* Quæ LL. intelligendæ ſunt, ut ex eadem cauſa uſucapiatur partus, non vi tituli, ex quo Mater habita eſt; ſed occaſione ejus. Dn. Strauch. *d. D. 7. th. 9.* Porro obj. *l. 4. §. 15. 16. 17. ff. h. t.* Sed ad hanc aliasve plures ll. obſt. latè reſpondent Strauch. *th. 10. & ſeqq.* Bachov *th. 7. lit. A & B.* Modo, antequam ancilla pariat, Dominus alienam eſſe non reſciverit vel cognoverit, *d. l. 4. §. 18.* Partus enim, quando naſcitur, incipit poſſideri, adeoque uſucapi, ſed uti dictum, uſucapio à mala fide non poteſt inchoari. Non obſt. *l. 44. §. 2. ff. eod.* Diſtinguendum enim inter ancillam furtivam & alienam, quæ b. f. poſſidetur *l. 36. ff. h. t.* In partu Matris alienæ nec furtivæ ſufficit bona fides tempore traditionis, *In d. l. 4. pr. ff. pro ſuo.* dicitur, ſi ſcientia rei furtivæ intra ſtatutum uſucapionis tempus ſupervenerit, poſſeſſorem ſibi conſulere, ſi certiorem faciat Dominum, cum poſſit, quod Dn. Strauch. id operari explicat, ut poſſeſſor furti vitium effugiat, vid. *l. 1. ff. de fugitiv.* & partum, ſi Dominus eum repetat, acquirat *d. l. th. 16.* Idem eſſe in Fœtu pecudum furtivarum, ſcilicet quod à bonæ fidei poſſeſſore non uſucapi queat, niſi apud eundem conceptus & natus ſit, prob. per *l. 4. §. 5. l. 10. §. 2. ff. h. t. d. l. 48. §. 5. ff. de furt.* Joh. Voetius *n. 15. h. t.* Bachov *d. l.* ubi ſimul reſpondet ad obſt. *l. 48. §. 5. ff. de A. R. D.* & tradit, de dicto caſu intelligendam eſſe *l. 48. §. 6. ff. de furt.* Sed hæc de irrevocabili acquiſitione accipienda ſorent. Nam. b. f. poſſeſſor fructus perceptione ſtatim, ſed revocabiliter ſuos facit, (uti dictum *ad tit. de A. R. D. §. 112.*) ut uſucapione opus non ſit. Franzk. *ad tit. de R. V. num. 51.* Haunold. *d. l. num. 376. in med.* add. Buſ. *ad l. 3. §. 19. ff. h. t.* Dn. Struv. *S. J. C. h. t. th. 9. in med.* ibique Mullerus.

Vitioſa eſt res vi poſſeſſa, ad quam duo copulativè requiruntur. in pr.

XXII. Res vi Poſſeſſa *§. 2. I. l. 20. §. 1. l. 24. §. 1. l. 33. §. 2. ff. h. t.* dicitur, cujus poſſeſſorem quis vi dejecit, ſimulque poſſeſſionem apprehendit. Sic conjunctim concurrant neceſſe eſt, (1.) ut prior poſſeſſor vi expulſus, & (2.) dejiciens acquiſitam poſſeſſionem obtineat. *L. 1. §. 28. ff. de vi & vi armat.* Alterutrum ſi deficiat, ut ſi vi expellens poſſeſſionem non apprehenderit; ſed tertius aliquis ſuperveniens vacuam poſſeſſionem intraverit, res vitioſa vel vi poſſeſſa non erit. *l. 4. §. 22. l. 33. §. 2. ff. h. t.* Sic etiam, ſi quis loci vacantis, vid. *l. 37. §. 1. ff. h. t.* poſſeſſionem intraverit, licet poſtea reverſum priorem poſſeſſorem vi non admiſerit, res tamen non habetur pro vitioſa,

cum

eum vi poſſeſſionem nactus non videatur, *d. l. 4. §. 28.* & quamvis ipſe rem nequeat uſucapere, poteſt tamen alius, cui b. f. accipienti illam tradidit *§. 7. verſ. quod autem. I. l. 38 ff. h. t.* Nec dd. adverſatur *l. 5 C. unde vi.* ubi hoc in caſu conceditur Interdictum unde vi, ut proinde res illa, tanquam ſpoliata, ſit vitioſa. Negatur enim Maj. conſeq. & Interdicto unde vi ad vitium rei argumentum non procedit, illud enim datur, etiamſi unum tantum ex duobus requiſitis ad vitium rei neceſſariis adſit. Supradictus tamen textus *in §. 2. I. & l. 4. §. 22.* Imperator limitat, ita, ut tertius b. f. poſſeſſor hoc in caſu tunc demum longo tempore has res acquirat, ſi verus Dominus ſciat ſuum jus, & alienationem factam, nec repetat, Si vero ipſo ignorante ſint alienatæ, b. f. poſſeſſor demum præſcriptione longiſſimi temporis, i. e. 30. annorum munitus erit. *N. 119. c. 7.* & Auth. *Malæ fidei. C. de præſcript. long. temp.* vid. *ſeq. §. 25. 28. & 31. de ſingulis v. d. Afcu C. 46. n. 47.*

XXIII. Hujusmodi ergo res vitioſæ uſucapi prohibentur, non à fure vel per vim poſſidente, (nam his alia ratione uſucapio non competit; quia ſcilicet mala fide poſſident) ſed à quovis alio etiam b. f. poſſeſſore, *§. 2 I. h. t.* quoniam vitium reale comitatur ipſam rem, per *R. in præced. §. 18.* & uſucapionem remoratur, donec vitium iterum purgetur; quod fit, ſi res in poteſtatem Domini, heredisve ejus reverſa fuerit. *§. 8. I. l. 4. §. 6 ff. h. t. l. 5. ff. vi bon. rapt. l. 5. l. 7. C. de uſuc. pro empt.* Nec ſemper ſufficit, ut in poteſtatem ejus, cui ſurrepta eſt, revertatur: e. gr. Si res oppignorata creditori, vel ei, cui commodata à tertio ſurrepta fuerit, in poteſtatem Domini redire debet. *dd. ll.* Nam per furtum non tantum creditor & ſimilis poſſeſſor, ſed etiam Dominus ipſe detrimentum patitur; ideo vitium non purgatur reſtitutione creditori facta, ſed Dominus poſſeſſionem per furtum ablatam recipere debet. Specialis tamen eſt caſus, quo res in poteſtatem, cui ſurrepta, licet Dominus non ſit, redire non debet, ſi ſcilicet debitor rem oppignoratam creditoris ſurripuerit, & ſic propriè rei, intuitu juris, quod tertius in illa habet, furtum fecerit: Res autem reſtituenda in priſtinum, puta illi, cujus jus potiſſimum eſt imminutum. *l. 5 ff. h. t. l. 6. C. de uſuc. pro empt.* Obſt. *l. 4. §. 21 ff. h. t. l. 5. pro empt.* ubi dicitur, dictam rem à debitore ſurreptam uſucapi poſſe. Gothofred. *ad d. l. 5.* vult intelligi, poſt reſtitutam creditori poſſeſſionem, quæ reſponſio non arridet Bachovio, *d. th. 5. lit. A. & B. verſ.* & Bulſius vult, *d. l. 5.* loqui de uſucapione ipſius debitoris, & *d. l. 4. §. 21.* de uſucapione tertii, qui rem comparavit à debitore, cumque hoc nihilominus furti agi poſſe. *d. §. 21.* Ut autem talis res in poteſtatem Domini reverſa dicatur, requiritur (1.) Ut Dominus ſciverit, rem eſſe ſurreptam, *d. l. 4. §. 7.*

manu

Obj.
Reſp.
J. N. req. Domini ſcientia, vel lapſus 30. annor.
Fur uſucapere nequit.
Vitioſitas purgatur, ſi ſurreptum ad Dominum revertatur.
Sed pignus ſurreptum creditori reſtituendum.
Ratio. Obj.
Reſp.
Quid req. ut res reverſa

nam ſi ignorans rem mihi ſurreptam emam, in poteſtatem meam reverſa non videtur, *d. l. 4. §. 12. l. 7. §. 4. ff. pro empt. l. 56. ff. de furt.* & ſi pupillo vel furioſo ſubtracta, ſufficit, ſi ejus tutor vel curator ſciat. *d. l. 4. §. 11.* (2.) Ut Dominus, vel ejus procurator, *l. 41. ff. h. t.* juſtè & tanquam ſuæ rei nactus ſit poſſeſſionem, ita, ut avelli non poſſit. *d. l. 4. §. 12.* In poteſtatem vero Domini veniſſe cenſetur, ſi ejus vindicandæ poteſtatem habuerit, *l. 215. inſ. ff. de V. S.* & rei æſtimationem acceperit, *d. l. 4. §. 13. l. 84. ff. de furt.* vel rem iſtam furi vendiderit, *l. 32. pr. ff. h. t. d. l. 84.* vel alii tradi juſſerit, *d. l. 4. §. 14.* aliove nomine ſatisfactum fuerit. Huc refertur caſus *l. 6. §. 3. ff. de precar.* ſi, qui Dominum vi dejecit, cum hujus voluntate precario poſſidere cœperit; quamvis ibi, propriè loquendo, de uſucapione non tractetur. vid. Strauch. *d. l. th. 19.* D. Harppretht. *C. 34. n. 105. & ſeqq.*

B. & quando reverſa dicatur?

Prohibentur ob favorem poſſeſſoris, Res pupill. Obj. Reſp. Caſus except.

XXIV. Propter favorem Dominorum uſucapi prohibentur (1.) Res pupillares. *l. 49. pr. ff. d. A. R. D. l. 10. pr. ff. quemad. ſerv. am.* Contra pupillos nec præſcriptio incipit, nec contra defunctum jam cœpta currit; nam durante pupillari ætate omnis præſcriptio etiam longiſſimi temporis dormit. *l. 3. in med. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Nec obſt. *l. 8. C. de N. N. P.* ubi pupillus hæres ſolvere compellitur, ibi enim tota præſcriptio completa eſt contra defunctum. Aliud eſt in re aliena à pupillo, quem quis majorem putavit, alienata, in dubio enim præſupponuntur termini habiles. *l. 2. §. 15. ff. pro empt.* Vel, ſi quis rem pupilli b. f. & juſto titulo cum tutoris auctoritate acquiſierit. *l. 4. §. 24. ff. de dol. mal. exc.* Vel ſi cœpta ſit uſucapio adverſus defunctum, qui poſthumum hæredem reliquit, impleri poteſt, priusquam naſceretur poſthumus. *l. 45. ff. de minor.* Ludwell *d. l. lit. d.* Nec enim jura volunt ob incertitudinem poſthumi naſcituri præſcriptionem impedire. Haunold. *d. l. num. 385.* His tamen caſibus, ſi pupillus per contractum læſus ſit, reſtitutione in integrum uti poteſt. *d. l. 45. & l. 49. ff. eod. l. un. C. ſi adv. uſuc.* Bachov *d. th. 3. lit. G.* Brunnem. *C. 4. dec. 6.* (2.) Res minorum, qui ſcilicet pubertatem quidem, ſed non majorennitatem compleverunt. Olim quidem etiam hæ res uſucapiebantur, *l. un. C. ſi adv. uſuc.* ſed non præſcribebantur. *l. 3. C. quib. non objic. long. temp.* Illa enim erat favorabilis, quia ex acquirentis poſſeſſione naſcitur, Hæc verò odioſa, quia ex negligentia minoris, Sed differentiâ inter uſucapionem & longi temporis præſcriptionem ſublatâ, nec uſucapio contra minores currit. *l. 5. C. in quib. cauſ. integr. reſtit.* Et licèt, ſi contra defunctum majorem inchoata, illam continuari contra minorem, ſalvo tamen remedio reſtitutionis in integrum permulti Dd. tradant: Verior tamen eſt

Res minorum. Quid olim? Hodie, licet contra majorem cœpt. contra minorem tamen

eſt ſententia, uſucapionem illam longi temporis cœptam intra ætatem ſucceſſoris minorem non currere, per *d. l. 5. & d. l. f.* & ſecundum hunc in Camera Imperiali aliquoties pronunciatum eſſe memini. vid. latè poſt Balbum, Bachov. *d. th. lit. H.* Struv. *Exerc. 43. th. 10.* ibique Mullerus. D. Böhmer. *diſſ. de curſu præſcript. contra minores ſuſpenſo. §. 11.* excipiuntur tamen varii caſus, ubi præſcriptiones contra minorem currunt, ut Præſcriptio tricennalis, vel longiſſimi temporis, *l. 3. C. de præſcr. long. temp. d. l. f.* Conventionalis, *l. 38. ff. de minor.* item in caſibus *l. 3. §. 1. l. 7. §. 9. ff. eod. l. 13. § f. C. de judic.* Auth. *Si minor. C. de temp. in integr. reſtit. vid. ſupra §. 13. de querel. non num. pecun.* In quibus verò ex his reſtitutioni locus ſit? vid. *d. l.* add. Brunnem. *ad d. l. f.* (3.) Fundus dotalis, niſi, antequam dotalis factus eſt, præſcriptio inchoata ſit, tunc enim continuatur. *l. 16. ff. de fund. dot.* Bachov. *d. th. lit. K.* An idem dicendum de rebus dotalibus mobilibus? vid. Hahnold. *d. l. num. 302.* Lauterbach. *diſſ. de fund. dotal. th. 18. 30. & 32.* Struv. *Exerc. 43. th. 20.* ibique Mullerus.

non computatur. Lauterb.

Fundus dotalis. Lauterb.

XXV. Res fiſci. *§. 4. 10. l. 24. §. 1. ff. h. t. L. 2. C. comm. de uſucap.* Huc pertinent Bona domanialia, die Tafel- oder Cammer-Güther, ſicut commercio exemta ſunt, ita nec uſucapi poſſunt. Heig. *p. 1. q. 19. n. 5.* Grotius. *de J. B. & P. l. 2. c. 6. n. 11.* & poſt alios, Brunnem. *Exerc. Juſt. 20. add. §. 4.* add. *ad tit. de Dom. §. 30.* Sic etiam de Regalibus Imperatoris, dicitur, deß Reichs Schatz-Cammer kan ſich nimmermehr verſchweigen. Bachov. *th. 4. lit. M.* Mev. *p. 7. dec. 67. §. 47.* Item Bona vacantia, quæ hæredem non habent, ad fiſcum devolvuntur. *l. 1. ff. de jure fiſc. l. 1. C. de bon. vac.* Sed quoad uſucapionem diſtinguendum eſt, an res fiſco jam incorporatæ, an nondum nuncupatæ ſint? illæ uſucapi non poſſunt. *dd. ll.* Certæ autem erant perſonæ conſtitutæ, quæ bona vacantia Fiſco denunciabant, quæ nunciatio & actio Fiſco ad Bona Vacantia vindicanda competens quadriennio præſcribitur, ut b. f. poſſeſſor, hoc vindicationis quadriennio elapſo, contra Fiſcum hac exceptione tutus ſit, *l. 1. §. 2. ff. de jur. fiſc. l. 1. C. de quadrienn. præſcr.* quæ lex omnino exaudienda eſt de actione præſcriptione. Ut verò d. poſſeſſor etiam Dominus fiat rerum illarum, oportet longi temporis præſcriptionem accedere & de hoc caſu accip. *d. §. 4. I. & L. 18. ff. h. t.* quæ ſententia tutior eſt. Franzk. *ad d. §. 4.* Stryck. *d. S. A. J. diſſ. 5. cap. 1. §. 57.* Sed Vinnius, *ad d. §.* putat, Juſtinianum ibi quadriennii præſcriptionem abrogaſſe: Alii, poſt denunciationem bona illa quadriennio præſcribi, ante illam verò longo tempore. Sed dictum quadriennium computatur ex tempore, quo conſtitit, non eſſe hæredem. *d. l. 1. §. 2. ff. de jure fiſci.* Sin, Nunciatione facta; delator poſtea deſtiterit, ad uſucapionem XX. anni requiruntur.

Res Fiſci. Bona domanialia.

Vacantia.

Sed cum diſtinctione. Actio Fiſco ad hæc bona vindicanda competens quadriennio præſcrib.

Quadrienn. ex quo temp. comp.

Hoc tempus interdum extenditur, vel minuitur.

Res Principis Dominicæ, Civitatum, Eccleſiæ. Teſtamento alienari prohibitæ. Præſidi donatæ.

rantur. *l. 10. pr. l. 13. pr. ff. de div. temp. præſcr. l. 2. §. 1. ff. de req. vel abs reis. l. 1. §. 3. ff. de jure fiſci.* Et hoc eſt tempus ordinarium, niſi in quibusdam fiſci quæſtionibus minora tempora ſervari ſpecialiter conſtitutum ſit. *d. l. 13.* add. *§. 5. I. h. t.* Peregr. *de jure fiſc. l. 6. c. ult. num. 47.* (5.) Res principis dominicæ. *t. t. C ne rei dom. vel templ. vind.* (6.) Res Civitatum. *l. 9. ff. h. t. l. 2. C. ne rei dom.* add. *§. 6. I. de R. D. vid. §. 41.* (7.) Nec porrò longo tempore præſcribuntur Res Eccleſiæ, aliisve venerabilibus locis, vel perſonis relictæ. *d. l. 2. N. 111. c. 1. N. 131. c. 6.* (8.) Res teſtamento alienari prohibitæ. *l. 2. C. de uſucap. pro empt. l. 2. & ult. C. reb. al. non. al. l. 3. §. 3. C. comm. de legat.* Quomodo autem quis ex titulo colorato pro Legato præſcribere poſſit contra hæredem? vid. infra *ad tit. pro legato.* (9.) Res contra L. Juliam repetundarum Proconſuli vel Prætori donatæ; hæ enim nunquam, perinde ut furtiva, niſi purgato vitio, præſcribuntur. *l. 8. ff. ad L. Jul. repet.* junct. *l. 7. ff. eod.* ubi ejus recenſentur cauſæ. *L. 48. pr. in f. ff. de A. R. D. l. 6. §. 3. ff. de off. præſ.*

Forma.

Conditiones uſucapionis.

XXVI. Forma uſucapionis conſiſtit in poſſeſſionis continuatione per tempus lege definitum. D. Harpprecht. *C. 84. n. 110. cum ſeqq.* Poſſeſſio quod eſſe debeat b. f. & juſto titulo qualificata, conſtat *ex præc. §. 8. & ſeqq.* etiamſi hominis ſit ruſtici. Mev. *p. 8. dec. 223.* Conditiones enim uſucapionis Hunnoldus *d. l. n. 178.* his exprimit verſiculis:

Non uſucapies, quatuor niſi talia ſubſint:
(1.) Æqua fides. (2.) Juſtus titulus. (3.) Res non vitioſa.
(4.) Tempore præſcripto poſſeſſio continuetur.

Req. I. Poſſeſſionis Continuatio Quomodo? Etiam per diverſas perſonas, & vocatur Acceſſio.

De tribus prioribus jam jam dictum. Supereſt & ratione Formæ requiritur I. Poſſeſſionis continuatio, tàm de jure Civili, quàm Canonico. *l. 3. l. 31. §. 1. ff. h. t. l. 2. C. de præſcript. long. temp. c. 3. de R. J. in 6to.* Mev. *p. 2. dec. 102. n. 5.* Continuata poſſeſſio dicitur, quæ non interrupta vel uſurpata eſt, nec naturaliter, nec civiliter, de quo infra *§. 13.* Nec præcisè requiritur continuatio in eadem perſona: benignè enim receptum eſt, ut tempus per diverſas perſonas conjungatur, e. gr. inter anteceſſorem & ſucceſſorem, ſicque alienæ poſſeſſionis acceſſione uti liceat; hæcque conjunctio dicitur Acceſſio. & probatur per *§. 8. J. & L. 14. ff. h. t. l. 2. §. 19. ſeqq. ff. pro empt. l. 13. §. 1. ſeqq. ff. de A. vel A. P. l. 14. ff. de div. temp. præſc.* Quamvis enim, veritate inſpectâ, per rei translationem poſſeſſio interrumpatur, & ita non numero, ſed tantum ſpecie eædem ſint poſſeſſiones; *l. 23. pr. ff. de A. vel A. P.* hoc

tamen

tamen caſu in rei veritate aliquid extinguitur, & ex ſola æquitate conjunguntur poſſeſſiones, ut non interruptæ cenſeantur. *d. l. 14. ff. de divers. temp. præſcript. l. un.* ibi *continuetur ei poſſeſſio etiam antecessoris justi poſſeſſoris & connumeretur in decennium &c. C. de uſuc. transform.* Verum ut hæc acceſſio locum habeat, requiritur (1.) Ut ſucceſſor etiam apprehenderit poſſeſſionem, uti generaliter diſponitur per *l. 13. §. p. ff. de A. vel A. P.* Hoc tamen ſingulare eſt, ut poſſeſſio continuata videatur, & uſucapio impleatur per tempus hæreditatis jacentis. *l. 31. §. 5. l. 40. l. 44. §. 3.* ibi Bul. *ff. h. t. l. 2. §. 18. l. 6. §. ſ. l. 7. pr. ff. pro emt.* Balb. *p. 2. pr. 6. p. 337.* modò tempore intermedio ab alio non fuerit occupata, ſicque interrupta. *l. 20. ff. h. t.* junct. *l. 13. §. 4. ff. de A. vel A. P. d. l. 6. §. ſ.* Aliàs nulli poſſeſſio anteceſſoris accedit, niſi ipſe poſſideat. *d. l. 13. §. p.* (2.) Ut poſſeſſio non ſit vitioſa, hujus enim nulla eſt acceſſio. *d. 13. §. ſ. ff. de A. vel A. P.* Vitioſa autem hic dicitur illa, ſi quis vi, clam, precariò poſſideat.

ad quam req. 1. Succeſſoris apprehenſio.

Computatur tempus hereditatis jacentis.

2. Poſſeſſio non vitioſa.

XXVII. In hac autem poſſeſſionis Acceſſione diſtinguendum eſt inter Succeſſorem univerſalem & ſingularem. In univerſali hæc obſervanda Regula. Defuncti poſſeſſio Succeſſori Univerſali accedit & continuatur, modò defunctus in b. f. fuerit. De J. Civ. (quid enim de Jure Can. & Moribus obtineat, dictum eſt præc. *§. 15.*) non refert, ipſe ſucceſſor in bona vel mala fide ſit, *§. 7. J. l. 43. pr. ff. h. t. l. 2. §. 19. ff. pro emt. l. 40. §. 1. ff. de A. R. D. l. ſ. C. comm. de uſuc.* & hoc etiam in Bonorum poſſeſſoribus & Fideicommiſſariis hæredibus obſervatur. *d. §. 7. d. l. 2. §. 19.* Hæres autem perſonam & conditionem defuncti ſuſcipit, ita, ut una cum ipſo perſona videatur, unde qualitas poſſeſſionis ex perſona defuncti æſtimatur, ac ſi defunctus ipſe poſſideret, *l. 22. l. 31. §. ſ. ff. h. t.* & heres, licet ignorans, in virtutes & vitia defuncti, ſcil. realia, ſuccedit. *l. 11. ff. de div. temp. præſcr. l. 11. C. de A. & R. P.* Carpzov. *p. 2. C. 4. def. 17. n. 4.* Hinc ſi defunctus in mala fide fuerit, non habet locum Acceſſio, licet ſucceſſor ſit in bona fide, quia initium non juſtum; *d. §. 7. J. h. t. l. 11.* ibi *exordium ei bonæ fidei ratio non tuetur. ff. de divers. temp. præſcript. l. ſ. C. commun. de uſucap.* per Regulam, quod defunctus non potuit, nec heres uſucapiet; niſi heres vellet præſcribere ex alio titulo ſupervenientе, vel quem habet forſan à tertio tunc ipſi defuncti vitia non nocent, ſed à puncto acquiſiti tituli computando poteſt præſcribere. per *l. 5. §. 1. ff. de div. temp. præſcript.* Haunold. *d. l. num. 213.* Sed hoc & communiter de titulo ſingulari accipitur. Nam quæſtio in prædicto caſu, ſi mala fides authoris ſubſit, annon ſucceſſor univerſalis, ſib. f. poſſideat, nec uti velit acceſſione temporis, ex propria perſona & fide poſſit præſcribere? maximè inter DD. controvertitur;

Diſt. inter Succeſſorem Univerſal. & Singularem.

Illius poſſeſſio ex perſona defuncti æſtimatur.

An Succeſſor univerſalis ex propria perſona

A mul-

poſſeſſionem inchoare queat?

A multis Affirm. per *d. l. 3. §. 1. l. 3 ff. pro herede. l. 33. §. 1. ff. h. t.* poſt Vasquium, Covarruviam, Dn. Mencken. *Gymn. Polem. Diſp. 16. th. 4.* & ne titulus *pro herede* videatur nullus. Schutz *in compend.* Lauterb. *h. t. p. 174. & 175. h. t.* Communior tamen ſententia abit in Negativam, Molina, *d. tr. D. 65. num. 4.* Bachov. *d. D. th 3. lit. A & B.* Fachin. *contra L. 1. c. 66.* Carpz. *p. 2. c. 4. def. 17.* Vinn. Franzk. Brunnem. *add §. 7. I. h t. & add. l 3. & ad. l. 1. C. de uſ. pro her. num. 6.* Struv. *S J. C. h. t. th 18* atque potiſſimum per *§. 7. J. h. t l. 11. ff. de div. temp. præſcr. l. 4. C. de long. temp. præſcr. l 5. C. comm. de uſuc.* in quibus textibus quidem poſſeſſionis conjunctio & acceſſio denegatur: ibi verò non dicitur de uſucapione de novo ex ſola perſona hæredis inchoanda, vel, quod ex perſona hæredis cœpta non procedat. Item *l. 11. C. de A. & R. P.* ubi quidem non de m. f. poſſeſſore, ſed de re vitioſa agitur, quam ſucceſſorem uſucapere non poſſe, non negandum. add. Dn. Frommann. *Decad. ad tit. 1. de uſuc. th. 9.* & Balb. *p. 2. pr. 3 pag. 157 & ſeq.*

In ſingularibus ſucceſſoribus Acceſſio locum habet.

XXVIII. In ſingularibus Succeſſoribus & acceſſio, ſeu poſſeſſionis continuatio locum habet, per *§ 1. I. l 14. §. 1. ff. h. t. l. 13. § 10. & 11. ff. de A. vel A. P. l. 5. l. 15. §. f ff. de diverſ. temp. præſcr. l 2. §. 17. & 20. ff. pro empt.* & ita conjungitur poſſeſſio Emptoris & Venditoris, Defuncti & Legatarii, Donantis & Donatarii, &c Primitus quidem hoc ex reſcripto D. Severi & Antonini inter V. & E. inductum, & ex illorum mente ad alias cauſas onerosas porrectum; *L. 4. §. 27. & 29. ff. de dol. mal. exc.* Sed poſt à Juſtiniano ad lucrativas quo, ue extenſum eſt, *l. 11. C de præſcript.* junct *l. un. C. de Uſuc. tranſf.* Balb. *p. 2. pr. 8. pag 65.*

Ex quavis cauſa.

Modò uterque ſit in b. f.

Requiritur tamen h l. ut uterque ſit in bona fide. Si enim Auctor vel Anteceſſor ſit in mala fide, poſſeſſio vitioſa ei accedere non poteſt, quæ non eſt vitioſa. *d. l. 13. § f d. l. un. C de uſuc. tranſf.* Sin Succeſſor ſingularis ſit in mala fide, Anteceſſoris poſſeſſio ad effectum uſucapiendi ipſi non prodeſt, quia non æquè ut Succeſſor univerſalis Anteceſſoris perſonam repræſentat. *d. l. 13. §. 1. d. l. 2. §. 17. d. l. 5.* Vinn. Franzk. Bachov. *dd. ll* Carpzov. *d. def. 17.* Joh. Voetius *n. 16.* Diſſ. Valent Riemer. *dec. 5. q. 6.* qui in ſingulari ſucceſſore, licèt in m. f ſit, acceſſionem locum habere putat.

Obj. 1. Reſp. Obj. 2. Reſp.

(1.) per *§. 1. I. h. t.* ubi generaliter de emptore dicitur, ſed hic textus, tanquam ſpecialis, ex illis LL. generalibus, & in ſpecie ex *d. l. 2.* eſt explicandus. (2) per *l. 6. ff. de itin. act priv.* Verùm quamvis d. l. primo intuitu obſtare videatur, loquitur tamen de illo tantùm Interdicto, & ita de ſubjecta materia intelligenda, nec ad hanc extendenda eſt, à diverſis enim mala fit illatio.

Singularis ex propria perſ. poſſit inchoare.

Attamen Mala Fides Anteceſſoris non nocet Singulari ſucceſſori, quin poſſeſſione b f. acquiſita, ex ſua perſona uſucapionem inchoare & implere poſſit; *§. 2. I. h. t. l. 5. ff. de diverſ. temp.*

temp. præſcr. add. *d. l. 2. §. 17.* Lugo, *de J. & J. Diſp. 6. ſect. 5. n. 58.* Nec obſt. *l. 11. C. de A. & R. P.* quæ per verbum *auctoris ſui* intelligenda eſt de eo, qui uti vult acceſſione: Jure tamen *Nov. 119. c. 7.* Auth. *Malæ Fidei. C. de præſcr. long. temp.* ad hoc, ut m. f. Anteceſſoris non noceat, quid requiratur, dictum *præc. §. 22. in f.* quod tamen in Immobilibus tantùm procedere volunt. Balb. *p. 3. & 5. princ. q. 12. num. 7.* Molin. *d. D. 65. num. 1.* vid. Stryck. *in uſu moderno. §. 4. h. t.* qui *hodie omni tempore B. F. requirit.*

Obj. Reſp.

XXIX. III. Requiritur ratione formæ, ut poſſeſſio legitimo tempore ſit continuata. Olim res ſoli Italici immobiles, ut res mancipi biennio, non mancipi longo tempore præſcribebantur: mobiles vero anno; ſed Novo Jure regulariter, & niſi fuerint exceptæ, omnes res Mobiles Triennio, & omnes Immobiles, ſive mancipi, ſive nec mancipi, Decem annis inter præſentes, & Viginti inter abſentes præſcribuntur. per *pr. I. h. t. l. un. C. de uſucap. transform. l. f. C. de præſcr. long. temp.* Joh. Voetius *n. 21. h. t.* Quia Præſentes longe commodius rebus ſuis adeſſe poſſunt, idcirco, tanquam negligentiores, facilius rerum ſuarum jacturâ puniuntur, quàm Abſentes, Franzk. *ad d. pr. num. 17.* Præſentes autem hic dicuntur, qui in una eademque Provincia domicilium habent, licèt res alibi ſitæ ſint; *l. f. C. de long. temp. præſcript.* Stryck. *in uſu moderno §. 7. h. t.* ita, ut præſentia non ex perſona, ſed ex domicilio æſtimetur. *d. l.* Gebhard. *d. tr. c. 5. num. 4.* Et quia in pluribus Provinciis domicilium conſtitui poteſt, *l. 5. l. 6. §. 2. l. 27. §. 2. & f. ff. ad munic.* ſic in iis omnibus quis pro præſente habetur: B. Dn. Parens, *D. de domic. c. 6. th. 40.* modo tamen uterque, & Poſſeſſor, & Dominus, in eadem Provincia domicilium habeant, licèt non convivant, habentur tamen pro præſentibus. Sicut, licet convivant ſed ibidem non habeant domicilium, pro præſentibus non habentur Men. *l. 4. præſ. 16. n. 4.* Hodiè pro Præſentibus habentur, qui ſub eadem Præfectura, vel eundem habent Judicem Harppr. *ad d. pr. I. n. 106.* Brunn. *ad d. l. f. n. 6. 7.* In Decennali verò Præſcriptione, ſi contigerit, ut Dominus rei, v. gr. ſeptem annis præſens ſit, hi tres anni erunt duplicandi, & alii adhuc tres anni adjiciendi. *Nov. 119. cap. 8.* Auth. *Quod ſi quis C. de præſcr. long. temp.* Balb. *p. 1. pr. q. 4. p. 201.* Richter. *dec. 21. num. 59.*

Req. 3. poſſ. continuata legitimo tempore Jur. Nov. tempus quomodo computetur? Præſentes h. l. quinam?

Hodiè

Si aliquot ann. abſens?

XXX. Dictum autem Tempus Trium, Decem, Viginti, &c. annorum eſt continuum, ita, ut etiam dies feriati computentur, *l. 26. §. 4. & ſeqq. ff. ex quib. cauſ.* & legitimum tempus uſucapionis non naturaliter, à momento ad momentum; ſed civiliter à die in diem computatur, *l. 6. l. 7. ff. h. t.* ut ſi minimo momento noviſſimi diei poſſeſſa ſit res, totus dies ad explendum conſtitutum tempus non exigatur, ſed uſucapio nihilominus expleta cenſeatur.

Tempus hoc eſt continuum. Quomodo computatur?

cenſeatur. *l. 15. pr. ff. de div. temp. præſcr.* Balb. *d. l. pag. 202. ſeqq.* Brunnem. *ad d. l. 6.* Bachov. *d. D. th. 4. lit. B* Parens m. *Diſſ. de Variet. temp. art. 1 §. 4. in med.* Diſſentit Carpz. *J. F. p. 1. C. 16 def. 8.* ſed contra dd. textus expreſſos. Hæcque continuitas docetur, ſi quis probaverit poſſeſſionis extremitates, i. e. Principium & Finem uſucapionis. v. gr. Ante decem annos poſſediſſe, & nunc poſſidere, tunc præſumitur continuata Poſſeſſio, & adverſarius contrarium, interruptionem nempe, probare tenetur Menoch. *præſ. r. 66.* Maſcard. *de probat. Vol. 3. Concl. 1202. n. 6.* Carpzov. *J. F. p. 2. c. 3. def. 26.* Mevius *p. 6. dec. 172. n. 5. & p. 9. dec. 165 num. 18.* Besold. *C. 173. num. 8. cum ſeqq.* Item, qui in Decennii Præſcriptione ſe fundat, præſentiam probare debet. *l. 2. ff. de except.* Balb. *d. l. q. 5.*

& probetur.

XXXI. Finis cum cauſa Impulſiva coincidit, eſtque ſalus publica, ut litium ſit finis, & Dominia rerum non ſemper ſint in incerto. vid. ſupra §. 7. Effectus eſt ipſa Dominii veri & pleni acquiſitio. *L. 1. l. 3. ff. h. t. l. 20. C. de poſt. l. 10 § 5 ff. de A. R. D* Fachin. *l. 1. cap. 70.* Unde priores Domini excludi dicuntur, *l. un. C. de uſuc. transf.* Ludwell. *d. D. th. 6. lit. b.* Brunnem. *d. Exerc. 8 inf.* Haunold. *d. l. num. 168. & ſeq.* ita, ut ſi novus Dominus rem jam ſemel legitimè uſucaptam poſtea caſu quodam amiſerit, Rei Vindicatione eam repetere poſſit, *l. 8 pr. C. de 30. vel 40. annor. præſcr.* etiam à Domino priſtino. Nam ſi, completa demum uſucapione, rem alienam fuiſſe cognoverit, rem uſucaptam nihilominus illæsâ conſcientiâ retinere poſſe, communis eſt ſententia, & conformis cenſetur Juri Civili, canonico, item Divino, exemplo Levit. 25. *verſ. 29.* D. Harpprecht. *C. 30. n. 84.* vid. quæ ſupra § 7. & infra §. 44. in fin.

Finis. *Effectus* *An Præſcript. completam m. ſ. ſupervenientis impediat?*

XXXII. Contraria vel reſcindunt, vel impediunt uſucapionem. Quæ impediunt, ſunt cauſæ, propter quas prior Dominus de jure rem ſuam impeditur vindicare. e. gr. Si Pater bona adventitia filii longiſſimo tempore poſſideret, non uſucaperet, quia filius, quamdiu in ſacris paternis conſtitutus, deſuper non agere poteſt contra Patrem. *l. 1 §. 2. C. de ann. exc. Nov. 22. c. 24. inf.* Unde dicitur, contra agere non valentem non currit præſcriptio. D. Graſs. *in Diſſ. agere non valenti non currit præſcriptio.* quod exaudiendum eſt de illis, qui de Jure agere non poſſunt. Mev. *p. 8. dec. 495* Stryck. *in uſu modern. §. 8. h. t.* Sin impedimentum extrinſecus adveniat: vel ſit impedimentum facti juſti, ut ſi metu ſævientis belli, tempore graſſantis Peſtis, inundationis, &c. quis abfuiſſet, de Jure Civili non quidem impedit uſucapionis curſum, attamen contra hujusmodi uſucapionem decurſam datur Reſtitutio in Integrum, *l. 18. C. de poſtl. rev. l. 6. C. quibus non obj. long. temp. præſcr. l. 2. §. 1. l. 26. pr. §. 7. ff. ex quib. c. maj.* Brunnemannus *ad d. l. num. 17. item 18.* Multa. Richter. *dec. 21.*

Contraria quæ impediunt. *Regula.* *Quale impedimentum?*

dec. 21. *num.* 60. Si quis reipublicæ cauſa abeſſet. vid. *l.* 15. *§.* 1 *ff. de leg.* 1. *ubi.* Balb. *p.* 4. *pr.* 4. *pag.* 109 *ſeqq.* Jure tamen Canonico & Hodierno Hoſtilitas, quæ plenum Juſtitium facit ſeu inducit, impedit continuationem uſucapionis, quia ut plurimum copia Judicis eo tempore haberi nequit. *c.* 13 *in f. cauſ.* 16. *q.* 3 C. 10 *x. de præſcript.* quod pr. apud. confirmat Carpzov. *p.* 2 *decif.* 116. Mev. *p.* 2 *dec.* 1 *p.* 4 *dec.* 311 *p.* 8 *d.* 279 *num.* 1 & *ad* [illegible] *Lubec. l.* 3 *t.* 12. *art.* 11. Ita Honorius legem tulit: *Ne id tempus, quo Vandali Romano in ſolo morarentur: ad parandam præſcriptionem valeret quidquam.* Procop. *Hiſtor. Vandal. lib.* 1. Sic etiam in Imperio Rom. Germ. de tempore belli tricennalis diſpoſitum: Keine *Præſcription* oder Verjährung wegen der bey währendem Krieg unterlaſſener Forderung angezogen werden, noch gelten ſolle. *R. I. de ann.* 1654. *§.* So viel *num.* 166. DD. Gail. *in diſſertat. Receſſ. Imper. ſolt.* 11 *§.* 2 & D. Huppertus *Reſſ.* 11 *n.* 70 *cum ſeqq.* & *Reſſ.* 16 *n.* 100 *cum ſeqq.* Idq. ſive ex carentia Judicis, ſive ex propter motu miſericordiæ exactio Judicis ſit intermiſſa; P. Gambe. *ad d. §.* Schilter. *ad x. Exerc.* 43 *§.* 10 ſicque dormit Præſcriptio in dictis & ſimilibus caſibus, v. gr. contra Eccleſiam, tempore Schiſmatis. *c.* 4. *x. de præſcr.* Si Eccleſia leſa à ſuo Prælato. *Can.* 10. *c.* 16 *q.* 3. tempore vacantis Eccleſiæ vel Regni. *c.* 4. & 11. *x. de præſcr.* Molin. *Diſſ.* 78 *num.* 7. Balb. *p.* 2 *pr.* 6 *pag.* 146. Carpz. *p.* 2. *dec.* 116 *num.* 21. Struv. *Exerc.* 43 *th.* 26. ibique Mullerus, *idem de tempore peſtis affirmat.* Stryck. *in uſu modern. §.* 8 DD. Gail. *d.* [illegible] *qui tamen & jure diſſentit.* Elapſa tamen tempora non omnino in nihilum recidunt, ſed, ceſſante cauſa dormitionis vel Interquieſcentiæ, priora & jam elapſa tempora (dormitionis tempore ſubducto) cum Poſterioribus conjunguntur, & ita ex illis una fit Præſcriptio. Hainold. *d. cap.* 2 *contr.* 4. *§.* 12 *num.* 309. Balb. *d. l. pag.* 145. Ita in Puncto Commutationis fatalium ſæpius decretum fuit in Judicio Imper. Aulico, als im Reichs Hof R. Beſch. 29 Nov. 1679. & 15. Auguſti 1683. bello Turcico & obſidione Viennæ cauſato, fatalia non currebant. Cum itaque non valenti agere non currat Præſcriptio, neque termini aut fatalia, ideo nullus eorum, durante Juſtitio, eſt lapſus, nulla Petitio Prorogationis, & fruſtranea omnino foret reſtitutio. Gail. *l.* 1 *O.* 100. *num.* 6 Mev. *p.* 2. *dec.* 9. Blum. *Proc. Cam. tit.* 49. *num.* 33 Deckher *ad Kacher Memor. L. B.* Cam. *annq. in O. C. p.* 3 *t.* 12 *num.* 49. 57 & *ſeqq.* Sicut jam olim Camera Imp. ob Juſtitia per Communia Decreta publicavit, ([illegible]) d. 19 Febr. 1555. & d. 15 Febr. 1568. & dubio procul præſenti Juſtitio, quod proh dolor jam à die 7. April. 1704. durat, ſanè DEUS brevi per Viſitationem Imp. Solennem finiendo, ſimili modo obſervabit, quamvis Collegium Cam. illo Juſtitio propter

Hoſtilitas hodie inducit Juſtitium.

Tempore Juſtitii non currunt fatalia.

Quomodo temp. comput.

per Excidium Spirenſe à die 9. Octob. 1688. uſque ad d. 10. Febr. ſt. v. 1690. abſolvo, præter Juris neceſſitatem & ex ſuperfluo, ad præcavendas ſaltem, neſcio quas, cavillationes, alio modo proſpicere voluerit.

Quæ Reſcindant, vel inchoatam, ut

XXXIII. Contraria, quæ reſcindunt uſucapionem, Reſcindunt vel inchoatam demum, vel jam perfectam. Inchoatam nondum verò impletam interrumpit Uſurpatio, quæ eſt cœptæ, nondum autem perfectæ uſucapionis interruptio. *L. 2. ff. h. t.* Eſtque duplex, Naturalis & Civilis. Joh. Voetius *n. 17. h. t.* Naturalis Uſurpatio eſt actualis ac veræ poſſeſſionis interruptio; quæ fit variis modis: Vel facto Naturæ, ut occupatione ad longum tempus. *l. 3. §. 17. ff. de A. vel A. P.* vel facto Hominis, & quidem vel ipſius uſucapientis, e. gr. ſi mortuum in locum ſuum intulerit. *L. 30. § 1 ff. d. t.* vel facto tertii, ſi quis de poſſeſſione vi dejiciatur, vel res mobilis furto ablata ſit, *l. 5 ff. h. t.* Joh. Voetius *18. h. t.* & hoc in caſu, licèt prior Poſſeſſor rem receperit, tamen propter hanc reſtitutionem prius tempus non continuatur, ſed de novo uſucapionem incipere tenetur. *l. 15. §. 2 ff. h. t. l. 7. § 4 ff pro empt.* ibi: *Cum ſemel amiſſa fuerit poſſeſſio, initium rurſus recuperatæ poſſeſſionis ſpectari oportet. Rhet. diſſ. de interrupt præſcript.*

Uſurpatio, quid? Duplex, naturalis à natura, vel homine. Quæ.

An re furto ſurrepta recuperata uſucapio de novo incipienda?

XXXIV. Civilis Uſurpatio eſt, quæ fit per actum civilem, ſcil. per litem Poſſeſſori de re uſucapienda motam. *l. 26. C. de R. V. l. 10. C. de A. & R. P. l. 2. l. 10 C. de præſcr. long. temp.* Veteri Jure, ut jam dictum, differentia erat inter Uſucapionem & Longi temporis Præſcriptionem. Illa per litis Conteſtationem non interrumpebatur, *l. 17. l. 18. l. 20. ff. de R. V. L. 9. §. 6. ff. ad exhib. l. 2 § fin. ff. ad exhib. l. 2. §. fin ff. pro empt. l. 2 ff pro don.* ſed longi temporis Præſcriptio. *d. l. 26. L. 2 & 10 C. de long. temp. præſcript.* Quæ tamen diſtinctio, ut in ſubtilitate Juris conſiſtens, Novo Jure ſublata eſt, & utraque per eam interrumpitur, *l. 10. C. de A. & R. P.* Bachov. *d. Diſſ. th. 1. lit. H. in f.* ita ut & hodierno Jure uſucapio vel longi temporis Præſcriptio impediri poſſit interpellatione Judicis, In jus vocatione, etiam ſoli Citatione ad proceſſum legitimè facta, Libelli oblatione, &c. *d. l. 2. C de ann. exc. L. 7. pr. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Johann. Voetius. *num. 19. & 20. tit.* Vel ſi talia haberi nequeant, extrajudicialiter interruptio fieri poteſt per denunciationem teſtatò, *d. l. 2. l. 10. §. 3. ff quæ in fraud. cred. l. 17. C. de R. V.* ſi quis res ſibi ſuppoſitas vel pignoratas ſine vi teneat, vel agnitione debiti, vel ſi eapropter cautionem exponat, vel uſuras ſolvat, *l. 7. §. 5 & 6. L. 8. §. ſ. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Carpzovius, *par 2 cap 7. def. 1.* (ubi notat Berlichium, qui *par. 2. concl. 9.* non niſi per L. C. Præſcriptionem vult interrumpi, negando ſoli Citationi talem Effectum) *def. 4. & ſeqq.* Schilterus, *d. Ex. 45. §. 60.* Bachov.

& Civilis quid?

Eſt vel Judicialis, Fit & ſola citatione. Aut extrajudicialis denunciatione.

Bachov. *d. l. & th. ſ. in fin.* Balb. *p. 3. part. 6. pr. q. 1. pag. 369. & ſeqq.* Gail. *l. 1. O. 74. n. 20. & ſeqq.* & latè Lib[illegible] *l. 2. 1. quæſt. ſtand. 3.* Molin. *D. 78. n. 1.* Zanger. *de Except. p. 3. c. 10. n. 144.* Struv. *Exerc. 43. th. 28.* ibique Mullerus. Stryck. *de act. ſucceſſ. inveſtig. ſect. 3. m. 1. ax. 6. & 7.* non verò per miſſionem ex primo decreto per *l. 3. § ſ. ff. de A. vel A. P.* Quoad Effectum autem hujus interruptionis, cauſâ in Judicium deductâ, tres diſtinguendi ſunt caſus (1.) An poſſeſſor condemnatus fuerit, & poſſeſſio per L. C. interrupta cenſetur & res à poſſeſſore eſt reſtituenda. (2.) An abſolutus ſit & tunc non interrumpitur, per calumnioſam enim actionis inſtitutionem alteri jus ſuum auferri iniquum eſt. *a. in med. l. de interd.* Bachov. *d. l.* Struv. *Exerc. 43. th. 29.* ibique Mullerus. (3.) An adverſarius, qui litem poſſeſſori movet, actionem remittat; Uſucapio vel longi temporis præſcriptio quidem interrumpitur. Actio verò ad XL. Annos uſque durat, uti probatur per *L. ſ. C. de 30. vel 40. ann. præſcr.* Brunnem. *in proc. ſ. cit. d. cap. 14. n. 21. vid. infra th. de divers. & temporal. præſcript.* Si tamen poſſeſſor extremitates poſſeſſionis probaverit, pro ipſo præſumitur, & adverſarius interruptionem probare tenetur *prec. § 30. in ſ.* Sin præſcriptio dicto modo interrumpi nequiret propter præſcribentis potentiam, vel ætatem, vel aliud impedimentum, poterit Judici libellum porrigere & in quer imonium deducere. Sic copiam judicis non habeat, Epiſcopum & Defenſorem loci adire, & in ſcriptis narrare. Sin neque hoc liceat, ſufficiet id publicè proponere, ubi adverſarius poſſeſſor habet domicilium, cum Notarii ſubſcriptione, vel illo abſente, trium teſtium ſubſcriptione. *l. 2. C. de ann. exc.*

XXXV. Uſucapionem jam perfectam reſcindit Reſtitutio in integrum. Quamvis autem præſcriptio longi temporis etiam contra ignorantem currat, *l. 12. in ſ. C. de præſcript. long. temp. l. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* & hæc ſententia de jure ſit veriſſima per dd. textt. & Treutler. *V. 2. D. 32. th. 3. in ſ.* ibi Hunn. & Bachov. Berlich. *p. 2. concl. 10. num. 1. & ſeqq.* ubi hanc quæſtionem Cæſarea deciſione dignam dicit. Beſold. *delib. jur. l. 4. quæſt. 20.* maximè Fabric. *ad Gail. l. 2. O. 19. ſect. 6.* & poſt mult. rat. atque A. A. citatos D. Harpprecht. *C. 30. n. 448.* Fachin. *l. 1. c. 69.* Brunnem. *d. Exerc. Juſtin. 8. in fin. & ad. l. 1. ff. ex quib. c. maj. num. 3. & ad d. l. ſ. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. n. 11. & 12.* ubi addit: Contraria tamen ſententia communis in judiciis jam radices egit altiores, quàm ut evelli poſſit Gail. *l. 2. O. 19. num. 18. 19.* & *O. 48. num. 13.* Mev. *p. 7. dec. 170.* vid. ſuprà *ad l. ex quib. c. maj. § 19.* ita ut etiam poſt Centum annos detur reſtitutio, modò ignorantia ſit juſta vel probabilis, nec cum negligentia quadam conjuncta, poſt Hippolitum à Marſiliis, Socinum, Peckium, Oddum, Maſcardum, Brunnem. *ad d. l. 1. num. 4.* quia qua-

Ejus Effectus, ſi poſſeſſor condemnatus. Si abſolutus. Si actio remiſſa.

Si interruptio nequit fieri ex cauſa Præſcribentis, vel Judicis, quid faciendum?

Vel reſcindunt perfectam.

Nam de genuini datur Reſtit. in integrum.

Si ignor. juſta?

quadriennium ab initio eſt utile Carpzov. *p. 2. dec. 115. n. 7.* Mant. *ad tit. ex quib. cauſ. maj. num. 195.* Mev. *d. l. num. 7. & ad ?* Lober. *l. 6. 1. t. 8. art. 1. n. 28. & p. 8. dec. 19. ibi.* Ex cauſa inſtrumenti noviter reperti etiam contra præſcriptionem longiſſimi temporis datur reſtitutio, ſi ignorantia juramento adſeveratur. *ro not. n. 4.* Klock. *tom. 1. conſ. 31. num. 144. & ſeqq.* add. infra *ad tit. de Re jud. §. 25. & 26.*

Præſcriptio Temporis Longiſſimi XXX. ann. quid? C. I. Rem.

XXXVI. Dictum eſt ſupra *§. 5.* Præſcriptionem eſſe vel Actionum, vel Rerum, & illam vel longi, vel longiſſimi temporis, quarum prior hactenus explicata eſt, ſequitur Præſcriptio longiſſimi temporis, quæ eſt vel XXX. vel XL. vel plurium annorum. Præſcriptio XXX. annorum eſt acquiſitio rei per poſſeſſionis continuationem XXX. annorum. Hæc, non qua Actiones excluduntur; vid. infra *ad tit. de div. temp. præſcr.* ſed qua Res acquiruntur. Veteri Jure erat incognita, & demum à Juſtiniano eſt introducta. *l. 8. § 1. C. de præſcript. triginta annor.* nam olim Poſſeſſio abſque titulo, vel vero, vel præſumpto, non proderat ad Dominii acquiſitionem; ſed ſaltem ad excipiendum. *d. l.*

Proxima. Poſſeſſio juſta, qualis h. l.?

XXXVII. Cauſa Efficiens Remota eſt modò dicta Conſtitutio Juſtiniani. Proxima eſt (1.) Poſſeſſio, *d. l. 8. §. 1.* & quidem (2.) Juſta, quæ hoc loco aliter accipitur, ac in Longi temporis præſcriptione, ibi enim ſignificat bonâ fide ac juſto titulo acquiſitam: hic bona fides etiam ſine ſpeciali titulo ſufficit; *d. §. 1.* Mev. *p. 6. dec. 122.* quia & tanti temporis decurſu defectus tituli ſuppletur, niſi Jus commune reſiſtat. Gebhard. *c. 4. num. 10.* Balbus, *p. 4. pr. 3. pag. 75. & 79.* Fachin. *l. 1. c. 63.* Mynſing. *c. 4. O. 6.*

B. F. præſumitur, donec contrarium probetur.

B. F. tamen non eſt probanda, ſed ex longiſſimi temporis lapſu regulariter præſumitur; & talis præſumptio tamdiu militat, donec adverſarius malam fidem, ſicque vitioſam præſcriptionem probaverit. Dn. Harpprecht. *Diſſ. de præſcr. immem. à collect. c. 2. th. 57. & 87. & conſil. 30. n. 70. ſeqq. 94.* Sic Tricennaria præſcriptio tutori alive non prodeſt, ſi contra officium & bonam fidem in reddendis rationibus, vel aliud quidquam feciſſe aut omiſiſſe probari poteſt. Mevius, *p. 7. dec. 175. & p. 8. dec. 15. 16. & 17.* Quoad Subjectum nihil ſingulare occurrit in hac præſcriptione, ſed quæ perſonæ Longo tempore, eædem etiam Longiſſimo per præſcriptionem acquirere poſſunt.

Objectum, ſunt Res ſine tit. poſſeſſæ. Minorum.

XXXVIII. Quoad Objectum vero hac XXX. annorum præſcriptione præſcribuntur res, quæ longo tempore acquiri non poſſunt, v. g. (1.) Res privatæ ſine titulo, bona tamen fide, poſſeſſæ. *d. l. 8. §. 1.* (2.) Res minorum. *l. 3. C. d. t. l. 5. C. in quib. cauſ. in integr. reſt.* Nec contra hanc dari reſtitutionem in integrum defendit Bachov. *d. D. 12. th. 3. lit. H. in ſ. h. t. ſupra §. 25.*

§. 21. de ann. 21. ann. (3) Res adventitiæ filiorum fam. à Patre alienatæ, quæ à b. f. poſſeſſore XXX. annis acquiruntur. *N. 22 c. 24.* Hæc tamen Præſcriptio non à tempore alienationis currere incipit, ſed ex quo filiusfam. ſui juris factus, & à patria poteſtate liberatus eſt. *d. N. 22. c. 24 verſ.* Auth. *Niſi tricennale. C. de bon. matern.* ibi Brunnem. *l. 1 §. f. C. de ann. exc.* Gebh. *c. 4. n. 4.* D. Fromman *in diſſ. de adminiſtrat. bon. advent. th. 9. & 10.* (4.) Res à malæ fidei poſſeſſore ignorante domino alienatæ, & bona fide acceptæ. Novo Jure, poſt *N. 119. c. 7.* e. g. ſi quis novam poſſeſſionem ſciens rem eſſe alienam, abſente domino, occupaverit, eamque poſtea alienaverit, & in b. f. poſſeſſorem transtulerit, hic b. f. poſſeſſor, qui ignorante Domino poſſeſſionem rei accepit, XXX. annis eam præſcribere poteſt. *d. N. 119. c. 7.* & Auth. *Malæ fidei. C. de præſcr. long. temp.* (5.) Res vitioſa, h. e. furtivæ & vi poſſeſſæ, non quidem à fure & violento poſſeſſore ſed à b. f. poſſeſſore. Carpz. *P. F. p. 2. C. 3. def. 18.* quidem putat, quod etiam fur poſſit rem 30. annis præſcribere; per *L. 3. & 4. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* verùm dd. textus id minime probant, in illis enim non de rerum, ſed de actionum præſcriptione agitur. Fur quidem actionem contra ſe competentem 30. annis præſcribit, ita, ut poſtea à Domino conveniri non poſſit; rem tamen ipſam non præſcribit, h. e. non fit illo tempore dominus; unde, ſi fur ejus rei poſſeſſionem etiam poſt 30. annos amiſerit, nullum habet juris remedium ad rem vindicandam, *l. 8. §. 1. C. d. t.* ſi tamen fur rem illam alienaverit, & tertius b. f. acceperit, hic 30. annis eam acquirit; *d. l. 8. §. 1.* cùm præter b. f. nihil requiratur. (6.) Feudum, ſi ſc. quis rem tanquam Feudum per XXX. annum b. f. poſſederit, & ſervitia feudalia Domino exhibuerit, quamvis de ea re non ſit inveſtitus, hoc tamen ſpatio res fit feudalis. *2. F. c. 26. verſ. ſequ. 2. F. 33.* vid. Struv. *S. J. F. c. 8. aph. 13. per tot. & cap. 13. aph. 10. & cap. 15. aph. 3.* D. Mayer *in Commentar. Jur. Feudal. cap. 5. §. 36.* FZ. *lib. 3. Reſ. 12.* Myns. *c. 4. O. 49.* Gail. *l. 2. O. 160.* Halb. *p. 4. pr. 4. pag. 275. ſeqq.* Schilter *ad ff. Ex. 45. § 65. & ſeqq.* niſi ſit regale. vid. § 65.

XXXIX. In foro Saxon. XXX. annis omnia immobilia, & quæ hiſce annumerantur, præſcribuntur, in illo enim foro duæ tantum dantur præſcriptionum ſpecies, ordinariæ ſc. & decretivæ: nimirum Annalis, cui adjiciuntur adhuc ſex ſeptimanæ & 3. dies. Ein Jahr, 6. Wochen, 3. Tage, qui omnes res mobiles, nec non bona Geradæ ſeu Utenſilia, & expeditoria & comeſtibilia præſcribuntur, & tricennalis, Germ. Dreyſſig Jahr, Jahr und Tag, ſinitur ſpatio 31. annorum, 6. ſeptimanarum & 3. dierum, quo omnes res immobiles, jura, actiones & ſervitutes præſcribuntur. Et ſic longi temporis præſcriptio Juris Civilis mutata eſt de J. Sax. in præſcriptionem XXX. annorum.

Adventitiæ filiꝫ. à patre alien.

Quando incipiat hoc tempus currere?

A m. f. poſſ. alienatæ & b. f. acceptæ ignorante domino.

Vitioſa, non à fure poſſeſſa, ſed ab b. f. poſſ.

An furi detur præſcr. & quando?

Feudum.

De J. Sax. Præſcr. eſt vel Annalis vel Tricennalis. Quando competit?

Carpz. *p. 2. c. 3. def. 3. & l. 1. Reſp. 36. n. 3. ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 5. & 6. h. t. ubi de aliis agit.*

Dantur tamen aliæ præſcr. extraord.

Dantur tamen eodem jure plures Præſcriptiones extraordinariæ & permiſſivæ, Nam & ibi ſpecies extraordinariæ Jure Civ. ſingulariter introductæ, vel etiam ubi XL. anni requiruntur, vel tempus immemoriale, non ſunt ſublatæ, uti videre eſt apud Carpzov. *d. C. def. 4. & 15. & p. 1. C. 32. def. 12. & l. 1. Reſp. 35.* Suprad. computatio vel adjectio hebdomadarum & dierum tantùm in ordinariis locum habet, in extraordinariis verò non obtinet. Carpz. *d. C. 3. def. 5.* Struv. *Exerc. 43. th. 25* ibique Mullerus.

Forma.

XL. Forma hujus præſcriptionis conſiſtit in continuatione poſſeſſionis per XXX. annos. Et ſi dubium ſit, quanti temporis præſcriptio neceſſaria, ad Tricennalem res redigitur, *l. 3. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* niſi ex rationabili judicis arbitrio, pro qualitate rerum & circumſtantiarum, aliter tempus definiendum eſſe appareat. Mev. *p. 2. dec. 102. n. 2.*

Si de quantitate ann. dubitetur?

Finis.

Finis hujus coincidit cum Fine longi temporis præſcriptionis.

Effectus.

Effectus conſiſtit in dominii acquiſitione. Nonnulli quidem putant, quibus etiam adſtipulatur Ludwellus, quod tantum actio præſcribatur, Verùm quod ipſum etiam dominium acquiratur, expreſsè probat *d. l. 8. §. 1. & N. 22. c. 24.* Gebhard. *c. 5. n. 3. ſeqq.* Struv. *S. J. C. h. t. th. in f.*

Præſcriptio XL. ann.

XLI. Præſcriptio XL. annorum eſt acquiſitio rei per poſſeſſionis continuationem 40. annorum.

In quo diff. à præced?

Quoad C. Eff. & Subjectum à præcedenti ſpecie non differt; *l. ſ. C. de fund. patrim.* bene tamen quoad Objectum.

Huc pertin. Res Princ. patrimoniales.

Hac enim præſcribuntur (1.) Res Principis patrimoniales. *l. ſ. C. de fund. patr. Rubr. & t. 1. C. ne rei domin.*

Fiſcales.

(2.) Res fiſcales ſeu fiſco jam acquiſitæ; quæ differunt à prioribus in eo, quod illæ ſint in patrimonio Principis, hæ in patrimonio Principatûs. *d. l. ſ. L. 4. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* add. *l. 50. §. ſ. ff. de leg. 1.*

Bona Eccleſ. immobilia.

(3.) Bona Eccleſiaſtica, Molin. *D. 74.* Dn. à Lyncker. *dec. 1046.* præſcriptibilia & immobilia. Nam mobilia triennio præſcribuntur. Auth. *Quas actiones. C. de SS. Eccleſ. c. 16. inſ. cauſ. 16. q. 3.* Gebh. *c. 2. §. 3. n. 3.* Hainold. *n. 268.*

Obj.

In *l. 23. C. de SS. Eccleſ.* quidem dicitur, quòd hæc bona demum centum annis præſcribantur, quod ipſum etiam confirmat *N. 9.* de cujus tamen auctoritate DD. non immeritò dubitant, ut videre eſt apud Duarenum, Alb. Gentilem,

Reſp.

ſed hoc mutavit Juſtin. in *N. 111. c. 1. & N. 131. c. 6.* ubi dicitur, quod quadraginta anni ſufficiant. Idem quoque confirmat Jus Canon. *c. 4. c. 6. c. 8. & 9. de præſcript.* licet Eccleſia contra aliam alleget *d. c. 6. & ſeqq. c. 8.* Balb. *p. 1. pr. 1. pag. 338. & ſeqq.* Dn. Mauric. *D. de Seculariſat. Bon. Eccleſ. c. 8. n. 3. & 7. ubi cap. 10. agit. de præſcriptione* Bonorum *ſecularis. ut &* Harpprecht. *C. 13. n. 31. cum ſeqq.* Idem obſervatur in terris, ubi Jus Sax. viget. Landr. *L. 1. art. 29.*

art. 29. §. Es ſeynd aber. *vers.* Die Gottes-Häuſer und Kirchen aber verſeſſen / verjähren ſich in viertzig Jahr *n.* Nec titulo opus eſt; niſi in beneficiis Eccleſiaſticis, *reg. 1. de R. J. in 6to.* (& tunc, ſi poſſeſſio non ſit Simoniaca, per triennium præſcribitur. Haunold. *n. 275.* Lugo, *d. tr. D. 7. S. 7. n. 113.* ubi X. requirit conditiones:) vel præſumptio juris communis contra præſcribentem militet. Brunnem. *J. Eccleſ. l. 2. c. 11. §. 5.* junct. *§. 6.* ubi Requiſita, ut contra Eccleſiam currat præſcriptio: ſcil. ut habeat ſuum caput; *c. 4. & 15. x. de præſcr.* ut Eccleſia non impediatur agere, ſicuti belli tem, ore, *c. 10. eod. ne ſit Schiſma; c. 14. eod.* nec currere incipiat tempore Prælati, qui perperam alienavit. Chriſtin. *V. 5. dec. 175. n. 44.* Specialis caſus eſt in *c. 1. d. 1.* ſi Prælatus locum vicinum ad ſuam religionem vel unitatem Eccleſiæ reducat, & per triennium poſſideat, nemine repetente, eum contra Prælatum negligentem præſcribit. Jura tamen ſpiritualia hoc tempore 40. annis non præſcribuntur. *c. 7. d. 1.* Porro in ſpecie excipitur Eccleſia Romana. vid. *ſeq. §. 43.* (4.) Modo dictis rebus Eccleſiaſticis æquiparantur Hoſpitalia, & alia piis uſibus deſtinata loca, item Legata pauperibus relicta. Auth. *Quas actiones. C. de SS. Eccl. Nov. 131. c. 6.* Berlich *p. 2. concl. 7. n. 1. & ſeqq.* Carpzov. *J. F. p. 2. C. 5. def. 1. & ſeqq.* (5.) Res Civitatum, arg. *d. N. 111. c. 1 & d. N. 131. c. 6.* In *d. l. 23 pr. C. de SS. Eccleſ.* ad harum rerum præſcriptionem 100. requiruntur anni, idque expreſſis verbis nullibi reperitur mutatum; quia tamen *in d. l. 23.* res hæ cum rebus Eccleſiæ æquiparantur, Juſtinianus autem uſucapionem rerum Eccleſiæ centenariam reduxit ad quadragenariam, ex identitate rationis idem cenſetur de rebus Civitatum; multo magis, cùm res Eccleſiæ adhuc favorabiliores ſint. Gebh. *c. 4. §. 5. n. 10.* Hahn. *h. t. N. 7. verb. Quædam 40. ann.* Bach. *d. D. 22. th. 4. lit. M.* B. Dn. Parens, *d. Diſſ. de var. temp. p. 47.* Struv. *Exerc. 43. th. 19.* ibique Mullerus.

Nec titulo opus eſt *Limit. 1.*

Limit. 2. Requiſita, ut currat contra Eccl. præſcr.

Loca pia.

Res Civitatum.

Obj.

Reſp.

XLII. Forma conſiſtit in poſſeſſionis continuatione per XL. annos. Finis & Effectus cum præcedentibus coincidunt.

Forma. Effectus.

XLIII. Ad præſcriptionem Temporis Longiſſimi etiam referenda eſt Præſcriptio Centum annorum, quæ eſt acquiſitio rei per poſſeſſionis continuationem centum annorum. Dicitur tempus longævum, *l. 23. C. de SS. Eccl.* & communiter Latinis Seculum. *N. 111. pr. inſ.* Hac acquiruntur Res Romanæ Eccleſiæ in ſpecie. *C. 14. x. de præſcript.* Laymann *in theologia morali lib. 3. tr. 1. cap. 8. n. 13.* De Jure quidem Civili controverſum eſt, an XL. an C. annis acquirantur? Hahn. *d. N. inf.* affirmat poſterius, per Auth. *Quas actiones. C. de SS. Eccleſ. Nov. 131. cap. 6. & N. 9.* hanc per *N. 111. & 131.* non mutatam eſſe ratus, quia ſcil. *d. N. 9.* in ſpecie loquatur de Eccleſia Roma-

Præſcr. Centenaria.

Ad 4. pertin. Res Eccleſiæ Romanæ. Quo jure? *Obj.*

na. ſed dd. NN. in genere; ſpecialem autem textum non corrigi per generalem, & novam legem generalem per priorem ſpecialem potius explicari. *l. 5. C. de Silentiar.* Strauch. *in tract. de non errante. ſ. Diſſ. add. Auth. Quas actiones. c. 4. § 3.* ſed Bachovius, *loc. cit.* prius, ſicque contrarium defendit ex *N. 111. & 131. c. 6.* quæ Conſtitutiones ſunt generales, nec ab iis excepta reperiatur Romana Eccleſia; quo etiam facit *c. 1. c. 16. q. 4.* qui Canon eſt Pontificis Gregorii, qui eodem ſeculo non diu poſt Imp. Juſtinianum vixit, unde probabile eſt, illum *in d. c. 4.* jus eo tempore uſitatum propoſuiſſe. Imo *d. N. 9.* non tàm loquitur de Eccleſia Romana in ſpecie ſic dicta, ſed de omnibus Eccleſiis Occidentis, quæ fere tum Romanam Eccleſiam agnoſcebant, per *d. N. 9.* & ibi quidem fit mentio ſedis Apoſtoli Petri, nimirum quoniam hæc ſedes Eccleſiarum Occidentis fuit caput. poſt Bachov. Dn. Berger. *Reſolut. ad h. tit. quæſt. 7.* Ad

Reſp. ad 1. obj. & (1) ad d. Auth. Reſpond. quod de illis in fine appoſitis verbis dubitatum ſit. Cum enim Codici multa à privato ſint inſerta, propterea que vim atque authoritatem LL. non habeant, niſi quatenus cum fonte conveniunt; in Nov. autem, ex qua deſumpta eſt d. Auth. ultima illa verba non repeRiuntur.

Reſp. ad 2. (2.) Ad *d. Nov. 9.* Reſp. Bachov. nec illam Legum auctoritatem habere; ſed per *N. 111. c. 1. & N. 131. c. 6.* correctam eſſe; uti conſentiunt Alb. Gent. *de libr. Jur. Civ. c. 7. p. 55.* Duar. *c. 1. de uſucap.* Tabor. *in partit. element. membro 2. §. 21.* Recentiores tamen Pontifices Johannes VIII. *c. fin. cauſ. 16. q. 3.* & Innocentius III. *c. 13. c. 14. x. de præſcr.* eam in Eccleſiam Romanam reduxerunt, ſtatuentes ſolam Centenariam præſcriptionem in juribus ad eam ſpectantibus

Si privatus præſcribat rem immob. currere debere. Quod tamen ita accipiendum, ſi privatus aliquid contra Eccleſiam Romanam præſcribere velit, *c. 6. d. t.* d. Diſp. *de Var. temp. loc. cit.* nec ſi res mobilis, quæ etiam contra Romanam Eccleſiam triennio præſcribitur. Balb. *p. 1. pr. 5. pag. 350.*

Cent. diff. ab Immemoriali. XLIV. Modo dictam præſcriptionem nonnulli eandem habent cum Immemoriali; ſed malè, quaſi non poſſit haberi memoria 100. annorum. Hunnold. *d. l. n. 519.* Bach. *d. tit. 4. inſ.* Reink. *de R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 2. num. 40.* Et patet ex natura vocabulorum, hanc ſpecialem conſtituere. Ad Centenariam autem præcisè 100. anni requiruntur, Verum ad Immemorialem interdum tot anni non ſufficiunt, interdum breviori ſpatio abſolvitur. Hinc in unaquaque aliter formandi ſunt articuli. Carpz. *p. 2. C. 1. def. 7. & p. 1. c. 10. d. 70.* Cravetta, *de antiq. temp. p. 4. c. 5. n. 1. 2. 3.* Victor. *de exempt. Imp. conclus. 17.*

Præſcript. Immemorialis quid? add. B. DD. Harpprecht. *in Conſil. nov. 4.* Immemorialis præſcriptio eſt acquiſitio rei per poſſeſſionem ejus temporis, cujus in contrarium non extat memoria. *c. 1. de præſcr. in 6.* Immemoriale tempus, undenck-

liche

liche Zeit, über Menſchen Gedächtnüß, dicitur, cujus initii memoria non extat; ſi nimirum nemo ſit, qui ſciat factum, de quo agitur, nec quod ipſe meminerit, nec quod audierit eos, vel ſenes, qui memoria tenuerint. *l. 2. §. 8. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* Ad hujus autem probationem legitimam DDres requirunt. (1.) Quod teſtes ſint ad minus 54. annorum. (2.) Deponant, communem eſſe opinionem de tali jure, & quod de contrario uſu non exiſtat memoria. (3.) Quod ita ſemper viderint, & à ſenioribus ſuisque majoribus audiverint. (4.) Quod nunquam viſum vel obſervatum fuerit contrarium; poſt alios, Mynſ. *c. 1. Obſ. 50.* poſt Meichſnerum, Gylmannum, Schwanmann. *Prac. Camer. l. 1. c. 12. n. 38.* add. *n. 13.* add. D. Harpprecht. *Reſp. 57. n. 318. cum ſeqq. Reſp. 56. n. 570. cum ſeqq. & C. n. 4. n. 742. cum ſeqq.* Tempore hoc probato cenſetur probatum Dominium, nec in contrarium admittitur probatio. Mynſ. *d. l.* Tale enim tempus habet vim conſtituti contractus, juſtæ cauſæ, legis, privilegii & juris pleniſſimi, ut nec tituli allegatio neceſſaria ſit. *l. 1. ff. de aq. pluv. l. 3. §. 4. ff. de aq. quotid.* Cravetta, *d. l. n. 45. & ſeqq.* Reink. *de R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 2. n. 21. & ſeqq.* Hinc pro Cautela dari ſolet, ne allegans immemorialem præſcriptionem titulum primordialem alleget, ne, ſi forſan titulus ſit illegitimus, mala fides inde colligatur. Brunnem. *ad l. un. C. de uſucap. transf. num. 15.* Nam ex tanto tempore & adverſarii patientiâ primam præſumitur jus & bona fides poſſeſſoris; Mynſ. *c. 1. Obſ. 10.* niſi validiſſimæ in contrarium ſint rationes; Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 4. §. 7.* & adverſarius malam præſcribentis fidem probaverit, quo caſu irrita ſit præſcriptio. Mev. *p. 9. dec. 165. n. 10.* Mynſ. *c. 4. Obſ. 6. n. 5.* Franzk. *l. 3. reſ. 1. n. 270.* Maſcard. *concl. 1378. n. 63.* tunc dicitur, deterius eſt, malum titulum habere, quàm nullum. Brunnem. *ad l. 4. C. de præſcr. long. temp.*

Tempus Immemoriale quodnam?
Ad ejus probationem req. 1. 2. 3. 4.
Effectus.
Cautela.
Deterius malum tit. habere, quam nullum.

XLV. Per hoc tempus præſcribuntur Servitutes diſcontinuæ; ſupra *ad tit. de Servit. §. 15.* Jurisdictio, Vectigalia, Jus collectandi, Pedagia, aliaque Regalia, & Jura aliàs impræſcriptibilia. *c. 26. x. de V. S.* ibi DD. & Brunnem. Es iſt unglaubbahr, daß, nach gemeiner Meynung der Gelehrten, alle *Jura* und *Regalia*, ſo *per Privilegium Summi Principis* mögen erhalten, auch durch unverdenckliche Verjährung, wann ſie alſo beſchaffen, daß kein Menſch eines *Contrarii actus* ſich erinnern, und der *Superior*, wider welchen die Verjährung laufft, deſſen nicht unwiſſend, können erworben werden. *Conſ. 107. n. 2.* Carpz. *p. 2. C. 5. def. 24. ſeq.* Dn. Hert. *Comm. c. 1. D. de Mod. conſtit. cru. th. 9.* Gebhard. *c. 5. §. 2.* Mynſ. *c. 5. O. 29 & 30.* B. Dn. Parens, *d. D. de Var. temp. in fin.* poſt mult. alleg. Vultur *d. Conſ. n. 20.* Ockel *de præſ. commun. c. 5. cum ſeqq.*

Quæ res hic præſcribantur?
Jura Superioritatis.

Coccej.

Cocceji d. ſþ *de præſcript. immemoriali.* & noſtra Tract. Inaug. *Condom. terrar. cum Sup. Conj. cap. 4. th. 14.* Sic dicitur in Inſtrum. Pac. *Regalia, Vectigalia, &c. longo uſu obtenta art. 8. n. 4.* Dicta etiam de Bonis Imperii Regalibus obtinent, ſi ab Imperii ſubdito præſcribantur. Et Cam. Imp. deſuper cognoſcit, ſicut ipſe Imperator mandat, daß das Cammer-Gericht ob ein Stand billig außgezogen, und wider des Reichs Anſchläge *præſcribiret.* R. J. *de anno 1548.* §. Und ſoll Unſer Kayſerliches Cammer-Gericht *&c.* §. Wann auch. ibi: über Menſchen Gedencken. Sicque in hujusmodi cauſis, ut & exemptionum, uti olim, ita hodienum in Camera Imperiali rectè judicatur. prout d. 18. Mart. Anno. 1701. pronuntiatum fuit *in cauſa* Frey herrn zu Kronhoven *contra* Chur-Bayern. A Principe verò Peregrino & Imperio non ſubjecto dicta bona præſcribi nequeunt, ut Imperii ſubjectione ſubducantur. poſt Gylmannum, Bocerum, Gilkenium & alios, Dn. Mauritius, *cit. D. c. 9. th. 3.* vid. Conring. *de fin. imp. c. 19 p. m. 359.* add *ſupra §. 25.*

Bona Imp. Regalia. In cauſis Exemptionum Cam. Imp. Judex eſt competens.

Sed Princeps peregrinus dd. bona non præſcribit.

Præſcript. Actionum.

XLVI. Præſcriptiones Actionum & ſimilium Jurium ſunt modi, quibus per ſpacium temporis actiones & ſimilia jura eliduntur & excluduntur; & hæ ſunt vel dierum, vel menſium, vel annorum, de quibus *ad tit. de Diverſ. temp. præſcr.*

De quibus remiſſive.

PRO SOLUTO.

Ad uſucap. req. Titulus.

XLVII. Dictum eſt ſupra *§. 9.* quòd ad Uſucapionem & Longi temporis Præſcriptionem requiratur juſtus Titulus, & quòd Præſcriptio ex pluribus cauſis f. titulis procedere poſſit; *l. 3. §. 4. ff de A. vel A. P.* hinc ut conſtet, quinam juſti tituli dicantur? ſpecialiter & pluribus in ſeqq. explicatur. Inter hos primo loco ponitur Titulus pro Soluto, qui quartum locum in quibusdam Editionibus tenet, ſed in Exemplari Florentino non eſt ſeparatus à ſuperiore, ſicut in edit. Gothofr. *& a L. 46 ff. h. t.* initium capit.

non generales,

Ratio.

XLVIII. Hic Titulus aliquando eſt generalis, aliquando ſpecialis, Ille tranſcendit varia genera ſolutionum factarum, imò cum quolibet alio titulo concurrere poteſt. *l 3 ff pro ſuo.* Sed in hoc ſenſu, quia aliarum cauſarum vel titulorum acceſſio tantùm eſt, ſolus ad præſcribendum non ſufficit: quia æſtimatur ex conjuncto ſpeciali; nam titulo ſpeciali, tanquam principali, ſublato tollitur etiam titulus generalis, ceu illius acceſſorius. *l. 27. ff. h. t.*

ſed ſpeciales, ut ſunt 1. Pro Soluto, Quid?

XLIX. Hoc loco habet ille rationem Tituli ſpecialis, ſicque ad uſucapiendum eſt idoneus, quia eſt habilis ad Dominium transferendum. Solutio enim haud rectè facta dicitur, niſi dominium ſit translatum. *§ 2. I quib. al. lic.* infra *ad tit. de ſolut. §. 2.* Cùm itaque titulus ad dominium transferendum ſit ido-

idoneus, ſi res à Domino in ſolutum data, ſequitur, ſi res aliena, à non Domino, b. f. ſoluta, vel debiti cauſa recepta, quòd illa hoc titulo uſucapi poſſit; *l. 46. ff. h. t.* ſive id, quod debetur, ſive quodlibet aliud pro debito ſolvatur. *d. l. 46.* Stryck. *in uſu moderno. h. t.* Struv. *Exerc. 43. th 30.* ibique Mullerus.

L. Neque refert, ſive ex vero ſive ex putativo Debito res ſoluta ſit, modò tradens & accipiens crediderit, debitum ſubeſſe, *l. 48. ff. h. t. L. 60. ff de ſolut.* Joh. Voëtius *n. 22. h. t.* Sic putas, te mihi, ex Titulo quodam equum debere, & non ſignificans mihi Titulum ſpecialem, tradis equum alienum, dicens tantùm, te debitorem eſſe hujus equi: hac Poſſeſſione in me translata, poſſum equum præſcribere & uſucapere Titulo *pro Soluto*, quia de nulla alia cauſa poſſidendi mihi conſtat. ita Haunold. *de J. & J. tom. 1. tract. 5. num. 240.* *Ex titulo* verò ſimulato uſucapio non procedit. *l. f. ff. pro donato.* Balbus, *d. tr. p. 2. pr. 3. pag. 105.* Etiam ex debito putativo; ſed non ſimulato.

TIT. IV.

PRO EMPTORE.

Cod. *Lib. 7. Tit. 26.*

§. I.

SEcundus Titulus eſt pro Emptore. Nam pro emptore poſſidet & uſucapit, qui reverà à non Domino purè emit; *l. 2. pr. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 43. th. 31.* ibique Mullerus. quoniam venditio eſt Titulus habilis ad dominium transferendum, aut uſucapiendi conditionem; *l. 74. ff. de contrah. emt.* unde perfecta venditio non eſt, quâ agitur, ne rei emptæ Dominium ad emptorem tranſeat. *l. 80. §. f. ff. d. t.* Hinc, ſi quis non pure, ſed ſub conditione emerit, verâ ſcil. & ſuſpenſivâ, illa pendente, emptor non uſucapit; quia emptio ante conditionis exiſtentiam nondum eſt perfecta, ſicque non adeſt Titulus. *l. 2. §. 2. ff. h. t. l. 4. pr. ff. de in diem add.* Aliud verò eſt, ſi conditio ſit reſolutiva, eâ pendente nihilominus currit Præſcriptio, quia, ſi venditor fuerit Dominus, dominium transfertur; *d. l. 4. §. 3.* unde ſequitur, ſi Dominus non fuerit, quod transferat conditionem uſucapiendi. *d. l. 2. §. 3. & 4 ff. h. t.* Stryck. *in uſu moderno. §. 2. h. t.* vid. ſupra *ad tit. de contr. empt. §. 83. & ad tit. de in diem addict. §. 7. & 22.* & *ad tit. de L. Comiſſ. §. 10.* Procurator quoque pro emptore uſucapere poteſt. *L. 2. §. 9. ff. h. t.* 1. Pro Emptore. Emptio ſit pura. Et poteſt eſſe ſub condit. reſolutiva.

II. Neque ſufficit, ſi aliquis mihi rem tradat, putans, ſe illam mihi aliquando vendidiſſe, & ego hoc credam; *l. 2. pr. ff. h. t. l. 3. ff. pro legato. L. 29. l. 48. ff. de uſuc.* nam in Titulo emptionis aliter requiritur bona fides, ac in reliquis contractibus, uti diximus *§. 12. ad tit. de uſucap.* Lacèt n. quis malâ Tit. putativus non ſufficit, ſed facta ſit b. f.

fide pro emptore poſſidere queat, uſucapere tamen nemo poteſt, niſi Poſſeſſionem b. f. adeptus ſit, *l. 2. §. 1. ff. h. t.* forſan, ut abſterrerentur homines ab emptione rerum alienarum, inquit Haunold. *de J. & J. t. 1. tr. 5. num. 233.* Aliquando tamen admittitur Titulus exiſtimatus, ſi error facti alieni, vel alia juſta & probabilis erroris cauſa intervenerit. *l. 11. ff. h. t. l. 5 §. 1. ff. pro ſuo* & *§. 9. ad tit. de uſuc.* Sed hoc bonam fidem non impedit, licèt emptor ſciret venditorem pecuniam ſtatim conſumpturum; *l. 8. ff. h. t.* niſi conſtet, venditorem luxurioſum pretium protinus in turpem uſum, e. gr. ſcorto daturum *d. l. 8. l. 12. §. 12. ff. Mand.* add. ſupra *ad d. tit. mand. § 11.* & ſic Dni JCti Francof. marito contra creditores, qui ad luxum uxori crediderunt, Exceptionem ex h. l. dederunt, teſte Brunnem. *ad d. l. inf.* Idem eſt, ſi Prætor alienare prohibuerit. *l. 7. §. 5. ff. h. t.*

Amet.

Si conſtet venditorem eſſe luxurioſum.

III. Porrò Poſſeſſor pro Emptore poſſidere incipit, qui litis æſtimationem Actori rem vindicanti ſolvit; *l. 1. ff. h. t.* per rationem in *l. 3. ff. eod.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* & proin idem eſt, ſi quis ex cauſa tranſactionis poſſideat, *l. 8. C. h. t. l. 29. ff. de uſuc.* & cauſa Permutationis; arg. *l. 2. ff. de rer. permut.* unde ſequitur, & illum pro emptore uſucapere, qui hujusmodi titulis legitimo tempore poſſidet. Balb. *d. tr. q. 4. & 5.*

Vel alienatio ſit prohibita.

Ex tranſact. & permut.

TIT. V.

PRO HÆREDE VEL PRO POSSESSORE.

Cod. *Lib. 7. Tit. 29.*

§. I.

TErtius Titulus eſt pro Hærede & pro Poſſeſſore, qui inter ſequentes V. titulos lucrativos primo loco ponitur. Apud Veteres quidem controverſum fuit, an cauſa lucrativa ſufficiat ad uſucapionem juſtificandam? Sed dubium hoc ſuſtulit Imp. Juſtin. *in l. pen. C. de præſcript. long. temp. 10. vel 20. ann.* Dn. Brunnemanno videtur, Titulum pro hærede non probare peculiarem Titulum uſucapionis; ſed tantùm novam qualitatem & Tituli ejus, quem defunctus habuit, continuationem. *ad l. 1. C. h. t. num. 6.* add. Hahn. *ad W. h. t. Num. I.* in hac materia ſtant, non aliter, quàm mus in pice volvatur Commentatores, ſecundum Oldendorp. & Joh. Voëtium *n. 2. h t.* Pro Hærede poſſidere dupliciter in Jure ſumitur: (1.) Cùm quis non eſt hæres, putans tamen, vel prætendens, talem ſe eſſe, poſſidet hæreditatem, *l. 11. pr. ff. de H. P.* ſicque vitium eſt in Subjecto, & vero hæredi datur Hæreditatis Petitio contra eum, qui pro hærede poſſidet, vid ſupra *ad tit. de H. P. §. 11.* Stryck. *in uſ. mod. §. 1. h. t.* Hic autem non uſucapit, quia deficit Titulus. (2.) Qui verus eſt hæres & rem alienam, v. gr. commodatam, depoſitam, in hæreditate repertam, hæ-

§. Pro Hærede, & pro Poſſeſſore,

Pro Hærede, poſſidet non hæres.

Verus hæres.

hæreditariam credat, & ita poſſideret; ſicque defectus occurrat in Objecto, & hæc eſt hujus loci atque materia uſucapionis. *l. 3. ff. h. t.* An verò hic titulus ſufficiat, & ſolus pariat uſucapionem? vid ſupra *ad tit. de uſuc. §. 17.* Struv *Exerc. 43. th. 33.* ibique Mullerus, & LL. à Dilenſt. in contrarium adduci ſolitæ vel de poſſeſſionis acceſſione loquuntur, vel de iis, qui titulum hæredis prætendunt, ſed revera non ſunt.

An hic tit. ad uſucap. ſufficiat?

II. Pro Hærede autem uſucapit, (1.) Qui reverâ hæres eſt, aut ex juſtiſſima cauſa ſe talem eſſe exiſtimat; *d. l. 3. ff. h. t. d. l. 11. ff de H. P. l. 33. §. 1. ff. de uſuc.* vid latè Dn Voet *ad h. tit. th. 2.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.* minus verò, ſi quis hæredem ſe tantummodo putet, *l. 3. C. h. t.* vel ad falſo delatam famam de alicujus morte proximus agnatus hæreditatem occupaverit. *l. 1. ff eod.* (2.) Ut res in hæreditate ſit inventa, *d. l. 2. ff. h. t.* atque à defuncto ſine vitio fuerit poſſeſſa. *l. 3. C comm. de uſucap.* junct. *l. 11 C de acq. & ret. poſſ.* ſupra *ad tit. de uſuc. §. 26. inf. & 33. ſeqq.* De cætero omnes, qui teſtamenti factionem habent paſſivam, rem alienam in hæreditate inventam, quâ hæreditariam b. f. poſſidere, & pro hærede uſucapere poſſunt. *l. 4. ff. h. t.* Sive ſint extranei, ſive ſui hæredes. *L. 2 §. ſ. l. 3. l. 4. ff eod.* generaliter loquuntur; nec ſine abſurditate Suo negari poteſt, quod extraneo competit. Donellus & alii opponunt *l. 2. C. h. t. l. 11. ff. de lib. & poſth.* Sed in *d. l. 2.* non dicitur, quòd Sui non habeant jus uſucapiendi pro hærede; ſed quod, Suis exiſtentibus, tamdiu alii Extranei nihil ex illa hæreditate pro hærede uſucapere queant. Cùm enim Suis hæreditas ipſo jure acquiratur, Extraneus pro hærede in hoc caſu ſe gerens in m. f. verſaretur. In *d. l. 11.* magis eſt abuſus verborum; uti, poſt alios, Haunold. *d. l. num. 244. & ſeqq.* Hahn. *d. l. num.* II. Brunnem. *ad l. 1 C. h. t.* & *ad l. 4. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcript.*

Requ. 1. Ut ſit verus hæres; Non putativus.

2. Res in hæreditate inventa, & à defuncto ſine vitio poſſeſſa.

An etiam ſuus hæres poſſ. pro hærede?

Obj.

Reſp.

III. Pro Poſſeſſore poſſidet, qui non ſimpliciter poſſidet; *l. 11. l. 12. ff. de H. P.* ſed bonâ fide res Prætoriæ bonorum poſſeſſionis uſucapit pro poſſeſſore, æquè ac hæres pro hærede hæreditarias, *l. 1. l. 2. ff. de poſſ. her. pet.* Weſ. *h. t. inſ.* vel qui ex juſtiſſima cauſa ſe bonorum poſſeſſorem putat. Struv. *S. I. C. Exerc. 43. th. 34.* In hoc titulo etiam ſingulare eſt, quod, cùm Domini intentio nullo temporis longi ſpatio adſtruatur; *l. 4 C. h. t.* hic titulus proſit ad excludendum Tertium, non verò Dominum, puta Commodantem, Deponentem, qui poſt lapſum longi temporis poterit probare dominium. Schilt. *ad ff. Ex. 43. §. 64.*

Pro Poſſeſſore poſſidet.

Singulare.

TIT. VI.

PRO DONATO.

Cod. *Lib. 7. Tit. 27.*

§. I.

4. Pro Donato.

QUartus Titulus eſt Pro Donato, qui ſufficit ad uſucapionem, quia Donatio per ſe eſt titulus, quo Dominium transfertur; quare ſi à non Domino res donationis cauſa ſit tradita, in accipientem poteſtas uſucapiendi transfertur. *l. 1 pr. ff. h. t.* ſupra *ad tit. de donat. §. 26. & 34.* Nec refert, ſi venditio facta ſit donationis cauſa, (ſcil. pretio non exacto,) tunc n. non pro emptore, ſed pro donato res tradita uſucapitur. *l. f. ff. h. t.* Aliud vero eſt, ſi imaginaria ſit venditio, vel perſuaſio & deceptio, quaſi aliquis mihi rem donaſſet. Opinari autem non ſufficit, *d. l. 1. pr. §. 11. I. l. 27. ff. de uſuc. l. 2. pr. ff. pro empt. l. 6. ff. pro derelict.* niſi juſtus error intervenerit. *l. f. C. h. t.*

Si venditio donationis cauſa facta. *Error.*

Req. vera donatio rei alienæ, a donatario b. f. accepta. Res habilis. Donatio in ſe valida.

II. Requiritur ergò (1.) Ut donatio rei alienæ reverà intervenerit, uti modò dictum: Non obſt. *l. 9. §. 3. ff. de donat.* ad quam Reſp. ſupra *ad tit. de donat. §. 26.* (2.) Ut res donata à donatario b. f. ſit accepta. *l. 1. C. h. t.* (3.) Ut res non ſit inhabilis; ſic ſi donans ſciverit, rem eſſe alienam, res in cauſam furtivam incideret, cujus uſucapio pro donato procedere non poteſt. *l. 2. C. h. t. §. 2. I. de uſuc.* Joh. Voetius *num. 1. h. t.* (4.) Ut non ex alia cauſa ſubſit vitium, quò minus donatio jure ſubſiſtat. v. gr. Si facta inter perſonas, quæ invicem donare prohibentur. Hinc filius, quod Pater ipſi donavit, non uſucapit, etiam poſt mortem Patris, *l. 1. §. 1. ff. h. t. l. 2. §. 2. ff. pro hered.* (exceptio eſt *in l. 4. ff. h. t.*) quod tamen Novo Jure mutatum, uti diximus ſupra *ad tit. de donat. §. 23.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Struv. *Exerc. 43. th. 35.* ibique Muller. Sic etiam in Donatione inter Conjuges facta ceſſat uſucapio, *l. 1. §. 2. ff. h. t.* Si tamen res aliena donata fuerit, quia Conjux donans inde non fit pauperior, poſſidenti uſucapio procedit. *l. 3. ff. eod. l. 25. ff. de don. inter vir. & ux.* & ſupra *ad d. tit. §. 6. & ſeqq.*

Quando in donat. inter Conjuges?

Si donans revocare velit donat.

III. Si donans rem alienam revocare conſtituerit donationem, propterea que litem moverit, & rem vindicare cœperit, nihilominus adverſus tertium curret præſcriptio, *l. 2. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 43. th. 36.*

TIT.

TIT. VII.
PRO DERELICTO.
Inſtit. *Lib. 2. Tit. 1. §. pen.*

§. I.

QUintus eſt Pro Derelicto. Cùm autem quis rem abjecerit vel deſeruerit eo animo, ut eam in numero rerum ſuarum amplius habere nolit, ſtatim ejus Dominus deſinit, & continuò fit occupantis; *l. 1. l. 5. §. 1. ff. h. t. §. p. I. de R. D.* add. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 45.* hinc, ſi res abjicientis propria fuerit, tunc uſucapio neceſſaria non eſt *dd. ll.* ſed rem alienam, ſicque à non-Domino verè derelictam, tanquam à vero Domino pro derelicto habitam, *l. 6. ff. h. t.* poſſeſſor demum uſucapit, etiamſi ignoret, à quo derelicta ſit. *l. 4 ff. eod.* Rittershuſ. *ad §. 37. I. de R. D.* Struv. *Exerc. 43. th. 37.* ibique Muller. Vel ſi unus ex ſociis ſuam tantùm partem pro derelicto habuerit, illa quoque ſolùm uſucapietur. *l. 3. ff. d. t.* — *§. Pro Derelicto.* — *Quomodo fiat?*

II. Ut vero Uſucapio pro derelicto locum habeat, requiritur, ut non-Dominus rem amplius habere nolit, propterea que eam abjiciat, vel deſerat; Joh. Voetius *h. t.* Sic res tempeſtate ejectæ vel deperditæ non uſucapiuntur. *l. 7. ff. h. t.* Item ſi res uſucapta iterum derelinquatur, non revertitur ad priorem dominum, utpote qui ſemel dominium ſuum amiſit. De dictis requiſitis vid. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 45. 46. & 47.* — Non pertinet ad res ejectas vel deperditas. — Uſucapta iterum derelicta an revertatur?

TIT. VIII.
PRO LEGATO.

§. I.

SExtus eſt Pro Legato; nam & legato dominium transfertur, ſi à Domino res propria fuerit legata. vid. ſupra *ad tit. de Leg. §. 44.* Si verò res aliena legata, aut legantis quidem ſit; ſed adempta Codicillis ignoretur, uſucapiendi eſt conditio, *l. 4. ff. h. t.* Joh. Voetius *n. 2. h. t.* Struv. *Exerc. 43. th. 38.* ibique Müllerus. Pro legato enim poſſeſſio & uſucapio nulli alii, quàm cui legatum eſt, competit, *l. 1. ff. h. t.* & quia hæc ex jure teſtamenti proficiſcitur, nemo poteſt legatorum nomine uſucapere, niſi is, cum quo eſt teſtamenti factio. *l. 7. ff. eod.* Struv. *Exerc. 43. th. 39.* — §. Pro Legato.

II. Requiritur autem, ut res (1.) ſit Aliena, uti modò dictum. (2.) Reverà ſit legata; *l. 2. l. 3. ff. h. t.* niſi juſta erroris cauſa ſubſit. *l. 4. ff. eod.* (3.) Ab ignorante teſtatore eam eſſe alienam; Si enim ſciverit, legatarius non uſucapit; ſed hæres ad præſtationem obligatur. juxta *§. 4. I. de Legat.* — Req. Ut res aliena ſit legata, à teſtatore ignorante,

Legatario tradita.

Legat. & ſupra *add. t. §. 30.* (4.) Legatario Legati nomine tradita; *l. 5. ff. h. t.* vel legatarius ipſe poſſeſſionem, ſine vitio tamen, i. e. ſciente & conſentiente hærede, vel Prætoris authoritate, ingreſſus ſit *l. 8.* ibi Gothofr. *lit. e. ff. h. t.* add. ſupra *ad tit. de legat.* §. 2. & 42. Nec refert, licèt Dominus ejus vivat. *l. 5. l. 6. ff. h. t.* Joh. Voetius. *n. 1.*

TIT. IX.

PRO DOTE.

Cod. *L. 7. Tit. 28.*

§. I.

7. Pro Dote.

Habet locum, ſi verum matrimonium ſit ſecutum.

Sin res dotalis ant. matrimonium tradita, quando currat uſuc. diſting.

SEptimus eſt pro Dote; nam & Dote dominium: *§. 40. inſ. I. de R. D. l. 71. ff. de Jur. dot. l. 9. C. de R. V.* &, ſi res ſit aliena, poſſeſſio & conditio uſucapiendi transfertur in maritum. *l. 1 §. 2. ff. l. un. C. h. t.* Hic titulus eſt Mixtus. Dos enim datur propter onera matrimonii, & ejus fructus mariti lucro cedunt, Maritus autem, qui rem alienam dotalem b. f. accepit, pro Dote uſucapit. *d. l. §. 2. ff. d. l. un. C. h. t.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Struv. *Exerc. 43. th. 40.* ibique Müllerus. Sicque requiritur verum Matrimonium. Si enim ſit putativum vel nullum, ceſſat uſucapio; *d. l. 1. §. 2. & 3.* quia dotis datio hanc habet conditionem: Si matrimonium fuerit ſecutum. *l. 10. §. 4. ff. de jure dot.* vid. Joh. Voëtius *num. 1. h. t.* Quid, ſi ſponſa rem ſimpliciter tradiderit? vid. *d. l. 1. §. 2.* Sed Quær? Ex quo tempore currere incipiat uſucapio, ſi res dotalis ante matrimonium data fuerit? Diſting. an res æſtimata tradita ſit, ante matrimonium non currit; *l. 2. ff. h. t. d. l. 10. §. 5. inſ.* An inæſtimata, & iterum videndum, quomodo tradita ſit: An ut ſtatim ſponſi accipientis fiat; & ſtatim currere incipit, non quidem ex titulo pro dote; ſed pro ſuo *d. l. 1. § 2.* An vero, ut ejus demum fiat poſt nuptias? & tunc non ſtatim traditionis tempore; ſed ſecutis nuptiis uſucapioni locus erit. *d. l. 1. §. 2. d. l. 10. §. 4.*

Quæ res h. t. uſucapiantur?

II. Res autem non tantum proprias; ſed & alienas ad effectum ſcil. uſucapiendi validè in dotem dari, præter *dd. ll.* probant *l. 6. §. 1. l. 34. l. 81. ff. de jur. dot.* Nec refert, Singulæ res, an univerſæ, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* etiam communes, *l. 5. ff. eod.* mobiles, an immobiles ſint; *l. un. C. d. t.* hoc enim titulo omnes uſucapiuntur. *dd. ll.* add. ſupra *ad tit. de jure dot. §. 23. & 25.*

TIT.

TIT. X.
PRO SUO.

§. I.

Octavus eſt Pro ſuo. Hic titulus eſt vel Generalis, qui aliorum titulorum tantùm eſt Correlativus, Acceſſorius, omniumque Communis. Nam qui pro emptore, pro herede, &c poſſidet, dicitur hoc ſenſu poſſidere Pro Suo; *l. 1. pr. ff. h. t.* & hac ratione per ſe ad uſucapionem non eſt idoneus. *l. 27. ff. de uſuc.* uti explicatum ſupra *ad tit. de uſuc. §. 48.* — 1. Pro Suo, non quat. eſt generalis;

II. Vel Specialis, ſi quis rem alienam b. f. conſecutus ſit, eo modo, quò alias inter titulum & modum diſtingui non poteſt, vel uti Haunoldus dicit, quando nempe res aliena à nobis bonâ fide poſſidetur, ex juſta quadam cauſâ, quæ ad alios nominatos ſpeciales titulos non pertinet, & tamen naturali ratione apta eſt ex ſe conferre dominium. Haunold. *de J. & J. tom. 1. tr. 5. n. 238.* Ut ſi quis cervum alterius manſuefactum, nullius eſſe putans, ceperit, & per tempus definitum retinuerit; vel gemmas alterius caſu deperditas in littore maris invenerit, ratus vi fluminis ejectas eſſe; &c. *l. 2 ff. h. t.* Et quod quis hoc modo Suum, licèt ex falſa cauſa, *l. 4. §. f. l. 5. §. 1. ff. h. t.* exiſtimans poſſederit, ex hoc titulo ſpeciali uſucapiet. Hic enim titulus eſt adjectus, ut litium ſit finis. *d. l. 5 pr.* Si verò uſucapiens reſciſcat rem eſſe alienam, interrumpitur uſucapio, & denunciatio fiat domino vero. *l. 3. ff. h. t.* add. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 48. & L. 1. §. 2.* Joh. Voëtius *n. 1. h. t.* Struv. *Exerc. 43 th. 41.* — Sed ſpecialis, quomodo? Finis. Quando interrumpitur?

III. Præter hactenus recenſitos titulos adhuc alii & ex aliis cauſis dari poſſunt, ut Pro Ceſſo, *l. 33. §. 3. de uſucap.* Pro adjudicato, *l. 17. ff. eod.* Pro noxæ dedito, *l. 3. §. 21. ff. de A. vel A. P.* Pro Tranſacto *l. 29 ff. de uſuc. l. 8. C. de uſuc. pro empt &c.* Joh. Voëtius *n. 2. h. t.* ubi plures recenſet. — Dantur adhuc alii tituli, ex. gr.

LIBER XLII.

Finis Judiciorum conſiſtit in Executionibus, hinc proponuntur Remedia, quibus, auctoritate Judicis, poſſeſſio bonorum per viam executionis aliis datur; idque ex variis cauſis, nempe: Ob rem judicatam, Tit. 1. *De Rejudicata, & de effectu Sententiarum, & de Interlocutionibus* — Connexiones Libri XLII. Tit. 1.

onibus; vel ob Debitoris Confeſſionem; Tit. 1. *De Confeſſis* vel Bonorum
2. Ceſſionem; Tit. 3. *De Ceſſione bonorum.* Debitore verò latitante vel abſente,
3. vel ſe non defendente, Actores vel Creditores in ejus bonorum poſſeſſionem
4. mittuntur. Tit. 4. *Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur.* In hac tamen miſ-
ſione obſervatur forma: Illa enim fit ex primo Decreto; & ſi reus in contu-
macia perſiſtat, demum ex ſecundo, quo res diſtrahere atque ſub haſta vendere
5. permittitur, ut Actoribus ſatisfiat. Tit. 5. *De Rebus auctoritate Judicis poſſiden-
dis vel vendendis.* In dicta verò Diſtractione nihilominus habenda eſt ratio Cre-
ditorum jus potius habentium; ſive Extra Concurſum, Separationis jure or-
dinario, ſive in concurſu. Hinc communiter ſuperadditur Titulus *de Privile-
giis Creditorum;* qui quidem in Florentino Exemplari non eſt ſeparatus. Qui-
dam tamen Creditores extra Concurſum Separationis jure, & quidem Extraor-
6. dinario, præferuntur. Tit. 6. *De Separationibus.* Ex variis quoque cauſis
7. ſæpius Curator bonis debitoris in ſubſidium peti & conſtitui ſolet. Tit. 7.
De Curatore bonis dando. Sin Debitores Miſſionem in bona metuentes in da-
mnum Creditorum aliquid geſſerint, his ſubvenit Prætor, rerum fraudulenter a-
lienatarum revocationem concedendo. Tit. 8. *Quæ in fraudem creditorum fa-
cta ſunt, ut reſtituantur.*

TIT. I.
DE RE JUDICATA, ET DE EFFECTU SENTENTIARUM, ET DE INTERLOCUTIONIBUS.

Inſt. *L. 4. T. 17* Cod. *L. 7. T. 52. &* à *Tit. 42. usque ad 58. Tit. 60.* Nov. *69. c. 3. N. 112. c. 3.* Cauſ. *3. q. 7. c. 4. & q. 9.* Extra. *L. 2. T. 27.* In Sexto *L. 2. T. 14.* Clem. *L. 2. Tit. 11.*

§. I.

Continuatio.

SEquuntur nunc Executiones in bonis, quibus Res variis ex cauſis alii poſſidenda datur, quarum Prima eſt, ſi Judex cauſam cognovit atque decidit, & dicitur ob rem judicatam, de qua agitur in hoc Titulo, qui juxta inſcriptionem plures habet partes. Prima enim agit de Re judicata; Altera de Effectu ſententiarum, & Ultima de Interlocutionibus.

Hujus tit. partes.

Res Judicata quid?

II. Res Judicata, aliàs judicatum, *l. 47. ff. h. t.* vel judicatio, *l. 5. C. de ped. jud.* ſententia judicialis, *l. 5. C. ſent. reſc. non poſſ.* à JCto Modeſtino definitur, quæ finem controverſiarum pronunciatione judicis accepit; quod vel Abſolutione, vel Condemnatione contingit; *l. 1. ff. h. t.* vid. Joh. Voëtius *n. 1. h. t.* nam Res judicata denotat litem terminatam, *l. 45. ff. h. t.* negotium tranſactum, abſolutum, dimiſſumque judicium; *d. l. 3. l. 3. C. de fruct. & lit.*

& lit. exp. quo ipſo ſequitur, & ita in Praxi etiam ſecundum Jus Canonicum obſervatur, quamdiu appellari poſſit, vel apellatum ſit, ſententiam haud tranſire in rem judicatam, ſed eſſe ſuſpenſam, *c. 15. c. 15. x. h. t. l. 5. C. quor. app. non recip.*

III. Ex modo dicta Judicis pronunciatione provenit Sententia, de qua in ſecunda h. t. parte. Sententia dicitur à ſentiendo, quod Judex per eam quid ſentiat, declaret. arg. *l. 8. §. 4. ff. ſi ſerv. vind.* In ſenſu vero lato eſt opinio, v. gr. ſi dicitur, JCtum in hanc vel illam ſententiam reſpondiſſe; *l. 51. ff. de donat. int. v. & u.* vid. *l. 25. §. 2. ff. de rec. qui arb.* vel lumen orationis γνώμη, ein Spruch. Strictè accipitur pro Deciſione rei litigioſæ, & quidem vel Impropriè, quatenus comprehendit Decretum, *l. 46. ff. h. t. l. 75. ff. de judic. l. 22. pr. ff. ad SC. Treb. l. 6. C. de ſent. & interloc.* Arbitrium, *l. 1. l. 19. §. 2. ubi Arbiter ſententiam dare dicitur, ff. de rec. qui arbitr. l. 2. C. de ſent. & interloc.* vel Propriè, & eſt Pronunciatio a Judice ritè & legitimè facta, cauſæ controverſæ deciſionem continens. *l. 1. l. 14. ff. h. t. d. l. 19. §. 1. l. 6. C. de appellat.* Unde apparet, lata ſententia cauſam quidem ſtatim dici judicatam, *t. t. ff. & C. h. t.* habito tamen reſpectu ad ſuſpenſionem per Appellationem. *l. 6. §. 1. ff. de his, qui not. inf. l. 11. C. de R. C.* poſt X. demum dies elapſos, res dicitur judicata. Da die Urthel krafft Rechtens ergriffen. *pr. § 2. in f. aut. tit. C. de exec. rei jud.* & ſic accuratè loq. Sententia & Res judicata differunt ut cauſa & cauſatum. Joh. Voet. *n. 2. h. t.* Secundum dicta vox Sententiæ ſub vario nomine continetur, ut ſunt Decretum, Arbitrium, Res judicata, *d. l.* Pronunciatio juridica, *l. 3. C. de fruct. & lit. exp.* Judicis, *l. 1. §. 5. ff. ad SC. Turp.* Definitio. *l. 2. C. de temp. & repar. appell.* Germ. Urtheil.

Verb. Sententiæ Etymol. Homon. Acc. lat.

Strictè.

Definitio.

Diff. Sent. & Rei jud. Synon.

IV. Sententia ratione objecti in duas dividitur ſpecies. Umm. *Proc. Jud. D. 19. th. 4.* In Interlocutoriam, Ein Vor- Bey- Urthel, Beſcheid, *Interlocut.* quâ ſuper incidentibus & emergentibus Proceſsûs pronunciatur. Joh. Voet. *n. 4. h. t.* Ita dicitur, quod eam Judex interim loquatur, donec Definitiva dicatur. Et ſecundum Dd. Incidens vocatur, quod ante L. C. ortum habuit. Emergens vero, quod demum poſt L. C. obvenit. Umm. *th. 16.* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 23. th. 1. lit. D.* de qua Tertia hujus tit. pars loquitur, & Definitivam, quâ res principalis in judicium deducta ritè deciditur, Ein End- Urthel. *l. 1. l. 4. §. 6. ff. h. t. l. 1. C. de exec. rei jud. l. 9. C. de ſent. & interl. l. 11. C. de R. C.* Hæcque κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur Sententia, & ita in rubr. *ff. & C. h. t.* Interlocutoriæ opponitur, quamvis & Interlocutoria ſententiæ nomine veniat, *lege 39. princ. ff. de minoribus lege 2. lege 11. lege 16. Cod. de ſentent. & interlocutor. leg. 19. §. 1. ff. de recept. qui arbitr.* ſcilicet reſpe-

Diviſio in Interlocutoriam & Definitivam.

ſtu capitis, quod per eandem deciditur atque terminatur. *Vult. d. c. 11. num. 6.*

Hæc ſubdividitur.

Gail. *l. 1. O. 129. infin.* Definitiva ſubdividitur in Abſolutoriam & Condemnatoriam. *l. 1. ff. h. t.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.*

Interloc. eſt vel Simplex.

V. Interlocutoria autem eſt (1.) ſimplex, quæ conſiſtit in terminis articuli, ſuper quo lata eſt, nec tangit cauſam principalem, ſed ut plurimum reſpicit Proceſſum, cujus perplures ſpecies collegit atque recenſet Gylm. *in Præjud. Cam. Imp. 1. 3. verb. Sententia interlocutoria. §. Quæ ſententiæ. pag. 319. & ſeqq.* (2.) Mixta, quæ extra terminos articuli progreditur,

Vel Mixta.

& cauſæ principali facit præjudicium, articulum determinando, qui ad condemnationem vel ad abſolutionem facit, hinc etiam dicitur, quod hæc vim habeat ſententiæ definitivæ, cumque eadem quoad cætera pari jure gaudeat. Gail. *l. 1. O. 130. n. 6.* Mynſ. *c. 3. O. 11.* Conc. Cammer-Gerichts-Ordnung, *p. 2. t. 32. § 2.* vid. infra *§. 24.*

Exempla.

e. g. ſi Judex interloquendo relaxet à juramento ad effectum agendi, vel ſi Juramentum ſuppletorium vel purgatorium deferat parti, talis deciditur articulus, qui cauſæ principali præjudicat, ideo hæc meritò Mixta, & proin vim Definitivæ habere dicitur, ſi enim reus præſtet Juramentum purgatorium non poteſt non abſolvi. Item ſi fidejuſſor conventus opponat Beneficium Excuſſionis, hæc enim cauſa eſt incidens, & judex deſuper pronunciet, principalem debitorem eſſe excutiendum. Si imponatur perpetuum ſilentium in cauſa L. diffamari, item ſi expiret officium Judicis, ſeu per Non-devolutoriam incompetentem, vel Appellationem eſſe Deſertam pronunciando, vel alioquin cauſam remittendo: vel quando continet aliquid dari vel fieri debere. *Gail. d. l.* Plura Exempla vid. ap. Gylm. *d. l. pag. 318.* Carpz. *l. 3. Reſp. 48. n. 10. & ſeqq.* Hunn. *Encycl. jur. p. 2. t. 22. cap. 1.* Nicol. *in Proceſſ. p. 2. cap. 14. n. 5.* Joh. Voëtius *n. 4. & ſeqq. h. t.* Brunnem. *in Proceſſ. Civili cap. 28. num. 2.*

Item vel Actoria, Vel Paritoria Simplex,

VI. Dein dividitur in Actoriam, quando Judex cauſâ nondum ſatis inſtructâ litigantibus, ut ulterius agant vel ſubmittant, injungit; & Paritoriam, eamque vel Simplicem, quâ parti latæ ſententiæ, junctis Executorialibus. (vid. R. J. *de anno 1654. §.* Damit auch *159.* Concept. Cammer-Gerichts-Ordnung *p. 3. t. 57.*) paritio ſimpliciter injungitur,

Plena.

vel Plenam, qua ſimul exceptiones objectæ tanquam irrelevantes rejiciuntur, per verba, Unerheblichen Einwendens ungehindert. vid. Roding. *Pand. Cam. l. 3. t. 41. n. 23.* Ad interlocutorias quoque referuntur De-

Decreta Extrajudicialia.

creta Extrajudicialia, quæ tamen ſententiæ non audiunt, ſed Beſcheid, de quibus vid. ſupra *ad tit. de Conſ. Princ. §. 21. & 23.* D. Harpp. *C. 72. n. 10.*

Sententia eſt

VII. Portò Sententia in genere dividitur à diverſis Judicius in ſententiam

tiam Primæ Inſtantiæ & Secundæ, quo nomine omnes ulteriores intelliguntur. Ratione cauſæ in Civilem & Criminalem. Supra *ad tit. de judic.* §. 11. Ratione qualitatis & Effectus in Abſolutoriam & Condemnatoriam. *l. 6. C. de appellat.*

Prima vel Secunda Inſtantiæ.

VIII. Cauſa Efficiens eſt Judex, qui debet eſſe Competens & ſuſpicione carens, prout deſcribitur in *c. 1. h. t. in 6to. l. 21. ff. h. t. l. ſ. ff. de juriſd. l. 9. ff. de jud. l. 1. l. 3. C. de juriſd. omn. jud. l. 4. C. de ſent. ex peric. recit.* Incompetentis enim ſententia omnino nulla eſt. *t. t. C. ſi a non comp. jud.* Ziegl. *Dic aſt. Concl. 11. §. 5.* add. ſupra *ad tit. de jud. § 30. & ſeqq.* unde *Judicis pronunciatio* dicitur *in l. 1. ff. h. t.* Si ergo non pronunciando, ſed per comminationem, epiſtolam, vel reſcriptum, programma ſubſcriptionem ad libellum, parti aliquid injungat, auctoritatem ſententiæ non habet. *t. t. C. Comminat. Ep. Progr.* & ibi Brunn. Carpz. *J. For. P. 1. C. 26. def. 18. & 19.* ibique Goſwinus ab Esbach Berlich *dec. 310.* ubi lim. niſi Reſcriptum præcedente cauſæ cognitione partibus publicatum ſit, ſicut & Pronunciatio illius, qui juriſdictionem non habet, non ſit ſententia; v. gr. Laudum arbitri; *l. 13. § 1. ff. de his, qui not. infam.* valet enim tantùm ex conventione partium, ſicque pacto privatorum, non autoritate publica. v. Borell. *de Comprom. §. 5. gl. 1. n. 13.* Author *in Diſp. de arbitris th. 25. cum ſeqq.* Similiter conſilia Doctorum Facultatis & Collegii JCtorum per ſe non habent vim ſententiæ, nec tranſeunt in rem judicatam, verùm ſi Judex ea tanquam ſententias publicaverit, tunc ex ipſius auctoritate & actu publicationis vim ſententiæ accipiunt, licet Judex iis proprium nomen haud adjecerit, ſed ſimpliciter partibus publicaverit, ſo die Rechts-Belehrung ſelbſt, an ſtatt des Urthels, eröffnet worden. Carpz. *J. F. p. 1. C. 26. def. 1. & 2.* & in *Proc. tit. 16. a. 1. n. 48.* Stryck. *in uſ. mod. §. 9. de orig. jur.* Berlich. *p. 1. concl. 59. n. 4. & ſeqq.* Bach. *ad D. 23. th. 2. lit. B.* Ziegl. *d. tr. concl. 41. §. 13. 14.* ſed hic Dd. excipiunt ſententiam ad Conſilium Medicorum vel Chirurgorum de vulneris lethalitate & ſimilibus cauſis latam, contra quam tamen ſemper probationem admittunt, *c. 16. x. de probat.* Carpz. *d. l. def. 3.* & *Pr. Crim. P. 1. q. 26. n. 48.* Berlich. *d. l. n. 50.* Gail. *l. 2. O. 111. n. 46.* B. Dn. Parent. *Diſſ. de Conſil. p. 2. c. 2. th. 2.* D. Schenem. *in Diſſ. de Ocular. inſpect. th. 21.* DD. Graſſ. *in diſſ. de jure taxato periculi th. 14.* D. Böhmer *in diſſ. de ſententia in rem judic. non tranſeunte §. 30.* Stryck. *in uſ. mod. § 14. h. t. & § 4. ad l. Cornel. de Sicar.* Judex autem competens propriè quis dicatur? vid. ſupra *ad tit. de Judic. § 32. & ſeqq.* ubi *§ 37. in f.* Judex in propria cauſa eſſe prohibetur, qua occaſione neceſſarium duximus notare ex aliis præcipuum errorem Blumii *in Proc. Cam. t. 7. n. 47.* occurrentem,

C. Eff. eſt Judex competens.

Sententia non eſt, quod judex citra pronunciationem mandat.

Laudum.

Conſilia JCtorum; Niſi ex judicis auctoritate.

Quid de Conſiliis Medicorum?

Kk 2 ubi

Rhetii error notatur.

ubi Aſſeſſori Cameræ Imper. per ſententiam Cameralem d. 15. Dec. 1664. injunctum aſſerit, ut in cauſis ipſum ſuosque concernentibus aſſeſſione abſtineat. Sed hoc injurioſum & planè falſum eſt, quaſi vero Judex, Præſides & Aſſeſſores, contra Ordinationem, ſicque contra juramentum connivissent; & demum non ſine Proſtitutione Auguſtiſſimi Judicii Collegam in ſolenni Audientiâ publicè removiſſent. Aſſeſſorem autem in dicta ſententia in cauſa Schwindiſcher Erben *contra* Webern mentionatum non fuiſſe Cameræ, ſed Scabinatus Reip. F. demonſtravit Deckherr *in præfat. ſent. Cam. & in vind. ad Blum. d. n. 47.*

Judex ipſe de J. Civ. ſententias recitet.

IX. De Jure Civili ipſe Judex ſententiam ferre & de Scripto recitare tenetur; nec hoc per alium, e. gr. Actuarium, facere poteſt *l. 1. C. de ſent. ex peric. recit. l. 26. ff. h. t.* quod etiam de Jure Canonico procedit. *c. ult. h. t. in 6to.* Excipiuntur tamen in *l. 2. C. d. t. & d. c. ult.* Præfecti Prætorio & aliæ Perſonæ Illuſtres, quæ etiam per alios ſententiam ferre poſſunt. Et in cauſis levioribus viliumque Perſonarum ſententiam non ſcriptam dicere licet. Auth. *Niſi C. d. t.*

Quid hodie?

Noſtris moribus ut plurimum ſententia non ab ipſo judice, ſed à Secretario vel Actuario recitatur. Celliſch Hoffg. Ordn. *ꝛc. t. 31. §. 7.* Würtemb. Landr. *p. 1. t. 6. §.* zum Siebenden *pag. 19. tit. 33. §.* So dann *ꝛc.* und Hoffg. Ordn. *p. 3. t. 24. n. 15.* Vult. *d. c. 11. n. 100.* Bach. *d. D. th. 3. lit. D.* Marant. *Specul. p. 6. tit. de ſent. n. 12.* Stryck. *in uſu moderno §. 11. h. t.* Sic in Camera Imp. Judex cum Aſſeſſoribus pro Tribunali ſedens ſententias per Protonotarium ex Scripto recitari curat, quod vocatur, Urtheil *publiciren*. Roding. *d. tr. l. 2. t. 2. n. 17.*

Si ſint plures Judices, omnes judicent.

X. Si Plures dati aut delegati fuerint Judices, Sententia non, niſi omnibus præſentibus, ferenda eſt; quippe omnes judicare juſſi ſunt, *l. 37. l. 39. ff. h. t.* & potuit fortè Præſentia unius prolatis argumentis & rationibus reliquos in ſuam ſententiam trahere *l. 17. §. 7. ff. de rec. qui arb.*

Secus ſi totum Collegium.

Aliud verò eſt, ſi cauſa non certo numero, ſed toti Collegio judicium ordinariorum commiſſa ſit, tunc unus vel alter citra præjudicium abeſſe poterit. Mev. *p. 4. dec. 152.* Ziegl. *Concl. 42. §. 27.*

Si unus dicat ſibi non liquere.

Sed ſi unus ex præſentibus ſententiam dicere recuſet, jurans ſibi non liquere de cauſa, & cæteri conſentiant, rectè ſententiam ferent, quia, etſi alter diſſentiret, plurium ſententia obtineret. *L. 36. ff. h. t.*

Si diſſentiant & vota ſint paria.

Sin omnes quidem ſententiam dixerint, ſed invicem diſſentiant? Reſp. videndum, an vota ſint paria, an imparia? Si diſſonæ ſententiæ inter pares numero Judices proferantur, Gloſſa diſting.

Diſt. an ſint ordinarii?

An Judices ſint ordinarii, & tunc ea præfertur ſententia, quæ pro reo eſt, aut minorem continet Summam; *l. 38. §. 1. ff. h. t. junct. l. 125. ff. de R. J.* niſi actoris cauſa ſit favorabilior,

bilior, qualis eſt cauſa libertatis, *d. l. 38. l. 24. ff. de manum. teſt. l. 10. ff. de teſtam.* matrimonii, dotis. *c. ſ. x. h. t.* Carpz. *p. 1. C. 27. def. ult.* Joh. Voet. *n. 18.* Stryck. *in uſu moderno §. 12. h. t.* Struv. *Exerc. 44. th. 8.* ibique Muller. An verò delegati, & tunc neutra diſſentientium valet ſententia, ſed utraque in pendenti eſt, donec competens, i. e. Delegans Judex unam earum confirmaverit. *l. 28. ff. h. t.* quæ ita conciliatur cum *d. l. 38.* hanc ſc. intelligendo de ordinariis, & quidem Magiſtratibus majoribus, illam verò de Judice pedaneo. Quam diſtinctionem approbat Jus Canonicum, *d. c. ſ. x. h. t.* & hanc ſententiam ſequuntur Duarenus, Zaſius, Wiſſenbach, Pacius, Teſſaurus, Ziegl. *d. concl. §. 9.* Notandum tamen, ſi plures Arbitri conſtituti paribus votis diſſentiant, quod neutra valeat ſententia, *c. ſ. d. l. 17. §. 5. l. 27. § 3. ff. eod.* & tunc eligendus eſt Mediator vel Superarbiter- Obmann. *d. l. 17. §. 6.* add. B. Dn. Parens, *Tr. de Arbitr. Compromiſſ. th. 24. & 26.* Sic ad evitandam votorum paritatem impares plerumque numero conſtituuntur aut coeunt Judices. Ziegl. *d. concl. §. 13. & ſeqq.*

An delegati?

Conciliatio *l. 28. & l. 38. ff. h. t.*

Sed Arbitris in tali caſu eligitur Mediator.

XI. Si vota ſint imparia, per omnia jura numerus major prævalet. *l. 36. l. 39. ff. h. t. l. 17. §. ſ. l. 18. l. 27. §. 3. ff. de recept. qui arbitr. l. 19. ff. ad munic. c. 33. c. 36. c. 37. x. de Elect.* Joh. Ludwig Praſchii *diſſ. de jure maj. partis.* niſi enim Majora valerent, res ſine exitu futura eſſet. Ziegler. *d. concl. per tot.* cui adſtipulatur Imp. Matthias in Decreto in Comitiis anno 1613. facto, quod vid. ap. Arum. *de Comit. c. 7. n. 67.* Myler. *ad A. B. Rumel. p. 2. diſſ. 5. th. 20. lit. a.* add. *R. I. de anno 1512. §.* Es ſollen auch. 7. ibi: Und was [illegible] ſelbe, oder der mehrere Theil aus ihnen. Quamvis juxta Carpz. melius ageretur, ſi magis ad rationum ponderationem, quàm numerationem reſpiceretur. *d. def. ult. num. 1.* Sic in Camera Imperiali, ſi ex VII. Aſſeſſoribus tres diverſum ſenſerint ex cauſis juſtis & relevantibus, aus wichtigen, anſehnlichen und tapffern Urſachen, cauſa ad Judicem & reliquos Aſſeſſores deferatur, quorum arbitrio vel à pluribus Aſſeſſoribus, vel alio Senatu adjuncto, vel etiam in Pleno ſub incudem revocetur. Concept. Cammer-Gerichts Ordn. *p. 1. t. 21. num. 5.* An autem Majoritas Suffragiorum intelligi debeat de majori parte, habito reſpectu in eundem Senatum ſuffragantium, an verò ratione totius Collegii? vid. Mevius, *ad Jus Lub. l. 1. t. 5. a. 2. n. 35.* & Ziegl. *d. l. §. 19. 20.* Klein *ad Schepfferum n. 9. h. t.* Dantur tamen Caſus, in quibus Majoritas vel Pluralitas votorum nec in Comitiis attenditur, ut in Cauſis Religionum, omnibusque aliis negotiis, ubi Status tanquam unum corpus conſiderari nequeunt. Inſtr. Pac. Cæſ. Suec. *Art. V. §. 5. num. 19.* hujuſmodi caſus XIII. collegit Bertram. *de Comit. theſ. 73.*

Si Vota imparia, prævalent Majora.

Limit.

Majoritas ſuffragiorum quomodo computetur? [illegible]

Quandoque non attenditur.

& Limn. *de J. P. tom. 3. l. 9. c. 1. n. 176.* quos tamen ad III. vel IV. referri poſſe dicit Obrecht. *ad. Inſtr. Pac. d. l.* eoſque principaliores dicit Myler. (1.) In negotio Religionis, per Ep. *ad Rom. c. 14. v. 12.* add. Deckherr. *de pac. civ. rel. c. 65.* (2.) In Contributionibus Imperii. Damit nicht einer dem andern in infinitum in den Beutel votir., cujus deciſio in Inſtr. Pac. *d. l.* ad proxima Comitia quidem remiſſa, ſed nondum determinata eſt. Dn. de Buckiſch *ad J. P. art. 5. O. 155.* add. Dn. Schweder. *Introd. in Jus publ. part. ſpec. ſect. 1. c. 30. n. 18.* (3.) In tollenda lege fundamentali, auferendo jure quæſito, vel privilegio. Limn. *n. 185.* (4.) In cauſis, quæ ad omnes, ut ſingulos, ſpectant. latè poſt alios, Myler. *d. l. lit. b.*

> **Subjectum ſunt Litigantes, niſi ſit impedimentum.**

XIV. Subjectum ſunt perſonæ, inter quas fertur ſententia, & controverſia deciditur, Litigantes, qui cauſam in judicium deduxerunt, & qui habiles ſunt ad audiendum ſententiam: *l. 45. §. 5. l. 54. pr. ff. h. t.* nec honeſtâ abſentia, morbo ſontico, aliave juſta cauſa impediuntur, *d. l. 54. pr. l. 60. ff. eod.* add. ſuprà *ad tit. de judic. §. 23. & ſeqq.* & in vivis ſunt. *l. 59. §. 3. ff. d. t. l. 57. in f. ff. de jud. l. 2. ff. quæ ſentent. ſine appell.* vid. Struv. *Exerc. 44. th. 3.* Aliis judici

> **De quo Judici, qua tali, debet conſtare.**

pronunciante de impedimento, vel morte partis, non ut privato, ſed ut Judici, i. e. ex allegatione in judicio facta, antea conſtare debet. de quo vid. Gail. *l. 1. O. 109. n. 3. & ſeqq.* Ruland. *de Commiſſ. p. 1. lib. 2. c. 5. n. 6.* add. Hunn. *Encyclop. p. 3. t. 22. cap. 3.* Quoniam autem ſententia inter litigantes fertur, per

> **Reg. Sent. aliis non præjudicat.**

Regulam ſequitur: Res inter alios judicatas aliis non præjudicare. *l. 63. ff. h. t. l. 2. C. quib. res jud. non noc.* & *t. t. C. int. al. acta. l. 1. ff. de exc. rei jud.* Mev. *p. 7. dec. 4. n. 9.* Licet enim Jus faciat ſententia, hoc tamen univerſale non eſt; nam in *d. l. 63.* ſubjungitur limitatio, ſcil. ſi tertius ſciat: qui enim patitur, cauſam ipſam tangentem in judicio agere, nec contradicit, ipſius ſcientia

> **Fama ſcientium.**

& patientia habetur pro conſenſu vel mandato, maximè ſi agatur de præjudicio juris realis, multoque magis ſi quis per dolum taceat: item ſi ad eum hujus litis defenſio primo loco ſpectet: vel à jure tertii conſtet jus litigantis: aut res ſit individua, poſt alios, Gail. *l. 1. O. 70. n. 25. & 26.* ibique Gœrv. & Fabric. Brunnem. *ad d. l. 63.* & *add. l. 2.* & *Proc. Civ. c. 27. n. 74.* Maſcard. *de prob. V. 3. concl. 1159. n. 20. 42. & ſeqq.* Frider. *de cont. cauſ. l. 3. c. 8. n. 41.* Mev. *p. 2. dec. 159. p. 5. dec. 31.* & *p. 8. dec. 51.* vel magnum ejus præjudicium ſubſit: Berlich. *dec. 98. n. 12.* vel ſit cauſa communis: *l. 10. §. 4. ff. de app.* add. *l. 4. §. 3. ff. ſi ſerv. vind.* Mev. *p. 8. dec. 381. n. 1. & ſeqq.* vel inter conjunctos: Maſcard. *d. l. n. 45.* Mantica, *de tac. & amb. conv. l. 7. t. 7. n. 5.* aut cauſa ſtatus: *l. 25. ff. de ſtat. hom. l. 27. §. 1. ff. de lib. cauſ.* Carpz. *J. F. p. 1. c. 26. def. 15. 16. & 17.* vel agenti adſtitiſſet conſilio & ope. Maſc. *d. l. n. 44.* & *concl. 1225. n. 51.*

De

De d. Regula integrum tractatum ſcripſit Tiraquellus, *Tom. 5.* D. Stryck. *in uſu moderno §. 15. cum ſeqq.* ubi integra exhibetur Diſputatio de re judicata, quatenus tertio noceat & poſſit.

XIII. Cum igitur de Jure Civili Procurator poſt litem Conteſtatam fiat Dominus litis, *l. 61. ff. l. 22. l. 23. C. de procur.* totus proceſſus in eum dirigitur, & ſententia non in Principalem, ſed ipſum Procuratorem pronunciatur, *l. 1. C. de ſent. & interl. Jud.* ita tamen, ut contra hunc utilis actio judicati detur. *l. 4. pr. ff. h. t.* add. ſupra *ad tit. de procur. §. 57. & ſeqq.* Quod tamen hodie, pro diverſorum locorum conſuetudine, diverſimode eſt mutatum. Jure Würtemb. ſententia pro Judicis arbitrio vel in principalem, vel in procuratorem, vel in utrumque, modo litem geſſerit, concipitur, & ad audiendam ſententiam citatur. *L. R. O. p. 1. tit. 55 §.* Es ſollen *& §.* Ob auch jemand. De Stylo Cameræ Imper. conſueto, quamvis omnes cauſæ per Procuratores agantur, *Ord. l. 1. t. 25.* Sententiæ regulariter tamen in Dominum litis feruntur & publicantur, exceptis cauſis injuriarum. Mynſ. *C. 6. O. 11.* Gail. *lib. 1 O. 111. n. 2. & l. 2 O. 102.* add. Roding. *Pand. Camer. l. 3 t. 59 n. 9. 10.* vid. ſupra. *§. 59. de procurat.* Idem de aliis Tribunalibus docet Bocer. *cl. 6. D. 33 th. 51.* & de Jure Canon. obtinere *c. 3. 2 de procur.* Brunnem. *ad d. l. 1 C.* Gail. *d. l. n. 3.* à Roſsbach. *de diff. jur. civ. & can. l. 3. t. 20 n. 5.* Sed ſi ex pluribus alteruter principalium mortuus eſſet, quomodo olim diſpoſitum? vid. Concept. Cam. Ord. *p. 3. t. 14. n. 11.* Hodie verò, cum juxta R. J. *de anno 1654. §.* Damit auch ꝛc. *93. & ſeqq.* procuratoria & Principalium heredes & Procuratoris ſubſtitutum complectantur, alterutro Principalium mortuo, proceſſus continuatur in heredibus, alterutro Procuratorum defuncto, in Subſtituto; utroque Principali vel Procuratore, in utriusque heredibus vel ſubſtituto. Limitationem tamen vid. apud Gambs *in Not. ad d. Rec. §.* Als auch. *94.* add. Mauritii *diſſ. de citat. ac re aſſumend. lit. & §. 66. de procurat.*

XIV. Objectum Sententiæ definitivæ eſt cauſa principalis in judicium deducta; quæ in Civilibus ex petitione Actoris, non ex perſona Rei colligitur; *l. 61. pr. ff. de jud.* in Criminalibus verò ex ipſo Jure. *l. 1. §. 4. ff. ad SCt. Turp.* Judex autem non poteſt aliam rem adjudicare, nec terminos libelli excedere *l. 6. §. 1. ff. de off. Praeſ. l. 18. ff. comm. div.* vid. Struv. *Exerc. 44. th. 5.* Hinc petens fundum Cornelianum, ſi probet, Sempronianum ſuum eſſe, Reus erit abſolvendus, licèt utrumque poſſideat, ut &, ſi rem petat ex cauſa emptionis, poſtea vero probet ex cauſa donationis eam deberi. *l. 23 ff. de judic. l. ſ. C. de fideicomm. libert. C. 31. in med. X. de Simon.* Unde vulgare illud: Sententia conformis debet eſſe libello, ſcilicet quoad objectum, cauſam petendi, & actio-

An ſententia ferenda in procuratorem?

Jure Würt.

Prax. Camer.

Si moriatur principalis vel procurator?

Sententia ferenda de cauſa in judicium deducta.

Sententia conformis ſit libello.

actionem; non quoad formam concluſionis, alias reus ſemper eſſet condemnandus: imo judex ex officio circa concluſionem & ejus vitia ſupplere poteſt. Gail. *l. 1. O. 107. n. 1.* Conformitas autem requiritur quoad Objectum, ne Judex de alia re, quæ non venit in judicium, pronunciet, Cauſam, ne Actor ex alia petat, & Judex ex alia judicet, & Actionem, quia Judex ſequi debet actionem inſtitutam. Jaſon. *ad §. 31. J. de act. n. 32.* Hæc obtinent in Civilibus. In Criminalibus aliter ſe res habet, vid. omnino Carpz. *J. F. p. 1. C. 26. def. 6. & 8.* & *Pr. Crim. p. 3. q. 106. n. 17.* Brunnem. *Proc. c. 5. n. 15.* Ziegl. *concl. 44.* ad l. ſupra *ad tit. de edendo §. 14. & 19.*

quoad objectum, cauſam & actionem.

Limitatio.

Nec non dicta Regula limitatur, ſi judici ex Actis plus conſtet, quàm petitum in libello: vid. Joh. Voet. *n. 19. h. t.* vel ſi tacitè fuerit petitum, vel ſi quid à litigatoribus, aut ab his, qui negotiis adſiſtunt, minus fuerit dictum, judex tenetur proferre atque supplere, quod ſcit Legibus & Juri publico convenire. *l. un. C. ut, quæ deſunt adv. part. jud. ſuppl.* prout in genere & per multa ſpecialia enucleat Dn. Zaunſchliffer, *inter opera jurid. tract. 1. de officio judicis ſuppletorio. ad d. l. un.* vid. *§. 39. de except. & §. 20. de divers. & tempor. except.* Item ſi Libellus habeat clauſulam ſalutarem: *Peto mihi jus atque juſtitiam adminiſtrari omni meliori modo.* v. gr. Und dieſes alles, auch was ſonſten, nach Geſtalt dieſer Sachen, könte, ſolte, oder möchte gebetten werden, das alles will in der beſten Form Rechtens begehret, auch hierüber das Adeliche Amt- Richterliche Amt, umb förderliche Rechts-Erhelffung, angetruffen haben. Videtur enim omne jus ſuum competens deductum, & judex duntaxat rei geſtæ veritatem, ex actis & apta narratione, non vero petitionem actoris reſpicere, imo hanc potius ſupplere, quàm ſcrupuloſe & ad ſuperſtitionem uſque petitioni incongruæ inhærere debet. Myns. *c. 4. O. 55. n. 4. 5.* Gail. *l. 1. O. 101. n. 7. & O. 151. n. 22.* Carpz. *Lib. 1. Reſp. 73.* & in *Proc. jur. t. 10. a. 2. n. 43. ſeqq.* & *J. F. p. 1. C. 2. def. 15.* Beſold. *Th. Pr. Diſſ. de modo reſ. th. 21.* Mev. *p. 8. dec. 150. ubi in f. quod ex Ordinat. Summi Tribunalis Wiſmar. p. 2. t. 11. §. 11. Advocati Clauſulas ſalutares addere jubeantur.*

Si adjectam clauſulam ſalutarem habeat.

Sic intentans Poſſeſſorium poteſt etiam in Petitorio obtinere, ſcil. ſi titulus, licet ad colorandum tantum Poſſeſſorium, fuerit editus, & manifeſtè de Petitorio conſtet, uti præjud. confirmant Gail. *l. 1. O. 61. num. 11. & 12.* Myns. *c. 6. O. 39.* Gylmann. *Symphor. tom. 1. p. 1. tit. 7. Vot. 3. num. 7. 8. & p. 3. vot. 12. n. 14. & ſeqq.* Hinc ex *C. 2. X. de ordin. cogn.* conſulitur Actori, ut cum proteſtatione documenta ad Petitorium ſpectantia producat, ſe id facere tantummodò pro poſſeſſione coloranda, minime vero ad ſe in Petitorium intromittendum. late Clud. *rer. quot. c. 4. num. 19. & ſeqq.* Brunnem. *C. 5. Dec. 15.*

Conſilium.

Sin autem ex utraque parte punctum Petitorii non incidenter tantum, ſed plenè & ſuf-

& ſufficienter ſit inſtructus, imò Actor forſan velit colorare, quod in ſe eſt vitioſum, uti inquit Menoch. *de recup. poſſ. Rem. 1. num. 183.* tunc ſupremus judex, ſi ipſi æquum & juſtum ita videbitur, non attentâ proteſtatione, de Petitorio pronunciare poteſt. poſt alios, Mev. *p. 6. dec. 100. num. 7. 8.* add. infra *ad tit. de interd. §. 18.* Tandem quoque Definitiva ſuper tota cauſa eſt ferenda; quia non poteſt ex uno judicio res judicata in partem valere, & in partem non valere. *l. 27. ff. fam. erciſc. l. 3. C. de ſent. & interl.* Niſi plura in lite ſint capita, tunc enim tot poſſunt eſſe ſententiæ, quot ſunt capitula. *l. 15. C. d. t. l. 41. ff. fam. erciſc.* Gail. *l. 1. O. 110. num. 2.* Struv. *Exerc. 44. th. 7.* ibique Mullerus, Joh. Voetius *n. 17. h. t.*

Sententia ſuper tota cauſa feratur.

XV. Res autem vel expreſsè in judicium deducuntur, Res ſcil. principales: vel implicitè & per conſequentiam pro talibus habentur, etſi petitæ non ſint. Sicque Judici earum quoque rerum officium incumbit, quæ intrinſecus & jure quodam acceſſionis rem reſpiciunt, vel ex natura actionis veniunt. *l. 25. §. 8. ff. de ædil. ed.* Vulc. *d. c. 11. n. 23. & 37.* Mynſ. *C. 4. Obſ. 55.* Carpz. *d. def. 8. l.* Sic petens debitum poteſt ſimul condemnari ad reſtitutionem pignoris licèt non petitam, utpote quæ ſolutionem ſequi debet. Porrò hujusmodi Acceſſiones ſunt Uſuræ Fructus, *l. 44. ff. de R. V. l. 51. ff. de R. C. l. 2. ff. de uſur. l. 1. C. de fruct. & lit. exp.* add. ſupra *ad tit. de R. V. §. 17. & ſeq.* & *ad tit. de uſur. §. 12.* Damnum, & id, quod intereſt; de omnibus latè Umm. *d. tr. Diſp. 21.* Intereſſe verò ita æſtimandum, ut non excedat duplum pretii, judex tamen iniquas æſtimationes ſequi non debet. *l. un. C. de ſent. quæ pro eo, quod int.* ubi Brunnem. Struv. *Exerc. 44. th. 5.* ibique Mullerus Expenſæ judiciales, Sumptus, Impenſæ litis, Gerichts-Koſten, *l. un. C. de ſumpt. recup. l. 76. ff. l. 13. §. 6. C. de jud. l. 5. C. de fruct. & lit. exp.* interdum etiam Extrajudiciales, Umm. *D. 22.* Carpz. *J. F. p. 1. c. 31. def. 3. 6. & ſeqq.* nam per legem præceptivam Victus Victori in expenſas condemnandus eſt; *l. 79. pr. ff. de jud. l. 5. C. de fruct. & lit. exp.* Joh. Voetius *n. 21. h. t. & ſeqq.* quæ à judice taxari, & in Camera Imperiali, prout ſemper obſervatur, Procurator ſuper taxatis jurare debet. Concept. *pag. 3. tit. 59.* ubi *num. 9.* prohibetur, ne Aſſeſſores nimis faciles ſint in compenſandis expenſis, quia dicta regula limitatur, ſi Judex victum juſtam cauſam litigandi habuiſſe cenſeat, & tunc demum compenſari ſolent. Conſt. Car. *V. art. 201.* Gail. *lib. 1. O. 151. num. 23.* Würt. Landr. *pag. 1. tit. 54. §.* Wo dann add. omninò Ziegl. *concl. 49.* Beat. Parens, *Diſp. de Expenſis victoria.* Struvius *thes. 6.* ibique Mullerus & de ſingulis his acceſſoriis C. I. A. *h. t. thes. 15. & mult. ſeqq.*

Sententia etiam continere, quæ cauſam principalem ſequuntur.

& acceſſiones, ut Uſuras, Fructus, Damnum, Intereſſe, Expenſas.

Eas victus debet victori.

Quando compenſandæ?

Accidit tamen, ut quis, licèt Victor, nihilominus præſenti Reo Victo expenſas refundere teneatur, atque ob contumacem abſentiam. *L. 13. §. 2. C. de jud.* Concept. *p. 3. t. 31. in f.* & *t. 32. n. 3.* ibi. Und ob für den ungehorſamen Theil würde geſprochen, ſoll doch der gehorſame Kläger der Koſten und Schäden erlediget werden. *d. tit.* & *in ſeqq. ulterius traditur, quomodo contra Contumacem procedendum.* Sic d. 13. Dec. Anno 1675. *in Cauſa* Sto *et contra* Krauſſ.n, Appellans ad ſatisfaciendum ſententiæ in prima inſtantia latæ condemnatus fuit. Appellatus verò in expenſas ob contumaciam. ſuperadd. Mynſ. C. 4. O. 47. Gail. *l. 1. O. 60. n. 9.* & *O. 157. num. 3.* Roding. *l. 3. tit. 14. & ſeq.* Blum. *Proc. Cam. tit. 66. n. 52. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 10. de appellat.* & infra *§. 3. nihil innovar. appellat. interpoſ.* ita etiam diſponitur Jure Wurtemb. ut Actor ipſe non comparens, ne quidem ob legitimas abſentiæ cauſas, expenſarum condemnationem effugiat. Landr. *p. 1. t. 14. §.* Es mag auch.

Iam & Victor tam debet Victo.

XVI. Formam quod attinet, Pronunciatio ritè atque juſtè fieri, cauſæque controverſiæ deciſionem continere debet. Requiritur itaq; ut ſententia I. fiat ritè, h. e. obſervato judiciorum ordine; Alias Rei judicatæ auctoritatem non obtinet, ſed ipſo jure nulla eſt. *l. 4. C. de ſentent. & interl. Jud.* Ritè autem ſententia requiſita habet vel præcedentia vel concomitantia. Illa ſunt quævis ſubſtantialia proceſſus, ſcil. (1) Citatio, Sententia enim contra non citatum lata ipſo Jure nulla eſt. *Clem. Paſtoralis de re jud. §. ſ. ∫ de pæn. temer. litig.* ſupra *ad tit. de in jus voc. §. 18.* (2) Litis Conteſtatio, cujus omiſſio vitiat proceſſum ordinarium. *Lau. C. de lit. conteſt. l. 2. pr. C. de jurej. propt. cal.* Carpz. *J. F. p. 1. C. 10. def. 1.* Hac tamen nullitate ſanabili in judiciis inferioribus commiſſâ, nihilominus in Camera ad Definitivam proceditur, modò de Cauſæ principalis meritis conſtet, & de veritate cognoſci poſſit, Mynſ. *C. 1. O. 27.* & *C. 4. O. 62.* & *C. 5. O. 93.* Gail. *l. 1. O. 75. n. 5.* & *O. 76. n. 5.* vid. infra *§. 2. quæ ſentent. ſine appellat. reſcind.* in Cauſis verò ſummariis ſolennis Litis Conteſtatio non requiritur. *Clem. Sæpe de V. S.* Carpz. *d. C. def. 8.* & *Conſt. 11. def. 5.* add. ſupra *ad tit. de edendo §. 34. & de Jud. §. 14. & ſeqq.* (3.) Cauſæ cognitio. *l. 47. ff. h. t. l. 9. C. de jud. l. 7. C. de ſent. ex peric. recit.* & *l. 2. C. eod.* dicitur, non ſubitas, ſed, deliberatione habita, ſententias ponderatas & emendatas. *l. 7. C. de ſentent. & interloc.* Contra inauditum enim ſententia lata eſt ipſo jure nulla. *d. Clem.* Carpz. *d. C. 26. def. 12.* Mev. *p. 3. dec. 112. num. 3.* Ziegl. *d. tr. Diſſ. prælim. num. 18.* & *Concl. 36. num. 1. 2.* ſupra *ad d. tit. de jud. §. 62. & ſeqq.* de introductione actorum vid. Böhmer *num. 9. & ſeqq.* & Schöpffer. *num. 11. & ſeqq. h. t.*

Sententia fienda 1. Ritè.

quod ſpectat proceſſus præcedentia, ut ſunt Citatio.

Litis Conteſtatio.

Cauſæ cogn.

Vel concomitantia.

XVII. Requiſita ſententiam concomitantia ſunt, ut ſententia proferatur (1.) Judice non ſtante; ſed pro tribunali ſedente. *l. 2. §. 1. ff. quis ordo in poſſ. ſerv. l. 6. § 6. C. de poſtul. l. 4. C. de dilat. l. 6. C. de ſent. & interloc. N. 82. c. 3.* & de Jure Can. *c. f. de ſent. & re jud. in 6. in uſu moderno §. 12. h. t.*

Sane, ut proferatur Judice pro tribunali ſedente.

(2.) Ex ſcriptura, vel libello; & oretenus, ſi cauſæ ſummariæ, viles & modici momenti ſint. Hunn. *d. 1. c. 2. n. 7. 8.* Aliàs nec ſufficit, ſcriptam partibus offerre. *d. c. f. l. 1. 2. l. 3. C. de Sent. ex periculo recit.* D. Harpprecht. *Conſil. nov. 44. n. 47. & 48.*

Ex ſcriptis.

Periculum quid? Not.

(pro *periculo* alii legendum putant *breviculo*, alii contra, quia Veteres periculum pro libello uſurpaverint, hinc Cato, *in orat. ad litteras cenſoras*, ait, periclitatus ſum, i. e. libello complexus ſum. vid. Gothofred. *h. t. lit. b.* Schwarzenthal. *Proc. jud. l. 3. c. 3. n. 12.*)

Qua lingua?

& quidem Romæ proferebantur latinè, *l. 48. ff. h. t.* poſtea Impp. reſponderunt, in Provinciis, ubi Græca Lingua erat familiaris, Sententias tam Latinâ, quam Græcâ proferri poſſe. *l. 12. C. de ſent. & interloc.* Sic hodiè in Judiciis Pontif. Eccleſiaſticis frequens eſt in lingua Latina, in Camera Imp. omnia fieri debent in lingua Germanica vel Latina, ſi ſcil. (1.) Acta prioris inſtantiæ in Gallica vel alia exotica lingua ſint conſcripta, vel (2.) Reus ſit linguæ exoticæ. Roding *l. 3. t. 20. n. 15.* Blum *proc. Cam. tit. 51. n. 22.* & de Linguis videri meretur Dn. Mauritius, *de Reviſ. Imp. th. 28. & 29.* Deckherr, *ad O. C. p. 1. t. 3. num. 18. 19. & ſqq.* & in *Concord. Sup. Tribun. ad Uffenbach. c. 7. n. 10.*

Citatis partibus.

(3.) Specialiter Citatis partibus & iis, quorum intereſt, ad audiendum ſententiam. *l. 47. pr. ff. h. t. l. 10. §. 1. ff. de appell. l. 1. § 3. ff. quæ ſent. ſine app. c. 2. & 12. cauſ. 3. q. 9.* & ſi pars abſens ſit, quid obſervandum? vid. *l. 1. C. quom. & quand. J. Nov. 112. c. 3.* Struv. *Exerc. 44. th. 5.* Stryck. *in uſu mod. § 9. h. t.* DD. Majer. *in diſſ. de contumacia.*

In ſummis judiciis non ita ſervatur.

Quod tamen in ſummis Judiciis non attenditur, ubi ſufficit, Partes generaliter ad totam cauſam regulariter ſemel citari, Mev. *p. 6. dec. 318. n. 4.* & ita obſervatur in Camera Imperiali, ſufficit enim Partes per ſuos Procuratores eſſe præſentes Mynſ. *C. 5. O. 71.* Gail. *l. 1. O. 75. n. ſ. & O. 109. num. 8.*

In foro publico & more conſueto. Loco.

(4.) In loco publico, ordinario, & conſueto more majorum. *l. 11. inſ. ff. de J. & J. l. 59. ff. de jud. l. 3. C. quom. & quand. jud. ſent. l. 6. C. de ſent. & interloc. C. 7. cauſ. 11. q. 7.* Niſi Judex, licet ordinarius, de plano procedat, arg. *l. 18. § f. ff. de quæſtion.* vel ob metum hoſtilem, tumultum, contagionem in loco ordinario jus dicere nequeat, arg. *Clem. un. de foro comp.* Hahn. *d. l. N. 16.* vel conſenſus Partium accedat. Brunnem. *ad d. l. 6.*

Juſto tempore.

(5.) Juſto tempore, non die feriato; niſi feriis humanis fuerit renunciatum. *l. 1. §. 1. l. 6. ff. l. ſ. C. de feriis. l. C. quom. & quand. Jud.* Joh. Voëtius *num. 18.* D. Harpprecht. *C. 90. n. 40. & C. nov. 44. n. 65.*

n. 41. add. ſupra ad tit. de ferus. § 24. & ſeqq. Nec tempore nocturno; uti colligitur ex Nov. 82. c. 3. cujus ratio, quia Magiſtratibus, veſpertinis temporibus in publico eſſe, inconveniens eſt; l. 2. § 31. ff. de O. J. niſi neceſſitas aliud ſuadeat, tunc enim neque loci, neque temporis ratio eſt habenda. Dan. Moller. l. 3. ſemeſtr. c. 40. num. 4. ſupra ad d. tit. de fer. § 18. in f. ita ante aliquot annos in Cam. Imp. die Solis ad Senatum itum, atque in cauſa decretum fuit, erat enim ſummum moræ periculum, & de vita hominis agebatur. add. Uffenbach. de Jud. Imp. Aul. cap. 15. Et de cætero procedatur juxta ſolitum Stylum curiæ. add. Dn. Strykii Diſſ. de ſtylo curiæ.

II. Ferenda Rectè, i. e. juxta cauſæ merita.

XVIII. II. Requiritur, ut Rectè fiat, i. e. Juſtè, ut ſcil. quantum ad merita cauſæ pertinet, actis & legibus ſit conſentanea. pr. J. de off. Jud. Auth. Jubemus ibi. Sententiam omnibus modis legibus & moribus conſonantem proferat. C. de jud. l. 13. C. de ſent. & interloc. c. 5. diſt. 4. ibi: cum leges inſtitutæ fuint, non liberum erit de ipſis judicare, ſed oportebit judicare ſecundum leges. add. ſupra ad tit. de jud. § 62. & ſeqq. c. 1. x. h. t. Ziegl. concl. 43. & 45. Injuſta autem ſententia dicitur dupliciter: (1.) Quæ contra jus Conſtitutionis, h. e. contra jus in theſi, & hoc caſu ſententia eſt ipſo jure nulla, ut nec Appellatione opus ſit. Mev. p. 4. Dec. 115. & p. 5. dec. 109. e. g. Teſtamentum impuberis ſubſiſtere; item liberos, ætatem, &c. ad excuſationem muneris, vel tutelæ, non prodeſſe: vel ſi circa proceſſum nullitas ſit commiſſa. l. 1. § 2. & l. 1. ff. quæ ſent. ſine app. reſc. l. 2. C. quando prov. non eſt nec. ibi Brunnem. Vant. de nullit. ex defect. proc. n. 122. Hunn. d. l. c. 9. per tot. (2.) Pronunciando contra jus Partis, h. e. contra jus in concreto ſeu hypotheſi. e. gr. ſi judex pronunciaverit, impuberem eſſe puberem: item rem debitoris ante liquidationem creditori adjudicaverit: vel falſis teſtimoniis Judicis religio circumventa ſit, l. 33. ff. h. t. tunc ſententia quidem eſt iniqua, ſed non nulla, ideoque ſubſiſtit, niſi Appellatione impugnata. d. l. 1. § 2. & d. l. 2. C. l. 9. ff. de J. & J. vid. ſupra § 45. de LL. & infra § 2. quorum ſent. ſine appell. reſcind. & § 2. de exter. ord. cognit.

Sent. Injuſta eſt vel contra jus Conſtitutionis,

Vel contra jus Partis.

XIX. Sive autem Nullitates, ſive Iniquitates ſint, ſi deſuper ad Cameram Imp. provocetur, in ſpecie ſunt deducendæ. Tempus Nullitatis remedio præfinitum, in perſona Actoris, ex natura cujuſque actionis æſtimandum, in perſona autem Rei eſt perpetuum, Bocer. d. cl. 6. D. 35. th. 53. licet illud communiter XXX. annis includatur, propter Rec. Imp. Nov. Gail. l. 1. O. 127. num. 8. Carpzovius, p. 1. C. 26. def. 21. Jure verò Wurtemb. tantùm ſpacium X. annorum præfigitur: p. 1. t. 16. §. Da aber ꝛc. & Jure Saxonico terminus Saxonicus. Carpzovius, Proc. t. 19. a. 3. num. 9. Sed dicto Receſſu Imperii de Anno 1654. §. Indeme ꝛc. 121. diſpoſitum eſt, quod

Nullitates & Iniquitates deducendæ. Intra quod tempus?

quod à Sententia, ſive nulla, ſive iniqua, ſi provocetur, fatale interponendæ, i. e. decendii obſervetur. Sed § ſeq. Rec. Imp. noviſſ. 122 limit. niſi Nullitas inſanabilem habeat defectum, i. e. quæ nullo jure, aut exceptionibus oppoſitis adjuvari & ſanari poteſt, Qualis contigit ex perſona Judicis, vel circa Proceſſus ſubſtantialia, in ipſam naturalem rationem & æquitatem peccans. vid. Vantius & noviter Altimarus, *de Nullitat.* Tutius quidem credit Gamb. *ad d. § 116.* ſi ſuper Nullitatibus, licet Inſanabilibus, intra decendium ſaltem proteſtatio interponatur. Sed quia talis omni effectu omninò deſtituitur, nec opus eſt appellatione vel leuteratione, Carpz. *J. F. p. 1. C. 28. def. 20.* Gail. *l. 1 O. 123. n. 1.* licet decendium appellationis contra eandem non obſervatum, dicta vero ſententia per aliam ſubſequentem ſententiam ſit confirmata, & ab hac demum quis appellaverit, Inhabilitas tamen non obſtabit, nec prior ſententia vim judicati habebit, ſed nihilominus nulla pronunciabitur. Mev. *p. 1. Dec. 99. num. 2. dec. 100. num. 6.* Sic d. 7. Jul. 1674. judicatum in cauſa econtra B. Primæ appell. daß die bey O. D. am 2. Jul. 1666 außgefallene und den 25. Mart. 1667. widerholte Urthel, als null und nichtig zu *revociren* und aufzuheben ſey. Hinc, etiamſi Caſus Nullitatis Privilegio de non appellando eſſent incluſi, non tamen comprehenſæ cenſentur Nullitates Inſanabiles, Privilegiatus enim non gaudeat Privilegio ſuo contra Nullitates in ſubſtantialibus contra ipſam naturalem rationem & æquitatem commiſſas atque notorias. Textor. *de jure ſtatuum Imp. tit. 5. num. 65. & ſeq.* In hanc rem legi meretur probè adhortatus Oldendorp. *in Claſſ. 7. Act. 13. in Defens. Rei conventi.* Præterea notandum, quod Formulæ petitionis etiam in Sententiis repetantur. v. g. ſi querela nullitatis incidenter cum iniquitate deducatur, hoc probato, pronunciari ſolet: Daß vom Richter voriger *Inſtanz* nichtiglich und widerrechtlich geurtheilet, uberflüßig und wohl davon *appelliret*; ſin principaliter, & defectus inſanabilis reperiatur: Daß nichtiglich geurtheilet, überflüßig davon *appelliret*, derowegen ſolche Urthel für null und nichtig zu *declariren* und zu erkennen. uti latius videre eſt apud Roding. *l. 1. t. 21. & 33.* item apud Blum. & Deckherr. *in Sent. Camer.*

Rec. J. Nov. à Sent. nulla vel iniqua intra decendium provocandum.

Lim. in Nullitatibus inſanabil.

Quomodo ſint? A Sententia, quæ prorſus, ſed ob inſan. defectum nulla, confirmata tamen recte appellatur.

Pr. de non app. Null. inſan. caſus incluſi non cenſentur.

Formulæ ſententiæ.

XX. III. Ut contineat totius cauſæ controverſæ deciſionem. *l. 6. C. de appell.* Et quidem Definitiva, quâ principalis cauſa deciditur, fieri debet vel condemnando, vel abſolvendo, *l. 1 ff. h. t.* (quamvis, ſi diverſa ſint litis capita, unius reſpectu abſolutoria, alterius condemnatoria eſſe poſſit. *pr. § 14. inſ.*) idque non tantum verbis *meræ cognitionis*, e. g. Iſt allem Vorbringen nach zu recht erkant, daß Beklagter von angeſtellter Klage zu abſolviren und zu entledigen ſeye; ſed & deciſivis, als wir ihn hiermit davon *ab-*

3. Continet controverſiæ deciſionem.

Verbis deciſivis.

ſirten und entſchlagen, *item*: daß Beklagter die geklagte Schuld dem Klaͤger zu entrichten und zu bezahlen ſchuldig und darzu zu *condemniren* und verdammen. Quæ verba omitti non poſſunt. Voltej. *d. c. 11. n. 41.* vid. Voetius *n. 17. h. t.*

Quid in Sent. exprimendum? An omnium litigantium nomina?

XXI. In Sententia tamen non eſt mentio facienda actuum ſententiam præcedentium, e. gr. Citationis, Litis Conteſtationis, &c. nec Judicis. Litigantes verò in ſententia ſunt exprimendi, licèt non omnium Nomina, ſi plures ſint litis Conſortes, ſed ita: In Sachen *NN.* und *Conſorten* in *actis* benannt vel: In Sachen weyl. *N.* Erben in *Actis* benannt. Judici tamen de iis conſtare debet, qua de cauſa in Supplicationibus pro Proceſſibus & Citationibus nomina omnium actorum & reorum exprimenda ſunt. Concept. *p. 1. t. 30. n. 10. p. 3. t. 2. n. 2.* Gem. Beſch. *d. 19. Apr. Anno 1560. d. 28 Jan. 1657. n. 7.* limit. vid. apud Deckherr *ad d. t. 30. n. 6. & 10.* & Gem. Beſch. *d. 18. Mart. 1697.*

An ratio decidendi ſ. Kammer?

Nec regulariter requiritur, ut Judex Decidendi rationem in ſententia exprimat, *l. 11. inſ. C. de R. C. l. 3. inſ. C. de fruct. & lit. exp.* Carpzov *proc. tit. 16. art. 1. n. 65.* Brunnem. *de proc. c. 19. num. 20.* ſed, niſi aliter receptum, vel cauſa ſit criminalis, ſufficit, ſi Judex generaliter, ſecundùm Exempla *in præced. §.* pronunciaverit, aliisque verbis æquipollentibus uſus ſit. *l. 5. § 1. l. 59. ff. h. t. l. 21. § 1. ff. de rec. qui arb. c. 16. x. h. t.* Stryck. *in uſu moderno § 10. h. t.* Sic condemnationem habere poteſt, licèt expreſſe ejus non ſiat mentio, quæ Condemnatoria juſta pronuncietur: Iſt erkannt, daß durch den Richter voriger *Inſtanz* wohl geurtheilet, übel davon *appelliret*, derowegen ſolche Urtheil zu *confirmiren*, und beſtätigen, als wir dieſelbe hiermit *confirmiren* und beſtätigen.

Judex inferior tenetur rat. decid. ad Cam. Imp. transmittere. Certa ſententia debet eſſe certa quantitas.

Receſſu tamen Imp. *de anno 1654.* §. Wir ordnen Judex ferens ſententiam, à qua ad Cameram Imperii appellatum, Rationes decidendi edere tenetur ibi: *gratis*, ohne Entgeld; quæ verba, uti etiam monet Gamb. *in not.* accipienda de caſu, ubi Collegium vel Facultas, ex cujus Conſilio ſententia lata, mercedem pro labore jam accepit, & tamen dictas Rationes non tranſmiſit. vid. Stryck. *in uſu moderno §. 11.* & Scharpfer. *n. 32. h. t.*

XXII. Ex dictis ſua ſponte ſequitur, quod Sententia debeat eſſe Certa, i. e. libello & Juri conformis, *l. 18. ff. Comm. div. l. 3. C. de ſent. ſ. Mev. p. 7. d. 60. num. 11.* vid. Beyer. *poſ. 10. h. t.* item Actis & Probatis congrua, Mev. *p. 3. dec. 344. num. 1.* add. ſupra *ad tit. de ff. pr. §. 2.* & Gerhard *Loc. Theol. t. 6. de Mag. Pol. num. 291. & ſeqq.* Incerta enim cauſam non decidit, ſed eſt novæ litis cauſa. *§. 32. J. de action. l. 1. C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* Et ſi petitio fuerit incerta, e. g. Actor ſimpliciter petierit intereſſe, Judex declarat certam quantitatem & determinat intereſſe. Hujus determinationis modus præſcriptus eſt in *L. un. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt.* vid. Vinn. & Franzk. *ad §. 32.*

Mev.

Mev. p. 7. dec. 331. Struv. *Exerc. 44. th. 5.* Certa ſententia eſt vel per Se, ex cujus verbis ſtatim conſtat, quid, quale, quantumve debeatur, *L. 74. ff. de V. O.* Mev. *p. 1. dec. 109.* vel per Relationem, ſi ſcil. Judex ſe referat ad aliud, in quo certa res vel quantitas eſt relata, e. gr. ad teſtamentum, codicillum, inſtrumentum obligationis, *l. 5. §. 1. ff. h. t.* Stryck. *in uſu mod. §. 2. h. t.* vel ad libellum, vel petitionem actoris, die beklagte *Summe*, ſammt daraus verfallenen Reichs-üblichen Zinſen zu erſtatten und zu bezahlen ſchuldig ſeye; vel Judex pronunciaverit: *Solve, quod petitum, vel quantum petitum eſt. l. 59. §. 1. ff. eod.* Præſupponitur enim ex actis probatoriis de certa conſtare quantitate, quam Judex approbare videtur *l. 5. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. d. l. 59. §. 1.* Aliud vero eſt, ſi Judex ſimpliciter dixerit *Solve, quantum debes* vel *quæ bona accepiſti* nulla erit ſententia, niſi ſumma ex actis conſtet. *d. l. 59. §. 2. l. 21. §. 3. ff. de recept. qui arbitr. d. l. 3. & l. 4. C. ibi.* Brunnem. Bachov. *d. D. 25 th. 5. lit. A.* Hunn. *cit. c. 2. num. 33. ſeqq.* Hinc ſi ſententia non ſit pura; ſed conditionalis, e. gr. *Si hoc probaverit*, ita, ut poſt ſe adhuc aliam requirat ſententiam, non valet. *l. 1. §. 5. ff. quand. app. arg. l. 3. C. de ſent. & interloc.* nam primò omnium ſciendum eſt, quid ſit in facto, priusquam ad Sententiam deveniri queat. Sin conditio in continenti impleri poſſit, v. g. *ſi juraverit*. illam admittit ſententiam Brunnem. *Proc. civ. c. 27. n. 34. & modo ſeqq.* Manz. *dec. 58.* Joh. Voet. *n. 19.* Stryck. *in uſu moderno §. 3.* & Beyer. *poſ. 13. h. t.* quamvis in praxi & de facto multis in Judiciis etiam hæc ratio pronunciandi: *Si probaverit* obſervetur Brunn. *d. l.* Fachin. *l. 11. c. 18. & ſeqq.* & latè Carpz. *p. 1. C. 20. def. 9. 10. 11. & de Proc. t. 16. a. 2. n. 81.* & hinc dicit Hunn. *Si ſententia concepta ſub conditione extrinſeca, i. e. quæ ex deductis non pendet, non valebit; bene tamen, ſi ſub conditione intrinſeca, i. e. pendente ex Actis, vel in judicio deductis, vel cauſa merites d. c. 2. n. 30.* Subſiſtit etiam ſententia ſub Modo lata, v. g. *bona reddantur Cajo, ut Fiſco ſatisfaciat. l. 3. C. de ſent. & interl.* non tamen eſt conditio. vid. ſupra *ad tit. de pact. §. 19.* Interdum tamen & Incerta ſubſiſtit ſententia, quando nimirum judicii vel rei petitæ talis eſt natura, ut certum non poſſit adjudicari, ut in judiciis univerſalibus, petitione hereditatis; & generalibus, ſcil. dotis, tutelæ, *l. 7. ff. ſi pars hered.* Idem eſt in Acceſſionibus, Expenſis. *l. 3. C. de fruct. & lit. exp.* Item in obligatione alternativa. *l. 6. §. 1. ff. h. t. l. 10. §. 5. ff. de jur. dot. l. 2. C. de reſc. vend.* Brunnem. *d. c. n. 31. & 32.* Joh. Voet. *n. 20.* & Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.*

XXIII. Finis Generalis eſt, ut lites ſopiantur; *c. 2. X. h. t.* Specialis eſt in *l. 1. ff. h. t. L. 3. & 4. C. de ſent. & interloc.* Unde Sententia ſemel lata, ſcil. definitive, à Judice retractari nequit, etiamſi perperam judicaſſet & eodem die corrigere vellet; idque propter autoritatem rerum judicata-

eſt vel per ſe.

vel per relationem.

Solve, quod petitum.

Aliud eſt, ſolve, quantum debes.

Si ſit conditionalis;

Si conditio ſtatim poſſit impleri.

Si ſub Modo lata;

Et incerta ſubſiſtit. v. gr.

Finis. Effectum. Sent. Defin. non poteſt retractari;

Ampl.

judicatarum *l. 65. §. 2 ff. ad SC. Treb.* & quia Judex, ſive malè, ſive benè, officio ſuo functus eſt. *l. 14. l. 45. §. 1. l. 46. l. 55. l ff. h. t. l. 1. §. 2. ff. de uſur. l. 2. C. de ſent. ex peric. l. 1 C. ſent. reſc. non poſſ. l. 1. §. 27. in f. ff. de quæſt. & tort.* Joh. Voetius *n. 27.* & Stryck *in uſu moderno § 13. h. t.* vid. D. Harpprecht. C. 70. num. 356. *l. 46. h. t.*

Bene tamen declarat. Quomodo?

Hoc tamen ipſo declaratio ſententiæ vel explicatio non excluditur, per *l. 4. § 1. ff. de appellat.* videlicet verba ſententiæ vel unius partis dubia, ſalvâ tamen ſemper hujus ſubſtantiâ, interpretando, vel in neceſſariam conſequentiam eodem die ſupplendo, *l. 42 ff. d. t. l. 35. §. 1 ff. de R. V. l. 20. l. 25. §. 1. ff. depoſ. l. 3. C. de fruct. & lit. exp. l. 46. ff. h. t.* Et quamvis Declarationes in Camera Imp. rarò fiant; exempla tamen vid. ap. Barthium, Gylmannum *in praej. Cameral. p. 315. in f. & p. 321.* & *l. 1. ſymph. p. 2. t. 14. vot. 2. num. 5* apud Blumium *ſent. num. 349. 413. 981.*

Unico caſu contra non Devolutoriam datur Reſtitutio in int.

Datur tamen caſus certus, ubi licet Judex ſupremus ipſe cauſam Non devolutam pronunciaverit, ut ſic ob defectum juriſdictionis regulariter Reſtitutio in integrum amplius peti nequeat, ſi vero Religio Judicis fuerit circumventa, & Appellans doceat ſub- vel obreptionem ex falſis Inſtrumentis, vel cauſis, vel allegationibus, tunc appellans de novo erit audiendus, & contra latam ſententiam Non devolutoriam ab eodem judice poterit reſtitui, per *l. 33. ff. h. t. l. 1. l. 2. C. ſi ex falſ. inſtr.* Roding. *l. 3. t. 60. n. 37.* Sic judicatum *d. 15 Jul. 1701 in cauſ. S. contr. F.* it. *d. 7. Apr. 1702 in cauſ. O. contr. F.*

Sed interlocutoria eſt retractabilis.

XXIV. Interlocutoriam verò, re melius cognitâ, retractare Judex poteſt, quia hoc in caſu adhuc manet judex, vid. *l. 14. ff. h. t. l. 19. §. 2. in f. ff. de recept. qui arb. l. 9. C. de ſent. & interl.* & ita intelligendæ ſunt LL. objici ſolitæ.

Non appellabilis. Limit.

Hinc, quia Interlocutoriæ ad fiuendæ litis præparationem tantum ſpectant, ab iis de Jure Civili regulariter non appellari poteſt; *l. 7. C. quor. appell. non recip.* niſi gravamen irreparabile contineant. *l. 2. ff. de appell. recip.* Cujusmodi 51. ſpecies collegit Gylmann. *d. tr. num. 319.*

Monitum.

Attamen omninò cavendum, ne judex interloquens ſententiam pro arbitrio, vel præcipitanter, ſicque erubeſcendi varietate, mutet, *l. 5. §. 5. C. de mod. mult.* add. Bachov. *d. D. C. th. 1. lit. E.*

Sent. Defin. non extinguit obligationem; ſed poſt decendium tranſit in rem judicatam.

XXV. Sententia definitivè lata non quidem parit interitum exiſtentis obligationis, utpote quæ manet naturaliter, *l. 60. ff. de cond. ind.* & civiliter, cùm actio per exceptionem rei judicatæ demum extinguatur; *l. 2. C. de jud.* ſed, niſi cauſam non appellabilem contineat, Mevius, *p. 3. dec. 1. num. 2.* poſt decendium tranſit in rem judicatam. *L. 2. C. de ſent. ex peric. recit.* Auth. *Hodie C. de appell. num. 23. cap. 1. num. 119. cap. 5.* Intra hoc enim pendet effectus *l. 169. §. 1. ff. de R. J.* donec Appellationi præſcribatur, Bachovius, *d. Diſſ. th. 1. lit. A. & B.* quo præterlapſo demum rerum judicatarum Authoritatem accipit,

accipit, *d. l. c. 13. x. h. t. l. 65. §. 2. ff. ad SCt. Trebel.* pro veritate habetur; *l. 25 ff. de ſtat. hom. l. 207. ff. de R. I.* & ſi ritè lata, inter partes litigantes jus facit. *l. 1. C. h. t. d. l. 25 l. 3. ff. de agn. vel al. lib.* D. Stryck. *in uſu moderno §. 14. & 20.* Joh. Voetius *n. 29. h. t. §* D. Harpprecht *Reſp. 15. n. 181. & Conſil. nov. 27. n. 137.* Non obſt. *l. 9. ff. de lib. qui ſui vel al. jur.* ubi tantùm dicitur, quòd cauſa alimentorum non faciat præjudicium quæſtioni Status. Adeoque retractari regulariter nequit. *d. l. 35. ff. h. t.* Mev. *p. 7. dec. 207. num. 1.* Struv. *Exerc. 44. th. 11. ibiq.* Muller & D. Harpprecht *Reſp. 50. n. 9. & 71.* nec propter inſtrumenta noviter reperta, *l. 4. C. h. t.* quod tamen varias recipit limitationes, ut (1.) Si ſententia lata fuerit contra utilitatem Reipublicæ, & commodum publicum aliud ſuadeat. *l. 35. ff. h. t.* Cui Pupillorum, Minorum, & Piæ ſimelesque favorabiles cauſæ annumerandæ. per *L. 3. C de Jur. Reipubl.* (2.) Si Inſtrumenta probent, antea ſententiam huic contrariam latam eſſe. *l. 1. C. quand. prov. non eſt nec.* (3.) Si ex probationibus privilegiariis fuerit lata. e. gr. Interveniente juramento ſuppletorio *l. 31 ff de jurejur.* (4.) Si ſententia ſit interlocutoria. *praced. §. 24.* (5.) Ex qualitate cauſæ, e. gr. Si Matrimonialis, & ſententia contra matrimonium, vel pro eo quidem, ſed impedimento Canonico obſtante. *c. 7. x. h. t.* Hahn. *h. t. N. IIX. verb. Aut in cauſa.* D. Stryck. *in uſu moderno §. 14. & 19. h. t.* Struv. *Exerc. 44. th. 14.* ibiq. Muller. Si Criminalis, vid. Vultej. *d. tr. c. 12. num. 40. & ſeq.* Gail. *l. 1. O. 112.* (6.) Si inſtrumenta antea dolo malo fuerint occultata vel ſurrepta. arg. *L. 19. C. de tranſact.* (7.) Si teſtamentum poſt Sententiam repertum producatur. Brunnem. *ad l. 1. ff. teſtam. quemad. aper. num. 3.* ibique Gl. Vinn. *de tranſact. c. 5. num. 2.* quod limitat Hahn. ſi producatur ad effectum agendi proponendique novam cauſam, quam continet; non verò in vim excipiendi aut oppugnandi, quod judicatum. *d. l. verb. Nec poteſt.* Perez. *h. t. num. 4. add.* D. Harpprecht. *C. nov. 27. n. 139. cum ſeqq.* D. Böhmer *in Diſſ. de ſentent. in rem. judic. non tranſeunte § 37. cum ſeqq.*

Obj. Reſp.

Sent. poteſt retractari ob inſtrum. noviter reperta, in caſu 1.

2. 3. 4. 5. 6. 7.

XXVI. Sed tali caſu, ubi per noviter repertum docetur, aliquem per Sententiam latam citra ſuam culpam, vel ex juſto errore, aut ignorantia, vel adverſarii dolo læſum eſſe, ei conſulitur per Reſtitutionem in integrum, etiamſi Sententia vires rei judicatæ nacta. *l. 1. ff. de in integr. reſtit. l. 7 § 3. inſ. l. 24. § 1 in f. l. 44. ff. de minor.* Carpz *p. 1. C. 26. def. 23.* add. Mev. *p. 1. dec. 134. num. 10.* & *p. 3. dec. 103. per tot.* Mynſing. *C. 4. O. 17.* Odd. *de Reſt. in integr. p. 1 q. 275.* Gratian. *Diſc. for. c. 408. n. 9.* D. Harpprecht. *C. 70. n. 380. & 381.* Ita, ut poſt 100. vel 1000. annos reſtitutio peti queat, cùm alias præfinitum tempus quadriennii ratione initii ſit utile, ſicque ex tempore latæ ſententiæ tùm demum cur-

Ita cùm ſi-ne culpam læſo conſuli-tur per Re-ſtit. in integr.

vel poſt mille annos.

tere incipiat, quamprimùm genuinam ſententiam quis adeptus, quod per illam in jure ſuo læſus ſit. Odd. *d. tr. quæſt. 20.* Carpz. *l. 2. Reſp. 96.* Brunnem. *de concurſ. cred. c. 7. §. 2. 6.* Beſold. *conſ. 157. n. 71.* ſuprà *ad tit. Ex quib. cauſ. Maj. §. 27.* Inſuper ad fundandam Reſtitutionis petitionem, prævio in Camera Imperii Juramento corporali. Gem. Beſch. *d. 7. Jul. 1669.* & *d. 7. Julii 1671.*

ſed prævio juramento, Req. 1.

1. (1.) Inſtrumentum reverà noviter repertum producatur. Odd. *q. 76. a. 1. n. 3.*
2. (2.) Implorans nullam antea ejus notitiam habuerit. Mev. *conſ. 77. n. 10.* Menoch. *A. J. Q. l. 2. Caſ. 200. n. 3.*
3. (3.) Et probet, ſe omnem poſſibilem diligentiam in perquirendo fruſtra adhibuiſſe. Mev. *d. l.*
4. (4.) Judex per hujuſmodi latitationem ad ſententiam, contra quam reſtitutio petitur, permotus demonſtretur. Mev. *p. 3. dec. 103. n. 7.*
5. (5.) Ex ſolo novo Inſtrumento læſio immediatè probetur, Mev. *d. dec. n. 8.* Boer. *dec. 107. in f.* quibus ſingulis probatis, pronunciari ſolet: **Daß Kläger in den Stand, darinnen Er vor der am ..... in dieſer Sach ergangener Urthel geweſen, zu reſtituiren und ſetzen, alſo und dergeſtalt, daß ꝛc.** D. Harpprecht *C. 65. n. 5.* Eiſenhard *de reſtit. in integr. C. 7. §. 14.*

Judex per imperitiam vel malitiam malè judicans quomodo teneatur? & Conſilium formatum ſecutus?

XXVII. Alius Effectus eſt, ut Judex per imperitiam vel malitiam malè judicando ſententiam faciat ſuam, & eo nomine Actione in factum conveniri poſſit. *pr. I. de oblig. quæ q. ex delict. l. f. de extraord. cogn. l. 2. C. de pœn. jud. qui male jud. C. 1. h. t. in 6to. to.* Imo Remedio Syndicatûs, de quo infrà *ad tit. de appel.* contra illum experiri licet, Frantzk. *Ex. 12. q. 10.* etiamſi Conſilium, ad ipſius, non partis requiſitionem formatum, ſecutus, ſed ipſe legum peritus ſit, vel culpam quandam admiſerit. Omnis enim Judex veritatem, & legum & juſtitiæ veſtigia ſequi debet. *l. 13. C. de ſent. & interloc. C. 4. Conſ. 3. q. 7.* ibi: *Nullo odio, nullâ offenſione, nulla levitate ducatur ad pronunciandum, nihil ex arbitrio ſuo faciat, ex domeſtico propoſito voluntatis &c.* add. maximè *c. 1. in 6to.* ubi officium egregiè deſcribitur. Brunnem. *de Proc. Civ. c. 27. n. 11.* ubi duas Cautelas proponit. Wurmſer. ait: *Judices Civitatum & Villarum, qui non ex ſtipendio judiciale officium adminiſtrent, ſed gratis judicent, ob imperitiam non teneri. l. 1. t. 1. O. 8.*

Secus eſt, ſi iniquum reſponſum bona fide ſecutus, tunc Reſt. in integr. conſulitur. Nec præjudicium eſt judicandum.

Aliud verò eſt, ſi Judex iniquum reſponſum bonâ fide, i. e. juſtum & æquum eſſe credens, ſecutus ſit, vid. *præc. §. 8. in f.* vel aliàs ex falſis inſtrumentis judicaverit, tunc quidem ſententia vim ſuam habet, vid. latè Dn. Parens, *D. de Conſil. p. 2. c. 2. th. 1. & ſeqq.* Reſtitutione tamen in integr. Læſo conſulitur. *præced. §. 25.* Brunnem. *d. c. 27. n. 77.* vid. *ſuprà th. 27. de tranſact.* & *infrà §. de ſals.* Joh. Voetius *n. 28. lit.* Sicut nec Conſilium vel Reſponſum, maximè ſi Judex de ejus Juſtitia dubitet, multo minus Præjudicia ſequendi neceſſitatem faciunt, cùm non exemplis, ſed legibus ſit judicandum; *l. 13. C.*

de

de ſent. & interloc. niſi forſan ex Decidendi rationibus de ſimilitudine caſûs appareat; ita accip. *l. 38. ff. de LL.* vel tot eſſent res judicatæ, ex quibus conſuetudo colligi poſſet; vel niſi jus eſſet dubium, quod exemplis declarandum. Brunnem. *ad d. l. 13.* Mev. *p. 5. dec. 282.* & ſuprà *ad tit. de LL. §. 46.*

Ex Sentent. firma oritur Exceptio, vel Actio Rei judicatæ.

XXVIII. Sententiâ non ſuſpenſâ, neque reſciſſâ, ex illa oritur vel Exceptio, ſi ſcil. fuerit abſolutoria, utpote quæ executione non opus habet, nam eandem ſecum trahit, & abſoluto paratur exceptio, de qua infra *ad tit. de Exc. rei jud.* vel Actio, ſi ſententia ſit condemnatoria, ad hoc, ut à Judice executioni mandetur, & dicitur Actio judicati. *l. 4. pr. §. 2. 3. 5. l. 6. §. 2. & 5. l. 15. pr. ff. h. t.* junct. *l. 176. pr. ff. de R. J.* Struv. *Exerc. 44. th. 15.* ibique Muller.

Quid ſit?

Qualis?

XXIX. Eſt autem Actio rei judicatæ, actio perſonalis, quæ datur victori adverſus condemnatum, ad præſtandum id, ad quod condemnatus eſt. Dicitur Perſonalis, quia oritur tanquam ex quaſi contractu & tacitâ conventione, quæ intercedit in Litis Conteſtatione. Joh. Voetius *n. 30. h. t.* Videntur enim litigantes contrahere, & ſe invicem obligare ad id, quod Judex pronunciaverit. *L. 3. §. 11. ff. de pecul. l. ſ. pr. verſ. Sic enim. C. de uſur. rei jud.* Sicque nova hæc eſt actio, quamvis prior obligatio, quæ cauſa inſtituti judicii, propterea non extinguatur, vid. *l. 26. §. 2. ff. de jurejur. l. 13. § 4. ff. de pignor. d. l. ſ. C.* ſed expeditior redditur. *l. 56. ff. h. t.* Bachov. *ad V. 1. D. 29. th. 5. lit. E* *prac. §. 25. in princ.* Præterea eſt Civilis, Perpetua, & Rei Perſecutoria; *L. 6. §. ſ. ff. h. t.* licèt quis ex delicto conventus & condemnatus ſit; Poſt ſententiam enim definitivam authoritas magis rei judicatæ, quàm delictum vel pœna reſpicitur. Jul. à Beyma, *tr. de uſur. §. 7.* Struv. *Exerc. 44. th. 14. & 15.* ibique Muller. Joh. Voet. *n. 32. h. t.*

Subjectum Act. & Paſſ.

Non datur contra Procuratores.

Competit Heredi & in Heredem.

Ampl.

XXX. Datur illi, qui obtinuit; Contra eum, qui ritè condemnatus eſt; *l. 4. §. 6. ff. h. t.* ſive per ſe, ſive per alium, ideoque hac actione regulariter non convenitur Procurator, niſi in rem ſuam, nec Tutor, Curator, Syndicus. *d. l. 4. pr. & §§. ſeqq. l. 6. §. 3. l. ſ. ff. quod cujusq. univ. nom.* D. Harpprecht. *C. 46. n. 51. 80. & 141. cum ſeqq.* Voet. *n. 32. h. t.* ſuprà *ad tit. de proc. §. 12.* add. Diſp. *de Proc. in rem ſuam th. 38.* & Diſp. *de Syndicis, th. 95.* Porrò ex rat. *in prac. §.* alleg. Heredi, & in Heredem competit, *l. 6. §. ſ. ff. h. t.* licet actio, ſuper qua judicatum, ad heredes tranſitoria non fuerit, *d. l. 3. §. 11.* & quidem heredes non in id, quod facere poſſunt, ſed in integrum tenentur. *l. 25. ff. h. t.* *Diſp. de tranſit. act. th. 38.* Joh. Voet. *n. 32 & ſeqq.* Struv. *th. 15.* Si plures ſimpliciter unâ ſententiâ in unam quantitatem ſint condemnati, periculum ſententiæ diviſum, ejusque effectus pro portionibus virilibus diſcretus eſt;

Si plures condemnati, tenentur pro rata.

Mm 2 *l. 43.*

Ampl. c. 2. Limit. c. 2.

l. 43. ff. h. t. etiamſi unus & alter ſolvendo non ſit; *l. 1. l. 2. C. ſi plur. una ſent. cond.* licèt ſinguli ante condemnationem in ſolidum fuerint obligati. *d. l. 2.* ibi Brunnem. Niſi ſinguli expreſsè in ſolidum ſint condemnati, *d. l. 1. & l. 1. C. de cond. furt.* junct. *l. 16. ff. de exec. rei jud.* vel in ſolidum omnia ſua bona obligaſſent, quia hypotheca eſt individua. *l. 65. ff. de evict. l. 2. §. 2. ff. de V. O. l. 192. pr. ff. de R. J.* Si plures, ut univerſi, ſunt condemnati, e. g. municipes, *l. 4. §. 2. ff. h. t.* vid. d. Diſp. *de Synd. d. th.* jung. Hunn. *d. tr. t. 23. c. 4.* ubi *in f.* jungit caſus, quibus in tertium quoque poſſeſſorem executio fieri poteſt.

Objectum eſt res judicata, & Uſuræ rei judicatæ. Centeſimæ, Hodie quincunces. Rom.

XXXI. In hanc actionem venit id, in quod Reus condemnatus eſt; *l. 4. §. 3. ff. h. t.* & non tantum tota res principalis, ſed etiam ejus acceſſiones. *l. 7. C. de exec. rei jud.* ut & Uſuræ, & quidem Centeſimæ ſortis, i. e. 12. pro 100. ſed demum poſt quadrimeſtres inducias, *l. 1. C. de uſur. rei jud.* quæ tamen nimis graves videntur Perezio, Brunnemanno & aliis, *ad d. t.* unde eas in Praxi hodiè non obtinere, communis eſt ſententia, uti & ſupra monuimus *ad tit. de uſur. §. 22.* quin tamen quincunces debeantur, non dubitamus, nam ſecundùm praxin quotidianam quis ex mora ad uſuras, etiamſi aliàs nullæ deberentur, ſicque promiſcuè tenetur, ſi autem mora committitur poſt interpellationem, item poſt Litis Conteſtationem, multo magis poſt ſententiam definitivam. Jul. à Beyma, *loc. cit.* add. ſupra *ad d. tit. de uſur. §. 18. 30. & ſeqq.* Joh. Voet. *n. 37. h. t.*

Effectus eſt Executio. Privata authoritate judicatum apprehendere non licet. Ampliat. Limit.

XXXII. *Actionem* ſequitur Executio. *l. 1. C. de exec. rei jud.* Si enim condemnatus ſponte, debito tempore, non pareat, Judex aditur, ut rei judicatæ vigorem ad effectum adducat; *l. 9. C. d. t.* Cùm privatâ auctoritate adjudicatum apprehendere non liceat, *l. 6. §. 2. ff. h. t. l. 176. pr. ff. de R. J. l. 13. §. 3. ff. de uſufr. l. 7. C. unde vi.* etiamſi poſſeſſio vacua ſit. *l. 5. C. d. t.* add. infra *ad tit. de vi & vi arm.* Niſi fiat permittente judice, *l. 11. C. de pign. act. l. 3. C. de pign. l. 9. C. ſol. matrim.* Bocer. *Cl. 6 D 36. th 8.* vel conſentiente damnato, *d. l. 11. d. l. 9.* vel periculum ſit in mora, & res alioquin peritura. Gothofr. *ad d. l. 6. §. 2 num 2.* Vult. *d. tr. c. 13. num. 25* Nam ob moræ periculum diſpoſitio juris prohibitiva remittitur *L. 1 pr. de Exerc. act.* Gail. *lib. 2. obſ. 150. n. 7.* Sicque judicatum ſuum exequitur Judex, vel ipſe, *cap. 15. X. h. t.* non verò Arbiter, *l. 9. C. de rec. arb.* ibi Brunn. add. B. Parens, *de Arb. Comprom. th. 40.* nec pedaneus, *l. 15. pr. ff. h. t.* niſi à Principe datus. *l. 5. C. de judic. c. 7. 26. 28. X. de off. & pot. jud. deleg.*

Sent. exequitur Judex vel ipſe. Vel per alium.

vel per alium, ut à Superiore delegatum, vulgò Commiſſarium. vid. ſuprà *ad tit. de juriſdict. §. 27.* Sed in Imperii Supremo Cameræ Imp. Tribunali Sententiis Condemnatoriis loco Executorialium (quæ

eodem

eodem modo, ac olim, amplius in uſu non ſunt,) ſtatim jungi ſolet terminus ad parendum, & de facta paritione docendum, ſub comminatione pœnæ & realis executionis: Dann iſt gedachten Beklagten zu würcklicher Vollziehung dieſer Urthel Zeit 3. Monaten *pro termino & prorogatione* von Amts wegen angeſetzt, mit dem Anhang, wo Er ſolchem alſo nicht nachkommen werd, daß Er jetzt als dann, und dann als jetzt, in die *pœn.* 10. Marck löthiges Goldes, halb dem Kayſerl. *Fiſco*, und zum andern halben Theil ermeldtem Kläger unnachläßig zu bezahlen, hiermit erkläret ſeyn, auch wegen der *real-Execution*, auf ferneres Anſuchen, ergehen ſoll, was recht iſt. Hoc verò termino ſine paritione elapſo plerumque peti, & pro re natâ, ſique declaratoria pœnæ præmiſſa, decerni ſolet Mandatum de Exequendo S. C. vid. Joh. Schilter *Exerc.* 46. §. 2. ad certum Magiſtratum loci, vel Directorem Circuli, cujus jurisdictioni vel Circulo condemnatus ſubeſt, ad faciendam intra certum tempus contra eum Executionem Judicati & pœnæ, Sin Executor parere vel difficultet poſſit, vel tergiverſetur, vel nolit, Executio vel pluribus, & quidem ſamt und ſonders, atque ut juſtitia promoveatur, Extrajudicialiter, uti plura proſtant exempla, demandari poteſt, vel Directori circuli vicini eſt committenda; Concept. p. 3. tit. 37. Rec. Imp. *de Anno* 1654. §. Damit auch. 153. §. *ſeq.* 154. & §. Woſern 12. Si vero Exequendus adhuc non paruerit, vel reſtiterit, in Bannum declarari debet. *d. R. I.* §. Ob ſich aber 155. Hujusmodi Declaratio in Bannum in cauſa C. Motter & J. de Herve contra Waltherum Counotte & Conſ. Mandati, in Camera Imp. contra dictum Counotte d. 7. Jul. 1598. per ſententiam facta, & poſtea ſub dio, ritu conſueto, publicata eſt. vid. typis excuſa Juſtitia dictæ declarationis in Bannum. Add. Concept. *d. p.* 3. *t.* 56. *num* 5. & 6. Blum. *Proc. Cam. tit.* 49. *num.* 188 & *ſeqq.* Et ſi Judex & Aſſeſſores eſſent Eccleſiaſtici, Bannitum Imperii cenſurâ etiam Eccleſiaſticâ innodare indultum eſt per Bullam Cardin. Raymundi. vid. Concept. *tit.* 37. *p.* 12. de d. Bulla conf. Klock. *de Contrib. cap.* 19. *num.* 15. Deckherr. in *Memor. ad O. C. p.* 3. *t.* 48. *num.* 25. & 26. & *Concord. de Supr. Trib. c.* 24. *n.* 9. & *ſeqq.*

Modus in Supr. Imperii Tribunalibus uſitatus.

Mandatum de Exeq. S. C. ad quem dirigatur?

Si non pareat Executor, ſit adjunctio.

Vel Exequendus declaratur in Bannum.

XXXIII. Quid ſi Executio ſententiæ in aliena Jurisdictione & territorio mandanda foret? tunc per Judicem, qui ſententiam tulit, per Literas (Requiſitoriales) Subſidiales, Mutui compaſſus, Judex territorii vel rei ſitæ, ut victus ſatisfaciat judicato, vel pro facienda executione requiri ſolet. *l.* 15. §. 1 *ff. h. t. l.* 45 §. 1 *ff. de jurisd. l.* 12 §. 1. *ff. de reb. auct. Jud. poſſ.* add. *Nov.* 134. *c.* 1. Myns. C. 2. O. 48. Struv. *Exerc.* 44. *th.* 17. ibique Muller. Nam omnis Judex brachium alterius Judicis pro executione facienda implorare, ſicque

Executio contra parem in aliena juriſd. vel territorio quomodo facienda?

que una jurisdictio per aliam juvari debet. *l. 8. C. de Ep. aud. c. 1. x. de off. ord.* Hinc Judex Eccleſiaſticus pro executione ſententiæ Brachium Seculare implorare poteſt. Gail. *l. 1. O. 113. n. 16.* & *l. 2. O. 130 num. 14.* & *de P. P. l. 2. c. 17. num. 31. & ſeqq.* Bocer. *cl. 6. D 36. num. 9. & ſeqq.* De Brachio ſeculari addi merentur Stuck. *p. 1. conſ. 15.* Gylmann. *lib 2. deciſ. 58.* Deckherr. *in Monum. ad Tenneg. cl. 1. c. 29.* Stryck. *in uſu moderno §. 10. & ſeqq. de juriſdict.* Gailius tamen & alii addunt limit. niſi ſententia ſit ſummè injuſta & evidenter nulla. Joh. Voetius *num. 41. h. t.* Unde, licèt Executori requiſito regulariter cognitio cauſæ non competat, *l. 15. §. 4 ff. h. t.* ille tamen, ſi ſcil. talis appareat ſuſpicio, non viſis Actis & proceſſu, illius ſententiam exequi haud tenetur. Sic nec alius Judex ordinarius, cui executio demandata, ſententiam nullam exequi, ſed officium ad ſuperiorem remittere debet. Non obſt. *c. 28. verſ. quia vero. X. de off. deleg.* vid. Bocer. *num. 16.* Ita contra ſubditos Imperii, qui juriſdictionem Rotæ Romanæ in puncto petitæ hæreditatis prorogarunt, variis caſibus in Camera Imper. Mandatum Caſſatorium & Inhibitorium S. C. und cum Citatione ad videndum ſe incidiſſe in pœnas violatæ juriſdictionis Imperii, nec non L. In criminali. 5. §. Is verò. C. de juriſdict. decretum fuiſſe memini, Imò, quod in tali caſu Romæ judicatum, in Camera Imp. Anno 1665. d. 12. Maji caſſatum fuit. vid. *ad. tit. quib. exc. in poſſ. §. 8.*

Sententia injuſta vel nulla non exequenda.

XXXIV. Hæc verò Executio non fieri debet, niſi ſervato Tempore, Modo & Ordine. Quoad Tempus, de jure Communi, in Realibus actionibus ſtatim fit executio, quia res illico eſt reſtituenda; niſi dilatio ad reſtituendum ex juſta cauſa concedatur. *§. 2. J. de off. jud. l. 68. ff. de R. V. l. 9. C. de poſ.* Umm. *D. 23. th. 3. num. 17.* Bach. *d. D. 23. th. 5. lit. C.* Jure verò Wurt. Judex pro arbitrio certum tempus præfigere debet. Landr. *P. 1. t. 55. §.* In Vollziehung. & Jure Saxon. XIV. dierum conceditur. Carpz. *J. F. p. 1. C. 32. def. 5.* In Perſonalibus verò poſt legitimum demùm tempus; *l. 4. §. 5. l. 7. l. 31. ff. h. t. l. 21. ff. de judic. l. 16. §. 1. ff. de compenſat l. 71. §. 2 ff. de leg. 1.* quod olim ſecundum L. L. XII. tabb. fuit XXX. dierum, teſte Gellio, *lib. 20. c. 1.* poſtea duorum menſium, *l. 5. §. 1. C. de uſur. rei jud. l. 2. Cod. Theod. d. t.* & denique à Juſtiniano ad quatuor menſes auctum eſt; *l. 2. l. 3. §. 1. C. d. t.* niſi ad certam ſpeciem competat, quæ ſtatim reſtitui poſſit Beat. Doct. Frommannus, *in different. act. perſonal. & real. thes. 12.* Dn. D. Mayer *in Diſputat. de Execut. in cauſa Crediti thes. 17.* Struvius, *Exerc. 44. thes. 18.* ibique Muller. Sed hic terminus in praxi diverſimodè conſtituitur, prout Judici, ex cauſæ vel perſonæ qualitate, illum

In Executione ſervetur Tempus.

In Realibus.

In Perſonalibus.

illam & arctare & prorogare permittitur. *l. 2. ff. h. t.* Umm. *d. l.* Mevius *p. 4. dec. 400.* Joh. Voetius *num 31 h. t.* Jure Wurt. regulariter conceditur dilatio unius menſis. *d. tit. §.* Wo aber. Jure Saxon. ſpatium ſex ſeptimanarum & trium dierum, Sächſiſche Friſt; quale in Camera Imp. quamvis tempus ſit arbitrarium, plerumque obſervatur, Gail. *l. 1. O. 114. num. 1.* & *de P. P. l. 2. c. 17. n. 23.* De aliis locis, vid B. Dn. Parens, *ad J. P. Wurt d. l. th. 71.* & *Diſp. de Confeſſ. th. 31* Joh. Voet. *num. 37.* & Stryck. *in uſu moderno §. 15. h. t.* Tempus autem quod datur condemnato, etiam heredibus ejus, cæteriſque in ejus locum ſuccedentibus tribuitur. *l. 29. ff. h. t.*

XXXV. Modum quod attinet, ſi reſtituere juſſus Judici non pareat, & tamen habeat rem exequendam, ſive reali, ſive perſonali actione petita fuerit, aut manu militari, (vel quaſi) vid. ſupra *§. 25. de R. V.* officio judicis ab eo aufertur, atque victori traditur, *l. 68. ff. de R V. §. 2. & 3. J. de off. Jud.* vel Actor in poſſeſſionem mittitur *l. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* Joh. Voet. *n. 33.* de quo modo vid. infra *d. t.* Et hoc indigitatur in Ord. Cam. verbo. Austrägliche Hülff und Vollziehung. Concept. *d. t. 37. §. 11* In Jure Wurt. verbo. mit der That *ꝛc.* *d. t §.* Ingleichem. *Modus. Si res extat.* Si res non amplius extet, & condemnatus dolo poſſidere deſiit, contra ipſum juratur in litem: Sin non dolo poſſidere deſierit, æſtimationem, vel quanti res, præſtare tenetur, *d. l. 68. l. 71. ff. eod.* add. ſupra *ad tit. de R. V. §. 24. & 31. & 32. & 37. de uſur.* vid. Struv. *Exerc. 44. th. 16.* *Si non extet per dolum, citra dolum.* Hocque caſu, quoniam Executoris officium eſt exigere, capere, diſtrahere, addicere, *l. 6. l. 8. l. 9. C. de exec. rei jud.* ipſius auctoritate pignora capiuntur; *l. 15. §. 2. l. 31. ff. h. t. l. 2. l. f. C. de exec. rei jud.* Except. vid. in *d. l. 15. § 4. l. 7. l. 8. & ſeq. Auth. C. quæ res pign. l. 4. C. de exec. rei jud.* Struv. *Exerc. 44. th. 18.* ibique Muller. Joh Schulter. *Exerc 46. §. 22.* *Pignora capiuntur.* & poſt hanc captionem, ſi adhuc intra duos menſes condemnatus non ſolverit, publicè venduntur, *d l. 31.* vel quandoque victori addicuntur, ut, hoc jam diximus ſupra *ad tit. de diſtr pign. §. 12.* Poteſt tamen condemnatus de Jure Civili pignus hoc modo captum & victori addictum, intra biennium à tempore adjudicationis computandum, ab ipſo victore reluere; *l. 3. § 3. C de Jure dom. imp.* non verò ab extraneo emptore. *l. 8. l. 18. C. de diſtr. pign.* Bocer. *cl. 2. D. 18. th 83.* *Venduntur. Addicuntur. An Reluitioni locus?* Jure vero Würt. ad reluendum promiſcuè conceditur annus. Lan R. *p. 1. t. 71. §.* Doch ſo der Schuldner. B. Dn. Parens, *th. 89.* Sed Uſus fori ſpectandus. Mev. *ad J. Lub. l. 3. t. 4. a. 2. n. 13.* add. ſupra *ad tit. de diſtr. pign. §. 8. & 10.*

XXXVI. Ordo proponitur in *d. l. 15. §. 2. ff. h. t.* ut primum Mobilia; *Ordo Exec. fit in Mobilia.*

non

non tamen, quæ ad Alimenta, eaque comparanda, ſunt neceſſaria, uti latè explicat Hunn. *d. t. 23 c. 5. n. 10. usque ad fin.* D. Stryck. *in uſ. mod. §. 16. h. t.* His verò deficientibus demum Immobilia capiantur & diſtrahantur; At ſi nihil hujusm. adſit, ad Nomina, Actiones & Jura, ſi liquida ſint, deveniendum eſt, *d. l. 15. § 2. & §. 8. l. 8. ff. quod cuj. univ. nom. l. 5. C. de exec. rei jud. l. 2. l. 4. C. quand. fiſc. vel priv. debit. C. fin. vers ult. X. ut lite non conteſt.* Coler. *de proc. exec. p. 3. c. 4. n. 16. 36. & 46.* Joh. Voet. *n. 42 h. t. lit.* Schilter. *Exerc. 46. §. 22.* Würt. Landr. *d. t. §.* Zum dritten.

Res ſoli, Nomina & Jura.

Sicut etiam, aliis bonis deficientibus, rei judicatæ executio in bona Feudalia fieri poteſt, ſed non niſi quoad commoditates & fructus feudales; Gail. *l. 1. O. 115.* Carpz. *J. F. p. 1. C. 32. def. 25. n. 1.* Joh. Voet. *n. 43 h. t.* niſi conſentiat Dominus feudi, Buſ. *ad l. 15. §. 2. ff. h. t.* vel æs alienum conflatum ſit ratione feudi. Hunn. *d. c. 5. num. 2. & ſeqq.* Struv. *S. J. F. cap. 12. aph. 7. n. 4. & cap. 14. aph. 32. add.* D. Maier. *Diſſ. de execut. in cauſa criminal.*

An in bona feudalia?

XXXVII. Executio autem regulariter in ſolidum fieri debet, donec ſententiæ ſatisfactum, ſecundum *præc. §. 31.* Hinc, ſi ex pretiis quid ſuperſit, ſuperfluum reddatur ei, cujus pignora vendita erant, *l. 31. in f. ff. h. t.* Boeer. *d. l. n. 44. & 81.* ſupra *ad d. t. de diſtr. pign. §. 12. in f.* Fieri tamen poteſt, ut Condemnatus, non in ſolidum, ſed in id tantùm, quod facere poteſt, conveniatur; ſi nimirum gaudeat Beneficio competentiæ, de quo agitur. *l. 16. & ſqq. ff. h. t.* Item *l. 12. & ſqq. ff. ſol. matr.* Eſtque Beneficium *l. 15. ff. ſol. matr. l. 63. §. 1. ff. pro ſoc.* certis perſonis, ne ipſis, ob debita, omnia bona auferantur, ſive extorqueantur, ſed ad alimenta ſufficiens portio relinquatur, conceſſum. Et quia eſt perſonaliſſimum, ad heredes aliosve non tranſit. *dd. ll. l. 24. l. 25. ff. h. t. l. 12. ſol. matr.*

Exec. ſit in ſolidum? Superfluum reſtituatur. Niſi obſtet Beneficium Competentiæ. De quo l. 16. ff. h. t.

XXXVIII. Inter hujusmodi Privilegiarios de Jure obtinent (1.) Parentes & Liberi, cujuscunque gradus & ſexûs. *l. 17. l. 30. in f. ff. h. t. l. 7. §. 1. ff. de obſ. par. §. 38. I. de act.* Struv. *exerc. 44. th. 20. & 21. ibiq;* Muller. Stryk *in uſ. mod. §. 20. & ſqq. de ceſſ. bonor.* Joh. Voet. *n. 46. h. t.* Beyer. *per. 195. usq; 198. h. t.* (2.) Patronus, Patrona, eorumque liberi, *d. l. 17. d. §. 38.* etiam emancipati. *l. 49. ff. h. t. l. 2. in f. ff. quod cum eo, qui in al. pot.* (3.) Maritus, tàm ratione dotis, quàm reliquorum contractuum, in quibus ab uxore convenitur. *§. 37. I. de act. d. l. 17. l. 20. l. 24. §. 1. ff. eod. l. 12. & ſqq. ff. ſol. matr.* Item Uxor. *d. l. 20. l. 17. §. 1. ff. ſol. matr.* Socer. *l. 15. §. 5. ff. ſol. matr.* add. ſupra *ad d. t. §. 13.* (4.) Socii vid. *d. §. 38. l. 16. l. 22. §. 1. ff. h. t. d. l. 63. ff. pro ſoc.* ſupra *ad tit. pro ſoc. §. 29.* D. Graſſ. *in Diſſ. de amicitia th. 16.* (5.) Milites. *l. 6. pr. l. 19. ff. h. t.* (6.) Donator, ſi ex

Quibus competat?

ſi ex cauſa donationis conveniatur, *d. §. 38. l. 19. §. 1. l. 41. l. 49 ff. h. t.* ne liberalitate ſuâ inops fieri periclitetur. *l. 5. ff. eod. l. 28 ff de R. J. l. 12. l. 33. pr. ff. de donat.* (7.) Qui bonis ceſſit. *§. f. I. de act. l. 4. ff. de ceſſ. bon. Pr.* (8.) Defenſores & Procuratores dictorum Privilegiariorum, *l. 23 ff h. t.* ubi limit. *d. l. 63. §. 1. l. 14. pr. ff. ſol. matr.* Inter eos autem, quibus hoc debetur beneficium, melior eſt cauſa occupantis. *d. l 9. §. 1.* Sin quis cauſam privilegii præfractè neget, v. gr. ſe eſſe ſocium, maritum, vel ſi filiusfam. pro patrefamilias ſe geſſerit, &c. in pœnam mendacii privilegium amittit. *l. 22. §. 1. ff. h t. l 4. §. 1. ff. quod cum eo, qui in al. pot.* Ad ſimilitudinem Militum multi jungunt perſonas illuſtres, Nobiles, Doctores, Profeſſores, Advocatos, Clericos; ſed quoad has perſonas & totam hanc materiam remittimus ad B. Dn. Parentis *Diſp. Inaug. de beneficio Competentiæ,* Manz. *de Patroc. paup. dec. 3.* Dn. Kuhnemann. *tr. de Beneficio compet.* Klein. *Diſp. de benef. competent.* Joh. Balthaſ. Wernhur *de benef. compet. generatim in ſpeciatimque nobilibus conceſſo* Hornii *Diſp. de benef. compet. civitatibus non competente.*

XXXIX. Hodie & juxta praxin communem, quia Executio Rei judicatæ celeritatem deſiderat, non tàm dictâ actione, quàm Imploratione Officii Judicis petitur, abſque novo proceſſu, per qualemcunque interpellationem. Gail. *l. 1. O. 113.* Bocer. *cl. 6 D 36. num. 21.* Brunnem. *de Proc. Civ. cap. ult. & ad l. 2. C. de exec. rei jud.* vid. Gudelin. *de Jure Nov. l. 4. c. 16. p. 212.* Executio petitur Implorat. Offic. Judic.

XL. Contraria Sententiæ, & ne ad executionem deveniri queat, ſunt Remedia, quibus vel reſcinditur, vel ſuſpenditur Sententia: v. gr. Ceſſio bonorum, de qua *ſeq. tit. 3.* Beneficium Competentiæ, Appellatio, Petitio reſtitutionis in integrum, Leuteratio de Jure Saxonico, Reviſio, quamdiu ſcilicet ſufficiens cautio de reſtituendo non præſtita, juxta diſpoſitionem Rec. Imp. *de An. 1654. §.* Nach Berathſchlagung. *118.* Querela Nullitatis, habito ſcilicet reſpectu ad factum; nam ratione juris dicendum, quod non ſubſiſtat, nec reſcindi poſſit. Sed de his & aliis remediis agemus infra ad Lib. 49. Contraria. An querela & nullitatis?

TIT. II.

DE CONFESSIS.

Cod. *Lib. 7. Tit. 59.* Cauſ. *2. q. 1.* Extra. *Lib. 2. Tit. 18.* in Sexto. *Lib. 2. Tit. 9.*

§. I.

Maximam affinitatem cum re judicata habet Confeſſio in Jure; Sicut enim contra judicatum, ita & contra confeſſum datur Actio ſine alia quæ- Continuatio. Confeſſio

quæſtione *l. 56. ff. de re jud.* Nam in Jure confeſſus pro Judicato habetur. *d. l. 56. l. 1. ff. l. un. C. h. t.* Confeſſio interdum ſumitur pro cautione & promiſſione, *l. 30. §. 1 ff. de donat. L. 25. §. 2 C. ad SCt. Vell. l. 25. § 4 ff. de prob.* ut plurimùm denotat Aſſertionem in aſſerentis præjudicium factam, quæ definiri poteſt, quòd ſit certa facti alicujus aſſertio in ipſius aſſerentis præjudicium facta. B. Dn. Parens m. *Diſſ. de Confeſſione th. 1.*

Definitio.

Divid. 1. in Veram.
ſiv Verbis.
quibus?

II. Dividitur (1.) in Veram & Fictam, vel Quaſi Confeſſionem. Illa eſt, quæ fit verbis, literis vel aliis ſignis ad voluntatem declarandam idoneis. Verbis, ſcilicet ore nuncupatis, *l. 15. C. de N. N. P.* ad factum aperiendum & demonſtrandum idoneis atque claris. Joh. Voet. *n. 4. h. t.* Nam incerta dubia & obſcura confeſſio pro nulla habetur, per *l. 6. ff. h. t. l. 11. §. 7 ff. de interrog. in jur. fac. C. 13. Conſ. 2. q. 1.* & in confitentis favorem eſt accipienda. Mev. *p. 5. dec. 444. n. 6. & p. 8. dec. 367 num. 5.* ut ſi puella de matrimonio interrogata reſponderit: Iſt es auch Zeit ... ? ſupra *ad tit. de ſponſ. §. 22.* Aliud vero eſt, ſi interrogatus: *An ex dimidia parte heres ſit?* Reſponderit: *Heres ſum. l. 9 § 5 ff. d. t.* Interdum verbum, *Credo*, pro affirmativa habetur. Maſcard. *de prob. concl. 395 n. 18.* Nec Confeſſio regulariter ſubſiſtit per verba enunciativa, ſed per diſpoſitiva concepta, niſi ſit jurata, aut geminata. poſt alios Hunn. *Encyclop. p. 2. t. 16. c. 2. num. 14. 15.* Literis. *d. l. 15. C. de N. N. P. l. 26. ff. de poſ.* Etiam Nutu fieri poteſt. per *l. 52. §. 10. ff. de O. & A. l. 93. § 1 ff. de A. vel O. H. L. 65. §. 3. ff. ad SC. Treb. l. 21. ff. de leg. 3. l. 22. C. de fideic. L. 17. de Novat.* d. Diſp. *de Confeſſ. theſ. 5. & theſ. 46.*

Literis.
Nutu.

Et Fictam, vel Quaſi.

III. Ficta vel Quaſi Confeſſio eſt, quæ à lege fingitur, vel ex facto quodam elicitur, D. D. Graſſ. *Diſp. de quaſi confeſſione*, v. gr. ex pacto. *l. 4. §. 5. ff. de his, qui not. inf.* ubi tranſigens de delicto famoſo, dato aliquo notatur infamiâ, quia crimen fateri cenſetur. *l. 5. L. 15. ff. eod. l. 40 § 1 1. ff. de pact. l. 5. ff. de prævaric. L. 10. C. ad L. Jul. de adulr.* add. ſupra *ad d. tit. de his, qui not. inf. §. 18.* & *ad tit. de tranſact. §. 22. & 25.* cum ſeqq. item ex taciturnitate & contumacia. *d. l. 11. §. 4. & 7 ff. de interr. in jure fac. c. 2. x. h. t. in 6to.* Nec obſtat, quod tacere quodammodo medium ſit inter fateri & negare. *L. 142. ff. de R. J. c. 44. eod. in 6to.* In judiciis enim ſilentium per contumaciam pro confeſſione habetur, maximè, ſi lex expreſſum diſſenſum requirat, Mev. *p. 7. dec. 128. num. 2.* DD Harpprecht. *C. 29. num. 22. & C. 85. num. 151.* vel factum à tacente contradicendo poſſit impediri. Et hoc quidem procedit in Civilibus; Minus verò in Criminalibus, ubi propter nimium præjudicium tacens non cenſetur fateri; ſicut nemo confeſſione ſuâ delictum facere poteſt, niſi de

v. gr. Tranſactione.
Taciturnitate et contumacia.
Obj. Reſp.
Qui tacet, conſentire videtur in Civilibus.

cer-

corpore delicti conſtet. Stryckius *de Jur. Senſ. Prooem. num. 47. & in uſu moderno §. 2. h. t.* Carpzov. *Pr. Crim. quæſt. 16. num 12. & 41.* Hinc confeſſio nona facta ad mortis pœnam dictandam non ſufficit, Carpz. *d. tr. q. 16. n. 33. & ſeqq.* Plures ampliationes & limitationes vid. apud Brunnem. *Jur. Eccl. ad d. Reg. 44.* Non idem dicendum de Fugiente, quod pro Confeſſo habeatur, uti ſentit Weſenbecius, *h. t.* vid. *c. 2. X de præſumpt.* Is quidem reddit ſuſpectum, & indicium remotum facit ad torturam, ſecus verò, ut tanquam confeſſus condemnari queat. Carpz. *d. tr. quæſt. 126. num 60.* Joh. Voet. *n. 2. & 3. h. t.* An fugiens?

IV. (2.) Dividitur ab Objecto in Civilem, quæ fit de cauſa civili, ex qua agitur ad privatum Actoris Intereſſe; & Criminalem, quæ fit de cauſa Criminali, & ex qua agitur ad pœnam corporis afflictivam, & pecuniariam fiſco applicandam. Illa ſubdiſtinguitur, an in jure, an in judicio, an extra judicium intervenerit. In Jure, quæ facta eſt coram Prætore ſummariter cognoſcente, nam olim Magiſtratus ipſi adeundi erant, ut, cauſâ ſummariter cognita, Actori poteſtatem agendi concederent, & Judicem, qui Pedaneus vocabatur, conſtituerent. At ſi in Jus, h. e. ad Prætorem Juris experiundi cauſa vocatus negotium ab adverſario propoſitum confiteatur, ulterior cognitio neceſſaria non eſt. vid. *ſeq. §. 14.* Quæcunque autem coram Prætore ita peragebantur, in Jure facta dicebantur. d. Diſp. *th. 28. & 31.* In Judicio vel Judicialis, quæ coram Judice pedaneo facta. Extrajudicialis, quæ fit inter privatos, extra Jus & Judicium. Criminalis etiam ſubdividitur in Judicialem, quæ fit coram Judice competente; & Extrajudicialem, quæ fit extra judicium. Joh. Voet. *n. 5. h. t.* 2. In Civilem & Criminalem. Civ. ſubdiv. quæ fit in Jure. In Judicio, & extra Judicium. Crim. ſubd. in Judic. & Extrajud.

V. (3.) In Principalem & Incidentem, quæ facta eſt de negotio vel facto, de quo tempore confeſſionis vel principaliter, vel incidenter actum fuit. (4.) In Puram, ſive ſimplicem, quâ quis adverſarii intentionem ſimpliciter & ſine adjectione fatetur, & Qualificatam, quâ quis adverſarii intentionem confitetur, ſed additâ conditione, modo, vel alia qualitate. (5.) In Spontaneam, quæ fit liberâ voluntate, & Extortam, quæ doloſis perſuaſionibus, vi metuque privato elicita: Quidam addunt (6.) in obligatoriam, quâ quis ſe alteri obligatum fatetur, & Liberatoriam, quâ quis debitorem ſuum ab obligatione liberatum eſſe dicit. Myns. *C. 4. O. 31.* Hunn. *c. 16. q. 5. num. 14.* Trentac. *Var. Reſ. l. 2. tit. de Confeſſ. reſ. 2. num. 10. & ſeqq.* d. Diſp. *th. 2. 28. & ſeqq.* 3. In Principalem & Incidentem. 4. Puram & Qualificatam. 5. Spontaneam & Extortam. 6. Obligat. & Liberatoriam.

VI. Ut autem Confeſſio alicujus ſit momenti, in omni requiruntur Perſonæ ad confitendum habiles. Hinc impediuntur Infantes, qui ob defectum intellectûs, vel cum tutoris authoritate, quod geſtum ſit, indicare & con- 5. ſunt Perſonæ habiles. Impediuntur

fiteri

fieri non poſſunt. Pupilli infantiæ proximi tamen confeſſio, ſi tutoris acceſſerit authoritas, ipſo jure ſubſiſtit, *l. 6. §. 5. ff. h. t.* ſed, ſi læſio adſit, Reſtitutione in integrum eliditur *d. l. 6. §. 6.* Trentac. *d. l. num. 36.* Furioſi, Mente capti, niſi dilucida habeant intervalla, & tempore induciarum aliquid de ſe aſſererent, alias ſibi non præjudicant. arg. *l. 6. C. de cur. fur.* His comparantur Ebrii, nam *neſciunt, quid loquantur, jacent ſepulti, facta apud ſapientes Judices venia donantur; ſed levitatis damnantur auctores C. 7. quæſt. 15. c. 1.* Dormientes. *d. q. 15. c. 1. cap. 8.* d. Diſp. *th. 7. 8. 9.* Item *D. ff. de eo a. th. 26.*

Prohibentur. VII. Aliæ perſonæ prohibentur, ut ſunt Pupilli pubertati proximi, ſine tutoris authoritate, quia illorum judicium imperfectum *l. 6. §. 5. ff. h. t.* Joh. Voetius *n. 4. h. t.* Attamen, ſi tutoris authoritas interveniat, illis læſis nihilominus Reſtitutione in integrum ſuccurritur, & Confeſſio vires ſuas

Minores. amittit. *d. l. 6. §. 5.* Minores. *l. 9. §. 2. ff. de minor.* arg. *d. l. 6. §. 5.* Sed diſtin-

In Civil. diſt. guendum inter cauſas Civiles & Criminales, In illis vel reſpiciunt bonorum adminiſtrationem, & Minor curatorem habens, ſine hujus conſenſu, ſuâ Confeſſione ſibi non præjudicat. arg. *l. 3. C. de in integr. reſtit.* Sin curatorem non habeat, ejus Confeſſio judicialis regulariter nulla eſt; *l. 54. ff. de Re jud.* ſed Extrajudicialis quidem valet, reſtitutioni tamen eſt obnoxia, *d. l. 3. d. l. 6. §. 5.* Vel perſonam tantùm concernunt, & jam tunc Extrajudicialis Confeſſio ſine Curatore jure ſubſiſtit; arg. *l. 20. ff. de R. N. l. 8. C. de nupt.* Judicialis vero curatoris authoritatem requirit, arg. *l. 4. C. de auth. tut. l. 2. C. qui leg. perſ. ſtand.* niſi cauſæ tales ſint, in quibus Minor perſonam ſtandi in judicio habet legitimam, ut ſunt cauſæ ſpirituales, & quæ ab iis dependent. *C. 3. de*

In Crim. *jud. in 6to.* In cauſis Criminalibus Minor ſine curatore confeſſione ſua ſibi præjudicare nequit, per tat. in *l. 4. C. de auth. præſt.* quod tamen Moribus noſtris non obſervari teſt. Carpz. *Prax. Crim. q. 118. num. 33.* Guazzin. *de defenſ. inquiſit. def. 32. c. 2. num. 1.* Brunnem. *ad d. l. 4.* At Minor, licet, præſente Curatore, Judicis perſuaſione inductus aliquid confeſſus & exinde læſus ſit, etiam in Criminalibus, prævia tamen cauſæ cognitione, in integrum reſtituitur. Guazzin. *d. l. n. 6. & ſeqq.* d. Diſp. *th. 11.* ſupra *ad tit. de Judic. §. 26. & ad tit. de author. tut. §. 12.* Stryck. *in uſu moderno §. 6. h. t.*

Prodigi. VIII. Porro Prodigi, in cauſis bonorum adminiſtrationem ſpectantibus, ſua confeſſione ſine Curatore ſibi præjudicare nequeunt. *l. 6. ff. de V. O. l. 3. C.*

Limit. *de in int. reſt. min.* Aliud verò eſt, ſi matrimonium vel crimen, abſente licèt Curatore, confiteantur; Nam cum Furioſis tantum quoad dictam adminiſtrationem comparantur; *l. 1. pr. ff. de Cur. fur. l. 12. §. 5. ff. de tut. & cur. dat.* in reliquis

quis verò ſibi præjudicant, ut in iis nec à quæſtionibus immunes ſint. Carpz. d. q. num. 27. Cæterum Jure civili non eſt differentia, Maſculi an Fœminæ confiteantur, Verum hodie multis in locis, multisque in caſibus, juxta ac Minores, Curatore indigent, præſertim in judiciis, exceptis cauſis Eccleſiaſticis, item Criminalibus. Carpzovius, *Jurisp. Conſ. l. 3. d. 31. num. 6.* & *Pr. Crim. q. 105. num. 38. ſeqq.* ſupra *ad tit. de jud. §. 28.* vid. D. D. Harpprecht. *Reſp. 92. num. 180.*

IX. Reliquæ perſonæ, cujuscunque ſint conditionis, modò non impediantur, nec prohibeantur, validè confiteri poſſunt. Procuratorum verò, Tutorum vel Curatorum confeſſiones non ſufficiunt, ut ſuis principalibus præjudicent, *l. 6. §. 4. ff. h. t.* ſi ſcil. ſpontè citra juris neceſſitatem coram Prætore fiant, prout Doctores communiter *d. §.* reſtringunt. Aliud verò eſt, ſi Tutoris vel Curatoris Confeſſio in judicio ex juris neceſſitate, ſicque per modum contentioſæ juriſdictionis, licèt in pupilli vel curandi præjudicium emanarit, poſt alios, Hunn. *d. t. 16. c. 6. num. 9.* Trentac. *d. l. Reſ. 2. num. 46. & ſeqq.* Sic Procurator etiam generalis omnium bonorum non præjudicat, niſi ſpeciale Mandatum habuerit ad confitendum, *l. 20. pr. ff. de int. in jur. fac.* Viv. *dec. 314. num. 4. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 6. h. t.* Maſcardus *de probat. concl. 369.* quod cenſetur, ſi præſente & tacente domino confeſſionem fecerit, arg. *l. 6. §. 2. l. 18. ff. Mand. l. 1. l. 5. C. de err. adv.* vel in jure interrogatus reſponderit. arg. *l. 39. pr. ff. de procurat. C. fin. 2. h. t.* add. Fachin. *l. 2. cap. 56.* Advocati quoque Confeſſio non præjudicat Clienti, niſi facta ſit ipſo mandante, vel ſciente, vel ratificante. Mev. *p. 7. dec. 150.* Joh. Voetius *num. 4. h. t.* Quoad Succeſſores, ſi ſint univerſales, v. gr. heredes & bonorum poſſeſſores, ipſis Confeſſio defuncti præjudicat. arg. *l. 11. ff. de div. temp. præſcr. Diſp. de Confeſſ. th. 26. cum ſeqq.* D. D. Harpprecht. *C. 95. n. 366. & Conſil. nov. 1. n. 296. cum ſeqq.* add. Gilhauſ. *arb. jud. crim. c. 6. p. 1. §. 120.* Maſcard. *de probat. concl. 370. ubi de confeſſione Principis in ſuis dominiis Superiorem non recognoſcentis.* In Singularibus, v. gr. Donatario, Venditore, Ceſſionario, Confeſſio ante illam ſingularem ſucceſſionem facta præjudicat, non verò poſt. d. Diſp. *th. 25. 26.* & poſt multos, Hunn. *d. t. 6. per tot.* Weſenb. *h. t. num. 6.* ex Hoſtienſi de Confeſſionibus validis ſeqq. tradit verſiculos:

Major, ſponte, ſciens, pars, lis, ſed & in ſe
Confeſſus, certum, compos, pro judice, jure
Damnatur, niſi lex, favor aut natura repugnet.

Tutores & Curat.
Repler. l. 6. §. 4. ff. h. t.
Procurator.
Advocatus.
Succeſſor.

Objectum, quæ ſunt facti. Non juris.

X. Objectum Confeſſionis conſtituunt. (1.) quæ ſunt Facti. Nam in illis, quæ juris ſunt, Confeſſio nec prodeſt, nec nocet confitenti. arg. *l. 57. ff. de aur. & arg. leg.* Vlr. *l. 1. Dec. 61 n. 9.* Gail. *Diſſ. for. c. 482. n. 2.* Jus enim per ſe certum eſt. *l. 2. ff. de jur. & fact. ign.* Licet itaque debitor in Inſtrumento dixerit, uſuras centeſimas omni jure licitas eſſe, easdemque promiſerit, hæc tamen Confeſſio debitori non nocet, & nihilominus Creditori illas petenti uſurariæ pravitatis exceptionem opponere haud prohibetur. *l. 1. §. 2. ff. quæ ſent. ſine app. l. 2. C. quando prov. non eſt nec.* Facti vocabulum etiam non facta continet, ut ſimplicis negationis confeſſio valida ſit. d. Diſp. *th. 15. 16.*

Actus præteriti vel præſentes. Non futuri. Natura ac jus recipientes.

XI. (2.) Confeſſio fiat de Actibus præteritis, vel præſentibus. *l. 4. l. 5. l. 6. §. 2. l. 7. ff. h. t. l. 25. §. ſ. ff. ad L. Aquil.* Facti autem futuri, e. gr. ſe à Cajo empturum, Titio donaturum, non eſt Confeſſio, ſed tantùm aſſertio explicans de futuro animum, qui nunc eſt, & nihil præjudicat. Grot. *d. J. B. & P. l. 2. c. num. 11. 2.* (3.) Illud, quod quis confitetur, natura ac jus recipiat, *l. ſ. ff. h. t. l. 13. pr. l. 14. §. 1. ff. de interr. in jure fac.* hoc eſt, ut natura poſſibile ſit, & jure ſubſiſtere queat. Confeſſio autem contra evidentiam facti, & quam jus non recipit, haud præjudicat, Grot. *d. l. num. 8.* e. gr. ſi quis fateatur, ſe fundum vendidiſſe, ſed pretium nondum determinaſſe. *l. 2. §. 1. ff. de contrah. empt.* item *l. 88. ff. de H. J. l. 1. §. 2. ff. de V. O.* d. Diſp. *th. 17. 18.* D. Harpprecht *C. 7. n. 24. & 83. & C. nov. 4. n. 60. & ſeqq.*

Forma in gen. Confeſſio ſit libera, certa & perſpicua. In ſpecie, ut tendat in confitentis præjudicium. Teſtimonium in propria cauſa non valet.

XII. Ad Formam in genere requiritur, ut Confeſſio libera ſit, citra vim, metum vel doloſam perſuaſionem, Ruland. *de Commiſſ. p. 4. l. 8. c. 10. & 11.* niſi confitentis ratificatio fuerit ſubſecuta. Hahn. *ad H. t. N. V.* Non erronea *l. 2. l. 7. ſ. h. t.* Certa & perſpicua. *l. 6. pr. ff. h. t. l. 11. §. 7. ff. de interr. in jure fac.* Ipſa autem Formalis ratio, qua hæc ab aliis aſſertionibus diſtinguitur, in eo conſiſtit, quod in aſſerentis præjudicium tendat, *l. ſ. C. de accuſat. c. 1. x. h. t.* donec de errore conſtet. Menoch. *de præſ. l. 3. præſ. 151. num. 10.* Sin in ſui favorem & commodum aliquid pronunciet, huic, ceu teſtimonio in propria cauſa, fides non habetur, *l. 11. §. ff. de interr. in jure fac. l. 10. ff. l. 10. C. de teſtib. l. 7. C. de prob. N. 48. c. 1. §. 1.* Trentac. *d. reſ. 2. n. 16.* vid. ſupra *ad tit. de teſtib. §. 21.* Poteſt tamen fieri, ut eadem aſſertio diverſo reſpectu Confeſſio & Teſtimonium rectè dicatur; uti explicatur in d. Diſp. *th. 19.* Struv. *exerc. 44. th. 26.* ibique Mullerus.

Finis. Effectus.

XIII. Finis eſt Veritas. Effectus eſt, ut confeſſio fiat contra ſe ipſum, inque confitentis præjudicium fidem faciat, & quidem pro diverſitate ſpecierum diverſam, uti mox patebit. In genere autem in favorem confitentis nihil

nihil operatur; *præc. §. 12.* nec Tertio, licèt cohæres vel ſocius ſit, præjudicat; *l. 28. pr. ff. ad SCt. Vellej. l. 3. §. 1. ff. ad SCt. Silan. d. l. 7. C. de probat.* Berlich. *p. 1. dec. 59.* Stryck. *in uſu moderno* §. 6. Joh. Voetius *num. 5. h. t.* Brunn. *in Proceſſ. C. 21. n. 7.* & D. Harpprecht *Reſp. 92. n. 164.* & *n. 181* & *ſeqq.* & *Conſil. nov. 61. n. 158.* etiamſi in mortis articulo facta ſit. *d. l. 3. § 1.* Maſcard. *de probat. concl. 1080. num. 5.* Nam ratione Tertii non eſt confeſſio, ſed tantum teſtificatio, quæ ex materia probationis cognoſcenda. Et hæc Regula tam in Criminalibus, quàm in Civilibus locum habet. *C. 1. X. h. t. l. f. in f. C. de accuſ.* Unde Confeſſio Dotis acceptæ à Marito facta ipſi quidem, non verò ejus creditoribus præjudicat; *ſupra ad tit. in quib. cauſ. pign. §. 28.* Nihilominus tamen Uxori in Concurſu exceptio non numeratæ dotis à creditoribus opponi poteſt. vid. Gail. *l. 2. O. 81. num. 1.* Carpz. *J. F. p. 1. C. 28. def. 73.* Berlich. *p. 1. concl. 65. num. 45. & ſeqq.* Lutè Trentac. *Var. Reſ. l. 3. tit. de Jur. dotium. reſol. 9. per. tot.* Sic uxor ex adulterio ſe concepiſſe quamvis juratò confitens, filio non præjudicat. *ſupra ad tit. de his, qui ſui vel al. jur. §. 9.* Nec Titius Sejæ, cum qua adulterium commiſiſſe falſus eſt, ſi non alia Indicia concurrant, *arg. l. 11. § 9. & l. 17. §. 6. ff. ad. L. Jul. de adult. d. l. f.* adeo, ut Sejæ Juramentum purgationis haud deferri, *arg. c. 5. X. de jurejur.* multo minus ipſa torturæ ſubjici; ſed Titius propterea injuriarum & ad recantationem conveniri poſſit: Carpz. *Pr. Crim. q. 122. num. 77. & q. 96.* de Proc. *t. 12. art. 3. num. 7. J. F. p. 1. C. 22. def. 1. & p. 4. C. 41. def. 5. & ſeqq.* d. Diſp. *th. 22. & ſeqq.* Stryck. *in Diſp. de alleg. propr. turpitudinis. c. 2. §. 49. & ſeqq.* Dicta tamen Regula quandoque limitationem recipit, uti *in præced. §. 9.* jam dictum. add. Brunnem. *de Proc. cap. 21. num. 7.*

Amplia.

Limit.

XIV. Effectus ſpeciales diximus diverſos eſſe pro diverſitate ſpecierum; De Quaſi confeſſione quid dicendum, jam conſtat *ex præc. §. 5.* Veram autem confeſſionem, de qua *præc. 2.* quod attinet, videndum, an in cauſis civilibus facta ſit, an in criminalibus? In Civilibus iterum diſtinguendum, an in jure, an in judicio, an extra judicium intervenerit? In Jure (vid. ſupra *th. 4.*) tum demum operatur effectum, ſi facta ſit (1. Coram Magiſtratu competente; ſicut enim Sententia à non ſuo judice lata non tenet, ita & facta Confeſſio coram ipſo *c. 4. X. de judic.* Hinc Clericus coram judice ſeculari confeſſus de crimine exinde non condemnatur *d. c. 4.* Idem eſt, ſi Studioſus ad Magiſtratum oppidanum citatus aliquid coram ipſo confiteatur; Petez. *in C. h. t. n. 5.* niſi incompetentis juriſdictio prorogata ſit. Hunn. *c. 2. n. 24. & n. 26.* Voetius *n. 2. h. t.* communem ſententiam eſſe multis authoribus probat, ut Judex pro tribunali ſedeat, & ſic Confeſſio in figura judicii pronunciata. Diſp. *de confeſſ. th. 29.*

In ſpecie Vera confeſſione vel in cauſis civilibus.

In Jure.

Facta ſit 1. coram Magiſtr. compet.

XV.

2. Præſente adverſario, vel ejus, Judex poteſt ſupplere.

XV. (2.) Requiritur Adverſario præſente, *l. 6. §. 3. ff. h. t.* vel ejus procuratore, tutore vel curatore, *d. l. 6. §. 3.* ad exemplum judicati. *l. 47. ff. de re jud.* Non obſt. *l. 13. §. 2 & 3. C. de judic.* ubi abſens propter contumaciam pro præſente habetur. Poteſt tamen & Judex abſentis partes ſupplere, ejuſque nomine Confeſſionem acceptare, arg. *l. 1. §. 13. ff. de Magiſtr. conven.* Hahn. *h. t. N. V. verb. In judicio.* Et quamvis Myns. *C. 4. O. 51.* aliique expreſſam adverſarii acceptationem requirant, vid. Brunnem. *ad l. un. C. h. t.* ex taciturnitate tamen partis, cùm ad favorem ejus tendat, cenſeri acceptatam hancque tacitam acceptationem ſufficere, cum Sichardo & Ummio verius exiſtimat B. Dn. Author, *d. Diſp. th. 30.* quam opinionem, ceu magis æquam & communem, poſt multos, probat Trentac. *l. 2. tit. de confeſſ. R ſ. 2. n. 5.*

3. Certum contineat.

(3.) Requiritur, ut Confeſſio certam rem vel ſummam contineat, *l. 6. pr. ff. h. t. l. 11. §. 7. ff. de interrog. in jure fac.* nam ſi ſit ambigua, nec appareat, quid, quale & quantum ſit, de quo Confeſſio facta, obligationem producere nequit. Hunn. *d. l. c. 2. n. 10.* Stryck. *in uſu moderno §. 8. h. t.*

Confeſſus habetur pro judicato.

XVI. Hujus itaque Confeſſionis Effectus eſt, ut non tantum vim probationis, ſed etiam ſententiæ & rei judicatæ habeat, juxta Regulam: Confeſſus in Jure pro judicato habetur, & quodammodo ſuâ ſententia damnatur, *l. 1. l. 6. pr. §. 2. & ſ. ff. l. un. C. h. t. l. 56. ff. de re jud.* ita, ut partes Prætoris non amplius ſint in judicando cognoſcendo vel condemnando, *l. 25. §. ſ. ff. ad L. Aquil.* ſed tantum in ſolutionis tempus aſſignando & exequendo. *d. l. 6. §. ſ. d. l. un. l. 21. ff. de judic. l. 71. §. 12. ff. de leg. 1.*

Quo tempore exequendus?

Idem autem temporis ſpatium ac in re judicata locum habet, d. Diſp. *th. 31.* add. ſupra *ad tit. de re jud. §. 30.* ſi ſcil. confeſſus quantitatem præſtare teneatur. Si enim certam ſpeciem, quam quis apud ſe habet, debere confeſſus ſit, abſurdum foret, quatuor menſes concedere. Bach. *ad Tr. V. 2. D. 23. th. 6. lit. C.*

Datur Actio de confeſſo.

Conceditur autem de Jure Civili ad ſimilitudinem Judicati contra hunc confeſſum ſtatim Actio de confeſſo. *l. 4. ff. h. t.*

Quid ſit?

XVII. Actio hæc in jure dicitur Actio Confeſſoria, *l. 23. §. ſ. l. 25. §. ſ. ff. ad L. Aquil.* à Dd. ribus Actio æris confeſſi, ex confeſſo, confeſſi, C. I. A. *h. t. th. 7. num. 3.* Struv. *exerc. 44. th. 24. ibique* Mull. eſtque actio perſonalis, quæ datur adverſus in jure confeſſum, ad conſequendum id, quod ex facto confeſſo adverſario debetur. Dicitur Actio, per *d. l. 8.* nec enim

Qualis?

aliarum actionum adjectitia tantum eſt qualitas, ſed diſtincta actio, in quâ actor novam petendi cauſam adducit, cum Bachovio, Ummio, d. Diſp. *th. 33.* Perſonalis, nam Actor ſe fundat non in jure in re, (ſicut in Confeſſoria, quâ ſervitutes vindicantur; *§. 2. J. de Act.*) ſed in facto & confeſſione adverſarii. *l. 4. ff. h. t.* ſic etiam in *l. 56. ff. de re jud.* comparatur cum actione judicati, & ex ju-

reju-

rejurando. Nec obſt. *l. 6. §. 2. ff. h. t.* ibi enim res petitur principaliter non jure Dominii, ſed ex Confeſſione in jure facta, quæ eſt actionis fundamentum; Unde etiam tantum datur contra confeſſum. arg. *l. 9. §. 5. & l. 10. ff. de jurejur.* junct. *d. l. 56.* Porrò etiam eſt ratione objecti Rei perſecutoria, licèt prior ſit pœnalis, arg. *l. 6. §. 5. ff. de re jud.* ratione durationis Perpetua, arg. *d. l. 6. §. 5.* Ratione formæ accidentalis, Stricti juris. arg. *§. 28. J. de act.* Dividitur in Directam & Utilem. *d. l. 25. §. 5. & l. 25. §. 1.* d. Diſp. *th. 54.*

Ob. Reſp. *Divid.*

XVIII. Datur hæc Actio adverſario, cujus intentionem Reus in Jure abſolutè confeſſus eſt, licèt ſit falſa *l. 4. ff. h. t. l. 13. pr. ff. de interrog. in jure. & l. 23. §. 5. ff. ad L. Aquil.* Adhibitâ tamen diſtinctione, an quis falſum confiteatur ſcienter, an ignoranter, ex juſta erroris cauſa, an minus Trentac. *d. Reſ. 2. num. 54. & ſeqq.* item an ſit in cauſa criminali, Guazz. *c. 9.* ejusque ſucceſſoribus. Adverſus confeſſum, ejusque heredes. arg *d. l. 6. § 5.* Non verò contra tertium. *prac. § 13.* Ad id, quod ex cauſa confeſſa debetur, præſtandum, *d. l. 6.* Si contra eundem quoque fertur ſententia, & condemnatur ad æſtimationem & reſtitutionem rei, obſervato proceſſu & ordine in *l. 15. ff. de re jud.* præſcripto. Dantur tamen cauſæ, propter quas in jure Confeſſus vel abſolvitur, vel in integrum reſtituitur, vid. d. Diſp. *th 58.* & infra *§. 29.* Sed quæritur: An Appellatio hic locum habeat? & Neg. arg. *l. 13. C. de N. N. P. cap. 5. §. 3. x. de app. in 6to.* junct. *l. un. C. h. t. l. 56. ff. de re jud.* niſi juſta erroris cauſa obſtet, item in æſtimatione vel executione modus excedatur. arg. *c. 45. x. de appell.* cum Beſoldo, Hunnio, Bachov. Arumæo, d. Diſp. *d. l. th. 58.* vid. *infra §. 19. de appell. recip.* Moribus vero noſtris Magiſtratus, contra reum, ſtatim ante litem conteſtatam coram eodem debitum purè confitentem, omiſſâ dicta actione, nobili judicis officio, executivè procedit. Gail. *l. 1. O. 113. n. 9.* Carpz. *Prac. tit. 15. art. 3. n. 4.* vid. Reform. Francofurt. *p. 1. t. 45. §. 1. & tit. 29. §. 1.* Si verò reus non pure, ſed additâ ſolutionis, compenſationis, remiſſionis, &c. exceptione fateatur, eamque actor agnoſcat, actio denegatur. vel ſi dubitetur exceptio conceditur arg. *l 9. pr. ff. de jurejur.* d. Diſp. *th. 59.*

Subj. Act. *Paſſiv. Object.* *Effectus.* *An appellatio locum habeat? Neg. Limit.* *Moribus hodiernis quomodo procedatur?*

XIX. Confeſſio in Judicio facta, i. e. coram Judice Pedaneo, *prac. § 4.* propriè dicitur Judicialis; & ut efficax ſit, requiritur: (1.) ut fiat in loco Judicii, (2.) coram Judice competente & pro tribunali ſedente; ſic ut h. l. non ſufficiat confeſſio apud acta, ſed abſente Judice. Gilhaus. *arb. jud. civ. cap. 6. p. 1. §. 102. n. 2.* Trentac. *Reſ. 2. n. 5. 6.* Gratian. *cap. 694. n. 29.* Struv. *Exerc. 44. th. 25.* ibique Mull. (3.) Adverſario præſente, arg. *l. 6. §. 3. ff. h. t.* quam, tanquam veriorem & communiorem, opinionem probat Trentac.

Confeſſio in Judicio ſit in loco jud. coram. jud. adverſario præſente. poſt L. C.

loc. d. l. n. 5. Mev *p. 7. dec. 154. n. 1* Brunnem *ad d. l.* ubi plures limitationes. (4.) Poſt litem conteſtatam, quæ eſt fundamentum judicii, poſt alios, Hahn. *h. t. N. I. verb. Judicialis* & *N. V. verb. In ſ duo* & *N. IIX.* Hunn. *cap. 2. n. 17. ad fin.* Brunn. *ad l. un. C. h. t. n. 7.* Huc refertur Confeſſio coram Arbitro compromiſſario facta, quia Compromiſſa ad ſimilitudinem Judiciorum ſunt redacta *l. 1. ff. de rec. qui arb.* Umm. *Proc. D. 13. n. 37 in f.* Hunn. *c. 4. n. 4.* & juxta DDres Confeſſio in precibus Principi oblatis facta. d. Diſp. *th. 40. in f.* Maſc. *Concl. 361.* quod tamen temperat Gilh. *§. 113. vel coram præfect.* D. Harppr. *C. 16. n. 37. & conſ. nov. 4. n. 347.*

Confeſſio coram Arbitro. In precibus Pr̃pi oblata.

XX. Hæc non tantæ eſt efficaciæ, ac mox præcedens; ſed in Judicio confeſſus condemnandus eſt a Judice; qui ex formula condemnare vel abſolvere neceſſe habet, per reg. in *l. 74. pr. ff. de Judic.* De qua re cognovit Judex, de ea pronunciare cogendus. Vim tamen habet plenæ probationis contra confitentem, ejusque heredes: ita, ut probatio pleniſſima & omnium nobiliſſima dicatur. Gail. *l. 2. O. 106. n. 2.* Bocer. *cl. 6. D. 22. th. 7* Umm. *d. l. th. 1 n. 52.* Eique locus eſt, etiamſi omnibus probationibus renunciatum, vel in cauſa concluſum ſit; imò res judicata ea propter retractari poteſt. Plures Ampliationes vid. in d. Diſp. *th. 41.* Joh. Voetius, *n. 7. h. t.*

Requirit ſententiam. Regula. Effectus.

XXI. Poſtquam verò ipſi Magiſtratus iterum judicare cœperunt, etiam hæc differentia confeſſionis in jure & in judicio factæ ab uſu receſſit, ita tamen, ut, Reo ante litem conteſtatam confitente, judex ſtatim ad executionem procedere, terminumque ad ſolvendum aſſignare valeat. Confeſſione verò litis conteſtationem demum ſecuta ſententia condemnatoria opus eſt, & hæc ita de Jure communi ſe habent. Bach. *ad Weſemb. h. t. lit. G.* & Hahn. *N. V. in f.* Stryck. *in uſu moderno* *§. 5 h. t.* Struv. *th. 24. Exerc. 44.* Jure Wurt. non obſervato hoc procedendi ordine, ei effectus rei judicatæ adſcribitur: Daß, ſo der beklagte vor ſitzendem Gericht eine Schuld oder anders, dardurch Er dem Kläger obligirt und verbunden, bekantlich; ſolle darfür gehalten werden, als ob gegen Jhn rechtlich erkannt wäre. Land-Recht, *p. 1. tit. 33. pr.* Idem traditur in Reform. Francof. *loc. cit.* In ipſa executione verò ad ſolutionem ſpatium temporis conceditur, ſecundum ea, quæ *præc. §. 16.* & *ad tit. de re jud. §. 30.* B. D. Parens, *ad J. P. W. d. l. th. 54.*

Quis ordo obſervetur? Jure Würt.

XXII. Extrajudicialis confeſſio quid ſit? vid. *præc. §. 4.* Hæc neque adverſarii præſentiam, nec ejus acceptationem neceſſario requirit. Fit enim vel literis, vel verbis. De literali confeſſione ergo eſt Regula: Scriptura etiam

Extrajudicialis ſit vel Literalis,

am privata plenè probat contra ſcribentem; *l. 11. & ſeq. Auth. Si quis. C. qui pot. in pign. l. 26. §. ſ. ff. depoſ. & heredes Diſp. th. 43.* & D. Harppreche. *Reſp. 60. n. 48.* licet teſtes acceſſerint vel ſubſcripſerint nulli. *dd. 8. L. 1 l. 13. C. de N. N. P.* modò ſcriptura legitimè fuerit recognita, quod ſcil. à confitente ſcripta vel ſubſcripta. *arg. l. 21. in ſ. C. ad L. Corn. de falſ.* add. latè Hunn. *p. 2. t. 18. cap. 5.* d. Diſp. *th. 43.* ſupra *adver. de fide inſtrum. §. 17. 18. & 33.* Inſuper tamen neceſſarium eſt, ſi Confeſſio ſit Obligatoria, ut cauſa debendi honeſta, ſpecialis, (aliter ac in Confeſſione Judiciali, Trentac. *d. res. 2. n. 14.* Joh. Voet. *n. 5.* & Stryck. *in uſu moderno §. 8 h. t.*) e. gr. empti, mutui, ex ratiocinium reſiduo, &c. ſimul. adjiciatur. *d. l. 26. §. 1. l. 27. ff. depoſ. l. 25. §. ſ. ff. de probat. d. l. 13. c. 14. x. de fid. inſtrum.* Gail. *l. 2. O. 13 n. 9.* Carpz. *J. F. p. 1 C. 17. def. 30.* Sed varias limitationes vid *def 40.* & Brunnem. *ad d. l. 13. & ad l. 40. pr. ff. de pact.* Maſc. *Concl. 345.* Gilhauſ. *arb. Jud. Civ. c. 6.* Stryck *d. § 8. h. t.* At cauſam expreſſam non deſiderat Liberatoria vel quietoria. Mynſ. *d. O. 51.* Hunn. *t 16. c. 5. n. 14.* Purgatoria, ſi Dominus vulneratus ante mortem aliquem exculpaverit vel abſolverit, per *l. 2. ff. ad SC. Silan.* Item Geminata & Reiterata. Hunn. *d. l. n. 6.* Sed ſi Teſtator decedens confiteatur, ſe nihil cuiquam donaſſe, vel nihil creditoribus debere, hoc nihil officit veritati. *l. 6. C. de teſtam.* Hahn. *h. t. N. V. verb. Atque cauſa.* Joh. Voetius *n. 9. h. t.* Statuto quandoque remittitur cauſæ expreſſio, ut Hamb. *p. 1. tit. 20.*

Scriptura probat contra ſcribentem. Ampl.

Quid requir. ad Conf. obligatoriam.

Liberatoria, Purgatoria, Geminata? Si decedens dicat, ſe nihil debere?

XXIII. Extrajudicialis Confeſſio Verbalis fit vel præſente & acceptante adverſario, & habet vim plenæ probationis, quia cadit in promiſſionem; *d. l. 26. d. l. 25. C. 10. x. de probat.* Gail. *l. 1. O. 55. n. 8.* Mynſ. *d. l.* Carpz. *J. F. p. 1. c. 16. def. 21 n. 5* ibique Esbach. Stryck. *in uſu moderno §. 5. h. t.* vel eo abſente, qualis ex communi Doctorum ſententiâ ſemiplenè probat; Gilhauſ. *§. 101.* Maſc. *de prob. concl. 347 n. 26.* Mev. *p. 7 dec 154. n. 5.* Struv. *Exerc. 44. th. 25.* favorem tamen piæ cauſæ excipit *p 8 dec. 6. num. 6.* Sed alii eidem plenam tribuunt probationem, modò animo deliberato facta, & à duobus integræ fidei teſtibus probata ſit. *d. l. 13 d. l. 26* junct. *l. 15. C. de fid. inſtr. N. 90. c. 2* latè in dict. Diſputat. *thes 45.* Brunnemann. *de proc. cap. 21. num. 6.* Beyer. *poſit. 2. h. t.* His adſtipulatur Jus Wuttembergicum *d. t.* ibi *§. p.* Es ſollen auch die Bekanntnuſſe, ſo auſſerhalb Rechtens, vor Notarien und Gezeugen, oder ſonſt vor Ehrbahren Leuten, mit Erzehlung der Urſachen, warumb, oder aus was Grund, oder in Beyſeyn des Gegentheils, (ſolches annemmende) geſchehen, eine genugſame Beweiſung einzuführen kräfftig ſeyn. Idem legitur in Reformatione Francofurt.

Vel verbis adverſario vel præſente, vel abſente.

 p. 1.

p. 1. ſ. 30. §. 1. D. D. Graſſ. *in Differ. Jur. Civ. & Wirtemb. §. 21.* Joh. Voetius *num. 8. h. t.*

In Conf. Liberat. diſt. an verba referantur ad factum, an ad jus?

XXIV. De Confeſſione Liberatoria notandum, ſi verba confitentis referantur ad factum: v. gr *ſe recepiſſe à debitore tantum pecuniæ pro debito*, hæc Confeſſio demum poſt XXX. dies inducit probationem. *l. 14. §. 2. C. de N. N. P.* Sin verba confitentis referantur ad jus, quia creditor confitetur debitorem ſibi non teneri: hoc inducit & probationem & liberationem, quia habet vim pacti de non petendo; *l. 40. ff. de pact.* ſcil. in actione perſonali; niſi ignorarem, eſſe debitorem meum, *l. 1. C. de falſ. cauſ. adj. leg.* In actione verò reali nihilominus poſſum probare de dominio. *l. 5. C. de jur. & fact. ign.* Trentac. d. *Res 2. n. 10. & ſeqq.*

Confeſſio in Criminal. qualis ſit? Requirit ſententiam.

XXV. Confeſſio in cauſis Criminalibus in genere ad condemnandum non ſufficit, niſi ſit clara, perſpicua & certa; *L. f. C. de probat.* vid. Mev. *p. 6. dec. 400. Diſp. th. 47.* item Specifica ratione loci, temporis & aliarum circumſtantiarum. Guazz. *d. 11. def. 32. cap. 1. & 3.* Gilhauſ. *arb. jud. crim. c. 5. Rem. 3. num. 141.* Inſuper unanimi Ddrum opinione ſemper opus eſt ſententia Judicis, licet delictum ſit notorium, & judicialiter confeſſum. propter *l. 11. l. 16. ff. de pœn. l. 1. §. 17. & 27. ff. de quæſt. l. 5. ff. de cuſtod. reor. l. f. C. de probat.* Trentac. *d. l. Res. 2. n. 32.* Stryck. *in uſ. mod. §. 10. h. t.*

Judicialis quando plenam faciat fidem? Sin libera, non extorta, niſi ratificetur, nec ſiat ob ſpem præmii & conſ. ſimil. Si de corpore delicti non conſtet.

XXVI. Diſtinguendum etiam eſt hic inter Judicialem & Extrajudicialem Reorum confeſſionem. Illa fit coram Judice competente, *l. 2. C. de Cuſtod. reor.* ſi cauſa ſit capitalis ultimique ſupplicii, & aliunde quoque de corpore delicti conſtet, plenam facit fidem, ut Reus mortis pœnâ affici poſſit. *C. 1. X. h. t. l. 1. §. 24. ff. ad SC. Silan.* (qui §. quidem loquitur de Tortura, ſed major ratio pugnat pro morte.) *l. 16. C. de pœn. d. l. 1. §. 17. & 27.* Ord. Crim. Caroli V. *art. 165.* Guazz. *cap. 31.* Carpzov. *Pr. Crim. q. 16. n. 41. q. 1. 81. num. 4.* & *p. 4. C. 3. def. 15. & ſeqq.* Sponte tamen & liberè ſit facta. Hinc extorta ad plenam probationem non facit, niſi poſt intervallum legitimè ratificata. d. Ord. Crim. *art. 56. §.* der Geſon enen. Maſc. *concl. 355.* Mynſ. *C. 3. O. 11.* Carpzov. *q. 126.* Neque huc pertinent Confeſſiones ob ſpem præmii, impunitatis promiſſionem, aſſiduas preces, vel doloſas perſuaſiones factæ. *l. 5. C. de apoſtat. l. 1. §. 3. ff. de ſerv. corrupt. l. 1. §. 2. C. de rapt. virg.* d. Diſp. *th. 131.* Stryk. *in diſp. de jur. ſuggeſt. cap. 4. num. 26. & ſeqq.* D. Coccej. *de ſuggeſt. c. 1. §. 19.* Sin de corpore delicti aliunde non conſtet, hæc judicialis confeſſio tantùm pœnam Extraordinariam, fuſtigationis, relegationis &c. operatur. Carpzov.

Carpz.

dd. R. & *q. 108. n. 39.* Fachin. *l. 1. c. 28. & 30.* D. Harpprecht. *Conſil. nov. 47. num. 36. cum ſeqq.* In delictis vero occultis, & facti tranſeuntis, e. gr. in Adulterio, Sodomia, etiam certa & immediatè concludentia indicia ſufficere, tradit Carpz. *d. q. 108.* D. Harpprecht. *C. nov. 56. n. 39.*

In delictis occultis certa indicia.

XXVII. Extrajudicialis verò confeſſio in Criminalibus non plenam facit probationem, nec ad condemnationem ſufficit, Guazz. *de def. 32. cap. 33. ubi plures Ampliationes & Limitationes.* Sed indicium facit ad torturam, ſi indicia proxima concurrant, v. gr. ſi quis de ejuſmodi delicto ſuſpectus ſponte aliud confeſſus ſit, vel ſe jactaverit, & hæc confeſſio vel jactatio per duos teſtes probetur. Guazz. *cap. 34.* d. Ord. Crim. *art. 30. & 32.* Carpzov. *d. l. q. 121. num. 44.*

Extrajudic. quando indicium faciat ad torturam?

XXVIII. Hactenus dicta pertinent ad Confeſſionem Puram. Si enim ſit Qualificata, & contineat capitula connexa, Regula eſt: Confeſſio qualificata, continens capita connexa, non eſt dividenda, ſed vel tota acceptanda, vel rejicienda, aut repudianda eſt; Mev. *p. 8 dec. 367. n. 6.* Joh. Voet. *num. 5.* & Stryck. *in uſu moderno § 4 h. t.* D. Harpprecht. *Conſil. nov. 4. n. 406. cum ſeqq.* Niſi ratione qualitatis adjectæ juris præſumptio contra Confitentem pugnet, v. gr. ſe Actorem nebulonem appellaſſe, ſed ſine injuriandi animo. Plures limitationes vid. apud Brunnem. *de proc. d. c. 21 num. 5.* Sin contineat diverſa capita, & quidem dividua, poterunt ſeparari; v. gr. ſi quis debitum confiteatur, ſed excipiat de ſolutione, remiſſione, &c. Hahn. *h. t. N. X verb. Quod aut* latè Guazz. *d. def. 32. c. 35.* Trentac. *d. Res. num. 11. & ſeqq.* & d. Diſp. *th. 55. & ſeqq.* Similiter ſi Confeſſio ſit incidens, inque alium finem facta, non probat; Mev. *p. 7. Dec. 154. num. 2. d. Dec 367. num. 5.* Brunnem. *d. c. 21. num. 10.* D. Harpprecht. *C. 95. num. 406. 432. 461. & 469.* hoc tamen variè limitat Guaz. *d. l. c. 4. num. 4.* Sed ſi confeſſio per viam Exceptionis emanata ſit, vid d. Diſp. *th. 59.* & Guazz. *c. 5.* Joh. Sam. Stryck. *Diſſ. de excipiente non confeſſo.*

De Conf. Qualificata Regula. Non poteſt pro parte acceptari. Limit.

Aliud eſt, ſi capita ſint dividua.

Si Confeſſio incidens. Per viam Exceptionis.

XXIX. Ex hactenus dictis facilè colligere licet, quod Confeſſus interdum abſolvatur, interdum in integrum reſtituatur, ut ex cauſa ætatis, *l. 6. § 5 ff. h. t.* tàm in civilibus, quàm criminalibus *prac. § 6. & 7.* Beſold. *de lib. jur. L. 4. q. 15.* ſupra *ad tit. de Minor. § 29.* Porrò tales cauſæ ſunt Ambiguitas & Obſcuritas. *d. l. 6 pr. prac. § 2.* Contrarietas naturæ & juris. *§. 11.* Adverſarii abſentia. *§. 15.* Vis, Metus privatus, ſupra *ad. t. quod met. cauſa.* Doloſa perſuaſio; *§. 25* niſi ratificatio fuerit ſubſecuta. Hunn. *c. 2. num. 12* Error. *l. 2 ff. h. t.* Stryck. *in uſ mod § 7 & 8.* Voët. *num. 5. & 7. h. t.* Nam cauſa erronea non poteſt dici deciſa; *l. 7. C. de jur. & fact. ign.* intelli-

Contraria.

telligendo de erronea confeſſione facti alieni, quæ non eſt obligatoria. *C. ſ. 2. h. t. ſ. §. 1. l. inf. ff pro ſoc.* At error facti proprii, item juris, non excuſat confitentem, *d. l. 2. ff h. t* niſi agatur de rebus propriis amittendis. vid. ſupra *ad tit. de jur. & fact. ign. §. 5. 6. & 11.* Trentac. *d. t. Res. 2. num. 61. & ſeqq.* Iniquiſſimum tamen fore monet B. Dn. Brunnem. quod propter admiſſum errorem juris quis causâ cadere debeat, neque unquam ſe vidiſſe vel audiviſſe in praxi talem rationem decidendi, imò judicis eſſe, errorem juris emendare. *ad d. l.* quo facit Maſcard. *concl. 378. num. 4.* Revocatio in continenti facta; Böer. *Dec. 89. num. 4.* etiam Confeſſionis Procuratoris & Advocati ante ſententiam, Viv. *Dec. 384. num. 1.* item errore comperto, & quandocunque probato. Böer. *d. l.* Hunn. *c. 7. per tot.* Trentac. *Res 1. ubi ampliat. & limitat. & d. Res. 2. n. 63. & ſeqq.* Guazz. *6. 10. 12. & 13.* ubi cauſas revocationis juſtas recenſet.

Confeſſio Sacerdoti facta non præjudicat, nec probat. *Ampliationes.*

XXX. Tandem nec confitenti præjudicat, nec in judicio probat illa Confeſſio, quæ Sacerdoti facta; etiamſi in privatâ illâ Confeſſione commiſſa crimina capitalia eſſent concredita, & vel teſtes quidam furtè illam in pœnitentiâ audiverint, Maſcard. *concl. 377.* Gilhauſ. *d. l. §. 121.* vel Sacerdos adeo ignominioſus, ſive ſponte, ſive ad mandatum Magiſtratus Politici, certè contra jus Divinum & Naturale, revelaret. Dedeken. *Conſ. Theol. V. I. p. 3. ſect. 3. n. 51. & 52.* Carpzov. *Juriſpr. Conſ. lib. 3. def. 25. n. 11. & per tot.* Gilhauſen. *arb. jud. civ. c. 6. p. 1. §. 121.* vid. *C. 13. X. de pœnit. & remiſſ.* & Beyer. *de Sigillo confeſſ.* von Geheimhaltung der Ohren-Beicht. Niſi pernicies quædam avertenda foret Tunc enim res quidem, e. gr. conſpiratio, incendium, &c. detegenda, non verò perſona, quæ ſcelus faſſa & deteſtata eſt. Dunte, *Caſ. Conſcient. cap. 13. ſect. 2. q. 19.* vid. ſupra *§. 43. de teſtibus.*

TIT. III.

DE CESSIONE BONORUM.

Inſtit. *L. 3. Tit. 26. §. 8. L. 4. T. 6. §. ult. & T. 14. §. ult.* Cod. *L. 7. Tit. 71.* Nov. *135. & Nov. 35. c. 4. §. 1.* Extra *L. 3. T. 23. cap. 3.*

§. I.

Continuatio. Debitores, qui non ſolvendo, olim addicebantur.

Diximus de Re judicata ac de Confeſſione, & quomodo Judex diem ſeu terminum ſolutionis conſtituat; quem ſi debitores non obſervabant, vel non ſolvendo erant, olim apud Judæos, *Lev. 25. v. 39.* Græcos & Romanos, manus in illos injectas, & Creditoribus cum liberis & familiâ addictos fuiſſe, donec ſe ære alieno liberaſſent, teſtantur Aul. Gell. *lib. 20. Noct. Att. c. 1.* Hotomannus, *quæſt. Illuſtr. 26.* Heig. *p. 1. quæſt. 35. num. 19. ſeqq.* & ſi plures concurro-

currebant Creditores, ipſis licuiſſe debitoris corpus diſſecare & invicem diſtribuere. quamvis Hahnius cum Gudelino, non credat, tantam immanitatem apud Romanos unquam in uſum perveniſſe. *ad W. h. t. N. III.* Mevius probat ex Tertulliano, hoc membrum de diſſectione publico conſenſu eraſum eſſe. *ad J. Lub. l. 1. t. 3. a. 1 n. 4. Beyer. pr. h. t.* Sed ſecutis temporibus, ne inopes debitores amplius in carcerem detrudantur, neque ſervitiis, aliisque cruciatibus à creditoribus divexentur. Lege Juliâ beneficium Ceſſionis bonorum introductum eſt.

An corpus inter plures diſſecitum?

Poſtea introducta Ceſſio bonorum.

II. Ceſſionis autem Vocabulum derivatur à verbo cedere, & varium in jure habet ſignificationem; ſic ceſſum dare, pro calce percutere, dicitur *in l. 43. pr. ff. de ædil. edict.* ceſſim ire, pro retrocedere, *l. 52. ff. ad L. Aquil.* item cedere denotat renunciare, *l. 18. pr ff. comm. præd.* transferre, vid. ſupra *ad tit. de her. vel act. vend.* relinquere, ſic cedere foro, i. e. æris alieni cauſâ in forum non venturare, Turneb. *Adverſar. lib. 16. cap. 5* bancam (menſam argentariorum) ruptam facere, *banqueroi* ſpielen: Cedere bonis, i. e. ſua bona Creditoribus relinquere. Germ. von ſeinen Gütern abtreten, weichen.

Vox Ceſſionis Etymol. Homon.

III. Ceſſio bonorum eſt actus, quo debitor ære alieno, ſine dolo malo, obæratus, omnia ſua bona Creditoribus ſponte relinquit, ut his, quantum fieri poſſit, exinde ſatisfiat, ipſeque, ſalvâ exiſtimatione, à carcere & alio cruciatu liberetur. *l. 1. l. 8. C. h. t. qui bon. ced. poſſ.* Brunus, *de Ceſſ. bon. Quæſt. 1.* Vocatur invidioſa Ceſſio, *l. 5. C. d. t.* Flebile adjutorium, *l. 7. C. d. t.* miſerabile auxilium, *l. 3. C. eod.* cùm ſit acerbum cedere bonis. Trentac. *var. res. L. 3. tit. de ſolut. reſol. 27. n. 1.* nam extremâ atque perpetuâ egeſtate ſordentibus mors ſolatium & vita ſupplicium eſt. *l. 5. §. 1. in f. C. ad L. Jul. Maj.*

Definitio.

Synon.

IV. Cauſa Effic. Remota eſt Jus civile, & in ſpecie Lex Julia, vel à Jul. Cæſare, vel ſecundum alios, ab Octavio Auguſto lata. Roſin. *Antiq. Rom. l. 8. c. 19.* Hocque Beneficium primò tantum iis, qui in Urbe degebant, conceſſum, poſtea ad provinciales quoque porrectum eſt, *l. 4. C. h. t.* & tandem illud adhuc pinguius reddidit Juſtinianus per *Nov. 135.* ſed hæc Nov. non eſt Authentica, vid. ſupra Prolegom. *§. 6. num. 4.* & Hahn. *h. t. N. V. in med.* Gudelin. *de J. N. l. 4. c. 16. circa fin.* Impulſiva eſt commiſeratio & æquitas, ut, qui ex accidenti ad inopiam pervenerunt vincula, ſervitutem, carcerem, infamiam effugere poſſint. Cauſa Efficiens Proxima eſt libera debitoris voluntas æs alienum confitentis, cui tanquam beneficium relinquitur, an bonis cedere velit; *l. 6. C. h. t.* Mev. *p. 2. dec. 328.* & ſic Jure ſpeciali vel publica impetratione opus non habet. per Reg. Superfluum eſt, impetrare precibus, quod à lege-

C. E. R.

N. 135. Non eſt authentica.

Impulſiva.

Proxima eſt confitentis voluntas.

Non impetratione.

Obj. n. 5. legibus jam eſt permiſſum, ex *L. un. C. de theſ.* Non obſt. *l. 8. C. h. t.* ubi ſub electione creditorum ceſſioni jungitur quinquennale ſpatium.

Utrumque declarat.

V. Olim quidem certæ exclamandi Formulæ cum ſolennitatibus requirebantur, quæ Jure Novo, partim ob honeſtatem, omnes ſublatæ, *d. l. 6.* ut hoc Jure ſufficiat, modo debitor voluntatem ſuam profiteatur, ſive in judicio, ſive extra judicium, præſens, vel abſens, ſeque verbis, vel literis, per nuncium, aut per epiſtolam, vel quoquo modo hæc, perinde eſt *l. 5. ff. h. t.* Salgado, *Labyr. Credit. p. 1. c. 1. n. 15.* Joh. Voetius, *n. 6.* & Stryck. *in uſ. mod. §. 5. h. t.* At Moribus noſtris,

Quid moribus noſtris?

ne deſperati debitores ſub iſtiuſmodi ceſſionibus fraudes quærant, ferè communiter Diploma Principis, ceſſionis faciendæ causâ, impetrari, idque ſolenniter in judicio comprobari neceſſe eſt. Gudelin. *de Jure nov. l. 4. c. 16. §. antepen.* & idem de Belgio, Gallia, Hiſpania tradunt Perez *h. t. n. 2.* Chriſtin. *Dec. Belg. Vol. 4. dec. 125. n. 5.* Propter hujus beneficii abuſum; & ne quis facilè ad Ceſſionem, in perniciem Creditorum convolet, multis in locis, ad imitationem Vett. ſolennitatum, ſingulares & ignominioſi cedendi ritus adhuc ſunt recepti: ita, ut debitor ignominioſe nudatus publico ſaxo inſidere, aut etiam poſteriora ad illud percutere teneatur, ter gridando *Cedo bonis*; vel in foro ſedentes in ore corbem tenere, pileum vel veſtem diſtinctam geſtare cogitur. De aliis vid. Nic. de Paſſer. *de privil. ſcript. l. quæſt. 11. n. 7. ſeqq.* Mev. *Diſc. levam. inop. deb. c. 4. ſect. 1. num. 103.* Carpz. *Aſyl. debit. poſ. 1. 2.* Marquard. *de Jure Merc. l. 4. c. 10.* Lauterb. *Diſſ. de Jure in cor. mercat. ... th. 32.* Stryck. *in uſu mod. §. 17. h. t.* Frommann. *in diſſ. de levis notæ macula th. 32.* Bayer. *h. t. pag. 120.*

Jure Würt.

VI. Jure Würt. Ceſſio pariter non à nuda debitoris voluntate dependet, ſed à Judice eſt petenda, & coram judicio ordinario facienda, in præſentia omnium creditorum ad id citatorum, præviо debitoris juramento de fideliter indicandis omnibus bonis, quodque nihil in fraudem creditorum alienaverit, ſub pœna perjurii, & amittendi hujus beneficii. Landr. *p. 1. tit. 76. §.* Etlich *& ſeqq.* ibi *§. fin.* Nicht leichtlich zu geſtatten.

Jure Saxon. Lubec.

Imò vero Jure Saxonico & Lubecenſi aliisque locis à Juris Communis ratione diverſum obtinet, & in Creditoris eſt poteſtate, an debitorem ad bonorum ceſſionem admittere velit, an mancipio eum accipere præoptet, quod dicitur Adjudicatio ad manus & operas,

Adjudicatio ad Manus.

damit er die Schuld abverdiene, alibi in Carcerem publicum, Schuld-thurn, (Hamburgi vocatur Winſerbaum, Statt. *p. 1. 45. art. 1.*) donec ſolvant, vel cautionem fidejuſſoriam aut pignoratitiam præſtent conjiciuntur; omnia tamen Magiſtratûs auctoritate. Hahn. *h. t. in fin.* Carpzovius, *p. 2. c. 22. def. 1. & 2. 15. & 18.* ubi excipiuntur perſonæ illuſtres & in dignitate conſtitutæ. Mevius, *ad J. Lub. 4. 1. num. 48. & ſeqq.* & num. 85. Beſoldus, *Theſ. pract.* voc.

ver. Schultheum. Stryck. *in uſu moderno §. 6. cum ſeqq. §. 14. & 15. h. t.* Struv. *Exerc. 44. th. 32.* ibique Mullerus. Solius tamen fortunæ vitio non ſolvendo factus carceri publico haud mancipandus. Carpzov. *d. l. def. 5.* add. Gielebert. *Petit. Stat. p. 1. a. 14. num. 346.* Sabelli, *Summ. tract. §. Offic. 5. n. 5.* ubi variæ Conſuetudines.

VII. Perſonæ cedentes, & quibus ceditur, ſunt Creditores & Debitores. Cedere autem regulariter poſſunt Debitores ſine dolo malo obærati. Et ſic ſupponitur (1.) ut adſit Debitor; alias non ceſſio; ſed donatio, vel etiam pro derelicto res habita videretur. Et quidem debitorem eſſe, vel ex Confeſſione, vel ex ſententia, vel alio modo conſtare debet. *l. 8 ff. h. t.* Bachov. *ad Tr. V. 2. Diſp. 24. th. 4. lit. C. verb. Dummodo,* qui adhuc aliam rationem aſſignat. (2.) Sine fraude obæratus. *l. 37. pr. ff. de minor. l. 9 ff. de jur. dot.* ubi beneficium competentiæ denegatur fraudulentis debitoribus. Hinc conſtare debet, ſubſtantiam ſuam naufragio, incendio, vel alio violentiæ, impetûs, aut infortunii caſu perdidiſſe; Reform. Polit. *art. 22.* ibi. Wären ſie aber aus ſündlichen oder unverſehenen Unfällen oder Schaden, ꝛc. Mev. *d. l. num. 7.* Marquard. *d. tr. c. 8.* qualis non habetur, qui partim ſuâ culpâ, partim fortunæ vitio decoxit, de quo *Nov. 135.* accip. Brunnem. *ad. 11. C. ex quib. c. inf. irr. num. 7.* Marquard. *d. tr. cap. 9. num. 43. & ſeq.* ubi monet, quomodo caſus & culpa examinari debeant. Lauterb. *Diſp. 41. de Jur. in cur. mercat. uſit. th. 229.* Stryck. *in uſu moderno §. h. t.*

Subj. Act. cedunt. Debitores probati.

Sine fraude obærati.

VIII. Debitores itaque non fraudulenti, & qui ſpecialiter non prohibentur, nec impediuntur, hoc beneficio uti poſſunt, ſine diſcrimine ſexus. Mares & Fœminæ; *l. 7. C. h. t.* licet Fœminæ ob cauſas civiles & pecuniarias incarcerari non debeant; *N. 134. c. 9.* & Auth. *Hodie C. de cuſtod. reor.* hæc enim Ceſſio non tantum inventa eſt ob liberationem à carcere; ſed etiam, ut poſt Ceſſionem bona acquiſita ſibi acquirant debitores, & propter alia ſimilia. Bach. *d. th. 4. lit. C.* Gudelin. *de Jur. Nov. l. 4. c. 16. circa fin.* Joh. Voetius, *num. 2. h. t.* *Diſp. de Jur. in cur. Mercat. Uſitat. th. 239.* Stryck. *in uſu moderno §. 15. h. t.* Item Patres ſive Filii famil. *d. l. 7. C. h. t.* Laicus ſit, ſive Clericus, qui ſcilicet bona habere poteſt. *C. 3. x. de ſolut. c. 2. x de fide juſſ.* Unus ſit, vel plures; etiam Perſonæ fictæ, ut Collegium, Eccleſia, & quælibet univerſitas. arg. *N. 8. in præf. N. 126. c. 6. §. 2. C. 31. & ſeqq. cauſ. 12. q. 2.* Bachovius, *loc. cit.* Manz. *Dec. Palat. q. 2. num. 17. & ſeqq.* ubi reſpondet ad contraria & *q. 3.* ibi: *Quomodo Civitates debitrices exequendæ.* Stryckius, *in uſu moderno §. 1. 2. h. t.* &

Quid ſi partim ſuo, partim fortunæ vitio? etiam Fœminæ.

Filii famil. Clericus. Collegium. Univerſitas.

Diſputat. de ceſſione bonorum cap. 4. num. 28 & ſeqq. Univerſitas tamen ignominia affici non poteſt. Menochius, *A. J. Q. caſ. 183. num. 15.* Nec non ad ceſſionem admittuntur Judæi, ceu Juris Romani participes. Trentac. *d. l. n. 32.* Etiam qui debitum ſe ſoluturum juravit; cùm juramentum non ſe extendat ad impoſſibilia. Zoeſ. *h. t. n. 5.* Molin. *de J. & J. Tr. 2. D. 572. num 22.* Joh. Voet. *n. 5* Stryck. *§. 4. h. t.* Struv. *Exerc. 44 th. 28.* ibique Mullerus. vide ſupra *ad tit. de jurejur. § 15.* Item ſi renunciaverit huic beneficio, per *l. 71. §. 2 ff. de cond. & dem.* Non obſt. *L. 41 ff. de minor.* quia hoc pactum continet quaſi turpitudinem; *l. 5. C. de paſt. pign.* ibi *Creſcit aſperitas.* & ita in judicando obſervari junctis rationibus probat Trentac. *num. 35* item de Camera Imperiali Gail. *de P. P. l. 2. c. 2 num. 23.* & Stryck. *in uſu moderno §. 4. h. t. & C. C. ſeſt. 2. cap. § 39* Beyer. *poſ. 13.* Bohmer *n. 4. h. t.* etiamſi renunciatio juramento confirmata eſſet, ſed tunc Abſolutionem à juramento prius deſiderat. Perez *h. t. n. 21.* Struv. *Exerc. 44 th. 28.* ibique Mullerus. Alii tamen tradunt, pro libertate ceſſionis deciſum fuiſſe, citra interventum relaxationis; idque propter iniquitatem & inhumanitatem creditoris illud extorquentis. Guid. Papæ, *q. 211* Trentac. *num. 36.* Chriſtin. *V. 4. dec. 123. n. 5.* vide Lauterb. *de juramento mor. meritor. aſſertorb. 231* Hinc fluit, quid dicendum, ſi quis inducias moratorias impetraverit, quamvis ceſſionis beneficio tacite renunciaſſe videatur. arg. *l. 8. C. h. t.* ibi quidem *num. 4.* Brunnemannus putat, ſi adhuc dum debitor bonis cedere poſſet, quod creditores duplici onere afficerentur, ſed forſan Creditoribus Ceſſione magis conſulitur, niſi quòd hàc curſus uſurarum ſiſtatur Mev. *p. 7. dec. 245.* adde poſt Bachov. *d. th. 4. lit. E.* Spendelium, qui deprædicatum teſtatur, Bardili, *Exerc. 4. th. 9.* Stryck. *§. 5. h. t.*

[Judæi. Qui ſe ſoluturum juravit. — Hujus benef. renunciatio. Obj. Reſp. — Etiamſi jurato. — An Abſolutio à juramento prius req? — Induc. morat. habens.]

IX. Hoc beneficium etiam indulgetur defuncti debitoris Hæredibus, cùm in univerſum jus ſuccedant, ita, ut, licet inventarium hæreditatis planè omiſſum, vitioſe conſcriptum, Ceſſione tamen à carcere liberentur: Dn. Bardili, *Cond. Fer. Ex. 20. th 6.* ita etiam obtinet Jure Saxon. Carpz. *d. C. 22. def. 20. num. 8.* De cætero manent obligati in ſolidum, latè B. Dn. Parens, *Diſſ. de Invent. hered. th. 25* proinde ejuſmodi Ceſſionem argumentum repudiatæ hæreditatis eſſe, negat Mev. *p. 4. dec. 227*

[Debitoris hæredes. — Si inventarium omiſſum.]

X. Sed hoc ceſſionis beneficium denegatur (1.) Debitoribus fraudulentis, de quibus conſtat, dolo vel culpâ ſolvendo eſſe deſiiſſe, e. g. qui fraudandi animo bona ſua alienaverunt, aut otio, vel luxurioſe vivendo, ludendo, potando, ſcortando, &c. diſſipaverunt, aut dilapidaverunt. vel qui animo cedendi contraxerunt, ſcientes, ſe nunquam ſolvendo fore: vel qui ſunt Decoctores,

[Qui bonis cedere non poſſunt. 1.]

res, Falliti & Bancoruptores, nam delinquentibus jura non ſubveniunt, nec ipſi beneficia merentur. *l. 37 §. 1 in f. ff. de minor. l. pen. ff. de jur. dot.* Ord. Imper. Pol. *de Anno 1548. Tit.* Von verdorbenen Kauffleuthen. *22. §.* & *de Anno 1577. tit. 23. §. 1.* Marquard. *d. cap. 9.* Joh. Voet. *n. 6. h. t.* Struv. *Exerc. 44. th. 28.* ibique Mullerus. Hi inſuper ad dignitatem inhabiles declarati, & flaveum pileum geſtare debent, Hamb. Statut. *p. 1. tit. 43. art. 1. in f.* extraordinariè puniendi. Marquard. *d. tr. c. 10. per tot.* Landr. *d. 1. q. 2. §. ult.* (2.) Qui non ſunt debitores ex debito vel contractu ſimplici; ſed ex Delicto, vel Quaſi; *d. l. 17.* tunc enim Regula obtinet: Qui non habet in ære, luat in corpore, Boer. *dec. 309. n. 10.* add. *l. 1. ff. de in jus voc. l. 7. §. 3 ff. de jurisdict. l. 51. §. f. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. f. ff. de pæn.* Bachov. *d. l.* tam contra fiſcum, quàm contra partem. Hoc tamen accipit Trentacinq. ſi quis pro delicto condemnatus ad pœnam pecuniariam, quàm parti ut pœnam, non loco intereſſe privati ſolvere tenetur, poſteriori enim caſu Ceſſionem locum habere. *d. l. n. 26.* (3.) Qui ſatisfacere poſſunt ſuis creditoribus, vel etiamſi ceſſuri doloſe partem bonorum celant, imò ſi tale quid ceſſione jam factâ appareat, hujus beneficii uſus non erit. Beſold. *ad J. H. d. c. th. 118.* (4.) Ad munus publicum aſſumpti, ob pecunias ſibi concreditas; vel ſi quis bonis cedere vellet, ut inhabilis eſſet ad munera perſonalia publica. *l. 5. C. h. t.* ibi Pacius, *n. 6.* (5.) Debitores fiſci, qui tributa per contumaciam non ſolvunt, eaque propter bonis cedere volunt, ut non tantùm à præteritis, ſed & futuris oneribus ſe ſubtraherent. Trentacinq. *d. l. n. 26.* Hahn. *N. 3. verb. Ab omni in fin.* Brunnem. *ad l. 2. n. 5. ad l. 5. per tot. C. h. t.* Klock. *de Contrib. c. 18. n. 150.* Bachov. *d. l. lit. C.* nam *d. l. 5.* loquitur de perſonalibus muneribus, & de Ceſſione in fraudem onerum publicorum, non quæ fit ex neceſſitate. Mev. *p. 4. dec. 162. n. 1.* nec ex *l. 2. C. de exact. tribut.* contrarium patet. ibi Brunnem. *num. 3. n. 5.* Voët *h. t.*

2.
3.
4.
5.

XI. Quær. Si quis debitorem ſe negaverit, an poſtea nihilominus ad Ceſſionem admitti debeat? Affirm. arg. *l. 1. ff. l. 1. C. h. t. l. 43. ff. de R. J.* cùm pœnæ mendacii non ita ſoleant extendi Zoes. *h. t. n. 12.* Trentac. *d. reſ. n. 16.* Berlich. *dec. 12. n. 7.* Fachin. *l. 13. c. 69.* Ceſſio enim non tantum actioni, ſed etiam poſt ſententiam executioni obmovetur. *l. 1. C. h. t.* & ibi poſt alios Brunnem. *n. 4.* & *ad l. 9. ff. eod. n. 3.* Denique quando non omnes Creditores citati, debitores ceſſione factâ uti non poſſunt contra non citatos. Beſold. *d. l.* Alii hac Ceſſione opus non habent, qui ſcilicet beneficio Competentiæ tuti ſunt. Mant. *Dec. Pal. quæſt. 2. n. 2. & 10.* Mev. *ad J. Lubec. d. l. n. 43.* Bachovius *d. th. 4. lit. H.* Struv. *Exerc. 44. th. 28.* ibique Mullerus add. ſupra *ad tit. de*

Si quis debitorem ſe negaverit.

Si non omnes Creditores citati.

Benefic. Compet. gaudentes.

Jure Wirt.

re jud. §. 38. Jure Wurtemb. quandoque ad ceſſionem admittuntur, qui alias hoc beneficio ſunt indigni, ita tamen, ut nihilominus in exemplum quoque aliorum debitè puniantur. *d. 1. §. ſ.*

Subjectum Paſſiv. Creditores licet invit. Ratio. Si incerti, vel in locis diſſitis.

XII. Ceditur Creditoribus etiam invitis. Gylmann. *Symphor. tom. 1. p. 3. vot. 22. n. 9.* Debitor enim ſuo jure utitur, *l. 13. §. 1. ff. de injur.* & quoniam per ſolam Ceſſionem dominium in Creditores non transfertur, ideo nec utriusque voluntas, donec traditio fiat, requiritur. *l. 55. ff. de O. & A.* In Cam. Imp. bonis cedere volens, ſi creditores ſint vel incerti, vel in locis diſſitis, petere debet citationem reſpective ad domum, & Edictalem. vid. Blum. *Suppl. Cam. tit. 13. n. 20. & 21.* Jure Wurtemb. citari debent omnes Creditores, & Poſtea debitor iis præſentibus, licetnon conſentientibus, cedere poteſt. *d. 1. §.* Fürs ander.

Objectum. Omnia cedenda bona. Ampl.

XIII. Debitor Creditori dimittere debet omnia ſua bona, quæ tum temporis habet, ad baculum & peram uſque, mobilia & immobilia, corporalia & incorporalia, ita, ut nec actiones contra ſuos debitores movere poſſit; Trentacinq. *d. l. n. 12.* niſi in commodum creditoris ceſſionarii, ita accip. Salgado. *p. 1. c. 14. n. 29.* & ſi cedat Filiusfamil. non tantum ipſius peculium caſtrenſe, & quaſi, item bona materna & adventitia, ſed & profectitia cedenda per *l. 7. C. h. t.* ibi Brunnem. *num. 3* Hahn. *N. III. in f.* Bachov. *d. th. 4. lit. D.* adeò, ut de jure ne obolus quidem ipſi relinquendus, Carpzov. in *Aſyl. credit. c. 1. §. 43.* nec alimenta debeantur, niſi ex bonis poſt Ceſſionem acquiſitis. *l. 4. ff. h. t. §. ſ. l. de alt.* Struv. *Exerc. 44. th. 30.* ibique Mullerus *L. Diſp. de jure in cur. mercat. uſit. th. 245.* Diſſ. quidem Treutl. per *l. 6. ff. h. t.* ſed verum eſt, ſi quid ex miſericordia, ut *in d. l.* ſit relictum, ergo non ex juris neceſſitate debetur. Porro Lex certis tantum perſonis, e. gr. Parentibus, Patronis, per privilegium alimenta ſalva manere jubet. Ergò ſecundum jus Comm. nec aliis haud expreſſis erunt relinquenda. Ex naturali tamen benignitate, multoq; magis Chriſtianâ Charitate miſeris ſubveniendum, & Creditores, ſi ipſi nolint eſſe miſericordes, ad minimum illos relictis alimentis quotidianis fraudare non debent. Hinc DDres communiter ipſis Veſtem quotidianam viliorem, ne nudi incedant, ſubque ea lectum quoque concedunt. Hahn *h. t. N. IV.* Perez. *h. t. n. 18.* Joh. Voët. *num. 7.* Böhmer *n. 5. h. t.* Struv. *Exerc. 44. th. 29. & 30.* ibique Mullerus. Multis in locis ex conſvetudine Inſtrumenta ad victum quærendum neceſſaria, Handwerckzeug, relinquuntur, Würtemberg. Land-Recht, *d. l. §.* Und wie wohl, ibi: auß erbar-

De Jure nec alimenta relinquenda. Obj. Reſp.

Niſi perſonis privileg. Ex benignitate hodie relinq. Veſtis quotidiana.

Inſtrumenta neceſſaria.

erbarmen nicht allein ein ziemlich Kleid an ſeinen Leib; ſondern auch ein noth-
wendig Schaff- und Werckzeug, nach geſtalt und gelegenheit der Perſohn
ſeines Handwercks oder Weſens; hoc enim modo ſpes ſupereſt alia bona
de novo acquirendi, unde creditori de reſiduo ſatisfieri queat. *l. 4. l. 6. ff. h. t.*
§ ſ. J. de act. Chriſtin. *d. Dec. n. 15.* Hinc P. Gregorius Tholos. Studioſo
cedenti libros relinquendos eſſe tradit. B. Parens, *ad J. P. W. d. 1 th. 101.* add.
ſupra *ad tit. in quib. cauſ. pign. §. 113.* Sed ſi quis domum amplam habeat, cujus — Si ex domo ampla reditus tenues, quid faciendum?
proprietas magni valoris, ſed reditus tenues, ac commodam habitationem con-
ſervare, ex reditibus vero creditori ſatisfacere vellet, reſpondet Menochius
cum Baldo, uti onerofus creditor audiendus non eſt, ita nec delicatus debitor.
l. 21. ff. de uſur. A. J. Q. c. 183. n. 18.

XIV. Diximus Bona debitoris cedentis; Joh. Voet. *n. 7. h. t.* hinc — Bona cedentis propria.
proprias ipſius facultates oportet inquirere; *l. 5. C. h. t.* & proin regulariter ex- — Ergo non feudalia.
cipiuntur Bona Feudalia, Emphyteutica, C. I. A. *h. t. th. 9.* niſi vel Dominus
directus conſenſerit vel conſvetudine ſive ſtatuto loci aliud introductum ſit,
Schrader. *de feud. p. 8. c. 4. n. 34.* Scheplitz. *ad conſuet. March. p. 4. t. 8. §. 5. n. 9.* — Uſufruct. Fideicommiſſ.
Mev. *p. 3. dec. 136. & p. 4. dec. 21. n. 6.* Uſufructuaria, Stryck. *in uſu modern.* — niſi quoad
§. 19. h. t. Fideicommiſſaria, arg. *d. l. 5.* & cætera, ubi alienatione alicui in- — commodita-
terdicitur. Hahn. *d. N. IV.* Commoditas tamen horum bonorum in ſatisfa- — tem ad dies
ctionem & diminutionem debiti ceditur creditoribus ad dies vitæ debitoris. — vitæ.
arg. *l. 8. in ſ. ff. de peric. & comm. rei vend. l. 12. §. 2. ff. de uſufr. l. 48. §. 1. ff. de*
jur. fiſc. l. 69. §. 1. ff. de leg. 2. Struv. *Exerc. 44. th. 30.* ubique Mullerus. & ſi
non tantum relinquant, ut Vaſallitica ſervitia Domino præſtari queant, Ceſ-
ſionarius ad ea tenetur. vid Carpz. *J. F. p. 2. C. 25. def. 5.* niſi e. gr. uſusfru- — Limit.
ctus ante mortem debitoris finiatur. Salgado, *p. 3. c. 15. n. 15.* Item bona Uxo- — Bona uxoris
ris, ſo ferne Sie an ihres Mann verderben unſchuldig. & liberorum tam — & liberorum,
emancipatorum, *d. l. 5.* quam in P. P. exiſtentium. Unde etiam hæ perſonæ — ſive liberis, ex
tacitam habent hypothecam, late ſupra *ad tit. in quib. cauſ. pign. § 15. & 16.* — quorum com-
& ſeqq. Sed ſi Cajus Titio pauperi dedit frumentum, quo potuit ſuſtentare li- — modum Patri
beros, liberis autem opulenta hereditas obvenit, Zaſius ſtatuit, ab his Cajum — quid datum,
frumenti pretium condicere poſſe. *ad l. 23. n. 5. ff. de R. C.* Beſold. *d. l. th. 157.* — obveniat hereditas?
Tandem nec admittitur Ceſſio in cauſis criminalibus, cum beneficia delin- — nec in cauſis criminalibus.
quentibus non concedantur. *l. 37. §. 1. in ſ. ff. de min.* [illegible] *§. 10.*

XV. Forma in eo conſiſtit, ut Debitor reliqua ſua bona dimittat — Forma Ceſſionis requiſita.
eo fine, ut exinde creditoribus, quantum poſſibile eſt, interim ſatis fieri
queat. Sed certa Requiſita, ad excludendam omnem fraudem, huc ſpectant:
ut (1.) conſtet, Debitorem non ſponte, ſed neceſſitate ob inſtantias & — 1.
pro-

probabilem inopiam hoc beneficium elegiſſe. *c. 3. X. de ſolut.* Struv. *Exerc. 44. th. 33.* ibique Mullerus. *L. Diſſ. de jur. in carc. mercat. uſitato th. 229.* Et ſecundùm *N. 135* de qua tamen *prac. § 4.* jurare debet, ſe non ſolvendo eſſe,
2. vel, uti tunc loquebantur, *ejurare bonam copiam.* (2.) Debita, ob quæ fit ceſ-
3. ſio, ſint liquida, eaque per cedentem deſignentur. *l. 8. C h. t.* (3.) Omnes cedentis creditores convocentur, arg. *l. 47. ff. de re jud.* Licet ad omnes inſtantiam fiat Brunnem. *q. 2. pr. n. 7.* Grattan. *diſc. for. c. 486. num. 13.*
4. 5. (4.) Inopiam, eamque non voluntariam, ſed fortuitam edoceant. (5.) Omnia bona uſque ad ultimum quadrantem indicentur; ad quod exigi ſolet Inventarium omnium bonorum & traditio Libri rationum, ut & deſuper Juramentum præſtetur, ſe nihil occultaſſe, nec in fraudem creditorum alienaſſe. Mev. *p. 4. dec. 370. n. 5.* Salg. *Lab. Cred. P. 1. c. 1. n. 13. ſeqq.* Struv. *Exerc. 44. th. 29.* ibique Muller. W. Land. R. *4. t. 9.* Zum dritten. Cujus-
6. modi formulam vid. in Reform. Francof. *p. 1. tit. 30. § 7.* (6.) De Jure Canonico idoneè caveatur de reſiduo perſolvendo, ſi ad pinguiorem fortunam debitor pervenerit; *d. c. 3.* add. *l. 4. C. de praed. Imp. off.* ſed quia talis debitor pignora non habet, & fidejuſſores vix inveniet, Creditores nuda promiſſione, vel tandem juratoria cautione, ceu hoc caſu frequentiſſima, contenti eſſe debent; poſt alios, Sabelli, *d. l. n. 5.* D. D. Harpprecht *Diſſ. de caut. juratoria th. 57.* quamvis, ſi quid pinguius ei poſtea acceſſerit, jam ipſo jure conveniri poſſit, uſque dum Creditoribus in ſolidum ſatisfecerit. *§ 5. J. de act. l. 4. pr. l. 7. ff. l. 1. l. 7. inſ. C h. t.* Menoch. *A. J. Q q. L. 2. cas. 183. n. 20.* Brunnem. *add. l. 4. n. 3.* Treutl. *d. l. n. 7.* De his ſingulis fuſius tractat Dn. Mev. *ad J. Lub. d. n. 20 & ſeqq.*

Finis ces. debit. *Rat. credit.*

XVI. Finis cum cauſa impulſiva coincidit, & ratione oberati debitoris eſt liberatio à carcere, aliisque executionis moleſtiis. *l. 1. & l 5. C. h. t.* Ratione Creditorum, ut ipſis per bona debitoris vel ceſſa præſentia, vel ſupervenientia ſatisfiat, uti mox dicemus.

Effectus ces. debit. *Non notatur infamia.*

XVII. Facta ceſſione Debitor cedens liberatur à carcere, *l. 1. C. h. t.* Olim ab obſtagiis, Gail. *l. 2. O. 48. num. 6.* & omni corporali cruciatu. *l. 8. C. eod.* Neque notatur infamiâ, ſive juris, ſive facti. *l. 11. C. ex quib. cauſ. infam. irr.* Joh. Voëtius *n. 11.* & Stryck. *in uſu moderno § 17. h. t.* Struv. *Exerc. 7. th. 19.* ibique Mullerus. Alias beneficium eſſet perniciolius ipſa cauſa; arg. *l. 1. C. d. t.* add. *d. l. 8.* ibi: *ſalva exiſtimatione.* ita, ut nec levis notæ macula aſpergatur, cùm de merâ facti infelicitate conſtat. d. Reform. Polit. *d. l.* ibi: Mitleiden mit ihnen zu haben. Carpz. *p. 2. C. 22. def. 23.* Famam tamen ſugillat. Dn. Mev. *p. 1. dec. 112. n. 8.* vid omninò Dn. Frommann. Diſp. *de levis*

notæ

nota mat. th. 29. & ſeqq. ubi reſpondet ad contraria. Hodie multis in locis Ceſſio bonorum cum ſolennitate actus ignominioſi, maximè ſi ſint Decoctores, helluones &c. fieri ſolet; vid. *prec. §. 5.* & tunc illos, qui ſolâ ſuâ culpâ decoxerunt, infamia ad minimum facti, qui partim ſuâ culpâ, levis notæ macula ſequitur. Frommann. *d. l. th. 32.* Lauterb. *D. de jur. in cur. merc. uſitat. th. 210. & ſeqq.* Hic tamen actus ignominioſus non, ut putat Guid. Papæ, *q. 343.* Sabelli, *d. l. n. 5.* adhibetur in compenſationem vel liberationem debiti, ſed debitor nihilominus manet obligatus tam civiliter, quàm naturaliter. *prec. §. 13. circa fin.* Bachov. *d. th. 4. lit. A. & G.* Trentac. *d. l.* Brunnem. *ad l. 1. C. h. t.* Carpz. *p. 2 C. 2. def. 12.* Berlich. *p. 2. Concl. 28.* Joh. Voët. *n. 8.* & Stryck. *§. 18. h. t.* Quamvis autem Creditores h. m. actiones retinent ſalvas, ſcil. in quantum ipſis nondum ſatisfactum, cum Cedente tamen experiri nequeunt, quia defenditur Exceptione ceſſionis factæ. *§. f. Inſt. de replic. l. 3. C. de bon. auct. Jud. poſſ.* Quæ exceptio non peremptoria eſt, ſed temporalis: nam tunc iteratò conveniri poteſt, ſi non modicum, ſed tantum poſtea quæſivit, quod judicem ad ejus rei licentiam poſſit permovere. *d. l. 3. l. 6. l. 7 ff. h. t.* Gaudet ſiquidem in bonis poſt ceſſionem adquiſitis Beneficio Competentiæ, *§. f. J. de act. l. 4. l. 6. l. 7. ff. l. 7. in f. C. h. t.* niſi renunciaverit, vel Creditores compererint fraudem quandam ab initio commiſſam eſſe. poſt Brunum, *de ceſſ. bon. c. 18. q. 4. pr. n. 5.* Brunnem. *ad d. l. 4. n. 4.* Struv. *Exerc. 44. th. 31.* ibique Müllerus.

manet obligatus.

Habet tamen ad tempus Exceptionem ceſſionis.

Et poſt ceſſ. Benefic. comp.

XVIII. Hoc autem beneficium, ut & dicta Exceptio non datur contra novos Creditores poſt ceſſionem, à quibus utique debitor ſtatim utiliter convenitur, ſed tantum contra priores ex contractu ante ceſſionem; *d. l. 3.* & perſonæ cedentis cohæret, ejus enim inopia eſt cauſa movens, Fidejuſſores verò nihil juvantur: aliàs etiam fidejuſſio nullius foret momenti. *d. §. f. J. de replic. l. 7 pr. ff. de except. l. 24. ff. de re jud.* Brunnem. *q. 9. pr.* Salgado, *p. 1. c. 30. n. 37. ſeqq.* Joh. Voet. *n. 11. h. t.* Struv. *Exerc. 44. th. 33.* ibique Muller. Nec obſtat *l. 43. ff. de ſolut.* Hoc in caſu non liberatur principalis cedens, ergo nec ejus fidejuſſor, qui lapſo principali convenitur, ceſſante Excuſſionis beneficio, quod principalis ad pinguiorem fortunam pervenire valeat, nam ſi principalis juramentum paupertatis præſtiterit, vel jam bonis ceſſerit, vel alio modo notoriè non ſolvendo ſit, mitius principalis debitor rectà poteſt adiri. arg. *Auth. Præterea. C. de fidej.* Carpz. *p. 2 c. 18. def. 15.* Gail. *l. 2. O. 27. n. 14. ſeqq.* [illegible] Ubi enim alterum ex requiſitis deficit, nempe principalis debitor, vel bonorum poſſeſſio, in quam executio fieri poſſit, ibi fruſtra petitur excuſſio. B. Dn. Parens, *D. de Benef. Excuſſ. theſ. 41.* Si

4. Exceptio eſt perſonalis. Non prodeſt fidejuſſori. Obj. Reſp.

cedens

Ceſſione ſolvitur ſocietas. cedens fuerit in ſocietate, per ceſſionem ſolvitur ſocietas, invicem tamen renovari poteſt *§ 8 J. de ſociet. l. 4. §. 1. l. 65. § 1. ff pro ſoc. d. tit. §. 35.*

Rat. Credit. Dominium in ceſſ. non conſeq.

XIX. Quantum ad Effectum reſpectu Creditorum non in eo conſiſtit, quod, facta Ceſſione, ſua auctoritate hæc bona arripere, inter ſe dividere, & jure Dominii detinere poſſint: quia Ceſſio non eſt modus transferendi Dominii, ſicut ac Datio in ſolutum; atque ob favorem debitoris, qui Dominus manet, donec bona ceſſa vendantur; *l. 3 ff. h. t.* Salgado, *p. 1 c. 10. n 29.* unde, licet Creditores hoc modo per X. annos poſſederint, tamen præſcriptione tuti non eſſent, ſed debitor illa oblato pretio poteſt revocare, *l. 4. C. h. t* junct. *l. 31. pr. ff. de uſur.* Joh Voet *n. 8. h. t.* niſi ſimul in ſolutum dediſſe monſtretur, *d. l. 4.* ibi Brunnem. & quidem modo legibus vel Statutis præſcripto; aliàs creditoribus aliis forte non citatis haud præjudicaretur. Mev *p. 1. dec 19* Salgado, *p. 1. c. 1. n 28.*

Quomodo creditoribus ſuccurratur?

Creditores autem petere poſſunt vel immiſſionem in bona, ut bonis ceſſis Curator conſtituatur, qui ea legitimè adminiſtret atque diſtrahat, vel ut bona Judicis auctoritate ſubhaſtentur atque vendantur, Ex redacto autem, quatenus ſubſtantia permittit, æquali portione, pro rata debiti quantitate, omnibus creditoribus conſulatur, *d. l. 4. l. 5 ff. de bon. curat. l. 6. C. de bon. auth. jud.* Trentac. *d. l. n 11.* Mev. *p. 3. dec. 141.* niſi unus vel alter potius habeat jus. infra *ad tit. de reb. auct. jud. poſſ & tit. de privilegiis creditorum.* Et ſi bona ad exſolutionem non ſufficiant, ſuſpenditur actio, uti dictum *in præced. §. 17.*

Contraria ſunt, quæ impediunt, vel reſolvunt, ut Pœnitentia. Quando & quousque habeat locum?

XX. Contraria ſunt quæ ceſſionem bonorum reſolvunt, vel impediunt. Impedit Dolus malus, uti videre eſt *præced. §. 10.* Huc non pertinet, ſi Creditores vel debiti partem remittere, vel moratorias inducias indulgere vellent, nam à debitoris voluntate dependet. Mev. *ad J. Lubec. d. l num. 18* Reſolvit ceſſionem jam factam, imò & acceptatam Pœnitentia, *l. 5. l. 5. l. 2. C. h. t.* Trintacinq. *d. l. num. 41.* Salgad. *p. 3. c 16 num. 2* Mev *p. 2. dec 328. num. 7.* Joh. Voet. *n. 9. h. t* ſed antequam bona divendita ſunt, *d. l.* cum & eousque maneat illorum Dominus *l. 3 ff eod.* Debitor itaque adhuc paratus ſatisfacere creditoribus, non poteſt compelli ad ceſſionem, etiamſi non totum in parata ſolveret pecunia, Mev *d. dec 328. num. 5. 6.* vel ſi denuo ſe defendere velit, debet audiri Salgado, *p. 3. c. 16. num. 29.* Alph. de Olea, *de ceſſ. jur. t. 1. quæſt. 1. num. 15.*

Renunciatio.

De Renunciatione vid. *præc. §. 8.* Nicolaus ab Alto, *Sing. 86.* viginti & unum caſum recenſet, in quibus hoc beneficium ceſſat, teſte Chriſtinæo, *d l num 20.* add Joh. Voet. *n. 10. cum ſeqq.*

Affinia benef. Moratoriarum.

XXI. Inter Affinia quodammodo referri poteſt Beneficium Moratorium, de quo *ad tit. de uſur. §. 35.* Ceſſio actionum, quæ transfert Jus, quod

quod cedens habuit. de qua ſupra *ad tit. de her. vel act. vend.* Joh. Voetius. *n. 1. h. t.* Datio in ſolutum, Geben und Annehmen an Zahlungsſtatt, eſtque modus obligationem volente creditore tollendi, per ejus, quod non debetur, pro debito præſtationem, animo liberandi factam. Frommann, *Diſſ. de Dat. in ſolut. th. 13. & per tot.* Hic æque ac per emptionem dominium transfertur, vel, ſi debitor Dominus non fuerit, uſucapiendi conditio. *L. 5. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eat. l. 4. §. 31. ff. de dol. exc.* add ſupra *ad tit. de Evict. §. 10.* Et ſic differt à Ceſſione. *Mev. p. 4. dec. 170. num. 15.*

Ceſſio bonorum.
Datio in ſolutum.

XXII. Obligatio ad obſtagium olim quotidiana erat. German. Verbindung zum Einlager, die Leiſtung, quâ debitor vel ejus fidejuſſor ſe obligat de ſe, ſi conventio non ſervetur, in certo loco ſiſtendo, inde non receſſurus, donec promiſſis ſatisfiat. Gail. *l. 2. O. 41. num. 1.* Sed uſus Obſtagiorum, utut frequentiſſimus, degeneravit in abuſum, ut propter nimias comeſſationes & heluationes, Obligationes ad obſtagium ſub clauſula caſſatoria ſolenniter in Imperio fuerint interdictæ. Rec. Imp. *de Anno 1577. tit.* Von wucherlichen Contracten. *17. §.* Wir wollen auch *10.* Carpz. *l. 2. C. 22. def. 30.* Et quamvis debitor huic abrogationi renunciare, vel Obſtagio juramentum addere vellet, hæc tamen cautela, tanquam Juri publico & prohibitivo adverſativa, ſimul vinculum iniquitatis continens, daß ſie dabey ſich arm, krank &c. und in die Hölle freſſen und ſauffen, non ſufficeret. Dn. Stryck. *de Caut. Contr. ſ. 2. c. 1. §. 36. 37.* *vid. c. 9. de jurejur.* Struv. *Exerc. 47. th. 41.* *L. Diſſ. de pœnis convent. th. 20. & 21.* Hinc in Camera Imper. ſuper hujuſmodi Obligatione petitum Mandatum non decernitur, niſi ſupplicans iſti clauſulæ & pactis hodie illicitis in obligatione contentis penitus renunciaverit. Roding. *Pand. Cam. l. 3. t. 6. num. 34.* Sicuti occaſione obligationis ad obſtagium in cauſa G. contra N. Anno 1701. decretum fuit. Sed nihilominus ſpecies hujuſmodi obligationis in Holſatia hodienum attenditur, ac in uſu eſt, quo debitor ſeſe ad Arreſtum perſonale obligat, atque in deſtinatam domum ſe ſiſtens, non niſi ſatisfactis creditoribus diſcedere poteſt, ſicuti deſuper Holſatica Conſtitutio, ut & Anhaltina Tranſactio in Inſtrum. Pac. Oſnabr. *art. 5. §. de indagando inſ.* & R. I. *de Anno 1654. §.* Geben demnach. *165. inſ.* confirmatæ ſunt. Dn. Stryck. *d. l.* Carpz. *d. l. def. 31.* D. D. Harpprecht. *in ſcrutinio 18. hypothec. qu. 4. 15.* Stryck. *in uſu moderno §. 16. h. t.* Alibi contra obæratos debitores adhucdum alii Modi obtinent. *præced. §. 6.* Jungi merentur Tabor, *de Obſtagio.* & Schilter. *ad Pand. Exerc. 5. annex. Diſput. de Obſid. capp. 11.*

Jus obſtagii
Hodie in Imp. eſt abrogatum.
Nec valet obligatio interdicta.
Secus de jure Holſat. & Anhalt.

TIT. IV.

QUIBUS EX CAUSIS IN POSSESSIONEM EATUR.

Cod. *Lib. 8. Tit. 30. & Lib. 7. Tit. 72.* **Extra.** *Lib. 2. Tit. 6. c. 3. & Tit. 15.*

§. I.

Continuatio.

SI nulla Ceſſio intervenerit, itur in Bonorum poſſeſſionem. Hactenus autem dictum eſt de variis cauſis, ex quibus Prætor in bonorum poſſeſſionem mittere ſolet, ea propter ipſius Miſſionis explicatio *in h. t.* ſubjungitur.

Miſſio eſt vel realis rei translatio, vel veræ poſſeſſionis, vel h. l. quæ ex Primo & Secundo Decreto fit.

II. Miſſionis vocabulum in jure varie accipitur. (1.) Denotat realem rei translationem, qua Judex rem pleniſſimo Jure in Actorem transfert, ita, ut Reo condemnato omne remedium rem illam recuperandi planè denegetur, nec amplius audiatur *l. 15. §. 3 C. de judic.* (2.) Pro vera poſſeſſionis translatione, ſi ea ſcilic. in Actorem ita transferatur, ut Reo petitorium tantùm judicium reſervetur; quòd fit vel ob mendacium rei, *l. ſ. ff. de R. V. Nov. 18. c. 10* vel in caſu *l. 8. C. quom. aut quand. Jud. ſent. proſ.* aut in caſu *l. 2. C. ubi in rem actio* vid. Bachov. *ad Tr. V. 2. Diſp. 24. th. 1. lit. A.* Verùm de hujusmodi Miſſionibus in poſſeſſionem bonorum hoc loco non agitur; ſed de ea, quæ ex Primo & Secundo Decreto fieri dicitur. Einſatz aus Erſter und Anderer Erkanntnüß. Jus Provinc. Wurtemb. *p. 1. t. 15* vid. Erneſtus Fridericus Schreterus *in Diſſ. de immiſſione judiciali th. 5.* DD. Meyer *de miſſione in bonor. poſſ. ex 1. & ſecundo decreto.*

Prim. & Sec. Decr. ſunt vera Juris remedia.

III. Quamvis à nonnullis putent, hoc primum & ſecundum Decretum nihil aliud, quàm figmentum Doctorum atque interpretum eſſe; verior tamen eſt communis ſententia, quòd hoc Primum & ſecundum Decretum ſint vera Juris remedia, quæ non tantùm in materia damni infecti, uti quidam opinantur, vid. *l. 3. § [illegible] de A. vel A. P. l. 15. §. 20 ff. de damn. infect.* ſed & in aliis locum habent *L. 2. l. 7. §. 1 ff. h. t.* Nam ex *d. l. 2.* Prætor alio Edicto mittit creditores in poſſeſſionem, & ex *d. l. 7. § 1.* adhuc aliud probatur Edictum, quo Prætor non mittit in poſſeſſionem, ſed bona jubet poſſideri & vendi. Diverſa autem ſunt, mittere aliquem in poſſeſſionem, & bona jubere poſſideri & vendi. add. ſupra *ad tit. de damn. infect. §. 26.* De hiſce Miſſionibus hoc & ſeq. titulo agitur, & nunc de Miſſione ex Primo Decreto.

Miſſio ex Primo Decreto quid?

IV. Miſſio ex Primo Decreto nihil eſt aliud, quàm actus, quo creditores Decreto Prætoris in poſſeſſionem bonorum Debitoris, per apparitores, ad res cuſtodiendas & pignoris loco ſervandas, introducuntur,

cuntur, donec reus tædio affectus veniat reſponſurus ſeu pariturus. *l. 2. §. 1. l. 9. §. 1. l. 12 ff h. t.* Germ. Der Einſatz auß Erſter Erkanntnuß. Würt. Landr. *d. t. 13. pr.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.*

V. Cauſa Efficiens eſt Decretum Prætoris Primum, cujus Edictum in *l. 2. ff. h. t.* Vocab. Decreti in jure variè accipitur; ſed hoc loco nihil eſt aliud, quàm juſſio Magiſtratûs, quâ creditores in poſſeſſionem bonorum debitoris, ex juſta cauſa, prævia ejus cognitione, rei ſervandæ gratia, ire jubentur, ut reus tædio affectus veniat pariturus. vid. ſupra *ad tit. de damn. infect. §. 18.* Prætoris nomen exempli tantùm loco ponitur, & denotat omnes Magiſtratus: cùm non ſoli Prætori, ſed & aliis Magiſtratibus competentibus hæc poteſtas mittendi competat. Porro dicitur Primum non reſpectu ſecundi, cum in multis caſibus ſecundum haud ſequatur; ſed quia aliud non præcedit. vid. *c. 5. x. de V. S.*

Cauſ. Effic. Decretum quid. I.

An comp. tantum Prætori?

Primum quomodo.

VI. Ad Magiſtratûs autem competentiam *h. l.* duo requiruntur: Ut in genere habeat poteſtatem mittendi in poſſeſſionem. Ubi occurrit quæſtio præjudicialis: An hæc poteſtas ſit Juriſdictionis, an Imperii? & veriſſima videtur ſententia eorum, qui hoc pro diverſitate cauſarum dijudicant. Eſt namque Juriſdictionis duobus in caſibus: (1.) Si prætor hæredem implorantem, teſtamento ſine vitio viſibili producto, mittit in poſſeſſionem hæreditatis, ſecundum *l. ſ. C. de Edict. D. Hadr.* (2.) Si venter alimentorum nomine mittatur in poſſeſſionem *l. 7. §. 1. ff. de ventre in poſſ. mitt.* In dictis enim caſibus Prætor Creditores non mittit exequendi, aut Reum coërcendi, ſed tantum juris dicendi gratiâ, quod ad juriſdictionem pertinet. vid. Vinn. *ſelect. quæſt. lib. 1. cap. 5.* Verum ſi Miſſio fiat ex cauſa judicati, vel ejus, qui non obtemperavit, coercendi gratiâ, tunc pertinet ad actum Imperii, *l. 4. ff de juriſd.* non meri, ut Weſenb. putat, *ad tit. de damn. infect.* ſed mixti, quia hæc Miſſio fit Reum contumacem coercendi & exequendi gratia in cauſis civilibus.

Magiſtr. comp. req. 1. poteſtatem mittendi in poſſeſſ. & dicta poteſtas modo eſt Juriſdictionis.

modo Imperii, & quidem mixti.

VII. Ex dictis apparet (1.) quod hæc poteſtas mittendi non competat Judici pedaneo, utpote cui nuda tantum notio, non verò poteſtas jus dicendi, & judicatum exequendi, ſeu Juriſdictio & imperium competit. vid. ſupra *ad tit. de juriſdict. §. 15.* (2.) Quod hæc miſſio ex cauſa judicati non poſſit fieri à Magiſtratu Municipali, utpote qui habet quidem Juriſdictionem & gradum mixti Imperii; ſed non abſolutè, nec omnes ejus gradus, ideoque hoc ipſi denegatur in *l. 26. pr. & §. 1 ff ad munic.* Umm. *Proc. Diſp. 6. th. 4. num 15.* Nec obſt. *L. 4. §. 3 ff. de damn. inf.* ubi Municipali hæc poteſtas non proprio jure, ſed ex ſpeciali Prætoris conceſſione competit, per *l. 1. ff. d. t.* & ibi junctam rationem. Illi tamen, cui Juriſdictio mandata eſt, de Jure Civili hæc

1. Non competit Judici pedaneo.

2. Nec Magiſtr. Municip.

Ob. Reſp.

An ei, cui Juriſdictio mandata?

An [illegible]

poteſtas competit. per *l. ſ. §. 1. ff. de offic. ejus, cui mand. juriſd.* Bachov. *d. D. 9. th. 1. lit. C.* Moribus noſtris pertinet ad civilem & baſſam Juriſdictionem, Zu n Erb-oder Burgerlichen Gericht. Hinc omnes Magiſtratus etiam municipales, qui illam juriſdictionem habent, ex Primo Decreto in poſſeſſionem mittere poſſunt. ſupra *ad tit. de damn. infect. §. 19.*

3. Req. ut bona quæſt. ſint ſub Juriſdict. immittentis.

VIII. (3.) Ut Magiſtratus hoc loco dicatur competens, requiritur, ut bona, in quæ miſſio fieri debet, ſita ſint in territorio Magiſtratûs immittentis. *l. 12. §. 1. ff. de reb. aut. jud. poſſ.* Decretum enim ultra territorium jubentis non extenditur. *l. ſ. ff. de juriſd.* Hartmann *tit. 1. O. 6. in f.* Beſold. *ad J. P. Wirt. d. t. 15. th. 21.* Sic in cauſa Fiſcali contra Quod Mandati Caſſat. &c. immiſſio in bona Imperio ſubjecta per ſententiam Romæ decreta in Camera Imper. d. 1[illegible]. Maji, 1665. fuit caſſata. Quandoque tamen executionem per ſubſidium fieri, dictum ſupra *ad tit. de re jud. § 35.*

Cauſ. Imp. generalis.

IX. Cauſa Impulſiva eſt vel Generalis, vel ſpecialis. Generalis eſt Actoris petitio contra debitorem invitum. *l. 108. ff. de V. S.* Nam Prætor officium ſuum non impertit, niſi imploratus, *l. 4. §. 8. ff. de damn. infect.* Et contumaciæ accuſatio requiritur; utpote ſine qua nemo contumax judicatur. *l. 86. ff. de Judic.* Carpz. *J. F. p. 1. C. 9. def. 11.* Berlich. *p. 1. concl. 17. num. 78.*

Specialis eſt juſta cauſa. Quot ſint?

Specialis eſt juſta cauſa. Ulpianus, *in l. 1. ff. h. t.* tres eſſe dicit: Rei ſervandæ cauſa, item Legatorum ſervandorum gratia, de qua ſupra *Lib. 36. tit. 4.* & Ventris nomine, de qua ſupra *Lib. 25. tit. 5.* & *Lib. 37. tit. 9.* Ob has Prætor de Jure civili Creditores in univerſa bona mittit. excipitur verò *in d. l. 1.* quarta cauſa Damni infecti, quæ eſt ſpecialis, cum enim ejus nomine non caveatur, Prætor mittit in rem ſingularem tantum, de qua damnum timetur. ſupra *ad tit. de damn. inf. §. 18. & ſeqq.* Joh. Voetius, *in 4. h. t.*

Principaliter h. t. agitur de miſſione rei ſervandæ cauſa. Contumaciæ quot ſpecies?

X. In hoc titulo agitur principaliter de Prima ſpecie Miſſionis rei ſervandæ cauſa, quæ fit ob latitantis, ſive abſentis, contumaciam & fruſtrationem. *l. 2. pr. §. 1. & 2. l. 7. ff. h. t.* De reliquis vero hic incidenter tantum agitur. Contumaciæ autem Gloſſa *ad l. 53. ff. de re jud.* V. proponit ſpecies. (1.) Eſt in non veniendo. *d. l. 53. §. 1.* (2.) in non teſtificando. *l. 68. ff. de R. V.* (3.) In non reſpondendo. *l. 11. §. 4. ff. de interrog. in jur. fac.* (4.) In non remanendo, id eſt, ſine venia Judicis recedendo. *C. 4. x. de dol. & contum.* (5.) In non exhibendo. *l. ſ. §. 1. ff. de appell.* Bach. *d. th. 1. lit. R.* Berlich *part. 1. concl. 17. num. 1. & ſeqq.*

h. t. quæ non veniendo ante L. C. commiſſa.

Hic titulus potiſſimum concernit Contumaciam in non veniendo, & quidem ante litem conteſtatam commiſſam, ut judicium inchoari & produci non poſſit.

Variis modis contingit.

Hæc autem rurſus tribus modis contingit: Si quis recepta peremptoria citatione non venit; ſi

quis,

quis, ne citatio ad ipſum pervenire poſſet, procuret, & ſi quis ſe malitioſe occultet. Bach. *d. l.* Ad alterum pertinet caſus hujus tituli, ubi quis judicio ſiſtendi cauſa caverat, ſed poſtea non venit *l. 2. pr. ff. h. t.* Hahn. *ad Weſ. h. t.* Si vero contumacia poſt litem conteſt. cum ſit admiſſa, tunc alia Juris remedia locum habent, quæ recenſentur *in l. 8. C. quomod. & quand. Jud. l. 2. C. ubi in rem actio l. 13. §. 3. C. de jud.* In Camera tamen imperiali hic modus coercendi, Immiſſio ſcilicet ex Primo & Secundo Decreto, ob contumaciam Rei ante L. C. una cum proceſſu Banni ſublat. eſt per R. I. *de anno 1654. §.* Würde hiernäſt. *51.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Niſi (1.) proceſſus ante dictum Receſſum ad bannum vel immiſſionem ſit inſtitutus, & (2.) Tutores vel Curatores ſint contumaces, tunc in horum, non vero pupillorum, bona ſit immiſſio, juxta Receſſ. Deput. *de anno 1600. §.* In dem fall *91.* Magenhorſt. *Obſ. 54.* ibique Deckherr. *in Memor. Lect. Cam.* Ita d. 12. Decembr. 1659. judicatum *in cauſa* Gebr. von Münchhauſen *contra* die Verordnete deß Wittums Ampts zu Hildesheim. *Appell.* Concept. Cammerger. Ordnung *p. 3. t. 52. §. ult.* per rationes apud Roding. *Pand. Cam. l. 3. t. 33. & 34.* Blum. *Proc. Camer. t. 66. n. 55. & ſeqq.* & *Obſ. Sent. num. 505.* vid. Stryck. *in uſu moderno § 1. cum ſeqq. & §. 8. de Banno rejecto ubi plura addit et ſtatuta contumaciam approbantia.*

In Camera Imper. quo obtinet, Immiſſio.

XI. Cum autem juſta cauſa requiritur, ſequitur, quod absque hujus cognitione miſſio fieri non poſſit, *Nov. 53. c. 4. §. 1.* quæ tamen exacta de ipſa cauſa principali eſſe non debet: ſed ſufficit ſimplex de facto & ſummaria, Modo Judex duo, uti poterit, principaliter cognoſcat. (1.) An reus revera ſit contumax? *d. §. 1.* Ad hoc non ſufficit, ſi ſit fugiens, quo caſu primo omnium bonorum Annotatio fieri debet, Lands *p. 1. t. 71. §.* Wann der Schuldner. nec ſola Occultatio requiritur; ſed legitime ſit citatus, h. e. vel trina dilatoria, vel una peremptoria citatione evocatus. *l. 53. §. 1. ff. de re jud. d. l. 8. l. 9. C. quom. & quand. Jud. ſent.* Vultejus, *de jud. l. 2. c. 2. num. 172.* Rachov. *d. l.* Inſimulque de legitima citationis inſinuatione ex Nuntii relatione conſtet; ſola enim citationis emiſſio ad hoc, ut quis dicatur contumax, haud ſufficit. Berlich. *p. 1. concl. 17. num. 174.* add. ſupra *ad tit. de in jus voc. §. 10. 24. & ſeqq.* Item Reus contumaciam tum demum committit, ſi citra legitimam cauſam; ſed quia credat juſtam creditoris petitionem, *l. 6. § 1. l. 7. §. 2. & 4. ff. h. t.* nec ipſe veniat, nec ab alio defendatur, Admittitur enim ejus nomine Defenſor, modo prius cautionem judicatum ſolvi præſtiterit. *l. 2. pr. ff. h. t.* add. *t. 4. x. de eo, qui mitt. in poſſ. §. 4. I. l. 11. C. de ſatisd. l. 10. ff. judic. ſolv. l. 70. ff. de proc.* & ſupra *ad d. tit. de procur. §. 71.* Actoris autem nihil intereſt, à quo ſuum conſequatur. add. Mev. *p. 6. dec. 41. per tot.* Quomodo de-

Juſta cauſa præſupponit cognitionem, ſed ſimplicem, 1. An reus ſit contumax? Talis non eſt fugiens, vel occultans; ſed legitime citatus, ſine juſta cauſa non veniens.

2. An petens creditor, & contumax debitor. Si conſtet petentem non eſſe credi[torem].

defenſio eſſe debeat, dicitur *in d. l. 2. §. 3. & 4.* (2.) Judex in genere tantum cognoſcat an petens miſſionem ſit Creditor, Reus vero Debitor, & ex qua cauſa? Non requir. exacta & plena probatio, ſed probabilis vel conjecturata præſumptio, unde debiti liquiditas pateſcat, ſufficit. Auth. *Et, qui jurat. C. de bon. auth. jud.* nam ſi expreſſe conſtaret, petentem non eſſe creditorem, Prætor miſſionem denegabit. add. *l. ſ. C. de compenſ.*

Cauſa Inſtrumentalis.
Subj. Activ. ſunt Creditores, qui tales?
An quibus realis actio competat?

XII. Prætor vel Magiſtratus per Apparitores in bonorum poſſeſſionem mittit. Subjectum ſunt Actores, ſive Creditores, quibus ſcil. non ex obligatione tantum, qui alias proprie Creditores dicuntur; ſed ex quacunque actione, ſicque etiam reali aliquid debetur, & volunt agere, ad Rei copiam non habent. *l. 7. §. 5. & 7. ff. h. t. l. 10. l. 11 l. 12. ff. de V. S.* Mevius, *p. 6. dec. 41. num. 4. & 5. & p. 1. dec 96.* Unde Dominus, quamvis, reſpectu rei ſuæ propriæ ab alio poſſeſſæ Creditor non audiat, talis tamen vocatur, quia ad illam petendam realem habet actionem, ſcilicet Rei Vindicationem, & tertius eandem reſtituere tenetur. Hancque latam ſignificationem hujus loci eſſe, patet ex *l. 7. §. 16. ff. h. t. c. ſ. x. ut lit. non conteſt.* & *J. P. N. p. 1. tit. 13. pr.* ubi deſcribuntur actiones reales non in genere; ſed tantum quæ ex jure dominii, tanquam principaliori ſpecie, competunt, habito reſpectu *ad l. 25. ff. de O. & A.*

Eiſ. In diem aliquid debeatur
An ſi ſub conditione?
Rat. dub.
Rat. decid.

XIII. Neque refert, an Creditori miſſionem petenti competat actio, quæ ſtatim in judicium deduci, an quæ exceptione dilatoria ſuſpendi poteſt. Nam & ille, cui aliquid in diem debetur, Creditor dicitur in *l. 10. ff. de V. S.* & per conſequens miſſionem hanc petere poteſt, argum. *l. 6. pr. ff. h. t.* Joh. Voetius, *n. 2. h. t.* De Creditore conditionali vero obſtare videtur, quia Conditio ſuſpendit obligationem ipſam & actionem, uſque ad ipſius exiſtentiam. Ubi autem nulla eſt obligatio, ibi nullus creditor vel debitor, & per conſequens ibi non poteſt peti miſſio. Hac tamen ratione non obſtante, cui aliquid ſub conditione debetur, proprie dicitur Creditor *in d. l. 10.* Licet enim reum nondum efficaciter habeat obligatum, ſpem tamen habet radicatam debitum iri, & hoc jus ſuum ad hæredes quoque transmittit, nec ipſi invito auferri poteſt, unde etiam inchoata, & in præſenti vires accipere dicitur ſtipulatio ſub conditione facta. *l. 26. ff. de ſtipul. ſerv.* Cum itaque Creditor dicatur, utique ex Primo Decreto in poſſeſſionem mitti poteſt, licet conditio nondum extiterit. *l. 6. pr. l. 11. ff. h. t.* Nec dictis adverſatur *l. 14. §. 2. ff. h. t.* quia uterque textus JCti Pauli eſt, nec veriſimile videtur illum ſibi ipſi contradixiſſe, ideoque P. Buſius *d. l. 6.* vult accipi de miſſione ex Primo Decreto, ut bona tantum cuſtodiantur; & *d. l. 14. §. 2.* de miſſione ex Secundo, idque per verba *d. §. 2.* finalia, ſicque cum

Obj. Reſp.

Pacio

Pacio & Hilligero etiam obſtantem *L. 7. §. 14 ff. h. t.* Brunnemann. accipit, ut dicti creditores mittantur, ſi initium ſpectes, non ſi effectum. *ad d. l. 7. num. 11.* jung. Bachov. *d. l. th. 2. lit. A.* Struv. *Exerc. 44. th. 37.* ibique Muller.

An idem in Legato conditionali?

XIV. Quæ mox de Creditoribus conditionalibus dicta ſunt, procedunt etiam in Legatariis conditionalibus; licèt pendente conditione non ſint creditores. *l. 42 ff. de O. & A.* quia ſpes debitum iri, quæ oritur ex conditionali ſtipulatione, tranſit in heredes: ſicque firmior eſt illa, quæ oritur ex legato conditionali, quod regulariter cum perſona legatarii ante conditionis exiſtentiam morientis extinguitur. vid. ſupra *ad tit. de pact. § 78. in fin. ad tit. de adim. leg. §. 34.* ad *tit. Quando dies leg. ced. §. 6.* Cùm autem hiſce legatariis, pendente conditione, minimè res legata, Cautio tamen in majorem ſecuritatem præſtanda ſit: hinc non rei legatæ, verùm cautionis reſpectu quodammodo creditores dicuntur, & proin rectè ex hoc Primo Decreto immittuntur. *l. 11. ff. h. t. & l. 1. ff. ut in poſſ. leg. ſerv. cauſ.*

Excluduntur, Quibus naturaliter tantum debetur, Vel obſtat exceptio peremptoria.

XV. Creditor itaque eſſe debet, ut ex hoc Primo Decreto in poſſeſſionem mitti poſſit: quo ipſo excluduntur (1.) Illi, quibus ex naturali tantùm obligatione aliquid debetur, nullà verò ejus nomine competit actio. arg. *l. 10. ff. de V. S.* (2.) Illi, qui quidem habent actionem, ſed talem, quæ per Exceptionem repellitur; paria enim ſunt non eſſe creditorem, & peremptoriâ excludi exceptione. per *l. 7. §. 14. ff. h. t.*

Subj. Paſſ. eſt Debitor non veniens, Cujuscunque conditionis.

XVI. Subjectum Paſſivum eſt Debitor citatus non veniens. *praced. §. 10. & 11.* Cujus autem ſit conditionis, nihil refert, adeò, ut hæc miſſio etiam fieri poſſit in bona Univerſitatis, *l. 1 §. 2.* add. *l. 8. ff. Quod cuj. univ. nom.* item Pupilli, Minoris, *l. 3. §. 1. & ſeqq. l. 4. l. 5. pr. §. 1 ff. h. t. l. 5. ff. de reb. auth. jud. poſſ.* add. Bachov. *d. l. th. 2 lit. C.* Furioſi & mente capti. *d. l. 5. §. 1. l. 7. §. 9. 10. 11. ff. h. t.* Prodigi & aliorum, qui Curatorum ope juvantur. *d. l. 7. §. 12.* Sicque hoc loco non ſemper requiritur fraudulosa latitatio & abſentia; poteſt enim quis latitare, ſi præſens ſit: & non latitare, ſi abſens ſit. *d. l. 7. §. 13.* Sed ſufficit, ut Reus non veniat, nec reſpondeat.

Si Infans, Furioſus. Quomodo hoc caſu ſit?

Quamvis itaque dolus non cadat in Infantem, Furioſum, &c. *d. l. 7. §. 9.* ſi tamen nemo adſit, qui talem defendat, Miſſio in ejus bona ex hoc Decreto conceditur; ita tamen, ut prius Tutores vel Curatores, ſi habeat; vel ſi non habeat, proximi, cognati, vel affines, & ſi qui alii fortè ſunt, quos veriſimile eſt, vel propter neceſſitudinem, vel propter charitatem, vel quâ aliâ ratione defenſionem dictarum perſonarum non omiſſuros, legitimo modo citentur, qui ſi non compareant, & infantem defendant, immiſſio tamdiu decernitur, quoad non fiat defenſio. *d. l. 5. §. 1. d. l. 7. l. 10. ff. h. t.*

Nec

Obj. Reſp.

Nec obſtat *L. 6. §. 1.* ubi pupillus ab hac immiſſione excipi videtur *l. 7. §. 1. ff. h. t.* ubi quidem fit mentio fraudulosæ latitationis. At *d. l. 6.* loq. de miſſione ex Secundo Decreto, à qua regula pupulus & reliquæ prædictæ perſonæ liberantur, niſi illarum utilitas hoc ſuadeat, v. g. ut venditis aliquibus rebus creditores dimittantur. *d. l. 7. §. 10. 11. & 12.*

Ad. perſonæ alimenta de bonis.

Cæterùm notandum, ſi quis in poſſeſſionem bonorum pupilli miſſus fuerit, exinde Pupillo ad pubertatem uſque alimenta præſtanda eſſe, etiamſi bona diminuantur *l. 33. l. ſ. pr. ff. de reb. aut. jud. poſſ.* Bachov. *d. l. in fin.*

Objectum, Jure Pand. In Act. Realibus;

XVII. Creditores petentes de Jure Pand. regulariter ex Primo Decreto mittuntur in Actionibus Realibus, & cauſa Damni infecti in poſſeſſionem ipſius rei controverſæ, *l. 7. §. 17. ff. h. t. L. 15. §. 11. l. 38. §. 1. ff. de damn. infect. c. ſ. verſ. ult. X. ut lite non conteſt.* Umm. *Proc. D. 6. th. 4. n. 19.* Frommann *Diſſ. de act. real. & perſonal. qua conſtituat th. 3.* Struv. *Exerc. 44. th. 31.* ibique Mullerus.

In Perſonalibus in omnia bona.

in perſonalibus verò in omnia & univerſa Debitoris bona, *l. 1. l. 2. pr. ff. h. t. l. 5. l. ſ. C. de bon. aut. jud.* etiam quæ non pleno jure pertinent ad Reum debitorem, modo aliquod jus in iis habeat, e. gr. Feudalia, Emphyteuticaria, Joh. Voet. *n. 3. h. t.* DD. Meyer, *th. 9. cit. Diſſ.* & id genus alia, item Oppignorata. *l. 5. §. 7. ff. ut in poſſ. leg. ſerv. cauſa.* Ratio eſt, quia alii iterum oppignorari poſſunt, & nihil obſtat, quo minus Prætorium pignus in illis conſtitui poſſit arg. *l. 31. ff. de pign.* add. Hahn. *ad Weſ. tit. de damn. infect. N. 3. verb. Etiam Feudalia.* Grav. *D. de Miſſ. in Bb. poſſ. ex pr. & ſec. decr. th. 15.*

Excep.

Excipiuntur bona illa, quæ in Patrimonio debitoris latitantis reperiuntur, in quibus nullum ille jus habet, ut ſunt res Commodatæ, Depoſitæ. *d. l. 5. §. 10.*

Sed Jure Novo tantum pro quantitate debiti, ſit miſſio.

XVIII. Hoc Jus Digeſtorum poſt modum Novellarum Jure mutatum eſt, ita, ut hodie in perſonalibus actionibus creditores ex hoc Decreto non in univerſa Debitoris bona, ſed tantùm ſecundum menſuram & quantitatem declarati debiti mittantur *Nov. 53. c. 4. §. 1.* & inde deſumpta Auth. *Et qui jurat C. de de bonor. auth. jud.* ibi Brunnemann. Schneidewin. *ad §. 1. I. de interd. num. 10.* Sichardus, *in l. 6. C. quom. & quand. jud. num. 35.* Gudelinus *de jur. nov. l. 4. c. 5.* Umminus, Cujacius, Donellus, & cum aliis Bachovius, *d. th. 2. lit. B. verb. Hodie vero* quidem hanc Novellam reſtringunt ad effectum miſſionis ex Primo Decreto, Diſtractionem puta, verum prior ſententia pro immiſſione ſecundùm debiti tantùm quantitatem facienda communior & de Jure verior eſt, uſu & conſuetudine in praxi recepta, ac Jure Canonico in *C. ſ. X. ut lite non conteſtat.* approbata reperitur. Frommannus, *de act. perſonal. ac real. qua conſtituat. §. 3.* Johann. Voetius, *num. 3. h. t.* Ita Jus Wurtembergicum quoque recedit à Jure Digeſtorum, ibi: Nach Maaß und Größe ſeiner erklärten und

und *liquidirten* Schuld. Hoc tamen addito, ut miſſio aliquo modo in plus & ultra quantitatem debiti principalis extendi poſſit, propter expenſas ſcil. in judicio jam factas vel faciendas, ita, ut, ſi debitum principale ſit centum flor. miſſio fieri poſſit in 150. *d. tit. 15. §.* Aber in *Perſonal*-Klagen, ibi Beſold. *th. 21.* D. Parens *in. th. 21.* id ipſum in praxi ita obtinere, teſtatur Roding. *Pand. Cam. l. 3. tit. 55. num. 4.*

Interdum in plus ob expenſas.

XIX. Sicque pro quantitate debiti ex Primo Decreto immittendo, idem quoque obſervandus eſt Ordo, qui aliàs ſervatur in executione, & deſcribitur *in l. 15. §. 2. ff. de re jud. l. 1. C. de praet. pign. C. ſ. X. ut lit. non cont. in fin.* ſupra *ad tit. de re jud. §. 30.* Ubi tamen notandum, quod in res incorporales propriè loquendo immiſſio ex Primo Decreto fieri non poſſit, ſed in iis ita obſervetur, ut creditores convocentur, & prohibeantur debitores ipſius debitoris, ne creditori ſuo aliquid ſolvant, quae inhibitio pro Miſſione habetur. vide ſupra *§. 16. de pign.*

Ord. exſecut.

Quomodo fiat miſſio in res incorp.

XX. Forma in eo conſiſtit, quod Judex in actione tam reali, quam perſonali, praeviâ cognitione ſummariâ, non ſolùm de fruſtratione debitoris; ſed etiam de vero negotio poſtea, citra novam vel ulteriorem citationem, *arg. d. N. §. 1.* Wurmſer. *17. O. 5 & 6 num. 25.* decreto hanc miſſionem decernat, & creditores per apparitores in bonorum poſſeſſionem debitoris introduci curet, non ut poſſideant, ſed ut in poſſeſſione tantum ſint, rem alieno nomine detinentes, ſicque magis in cuſtodiam rerum & obſervationem, *l. 1. l. 12. in f. l. 1. l. 12. in f. ff. h. t. l. 15. §. 30. ff. de damn. infect.* donec Debitor taedio affectus veniat reſponſurus & ſe defenſurus. *l. 5 pr. ff. ut in poſſ. legat. ſerv. cauſa c. ſ. vers. ult. X. ut lit. non contest.* Jure Wurtemb. Reus adhuc citari debet ad videndum & audiendum miſſionem in poſſeſſionem, ne habeat, unde conqueratur. Landr. *d. l. §.* Doch ſoll. ibi Beſold. *th. 20.*

Forma.

Finis. Reſpectu creditorum.

debitoris.

XXI. Effectus I. conſiſtit in rei Detentione, in majorem debiti ſecuritatem. Miſſus enim veram poſſeſſionem non conſequitur, nec naturalem, nec civilem. *l. 9. §. 1. l. 12. ff. h. t.* per *l. 3. §. fin. l. 10. §. 1. ff. de A. vel A. P. l. 15. §. 20. 21. & 30. ff. de damn. inf.* vid. *l. 8. C. quom. & quand. Jud. L. 2. C. ubi in rem actio. l. 15. §. 3. C. de Jud.* add. Bachov. *d. th. 2 lit. E. verb. Rei cuſtod.* Obj. Quicunque rem detinet, & jus in illa habet, is naturaliter poſſidet, atqui Miſſus ex primo Decreto rem detinet, & jus in ea habet, ergo naturaliter poſſidet. Major deſumpta eſt ab ipſa natura & deſcriptione poſſeſſionis naturalis. Minoris membrum prius jam per *dd. ll.* probatum, poſterius vero probatur per *l. 26. ff. de pign. act.* ubi per miſſionem dicitur conſtitui Pignus Praetorium, quod eſt jus in re. Sed Reſpond. Majorem limitando, niſi ſcil. rei detentio ea lege ſit conceſſa, ut ſibi

I. Effectus eſt Rei detentio Miſſus non naturaliter poſſidet. Obj.

Reſp.

ſibi vel ſuo nomine poſſideat, ſed tantùm ſit in poſſeſſione, uti hic ſit, majoris ſaltem ſecuritatis ergo. add. ſupra *ad tit. de pign. & hyp. §. 17.* & *ad tit. de damn. inf. §. 21. D. L. Diſp. de Syndicis th. 67.*

Licet miſſus ſit ex reali actione.

XXII. An vero dicta etiam procedant, ſi quis miſſus ſit in poſſeſſionem propter realem actionem? controverſum eſt inter DDres. Multi exiſtimant, quod actor ſtatim verus fiat poſſeſſor, & ita in praxi ſit plus obſervari, teſtatur Hahn *ad tit. de damn. inf. N. 3. verb. Quanquam* Licet in puncto Juris verior ſit contraria ſententia, quod tàm propter Realem, quam Perſonalem actionem

rat. 1. miſſus nudam tantum conſequatur detentionem, idque (1.) propter genera-

2. les textus ante citatos, qui non diſtinguunt. (2.) Confirm. per *d. c. f. § ult. x. ut lite non conteſt.* ubi dicitur, quod actor ex reali actione mittatur in poſſeſſionem; Diverſa autem ſunt, mittere in poſſeſſionem, & mittere ut poſſideat, ibique additur finis miſſionis, ut reus tædio affectus vel ipſe veniens vel idoneum diri-

3. gens reſponſalem, ad actoris intentionem excipiat, non verò ut poſſideat. (3.) per *d. c.* verba, quod poſt annum verus conſtituatur poſſeſſor, ſi itaque poſt annum demum conſequeretur poſſeſſionem, ſequitur, quod ante eum non habuerit. Neque hic admittenda Juris Civilis & Canonici differentia, ita, ut hæc noſtra ſententia vera ſit tantum quoad Jus Canonicum, quia expreſſus Juris Civilis textus produci non poteſt, qui probet, quod ex actione reali miſſus veram conſequatur poſſeſſionem. In dubio autem inter Jus Civile & Canonicum differentia nulla admittitur. Umm. *d. Diſp. 6. th. 4. n. 12* & *th. 5 num. 26.* Wurmſer. *l. 7 O. 6. n. 18* Beſold. *d. l. th. 22.* Grav. *d. l. th. 11. & ſeqq.* Bardili. *Concl. Ex. 20. th. 17.* vid. Bach. *d. l.* Frommann. *de act. real. & perſonal. quæ conſtitut. th. 4.*

2. Effectus. An miſſio unius alteri Credit. prodeſt? Habet quivis ex ſua miſſione rem habet? Ad quem pertineant fructus?

XXIII. II. Effectus conſiſtit in Pignore Prætorio, & Jure in re, quod Creditor ex hac miſſione conſequitur. per *L. 26 ff. de pign. act.* & *l. 1. C. de pignor. prætor.* ſupra *ad tit. de pignor. §. 15.* Veteri Jure miſſio unius Creditoris proderat omnibus reliquis Creditoribus, etiam qui miſſi non erant, ita, ut ex hoc pignore nemo alteri præferretur, *l. 12 pr. ff. de reb. auct. jud. poſſid.* Sed hoc Novo Jure mutatum eſt, quo creditores tantum pro menſura & quantitate proprii debiti immittuntur, ideoque ipſis etiam ſolis prodeſt miſſio. Sicuti DDres ex *d. N. 53. c. 4. §. 1* recte inferunt. Attamen propter hoc pignus Prætorium creditor fructus percipere & conſumere, vel in ſuos uſus convertere nequit; *L. 7 pr.* Struv. *Exerc. 44. th. 39.* ibique Mullerus add. *§ ſ. ubi lime ff. h. t.* etſi in uſuras & ſortem computare vellet. Sed ſi debitor non adſit, eos colligere & cuſtodire, vel ſi eos venire expediat, pretium ſervare tenetur. *L. 3. 23. ff. ut in poſſ. legat.*

legat. ſerv. l. 8. §. 1. l. 9. pr. ff. de reb. aut. jud. Bach. *d. l.* W. Landr. J. Und hat. Ipſe tamen ad præſtationem doli obligatur. *ſeq. §. 25. in f.*

Si miſſus non admittatur?

XXIV. Si verò impediatur Miſſus in poſſeſſionem venire, tunc miſſo creditori adverſus impedientem certa datur Actio, quæ vocatur Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus erit; de qua agitur *in lib. ſeq. 43. tit. 4.*

Contraria. Ut res recipiat, quid debitor contumax præſtet? 1. 2. Quomodo caveat?

XXV. Contraria ſunt modi, quibus hoc primum Decretum tollitur atque eliditur; quod fit, ſi ante Secundum Decretum debitor contumax. (1.) Compareat; (2.) Cautionem de lite ſuſcipienda præſtet. *N. 53. c. 4. §. 11. in f. l. 8. §. 3. C. de præſcript. 30. annor.* & *d. c. f. vers. ult. x. ut lite non conteſt.* Hæc autem cautio ſecundum d. Nov. fieri de et fidejuſſoribus; Unde nonnulli Dd. nec pignora, nec juratoriam cautionem admittere volunt, Bachov. *d. D. 24. th. 3. lit. D. in f.* idque in pœnam contumaciæ. At ſecundum communem Ddrum ſententiam, ſi Reus fidejuſſores invenire non poteſt, in ſubſidium admittuntur pignora, vel poſtremo cautio juratoria per *Auth. Generaliter. C. de Epiſc. & Cleric.* Umm *d. th. 5.* Grav. *d. l. th. 25.* poſt Pichardum, Ungepaur, Bardili. *d. Ex. th. 29.* 3. (3.) Si miſſo ex primo Decreto Expenſas omnes ſine dolo malo erogatas reſtituat, etiamſi erogatio rei nihil profuerit. *l. 9. §. 2. & 4. ff. de reb. aut. jud. poſſ. l. 13. §. 2. C. de judic.* arg. *l. 8. §. 3. C. de præſcript. 30. ann. Nov. 53. c. 4. §. 1.* ibi: *omne ei prius ſolvet damnum, & tunc,* &c. Hahn *loc. cit.* niſi contumaciam purget. *c. 2. & 3. x. de eo, qui mitt. in poſſ.* add. ſupra *ad tit. ſi quis caut. in jud. ſiſt.*

Si reſtituerit non receptis expenſis? Quid ſi res deterior facta.

Si miſſus rem reſtituerit, nec expenſas receperit, ei Actio in Factum ad illas exigendas conceditur, *d. l. 9. §. 4.* Interim ſi miſſus damnum in illis rebus dolo vel lata culpa dederit, illud refundere tenetur; non etiam ſi levi & leviſſima datum *d. l. 9. pr. & §. 5.* ubi dolus latam culpam continet; ſicut & alias ſemper in cauſis civilibus & delictis cauſam pecuniariam promerentibus: licet particula taxativa addita fuerit, quæ illam non excludit. *l. 1. §. 2. ff. ſi ut, qui teſt. lib. l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix.* ſupra *ad tit. Commod. §. 33.*

TIT. V.

DE REBUS AUTORITATE JUDICIS POSSIDENDIS VEL VENDENDIS.

Cod. *Lib. 7. Tit. 72. 73. 74.* & *Lib. 8. Tit. 18.*

§. I.

Si reus dicta non præſtiterit

SI, Miſſione ex primo Decreto factâ, debitor contumax intra legitimum tempus non venerit reſponſurus, tunc ſequitur Secundum Decretum, quod eſt alter Magiſtratus juſſus, quo miſſus ex primo decreto, ob rei continuatam

Sed in contumacia perſeveranti ſequitur Secundum Decretum. quid?

tinuatam & fraudulosam contumaciam & latitationem, cauſa cognita, verus efficitur poſſeſſor. *l. 15 §. 16. & 21 ff de damn. inf. l. 9. C. de bon. auth. jud.* Hæc miſſio dicitur German. Einſatz aus der andern Erkanntnuß. Stryck. *§. 1. h. t.*

C. Eff.

II. Cauſa Efficiens eſt Prætor vel Magiſtratus competens; Et quicunque poſſunt mittere ex Primo Decreto, illi omnes etiam hoc Secundum Decretum interponere queunt, ſicque hodie inferiorem juriſdictionem habentes. vid. Struv. *Exerc. 44. th. 46* ibique Mullerus.

C. Imp. latitatio, fraudulosa. quomodo conſtet? contumacia.

III. Cauſa Impulſiva eſt rei continuata fraudulosa contumacia. Requiritur itaque (1) Latitatio; *l. 9 §. 2 ff. quibus ex cauſ. in poſſ.* & quidem fraudulosa *d. l. 7. § 2 3. & 5* Ut autem conſtet de animo fraudandi, neceſſe eſt, (2) ut Debitor trina dilatoria, vel una peremptoria citatione evocetur; arg. *l. 8. C. quom. & quand. Jud.* & (3.) continuata per aliquod tempus ſit contumacia; etiamſi enim vera probetur contumacia, non tamen ſtatim poſt Primum Decretum interponitur Secundum; ſed tempus aliquod, ut intercedat, neceſſum eſt: per *L. 9. C. de bon. aut. Jud. poſſ. l. 15. §. 21 ff de damn. inf.* Quantum autem ad hoc temporis ſpatium de Jure Civili requiratur, de eo Dd. non conveniunt, quidam ſtatuunt X. dies, ex *L. 21. § 1. ff de conſt. pec.* alii annum; arg. *l. 8. § 1 C. de præſcr. 30. ann.* alii biennium; *l. ult. C. de jur. dom. imp.* alii triennium, *l. 2. C. de jur. emphyt.* alii tempus arbitrarium faciunt. per *d. l. 15. §. 21.* Veriſſima tamen eſt ſententia diſtinguentium inter Actiones reales & perſonales, ita, ut in Realibus ſpatium ſit annuum; per *d. l. 8. §. 5.* in Perſonalibus verò, quia de iis certum ſpatium in jure non determinatur, ſed in genere tantum tempus requiritur, *d. l. 15 §. 21. d. l. 9. N 33. c. 4. § 1* ideo per reg. *in l. 1. §. 2. ff de jure delib.* Judicis arbitrio erit relinquendum, ſicque arbitrarium eſt. vid ſupra *ad tit. de damn. inf. §. 24.* Struv. *Exerc. 44. th. 39.* ibique Mullerus. Jure tamen Canonico, quoad actiones, tàm perſonales, quàm reales, annus eſt conſtitutus; *c. 5. in fin. X. ut lit. non cont.* quod etiam Moribus obſervatur, ut ſuus cuique rei conſtet ordo ratione & creditoris, & debitoris. Umm. *d. D. th. 5. n. 24.* Ita in Foro Wurtemb. Landr. *p. 1. t. 13. §.* Wo aber ſolches. ubi B. Dn. Parens, *th. 23.* Frummann. *differ. de act. real. & perſonal. quo conſtit. th. 5.*

Diſt. inter act. realem & perſonal.

quid hodie?

Quid h. l. veniat in cauſæ cognitionem? [illegible]

IV. Cum itaque hoc loco moveat latitatio fraudulosa, ſequitur, quod cauſæ cognitio præcedere debeat, priusquam Judex ad Secundum Decretum perveniat, & inquirat: (1.) An Actor legitimè ſit ex primo miſſus? (2.) An contumaciam & latitationem doloſe per annum a prima miſſione continuaverit? (3.) An

(3.) An denuo legitime citatus, ipſique citatio inſinuata fuerit? *d. l. 1. ſ. 2. ut ſit. non contr. ſt. d. l. 9. C. de bon. auth. Jud. poſſid.* Debitum autem ſemel liquidum ultra liquidandum non eſt, cum decretum Immiſſionis hoc involvat. *l. 2.* ibi Gl. *ff. de jurisd.* Mev. *p. 1. dec. 206.*

Subj. ſunt creditores ex Pr. Decr. miſſi.

V. Subjectum ſunt Creditores ex Primo Decreto miſſi, qui poſſidere jubentur, & veri poſſeſſores conſtituuntur. Regulariter enim omnes ex Primo Decreto miſſi, qui ſpecialiter non inveniuntur excepti, Secundum Decretum impetrare poſſunt. Excipiuntur autem (1.) Immiſſi ex Primo Decreto in poſſeſſionem bonorum Pupillorum, Minorum, Furioſorum, Mente captorum, Prodigorum, qui omnes ex Secundo Decreto mitti non poſſunt; quia dictæ perſonæ vel doli non ſunt capaces, vel in judicio ſtare, ibique ſe defendere nequeunt, ideoque animo fraudandi latitare non cenſentur. *l. 7. §. 9. 10. 11. 12. ff. quib. ex cauſ. in poſ.* Nec æquum foret, ob Curatoris omiſſam defenſionem ad diſtractionem pervenire, niſi in caſu *d. l. 7. §. 10. & 11.* (2.) Creditores conditionales, qui licet ex primo decreto mittantur, *l. 6. ff. quib. ex cauſ. in poſ.* Secundum tamen impetrare non poſſunt. *l. 7. § 14. l. 14. §. fin. ff. eod.* Struv. *Exerc. 44. th. 45.* ibique Mullerus & ſupra *ad d. l. § 13.* (3.) Creditores, quibus obſtat exceptio ſaltem dilatoria; unde etiam Creditor in diem hoc Secundum Decretum impetrare nequit. *d. l. 7. § 14.*

Exc. Immiſſi in bonis Pupillorum, &c.

Credit. conditionales.

Et quibus dilatoria exceptio obſtat.

An ob realem actionem ex Pr. Decr. miſſi hoc opus habeant? Affirm.

VI. Sed quæritur: An etiam propter realem actionem ex primo Decreto miſſi opus habeant hoc Decreto? Multi DD. opinantur, propter realem actionem ex Primo Decreto miſſos ſtatim effici veros poſſeſſores, ſed contrarium *ad tit. præced. §. 11.* probavimus. Sequitur ergò, quod adhuc aliud Decretum ſit neceſſarium, quo tales efficiantur. Diſſentientes enim petunt principium: ideò Secundo non opus eſſe dicentes, quia ex primo veri poſſeſſores ſiant; & hoc nullo juris textu probant, ſed contrarium docet *cit. c. fin. x. ut lite non cont.*

Objectum.

VII. Objectum ſunt bona debitoris contumaciter latitantis, in quorum poſſeſſionem quis miſſus eſt ex Primo Decreto; & de Novo Jure objectum Primi & Secundi Decreti non differt. *d. c. ſ.* Verſatur autem hoc Secundum Decretum non tantùm circa bona debitoris propria, ſed etiam circa res alienas, in quibus jus aliquod in re habet, e. gr. pignus, uſumfructum, &c. *l. 8. pr. ff. h. t.* in cujus poſſeſſionem quis mittitur ex Primo, ex Secundo autem Decreto ipſe uſusfructus ipſi addicitur vel venditur. *d. l. 8. pr.* Nam licèt uſusfructus ſit Jus perſonali ratione conſtitutionis & durationis, quatenus tamen reſpicitur ipſum Jus utendifruendi, ſive exercitium hujus Juris & fructuum perceptio, etiam aliquo modo Jus Reale dici poteſt. per *l. 8. §. ſ. ff. de peric. & commod. rei vend.* D. D. Harpprecht. *in Conſil. nov. 69. n. 100. & 101.* add. ſupra *ad præc. tit. §. 17.*

Et in quibus debitor jus in re habet. Quomodo uſusfructus ſit jus reale?

Forma. Fom.

VIII. Forma & Differentia Specifica dependet a Fine, qui conſiſtit in eo, ut ex Primo Decreto miſſus per hoc fiat poſſeſſor. Jubetur enim non detinere tantum, ſed poſſidere, & vera hoc Decreto transfertur poſſeſſio. *L. 15. §. 21. ff. de damn. infect. l. 7. §. 1. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 4. §. 2. ut in poſſ. leg.* [illegible]. Formulam Decreti Secundi vid. apud Hahn. *ad Weſ. ad tit. de damn. infect. N. 3. verb. Formula peremtoria.*

Formula [illegible]

Effectus. transfertur vera poſſeſſio. Quando Dominium?

IX. Effectus hujus miſſionis conſiſtit in veræ poſſeſſionis translatione; attamen non eſt perpetuus, ſed pro diverſitate cauſæ diverſus. Interdum enim ex hac miſſione Actores cum pleniſſimo jure conſequuntur poſſeſſionem & Domini efficiuntur, ut nec ulla rei diſtractione opus ſit, e. gr. in miſſione damni infecti. per *L. 15. §. 16. & §. 33. ff. de damn. infect.* vid. ſupra *ad d. t. §. 25.* In reliquis cauſis diſtinguendum eſt inter actiones reales & perſonales: In Realibus ſola & vera transfertur poſſeſſio, ita, ut petitorium ſolum debitori contumaci reſervetur; *d. l. 7. verſ. ult.* [illegible] Carpz. *Summ. Jur. Civ. l. 4. tit. de dol. & cont. c. 4. §. 2.* In Perſonalibus iterum diſting. An actiones competant ad quantitatem exigendam, & vera transfertur poſſeſſio cum poteſtate vendendi, ut ex pretio creditori ſatisfiat. *l. 7. §. 1. & ſeqq. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 1. §. 2. ff. quod* [illegible]. Venditio autem fieri debet vel in loco, ubi quis defendendus, vel ubi domicilium habet, aut in loco contractus. *l. 1. l. 2. l. 3. ff.* [illegible]. Si vero Miſſio fiat ex actione perſonali ad certam ſpeciem petendam, etiam vera transfertur poſſeſſio, & facultas eandem retinendi tribuitur, ut miſſus illam nec alienare, nec aliud pro alio accipere cogatur. B. Dn. Parens, *Diſp. de Syndic. th. 67.* vid. omninò DD. Mayer *Diſp. de miſſione in poſſeſſ. ex 1. & 2. decreto th. 17.*

In Perſonalibus diſting.

Venditio ſub haſta. Certa req. Solennia.

X. Hanc Miſſionem in bonorum poſſeſſionem quandoque, uti dictum, ſequitur Venditio authoritate Judicis, vel Proſcriptio & Diſtractio ſub haſta, ut inde creditoribus ſatisfiat. *l. 9. C.* [illegible] & tunc certa ſolennia neceſſaria ſunt, ut nec Fiſcus eadem omittere poſſit. *l. 1. & ſeqq. C. de fide & jure haſtæ fiſc.* add. quæ ſupra *ad tit. de diſtr. pign. §. 3. ad finem uſque. ad tit. de Re jud. §. 35. ubi de* [illegible]. In his bonis emendis, aliis licitantibus præfertur Creditor idem pretium offerens, & ſi Creditores plures concurrant, præfertur, qui ſimul eſt Cognatus, Item is, qui Creditor eſt majoris Summæ. Berlich. *p. 2. dec. 30. num. 11.* Salgado, *Lab. cred. p. 2. c. 2. num. 14.* Mev. *p. 2. dec. 172.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 20. th. 6. lit.* C. D. Harpprecht. *C. 15. n. 276. & 380. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 20. de contrah. emt. & vendit.* Brunnem. *de concurſu credit. cap. 7. §. 9.* De Subhaſtationibus ulterius vid. Beſold. *ad J. P. Wirt. p. 1. t. 75. th. 131. & ſeqq.* & *p. 2. conſil. 71.* Berlich. *p. 1. concl. 21.* Coler. *de Proc. exec. p. 3. c. 1. n. 1. & 9.*

Præfertur Creditor, Cognatus, Creditor, majoris ſummæ.

Brunnem.

Brunnem. *de conc. cred. cap. 7. per tot.* & potiſſimùm Lud. Poſtius, *Tract. & Decis. de hac materia.*

XI. Miſſionem tàm ex Primo, quàm ex Secundo Decreto, non quidem in Foro Saxonico, multis tamen aliis locis adhuc in uſu eſſe, probavimus *ad tit. de damn. infect. §. 26.* & de Decreto Primo, Secundo & Tertio in Judiciis Erfurt. circa Actiones reales peti ſolitis vid. late Rennemann. *in J. R. G. membr. 4. Diſſ. 32 in Append. p. 450. ſeqq.* Jure Camerali antiquo etiam obtinebat, quia non conſtabat, quam viam ex tribus tum ſolitis quis electurus ſit. vid. Berlich. *p. 1. concl. 17 num 29. & ſeqq.* Sed Rec. Imp. Nov. hic modus coercendi in Camera eſt ſublatus, uti *in prac. tit. §. 20* dictum, ſicque in via proceſſus ſemel electi permanendum eſt, ideò contra legitimè citatum non comparentem decernitur Proclama, & Sex Juridicis poſt illud lapſis, ſtatim in cauſa principali poteſt procedi. d. R. I. §. Würde aber 30. Roding. *Pand. Cam. l. 3. tit. 35. n. 8.* adeoque Conc. der Cammer-Ordn. *p. 3. tit. 12. § 16.* eatenus eſt correctum. Hac tamen contumacia ſolutione mulctæ pecuniariæ, Ruffgülden, Pedello facta, poteſt purgari; d. Concept. *p. 3. t. 12. n. 20.* Roding. *d. l. t. 35. n. 8.* quamvis optandum, ut in hoc caſu alius obex litigantium malitiæ poneretur. Deckherr. *ad Koch. Ord. Cam. p. 3. t. 42. num. 11.*

An hodienum in uſu ſit?

In Camera Imper. quomodo poſt R. I. N. procedatur?

XII.
DE PRIVILEGIIS CREDITORUM.

Cum autem, Venditione bonorum authoritate publica facta, plures concurrant Creditores ejuſdem debitoris, inter quos controverſia oritur de Prælatione, cui exinde prius ſatisfieri debeat, ideo de ſingulorum juribus ac privilegiis conſtare debet. Qua de cauſa in Vulgata & Haloandrina Editionibus à Lege 16. ff. h. t. novus & ſeparatus incipit Titulus, qui inſcribitur De Privilegiis Creditorum; ſed hæc Diviſio & nova Inſcriptio Pandectis Florentinis planè eſt incognita, niſi quod ibi in margine tantum memoriæ cauſa adſcripta reperiatur, nec etiam in *Conſtit. Dedit nobis. de confirm. D. geſt.* quæ extat in *l. 3. C. de vet. jur. enucl.* ubi in *§. 7* Inſcriptiones libri 42. recenſentur, hujus tituli fit mentio. Præterea in paucis LL. ſeqq. agitur de Privilegiis creditorum, prout hæc notavit B. Dn. Parens m. in *Diſp. de Privileg. Credit. Perſonali ſimplici, th. 1.* Quamvis autem in hoc titulo principaliter agatur de Privilegiis perſonalibus, minus verò de omnibus juribus, quorum intuitu creditores præferuntur, Doctores tamen communiter omnia ad hunc titulum explicant.

Tit. de Privilegiis Creditorum diſtinctus eſt in Vulgata & Norica, non Florent.

De quibus privileg. potiſſimùm h. t. agatur?

XIII. Primò omnium ſciendum eſt, quoſdam Creditores aliis præferri extra concurſum, auſſer dem Gant-Proceſs Jure Separationis, quoſdam in concurſu, jure Prælationis. Extra concurſum jure Separationis præferuntur illi,

Creditores quidam præferuntur extra concurſum jure Separationis.

Quinam illi?

Separatio fit vel jure ordinario,

illi, qui Proceſſu edictali ſeſe immiſcere non coguntur, ſed ſtatim à reliquis ſeparantur, & bona illis reſtituuntur. Hæc Separatio fit Jure vel Ordinario, vel Extraordinario.

ubi duo neceſſaria.

Jure Dominii vindicantes.

XIV. Jure Ordinario ſeparantur omnes, qui res ſuas in bonis debitoris exiſtentes repetunt & vindicant, late Brunnem. *de concurſu credit. cap. 5. §. 1. cum ſeqq.* Sed hoc loco requiritur (1.) Ut quis Dominus ſit rei, quam petit. (2.) Ut illa ipſa res, cujus Dominus eſt, adhuc in bonis Debitoris exiſtat. Beyer. *poſ. 2. h. t.* Hi autem ſtatim ſeparati, & aliis cujuscunque conditionis creditoribus indifferenter præferri debent, per *l. 5. §. 18 ff. de trib. act. l. 38. pr. ff. de Pecul. l. 24. l. 31. ff. de R. C. l. 1. C. de privileg. Fiſc. N. 91. c. 1.* Nam æs alienum debitoris ex propriis ejus bonis eſt ſolvendum, non ex alienis rebus in bonis debitoris repertis, ſed hæ ante omnia Domino ſuo reſtitui debent. Nemo enim regulariter debitum ſeu æs alienum pro alio ſolvere tenetur *t. t. C. Ne filius pro Patre, & t. t. C. Ne uxor pro marito.* Cum autem nec hæ perſonæ pro ſe invicem ſolvere debeant, multo minus extraneæ, hinc communis eſt Regula:

Regula.

Vindicantes res proprias extantes reliquis creditoribus præferuntur omnibus, ſcil. Jure Dominii, quod vindicant. Rauchbahr *p. 1. q. 6. n. 15.* Gail. *l. 2. O. 15. num. 4.* Molina, *de J. & J. tr. 2. Diſp. 136. num. 29.* Carpz. *J. F. p. 1. C. 28. def. 13. & ſeqq.* B. Dn. Parens m. *D. d. Separat. c. 3. §. 6.* Struv. *Exerc. 44. th. 46.* ibique Mullerus.

v. gr. Deponens.

XV. Hac autem ratione ſeparantur: I. Deponens, qui rem apud alium depoſitam & adhuc extantem in bonis depoſitarii reperit, & reliquis qualitercunque privilegiatis Creditoribus in re depoſita repetenda præfertur, quia penes ipſum manet Dominium & Poſſeſſio. *§. 3. I. l. 7. §. 2. ff. l. 17. §. 1. l. 8. C. depoſ.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 20. th. ult. lit. B. verb. Aut ap. Maritum, & lit. G. verb. Item quod depoſitum.* Hicque etiam præfertur, licet quantitas depoſita ſit,

An in irregulari?

modò res adhuc extent in bonis Depoſitarii, quia ille adhuc eſt Dominus, *l. 24. §. 2.* ibi *Vindicare eos poſſe. ff. h. t. de reb. auth. Jud.* junct. *l. 25. pr. ff. de R. V.* Dominus a. omnibus præferendus eſt, per *dd. ll.* Beyerus *poſ. 5. h. t.* Nec obſt. *d. l. 24. §. 2.* Nam poſito, quod hic textus loquatur de perſonalibus tantum privilegiis, non tamen ſequitur. Præfertur privilegiarius, ergo non etiam hypothecarius. Nulla enim additur particula taxativa, & unius incluſio non eſt alterius excluſio, imò hypothecariorum hic nulla fit mentio, quia in h. t. agitur tantum de Creditoribus privilegium perſonale habentibus, de reliquis autem privilegium reale habentibus in libro XX. ff. Tit. qui pot. in pign. & hæc ſententia etiam in praxi obſervatur. poſt Carpzovium, Paulum de Caſtro, Bachovium, Zoeſium, B. Dn. Parens m. *Diſſ. de Priv. cred. perſ. th. 17. add. ſeq. §. 15.* & ſupra *ad tit. Depoſiti. §. 19.*

Obj. Reſp.

XVI.

XVI. II. Omnes illi, qui repetunt res debitori commodatas, & adhuc in bonis ejus exiſtentes, vel actione commodati, vel Rei vindicatione. per *l. 8. l. 9 ff. commod. l. 9 ff. de R. V.* ſupra *ad t. Commod. §. 5* III. Qui rem precariò conceſſit; quia nec hoc in caſu Dominium transfertur, ſed commodato æquiparatur. *l. 1. § fin. ff. de precar.* & infra *ad d. tit.* IV. Qui res locatas repetunt; locando enim neque Dominium, neque vera poſſeſſio transfertur, ideoque res locata vi Dominii ſtatim reſtituenda venit. *l. 39 l. 60. §. 1. ff. loc. cond.* & ſupra *ad d. t. §. 74.* V. Qui, debito ſoluto, res repetunt oppignoratas; nam debitor Dominus pignoris manet. *l. 35. §. 1. ff. l. 9. C. de pign. act. l. 12. pr. ff. de diſtr. pign.* VI. Liberi res Caſtrenſes & quaſi, adventitias, in hæreditate Patris adhuc exiſtentes, repetentes. per ea, quæ ſupra *ad tit. de pecul. §. 16. 17. 18. & ſeqq.* Carpz. *4. Conſt. 28. def. 14.* ibique Gotw. *ab Esbach.* Stryck. *ad Brunnem. de concurſ. credit. cap. 5. §. 8.* VII. Res uxoris Dotales & Paraphernales adhuc extantes *l. 30. ff. l. 30. C. de jure dot. l. 1. C. de prov. ſiſc. L. 1. C. ad L. Jul. de vi publ. l. 2. C. ne ux. pro mar.* Carpz. *4. c. def. 13.* Brunnem. *d. tr. c. 5. §. 33.* D. D. Harppecht. *C. nov. 69. num. 122. & Reſp. 92. num. 315 & C. 60. num. 168 cum ſeqq. & de communione. acq. conjug. §. 113 125. & 136.* In Concurſu vero habent privilegium tacitæ hypothecæ, ut etiam Liberi ſecundi matrimonii in rebus dotalibus & paraphernalibus vindicandis omnibus aliis præferantur, *N. 91. c. 1.* attamen citra præjudicium Liberorum primi matrimonii dotem maternam repetentium. *l. 12. §. 1. C. qui pot. in pign.* add. ſupra *ad tit. in quib. cauſ. pign. tac. contrah. §. 20.* & *ad tit. de jure dot. § 48.*

Commodans.
Precario concedens.
Locator.
Debitor pignus repetens.
Liberi res Caſtrens. & quaſi, advent.
Mulier dotal. & paraphern. quo jure gaudeat in concurſu?

XVII. VIII. Venditor, qui, re vendita & tradita, pretium nondum accepit, neque fidem de pretio habuit *§. 41 J. de R. D. l. 19 ff. de contr. empt.* vel habuit quidem, ſed uſque ad plenam ſatisfactionem Dominium rei traditæ ſibi reſervavit. *l. 5 § 18 ff de tribut. act.* Carpz. *4 C. def. 17. & ſeqq.* Beyer. *poſ. 6. h. t.* add. ſupra *ad tit. de A. E. V § 5* Huc Dd. referunt caſum, ſi quis Merces vendendas alicui tradiderit, *Commiſs*-Waaren, nec de illis in creditum abierit, quod Dominus illas adhuc extantes præ aliis rectè vindicet. Chemnit. *de jur. prælat. num. 21.* Dn. Stryck. *ad Brunnem. de conc. cred. c. 5. § 5.* ubi idem de pecunia ad emendum data adhuc extante tradit & *in uſu moderno § 1 h. t.* In Haſſia Venditor emptoris fidem ſecutus in re vendita extante omnibus creditoribus præfertur. Fabric. *ad Gail l 2 O. 15 n. 5.* IX. Qui res furtivas, aut vi poſſeſſas, adhuc in bonis poſſeſſoris exiſtentes repetunt, ſive ad ſua Condictione furtiva, ſive Rei vindicatione *§. 5 J. de obl. quæ ex delict. l. 7 § 1 ff. de cond. furt. l. 50. § 3. ff. de furt.* Nam per furtum, vel etiam poſſeſſionis dejectionem, Dominium non amittitur. *Add. l. 1. 6. § 1. ff. de A. v. A. P.* add. ſupra *ad*

Venditor, quibus caſibus?
Commiß-Waaren.
Si pecunia ad emendum data adhuc extet.
Dominus rei furtivæ.

Pupilli res ſuas ex bonis tutorum. Hæres res hæreditar.

tit. de cond. furt. §. 6. & *ad tit. de A. vel A. P. §. 10.* X. Pupilli res ſuas adhuc apud tutorem exiſtentes. ſupra *ad tit. de tut. & rat. §. 12. & 21. ib. §. de R. V. & §. 45. h. t.* XI. Hæres, qui hæreditatis petitione agit, aliis creditoribus præfertur; *l. ſ. §. 11. C. de jur. delib.* licet creditoribus defuncti ſatisfacere debeat. ſupra *ad tit. de H. P. §. 27. & §. 10. de ſeparat.* Et in genere omnes, qui res proprias in bonis debitoris extantes repetunt. *l. 24. §. 2. ff. h. t.* Carpz. *d. c. def. 12. num. 2.* Creditores enim ex bonis alienis ſolutionem expectare non debent. *prat. §. 14.* Dictas tamen perſonas præcedunt, qui ad conſervandam cujusque rei ſubſtantiam Sumptus neceſſarios fecerunt. *l. 8. ibi: Semper ff. depoſ. l. 72. ff. ad Leg. Falc. l. 19. §. 2. ff. ad SCtum Trebell. l. ſ. §. 9. C. de jur. de lib.* Chemnit. *num. 36. & ſeqq.*

Limit. & præcedunt ſumptus neceſſarios in præd. res facientes.

Vel fit jure extraord. Creditores defuncti, præferendi hæredis creditoribus, etiam antiquioribus.

XVIII. Separatio, quæ fit Jure Extraordinario, Prætoris beneficio, explicatur *in ſeq. tit. 6.* Nam inſtar Maximæ notandum: Creditores prioris debitoris, velut defuncti, creditoribus poſterioris debitoris, ſcilicet hæredis, præferendos eſſe jure ſeparationis; *l. 1. §. 1. & l. 1. ff. de ſeparat.* licet hæredis creditores antiquius jus habeant, Reſpectus enim ad hæreditatem habetur. Chemnit. *de Jure Prælat. th. 40.* Et hæc de Creditoribus, qui extra proceſſum præferuntur.

In Concurſu V. ſunt Claſſes.

XIX. In Concurſu & Proceſſu Edictali, majoris perſpicuitatis gratia, Doctores V. Claſſes conſtituere ſolent, referentes Ad I. Creditores illos, qui abſolutum prælationis privilegium habent, vi cujus omnibus aliis creditoribus in concurſu præferuntur. Ad II. Qui habent hypothecam cum ſingulari prælationis privilegio conjunctam. Ad III. Qui habent hypothecam tantum. Ad IV. Privilegiarios, qui tantum perſonale privilegium exigendi ſimplex habent. Ad V. Nudos chirographarios, aliosque Creditores ſimplices. Hahn. *ad W. h. t. N. IV.* ubi fundamentum diverſæ collocationis Creditorum examinat. ſupra *ad tit. qui pot. in pign. §. 1.*

Concurſus Creditorum quid?

XX. Creditorum Concurſus, cujus definitionem Nominis vid. late apud Dn. Stryck. *d. l. c. 1. §. 1.* hic denotat Judicium univerſale inter Creditores concurrentes, ut ipſis, ſententia Judicis, ex bonis debitoris, ſecundum cujusque prærogativam, quantum poteſt, ſatisfiat. Hinc

Ejus Synon.

vocatur Proceſſus Prioritatis, Liquidationis, Edictalis, Cridæ, quia per publicam citationem proceditur; Gannt-Proceſs, quia finitum demum Proceſſum ſequitur Subhaſtatio, Vergantung. vid. Dn. Mev. *p. 2. dec. 169.*

Cauſa datur vel à Debitore,

XXI. Cauſa huic judicio datur vel a Debitore propter æs alienum bonis cedere parato; *l. 4. C. qui bon. ced.* Sed Judex ſoli Debitoris aſſertioni non credat, verum prius cognoſcat, annon debitor habeat bona ſufficientia, vel num

ad

ad concurſum ſit admittendus; quapropter Judici Specificatio nominum activorum & paſſivorum exhibenda eſt. Brunnem. *d. tr. c. 3.* Si autem ex pluribus debitoribus quidam concurſum intendant, alii Creditoribus ſatisfacere velle prætendant, abſque concurſu, hi præ aliis erunt audiendi. Mev. *p. 8. dec. 59.* vid. ſupra *ad tit. de ceſſ. bon. §. 4. 7. & 13.* Vel, ſi Debitor latitet, ad inſtantiam Creditorum qualiumcunque, *l. 11. l. 12. l. 105. ff de V. S.* uti patet ex præc. quibus alia ratione ſatisfieri nequit; aliàs enim invito Debitore Concurſum excitare non licet, Mev. *p. 1. dec. 112. & p. 4. dec. 226. num. 5.* Vel à Judicio ex Officio, ſi debitor neque bonis cedere, nec ſatisfacere velit, aut non ſolvendo aufugerit, aut mortuus ſit, & nemo ejus bona defendere velit; tunc Curator bonis datur, qui Concurſum petere poteſt. *l. 5. ff. de curat. bon. dand.* Carpz. *d. C. def. 8.* Dn. Bardili. *Diſp. de Judic. conc. univ. c. 2. poſ. 6. & ſeqq.* Mev. *p. 2. dec. 257. p. 4. dec. 86.* Fieri etiam ſolet, ut prædium emere, vel in ſolutum accipere, vel hæreditatem oneroſam adire volens, prius per Edictum convocari petat Creditores, ut veniant, & prætenſiones ſuas probent; Brunnem. *C. 4. dec. 63. & d. tract. c. 1. §. 5.* hoc tamen ad Concurſum noſtrum non fit. Gail. *l. 1. O. 57. num. 9.*

[Sed Judex cognoſcat prius. Cui Specificatio bonorum exhibenda. Si ex pluribus quidam intendant. Vel ad inſtantiam creditorum. Vel à Judice. Cautela pro emptore prædii.]

XXII. Concurſus moveri debet coram Judice Debitoris; licet debitor Creditores provocet, eſt tamen Reus qui petit, ut Creditores agant, & jura ſua deducant. Salgad. *C. ab. cred. p. 1. c. 2. n. 4. & ſeqq.* exemplo L. Si contendat. ff. de fidejuſſ. Dn. Parens. *Diſp. ad d. L. th. 62.* Sin Debitor plures habeat Judices ejusdem generis, ipſe poteſt eligere, coram quo concurſum movere velit. Salgado, *d. l. num. 14.* Brunn. *de concurſu credit. cap. 1. §. 2.* Si vero in uno loco ratione domicilii, in altero ratione bonorum ſortiatur forum, Judex domicilii erit competens. Brunnemann. *C. 4. dec. 28.* Gail. *l. 2. O. 130. num. 15.* B. Parens. *Diſp. de Separat. c. 2 §. 6.*

[Inſtituitur in foro debitoris. Si diverſa habeat fora?]

XXIII. Hoc Judicium, ut lites abbrevientur, eſt Summarium; Ord. Cam. *p. 3. t. 2. §.* Item Sachen. Carpz. *def. 2. num. 5.* in quo Judex exordium facit a Citatione. Et debitor ſi latitet, edictaliter citatur, ut termino præfixo Creditoribus reſpondeat, eorumque Inſtrumenta recognoſcat. vid. Gail. *l. 1. O. 56. n. 7. O. 57.* Carpz. *d. C. def. 7.* Creditores vero, eorumve hæredes, arg. *L. 47 pr. ff. de re jud.* Diſp. *de Tranſit. Act. th. 24.* generaliter citantur; quamvis cautius, ſi certi ſint Creditores, ſpecialiter fiat citatio ad domum; & ſi in diverſis locis, vel incerti, etiam exempti & quales ſint, per Edictum in trium Dominorum territoriis affigendum; Brunnem. *d. tr. de conc. cred. c. 2. §. 2.* ut intra certum terminum compareant, & quilibet nomen ſuum profiteatur, atque de jure ſuo doceat; Probatio enim atque cognitio crediti præcedere debet.

[Forma proceſſus Citari debet & Debitor latitans, ad recognoſcendum; Et Creditores omnes ad domum, vel per Edictum. Ad docendum de jure ſuo.]

Sub præjudicio præclusionis & silentii perpetui.

debet. *l. 1. C. de exec. rei jud. l. 51 ff. de re jud.* Si autem poſt citationem, ſub pœna præcluſionis tertiatam, unus vel alter citatorum non compareat, à concurſu excluditur, & poſt non amplius auditur. Carpz. *d. l. def. 54.* Mev. *ad J. Lub. l. 3. t. 1. a. 11. n. 16.* imò non comparentibus in Sententia perpetuum imponitur ſilentium. Richt. *de prior. cred. c. 1. n. 42.* Mantz. *dec. q. 58. n. 41.* D. D. Harpprecht, *C. 60. n. 269. cum ſeqq.* & *Reſp. 92. n. 445. cum ſeqq.* ſcil. quoad bona concurſui ſubjecta & jus prioritatis, uti notat Dn. Stryck *add. tr. c. 3. §. 11. in f.* non vero quoad jus crediti. Poteſt enim fidejuſſores habere, & contra illos debitum ſuum juſtificare: Vel ſi cæteris Creditoribus ſatisfactum, & aliquid è bonis ſuperſit Salgad *p. 1. c. 8. num. 15. 16.* Brunnem. *C. 3. dec. 68.* Mev. *p. 9. dec. 187. num. 2.*

Scil. quoad jus prioritatis, non Crediti. Nisi ex juſta cauſa te excuſaverit.

Sententia graduationis vero nondum publicata, Creditori integrum eſt, cauſam eouſque dilatæ allegationis afferre, cum & partibus ad ſententiam uſque, ex cauſa rationabili, concluſionis in cauſa reſciſſionem petere liceat. Mev. *d. art. 10. num. 14.* & *p. 1. dec. 134. num. 6.* & *num. 10.* addit. ex gravi tamen cauſa poſt ſententiam poſſe in integrum reſtitui, D. Harpprecht. *C. 27. n. 207. & conſil. nov. 69. n. 25. & ſeqq.* D. Bardili, *in Diſp. th. 48.*

Datur Contradictor, quis ſit?

XXIV. Solet quandoque, & quidem ſub certo ſalario, conſtitui ita dictus Contradictor, qui debet eſſe Juriſperitus, ut fidem nominum examinare, agnoſcere vel diffiteri, ut & totum proceſſum promovere queat. Mev. *p. 4. dec. 86. n. 9.* & *ad Jus Lub. d. 1. art. 11. n. 7.* de ejus officio Lite agit Brunn. *d. tr. c. 9.*

Si ex Credit. non omnes æque probaverint?

Et ſi quidam Creditorum prætenſiones ſuas ſufficienter liquidaverint, alii verò non item, hi nihilominus in ſententia prioritatis in ſuo ordine collocari poſſunt, ſub conditione, ſi ſua credita melius, quam factum, probaverint. Es ſeye N. in dieſer Ordnung zu befriedigen, wann Er beſſer, als geſchehen, ſeine Forderung beſcheinigen würde, wozu Ihme noch 8. Tage ſollen gegeben werden Carpz. *d. def. 4.* Mev. *d. l. n. 22.* Manz *d. q. 58 per tot.* D. Harpprecht. *Reſp. 92. n. 432. & ſeqq.* Interdum ad Claſſem poſteriorem ſtatim remittuntur, ſub clauſula, niſi ad priorem ſeſe legitimaverint. Dn. Stryck. *add. tr. c. 3. §. 15. in f.*

Proceſſus Liquidationis & Prioritatis ſimul tract. Interea nulli Credit. quid ſolvendum.

XXV. Ad proceſſus maturationem legitimationis & liquidationis & Prioritatis deductio, quantum poteſt, conjungi debet. Mev. *d. art. 11. n. 16. & p. 6. dec. 337.* Carpz. *d. C. def. 3. n. 5.* Durante hoc judicio & moto concurſu inter Creditores eſt quædam communio ita, ut nulli ex iiſdem vel per gratificationem *l. 6. §. 2. ff. h. t. l. 6. §. 7. l. 24. ff. quæ in fraud. Cred.* D. Harpprecht. *Reſp. 92. n. 446. cum ſeqq.* vel per tranſactionem, Brunnem. *C. 2. dec. 30.* vel per adjudicationem aliquid ſolvi queat, *l. 2. C. ut lite pend.* Manz. *de concurſ. Cred. p. 1. q. 8.* Mev. *p. 3. dec. 123. n. 3. p. 6. dec. 105.* add. *p. 2. dec. 250.* ſed taliter adjudicatum

revocari

revocari debet. *Mev. p. 4 dec. 142.* & 155. Et lites antea motæ, ſed ante inſtitutum concurſum nondum deciſæ, per literas inhibitoriales vel requiſitoriales ſuſpenduntur, & ſupplicant ad concurſum remittuntur, quia inducit cauſæ continentiam. Salgado, *c. 4. & 5.* Mev. *p. 6. dec. 105.* & *p. 5 dec. 305.* Hinc Creditores omnes ab eodem Judice in Sententia, in der Haupt-Urthel juſto ordine collocandi ſunt. Si itaque e. g. Privilegiarii atque Simplices concurrerent, & uni ex his jam ſatisfieret, illi ſolutum vel Hypothecarius, vel Condictione ex lege repetere poſſent; *d. l. 6. §. 2 d. l. 24. l. 7 §. 2 ff. depoſiti l. 24. §. 2 l. 32. §. 1. ff. 6. t. l. 12 §. 1. ff. de poſnal. l. 18. § 5 ff. de jur. fiſc. l. 5 ff. quod cum eo, qui in al. pot.* ſed ſine Uſuris *l. 10 ff. de jure fiſci l. 5 C. de priv. fiſci.* Hartm. Piſtor, *l. 3. q. 20 n. 5 ſeqq.* Manz. *d. tr. p. 2. q. 7. n. 30.* Modo ipſis ex reſiduo ſatisfieri non queat *l. 6. §. 2 ff. h. t.* Carpz. *def. 181.* Et hoc communi opinione extenditur, etiamſi Debitor, neglecto Privilegiario, Simplici vel ſua ſponte, nullo Creditore petente, vel petenti tantum ſolverit. *L. 18. §. f. & ſeqq. ff. l. 5 C. de jure fiſci.* Nam dolo in aliorum præjudicium ſolviſſe præſumitur. late Mev. *ad J. Lub. 3. t. 1. art. 5 n. 2. & ſeqq.* Berlich. *concl. 71. n. 20. ſeqq.* & poſt alios B. Dn. Parens, *Diſp. de priv. Cred. th. 33* Brunnem. *d. c. 5. §. 70.* Niſi Creditores paribus ſint conditionis, e. gr. Chirographarii tantum, tunc enim, qui, cæteris Creditoribus negligentibus, ſibi vigilavit, à reliquis non poteſt conveniri; *l. 6. §. 7 l. 24. ff. quæ in fraud. cred.* Berlich. *d. l.* Carpz. *def. 178 §. & ſeqq.* Richter. *de priv. cred. c. 6. n. 35* & hanc diſtinctionem in praxi tenendam eſſe, monet Hahn. *N. V. verb. ſibi vigilaverit*, etiam in foro conſcientiæ. Molina *Diſp. 536. n. 42* add. infra *ad tit. quæ in fraud. cred. §. 18.* late D. D. Harpprecht. *in Reſp. 92. n. 358 cum ſeqq. & Conſil. nov. 74. n. 54. cum ſeqq.* Et quidem prælatio Capitalis etiam ad penſiones & uſuras de Jure Civ. pertinet. *l. 18. ff. qui pot. in pign.* Myns. *C. 1 O. 50.* Moller. *Semeſtr. 1. c. 28* Mev. *p. 1. dec. 264.* Carpz. *def. 160.* Brunnem. *d. l. §. 73* Wirt. Landr. *P. 1. t. 75. §.* Ob dann wohl. In quibusdam tamen locis Uſuræ demum poſt omnium Capitalium ſolutionem veniunt. Nam in hac concurſus materia tàm Jura communia, quàm Statuta cujusque loci attendenda. Beſold. *ad d. t. 75. th. 103.* Dn. Stryck. *d. l. c. 5 §. 11* add. Carpz. *d. C. def. 61. & ſeqq.* Sententia, prævia citatione ad eam audiendam publicata, unus vel alter ex Creditoribus, qui ſe gravatum credit, appellare poteſt, Mev. *p. 1. dec. 110.* & in tali puncto, non vero in reliquis, executio ſuſpenditur. Mev. *d. p. 1. dec. 75* Tot enim ſunt ſententiæ, quot debita expreſſa, Boer. *dec. 73. n. 4.* Carpz. *def. 5* Poteſt tamen Judex à quo totam cauſam remittere ad ſuperiorem, qui interim demandare poterit executionem in punctis liquidis. Brunnem. *d. tr. c. 6. §. 3. & 4.* Hæc autem executio non fit ſecundum *L. 15. §. 2. ff.*

Lites antea motæ non deciſæ ſuſpenduntur.

Omnes Cred. juſto ordine collocandi.

Quod Simplex ante Privil. accepit, reſtituere debet, ſi hunc non æque poſſit ſatisfieri. Licet debitor ſponte ſolverit.

Niſi ſint ejusdem claſſ. conditionis.

Sors cum uſuris in ſuo ordine ſolv. adjudicetur.

Niſi ſtatuto aliter diſpoſitum.

A ſententia quilibet gravatus poteſt appellare.

In liquidis tamen fit executio pro qualitate debitorum.

 de

de re jud. ſcil. in gratiam debitoris, ſed pro qualitate jurium competentium. Mev. *p. 6. dec. 390.*

Et ſecundum ſeriem Claſſium. Quo excep. jure dominii vindicantes.

Quandoque Cives Forenſibus præferuntur.

Sed aliis invicem jure talionis concedatur.

XXVI. Collocatio autem & ſatisfactio Creditorum concurrentium fieri debet ſecundum ſeriem Claſſium *in praced. §. 19. & 29.* dictam, & prout latius ex ſeqq patebit *confer late* D. Harpprecht *Reſp 92 & 93. & Conſil. nov 69. 70. & 73.* Huc ergo non pertinent, qui Jure Dominii res proprias vindicant. *prac. §. 14. & ſeqq.* Item quorundam locorum Statutis & conſuetudinibus Cives Chirographarii Forenſibus, Die Einheimiſche Glaubiger denen Frembden und Ausländiſchen, in Concurſu Chirographariorum præferuntur, & ſecundum hanc conſuetudinem in Camera Imp. judicatum eſſe refert Scipio, *l. 3. Dec. Rot. Spir. 197.* Rudinger *cent. 3 obſ 42.* Integrum tamen eſt, ut alia loca ſuis Civibus eandem prærogativam Jure talionis concedant, etiamſi aliâs ibidem tale Jus non valeat, *l. 1. ff quod quisq. jur. in alt.* Inque hanc multa præjudicia vid. in d. Diſp. *de priv. cred. th. 41.* Brunnem. *d. c. 3. §. 73. inf.* Denique notandum, quod *praced. §. 18.* monitum eſt, ut Creditores defuncti debitoris tum ſeparationem petant bonorum, quando Heres ex propriis bonis non eſt ſolvendo. Carpz. *d. c. def. 10.*

I. Claſſis continet Singulare jus habentes. e. gr. Impenſæ i propter rem factæ.

Gant-Koſten.

Ampl.

Si non queant commode deduci.

XXVII. In Prima itaque Concurſus Claſſe collocantur, qui ſingulare Jus prælationis habent. I. Ex generali ferè conſuetudine hoc Jus conceditur ad repetendum Impenſas factas in rei æſtimationem, Inventarii confectionem, ſalarium contradictoris & curatoris, aliosque ſumptus Judiciales, Die Taxierungs-Inventur-und Gant-Koſten; Carpz. *d. l. def. 36.* Mev. *p. dec. 269. p. 5. d. 315.* D. Harpprecht *Reſp. 92 n. 126. cum ſeqq. & Conſil. nov. 69. n. 5.* D. à Lyncker *dec. 1416.* etiamſi unus ex creditoribus ad promovendum Concurſum de ſuo erogaverit. Fiunt enim in gratiam omnium creditorum, ut ipſa juſtitia adminiſtretur. Mev. *p. 3. d. 333. p. 9. dec. 28.* Molina, *de J. & J. tr. 2. D. 336. n. 23.* Æquitati autem potiſſimum convenit, ut, ſi hi ſumptus commode deduci nequeant, omnes creditores pro rata eos exſolvant. Mev. *p. 6. dec. 83.* Brunnem. *d. tr. de conc. cred. c. 1. §. 12.* Huc refer *praced. §. 17. in f.* Struv. *Exerc. 44. th. 47.* ibique Mullerus.

II. Sumptus funeris.

Obj.

Reſp.

XXVIII. II. Sumptus funeris, Die Leichkoſten: *l. 45. l. 14. §. 1. l. 18. l. 19. ff. de relig. & ſumpt. fun. l. ſ. § 9. C. de Jur. de lib. l. 60. ff. ſol. matr.* Ratio eſt in *l. 45. ff. de relig.* ſupra *ad d. tit. §. 26. & 27. & §. 139. de tacit. hypotheca.* Quidam tamen ſumptibus hiſce Perſonale tantum privilegium tribuunt, per *l. 17. pr. ff. de reb. auct. Jud. poſſid* quia per privilegium regulariter intelligitur perſonale. Bach. *ad Tr. d. D. 24. th. fin. lit. G.* Donell. *lib. 14. comm. c. 7. in fin.* A contraria ſententia, quod ſcil. omnibus Creditorum debitis præferantur, de Jure civili ve-

riot

ditor eſt. *d. l. 25. ibi, omne* & *ſtd. 8. ff. de relig.* ubi de hypothecariis ſermo eſt. Neque, ut quidam ſentiunt, diſting eſt inter hypothecam expreſſam & tacitam: ac ſi in hac tantum dicta prærogativa locum ſortiretur, nam Jure civili inter tacitam & expreſſam hypothecam quoad effectum differentia eſt nulla. ſupra *ad tit. in quib. c. pig. tac §. 100.* Porro in *d. l. 14. §. 1.* hi ſumptus etiam præferuntur in bona Coloni in prædium ruſticum illata, in quibus tamen locator hypothecam, niſi bona expreſſe obligata ſint, de Jure Civili non habet. ſupra *d. t. in quib. caus. § 100.* Idem ergo eſt ex ſententia JCti, ſive bona tacite, ſive expreſſe ſint obligata. Huc denique facit *d. l. 5 §. 9.* & hæc ſententia uſu paſſim eſt recepta & approbata. Bachov *de pign. l. 4. c. 11. n. 5* & *ad Tr. 6 th. 5 lit. B & G* Ruland. *tract. jur. exec. § 7 c. 18. n. 1* Carpz. *4. C def. 30.* Berlich. *p. 1 concl. 64. n. 86.* Chemnit. *th. 42* Würtemb. Landr. *p. 1. t. 71 §.* Wann der Schuldner. ibi B. Parens, *th. 91* & d. Diſp. *de priv. cred. th. 56.*

XXIX. Ad Funeralia quid expenſum dicatur? vid. *l. 14. §. 3. & l. 27. ff. de relig. & ſumpt. fun.* add. Mev. *p. 6. dec. 42.* Brunnem. *d. c. 5. §. 14.* Chemnit. *th. 47.* & ſupra *ad tit. de relig. §. 30 & ſeqq.* Extenduntur ad Salaria Medicorum, Chirurgorum, Pharmacopolarum, quatenus pertinent ad ſumptus in ultimam curationem & infirmitatem debitoris mortui facto, & veriſimiliter probatos; utpote qui cum ſumptibus funeris comparantur. *l. 4. C. de her. per l. 5. C. de rel. & ſumpt. fun.* & ibi poſt alios, Brunnem. & *d. c. 5. §. 15.* Chemnit. *th. 56.* D. Harppreſcht *C. nov. 69. n. 191. cum ſeqq.* Würt. Landr. *d. l.* ibi. Wann der Schuldner Tods verblichen, ſoll von allererſt aus ſeiner Verlaſſenſchafft, was auf ſeine Begräbnuß, auch Pfleg und Warth aufgeloffen, ſeinem Stand gemäß, &c. Hæc dicta de Jure Civili accipiuntur non tantum de curatione & ſepultura ipſius debitoris, ſed etiam ſi talis ſit perſona, ad quam funerandam debitor tenetur; ut ſunt Uxor, maxime ſi indotata, *l. 22 ff. de relig.* & liberi, ut & hujusmodi Creditores hoc prælationis jure gaudeant. *l. 17 pr. ff. h. t.* Carpz. *def. 40. n. 6.* Mev. *ad J. Lub. 4. art. 11. n. 93.* & *p. 2 dec. 222* D. à Lyncker *dec. 1493* ita ſæpius pronuntiaſſe teſtatur Hahn. *ad Weſenb. tit. de priv. cred. N. IV.* Contrarium tamen multis in locis obſervatur, ut in Saxonia, propter verba *Conſt. Elect. 41.* Schuldners Begräbnis. ibi Carpz. *def 40. & 44.* Idem obtinet de Jure Wurt. *d. l.* ibi B. Parens, *th. 92.* Wibel. *de Jure prælat. th. 4. & 5.* Jure Lubec. Mev. *d. art. num. 93.*

XXX. Mercedes famulorum. De Jure quidem civili in concurſu nulla prærogativa gaudent, ſed inter ſimplices Chirographarios tantum referuntur. Verum ex generali Germaniæ conſvetudine, ubique fere locorum recepta, Mercedes in hac prima claſſe collocantur: teſte Carpzov. *4. C. def. 24.* Berlich.

p. 1.

Qui veniant hoc nomine?

9. Mercedes famulorum. Quo jure?

p. 1 conclus. 64. n. 66. Richter *de priv. cred. c. 2 membr. 3 n. 1 & ſeqq.* Mev. *ad Jus Lub. d. art. 11 n. 58. & ſeqq.* Harm. Piſtor. *l. 1 q. 8. n. 2* Beuther. *de Jur. præl. p. 1. c. 29.* C. Harppr. *Conſil. nov. 69 n. 101 cum ſeqq.* Würt. und. Landr. *d. l.* B. Parens, *th. 91* quod & S. Scriptura confirmat, Levit. *c. 19 v. 13* Deut. *c. 24. v. 14.* Tob. *c. 4 v. 15.* famulorum autem nomine hic veniunt omnes famuli, ſervi, pediſequæ, ancillæ, & qui certas operas familiares præſtantes in coquina, menſa, camera, ſtabulo, &c. quales recenſet Berlich. *d. l. n. 70* Mev. *d. l. n. 62.* Modo certa mercede, Lied-Lohn, conducti, & domeſtici, i. e. in ædibus, convictu. Die in des Herren Muß und Brodt, atque famulitio Domini ſunt vel fuerint, vulgo Brodling Brodt-Geſind, Gewinnte Ehehalten. Manz. *Conſil. Crel. p. 1 q. 1. n. 19.* Carpz. *p. 1 C. 28. def. 29. & 30.* atque Esbach. *& ad def. 25 & 26* Etiamſi merces ex pluribus annis reſtaret. Carpz. *d. def. 24.* Imo ſi ex ſervitio diſcedentes à mortuo Domino nil conſequi poſſent, propterea ſecundum æquitatem quantitate non ſunt poſtponendi. Brunnem. *d. tr. c. 3. §. 16.* & ibi D. Stryck. Beyer *poſ. 11. b. 1.* Mos tamen cujusque Regionis h. l. inſpiciendus. Sic de Saxonia prætenditur, quod famuli mortis vel moti Concurſus tempore in Domo vel convictu fuerint. Richter. *de priv. cred. D. 4. m. 3 §. et membro.* Carpz. *def. 25 n. 3.* Jure Lubecenſi pro unius tantum anni ſalario id privilegii tribuitur. Mev. *d. l. n. 59. & ſeqq.* ubi idem de Pomerania tradit. Argentorati Famuli domeſtici Chirographariis duntaxat præferuntur. Beuth. *p. c. 11.*

XXXI. Et hæc, quæ dicta ſunt ratione prælationis, hodie accipi de omnibus Miniſtris & perſonis dicto modo conductis, item Conſiliariis, Secretariis, Officialibus, nec non Profeſſoribus, etiam Præceptoribus & Pædagogis domeſticis, teſtantur Carpz. *def. 26.* Mev. *d. l. n. 71.* Manz. *d. tr. p. 1. q. 1 num. 30.* *inter dictos Conſiliarios perſonas non vult referre* Lich-Rath: D. Harppecht *in diſſer. Jur. Marchico-Baden. p. 4. th. 61.* Nec impedit, ſi certa merces non promiſſa, unus vel alter tamen ex præmemoratis perſonis, pro ſolo victu, ſine mercede ſervire non ſoleat. Brunnem. *d. l.* Chemnit. *th. 66. ſeqq.* Nec excipiuntur Liberi, caſu quo ipſis pro operis familiaribus certa merces promiſſa ſit. Carpz. *def. 32.* Mev. *n. 75* Bechman. *ad b. t. n. 90* Coler. *de Proc. Exec. p. 1. c. 3. n. 60. in add.* Imo ex æquitate hæc ſæpius extendi ſolent ad Operas diurnas, Taglöhner. Beſold. *ad J. P. Würt. d. t. th. 101* Brunnem. *d. §. 16.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. b. t.* & ita Inclyta Facultas Juridica Tubingenſis reſpondit atque hæc retulit d. 5. Februarii 1659. Die Eendte- und Schnitter Koſten, & in alia cauſa d. 26. Aprilis, 1667. Die Weingarts-Bau-Koſten. De Cultura agrorum & frumento ſementario, Ackerlohn und Saam-Getreidt idem tradit Carpz. *d. def. 27. & 28.* Harpprecht, *conſil. nov. 69. n. 147. & 150. cum. ſeqq.* & *C. 69. n. 30.*

Famulorum nomine qui veniunt?

Ampl. Si merc. plurium ann. reſtat. Si ſervus diſcedat. Extenditur ad Conſiliar. Officiales. Profeſſores, Præceptores. Si merces non promiſſa. Liberi quando? Taglöhner.

XXXII.

XXXII. Reliqui vero Mercenarii, qui in ædibus Domini non morantur, nec ejus pane fruuntur, ut ſunt Aurigæ conductitii, Opifices, *Handtwercks Leuth-Verdienſt*, non huc, ſed inter Chirographarios referuntur. Carpz. *d. l. 27.* Berlich. *d. l. n. 75* Beuth. *d. l.* D. Harpprecht. *Reſp. 92. n. 95. cum ſeqq.* & 110. & *Conſil. nov. 69. n. 191 cum ſeqq.* Advocatis, Procuratoribus & ſimilibus ratione ſalarii privilegium perſonale tribuunt Richter. *d. l. c. 5. n. 30. ubi prejud.* Mev. *ad J. Lub. l. 3 t. 1. art. 11. n. 69.* & hypothecam privilegiatam, Beuther. *L. 1. c. 21.* Melon. *de Jur prælat p 32. n. 10.* Diez de Mena, *var. quæſt. l 4. q. 8. §. 1. n. 70* qui putat ab hac ſententia in conſulendo & judicando recedendum non eſſe. Verior tamen eſt ſententia eorum, qui hæc ſalaria (niſi ſint Medicorum, *præc § 29.*) inter debita ſimplicia referunt. Finckelth. *O. 99. n. 23. 24.* Berlich. *n. 70* Chemnit. *n. 74.* ſupra *ad tit. de poſtul §. 30.* & maxime *Diſſ. de ſalar. th. 40.* D. Harpprecht. *tractat. 20 pign. ſive §. 4. & 5.* Exemp. Handwercks-Leut Verdienſt. Salaria Advocatorum.

XXXIII. IV. Fiſcus (quis jure Fiſci gaudeat? vid. ſupra *tit. in quib. c. pign. §. 12.*) ratione adminiſtrationis primipilariæ. Primipilus quis dicatur, explicat Cujac. *ad. L. 3 § 2 ff de muner.* Perez *ad tit. C. de primipilo.* Conſtitutus erat circa militum ſtipendia, & adminiſtrabat etiam militarem annonam, eamque inter milites diſtribuebat, ne itaque in ea fraus admitteretur, & milites ſtipendio privati ſigna deſererent, ſingularia privilegia circa hanc rem conſtituta ſunt; inter quæ eſt, ut ratione debiti primipilaris & tacita hypotheca, & jus prælationis quoad dotem competat. *L. 3. C. de Primipil* vid. *L. 1. C. de priv. Fiſc.* add. ſupra *ad tit. in quib. cauſ pign tac § 7* 4. Fiſcus rat. debiti primipilaris. Primipilus quis?

XXXIV. Ad hujus exemplum hodie, permultis in locis, idem jus prælationis conceditur pro debitis ex Adminiſtratione annonæ cœleſtis militiæ ſeu piorum locorum in bonis Adminiſtratorum ratione reſidui. *Wurt. Landr. d. 1. 75 §. Wann Kaſten. ibi. etwas von ſeiner Verwaltung eingenommen.* & ita in ſummo Dicaſterio judicatum refert Beſold. *ad d. 1 75 th. 106.* Et hoc extenditur in univerſum ad omnes cauſas atque Collegia, quæ actio pia conſtituit, ut ſunt Eccleſiæ, Hoſpitalia, Xenodochia, Scholæ, Academiæ, Monaſteria, Legata ad pios uſus, Studioſorum Stipendia (his jungit Brunnem. penſiones Eccleſiis earumque Miniſtris debitas; *d. c. 3. § 18*) prout hæc uſus communis obſervat, teſte Hahnio *d. l.* ſupra *ad tit. in quibus cauſ pign. §. 8* vid D. Harpprecht. *C. 69. n. 26. & ſeqq* & *Reſp. 93 n 163 cum ſeqq. ubi tamen Hoſpitalia excluduntur* Non vero pertinet ad cauſas profanas, e. gr *Herrſchafft-Kaſte*, nec ad alia ex cauſa mutui, vel aliunde debita. B. Dn. Parens, *ad J. P W. 4. th. 94.* & ſupra *ad tit. in quib. c. pign. § 40. & 138.* Aliquando tamen hæc prærogativa in favorem Eccleſiæ non tantum de rationibus reſiduis: ſed de omni debito expreſſe conſtituitur, Item rat. Adminiſtrationis piorum locorum. Amplia. Non ſi cauſa ſit profana.

in Jure Lub. Mev. *d. p. 1. art. 12. num. 63.* De Jure Saxonico vid. Carpz. *def. 116. num 3.*

[illegible] quoad Tributa & Collectas etiam extraordinarias. Non tamen ad Mulctas.

XXXV. V. Fiſcus quoad Tributa & Collectas, quas quis ex ſuis præ-diis debet, per *L. 1. C. ſi propter publ. penſ.* Nec refert, Collectæ ſint ordinariæ ſive extraordinariæ, v. gr. *Contribution Proc. ant Bruck-n Kopf-Gelter, Fraeulinſteur, Turckenſteur,* &c. Carpz. *def. 65.* & *l. 4. Reſp. 77.* Berlich. *d. l. n. 106. & ſeqq.* Wurt. *Landr. d. t.* Nach jetzgemeldten. ubi hoc Jus prælationis etiam ad Mulctas & Pœnas Fiſco debitas extenditur, quæ tamen de Jure Civili demum poſt omnia reliqua debita exiguntur *ſeq. §. 48.* add. *Reſcript. de anno 1714. vom 11. April. apud* D. Haberlin *in ſeinem Decaſter Append. N. 171.* Idem quidam extendunt ad expenſas Executionum Criminalium a ſubditis exigi ſolitas, Hahn. *d. l.* Berlich. *n. 109.* quæ tamen onera jurisdictionis eſſe debent. Chemnit. *ib. 89.* In Marchia Brandenburg. conſtitutum, quod Contributiones etiam Creditores ordinario jure ſeparationis gaudentes præcedant, ſub diſtinctione tamen, an Fiſcus concurrat cum Domino in re non collectabili, vel ex qua collecta debetur, & in illa præfertur Dominus, in hac Fiſcus. Dn. Brunnem. *d. tr. §. 11.* & ibi Dn. Stryk. addit, hæc per Reſcripta extenſa eſſe *auf die Chatoul-Güter,* item *wegen derjenige, welche an das Munitz-Regal anvertrauet, etwas ſchuldig verbleiben.* D. Stryk. *in uſu moderno §. 3. h. t.* add. D. Harpprecht *Reſp. 91. n. 112. 203.* & *num. 205. cum ſeqq. Reſp. 93. n. 270. cum ſeqq.* & *conſil. nov. 73. n. 23.*

Regulare in March. Brand.

Chatoul-Güter.

Onera realia. [illegible]

XXXVI. VI. Onera realia rebus ſpecialiter inhærentia, e. gr. Canon emphyteuticus, Decimæ, Cenſus, *Tranck-Steuer, Pacht-Korn-Zinß-Gelt-Gefel-le,* & ſimiles penſiones annuæ ex bonis tributariis, vectigalibus, &c. Dn. Harpprecht. *in Commentar. differ. Jur. Commun. & Wurt. tit. 7. §. adj.* Nach jetzgemeldten. *tit. 73. p. 1. Jur. Provinc. Wurt.* & *conſil. nov. 69. n. 10.* Richt. *D. 3. t. 2. m. 3.* Beuther. *p. 1. c. 11. & cap. 19. arg. L. 17. ff. qui pot. in pign.* ubi Solarium, quod ſuperficiarius ſolvere tenetur, reliquis præfertur, quod autem in illo ſolario, id etiam in omnibus reliquis ſimilibus rei inhærentibus oneribus procedere tradunt Hahn. *d. l.* Carpz. *d. c. def. 10. & ſeqq.* ubi hoc extendit ad Annuos reditus. Quid vero de jure verius ſit, hinc videre eſt ſupra *ad tit. in quib. c. pign. tac. §. 120. & ſeqq.* In praxi tamen multis in locis hujusmodi penſiones ad Primam Claſſem referri docent, & præjudicia confirmant Carpzov. *d. l.* Hahn. *h. t.* qui tamen *Pacht.* refert ad claſſem quartam, add. Plebſt. *ad J. P. 15.* Et. *2. th. 108.* Frommann. *D. de diff. ann. red. th. 32.* Marquard. *de jure merc. l. 2. c. 8. n. 60.* de quo in Conſilio ſuperiori Wirt. d. 13. Mart. 1695. deliberatum & poſtea ſimiliter reſolutum fuit, aliquit ex analogia, licet expreſſa mentio non fiat ſolutum, *der Gult-Frucht;* ducunt tamen *Landr. d. t. 73. §. Nach jetzgemeldten.*

Solarium.

Item Annui reditus?

ibi;

ibi: *daß die Herrſchafft, gemeine Nutz und Obrigkeit den Vorgang habe.* & pangunt extenſiva vocula *oder dergleichen.* add. *p. 2. t. 8. §. 28.* add. Reſcriptum de Anno 1695. d. 14. Martii apud D. Haberlin, *in ſenten. Decaler. N. III. in append.* Dn. Harpprecht *Reſp. 91. n. 127. & 207. cum ſeqq.* VII. Huc refertur ſecundum Jus Saxonicum Pecunia hereditaria, cohæredibus, v. gr. ob adjudicata prædia debita, *Erbgelder.* Carpzov. *def. 16. & ſeqq.* & *l. 6. Reſp. 13.* Berlich. *n. 114. & ſeqq.* Beyer. *poſ. 16. & ſeqq. h. t.* — 7 *Erbgelder de Jure Sax.*

XXXVII. Attamen inter omnes ad primam claſſem relatos & invicem concurrentes etiam certus Ordo obſervari debet vid. Berlich. *n. 122. usque ad fin.* In Ducatu Wurt. Primum locum obtinent Sumptus Judiciales, *die Gantt-Koſten.* (2.) Sumptus funeris. (3.) Mercedes famulorum. (4.) Debita ex adminiſtratione piorum locorum. (5.) Collectæ & Tributa. D. D. Harpprecht. *in C. 60. num. 61. & ſeqq.* In Foro Saxon. collocantur. (1.) Mercedes famulorum. (2.) Sumptus funeris. (3.) Fiſcus ratione collectarum & tributorum. (4.) Pecunia hereditaria, ſicuti hunc ordinem explicat Carpz. *ad d. c. 28. d. 24. & ſeqq.* Sed quæritur, ſi bona in diverſis locis ſita ſint, ad cujusnam loci conſuetudinem & Statuta ſit reſpiciendum? Quoad res mobiles, etiamſi in diverſis locis habeantur, certum eſt, obſervari Statuta domicilii, quia mobilia ſemper videntur eſſe acceſſiones domicilii & ſub loci domicilii Jurisdictione; nam comparata ſunt, ut eo transportentur. Et ſic in Succeſſionibus quoque obſervatur. add. *ſupra ſub fin. lib. 38. ff. de Succeſſ. Jur. Nov. §. 12. & ſeqq.* — *In ipſa tamen claſſe ordo ſervandus. In Duc. Wurt. in Saxonia. Si bona in diverſis locis ſita?*

XXXVIII. Ad Secundam Claſſem pertinent Creditores, qui habent Hypothecam qualificatam, h. e. cum privilegio perſonali conjunctam, qui propter duplex vinculum omnibus reliquis creditoribus, Simplicem tantum hypothecam, licet anteriorem, habentibus, præferuntur. *L. 7. C. qui pot. in pign. N. 97. c. 3.* Tales autem ſunt I. Qui pecuniam mutuam ſpeciatim ad Militiam emendam crediderunt, & de hypotheca expreſſa conventione ſibi proſpexerunt. *l. 27. & Auth. Quod obtinet. C. de pign.* Auth. *Quo jure C. qui pot. in pign. Nov. 97. c. 4. ibi: & expreſſim hoc ſit datum in Inſtrumento.* Stryck. ad Brunnem. *de concurſu credit. cap. 5. §. 26.* Sive militia ſit empta no mine debitoris, ſive no mine filii ſui, vel cognati, Vel ſi diſerte probetur, debitoris voluntatem fuiſſe, ut pro extraneo emeretur. *d. l. 27.* & ibi Salicet. Duplex autem in jure Civili reperitur Militia, Armata & Inermis vel Civilis. Hæc denotat Officium, quando quis in Palatio ſeu comitatu Principis in numerum ſtatutum relatus publicis imperantium muneribus aſſiſtebat, & ex horum munificentia annua ſtipendia & commoda ſive annonas de publico percipiebat. Cujac. *in l. 3. §. 1. verb. ſi quid muneri. ff. de muner.* & *in l. 52. §. 2. ff. de A. E. V.* Talis mi- — *II. Claſſis continet Hypothecam cum privilegio perſonali. verb. gr. 1. Creditores ad militiam emendam. Ampl. Militia hic intellig. civilis, quæ talis?*

ſtea erat Silentiariorum. *l. 5. C. de ſilentiar.* & ibi Perez. Ex hiſce quædam alienari & ad heredes tranſmitti poterant, quædam non. *L. 27. C. de pign. N. 53. c. 5.* & ibi Cothofr. Unde etiam mentio fit venditæ Militiæ *in l. pen. §. 1. & 2. ff. de leg. 3.* & Militiæ emptæ in *L. 52. §. 2. ff. de a. l. empt.* add. *L. 30. §. 2. ff. de muſſ. & ſam. Nov. 53.* Et calis intelliguntur in *d. N. 97. c. 4.* Vid. late ſupra *ad tit. in quib. cauſ. pign. tac. §. 72. 73. 74. & 84.*

An extend. ad eos, qui ad comparandum Officia vel Dignitatem crediderunt?

XXXIX. Hodie DD. hoc jus extendunt ad illos, qui, ut ad Officia publica recipiantur, vel pro adipiſcendis Bullis beneficii Eccleſiaſtici, Commendaturæ, Canonicatus, &c. vel ut ad Equeſtrem ordinem promoveantur, vel Dignitatem Doctoratus, Licentiaturæ & Magiſterii inſignia conſequantur, vid. ſupra *ad tit. de C. E. §. 18. circa fin.* & *ad tit. de Collat. §. 14. & 15.* aliis ſpecialiter mutuam pecuniam dederunt, & de hypotheca expreſſim ſibi proſpexerunt. Hahn. *h. t.* Beuther. *d. tr. l. 2. c. 36. in f.* Quæ tamen extenſio Juri conveniens non videtur, quia privilegia non debent excedere perſonam privilegiatam, nec propter rationis identitatem ultra caſus expreſſos & conſtituentis voluntatem ſunt extendenda, quia potius in ſingulari Principis voluntate, quam ratione conſiſtunt, *§. 6. J. de J. N. G. & C. L. 14. & ſeqq. ff. de LL. l. 1. §. 2. ff. de Conſt. Princ. l. 141. ff. de R. J.* Franzk. *ad tit. de LL. num. 66.* teſtatur tamen Hahn. *d. l.* hanc ſententiam uſu obſervari. Chemnit. *n. 122. & ſeqq.* ubi *num. 124.* *hodie tamen Equitibus conceſſa, ob eas dignitates neutiquam diſtrahenda ſunt.* Dn. Stryck. vero bene ſentit, ſi argumentum à dicta Militia Aulica deſumatur, non aliis Dignitatibus applicandum fore, quam quæ ſalaria habent annexa, vel certos reditus. ad Brunnem. *de Conc. cred. cap. 5. §. 26.*

2. Uxor ob dotem.

XL. II. Uxor quoad dotem illatam repetendam. Olim jure Dig. quidem perſonale tantum habebat privilegium; *L. 19. ff. h. t.* ſed Imperator Juſtin. in *l. un. §. 1. C. de R. U. A.* eidem conceſſit tacitam hypothecam, cui poſtea addidit perſonale privilegium, in *L. 12. C. qui pot. in pign.* vi cujus pertinet ad hanc Claſſem Secundam, & omnibus, ſive expreſſam, ſive tacitam, etiam anteriorem hypothecam habentibus præfertur. late Berlich. *p. 1. concl. 65. n. 6. & mult. ſeqq.* Sed quid hodie h. l. obtineat, jam dictum ſupra *ad tit. in quib. cauſ. pign. tac. §. 19.* & *ad tit. ſoluto matrim. §. 15.* Unde porro colligere licet, quid dicendum, ſi mulier ſciens et obærato nubat. add. Gail. *l. 2. O. 84.* & Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 7. th. 4. lit. H.* Struv. *Exerc. 44. th. 49.* ibique Mullerus. Si Maritum, uxoris culpa, ſcil. luxuria vel mala adminiſtratione rei familiaris, ad inopiam perveniſſe probetur, huic prælationis Juri locus non eſt. *J. P. W. p. 1. tit. 26. §. nicht vorziger.* Fritſer. *de Proceſſ. l. 2. c. 61. num. 4.* Carpz. *d. C. def. 15.* Philipp. *ad deciſ. Elect. 6. O. 4. n. 7.* Beſold. *ad. J. Prov. Wirt. d. t. 75. th. 151.* D. Harp.

Quid hodie, reſpectu mulieris ſcientis?

Harpprecht. *de renunciat. ac quæſtus conjug. §. 141.* Idem dicendum, ſi Uxor una cum marito in ſpecie communem negotiationem aut cauponariam exercuerit. Carpzov. *d. C. def. 25.* Weſenb. *p. 1. conſ. 20. num. 15.* poſt Beuthierum, Chemnit. *th. 143.* add. Gail. *l. 2. O. 90.* Struv. *Exerc. 40. th. 49.* ibique Mullerus.

XLI. Neque hoc privilegio gaudet Uxor putativa; *nam l. 22. §. 1. ff. ſolut. matr.* loquitur tantum de perſonali privilegio, non vero de hypotheca qualificata, vid. ſupra *ad tit. in quib. cauſ. pign. tac. §. 20.* Nec Sponſa de præſenti, ſi ſpe ſubſequentis matrimonii dotem ſolverit, eo vero non ſecuto, dotem repetere voluerit. JCti enim in *L. 17. §. 1. ff. h. t. l. 74. ff. de jur. dot.* loquuntur tantum de privilegio perſonali. Nec obſtat ratio, qua motus Juſtin. in *l. 12. §. 1. C. qui pot. in pign.* conceſſit qualificatam hypothecam. ubi autem eadem ratio, &c. Neg. Maj. quia argumentum ab identitate in privilegiis non procedit. *prac. §. 39.* & Neg. Min. quia dictæ rationes in ſponſa non procedunt. add. ſupra *ad d. tit. in quib. cauſ. pign. tac. §. 17. & 25.* Non Uxor putativa. nec Sponſa. Obj. Reſp.

XLII. Hoc autem Privilegium Mulieribus conceſſum perſonale eſt, nec ad extraneos extenditur, neque ad hæredes tranſmittitur. *L. un. C. de privil. dot. l. 68. l. 196. ff. de R. J. l. 14. ff. de LL. Nov. 91. pr.* Carpzov. *d. C. 28. def. 95. & 98.* ſupra *ad d. t. in quib. c. pign. §. 26.* Hoc tamen nonnulli reſtringunt ad beneficium prælationis perſonale & ad ipſam hypothecæ qualitatem; hypothecam autem tacitam ipſam, tanquam Jus reale, ad heredes tranſire docentes. Carpz. *d. l. def. 99.* Berlich. *d. Concl. 65. num. III.* Dicta limitantur in Liberis uxoris, quibus etiam ipſa qualificata hypotheca & hoc prælationis beneficium competit per *l. 12. §. 1. C. qui pot. in pign. verſ. Exceptis videlicet* & *N. 91. pr. & c. 1.* Liberorum autem nomine veniunt deſcendentes tam primi, quam ſecundi, vel ulterioris gradûs, ut ſunt nepotes, pronepotes, &c. *d. N. 91. c. 1.* modo ex eodem matrimonio, ex quo dos petitur, procreati ſint. *d. l. 12. §. 1. verſ. Exceptis.* Ex hoc autem textu, quod vult Accurſ. & alii, rati Regulam: Privilegia perſonalia perſonam non excedere: in deſcendentibus limitandam eſſe. Verum *d. l.* hoc non probatur; Nam liberi hoc beneficium accipiunt non jure hæreditario vel tranſmiſſionis; ſed ex ſingulari privilegio, à Lege ſpecialiter conceſſo; ideoque cum privilegio uxoris eſt idem ſpecie, non tamen numero. Cuicunque igitur Heredi ſpecialiter non eſt conceſſum à Lege, ad illum nec jure hæreditario tranſmitti poteſt, ſupra *dd. ll.* Carpzov. *d. def. 95. & 98.* Brunnemann. *ad. d. L. 12.* *Wirtemb. Landr. d. t. 75. §. Es ſollen. in fin.* ſupra *ad tit. in quib. cauſ. pign. §. 27.* Datur ſoli Uxori, ejusque Liberis, ex eodem matrimonio natis. Explic. L. 12. §. 1. C. qui pot. in pign.

Tantum ex. dotis, non promissæ, ſed numeratæ, q. probandum. Idem quoad augmentum. *Limit.*

XLIII. Uxori autem, ejusve liberis hoc Privilegium competit, non reſpectu omnium bonorum; ſed tantum ratione dotis. *d. l. 12. §. 1.* Et ſi hoc beneficio uti velint, non ſufficit dotis promiſſio, *l. 1. C. de dot. caut. non num.* ſed ipſa numeratio requiritur. *d. l. 1. d. l. 12. §. 1.* quam Uxor vel Liberi probare tenentur. D. Harpprecht. *C. 60. n. 182. cum ſeqq.* Sola enim Mariti confeſſio non eſt ſufficiens, uti diximus ſupra *ad tit. in quib. c. pign. § 17. 18 & 19.* D. Harpprecht. *Conſil. nov. 69 n. 137.* Et hactenus dicta etiam de Augmento dotis accipi debent, Acceſſorium enim ſequitur naturam principalis: *N. 97. c. 2.* Modo augmentum non tendat in fraudem reliquorum creditorum, hinc ſi Maritus Creditores jam habeat, dos non rebus mobilibus, ſed immobilibus tantum augeri poteſt. *d. N. 97. c. 2.*

An in bonis Paraphernalibus, vel Donat. propter nuptias? Quid J. Sax.

XLIV. In bonis vero Paraphernalibus Uxor non qualificatam, ſed ſimplicem tantum tacitam habet hypothecam, & in tertia Claſſe ex tempore collocatur. *l. f. C. de pact. conv.* vid. ſupra *ad tit. in quib. cauſ. pign. tac. contr. §. 33.* Similiter ab hoc beneficio excluditur Donatio propter nuptias. *l. 12. §. 2. C. qui pot. in pign.* In Foro Saxonico hoc prælationis privilegium locum habet in Dotalitio, quia hoc in locum dotis ſuccedit, eamque abſorbet, quo caſu hanc ſententiam etiam probat Mevius. *p. 1 dec. 173.* Carpzov. *d. C. def. 93. & prac. def. 88.* idem extendit ad dimidiam partem Donorum nuptialium uxori debitam. Confer. ſupra *§. 31. in quibus cauſ. pign. vel hypothec. tacite & §. 47. de jur. dot.*

3. Pupilli, quorum pecunia res comparata. *Ampl.*

Pupillus habet electionem. Dom. & Hyp. quomodo in una perſona concurrant?

XLV. III. Pupilli, & ſimiles, quorum pecunia res aliqua comparata eſt; licet de hypotheca ſpecialiter ſibi non proſpexerint. *l. 7 pr. ff. qui pot. in pign.* ubi particula initialis, *Itemque* reſpicit ad LL. præced. quæ de qualificata loquuntur hypotheca, idem probatur per *L. 3. pr. ff. de reb. eor. qui ſub tut. L. pen. C. de Serv. pign. dat. manumiſſ.* Neque Lex diſtinguit: An res ab ipſo tutore proprio nomine, An à tertio comparata fuerit? Illo tamen caſu, ex benigna Legis interpretatione, in favorem pupillorum conſtitutum eſt, ut Pupillus habeat electionem: An rem ipſam Utili rei vindicatione vindicare: An verò hypothecaria tantùm agere velit? ſicque in una eademque perſonâ circa eandem rem dominium & hypotheca concurrunt, non quidem copulativè, ſed electivè & disjunctivè. ſuprà *ad tit. in quib. cauſ. pign. §. 51.* add. Neguſant. *de pignor. p. 2. m. 4. mem. 163.* Brunnem. *ad l. 8. C. de R. V.* Berlich. *d. concl. 65. num. 141. & ſeqq.*

4. Ad rem comparandam, vel reficiendam domum credentes.

XLVI. IV. Qui pecuniam ſuam ad rem comparandam, vel reficiendum & conſervandum Ædificium crediderunt; Hi enim non ſimplicem, ſed qualificatam, h. e. cum privilegio perſonali conjunctam hypothecam habent, & idcirco omnibus ſimplicibus hypothecariis præferuntur. *l. 7. C.*

qui

qui pot. in pign. N. 97. c. 3. Hypothecam a, ut quis in re tali conſequatur, neceſſaria requiſita explicantur ſupra *ad tit. in quib. c. pign. tac. §. 10. & ſeqq.* Fit que vel ex L. diſpoſitione, vel expreſſa conventione. Illo caſu, ſi credidit in domus collapſæ vel collapſuræ refectionem, *L. 1. ff. in quib. cauſ. pign. tac. contr.* & hoc ratione ædium ſingulari Jure datum eſt. Qui autem in refectionem rerum aliarum, (quam domus,) credidit, hoc Privilegium non conſequitur. Conſeq. pignus ex Legis diſpoſit. ut. aditum. Si in refectionem aliarum rerum req. 1.

Ampl.

Fuit (1.) in ſpecie crediderit ad rem illam reficiendam, (2.) Ut è mutui pecunia credita res revera confecta, vel in iſtum uſum verſa ſit. Struv. *Exerc. 22. th. 49.* ibique Mullerus. Sic extenditur ad eos, qui ipſi, vel alii juſſu illorum, ligna ejus rei gratia tradiderunt. *Holtzſchuher*, B. tit. 10. *d. l. 1.* nec officit, ſi Creditor majorem ſummam, quam opus erat, ſed debitoris dolo perſuaſus crediderit. *l. 1. §. 10. ff. de exerc. act.* Et hæc duo requiſita ad creditum in refectionem domus ſufficiunt. Chemnit. *th. 170. & ſeqq.* (3.) Ut ipſe Creditor, in re ſua pecunia refecta, ſtatim ab initio de hypotheca ſpecialiter ſibi proſpexerit. *L. 7. C. qui pot. in pign. l. 17. C. de pignor.* quo intermiſſo, ſecundum veriorem Juris Civilis ſententiam, privilegium tantum perſonale conſequitur. *l. 26. l. 30. ff. h. t.* infra §. 57. add. Berlich. *d. concl. num. 142. & ſeqq.* Mevius. *p. 4. dec. 310.* Verum, ut etiam qualificatam habeat hypothecam, & in hac ſecunda Claſſe collocetur, expreſſa conventione & ſtatuto locali de hypotheca in re illa opus habet. *H. Landr. d. 1. §.* Folgends ibi: *Es were dann, daß einer zu nothwendigem Bau und Erhaltung deſſelben Guths, geliehen, und daſſelbe Guth ihme zum Unterpfand austrücklich eingeſetzt.* D. Harpprecht. *Reſp. 93. n. 156. cum ſeqq.* add. ſupra *ad tit. in quib. c. pign. §. 79. & 80.* Nec obſt. *l. 5. & 6. ff. qui pot. in pign. N. 97. c. 3. pr.* nam. *in dd. ll.* præſuppoſita legitima conſtitutione, agitur tantum de jam acquiſitæ hypothecæ prælatione, uti explicatum ſupra *ad d. tit. §. 80.* Vel ex conventione. Obſ. Ampl.

XLVII. Hanc qualificatam hypothecam DDres ſimiliter extendunt, ſi Creditor, qui pecuniam mutuo dedit ad rem comparandam, probare poſſit: (1.) In illam rem emendam demum eſſe creditam, Non ergo ſufficit, ſi ſimpliciter crediderit, licet per accidens pecunia illa res empta ſit. *l. 3. §. 17. ff. de tribut. act.* Nec ſi quis ad pretium rei jam emptæ exſolvendum crediderit, zu *Abtragung der rückſtändigen Kauff-Termine.* Carpz. *d. l. def. 148.* (2.) Ex pecunia credita rem eſſe comptam. (3.) Eamque pignori ſpecialiter acceptam, *d. l. 7. & 17.* quod præjudicio ſic nat Hahn. *ibi. cit.* ita enim expreſſe conventum atque ſtatutum eſſe debet. add. Brunnem. *d. c. 5. §. 40.* & ibi Dn. Stryck. Chemnit. *th. 180. & 190.* vid. omnino ſupra *ad d. t. §. 81.* Porro etiam extendunt ad illum caſum, ſi quis rem vendiderit, fide quidem de pretio habita, ſibi autem reſervavit hypothecam, donec de pretio ſatisfactum. Carpz. *p. 2. c. 28.* Si pecunia ad rem comparandam credita, req. 1. 2. 3. Si hypoth. reſervata,

dantes ſuſceſ-ctum de pre-tio.

c. 28. def. 20. num. 4. & Gail. *l. 2. O. 15. num. 7.* Berlich. *d. p. 1. concl. 60. num. 32.* Mauritt. *Conſil. Chilon. 9. n. 6. & 19. p. 1.* D. Frommann. *in Diſſ. de tradit. th. 38. & 39.* & *prae. §. 17.*

5. Fiſcus, in bonis debitoris poſt con-tractum quæ-ſitis.

Non vero in pœnis.

XLVII. V. Fiſcus, in bonis ſui debitoris poſt contractum quæſitis, qualificatam hanc hypothecam habet. *l. 28 ff. de Jur. fiſc. l. 4. C. de priv. fiſc.* late ſupra *ad tit. in quib. cauſ. pign. tac. §. 10.* Sed hoc locum tantum ſortitur in debitis ex contractibus, non vero ex delictis deſcendentibus, vel in pœnis. Nam Fiſcus in his de J. Civ. nullum habet privilegium, ſed malis etiam chirographariis poſtponitur. *l. un. C. de poen. fiſc. cred. l. 11. l. 17. l. 37. junct. l. 10. ff. de jure fiſci.* Quid vero hoc caſu Jure Saxonico, Wurtembergico, & Lubecenſi obtineat, diximus ſupra *ad d. t. in quib. cauſ. pign. §. 11. ubi Reſp. ad obſ. l. 46. §. 3. ff. de Jur. fiſc. & §. 13. quod hodie loca Municipalia eodem Jure gaudeant.* D. Harpprecht. *Conſil. 60. n. 138.*

Creditores et II. Cl. concurrentes ex tempore collocantur.

Obj.

Reſp.

XLIX. Hi Creditores Secundi ordinis vel Claſſis, ſi concurrant, ex tempore collocandi; ita, ut prior tempore potior ſit jure. *L. 2. l. 8. C. qui pot. in pignor. c. 54. de R. J. in 6.* item per *l. 12. §. 1. in f. C. d. t.* & *Nov. 97. c. 1. in med.* ibi *Superiorem eſſe priorem.* Carpz. *d. C. 28. def. 65. n. 3.* Non obſt. *N. 97. c. 3. in f.* ubi non ſimpliciter dicitur, mulierem eſſe præferendam; ſed agitur de creditore poſteriore, qui ad rem emendam, vel reparandam, pecuniam credidit. *d. N. vers. Quæſitum.* ibi Accurs. *verbo. poſterior* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 24. th. 7. lit. B.* Perez. *in C. tit. qui pot. in pign. n. 18* & *ad tit. de Jur. dot. n. 24.* Privilegiatus enim contra æque privilegiatum nullo gaudet privilegio *l. 11. §. pen. ff. de minor.* Dotis vero hypothecam qualificatam non ex tempore ſolutionis, ſed promiſſionis computandam eſſe, diximus ſupra *ad tit. in quib. cauſ. pign. §. 17.*

Exceptio.

A prædicta tamen regula excipiuntur, & primo ſtatim loco ponuntur Credentes ad militiam emendam, ſi (1.) Specialiter ad eandem crediderint. (2.) ſub expreſſim conſtituta hypotheca, & (3.) hoc factum ſit in Inſtrumento teſtibus ſignato. *Nov. 97. c. 4.* add *prae. § 38.*

III. Claſſis. Simplices hypothecarii.

L. Tertia Claſſis continet Simplices hypothecarios, qui nudam hypothecam abſque privilegio perſonali habent. Hi poſtponuntur omnibus Primæ & Secundæ Claſſis: & præferuntur omnibus Quartæ & Quintæ Claſſis Creditoribus. Hypotheca autem quando conſtituatur, ſupra ad *Lib. ff. XX. Tit. 1. §. 13. & ſeqq. & Tit. 2.* diximus.

Si plures concurrant, collocantur vel ex modo hypoth. conſtituendi.

LI. Plures Hypothecarii, ſi concurrant, collocantur vel ex modo hypothecam conſtituendi, & acquirendi, vel ex tempore. Ex modo, illi, qui acceperunt hypothecam authoritate Magiſtratus: arg. Auth. *Si quis. C. qui pot. in pign.* vel habent hypothecam in Inſtrumento publico; vel à tribus teſtibus

ſtibus ſubſcripto conſtitutam: præferuntur his, qui ex privato Inſtrumento habent, licet hi tempore priores ſint. *L. 11. C. d. t.* Quod tamen in foro Saxonico non obſervatur. Carpz. *p. 2. c. 23. def. 9.* Si vero æquales ſint ratione conſtitutionis, ex Tempore collocantur, ita, ut anteriores poſterioribus præferantur, per Reg. Qui prior tempore, potior eſt jure. *L. 2. L. 8. C. qui pot. in pign. c. 54. de R. J. in 6to.* late Bachov. *d. D. 24. th. 6. Lit. F.* uti ſingula hæc ſupra *ad Tit. qui potiores in pign.* cum ſuis ampliationibus & limitationibus jam explicavimus.

vel ex tempore.

LII. Quarta Claſſis continet creditores privilegiarios, qui ſimplex privilegium perſonale habent; vi cujus Chirographariis quidem præferuntur, omnibus autem realem actionem, ſicque jus in re habentibus poſtponuntur. *L. 9. C. Qui pot. in pign. l. 10. pr. ff. de pact.*

IV. Claſſis. Privilegiarii.

LIII. In ſpecie hoc privilegium Perſonale exigendi ſimplex de Jure Civili quibus competit, ſunt I. Depoſitarii, *h. l.* ita dicti, qui apud Argentarios ſive nummularios depoſitam pecuniam habuerunt, *l. 7. §. 2. l. ff. depoſ. l. 24. §. 2. ff. h. t.* quia eam domi non ſatis tutam exiſtimant, ita cuſtodiendam dabant; *dd. ll.* Pancirol. *var. lect. l. 1. c. 31.* hic autem requiritur, ut pecunia depoſita non amplius extet, (extans enim vindicari poteſt. vid. *præc. §. 15.*) nec pro pecunia depoſita uſuræ promiſſæ, vel ex poſt facto acceptæ ſint. *d. l. 7. §. 2. d. l. 24. §. 2.* Caroc. *de depoſ. p. 2. q. 27. n. 7. & ſeqq.* Cum autem *dd. ll.* loquantur de iis, qui apud menſam nummulariam, fidem publicam ſecuti, depoſuerunt: idque propter neceſſarium uſum argentariorum ex utilitate publica ita receptum ſit *d. l. 8.* hoc privilegium ad alia Depoſita privata de Jure Civili non videtur extendendum. Noſtris tamen Moribus communi hoc privilegio utuntur, tam qui apud depoſitarios generales alicujus Civitatis, e. g. *in den Banco*; Rodriquez. *de Conc. cred. p. 1. art. 6. n. 44.* vel ratione officii pecunias depoſitas recipientes depoſuerunt; quam qui privatis res gratis cuſtodiendas tradiderunt. Rodriq. *d. l. n. 49.* Carpz. *d. C. 28. def. 150.* Berlich. *d. p. 1. concl. 70. n. 2.* Richter. *d. tr. c. 5. n. 10.* & dd. AA. limit. in Depoſito neceſſario & Judiciali, hoc & arreſtantibus & hypothecariis præferentes. Carpz. *def. 151.* add. Hahn *N. IX.* Hæcque dicta non de pecunia tantum; ſed & aliis ſimilibus rebus depoſitis accipit B. Dn. Parens, *Diſſ. de priv. cred. perſ. th. 19. & 20.*

Verb. gr. Depoſitarii. h. l. qui talceſ

Limit.

De Jure Civ. non pertinet ad omnes; Sed ex Dd. ſententia.

Limit. Ampl.

LIV. Sed quoniam Privilegia ex cauſa æſtimantur, *l. 32. h. t.* inter Doctores controvertitur; An hæc cauſa Depoſiti ſit favorabilior, ut Deponens aliis Privilegiariis concurrentibus præferatur? Nam dicitur in *d. l. 7. §. 2.* quod deponens ſit ante: & in *d. l. 24. §. 2.* quod ſit poſt privilegia. Ad hos textus conciliandos quidam accipi volunt *d. l. 7. §. 2.* de privilegio perſonali, ita, ut deponens huic præferatur; ſed *d. l. 24. §. 2.* de privile-

An deponens concurrentibus aliis privilegiariis præferendus ſit?

giis realibus, ita, ut hypothecarius quidem poſtponatur, reliquis vero perſonalibus præferatur. Verum huic rationi quamplurimi contradicunt, quia verba ſecundum ſubjectam materiam ſunt accipienda. In Tit. autem *de reb. aut. jud. poſſ.* agitur de perſonalibus privilegiis, ergo *d. l. 24. §. 2.* de iis accipienda; eoque magis, quia Hypothecæ in jure noſtro proprie non vocantur Privilegia, ſed ſibi invicem ut plurimum opponuntur, ut in *L. 9. C. qui pot. in pign.* Alii accipiunt *d. l. 24. §. 2.* de caſu, quo res depoſita conſumpta, & *d. l. 7. §. 2.* de depoſito adhuc exiſtente. At ſeq. *L. 8.* expreſſe dicitur, quod non tantum locum habeat in pecunia depoſita reperta; ſed etiam in omnibus fraudatoris facultatibus, ſcil. re depoſita conſumpta. add. ſupra *ad tit. depos. §. 39.* Franzk. & Bachov. *loc. ibi cit.*

Conciliatio l. 7. § 2. ff. depos. & l. 24. §. 2. ff. de reb. aut. jud. LV. Præſuppoſito igitur, *d. l. 24. §. 2. & d. l. 7. §. 2.* intelligendas eſſe de privilegio perſonali, & quidem ſi res depoſita conſumpta ſit, tunc diſtinguendum eſt: An deponens uſuras acceperit, an non? illo caſu à cæteris Creditoribus non ſeparatur, eo ipſo enim huic beneficio renunciaſſe videtur. *d. l. 7. §. 2. ff. depoſ. d. l. 24. §. 2. ff. h. t.* vid. Brunnem. *ad L. 7. n. 1. depoſ.* Stryck. ad Brunnem. *de concurſu credit. c. 5. n. 61.* D. D. Harpprecht *in Diſſ. de credit. ad creditorum cum propediem decollato præcipue mota §. 20. ubi limitant.* Sin uſuras non acceperit, iterum diſting. an deponens rei depoſitæ uſum depoſitario conceſſerit, an non? illo caſu, ſive conceſſerit expreſſe, ſive tacite, e. gr. pecuniam ſaltem numeratam, non vero obſignatam ſimpliciter depoſuerit; *l. 13. ff. locat.* habet quidem privilegium perſonale; ita tamen, ut nudis Chirographariis præferatur, reliquis vero perſonaliter privilegiatis poſtponatur. Tabor. *Tr. Vol. 2. p. 217 ſeqq.* Et ita accipienda eſt *d. l. 24. §. 2.* Ratio eſt, quia hoc in caſu depoſitum eſt maculatum, uti Caroc. *d. n. 19.* loquitur, ſufficit enim, ſi res in genere reſtituatur, & proxime ad Mutuum accedit. ſupra *ad tit. Depoſiti §. 5.* propterea etiam reſtringitur hoc privilegium, nec deponens eo integro gaudet, licet de cætero quoad animum & voluntatem contrahentium ipſum depoſitum ſuſtineat. Hoc vero caſu, ſi, uſu non conceſſo, res in ſpecie reſtituenda foret, ſed depoſitarius re depoſita nihilominus ſit uſus, Deponens ita gaudet privilegio, ut reliquis privilegiatis ex ſpeciali legis auxilio præferatur *d. l. 7. §. 2.* junct. *l. ſeq. 8. ff. eod.* (ubi depoſitarius, *de quo in d. l. 7. §. 2. fraudator* dicitur, quia contra deponentis voluntatem re depoſita uſus eſt,) manet itaque Regulare depoſitum. C. I. A. *b. 1. ib. 37. n. 5.* ſupra *ad tit. Depos. §. 39.* & idem probat Franzk. *ad tit. qui pot. in pign. n. 48.* Jure Lubecenſi talis deponens in primam claſſem refertur, & dicitur *Wegen treuer Hand, welche durch Untreu verrückt iſt.* Mev. *ad J. Lubec. l. 3. t. 1. art. 12. n. 24.*

Diſt. an Depon. uſuras accep.

An non & ſub diſt.

An uſum conceſſerit, quomodo?

An non?

LVI.

2. Reſpublic. creditrix. Obj. Reſp.

LVI. II. Res publica Creditrix. *l. 38. §. 1. ff. h. t. de reb. aut. jud. poſſ. junct. l. 2. C. de jur. Reip. l. 9. C. de Jure dot.* Nec obſt. *l. 8. ff. qui pot. in pign.* ubi præfertur Fiſco; de quo tamen vid. *præced. §. 48.* Reſpond. Reſpublica in *d. l. 8* præfertur non ob privilegium hoc perſonale, ſed propter expreſſam hypothecam anteriorem, de qua expreſſa conventione, *ut in d. l. 8.* ſpecialiter ſibi proſpexit. Wibel. *D. de jure prælat. th. 8.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 27 th. 7 Lit. F. in fin.* & poſt alios d. Diſp. *de priv. cred. th. 21.* Et hoc quoque noſtris moribus obtinet in reliquis Civitatibus. Quamvis enim reſpectu urbis Romæ privatorum loco habeantur, & bona illarum abuſive publica dicantur, *l. 15. l. 16. in f. ff. de V. S.* commune tamen habent ærarium, & reſpectu ſingulorum civium quodammodo Reſpublicæ dici poſſunt. *d. Diſp. th. 21 & ſeqq.* D. Harpprecht *Diſſer. Jur. creal. & Marchic. Badens. p. 4. th. 51.* Quantum vero ad Civitates Imperiales, add. *præc. §. 48.* & *ad tit. in quib. cauſ. pign. §. 12. 13.*

Hodie pertinet ad reliq. Civitates.

3. Qui navis cauſa credidit.

LVII. III. Ille, qui in navem fabricandam vel emendam, vel armandam, vel inſtruendam, vel in genere Navis cauſa nominatim pecuniam aliamve rem credidit, & ſpecialiter ſibi de hypotheca non proſpexit. *l. 26. l. 34. ff. h. t.* Bachov. *d. D. th. ult. Lit. E.* add *præc. §. 44.* Et hoc non quidem ſtricto jure, ſed propter æquitatem extenditur ad eos, qui in alias res emendas, conſervandas & extruendas ſimili modo crediderunt, hancq; ſententiam in judicando communiter obſervari, ab eaque recedendum non eſſe, teſtatur Hartm. Piſtorius, Carpzovius, Richterus, *in d. Diſp. th. 29. in f.* Harpprecht *Conſil. 46. num. 41.*

Quod extenditur ad alias res.

4. Sponſa repetens dotem prænumeratam.

LVIII. IV. Sponſa in repetitione dotis prænumeratæ, nuptiis non ſecutis. *l. 17. §. 1. ff. h. t. l. 74. ff. de jur. dot.* arg. *l. 27. C. de inſtam. l. 32. in f. C. de appellat.* Hahn *h. t. N. V.* Bardili. *Concl. ex 21. th. 16.* Jure Würt. huc refertur Merces domus alteri locatæ, *der jahrliche Hauß-Zins. W. Landr. d. t. 75 §. Wo oberzehlt.* ibi Beſol. *th. 154.* Jure Saxonico hoc privilegium habent cauſæ piæ, & alimenta. Carpz. *d. c. 28. def. 152.* add. Berlich. *d. concl. 70. n. 11.* Illi, qui pecuniam gratis & ſine uſuris crediderunt. Carpz. *def. 153.* Berlich. *n. 14.* Venditor in reſiduo pretii, qui ſibi de cætero non proſpexit. Carpz. *def. 154.* Berlich. *n. 15.* A nonnullis plures adhuc annumerantur, ſed vel ad prædictas claſſes jam pertinent, vel Statuto loci ſingulare quid obtinet.

Si plures concurrant.

LIX. Si autem plures privilegium perſonale habentes concurrant, omnes ſimul pro rata admittuntur. *l. 7. §. ſ. ff. depoſ. l. 15. §. 18. ff. de damn. infect.* Carpz. *d. C. 28. def. 149.* quidem generaliter tradit, omnibus pro rata, ſecundum proportionem geometricam, ſolvendum eſſe, etiamſi diverſitas temporis in illis

 fuerit;

fuerit; Berlich. d. Concluſ. 70. n. 26. hæc enim privilegia non ex tempore æſtimantur, ſed ex cauſa. l. 32. ff. h. t. ibi porro dicitur: *& ſi ejuſdem tituli fuerint, concurrunt.* Ergo ſi ejuſdem tituli non fuerint, etiam non concurrunt. Sicque diſtinguendum eſt: An omnes creditores in hac claſſe ſint ejuſdem conditionis, an non? Priori caſu, e. gr. ſi plures ſint deponentes, omnes ſimul concurrunt, & pro rata iis ſecundum dictam proportionem ſolvitur. *l. 7. §. 3. ff. depoſ.* Poſteriori caſu, ſi ſcil. diverſi ſint tituli, tunc præfertur, cui Lex ſpecialiter & nominatim magis favorabilem cauſam dedit. *d. l. 32.* & ſic de Deponente vid. *præc. §. 55.* Si autem ex concurrentibus privilegiatis nullus fortiorem prærogativam acceperit, licet diverſi ſint generis ſive cauſæ, omnes ſimul ſine ordine admittuntur, ut omnibus æque, aut ſi bona debitoris non ſufficiant, ipſis pro rata ſatisfiat. Berl. *d. l. n. 28.* Hartm. *l. 2. O. 11. n. 4.* Rodriguez. *d. l. art. 2. n. 7.* add. *præc. §. 25. in med.* Nam privilegium hoc ſe extendit non tantum e. g. ad domum extructam; ſed ad omnia debitoris bona, donec ſatisfactum. *l. 24. §. 1. l. 26. l. 34. ff. h. t.* quæ LL. indefinite loquuntur. d. Diſp. *th. 49. & 50.* Quær. An ad hæredes hoc privilegium tranſeat? Diſting. An huic privilegio ſingularis favor perſonæ defuncti cauſam dederit; An propter cauſæ conditionem conceſſum ſit? hoc caſu tranſit, illo non item. *l. 19. §. 1. ff. h. t.* junct. *l. 68. l. 196. ff. de R. J.* Similiter diſt. in Succeſſoribus ſingularibus Arias de Meſa, *l. 1. Reſol. c. 20. n. 26.* Sande, *de act. ceſſ. c. 9. n. 6.* d. Diſp. *th. 45.* ſeqq.

Diſting. an ſint ejuſdem conditionis an diverſæ?

An hoc privileg. tranſeat ad ſucceſſores univerſales, & ſingulares?

LX. Ad Quintam Claſſem pertinent reliqui Creditores Chirographarii, ſive ſimplices, *l. 38. §. 1. ff. h. t.* qui ſcil. ſimplicem ſpecialem actionem habent. *l. 74. ff. de Jure dot.* Chirographarii communiter dicuntur, qui nullam in concurſu plurium Creditorum prærogativam, nec hypothecam, nec perſonale privilegium; ſed ſolam & nudam perſonalem actionem habent: idque ſive chirographo, ſive per teſtes, ſive alio modo ſuum probent creditum; Carpz. *d. C. def. 119.* unde etiam rei convenientius ſimplices, ſive nudi creditores vocantur. *Gemeine Glaubiger.* Hahn. *d. N. 3. circ. fin.* *Berl. p. 1. concl. 71. n. 2.* Struv. *Exerc. 44. th. 57.* ibique Mullerus. Inter hos concurrentes nullus temporis reſpectus habetur, ſed omnibus pro rata, ſecundum proportionem geometricam, ex bonis creditoris, vel ex reſiduo, ſatisfieri debet. *l. 6.* ibi Brunnem. *C. de bon. auct. jud. poſſ. l. 10. quæ pot. in pign.* Hartm. *t. 27. O. 13. n. 3.* Carpzov. *def. 138.* Richter. *D. 11. c. 6.* Mev. *ad J. Lub. l. 3. t. 1. art. 12. n. 61.* Notandum tamen, hos Creditores quandoque ſeparatim eſſe vocandos; ut, ſi quis diverſas negotiationes (puta ſagariam & lintearium) exerceat, & ſic diverſos habeat creditores, in qualibet negotiatione ſolum erunt audiendi, quia unusquisque rei magis, quam debitori credidit. Idem eſt dicendum, ſi quis diver-

V. Claſſis ſimplices Chirographarii quinam?

Si plures concurrunt, ſimul vocantur.

Limit. Si quis diverſas habeat negotiationes, vel tabernas?

diverſas habeat tabernas, v. gr. Lipſiæ, Francofurti, &c. debitore ad inopiam vergente, creditores Lipſienſes ſolum audiendi ſunt in bonis, quæ Lipſiæ ſunt; &c. ne ex alterius re merceve alii damnum ſentiant. *l. 5. §. 15. & 16.* ibi Brun. *ff. de tribut. act.* poſt Stracham, Magonium & alios, Berlich. *concl. n. 6.* vid. Lauterb. *Exerc. 26. concl. For. 14.* Struv. *Exerc. 44. th. 65.* ibique Mullerus. De cætero cujusque loci Statuta attendenda eſſe, jam ſupra monuimus. add. *prec. §. 26.*

TIT. VI.
DE SEPARATIONIBUS.
Cod. *Lib. 7. Tit. 72.*
§. I.

Dictum eſt in *præced. tit. §. 13. & 18.* quod Creditores quidam præferantur extra concurſum Jure Separationis, hæcque fiat vel Jure ordinario, de qua *in d. §.* jam actum; vel Jure Extraordinario & prætoris beneficio, de qua *in h. t.* Continuatio. Separatio, quæ fit Jure extraordinario.

II. Separationis nomen deducitur à verbo Separo, quod de variis rebus prædicatur. *l. 1. §. 1. ff. de J. & J. l. 13. in f. ff. quib. mod. uſusfr. am. l. 25. §. 1. ff. de uſur. c. 2. & 3. x de divort* hic vocatur Separatio bonorum *rubr. C. de reb. auth. jud.* Remedium indemnitatis, *l. 2. C. d. t.* à Dd. Beneficium Separationis. Voc. Separationis Etymolog. Synon. Eſtque Auxilium prætoris, quo, Poſtulantibus Creditoribus hereditariis, cauſa cognita, bona defuncti à proprio heredis patrimonio eum in finem ſejunguntur, ut illis exinde primo omnium ſatisfiat. Definitio. Hujusmodi caſus eſt in *l. 1. §. 1. ff. h. t.* B. Dn. Parens, *Diſp. 4. Separat. cap. 1. §. 5.*

III. Cauſa Efficiens hujus Remedii eſt Prætor Romanus, docente Imp. Gordiano. in *l. 2. C. h. t. de bon. r. auth. Jud. poſſ. & de ſepar. bonor.* Et Imp. Juſtinianum illud approbaſſe teſtis eſt *tit. ff & C. de Separat.* C. Eff. Imp. Cauſa movens eſt Æquitas, *l. 1. §. 1.* ibi: *eſt igitur æquiſſimum, Creditores Sejo deſiderantes ſeparationem, audiri ff. h. t.* Etenim Jure communi per aditionem confuſio inter bona defuncti & heredis inducitur; *N 48. pr.* Prætor vero diſtinguit iſta patrimonia, ne alteri per alterum iniqua conditio inferatur. v. gr. ſi quidem defunctus, minime vero heres, ſolvendo fuerit. Nam iniquiſſimum eſſet, Creditorum defuncti debitoris conditionem fieri deteriorem ex facto heredis *d. l. 1. §. 2.* Carpz. *J. F. p. 1. C. 28. def. C. num. 5.* vid. Menoch. *l. 3. praſ. 142.* Ad l d. Diſp. *c. 2 §. 4.*

IV. Prætor hoc beneficium conceſſit non immediate, ſed mediante ſpeciali Decreto; *l. 1. pr ff. h. t.* & in *ſeqq. §. 14.* etiam Præſidis notio admittitur; quia olim Separatio tantum vel à Prætore, vel à Præſide impetranda erat. Hodie Conceditur mediante Decreto.

 omnes

Hodie à magiſtratu inferiore.

omnes Magiſtratus ordinarii, inferiorem Juriſdictionem *Erb-Gericht* habentes, Separationem decernere queunt: modo hæc cauſa ipſis ſit ſubjecta, Struv. *Exerc. 44. th. 63.* ibique Mullerus. Unde ſuboritur quæſtio: An domicilium defuncti, an heredis h. l. attendendum ſit? Et quamvis extra controverſiam heres in foro defuncti conveniendus ſit? ſupra *ad tit. de judic. §. 57.* Separationem tamen in

Si ſit heredis judex competens.

loco domicilii heredis concedendam eſſe, verius videtur: quia hoc in caſu creditor contra defunctum nec ratione fori jus quæſitum habuit: nam hoc remedium demum poſt ejus mortem competere cœpit; nec heredem ex perſona defuncti, ſed ex propria ipſius perſona convenire poteſt, proinde & illius forum ſequi tenetur. d. Diſp. *cap. 2. §. 6.* Diſſent. Schilter. *ad ff. Ex. 46. §. 46.*

Sed præcedat 1. Partis petitio. Si non petant omnes, Aliis non præjudicant.

V. Decretum autem præſupponit Cauſæ Cognitionem; ſed Magiſtratus officium ſuum non niſi imploratus impertitur; proinde hoc loco petitione Creditorum opus eſt. *l. 1. §. 1. ff. l. 2. l. 7. C. h. t.* Si ergo unus vel plures petant Separationem, alii non, tantum petentibus conceditur, Sed nec unus pluribus, nec plures uni præjudicant, ſed non petentes creditoribus heredis annumerantur, quia hujus fidem ſequuti ſunt *d. l. 1. §. 16.* illi autem ex pluribus pauci Separationem obtinentes tantum ſunt conſecuturi ex bonis defuncti, quantum habuiſſent, ſi omnes creditores defuncti Separationem petiiſſent. Dn. Voet. *h. t. num. 3.* Quoniam autem certa actio hic prodita non eſt, hoc auxilium petitur

Petitio ſit Implorat. off. jud. Etiam per alios.

Imploratione Nobilis Judicis Officii. Hahn. *ad W. h. t. N. VI.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 24. th. 5. lit. H.* Gail. *de P. P. l. 2. c. 16. num. 15.* Nec refert, creditores, qui tamen liberam rerum ſuarum habeant adminiſtrationem, an ipſi petant, an per alios, ſpeciali mandato ad hoc, ceu magni præjudicii negotium, inſtructos, poſt alios, d. Diſp. *d. c. 2. §. 8. & 9.* In Pomerania hæc petitionis

In Pomerania.

neceſſitas eſt ſublata, ſed Separatio ipſo jure tanquam privilegium perpetuum, defuncti creditoribus competit. Mev. *p. 1. dec. 254. & p. 5. dec. 150.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.*

2. præcedat Judicis cognitio. Ratione creditoris.

VI. Magiſtratus vero Separationem petitam non indulget, niſi prævia cauſæ congnitione, *d. l. 1. §. 14. ff.* & *d. l. 2. C. h. t.* ſcilicet: An Separationem poſtulantes ſint creditores Seji defuncti? *d. l. 2. l. 5. ff. h. t.* annon fidem heredis elegerint, illamque novando, vel alio modo ſecuti fuerint? *d. l. 2. l. 1. §. 10. ff. h. t.* An bona defuncti & heredis ita mixta & confuſa ſint, ut adhuc ſeparari queant? *d. l. 1. §. 12.* fruſtra enim peteretur Separatio, ſi hæc amplius fieri nequiret, Itidem ſi res ipſo jure ſeparata eſſet. An Titius hæres non ſit ſolven-

Ratione heredis.

do? *d. l. 1. §. 1. l. 6. ff. l. 7. C. h. t.* Annon hoc remedium temporis præſcriptione aliove modo ſit extinctum? *d. l. 1. §. 13.* Præterea ut d. Cognitio legitime fiat,

&

Heres & cred. citandi.

& heres & creditores citari debent. *l. 39. ff. de adopt. l. 47. ff. de re jud.* Joh. à Sande, *ad l. 71. ff. de R. J.* d. Disp. *d. l. §. 2.*

Qui ſint Creditores.

ex quacunque cauſa.

Etiam ex delicto quando?

In diem, & ſub conditione

Excluditur debitum naturale, & exile nomen.

VII. Hoc Separationis beneficium datur Creditoribus Hereditariis, quorum conditio per hereditatis aditionem, ex facto & perſona heredis, facta eſt deterior *d. l. 1. §. 1. & 2. d. l. 2.* Requiritur itaque, ut ſint (1.) Creditores, *d. l. 1.* hoc vocabulo late ſumpto, ut omnes comprehendat, quibus ex quacunque cauſa aliquid ita debetur, ut exigi quandocunque poſſit; *d. l. 2. d. l. 1. §. 1. & per tot. ff. h. t. l. 10. §. 2. ff. qui & a quib. man. l. 10. l. 11. l. 12. ff. de V. S.* etiam ex delicto, *d. l. 12.* ſed tunc demum, ſi morte debitoris actio competens extincta non ſit d. Disp. *cap. 5. §. 1.* Nec porro refert, ſive aliquid debeatur Civili, ſive Prætorio Jure, ſive actionis, ſive juris Perſecutionis ordinariæ vel extraordinariæ arg. *d. l. 10.* Etiam Creditores, quibus in diem vel ſub conditione aliquid debetur. *l. 4. pr. ff. h. t. l. 42. pr. ff. de O. & A. d. l. 10.* Dn. Voet. *ad h. t. n. 2.* late in d. Disp. *d. cap. 5. §. 2.* Quoniam autem ad obtinendam Separationem requiritur, ut, quod debetur, quandoque exigi poſſit, eo ipſo excluditur, cui natura tantum aliquid debetur, nam Jure Civili non producit actionem, nec dicitur creditor. *d. l. 10.* Item qui perpetua exceptione ſubmoveri poteſt. *l. 55. ff. de V. S. junct. l. 66. & l. 112. ff. de R. J.* d. Disp. *§. 3.*

Hereditarii, qui tales? Legatarii, Fideicommiſſarii, ſub condit.

Obi. Reſp.

m. c. Donat.

Legatarii quando?

Non qui petunt Legitimam.

Ratio.

Si credit. & legatarii concurrunt.

VIII. (2.) Hereditarii, *d. l. 1. C. l. 5. ff. h. t.* quorum nempe obligatio ex voluntate & facto defuncti originem trahit. Hinc etiam defuncti Legatarii & Fideicommiſſarii, tanquam creditores Hereditarii, ad hoc beneficium admittuntur; *l. 6. pr. ff. h. t. l. 40. ff. de O. & A.* D. Harpprecht, *C. 18. n. 260. & Reſp. 15. n. 471.* licet ſub conditione aliquid legatum ſit. Non obſt. *l. 42. ff. d. t.* nam in cauſa Separationis Legatarii conditionales creditoribus hereditariis annumerantur; *d. l. 40.* unde & cautione ipſis conſulitur. add. ſupra *ad tit. ut legat. ſerv. c. cav.* Item Donatarii mortis cauſa in genere. per *l. 37. ff. l. f. C. de m. c. donat.* Sed quæ de Legatariis dicta, intellige ſi res aliena, aut in genere, aut conditionaliter legata, & præſtatio ex confuſo heredis patrimonio facienda ſit. Si autem res ipſo jure ſeparata, fruſtra de ejus ſeparatione agitur. Ex qua ratione Liberi ratione Legitimæ huc non pertinent, cum ratione juris in re, mediante familiæ erciſcundæ judicio, omnibus præferantur. vid. latius de his ſingulis d. Disp. *c. 2. §. 4. 5. 6. & 7.* D. Bardili. *exerc. 22. concl. Fer. 3.* Si tamen defuncti Creditores cum Legatariis concurrant, illis ſingulis, etiamſi nudi chirographarii eſſent, primo omnium eſt ſatisfaciendum, & de eo, quod ſupereſt, legatum vel ſolidum vel pro rata erit præſtandum. *l. 4. §. 1. l. 6. pr. ff. h. t. ult. C. h. t. l. f. C. de jure delib. ubi ratio.* Mev. *p. 7. dec. 206.* add. ſupra *ad tit. de legat. § 41.* Struv. *Exerc. 44. th. 64.* ibique Mullerus. Et hæc procedunt tantum de Legata-

riis,

ris, quibus ab ipſo mortuo, cujus bona ſeparata ſunt, aliquid legatum eſt. Si enim Defunctus aliis ex cauſa legati obligatus fuerit, hi inter alios defuncti creditores collocantur. *d. l. 1. C. h. t.* d. Diſp. *cap. 6. §. 2.* vid. *§. 67. in quibus Cauſ. hypothec. vel. pign. tacite contrah.*

Si creditor ſit coheres?

IX. Dicta procedunt, etiamſi heres ipſe (non tamen ex aſſe) defuncti creditor fuerit, tunc enim confuſio, *l. 7. C. de pact.* ultra portionem hereditariam non procedit. *L. 7. C. h. t. de bon. auth. Jud. l. 6. C. de hered. act. l. 3. C. de contr. jud. tut.* Sed à coherede, qui ſolvendo non eſt, illius debiti nomine, proportionetenus tamen, in quantum coheres tenetur, Separatio bonorum peti poteſt. *d. l. 7. d. l. 6.* Item hoc beneficium impetrare poſſunt non tantum chirographarii, uti de Jure Sax. docet Carpzov. *J. F. p. 1. C. 28. def. 10. num. 8.* Struv. *Exerc. 44. th. 60.* ibique Muller. ſed etiam Hypothecarii creditores, nam JCtus *in l. 1. §. 1. ff. h. t.* indiſtincte loquitur, & porro Hypothecarius quoque Concurſus damno eſſe poteſt, ſi e. gr. Creditores magis privilegiati concurrerent. Hahn *ad W. h. t. N. III.* Schilter. *d. l. §. 45.* add. Voet. *d. num. 2. in med.* Huberus *§. 2. h. t.* Aliud vero eſt, ſi Statuto loci Hypothecarii muniti aliis præferantur, tunc hoc impetrare opus non habent, ut in Saxonia. Carpz. *d. C. def. 22.* Berlich. *p. 1. concl. 60. num. 64.* Sic etiam Primæ & Secundæ Claſſis Creditores per ſe tuti ſunt. d. Diſp. *§. 8.*

Etiam hypothecarii.

Limita.

X. Datur Adverſus Creditores Heredis, qui in debitoris locum ſucceſſit, & ſolvendo non eſt, etiamſi Creditores Primæ & Secundæ Claſſis eſſent; *l. 1. §. 1. 3. 4. ff. h. t.* niſi Statuto locali aliter conſtitutum. vid. *ad præc. tit. de reb. auth. Jud. §. 35.* Nec refert, Heres Primus, ſive ulterior, atque ex ſubſtitutione ſit, *d. l. 1. §. 7. & 8.* ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato; *d. l. 1. §. 8.* ſive ex aſſe, ſive ex parte, *l. 7. C. h. t.* Jure Civ. ſive Prætorio, *l. 1. ff. de B. P.* Joh. Voetius *n. 2. h. t.* ſive Principali debitori, ſive minus principali, e. gr. fidejuſſori, mandatori, vel conſtituenti ſucceſſerit. *l. 3. pr. ff. h. t.* d. Diſp. §. 11. Si quis autem ſit ſucceſſor ſingularis, & debitoris bona ex titulo particulari in illum ſint translata, ceſſat hoc auxilium, utpote de heredibus conſtitutum; quod præjudicio firmat Carpz. *d. l. n. 10. & 11.* Richter. *de jur. & priv. cred. D. 2. p. 43.* & poſt Donellum, d. Diſp. *§. 10.* Mev. *p. 4. dec. 242.* Brunnem. *de concurſu credit. cap. 3. §. 13.* & *Cent. 4. Dec. 42. Cent. 5. dec. 31.* D. D. Graſſ. *in uſu pract. de act. real. & perſonal. §. 4.* Præterea requiritur, ut ipſe heres non ſit ſolvendo. *l. 1. §. 1. l. 6. ff. l. 7. C. de rebus authoritat. jud. poſſid.* Hancque qualitatem Poſtulantes prius probare debent, *l. 2. l. 21. ff. de probat. l. 6.* ibi: *& non ſolvendo conſtituti probentur. C. de hered. act.* & ſi deficiant, injuriarum actione tenentur. *l. 31. §. ſ. ff. de reb. aut. jud.* arg. *l. 19. ff. de injur.* Quis autem non ſolvendo

Ii. Paſſ. ſunt Creditores heredis, cujuſcunque.

Sed non ſucceſſoris ſingularis.

Qui non eſt ſolvendo. Quod prius probandum.

Quomodo ſ. conſtitut.

vendo eſſe dicatur? vid. *l. 114. ff. de V. S.* & quomodo probetur? vid. Maſcard. *de prob. concl. 1326. n. 14.* Gail. *l. 2. O. 27. n. 15.* Carpz. *l. 4. tit. 3. Reſp. 38. n. 10. ſeqq.* d. Diſp. *§. 12.* Joh. Voetius *n. 3.*

Objectum. Bona hæreditaria cum hæredis conjuncta. & poſt Separationem acquiſita. Limit.

XI. Verſatur circa Bona Hæreditaria omnia, quæ cum propriis hæredis bonis per hæreditatis aditionem jure confuſa & conjuncta ſunt. *l. 1. §. 1. ff. l. 2. C. h. t.* Etiam quæ hæres poſt impetratam Separationem, ex cauſa hæreditatis, eſt conſecutus. *l. 5. ff. h. t.* Nec hæres quidquam poteſt deducere, v. gr. exceptione competentiæ, vel propter Falcidiam. Mant. *Parrat. debit. dec. 5. §. 10. n. 46.* d. Diſp *c. 4. §. 1.* Et viciſſim, ſi hæres quid in bona hæreditaria impenderit, vel quædam à pignoris nexu liberaverit, in tantum præfertur creditoribus defuncti. Mev *p. 6. dec. 362. num. 6. & 7.*

Excip. Bona tit. ſingulari quæſita. Feudalia. Hæreditaria, ſed conſumpta, vel b. f. alienata. Niſi pretium rei venditæ adhuc extet. Secus ſi pignorata, vel in fraudem alienata.

XII. Excluduntur ergò (1.) Bona, quæ Jure hæreditario quæſita non ſunt; ſed titulo ſingulari, Venditionis, Permutationis, Donationis, &c. ad hæredem pervenerunt: arg *l. 1 §. 3 l. 5. ff. h. t.* harum enim reſpectu non eſt hæres vel ſucceſſor univerſalis *prec. §. 9. in med.* (2.) Ex eadem ratione Bona Feudalia, ſi ſcil. Feudum ſit ex pacto & providentia, *c. un. 2. F. 45.* Secus verò, ſi hæreditarium. Carpzov *p. 1. dec. 73.* Richter *d. l.* Struv. *S. J. F. Ex. 14. th. 2. & 28.* vid. Stryck. *§. 2. h. t.* (3.) Bona hæreditaria quidem, ſed ab hærede conſumpta, in ſolutum data, vel alio modo b. f. alienata. *l. 2. ff. h. t.* Hæres enim, quamprimum adiit, earum fit Dominus. ſupra *ad tit. de A. vel O. H. § 31.* Sibi autem imputet, qui citius Separationem non poſtulavit arg. *l. 203. ff. de R. J.* Non obſt. *l. 59. §. 1. ff. de V. S.* vid. d. Diſp. *d. c. §. 3.* Si tamen pretium rei venditæ vel nondum ſolutum, vel ſolutum quidem, ſed bonis hæredis nondum mixtum ſit, Separationem poſſe peti, non dubitat Brunnem. *ad d. l. 2. n. 3.* Dn. Voet. *d. l. n. 4. in f.* add. *l. 71 ff. de ſolut.* & ſupra *ad tit. de H. P. §. 10.* Huc ergo non referuntur, & Separatio nihilominus impetrari poteſt, ſi res medio tempore pignoratæ, quia adhuc ſunt in dominio hæredis. *l. 1. §. 3. ff. h. t.* Item, ſi in fraudem creditorum alienatio facta, *d. l. 2* revocaretur enim Actione Pauliana ex Edicto quæ in fraudem Creditorum.

Bona hæreditaria cum hæredis mixta. Lim. in iis, quæ adhuc ſejungi queunt. Frumentum.

(4.) Bona hæreditaria cum hæredis bonis ipſo facto & in totum ita commixta, ut illa diſcernere & ſeparare ſit impoſſibile. *d. l. 1. §. 12* Sin quædam tantum ita commixta ſint, reliquorum, quæ adhuc ſejungi queunt, ſeparatio recte poſtulatur. *d. l. 1. §. 12.* Frumentum hæreditarium, licet cum hæredis frumento commixtum, tamen ſeparationem non impedit. per ea, quæ ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 91. L. Diſp. c. 4. §. 4.*

Diff. Specif. Finis.

XIII. Differentiam Specificam hujus beneficii conſtituunt Finis, qui eſt vel Intermedius, ſcil. ut bona hæreditaria per hæreditatis aditionem cum pro-

prius hæredis bona confuſa ſeparentur, & unum hæredis patrimonium quaſi dividatur in duo, atque ſic in ſua principia reſolvatur. Vel Ultimus, qui eſt, ut Hæreditariis Creditoribus ſolis ex bonis hæreditariis ſatisfiat, ipſique per hæredis Creditorum concurſum damnum ſentiant nullum. *l. 1. §. 1. & 2. ff. l. 7. inf. C. h. t. l. 6. inf. C. de hered. act.* d. Diſp. *cap. 5.*

Effectus. Defuncti & heredis bona duo ſunt patrimonia.

XIV. Facta hac Separatione, Bona Defuncti & Hæredis ſeparatim, tanquam duorum patrimonia, ſeparantur, *d. l. 1. §. 1.* ita, ut perinde bona Defuncti veniant, atque ſi adita hæreditas non fuiſſet. *d. l. 1. §. 6. l. 5. ff. eod.* Mev. *p. 1. dec. 58. n. 6.* Hinc Creditores hæreditarii, & qui eorum nomine veniunt, *prac. § 8.* atque Separationem impetrarunt, *praced. § 5.* In iſtis bonis jus prioritatis habent, & ab Hæredis Creditoribus, cujuscunque ſint conditionis, ita ſeparantur, ut hi bona hereditaria ſeparata attingere nequeant, quamdiu illis, tam ratione uſurarum, quam ſortis, ſatisfactum non ſit. *l. 6. pr. ff. h. t.* Mev. *p. 1. dec. 9. n. 4.* Carpz. *d. def. 10.* ubi præjud. d. Diſp. *cap. 6. §. 1.* Obſervato ſemper debito ordine. *praced. § 8. inf.* Quando autem hæredis creditores ad Separationem admittendi ſint? vid. in *d. l. 1. §. 5. & 6.* ibi Brunnem. *n. 12. 13.* Mev. *p. 6. dec. 340.* & Voet. *h. t. n. 2. in fin.* Struv. *Exerc. 44. th. 62.*

Separat. impetrantes habent jus prioritatis rat. ſortis & uſurarum.

Hæredis Creditores quando ad Separat. admittendi? remiſſivè.

Si quid ſupereſt ex bonis ſeparatis, cui cedat?

XV. Facta ſolutione æris alieni, Legatisque præſtitis, quod ſupereſt ex bonis defuncti ſeparati, illud demum pertinet ad hæredem, cujus jus eousque ſuſpenſum fuit, & per conſequens Creditores Hæredis illud poterunt habere in ſuum debitum. *l. 1. §. 17. l. 5. l. 3. §. 2. ff. h. t.* Joh. Voetius *n. 5. h. t.* Sin hæreditas ſeparata non idonea vel ſufficiens inveniatur, patrimonium vero hæredis proprium ſit ſolvendo, contra hæredem nullus datur regreſſus, utpote qui nihil ex bonis defuncti habet, & Creditores ſibi imputent, quod à perſona hæredis ſponte receſſerint, & bona defuncti ſecuti ſint. *d. l. 1. §. 17. d. l. 5.* Nam ſeparatio bonorum hæredi conſervat contra Creditores ſarta tecta, quæ propria ſunt, etſi à defuncto titulo ſingulari Profecta. *prac. § 12.* Mev. *p. 9. dec. 51.* Si tamen poſtulantes Separationem errore lapſi, & juſtiſſimam ignorantiæ cauſam probaverint, per Reſtitutionem in integrum regreſſum ad hæredem impetrare poſſint. *d. l. 1. §. 17. inf.* d. Diſp. *d. c. §. 4.* Dn. Schilter. *ad. ff. Ex. 46. § 45. in fin.* Struv. *Exerc. 44. th. 64.* ibique Mullerus.

Si hæreditas ſeparata non ſufficiat?

Quandoque datur Reſtit. in integr.

XVI. Separatio tamen quandoque impeditur; & interdum facta reſolvitur. Hoc fit, uti modo dictum, per Reſtitutionem in integrum. Impeditur (1.) Si Creditores hæreditarii ſemel hæredis nomen ſint ſecuti, tunc n. amplius pœnitere nequeunt. *d. l. 1. §. 10. ff. h. t.* Nec refert, qualiter hæredis perſonam ſponte eligant; *d. l. 1. §. 11.* quod fit novando; *d. l. 1. §. 15.* Struv. *Exerc. 44. thes. 65.* ibique Müllerus. quod tamen non præſumitur, ſed pro-

Contraria. Ex perſona Creditorum. Hæredem eligendo. Quomodo?

probari debet. Mevius *part. 2. dec. 338. & part. 6. dec. 3. num. 7* Item ab eodem pignus, *d. l. 1. §. 15.* vel fidejuſſores, licet minus idoneos, accipiendo; *d. l. 1. §. 11.* Joh. Voet. *n. 4. h. t.* Uſuras exigendo, ea mente, quaſi eum eligendo. *d. l. §. 10. in f.* Sufficit autem fidem ſucceſſoris utcunque libera eligendi mente ſectari. Mev. *p. 6. dec. 409. num. 6.* Hinc qui judicium dictarunt hæredi, Separationem nihilominus impetrare poterunt, quia ex neceſſitate hoc fecerunt, in actu autem neceſſario nemo præſumitur juri ſuo velle renunciare. *l. f. ff. l. 2. C. h. t.* junct. *l. 86. l. 87. ff. de R. J.*

XVII. (2.) Ratione objecti, ſi bona hæreditaria ab hærede conſumpta, vel bona fide alienata, aut ita cum bonis hæredis permixta ſint, ut illa diſcerni & ſeparari ſit impoſſibile. *prec. §. 12.* In Pomerania & Marchia commixtionem, imò & conſumptionem non impedire Separationem, modo conſtet, quid ex bonis ad hæredem pervenerit, tradit Brunnem. *ad l. 1. ff. h. t. num. 20.* (3.) Si titulo ſingulari ad hæredem pervenerint. *prec §. 10.* (4.) Poſt quinquennium, à tempore aditæ hæreditatis numerandum, Separatio non poſtulatur: *d. l. 1. §. 13.* quod etiam in foro Saxonico obtinet, ſecundum præjudicia Carpz. *J. F. p. 2. C. 3. def. 4.* & *l. 3. Reſp. 18.* Richt. *d. tr. de Jur. & privil. Cred. D. 2. pag. 47.* d. Diſp. *c. 7. §. 2.* Mevius *p. 6. dec. 339.* vid. Struv. *Exerc. 44. th. 65.* ibique Muller. Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Hoc tempus non obſervatur in Electoratu Brandenburgico, Richt. *d. tr. p. 1. num. 176.* in Pomerania & Ducatu Megapolitano. Mev *p. 1. dec. 254.* Brunnem. *d. l. num. 26.* Denique hoc auxilio opus non eſt, ſi hæres Inventarium ritè ac legitimè confecerit; nam Inventarium effectum ſeparationis habet. Mev. *p. 1. dec. 38. num. 7.* & ſupra *ad tit. de jure delib. §. 14.* & hæc eſt communior opinio, quæ in judicando obſervatur. cum Richtero, Surdo, Hilligero, d. Diſp. *c. 2. §. 5.* Diſſ. Ant. Faber. *err. pragm. dec. 2. err. 2.*

Ex parte rei.

An facto inventario Separatio petenda? Neg.

TIT. VII.
DE CURATORE BONIS DANDO.
§. I.

Actum eſt ſupra de Miſſione in poſſeſſionem ex Primo & Secundo Decreto. Cum autem poſt illa Decreta ſæpè neceſſitas urgeat, vel utilitas ſuadeat, ut Curator bonorum conſtituatur, *l. 8. ff. quib. ex cauſ. in poſſ.* imò & extra Miſſionis cauſam Curator bonis detur. *l. 1. pr. §. 1. ff. h. t.* vid. ſupra *ad tit. de cur. fur. §. 12.* Joh. Voetius *num. 1. h. t.* ideoque de eo *in h. t.* agitur. Eſt autem bonorum Curator, qui ad bona debitoris mortui vel abſentis adminiſtranda conſtituitur.

Continuatio.

Curator bonorum quis? Cur dicatur bonorum?

II. Dicitur Curator bonorum, ad differentiam aliorum Curatorum, de qui-

cujus paſſim in Jure agitur. Variæ enim dantur Curatorum ſpecies, vid. Menoch. *de A. J. Q. l. 2. cent. 2. Caſ. 130.* ut plurimum ac principaliter bonis conſtituuntur, *l. 20. ff. de R. N. l. 8. C. de nupt.* perſona tamen non in totum excluditur, ſed et quandoque interdum adjunguntur, ut illius curam gerant, & inde denominationem habent Curatores minorum, prodigorum, furioſorum, &c. *l. 7. pr. ff. de curat. fur. l. 12. §. 3. ff. de adm. & peric. tut.* add. ſupra *ad tit. de cur. fur. §. 11. & ſeqq.* Hoc vero loco Curator tantùm bonis datur, nec ullam perſonæ curam agit, & dicitur ſimpliciter Curator bonorum; in *l. 44. ff. de admin. & peric. tut.* Interdum etiam dicitur Procurator, in *l. 23. §. 2. & 3. ff. de hered. inſtit.* ſed in lata ſignificatione, propriè enim talis non eſt, quia non Domini mandatu aliena negotia gerit, ſed vel à Magiſtratu competente, vel ab ipſis Creditoribus conſtituitur. Bachov. *ad Tr. V. 1. D. 24. th. 3. lit. F in f.* vid. Brunnem. *l. 2. num. 7.* & Böhmer *num. 2. h. t.*

Vocatur Procurator impropriè.

C. Effic. Conſt. vel à Judice.

III. Cauſa Efficiens eſt duplex: Vel enim conſtituitur à Judice, non quidem judicante ſeu pedaneo, ſed Jurisdicente, i. e. ipſo Magiſtratu, & quidem in urbe à Prætore, in Provinciis à Præſide. *l. 2. pr. ff. h. t. l. 1. ff. de reb. auct. jud. poſſ.* Struv. *Exerc. 44. th. 61.* ibique Mullerus. Noſtris tamen moribus quilibet Magiſtratus legitimus & competens, etiam inferiorem tantum Jurisdictionem habens, hujusmodi Curatorem conſtituere poteſt, uti dictum ſupra *ad tit. de cur. fur. §. 7.* Fitque regulariter ad petitionem Creditorum, vel omnium, vel majoris partis *d. l. 2. pr. ff. h. t. l. 19. ff. ad munic.* add. *l. 8. ff. de pact.* & tunc Judex id ſequitur, quod omnibus eſt utilius. *Mev. p. 2. dec. 237. p. 4. dec. 257.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.* Interdum tamen Magiſtratus, ſi Creditores invicem convenire nequeant, vel nullus id onus ſubire velit, & Judici notum ſit, bona diſſipari, etiam non imploratus, publicæ utilitatis ergo, ex Officio nobili Curatorem idoneum conſtituit. *d. l. 2. §. 1. ff. qui pet. tut. vel cur. l. 8. §. 1. ff. de reb. auct. jud.* Zaſ. *ad l. 3. ff. h. t. num. 3.* Gail. *l. 2. O. 130. num. 3.* Mev. *ad Jus Lubec. lib. 3. t. 1. art. 10. num. 49. & p. 4. dec. 10.* Struv. *Exerc. 44. th. 61.* Joh. Voetius *n. 2. h. t.* Omnes tamen Creditores, & quorum intereſt, propter *l. 5. in f. C. de auth. præſt. l. 1. §. 9. ff. de inſpic. ventr. l. 47. ff. de re jud. l. 39. ff. de adopt.* nominatim debent citari; Gail. *d. l.* ſi non compareant, Judex nihilominus progreditur. Auth. *Si omnes. C. ſi minor ab hered. ſe abſtin.*

Ad petitionem Creditorum, quandoque ex officio.

Omnibus Creditoribus citatis. Si non compareant.

Vel ab ipſis Creditoribus. 1. Caſus.

IV. Vel privato Creditorum conſilio, *l. 5. ff. h. t.* idque duobus in caſibus: (1.) Si Creditores ex Primo Decreto miſſi fuerint in poſſeſſionem bonorum debitoris latitantis; hi enim non ipſi tantum bona cuſtodire poſſunt, ſed etiam per Procuratorem. *L. 8. §. 5. l. 15. pr. ff. de reb. auct. jud. poſſid.*

L. 8.

l. 1. l. 9. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. Talis tamen Curator minorem habet poteſtatem, quam qui à Prætore eſt datus. Nam Bona quidem adminiſtrare, Actiones autem nec excipere, nec intendere poteſt. arg. *l. 14. pr. ff. de reb. auth. jud. poſſ.* ubi dicitur, quod nec ipſi creditores ex Primo Decreto miſſi actiones etiam tempore perituras exercere poſſint: ergo multo minus Curatores ipſorum voluntate conſtituti. Quia nemo plus Juris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet. Si igitur actiones ſint perituræ, à Prætore petendus eſt Curator *d. l. 14. ſeq. § 1.* (2) Si Creditoribus ex Secundo Decreto miſſis & poſſeſſio & poteſtas bona diſtrahendi fuerit conceſſa. Tunc enim in illorum arbitrio eſt, an ipſi bona cuſtodire vel diſtrahere; *l. 9. ff. de curat. furioſ.* an vero hoc ipſum per Curatorem fieri velint. *d. l. ff. h. t.* Carpz. *J. F. p. 1. C. 28. def. 8. num. 1.* Una tamen via electa, non habet locum pœnitentia. *d. l. 9.*

Diff. ratione poteſtatis ab eo, qui datur eſt à Prætore.

2. Caſus.

V. Subjectum ſunt perſonæ legitimæ, quibus hoc officium imponitur & conceditur, i. e. quæ nec impediuntur, nec prohibentur. v. gr. (1.) Mulieres. per *l. 9. ff. de Curat. furioſ.* quia virile eſt officium alium defendere. *l. ſ. ff. de tut. l. 18 C. de procurat.* Joh. Voet. *n. 4. h. t.* (2) Minores *d. l. 9.* Abſurdum enim eſt, aliquem Curatorem eſſe, & ipſum eſſe in cura. *l. ſ. C. de leg. tut.* De reliquis perſonis prohibitis vid. ſupra *tit. de Curat. fur. § 9.* In dubio enim procedit argumentum à Curatore minoris ad Curatorem bonorum, niſi diverſa ratio vel expreſſa Juris diſpoſitio obſtet. Auth. *Quod nunc generale. C. de curat. fur.* Hinc licet creditor minoris non poſſit ejusdem Curator eſſe, poteſt tamen ex ipſis Creditoribus unus eligi, & Bonorum Curator conſtitui *l. 2. § 4. ff. h. t. l. 9. pr. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 15. pr. ff. de reb. auth. jud. poſſid.* Mev. *p. 5. dec. 220.* Beyer. *poſ. 4.* & Stryck. *§. 2. h. t.* Similiter Bonis Curatores volentes tantum conſtituuntur, Inviti enim ad hoc officium regulariter cogi non poſſunt. *L. 2. § 3. ff. h. t. l. 4. C. de bon. aut. Jud. poſſid.* ibi Brunnem. Struv. *Exerc. 44. th. 70.* ibique Muller. Joh. Voet. *n. 5.* & Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.* Et ſi invitus curator factus, nihil tamen tetigerit, non erit conveniendus. *d. l. 2. § 3.* Ratio eſt, quia nulla adeſt neceſſitas, cur invito imponatur: cum adſint creditores, qui bona adminiſtrare poſſunt, ſibi igitur imputare debent, ſi bona negligantur; quod ſecus eſt in Minore & aliis perſonis. ſupra *ad tit. de curat. fur. § 14.* Limitat. vid. in *d. l. 2. § 3.* Hocque adeo verum eſt, ut nec Heres prioris curatoris onerari vel ad hoc officium cogi invitus poſſit. per *L. 9. ff. de curat. furioſ.* Plures diff. vid. infra *§ 13.* Nihil intereſt, ſive unus, ſive plures Curatores conſtituantur. *l. 2. § 2. l. 3. ff. h. t.* vid. *ſeq. § 12. inf.*

Qui poſſint et ſi non Prohibentur Mulieres. Minores.

Inviti dari nequeunt.

Amplior. Bonis.

Nec heres prioris creditoris.

VI. Objectum ſunt omnia debitoris abſentis vel mortui bona. Dicitur mortui; quo ipſo indicatur, quod hereditati jam aditæ Curator non

Datur bonis debitoris mortui.

con-

S. condum adita hereditate. *Ampl.*

conſtituatur. Hereditate enim aditâ, omnia defuncti bona cum heredis confunduntur, & unum ex illis fit patrimonium, ut non amplius bona defuncti, ſed Heredis dicantur. ſupra *ad tit. de H. J. §. 22* & *ad tit. de A. vel O. H. §. 15.* & licet cum beneficio inventarii adierit, tamen non datur curator. *l. ſ. C. de Jur. de lib.* ſupra *ad d. 1.* Datur itaque Curator bonorum hereditati jacenti. *l. 8. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 5. §. 1. ff. de Carbon. Ed. l. 23. §. 2. & 3. ff. de hered. inſtit. l. 1. §. ſ. ff. de mun. & hon.* Verum non tantum bona mortui, ſi aditio hereditatis eſt in incerto, *l. 1. §. 2. ff. h. t.* Mev. *p. 1. dec. 173 num. 10.* & *p. 2. dec. 104 num. 5.* add. *p. 3. dec. 238.* ſed & abſentis curator conſtituitur, *L. 22. §. 5. ff. de reb. aut jud. poſſid.* ut, ſi debitor latitet, vel bonis cedat. *l. ſ. ff. h. t.* Porro omnia bona apprehenduntur. ſupra *ad tit. de ceſſ. bon. §. 15.* & *ad tit. de reb. aut jud. §. 7.* D. Bardili *Diſſ. de curat. honor. abſent.* Dn. Hyncker, *reſ. 71.* & *Dec. 1130.*

Et abſentis.

Forma.

VII. Forma & differentia ſpecifica, quâ hic curator eſt, & ab aliis diſtinguitur, partim dependet ab Objecto, partim à Fine, & conſiſtit in poteſtate adminiſtrandi bona abſentis vel mortui debitoris, quæ ut valide fiat, ſicut in aliis curatoribus, ita & hic, per d. Auth. *Quod nunc generale C. de cur. fur.* ante ſuſceptionem adminiſtrationis, requiritur: (1.) Juramenti præſtatio de fideli adminiſtratione, *l. 7. §. 5. C. d. t. l. 27. C. de Epiſc. Aud.* Menoch. *d. caſ. 130 num. 27.* (2.) Satisdatio de indemnitate præſtanda. *l. 3. C. de poſt. bon. rev.* Menoch. *d. l. num. 26* Mev. *p. 2. dec. 170. n. 8.* Moribus tamen noſtris ſufficit cautio pignoratitia, & ſi ea ob paupertatem præſtari non poſſit, nullum autem diſſipationis periculum adſit, etiam Juratoriam ſufficere, & ita reſponſum eſſe, tradit, poſt alios, Brunnem. *ad l. 2. ff. h. t. n. 22* Finckelth. *O. 100. n. 31.* Carpz. *p. 3. C. 15. def. 13* vid. ſupra *ad tit. de cur. fur. §. 29.* & *ad tit. de adm. & peric. tut. §. 16.* (3.) Inventarii confectio *l. 15. pr. ff. de reb. auth. jud. poſſ. l. 7. pr. ff. l. 24. C. de adm. & peric. tut. l. 1. §. 26. ff. de ventr. in poſſ. mitt.* Menoch. *d. l.* Gail. *d. O. 5. num. 5.* Struv. *Exerc. 44. th. 71.* ibique Müller. Stryck *in uſu moderno §. 5. h. t.* His tamen Curatoribus, ſicut & aliis privatim adminiſtrantibus, Bonorum Deſcriptionem ſufficere, defendit Munnoz. de Eſcobar, *de rat. admin. c. 9. num. 20 & ſeqq.* Mev. *de Hiſp. primog. l. 10. c. 28. n. 9.* quod accipi poteſt de caſu, ſi bona potiſſimum immobilia adſint, quæ latere non poſſunt, & Curator ſit extra omnem doli ſuſpicionem. arg. *l. 4. C. de in lit. jur.* creditoribus petentibus copia Inventarii communicari debet, ſed illorum ſumptibus, *l. 4. §. 5. in ſ. ff. de edend.* junct. *l. ſ. §. 1. ff. de mun. & hon.* Gail. *d. l. num. 5.* Hæc de Curatore Bonorum conſtituendo.

In Curatore conſtituendo req. Juramentum, Cautio, &c.

Inventarium.

In Curatore conſtituto conſid. Poteſtas.

VIII. In Curatore jam conſtituto conſiderande ſunt (1.) Poteſtas &

officium.

officium. (2.) Modi, quibus eſſe deſinit. Quoad Poteſtatem atque officium diſting. eſt inter Curatorem miſſum ex Primo & ſecundo Decreto. Illius officium conſiſtit (1.) in poteſtate cuſtodiendi bona debitoris abſentis vel mortui *l. 48. ff. de admin. & peric. tut.* Sicut enim ipſi Creditores ex Primo Decreto miſſi bona, quantum fieri poteſt, tueri & cuſtodire debent, ita & Curator ita conſtitutus, ne bona diſtrahantur vel diſſipentur, ſed conſerventur. *L. 8. ff. quib. ex cauſ. in poſſ.* Hinc ſi non adſint ædes vel horrea, in quibus res cuſtodiendæ reponi & ſervari queant, talia conducere poteſt ad bona illa cuſtodienda. *l. 5. §. 22. ff. ut in poſſ. legat. vel fideic. ſerv. cauſa.* (2.) ut res, quæ ſervando ſervari non poſſunt, diſtrahat. *d. l. 48. l. 14. pr. ff. de reb. auct. jud. poſſ.* Johann. Voet. *n. 5. h. t.* Tales autem regulariter dicuntur, quæ ultra triennium in naturali bonitate ſua non poſſunt ſubſiſtere. Coler *de Proceſſ. exec. p. 1. c. 2. num. 236.* Imò interdum conceditur, res, quæ ſervando ſervari poſſunt, alienare, ut ſi æs alienum urgeat, aut dilatio reliquis creditoribus damnum allatura ſit. *L. 25. §. 5. ff. de hered. petit. l. 7. §. 11. & 12. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. l. 2. §. 5. ff. h. t.* Menoch. *d. l. n. 31.* D. Bardili *th. 39.* Dn. à Lyncker. *dec. 1130.* (3.) Si à Prætore (Magiſtratu) poſt Primum decretum fuerit conſtitutus, ei & in eum dantur Actiones. *l. 1. §. 5. ff. de Carbon. Ed.* Mev. *p. 5. dec. 120. num. 21.* Sed utiles tantum, non directæ, quia non proprio, ſed debitoris nomine illas in judicium deducit. *L. 2. §. 1. ff. h. t. L. 11. C. de Procur.* Inprimis autem & principaliter Actiones tempore perituras exercere poteſt; per *l. 14. pr. ff. de reb. auct. jud. poſſid.* In ſubſidium verò reliquas, exigente ſcil. creditorum utilitate. Et hoc activè & paſſivè. *l. 2. §. 1. ff. h. t. arg. L. 7. §. 11. & 12. L. 8. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 25. §. 5. ff. de H. P.* Mev. *ad J. Lub. d. art. 10. n. 68.* add. Joh. Voet. *n. 5. & 6. h. t.*

IX. Hic autem Curator non tantum per ſe, ſed & per alium ſuo periculo ſubſtitutum actiones exercere poteſt. *d. l. 2. §. 1.* Joh. Voet. *n. 5. h. t.* & quidem ante litem conteſtatam per actorem, poſt litis autem conteſtationem per procuratorem, quia poſt L. C. fit dominus litis, *l. 11. C. de procurat.* Si plures ſint conſtituti Curatores, quia forſan diffuſum eſt patrimonium, ſinguli in ſolidum dati videntur, & ſinguli in ſolidum agere & conveniri poſſunt. *d. l. 2. §. 2. l. 5. ff. h. t.* Niſi quis invitus conſtitutus *d. l. 2. §. 5.* vid. Joh. Voet. *n. 12. h. t.* Aut ſinguli per regiones ſeu provincias conſtituti fuerint, quo caſu ſinguli in ſuis provinciis agere, & Actiones excipere poſſunt. *d. l. 2. §. 2.* Imputare tamen in rationes prohibendi non ſunt, ſi forte Curator unius Provinciæ ſolverit creditori alterius loci. *arg. l. 36. l. 47. §. 5. ff. de adm. & peric. tut.* Quodcunque autem hi Curatores in vel extra judicium egerint, ratum habetur. *d. l. 2. §. 1.* Nec tenentur in judicio cavere de rato. *L. 9. ff. rem. rat. hab.*

Miſſus ex Pr. Decr. bona cuſtodiat.

Non ſervanda diſtrahat.

Quæ talia? Niſi urgeat neceſſitas.

Act. utiles exercet.

Poteſt ſubſtituere actorem & procuratorem.

Si plures, an ſinguli in ſolidum? Limit.

Si unus alio ſolverit.

An de rato cavere teneantur?

X. Si

Si conſtit. poſt ſec. Decr. quæ ejus poteſtas? Differt à curat. litis.

X. Si poſt Secundum Decretum Curator conſtituatur, tunc ſtatim directo & immediate conſequitur poteſtatem bona liberè diſtrahendi & credita exigendi, ut ex pretio creditoribus ſecundum ordinem pro rata ſatisfiat. *l. 5. ff. h. t.* eorumque communis utilitas promoveatur. Richt. *de Jur. & priv. Cred. c. 1. n. 61 ſeqq.* Mev. *p. 2. dec. 170 n. 1.* A quo differt Curator litis, quem Curator bonorum ſuo nomine mittit ad agendum vel defendendum, ubi jus eſſet, nec ab eo ſatis, neque de rato, neque judicatum ſolvi, nomine ejus, cujus bona veneant, exigetur. *d. l. 2. §. 1.*

Ex adminiſtratione oblig. creditoribus.
Si a Magiſtr. conſtit. omnibus.
Quibus actionibus? diſt.

XI. Ex hac, æque ut ex reliquorum Curatorum, adminiſtratione oriuntur Obligationes & Actiones. Curator enim bonorum obligatur Creditoribus, & ex adminiſtratione illis tenetur interdum Actione Mandati, interdum Actione Negotiorum geſtorum. Si à Prætore (Magiſtratu) fuerit conſtitutus, omnibus tenetur creditoribus, quia omnium intuitu datus omnium intuitu adminiſtrare videtur. Sed qui in conſtitutione præſentes fuere, Actione Mandati, abſentibus verò Actione Negotiorum geſtorum obligatur, *l. 22. §. 10. ff. mand. L. 6 ff. de neg. geſt.* qui enim præſens eſt, ſcit & patitur rem ſuam geri mandare videtur. *l. 18. ff. mand. l. 60. ff. de R. J.* Inter abſentes verò quaſi contractus negotiorum geſtorum celebratur, vel Actione in factum tenetur. *d. l. 22 §. 10. l. 14. § 1 ff. de reb. auth. jud.*

Si ab ipſis creditor. oblig. conſtituentibus, non reliquis. Creditor diſſentiens ſe poteſt Curat. electo adjungere.

Si verò privato Creditorum Conſilio ſit conſtitutus, Creditoribus conſtituentibus Actione mandati tenetur; Reliquis nec mandati, neque negotiorum geſtorum, quia hoc in caſu obligatur tantum intuitu creditorum illorum, quorum conſilio bona adminiſtravit. *d. l. 22. §. 10.* ibi: *mandaverunt Curatori.* Sed poſtea veniens & diſſentiens nec poteſt Curatorem revocare, nec hic ipſi tenetur rationes reddere, ſed ille ſe adjungere poterit Curatori electo, & bona debitoris unà cum eo vendere, ita, ut quæ à Curatore & à Creditore ex bonis acquiruntur, omnibus pro portione præſtentur. *l. 5. ff. h. t.*

Dd. actiones quibus & contra quos dentur?

XII. Hæ Actiones dantur Creditoribus, eorumque heredibus, & quorum intereſt; Adverſus curatores, & eorum heredes. *l. 9. §. 7. ff. de rebus aut. jud. poſſ. §. 17. J. de Act.* Nam licet officium morte Curatorum finiatur, effectus tamen ſeu obligatio, & exinde emanans actio durat. Et ſæpe effectus realis ad hæredes tranſit, licet ipſum jus ſit perſonale. Si plures curatores ſint præfecti, vid. *præced. §. 9.* & ſupra *ad tit. de adm. & peric. tut. §. 17. & ſeqq.* Joh. Voet. *n. 12. h. t.*

Object. Tenentur 1. ad rationes. Regula.

XIII. Objectum harum actionum ſunt (1.) Rationes ipſorum Curatorum. Generalis enim eſt juris *Regula*: Quicunque aliena adminiſtrat Bona, adminiſtrationis ſuæ rationes reddere debet. *l. un. C. de ration. oper.*

oper. publ. l. 1. §. 3. ff. de tut. & ration. Rationum redditio quid ſit, definit Ulpianus in *L. 6. §. 3. ff. de edend.* Liber rationum data, accepta, nominatim, cum die & conſule contineat. *l. 1. §. 2. l. 6. § 6. ff. eod. l. 82. ff. de cond. & dem. l. 3. C. de exactionib. trib.* Eſcobar. *d. tract. c. 10. num. 42. & ſeqq.* (2.) Reſiduum ex cura reſtituere debet, alias rationes redditæ non videntur. *l. 8. § 3. l. 9. l. 12. ff. de lib. leg. l. 45. §. 12. ff. de Jure Fiſc.* ſupra *ad tit. de tut. & rat. diſtr. § 12. 13.* (3.) Ad Damnum lati tantum culpâ datum reſarciendum. *l. 9. §. 5. ff. de reb. auct. jud. poſſi.* ubi ipſi Creditores in poſſeſſionem miſſi tantum tenentur de dolo malo: Ergo & hi. vid. Struv. *Exerc. 44. th. 71.* ibique Mullerus Joh. Voet. *num. 9 & 10.* Beyer. *pos. 6.* & Bohmerus. *num. 3 h. t. ubi diſtinguunt.* In hoc differunt Curatores bonorum à reliquis Curatoribus. per *l. 7. C. arbitr. tut.* Porrò differunt etiam in eo, quod Minores, furioſi, prodigi & ſimiles tacitam habeant hypothecam in bonis Curatorum; *l. 20. C. de admin. tut.* vid. ſupra *ad tit. de tut. & rat. diſtr. §. 21. §. 54. & 142.* in *quibus cauſa pign. vel hypotheca tacite contrah.* Verùm Creditores in bonis hujus Curatoris nec tacitam hypothecam, nec perſonale privilegium habent. *l. 22. §. 1. ff. de reb. aut. jud. poſſid.* Carpz. *p. 2. dec. 135.* Joh. Voetius *num. 11. h. t.* ſupra *ad tit. in quib. cauſ. pign. tac. §. 55.* Nec obſt. *l. 15. §. 1.* ibi *omnes omnino. ff. de curat. fur.* reſtringendum enim eſt ad eos, in quibus ſimilis ratio ac in furioſo prodigove deprehenditur, quales ſunt in *l. 19. §. 1. l. 20. l. 21. ff. de reb. aut. jud.* add. Dn. Voet. *th. 6. & th. 10.*

Liber rat. quid contineat? 2. reſiduum, 3. damnum.

Quomodo Curat. bon. diff. ab aliis Curat?

Obj. Reſp.

XIV. Sicut autem Curatoribus Minoris &c. datur Actio utilis tutelæ contraria, item N. G. ita huic Curatori adverſus creditores datur Actio contraria Mandati vel Negotiorum geſtorum, ſi ſcil. ipſi, propter adminiſtrationem aliquid abeſt, *l. 1 §. 2. ff. de contr. tut. act.* ad impenſas neceſſarias & utiles cum uſuris. *l. 3. pr. ff. de contr. tut. act.* Joh. Voetius *n. 10. h. t.* add. ſupra *ad tit. de Curat. fur. §. 44.* & *ad tit. de contr. tut. act* per tot. Quando Curator debitorem ſibi habet obligatum, vid. *l. 9. §. 3 ff. de reb. aut. jud. poſſid.*

Curatori datur Actio contraria, ad quid?

XV. Contraria ſunt modi, quibus officium hujus Curatoris finitur. Fitque (1.) Revocatione conſtituentium legitimè facta, *l. 35. ff. de R. J. l. 8. §. 5. l. 17. ff. de procur.* quæ contraria voluntas interveniſſe cenſetur, ſi curatori ſpeciali alius ſubſtituatur *l 31. § 5. ff. eod.* add. *l. 8 §. 6. ff. mand.* Et curatoris Depoſitione officii ex juſtis cauſis. per *l. 23 & ſeqq. ff mand.* Dn. Voet. *h. t n. 3. in f.* (2.) Morte Curatoris, quia certæ perſonæ induſtria & fides electa eſt, ideoque in hæredem non tranſit *l. 9. ff. de cur. fur.* (3.) Suſpecti remotione. *l. 3. §. 11. ff. de ſuſpect. tut. & cur.* (4.) Rebus ſine culpa peremptis. *l. 9. §. 1. ff. de reb. auth. Jud.* (5.) Negotio finito; item Conditionis vel

Quomodo deſinat eſſe Curator? 1. 2. 3. 4. 5.

 Tem-

Temporis, ad quod conſtitutus erat, exiſtentia. De his & aliis vid. ſupra ſuis locis.

TIT. VIII.

QUÆ IN FRAUDEM CREDITORUM FACTA SUNT, UT RESTITUANTUR.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 6. §. 6.* Cod. *Lib. 7. Tit. 75.*

§. I.

Continuatio. DIctum eſt de remediis, quibus contumaces Debitores coërcentur, de Miſſione ſcil. in poſſeſſionem. Sicuti autem plerumque fieri ſolet, ut, novâ lege lata, novæ etiam inveniantur & excogitentur fraudes: ita etiam malitioſi debitores miſſionem in bona, aut eorum diſtractionem metuentes illa, ad defraudendos & eludendos Creditores, alienarunt. vid. Eccleſiaſt. *c. 29. v. 4. & ſeq.* Contra quam fraudem Prætor remedium introduxit, quo Creditores res in fraudem ipſorum alienatas revocare poſſunt, de quo agitur in *h. t.* & *§. 6. I. de action.* & vocatur Actio Pauliana, in *L. 38. §. 4. ff. de uſur.*

An hujus Actionis Paulianæ ſedes etiam ſit in §. 6. J. de act. Aff. II. An autem de Actione hac etiam in *§. 6. I. de action.* agatur, non una omnium eſt opinio. Veteres Interpretes illud omninò conceſſerunt; Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 24. th. 5. lit. A.* Franzk. *ad d. §. 6. n. 1. & ſeqq.* Sed ab hac ſententia receſſit Donellus, *ad d. §. 6.* ratus, ibi non tractari de Pauliana ſed Hypothecaria, qua res, quæ Prætorio pignore tenentur, revocentur. Eum ſecuti ſunt poſtea Hunnius *V. 2. D. 24. th. 5.* Forſter *ad Inſt. Diſp. 5. de act. th. 6. lit. A.* Ludwell. & alii, in *d. §. 6.* Re tamen penitius inſpectâ, prior ſententia, ſicut antiquior, ita & verior videtur, & confirmari poteſt hac ratione:

Ratio 1. 1. Quacunque actione res in fraudem Creditorum alienatæ revocantur, illa eſt Pauliana. Atqui actione, quæ in *d. §. 6.* habetur, illud fit. Ergo. Major ab ipſa definitione actionis Paulianæ deſumpta eſt, cujus forma & differentia ſpecifica, qua eſt, quod eſt, & ab aliis diſtinguitur, in eo conſiſtit, ut res in fraudem Creditorum alienatæ revocentur. *d. l. 38. §. 4. ff. de uſur. l. 1. pr. & §. 2. ff. h. t.* Minor patet ex ipſo textu.

2. (2.) Quia omnis actio hypothecaria eſt vel Serviana, vel quaſi; Tertiam enim ſpeciem Jus noſtrum non agnoſcit, quapropter nec Interpretis erit, novas ſibi actionum ſpecies fingere. Hæc autem actio nec Serviana eſt, nec quaſi. Ergo. Minor patet ex *d. §. 6.* junct. *§. 7. I. de act.* in quo de Serviana agitur. add. ſupra *ad tit. de pign. §. 66. & ſeqq.*

3. (3.) Hoc ipſum et ex formula, qua hæc actio in judicium deducitur, & proponitur in *d. §. 6. in fin.* qua ſcil. Creditores rem alienatam ita repetunt, ac ſi traditio nunquam intervenerit; ſed res in bonis debitoris, permanſerit. Sicque rem petunt ex jure debitoris, fictio

ſcil.

ſcil. dominio, quod apud illum permanſiſſe fingitur. Hac autem formula & hac fictione opus non eſt in Hypothecaria, utpote qua Actor rem petit propter jus ſibi in illa re conſtitutum, nec impugnatur facta alienatio, nec negatur dominium translatum; ſed illud ſalvum poſſeſſori relinquitur, Poteſt enim Debitor libere rei oppignoratæ dominium in alium transferre, ſed tamen cum ſuo onere. *l. 12. C. de diſtr. pignor. l. 15. C. de pign. l. un. C. rem alien. gerent.* add. ſupra *ad tit. de diſtr. pignor. §. 2.*

Actio Pauliana quid?

III. Actio autem Pauliana eſt Actio Prætoria realis, qua res in fraudem Creditorum alienatæ a Creditoribus in poſſeſſionem miſſis revocantur, ut, reſciſſa alienatione, reſtituantur. *§. 6. I. de act. l. 1. l. 10. pr. ff. h. t. d. l. 38. §. 4. ff. de uſur.* Dividitur in Directam, quæ ex verbis Edicti competit; & Utilem, quæ ex ſententia Prætoris proficiſcitur. *d. l. 10. §. 10. l. 18. ff. h. t. confer. Diſſ. Struv. de act. Pauliana.*

eſt directa, vel utilis.

IV. Dicitur Pauliana ab Authore ſuo Paulo Prætore. *d. l. 38. §. 4.* Prætoria, quia à Prætore, non parte aliqua Juris Civilis, Lege, Plebiſcito, SCto, aut Principum Conſtitutionibus deſcendit. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Ratione Objecti Rei Perſecutoriæ. *l. 25. §. 1. ibi: Quia hac actio rei reſtituendæ gratia, non pœnæ nomine datur. ff. h. t. §. 17. I. de act.* Datur in ſimplum. *l. 1. ff. h. t.* Ratione Formæ nec b. f. neque ſtricti Juris eſt. *l. 10. §. 20. ff. h. t.* Franzk. *Ex. 15. q. 1. num. 13.* B. Parens meus, *Poſit. de Separ. Bon. Cur. & Act. Paul. th. 16.* Rat. Durationis Annalis *l. 1. pr. l. 10. pr. ff. l. f. C. h. t.* Mev. *p. 7. dec. 359. n. 7.*

Ejus qualitas.

V. Ratione cauſæ efficientis Realis. Sed de hac qualitate magna eſt inter Dd. controverſia. Donellus, & qui cum ipſo ſtatuunt in *§. 6. I. de act.* non agi de actione Pauliana, perſonalem eſſe communiter defendunt. (1.) Quia ex delicto deſcendat. (2.) Quia in illa Actor non dicat rem ſuam eſſe. (3.) Quia detur adverſus hæredes qua tales. (4.) Quia in *d. l. 38. §. 4.* comparetur cum Faviana & Calviſiana, quæ ſine dubio ſunt perſonales. *l. 1. §. 26. ff. Si quid in fraud. patr.* Vinn. *ad d. §. 6. I. n. 2.* Joh. Voet. *n. 2.* Beyer *pr. h. t.* Alii, quibus accedit Hahn, *ad Weſ. h. t. N. VI. verb. Et quidem perſonali.* Stryck *in uſu mod. §. 5. h. t.* diſtinguunt An alienatio facta ante miſſionem in poſſeſſionem, an vero poſt eam? Priori caſu perſonalem, poſteriori realem eſſe dicunt. Sed verior eſt ſententia, quod etiam eo in caſu Realis ſit, quo alienatio facta eſt bonis nondum poſſeſſis; idque (1.) Per *d. §. 6. I. de act.* ubi media inter actiones reales ponitur. (2.) Per *ſeq. §. 8.* verba initialia, quæ indicant, præcedentes omnes actiones eſſe reales. (3.) Ex ipſa formula & intentione actoris, qui ſe fundat in ficto dominio & prætextu, ac ſi res adhuc in bonis debitoris & nunquam alienata eſſet. In qua actione Actor intentionem ſuam fundat in jure in re, ex. gr.

an Realis? rat. dubit.

rat. decid. 1. ex comparatione. 2. 3. ex formula actionis motæ.

 vero

vero vel ficto dominio, illa eſt realis, Hoc fit in hac actione. Ergo. Creditores enim non proprio, ſed debitoris nomine rem petunt. Cum itaque tota Actionis intentio reſpiciat ad Jus, quod adhuc penes debitorem eſſe fingitur, & per conſequens fundata eſt in jure in re, non in delicto, ſequitur, quod hæc actio non poſſit non eſſe Realis, æquè ut actio Reſciſſoria, de qua in *§. præc. 5. I. de act.* quæ etiam oritur ex ficto dominio. add. ſupra *ad tit. ex quib. cauſ. maj. §. 16. & 25.* latè de hac quæſtione agit, & diſſentientibus ſatisfacit Frantzk. *Exerc. 15. q. 4. & ad. d. §. 6. I. de act. num. 5.* Perez. *in C. h. t. num. 2.* Bachov. *de act. D. 3. th. 39.* Schilt. *ad ff. Ex. 46. §. 51 in f. & §. 52.* Strauch. *Diſſ. Inſt. 22 th. 3. in not.*

Reſp. ad contrarur. Nec tamen hæc nonnullorum ratio, quod ſit realis, quia datur adverſus poſſeſſores, eſt univerſalis, multæ enim actiones perſonales contra poſſeſſores competunt. add. ſupra ad *tit. quod met. cauſ. §. 26. & 30.* & ad *tit. ad exhib. §. 4. & 9.* Similiter & hæc aliorum propoſitio laborat: Quæcunque actio non datur adverſus poſſeſſores, illa non eſt realis: nam Hæreditatis petitio & Publiciana in rem actio tantùm contra poſſidentes pro hærede vel poſſeſſore vel infirmiori titulo competunt. Sufficit ergò, ut realis detur adverſus poſſeſſores, licèt non quoſcunque. vid. ſupra *§. 6. d. R. V.* De reliquis definitionis verbis patet ex ſeqq.

C. E. R. VI. Cauſa Efficiens Remota eſt Prætor, qui eam introduxit. *I. 1. pr.* ubi ipſum Edictum, & *I. 10. pr. ff. h. t.* ubi ejus Formula continetur. Dn. Schilter. *ad ff. Ex. 46. § 52.*

Cur introducta? Jure enim Civili creditores ad res in fraudem eorum alienatas repetendas actionem habent nullam. Non Rei vindicationem, quia Dominium revera erat tranſlatum, utpote alienans verus adhuc fuit Dominus; nec m. fides tam tradentis, quam accipientis tranſlationem dominii impedire potuit: vid. *ſeq. §. 9.* modò ex cauſa ad Dominium transferendum habili facta ſit. *I. 26. ff. de contrah. empt.* vid. *ad tit. de A. R. D. §. 54.* Nec Hypothecariam, præſupponitur enim quod Creditores non ſint hypothecarii, ſed chirographarii, in quorum favorem principaliter hæc actio introducta eſt. Hi autem ante miſſionem in bona non habent jus in re, nec miſſi id in rebus jam alienatis conſequi poſſunt. Quia tamen iniquum erat, eos debito ſuo defraudari, ideo Prætor ex ſua juriſdictione utilitatis cauſa, quam ſemper intuetur, hoc Edictum neceſſario introduxit, ut Creditores ita alienata revocare, & perinde, ac ſi in bonis debitoris ſemper manſiſſent, petere poſſent *I. 1. §. 1. ff. h. t. §. 6. J. de action.*

Obj. Reſp. Nec obſt. quod alienatio fraudulenta ipſo jure ſit nulla; *I. 16. pr. ff. de jur. patron.* nam ibi agitur de alienatione, quæ fit in fraudem legis; ſed h. t. de ea, quæ fit in fraudem hominis.

C. E. Prox. VII. De Cauſa Efficiente Proxima inter Dd. controvertitur. Qui hanc actionem

actionem perſonalem eſſe volunt, ejus C. E. Proximam dicunt eſſe delictum; verum contrarium patet inde, quia Actor principaliter fundat ſuam intentionem non in delicto ex fraudulosâ alienatione, quæ occaſionem tantum præbet; ſed jure in re, ficto ſcil. dominio, quod propter fraudulosam alienationem adhuc penes debitorem eſſe fingitur. d. §. 6. Deinde hæc quoque actio ſæpè locum habet, ubi ipſius Rei & poſſeſſoris fraus non interceſſit, ex. gr. ſi Debitor aliquid in fraudem Creditorum donaverit, tunc licet donatarius b. f. rem donatam acceperit, tamen adverſus illum, tanquam ex lucrativo titulo poſſidentem, datur hæc actio non ex fraude alienantis, quia ex tertii delicto alter conveniri non poteſt; per l. 22. C. de pœn. ſed ex ficto dominio, dum, quod in fraudem Creditoris alienatum, perinde habetur, ac ſi ſemper in bonis debitoris permanſiſſet. Perez. d. l. Dict. Poſit. th. 17. ſupra ad tit. de condict. furt. §. 1. Diſſ. Coch. in Prax. Fori Germ. part. 2. tit. Paulian. p. m. 238. Vid. conciliantem Suchoit. Diſſ. 17. aph. 61. Non eſt delictum; ſed dominium fictum.

VIII. Prætor hanc Actionem introduxit propter geſtum fraudulosum, quo quid in bonis debitoris eſſe deſiit, ut Creditores inde damnum ſentiant. §. 6. I. de act. l. 1. pr. & §. ſeq. ff. h. t. ſupra ad tit. de cond. furt. §. 5. Ratione itaque Cauſæ Impulſivæ, ut hæc actio locum habeat, requiritur: (1.) Ut aliquid geſtum ſit. Quod vocabulum hic latè accipitur, & non tantùm veram alienationem, ſed etiam reliquos actus, quibus aliquid in bonis debitoris eſſe deſiit, ſignificat, ſive hoc fiat per venditionem, obligationem, pactum liberatorium, ſolutionem ante diem, debiti licet conditionalis remiſſionem, acceptilationem. l. 1. §. 2. l. 2. §. 4. 5. l. 10. §. 13. l. 17. l. 18. ff. l. ſ. C. h. t. Brunn. d. l. n. 4. Berlich. p. 1. dec. 118. Joh. à Sande in Dec. Friſic. lib. 3. tit. 13. Dec. 1. Item, ſi rem pro derelicto habuerit, eamque poſtea alius occupaverit. d. l. 5. Imò geſtum etiam hic non geſtum, ſicuti aliàs in Jure factum etiam non factum, comprehendit: 5. ff. l. 1. l. 2. §. 5. ff. de V. O. nam fraudator non tantum eſt, qui in fraudem alterius quid deſiit habere, quod habet, ſed & qui non facit, quod facere debet, e. gr. Si debitor aliquid amiſerit, neglexerit, vel non fecerit, per quod aliquid in bonis illius eſſe deſiit, ut ſi rem ſuam uſucapi paſſus ſit: ſi uſumfructum, ſervitutem non utendo amiſerit, ſi per contumaciam actionem temporalem extingui paſſus ſit: ea omnia revocantur hac actione. l. 3. §. 1. l. 4. ff. h. t. Vinn. d. l. num. 5. Mev. p. 8. dec. 750. num. 4. (2.) Ut geſtum ſit tale, per quod aliquid in bonis debitoris eſſe deſiit. L. 1. §. ſ. l. 3. § ſ. ff. h. t. Quo ipſo ſtatim excluduntur illi actus, quibus debitor in fraudem Creditorum aliquid non acquiſivit, ex gr. ſi fecerit, quo minus ipſi delata hæreditas, donatio, vel legatum acquiratur. Struv. Exerc. 44. th. 74. ibique Mullerus. Si fideicom-

C. Imp.

Req. 1. geſtum. per quod intellig. ſe.

Et non factum.

exempli gr.

2. Per quod bona debitoris minuuntur.

An ob non factam acquiſitionem debitor queat conveniri

 miſſo

miſſo gravatus, ante tempus, reſtituat fideicommiſſario hæreditatem, nec detrahat quartam. Prætor enim hoc Edicto ſaltem prohibet debitorem, ne patrimonium ſuum deminuat, non vero præcipit, ut augeat. *l. 6. pr. & §§. ſeqq. l. 19. l. 20. ff. h. t.*

Limit.

Non enim fraudantur Creditores, cùm quid non acquiritur à debitore; ſed cum quid de bonis diminuitur. *l. 134. pr. ff. de R. I.* Vinn. *d. l. num. 6.* Joh. à Sande, *dec. Friſ. l. 3. t. 13. def. 3.* Berlich. *dec. 114. n. 16.* Dict. Polit. *th. 18. & 19.*

Obj.
Reſp.

Aliud eſt in Fiſco. *l. 45. pr. ff. de jur. fiſci.* add. *l. 20. ff. eod.* ubi caſus exceptus. Nec obſt. *l. 5. §. 8. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* ubi favor pupilli conſideratur. Hujusmodi tamen renunciationem in foro Canonico & Conſcientiæ vix approbari, tradunt Brunnem. *ad d. l. 6. n. 8.* Schilter *d. l. §. 55.* vid. Stryck. *in uſu moderno §. 3. h. t.*

9.
Fraudoloſum quomodo?

IX. (3.) Ut geſtum ſit fraudulentum, animo & eventu; neutrum enim ſolum non ſufficit; ſed præter eventum etiam doloſum propoſitum requiritur. *l. 1. pr. l. 6. §. 8. & 9. l. 10. pr. §. 1. l. 15.* ibi: *Utrumque in eundem perſonam exigimus, conſilium & eventum. ff. h. t. §. 3. I. qui & ex q. cauſ. maj.* à Sande, *d. l. def. 2.*

An ex parte alienantis & accipientis?
Diſt. inter alien. ex titulo oneroſo & lucrativo.

Quær. autem: An utriusque, Alienantis & Accipientis, fraus ſit neceſſaria? Diſtinguendum eſt inter alienationem ex titulo lucrativo & oneroſo factam, de quibus titulis vid. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 50.* Hoc caſu utriusque fraus neceſſaria eſt, *d. l. 6. §. 8. l. 10. §. 2. & 4. ff. l. 5. C. h. t.* Perez. *d. l. n. 7.* & ſufficit, ſi Accipiens in genere tantum fraudis notitiam habuerit, vel ex pluribus Creditoribus unum fraudari ſciverit. vid. *d. l. 10. §. 3. & 7.* Illo ſufficit Alienantis; nec opus eſt, ut Accipiens doli etiam ſit particeps, quia potior ratio debet eſſe Creditorum, qui certant de damno vitando. *l. 6. §. 11. ff. eod.*

In quantum?

Hæc tamen eſt differentia, ut ille, qui rem ex titulo lucrativo accepit, & doli non eſt particeps, tantum teneatur, in quantum eſt locupletior factus, licet ignorans ſit. Bachov. *diſſ. th. 5. lit. D.* Ille verò, qui ex oneroſo habet, & fraudis eſt particeps, tenetur in ſolidum. *d. l. 6. §. 11.* Mev. *p. 9. dec. 26. n. 9.* Sin in negotiis oneroſis Accipiens fraudis notitiam non habeat, quatenus tamen eſt locupletior factus, eatenus etiam ignorans hac actione tenetur. *d. l. 6. §. 11.* dict. Polit. *th. 20.* de dote vid. Mev. *p. 9. dec. 26.* & Brunnem. *ad L. f. h. t.*

Fraus eſt probanda.

X. Sed fraudem hanc Actor probare debet; *l. 1. l. 2. C. h. t.* & quidem utriusque in oneroſa, tradentis vero tantùm in lucrativa alienatione. Fraus autem Accipientis non ſtatim probatur ex ſcientia Alienantem habere creditores, ſed ſciat quoque alienationem in fraudem Creditorum fieri. *l. 10. §. 2. & 4. ff. h. t.* Beyer. *pos. 7. h. t.*

Scitur conjecturis & indiciis.
Ex. gr.

Cùm autem hæc fraudis probatio ſit difficillima, utpote quæ in animo conſiſtit, ideoque in illa conjecturæ, præſumptiones & indicia admittuntur, Carpz. *L. 1. Reſp. 83. n. 17.* Mev. *p. 9. dec. 27. n. 10.* Ut, ſi creditores

ea denunciente, ne cum debitore ſuo contrahat. *d. l. 10. §. 5.* Dn. à Lyncker. *dec. 1074.* Si debitor univerſa bona ſua alienaverit vel majorem partem, tunc Accipiens ex ſola Creditorum ſcientia fraudis particeps fit, & fraus ſatis probata videtur. *l. 17. §. 1.* ibi Brunnem. *ff. h. t.* Sed add. ſupra *ad tit. de donat. §. 40.* & *l. 39. §. 1. ff. de V. S.* Item, ſi in conjunctas perſonas ſit facta. Mev. *p. 3. dec. 10. n. 1.* Varias tales conjecturas adducit Perez. in *C. h. t.* Maſcard. *V. 2. concl. 816.* Trentacinq. *l. 2. Var. Reſ. tit. de Except. Reſ. 4. n. 5.*

Req. fraudis animus & eventus.

XI. Nec ſufficit animus vel conſilium, ſed inſuper requiritur, ut eventum fraus habeat, *l. 10. §. 1. l. 15. ff. h. t.* i. e. ut in excuſſione bonorum debitor non ſolvendo eſſe reperiatur. Licet enim de animo fraudandi & alienantis & accipientis conſtet, ſi tamen reliqua debitoris bona Creditoribus ſufficiant, hæc Actio in judicium non poteſt deduci, nec illa res alienata revocari. *d. l. 10. §. 1. ff. h. t.* Quoniam autem, an bona debitoris reliqua æri exſolvendo ſufficiant, ante illorum excuſſionem ſciri nequit, ſequitur, nec ante illam huic *actioni* locum eſſe. *L. 1. C. h. t.* d. Poſit. *§ 30.* Nec obſt. *§ 6. I. de act.* ibi. *Bonis poſſeſſis*, quæ verba non ad tempus factæ alienationis, ſed intentandæ hujus actionis vult referri Vinnius, per *l. 15. l. 17. §. 1. ff. l. 5. C. h. t.* ad. *d. §. 6. I. n. 7.* Struv. *Exerc. 44. th. 74.* ibique Muller. Lauterb. *pr. de act. paul. th. 4.*

De quo excuſſis bonis conſtare poteſt.
Obj.
Reſp.

Subj. Act.

XII. Hæc actio datur Creditoribus animo & eventu per alienationem rerum Debitoris defraudatis, *d. §. 6. l. 1. § 1. ff. h. t.* ſine diſtinctione. *l. 11. & ſeqq. ff. de V. S.* Unde ratione ſubjecti requiritur, (1) ut actionem hanc inſtituere volentes ſint Creditores in B. P. miſſi. Trentac. *d. l. n. 4.* Quo ipſo ſtatim excluduntur Hæredes debitoris, qui res in fraudem alienatas hac actione repetere, *l. 4. C. h. t.* factumque defuncti impugnare nequeunt. *l. 14. C. de R. V.* ibi Brunn. varie limit. Et (2.) quidem tales, in quorum fraudem alienatio eſt facta. *d. § 6. d. l. 1. l. 10. §. 1. ff. h. t.* Unde Hypothecariis regulariter non competit, quia aliunde tuti ſunt. d. Poſit. *th. 32.* vid. Struv. *Exerc. 44. th. 75.* ibique Muller. Joh. Voet. *n. 3. h. t.* Sic etiam excluduntur demum poſt factam alienationem credentes, qui res antea alienatas hac actione repetere nequeunt. *d. l. 10. §. 1. l. 15. ff. h. t.* niſi hi poſteriores in priorum Creditorum per illam alienationem defraudatorum locum ſucceſſerint, e. gr. ſi debitorem priores creditores, quos fraudare voluit, poſteriorum pecunia dimiſiſſe probetur, licet hos defraudandi mentem non habuerit. *d. l. 10. §. 1. in fin. l. 16. ff. eod.* Nec tantum ipſis Creditoribus, ſed etiam eorum Hæredibus & Succeſſoribus datur hæc actio. *d. l. 10. §. 5.* Et cum, ut ſupra dictum eſt, ſæpe etiam à Creditoribus bonorum Curator conſtituatur, qui illorum nomine bona adminiſtrat & diſtrahit, propterea & in eo caſu ipſi hæc actio competit. *L. 1. pr. ff. h. t.*

Soli Creditores. *Non hæredes debitoris.* Defraudati per alienationem. *Non poſt eam. Lauter.*
Et eorum hæredes. Item Curator bonorum.

XIII. Da-

Subj. paſſ.

XIII. Datur Adverſus omnes illos, cum quibus à debitore aliquid in fraudem creditorum geſtum eſt; *l. 1. & ſeqq. l. 10. ff. h. t.* ſub diſtinctione tamen *præced.* §. 9. propoſita, ita, ut contra poſſidentes ex cauſa oneroſa, quatenus fraudis ſunt participes, detur; *l. 6. §. 8. 10. & 11. l. 10. §. 2. 3. 5. ff. h. t.* ubi ſcientia ſervi tutoris & curatoris nocet domino, pupillo & furioſo, quatenus quid ad eos pervenit. Ex lucrativa indiſtinctè, quatenus locupletiores facti. *d. l. 6. §. 10. & §. 13. ff. l. 5. C. h. t.* Item datur adverſus eos, qui dolo malo poſſidere deſierunt. *l. 9. in f. l. 10. §. 20. l. 14. ff. h. t.* Etiam contra ipſum debitorem fraudatorem, *d. l. 10. §. 20. l. 25. §. 5. ff. l. ult. C. h. t.* De hac L. ult. non ſatis clara vid. Bachov. *d. th. 5. lit. G.* & ſi bonis exutus invenitur, pœna tamen afficiendus eſt. *d. l. 25. §. 5. junct. l. 1. §. 5. ff. de pœn.*

Contra hæredes quæ ad eos pervenit.

Succeſſores quod attinet, contra Univerſales datur, non qua hæredes, ſed quatenus poſſident, vel quatenus ad eos pervenit. *l. 10. §. 5. L. 11. ff. h. t.* (ex quibus textibus ſua ſponte cadit argumentum Vinnii, qui etiam inde hanc actionem perſonalem eſſe prætendit, quia datur adverſus ſucceſſores.)

Quær. Si fraudulentus emptor iterum vendiderit? Diſt.

Singularis verò ſucceſſor, ſi ex titulo oneroſo, & quidem bona fide acceperit, ut ſi rem fraudulenter alienatam tertius iterum b. f. emerit, non hic, ſed primus accipiens in ſolidum ad pretium, quod accepit, reſtituendum tenetur, Si verò mala fide, contra utrumque competere videtur actio. *l. 9. ff. h. t.* Si ex titulo lucrativo quid conſecutus ſit, nec bona fides ipſum ab hac actione, in quantum locupletior factus eſt, liberat. *l. 6. §. 11. ff. tit. dict.* Poſt *th. 34.* vid. ſupra *§. 40. de donat.*

Ad quæ?

XIV. Objectum ſunt omnia in fraudem Creditorum geſta, ſive res, ſive actiones fuerint. *l. 1. pr. § ſ l. 2. & ſeqq. l. 10. § 22. l. 14. ff. h. tit.* Vinn. *d. l. num. 8.* Concurrentibus ſcilicet antedictis requiſitis; hinc etiam, ſi quis rem allodialem in feudum dederit, ad hoc Edictum pertinet. Carpzov. *lib. 1. Reſp. 83.* Struv. *Exerc. 44. th. 74.* & Muller. *Diſſ. de frudificatione in fraudem creditorum.*

An Fructus veniant in hanc actionem?

Etiam Fructus in hanc actionem veniunt, qui alienationis tempore rei alienatæ cohærebant, & poſt inchoatum judicium percepti ſunt, vel qui à fraudatore percipi potuerunt. *d. l. 10. §. 20. ff. h. t.* Item partus & omnia Commoda, quæ interim acceſſerunt. *d. l. 10. §. 19. 21. 22. d. l. 5. §. 4.* In uſum Creditorum, ut maſſa concurſus augeatur. Mev. *p. 4. dec. 145.* Perez. *n. 15.*

Ex quo tempore?

Medio verò tempore, i. e. poſt alienationem & ante judicium acceptum nati & percepti fructus in reſtitutionem non veniunt. *d. l. 5. §. 4. & 5.* Non obſt. *d. l. 10. §. 22.* vid. Bachov. *ad Treutl. V. 2. D. 20. th. 5. lit. E.* Hahn. *h. t. N. X.*

An Uſuræ?

Nec Uſuræ; niſi obligatio in fraudem Creditorum remiſſa intra etiam uſuras comprehenderit. *d. l. 10. §. 22. arg. l. 19. ff. de jure fiſci.*

Forma.

XV. Forma & Differentia Specifica dependet partim ab Objecto, partim

partim à Fine, & in eo conſiſtit, quòd hac actione revocentur & repetantur à Debitore in fraudem Creditorum geſta, reſciſſa alienatione, ac ſi ſemper in bonis debitoris manſiſſent. *d. §. 6. I. de act.* Hujusmodi Formulam vid. apud Scacherum, *in Coll. Pract. ad h. t.*

XVI. Tempus autem, intra quod hæc actio in judicium deducenda, eſt ſpatium anni, & quidem utilis, ſcilicet, qui incipit currere non à die fraudulentæ geſtionis; ſed quo experiundi poteſtas fuit, i. e. die venditionis bonorum vel excuſſionis; *l. 1. pr. l. 10. pr. l. 6. §. f. l. 10. §. 18. ff. h. t. l. 2. §. 1. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* eo quòd prius haud conſtet, an etiam effectu defraudati ſint creditores, *l. 1. C. eod.* & agere non valenti non currat præſcriptio. Vinn. *d. l. n. 10.* Bachov. *d. th. 5. lit. F.* Si ergò notorium ſit, debitorem non eſſe ſolvendo, excuſſione hac opus non erit; ſicut etiam ſi debitor ſit ſpeciei. Trentacinq. *d. r. n. 10. & 11.* Poſt annum vero datur in id tantum, in quantum ad aliquem pervenit, ne lucrum ſentiat ex fraude. *d. l. 10. §. 24.* Carpz. *d. Reſp. 85. num. 19.* Stryck. *in uſu moderno §. 4. h. t.*

d. actio inſtituenda eſt intra annum utilem,

ſ. à d. ex die excuſſionis,

Limit.

Poſt annum datur, in quantum pervenit.

XVII. Finis eſt, ut conſulatur Creditoribus. *d. l. 1. §. 1. ff. h. t.* Effectus, ut res cum omni cauſa reſtituatur, *d. l. 10. §. 18.* atque omnia in priſtinum ſtatum revocentur, perinde ac ſi alienatio facta non eſſet; *d. §. 6. I. d. l. 10. §. 22. l. 14. ff. h. t.* etiam non refuſo pro reſtitutis pretio. *l. 7. ff. eod.* Sumptus tamen neceſſarios in rem factos reus ante reſtitutionem deducit. *d. l. 10. §. 20.* Sed quæritur: An qui ſcienter à debitore fraudatore emit, remque reſtituit, an pretium ſolutum à Venditore ipſi reſtituendum ſit? & diſtinguendum: An nummi ſoluti adhuc exiſtant in bonis, & reddendi erunt, *l. 8. ff. h. t.* quia hæc actio introducta eſt, ut Creditores damnum evitent, non ut lucrum capient. *d. l. 10. §. 24.* An ſint jam a fraudatore conſumpti? tunc illos repetere nequit. *l. 7. l. 8. ff. h. t.* Trentacinq. *d. l. num. 25.* In quo differt ab Actione Faviana & Calviſiana, in quibus indiſtinctè pretium ſuum conſequitur. *l. 1. §. 12. ff. ſi quid in fraud. patr. fact.*

Finis.

Effectus eſt reſtitutio in priſt. ſtatum, non refuſo pretio, niſi quoad ſumptus neceſſarios.

Quær. An Venditor emptori fraudem ejus ſcienti de pretio teneatur? Diſt.

XVIII. Porrò quæritur: Si unus ex Creditoribus debitum ſuum a debitore fuerit conſecutus, an iidem ad reſtitutionem ſit obligatus? Et diſting. An ſolutio facta ſit bonis jam poſſeſſis, an nondum poſſeſſis? Illo caſu, quia non debuit præripere cæteris Creditoribus, proinde ipſis eſt exæquandus, & ab æqualibus creditoribus in diviſionem revocatur *l. 6. §. 7. l. 24. ff. h. t.* Mev. *p. 2. dec. 222. & p. 4. dec. 142.* Idem obtinet, ſi bonis licet non poſſeſſis, ſed creditoribus ſolutionem urgentibus, uni ex iis per gratificationem ſolutum *dd. ll.* Qui vero bonis nondum poſſeſſis debitum ſuum recepit, contra illum nec hæc, nec alia competit actio; licet ipſe ſciverit, debitorem non eſſe ſolvendo; ſibi

Q. An, quod unus ex creditor à tali debitore accepit, reſtituere debeat? Diſt.

An ſolutum bonis jam poſſeſſis,

 enim

Ampl. an nondum poſſeſſis? *Ampl.* *Limit.*

enim vigilavit. *dd. ll.* Modo illud non injuſte extorſerit. *d. l. 24.* Ut ſi unus ex creditoribus debitori fugienti, & pecuniam ferenti abſtulerit, quod ipſi debetur; *d. l. 10. §. 16.* ibi Brunnem. *num. 23.* add. Idem, *C. 5. dec. 59.* nec pluribus Creditoribus inſtantibus & ſolutionem urgentibus ipſi per gratificationem fuerit ſolutum, *d. l.* aut non ſint paris conditionis; ſed reliqui potiora jura habuerint; latè B. D. Harpprecht. *Reſp. 92. n. 365. & ſeqq. & Conſil nov. 74. num. 51. cum ſeqq.* Sic creditor tempore poſterior ſciens debitorem non eſſe ſolvendo, publicum hypothecæ Inſtrumentum ſibi confici curans, prioribus Creditoribus privato licet inſtrumento ſubnixis Pauliana tenetur. Sande, *d. l. def. 1.* Ludovici *von* Concurs-Proceſs *cap. 1. §. 8.* Struv. *Exerc. 44. th. 80.* ibique Müllerus. De his diximus ſupra *ad tit. de reb. auth. poſſ. §. 25.*

Contraria.

XIX. Ceſſat hæc actio, quando (1.) Actor alio ordinario remedio tutus eſt. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* (2.) Si alienatio non fuerit voluntaria; ſed neceſſaria. *l. 6. §. 6. & 7. ff. d. t.* (3.) Si facta ſit tam ſcientibus, quam conſentientibus creditoribus, *d. l. 6. §. 9.* (4.) Bonis debitoris nondum excuſſis, *l. 1. C. eod.* (5.) Vel ex reliquis debitoris bonis ſatisfieri poſſit, ſicque creditores eventu fraudati non ſint. *l. 6. §. 2. ff. de reb. auth. jud.* (6.) Si hæredem habuit fraudator, & Creditores vel dulcedine uſurarum, vel qua alia ratione ejus fidem ſecuti ſint. *d. l. 10. §. 10.* Plures exceptiones ex præcedentibus fluunt. Struv. *Exerc. 44. th. 81.* ibique Mullerus.

Affinis.

XX. Affinitatem quandam cum hac Actione habent Actio Faviana & Calviſiana; De quibus ſupra *ad Tit. Si quid in fraud. patr. geſt.* Publiciana & Reſciſſoria. De quibus *§. 4. & 5. I. de act.* & ſupra *ad tit. de Publ. in rem act. & ad tit. ex quib. cauſ. maj.* §. 16. & 25. add. B. Dn. Schilter. *d. Ex. §. 52.* & Carpzovius *Dec. 224.*

LIBER XLIII.

§. I.

Connexiones Libri XLIII. Remedia Poſſeſſoria Extraordinaria. Tit. 1.

POſſeſſionis Remedia, de quibus hactenus actum, ſequuntur Extraordinaria, quæ ſunt Interdicta, quibus de nuda poſſeſſione quæritur. Prætor enim ea dedit, ut conſtet, apud quem poſſeſſio rei controverſæ manere debeat, dum judicium de proprietate agitur.

II. De his itaque primo agitur in genere, Tit. 1. *De Interdictis, (ſive Extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt.)* aut in ſpecie. Hæc dantur vel ad U-

Univerſitat.

niverſitatis poſſeſſionem conſequendam, quæ alias Interdicta Adipiſcendæ poſſeſ-

poſſeſſionis vocantur: & quidem ex ſucceſſione vel prædicta Miſſione in poſ-
ſeſſionem. Ad illam ſpectant Tit. 2. *Quorum bonorum.* Tit. 3. *Quod Legato-* 2. 3.
rum. & Tit. 4. *De Tabulis exhibendis.* Ad univerſalia pertinet Tit. 5. *Ne vis* 4. 5.
fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus erit. Aut rerum ſingularium, & ſunt vel Divini, Singularia, Divini
Tit. 6. *Ne quid in loco ſacro fiat.* vel Humani Juris; & ſpectant vel rem publi- 6.
cam, vel privatam. Illa ſunt de Locis publicis fruendis & tuendis: Tit. 7. *De* vel Humani
Locis & Itineribus publicis. Tit. 8. *Ne quid in Loco publico vel itinere fiat.* Tit. 9. Juris,
De Loco publico fruendo. Tit. 10. *De via publica, & ſi quid in ea factum eſſe dica-* Circa rem
tur. Tit. 11. *De Via publica, & Itinere publico reficiendo.* & ſimiliter de Flumi- publicam,
nibus publicis: Tit. 12. *De Fluminibus, ne quid in Flumine publico, ripave* 7. 8. 9. 10.
ejus fiat, quo pejus navigetur. Tit. 13. *Ne quid in Flumine publico fiat, quo ali-* 11. 12. 13.
ter aqua fluat, atque uti priore æſtate fluxit. Tit. 14. *Ut in Flumine publico navi-* 14.
gare liceat. Tit. 15. *De Ripa munienda.* 15.

III. Interdicta ſingularia rem privatam concernentia pertinent vel ad Res, vel privatam.
vel ad Perſonas. Dedit autem Prætor, rei ſuæ contra vim illatam tuendæ
cauſa, amiſſam poſſeſſionem recuperandæ, Interdictum Recuperandæ; 16.
Tit. 16. *De Vi & Vi armata.* vel conſervandæ, hinc Interdictum Reti- Immobilem.
nendæ; Eſtque vel Generale, reique immobilis, juriumve; Tit. 17. *Uti* 17.
poſſidetis. vel Speciale, ratione juris in alieno fundo. Tit. 18. *De Superficie-* 18.
bus. vel ſervitutis cujusdam, ut ſunt: de Itinere & Actu. Tit. 19. *De Iti-* 19.
nere Actuque privato. de Aquis, earumque ductu. Tit. 20. *De aqua quotidia-* 20.
na & æſtiva. Tit. 21. *De Rivis.* Tit. 22. *De Fonte.* de Cloacis. Tit. 23. 21. 22. 23.
De Cloacis. Porrò Interdictum Generale Retinendæ datur contra vitioſas
poſſeſſiones, ſcil. violentam, clandeſtinam; Tit. 24. *Quod vi aut clam.* 24.
niſi prohibitio iterum remiſſa ſit. Tit. 25. *De Remiſſionibus.* & contra poſ- 25.
ſeſſionem precariam Tit. 26. *De Precario.* Ad Specialia Interdicta ad- 26.
huc referuntur de Arboribus & Glande. Tit. 27. *De Arboribus cædendis.* 27.
Tit. 28. *De Glande legenda.* 28.

IV. Interdicta circa Res ſequuntur alia de Perſonis. Tit. 29. *De* Circa perſonas.
Homine libero exhibendo. & Tit. 30. *De Liberis exhibendis, item ducendis.* Por- 29. 30.
ro Interdicta Retinendæ de rebus mobilibus in ſpecie proponuntur, & circa rem
Prætor prohibet vim fieri poſſeſſori earum rerum. Tit. 31. *De Utrubi.* mobilem.
vel inquilino migranti cum rebus ſuis illatis. Tit. 32. *De Migrando.* De- 31.
nique ratione rerum conductoris pro mercede pignori obligatarum datur In- 32.
terdictum Salvianum. Tit. 33. *De Salviano Interdicto.* 33.

TIT. I.

DE INTERDICTIS, (ſive EXTRAORDINARIIS ACTIONIBUS, QUÆ PRO HIS COMPETUNT.)

Inſt. *Lib. 4. Tit. 15.* Cod. *Lib. 8. Tit. 1.* Extra. *Lib. 2. Tit. 12.*

§. I.

Connexio. Remedia poſſeſſoria ſunt Interdicta, quorum frequens eſt uſus.

IN præcedentibus dictum eſt de Remediis poſſeſſoriis Ordinariis: In hoc Libro ſequitur de Remediis poſſeſſoriis peculiaribus, quæ propriè Interdicta vocantur, pro quibus Actiones exercentur Extraordinariæ *pr. I. & rubr. ff. h. t.* De hiſce Judiciis poſſeſſoriis agitur primo in genere, poſtea vero de ſingulis in ſpecie. Hujus enim materiæ frequens uſus eſt in foro, imprimis in materia probationum, quia poſſeſſio onus probandi transfert in adverſarium, *l. 14. ff. l. 2. C. de probat. l. ult. C. de R. V. l. 4. C. de edend.* hinc monet Cajus, *in l. 24. ff. de R. V.* ut, qui deſtinavit rem petere, animadvertere debeat, an aliquo Interdicto poſſit nanciſci poſſeſſionem, quia longè commodius (& potius) eſt poſſidere, & adverſarium ad onera petitoris compellere, quam alio poſſidente petere. *§. 4. I. h. t. l. 128. pr. ff. de R. J.*

Interdicti Etymol.

II. Interdicta appellantur ab Interdicendo, ſecundum Imperat. quia inter duos dicuntur, *§. 1. in f. I. h. t.* Joh. Voëtius *n. 1. h. t.* quæ notatio remota nimis videtur. Secundum alios, quia interim dicuntur; nam Interdicta poſſeſſorem interim dicunt, quoad quæſtio de proprietate terminetur. *l. 3. C. h. t. l. 13. C. de R. V.*

Nomen. Latè.

Hoc vocabulum in genere ſumitur pro qualibet prohibitione, ſic Interdictum novarum nuptiarum. Mev. *p. 6. dec. 319.* In Jure accipitur Latè pro quolibet juſſu Prætoris, & ita continentur Decreta & Edicta. Hahn. *ad W. h. t. N. 2.*

Strictè.

Strictè pro quolibet remedio ſeu judicio poſſeſſorio. Interdicere autem non ſolum ſignificat prohibere, ne quid fiat: *l. 6. ff. d. V. O. l. un. §. 5. ff. ut in flum. publ. nav. lic.* ſed etiam jubere, ut quid fiat, *d. l. un. pr.* ut in reſtitutorio & exhibitorio, *pr. & §. 1. I. h. t.* P. Frederus, *de Interdict. Comm. num. 38.*

Strictiſſimè.

Strictiſſime pro prohibitorio tantum, *d. §. 1. I. h. t.* Hodie Interdictum denotat Actionem ipſam ex interdicto, *l. 5. C. h. t.* quæ olim ex cauſa Interdictorum, & demum poſt juſſionem concedebatur, uti ex ſeqq. patebit. add. *§. ult. I. h. t.*

Synonyma.

Ex dictis jam conſtat, Interdicta quoque vocari Decreta, *d. §. 1. I. 1. pr. ff. de tab. exhib.* Edicta, *l. 20. §. 1. 5. 6. ff. de N. O. N.* quamvis hæc alias differant ut genus & ſpecies. Hahn. *d. l. num. 7.* Bachov. *ad Treutl. V. 2. D. 25. th. 1. lit. B. & C. in f.* item Actiones. *l. 3. l. 4. C. h. t. l. 37. pr. ff. de O. & A. l. 49. in f. ff. ad L. Aquil.*

L. 3

l. 3 pr. ff. de mort. inf. l. 5. C. qui legit. perſon. Actiones extraordinariæ; *rubr. ff. h. t.* quia hodie competunt contra veterem inſtituendi & procedendi modum, & ſine formula impetrationis. *§. 5. I. h. t. junct. l. 1. C. de form. & impetr. act. ſubl.* Judicia poſſeſſoria, ratione petitorii. *l. 14. §. 3. ff. de exc. rei jud.*

III. Jure veteri interdicta erant (prout ex formulis in hoc libro propoſitis apparet,) formulæ & conceptiones verborum, quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat, maxime tunc, cum de poſſeſſione contendebatur. *pr. I. h. t.* ibi: *Erant*, i. e. jam ante tempora Juſtiniani. Interdicta autem proprie formulæ non fuerunt, ſed tropice loquendo, & rectius juſſa Prætoris certis formulis comprehenſa. Olim namque erat in uſu Notio, vid. ſupra *ad tit. de jurisd. §. 15.* Verum de cauſa poſſeſſionis ipſi Magiſtratus, non dato Judice, ſtatim ſummarie cognoſcebant, & ex illa cognitione jubebant aliquid fieri, vel non fieri, quæ juſſio dicebatur interdictum, *l. 1. §. 4. ff. uti poſſid.* & ſi juſſi non obtemperabant, adverſus eos Magiſtratus implorati, vel manu miniſtrorum, aut militari executivè procedebant, aut actionem concedebant, ad Judicem pedaneum remittendo. *L. 1. §. 2. ff. ſi ventr. nom. mul. l. 3. pr. ff. ne vis fiat.* Sed vetus ille interdicendi modus Jure Juſtinianeo eſt mutatus, *l. 5. C. h. t.* ut hodie extra illum ordinem vel ritum jus dicatur, & actio ex cauſa interdicti reddatur. *§. 8. I. h. t. ſeq. §. 15. inſ.* Bachov. *d. l. verb. Hodie ſunt* Manz. *ad pr. I. h. t. n. 29.* Ut tam in poſſeſſorio, quam petitorio competens utilis actio in factum ſtatim experiri debeat. *d. l. 5. C. h. t.* non quidem quoad nomen actionis; ſed cauſam petendi, Umm. *Proc. jud. D. 6. th. 11. num. 31.* ſupra *ad tit. de edendo. §. 11. in med.* vel etiam Judicis officium imploratur. Sed quando & quomodo? vid. Schulter. *ad ff. Ex. 42. §. 12. & ſeqq.* Interdicta Jur. Vet. quid? Vetus interdicendi modus. Hodie eſt mutatus.

IV. Novo autem Jure Interdicta nihil aliud ſunt, quam actiones maxime de poſſeſſione vel quaſi competentes. *princ. I. h. t. add. l. 1. §. 4. ff. uti poſſid.* Ludwellus, *ad I. D. 17. th. 5.* Hodie interdicta ſunt Actiones, per *dd. ll. in prac. §. 2.* Prætoriæ, *pr. I. h. t. l. 1. pr. ff. quor. bonor.* & paſſim dicuntur Extraordinariæ, in factum, *§. 8. I. h. t.* Cludius, *ver. quotid. c. 8. ſ. 1. n. 2.* Utiles ex cauſa interdicti D. Schulter *d. l. §. 7. add.* ſupra *ad tit. de præſcr. verb. §. 23.* Sed actiones ex interdictis nunquam ſunt famoſæ *l. 13. ff. de vi & vi arm. l. 32. ff. de Pœn.* Porro additur particula Maxime, juxta Imp. *in pr. I. h. t.* quia interdicta quædam & proprietatis cauſam continent. *l. 2. §. 2. ff. h. t.* Non enim minus dicuntur eſſe interdicta, licet de proprietate agant magis principaliter, v. gr. de itinere actuque privato, de aqua quotidiana, de ſacris & religioſis *d. l. 2. ſ. 2. h. t. l. 3. §. 11. & ſeqq. ff. de itin. actuque priv. l. 1. §. 38. ff. de aqua quotid.* & vice verſa. Joh. Voet. *n. 2. h. t.* Nam in petitoriis quoque de Poſſeſſione agi- Descriptio. explicatur. Interdicta quomodo agant de proprietate?

 tur,

tur, licet non principaliter, tamen per conſequentiam. *l. 14. §. 1. ff. de except. rei jud.* Sic vindicans petit ſe dominum declarari, & poſſeſſionem reſtitui. *§. 1. I. de act. l. 9. ff. de R. V.* Bachov. *d. th. 1. lit. B. & C. verb. Actiones*, Manz. *d. l. n. 18. pr. I. h. t.* De Poſſeſſione vel qs. dicitur, quia objective, tam de vera, quam de quaſi poſſeſſione competunt; & Interdicta rerum incorporalium & jurium quaſi poſſideri dicuntur. *L. 3. ff. de ſervit. l. 8. §. 7. eod. l. 18. pr. ff. ſi ſerv. vind. l. 18. §. 1. ff. de H. P. l. 3. §. pen. ff. de vi & vi arm.* add. ſupra *ad tit. de A. vel A. P. §. 14.* Nec non interdicta competunt ad ea, quæ vere non poſſidentur, e. gr. liber homo, res ſacræ, religioſæ. *l. 23. §. 2. l. 30. §. ff. de A. vel A. P.* add. *l. 43. ff. de relig. & ſumpt. fun.*

Interdicta ſunt actiones. An reales, perſonales,

V. Quæritur: An Interdicta ſint Actiones reales, an perſonales? Nonnulli omnia Interdicta eſſe Realia defendunt, ut Weſenb. *h. t. n. 7.* Treutl. *Vol. 2. D. 25. th. 1. lit. C.* hoc argumento: Quæcunque actiones competunt de jure in re, illæ ſunt reales. Poſſeſſio autem eſt inter V. juris in re ſpecies, ſupra *ad tit. de Div. rer. §. 3.* Quinam dicunt eſſe Perſonales. Donell. *l. 15. Comm. c. 37.* Cujac. *lib. 1. obſ. 17.* per *L. 1. §. 3. ff. h. t.* Franzk. *ad pr. I. h. t.* Huber. *n. 2.* Thomaſius *ad Strauch. diſſ. 23. th. 16.* Beyer *pr. h. t.* Mixtas eſſe ſtatuit Perez. *in C. h. t. num. 8.*

an mixtæ?

Gœhauſen, *in ſua admonitione neceſſaria*, neque reales, neque perſonales eſſe putat, per *l. 68. ff. de R. V.* ubi Interdicta cum realibus & perſonalibus actionibus ſibi invicem contradiſtinguuntur.

VI. Sed nos dicimus, interdicta quædam eſſe realia, quædam perſonalia; ſicut enim actiones in reales & perſonales dividuntur à Cauſa Efficiente proxima, jure ſcil. in re & ad rem ſive obligatione: ita etiam Interdicta quædam deſcendunt ex jure in re, quædam ex jure ad rem. Sic Interdicta deſcendentia ex ipſa poſſeſſione, & in quibus actor ſe fundat in poſſeſſione, ſunt Realia, qualia ſunt interdicta Retinendæ poſſeſſionis, v. gr. Interdictum Utrubi, de rivis, de fonte, de aqua quotidiana, uti poſſidetis. *l. 1. §. 1. ff. h. t. L. 1. ff. uti poſſidet.* Nam poſſeſſio acquiſita eſt jus in re. Porro Interdicta quædam ex contumacia vel delicto oriuntur, eæque ſunt Actiones perſonales, quia ex jure ad rem ſeu obligatione quadam deſcendunt, ut recuperandæ poſſeſſionis; *l. 1. pr. §. 1. l. 7. ff. de vi & vi arm. l. 1. pr. §. 1. ff. quod vi aut clam.* & de interdictis Noxalibus vid. *l. ult. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 45. th. 9.* ibique Mullerus. Hancque ſententiam defendit poſt alios, Ludw. *de ibus. 5. lit. D.* Bachov. *ad Treutl. d. l.* quem ſequitur Hahn. *ad Weſenb. h. t. N. 5.* Schilter. *d. l. §. 20. ſeqq.* Dn. Voet. *ad ff. h. t. num. 2.*

Sunt quædam actiones reales, quædam perſonales.

Reſp. ad contraria.

Nec obſtat argumentum Weſenbecii, Reſp. enim ad Majorem, perſonales quoque dari actiones de jure in re, v. gr. Stipulatio etiam agit de dominio, non quidem ut de Cauſa Efficiente, ſed de objecto. Verum

Reales

Reales dicuntur à Cauſa Efficiente, & deſcendere debent ex jure in re, Nec refert, an agant de jure in re; ſed non Acquirendæ aut Recuperandæ poſſeſſionis interdicta. Cum enim Actor nondum habeat poſſeſſionem tanquam jus in re, quomodo aget ex jure in re, poſſeſſione ſcilic. Aliud autem eſt, num actio naſcatur ex re, num propter illam rem, ſed ex alio negotio *l. un. C ſi ſerv. ext. ſe emi mand.* Ad obſt. *l. 1. § 3* Reſpond. ibi interdicta non pro actionibus, ſed ipſis Præceptionibus & formulis ad certas perſonas directis accipi; ibi enim interdicta dicuntur Perſonalia, atque ut pacta perſonalia, in *L. 7 § 8 ff de pact.* i. e. quatenus ad certam perſonam ſunt reſtricta; Et e contra Realia, quatenus ſunt concepta indefinite, ſine determinatione certæ perſonæ. Ad *l. 41 ff de R. V.* Reſp. Et ibi vocem Interdicti non pro actione, ſed ipſo præcepto Magiſtratus accipi, atque juſſionem denotare. add. *præc. § 5.*

VII. Interdicta dividuntur I. à Cauſa Efficiente Proxima in Realia & Perſonalia, de quibus in *præc. § 6.* II. Ratione ſubjecti in Simplicia, duplicia ſeu mixta. Joh. Voet. *n. 5. h. t.* Illa ſunt, in quibus alter locum Actoris, alter locum Rei obtinet. Qualia ſunt Reſtitutoria, aut Exhibitoria. Hæc, in quibus uterque Actoris & Rei partes ſuſtinet. Talia ſunt tantum interdicta Retinendæ poſſeſſionis, uterque namque petit, & ab utroque aliquid petitur *L. 2. pr. ff. § 3. ff. h. t.* Quær. An præter interdicta retinendæ poſſeſſionis & alia ſint duplicia? Neg. per *d. l. 2 l. 37. § 1. ff. de O & A.* Nec obſt. *d. l. 2 § 3.* ubi Duplicia ſunt tam Recuperandæ, quam Adipiſcendæ poſſeſſionis, ibi n. Duplicia dicuntur non ratione objecti, ſed ratione finis, quia ſcil. modo ad adipiſcendam, modo ad recuperandam, modo ad retinendam poſſeſſionem pertinent, tale eſt, Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſſus eſt. *l. 3 de Gothofr. in D. ff. h. t. l. 1. § 3. ff. ne vis fiat ei.* add. Hahn. *h. t. N. 4. verb. Nonnulla.* III. Ratione Objecti verſantur vel circa Jus Perſonarum, e. gr. de liberis exhibendis, de libero homine. Vel circa jus rerum, & hæc vel circa res Divini Juris, ut de rebus ſacris vel religioſis: vel Humani Juris, hujus generis ſunt vel publica, vel privata, hæcque viciſſim univerſalia, ut, quorum bonorum: vel ſingularia, ut, quod legatorum. *l. 1. pr. l. 2. § 1. ff. h. t.* IV. A forma & effectu alia ſunt Prohibitoria, quibus Prætor vetat aliquid fieri. Alia Reſtitutoria, quibus reſtitui aliquid jubet. Exhibitoria, per quæ jubet exhiberi. *§ 1. I.* ubi exempla recenſentur. *l. 1 § 1 ff. h. t.* Ludwell *d. D. th 6.* Menoch. *prælud. adip. poſſ. rem. 5 n. 7.* Struv. *Exerc. 45. th. 8.* ibique Mullerus. Alia Mixta, quæ & prohibitoria ſunt & exhibitoria; *d. l. 1. § 1. l. 1. l. 3. pr. ff. de lib. exhib.* vel prohibitoria & reſtitutoria *l. 1. § 2. l. 2. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ.*

Div. 1 in Realia & Perſonalia. 2 In Simplicia & Duplicia.

Quæſtio. Obj. Reſp.

3. Circa Jus perſonarum vel rerum, & Divini vel Humani Juris.

4. In Prohibitoria, Reſtitut. Exhibitoria, & Mixta.

VIII.

5. *Subdiv.* VIII. V. A fine divid. in Interdicta Adipiſcendæ, Retinendæ & Recuperandæ poſſeſſionis, *§. 2. J. l. 2. §. 3. ff. h. t.* hæc tamen diviſio non eſt generis in ſuas ſpecies, ſed ſubdiviſio, quæ ad rem familiarem ſpectat, uti reſtringit JCtus Paulus, *in d. l. 2. §. 3.* Nam ad res Sacras vel Religioſas nullum interdictum neque Adipiſcendæ neque Retinendæ, neque Recuperandæ Poſſeſſionis pertinet. Cum autem omnis de poſſeſſione rei privatæ contentio eò ſpectet, ut aut poſſeſſionem adipiſcamur, aut amiſſam recuperemus, aut adeptam retineamus, *add. l. 5. ff. de LL.* Sic

In Adipiſcendæ, interdicta Adipiſcendæ poſſeſſionis ſunt, quibus agimus ad adipiſcendam poſſeſſionem, quam nunquam habuimus. v. gr. Interdictum Quorum bonorum, Salvianum. *§. 3. J. l. 2. §. 3. ff. h. t.* Menoch. *d. l. num. 11.*

Retinendæ, Retinendæ ſunt, quibus agimus ad retinendam poſſeſſionem, quam habemus, ut ſunt interdicta Uti poſſidetis & Utrubi. *§. 4. J. d. l. 2. §. 3. ff. h. t. l. 1. §. 1. ff. uti poſſid.* Menoch. *præ-*

& Recuperandæ, *lud. ret. poſſ. num. 6.* Recuperandæ, quibus agimus ad recuperandam poſſeſſionem, quam habuimus & amiſimus, & proponitur Interdict. Unde vide *§. 6. J. dict. leg. 2. §. 3. ff. h. t.* Menochius *recup. poſſeſ.*

An detur Mixta, *prælud. num. 41. & ſequentibus.* Quidam addunt Mixta, ſcilicet quæ tam ad Acquirendam, quam ad Recuperandam poſſeſſionem pertinent. *d. l. 2. §. 3. in f. l. 35. §. 1. ff. de O. & A. & per l. 1. §. 3. ff. ne vis fiat.* Hahn. *d. l.* ſed Diſſ. Cujac. *l. 4. O. 11.* & Bachov. *d. th. 1. lit. F. in f.* Joh. Voetius. *d. tr. num. 3.* Alii

Conſervandæ poſſ. jungunt adhuc aliam ſpeciem, ſcil. conſervandæ poſſeſſionis; ſed proprie conſervare idem eſt ac retinere *l. 71. ff. de procurat.* Ludwell. *d. th. 6. in f.* poſt Menochium, Bachov. *d. l. verb. An verò.*

6. Hoc judicium, de poſſ. IX. VI. Ratione Proceſſus hoc judicium poſſeſſorium divid. in Plenarium, ſive Ordinarium, & Summarium ſive Extraordinarium, quam diſtinctionem ex multis rationibus impugnat P. Freder. *de interd. conm. 15. num. 24.* illam tamen in judiciis eſſe receptam & quotidie practicari, omni dubio caret. Gail. *l. 1. O. 7. ibi* Grav. *num. 1.* Carpzov. *lib. 1. Reſp. 9. num. 9. 10. 11.* Clud. *var.*

eſt vel Ordinarium, *quæſt. c. 4. num. 30. & 44.* Stryck *in uſu moderno §. 1. & ſeqq. h. t.* Et Ordinarium dicitur, in quo, ſervato ordine judiciario, proceditur abſolute, &

vel Extraordinarium. de poſſeſſione litigatorum diſceptatur. *clem. Sæpe. de V. S.* Et ſic requiritur libellus, litis conteſtatio, plena probatio atque cognitio &c. Gail. *d. l.* Clud. *d. l. num. 37.* Extraordinarium eſt, quod extra juris ordinem exercetur; vel, in quo ſimpliciter & de plano, ſine figura judicii, aut ſine longo ſufflamine litis, ſuper poſſeſſione partium dubia proceditur. *d. Clem. Sæpe.* Ampliorem ejus deſcriptionem ex J. Ludov. peruſino refert Mev. *p. 2. dec. 250. num. 6.*

X. Diſſ.

X. Differt autem Summarium ab Ordinario (1) quoad judicii conſtitutionem: In hoc Libellus & Litis conteſtatio requiritur, in illo ſufficit qualiscunque petitio, unica ſaltem Citatio omittenda non eſt. Carpzov *lib. 1. Reſp. 10.* Imò Judex motu proprio & ex officio, ut ſcandala evitentur, & ne litigantes ad arma perveniant, mandatis pœnalibus eos compeſcere poteſt. Menoch. *Rem. poſſ. rem. 4. n. 4. & ſeq.* (2) In hoc agitur principaliter de poſſeſſione, & conſequenter, ne poſſeſſor turbetur, In illo principaliter, ne quis turbetur. 2.
(3.) Ratione modi: In hoc proceditur ſervato ordine, In illo ſimpliciter & de plano. 3.
(4.) In hoc requiritur plena cognitio. In illo ſummaria ſufficit. 4.
(5.) Quoad probationem: In illo plena probatio eſt neceſſaria, In hoc ſemiplena admittitur, & ſufficit, ſi ſaltem res aliquo modo probata ſit etiam per teſtes non juratos Carpz. *Lib. 1 Reſp. 11. per tot.* & J. F. p. 1 C. 7. *def. 17.* Sed vid. [illegible] D. Geav. *Diſſ. de poſſeſſor. ſummariiſſimo th. 37 & Diſſ. Herti de probat. in poſſeſſor.* [illegible] (6.) Ratione ſententiæ: In hoc eſt definitiva, quia totam cauſam poſſeſſionis determinat, & ſuper Poſſeſſorio perpetuum affert præjudicium, quamquam ſit cognitum & pronunciatum ſuper proprietate pro altera parte; In ſummario vero ſemper eſt interlocutoria, ſalvumque relinquit Ordinarium Interdictum poſſeſſorium. A nonnullis quidem dicitur Definitiva; ſed quatenus controverſia poſſeſſionis temporariæ ab utraque parte aſſertæ definitur; Ratione effectus autem manet interlocutoria, uſque dum in futuro ordinario de poſſeſſione plene judicatum ſit. Carpzov *l. 1 Reſp. 12 num. 1.* Geav. *d. l. num. 23.* Chriſtin. *V. 4. dec. 121. num. 5.* Unde reſpectu hujus etiam dicitur Præparatorium, quia in Summario Judex tantum cognoſcit, quis interim in poſſeſſione facti vel detentione eſſe debeat, non verò de ipſa poſſeſſione, ad quem ſcil. illa pertineat. Hinc exceptio rei judicatæ in Summario non nocet agenti in Ordinario; nec in Summario regulariter Appellationi locus eſt. Clud. *d. tr. c. 7. n. 64. & ſeqq.* Dn. à Lyncker Dec. 492. & 56. 5 & infra *ad tit. quib. app. non lic.* De his omnibus, poſt alios citt. vid. Gail. *d. l.* Cluden. *d. c. num. 61. & ſeqq.* & *cap. 6. num. 41.* addat. B. Dn. Frommann. *Diſſ. de Judicii ordinarii & ſummarii natura.* D. [illegible] in *Diſſ. de vero uſu remedii poſſeſſorii ordinarii & ſummarii.*

Quomodo differat ab Ordinario? Diff. 1.

In Summar. quomodo ſententia dicatur definitiva?

Regula.

XI. Extraordinarium hoc judicium (vid. *c. 11. X. de probat.*) diverſimodè appellatur, ut Remedium litigioſæ poſſeſſionis, Momentaneum, Summarium, Summariiſſimum, proviſionale, Recredentia, Interim, &c. uti hæc explicat Poſtius, *de Summar. poſſ. obſ. 3 per tot.* Cluden. *d. c. 4. num. 43* Stryck *§ 1. uti poſſidetis.* Proceſſus non ſolennis, non legitimus. *Summariſcher Proceſs.* Beſold. *Theſaur. pr. h. voc.* Gail. *L. 1. O. 78. n. 5.* Summarium & Summariiſſimum qui-

Synonyma. Dicitur Remedium Litig. Poſſ. &c.

quidem diſtare, docet Grev. *ad Gail. concluſ. 6. num. 5.* hodiè tamen in conſulendo & judicando plerumque Summariſſimum vocari, docet Scacc. *de appell. q. 17. lim. 6. m. 1 num. 16.* Clud. *d. l. num. 50.* Mev. *p. 2. dec. 236. num. 6.* Chriſtoph. de Paz *de tenuta ſeu interdicto & remedio poſſeſſor. ſummariſſimo.* Et datur, quando utraque pars de præſenti ſe poſſidere contendit, vel ſe hæredem eſſe prætendit, & apprehendere poſſeſſionem cogitat, ſicque quilibet reus eſſe velit, & res ad arma ſpectet.

Conſtitutio Litig. Poſſeſſionis. Ad quam req. 1. Immediatas. XII. Ut vero ſuper Conſtitutione Litigioſæ poſſeſſionis, (cujus fundamentum in *L. 13. §. 3. ff. de uſufr.* Schulter. *ad ff. Exerc. 13. th. 11.* & de ea agitur in Receſs. Imper. *de anno 1521. tit.* *Wie es im Drang der Poſſeſſion* Rec. Imp. *de anno 1548. & de anno 1555.*) poſſit procedi, requiritur, (1.) Ut partes litigantes immediatè Imperio ſubſint. Ord. Cam. *p. 2. tit. 21. pr.* & Concept. *Tit. 22. pr.* Mevius *p. 1. dec. 170. num. 6.* Sin partes mediate ſubſint, litigioſa tamen bona vel jura ſub diverſis Dominis ſint, & utraque pars contendat ſui vel alterius Domini jurisdictioni ſubeſſe, Camera deſuper cognoſcit. d. Ord. *d. tit. §. 1.* C. Kluck *de Contrib. c. 19. num. 110 & ſeqq.*

2. Litigium. (2.) Litigioſa ſit poſſeſſio, i. e. dubia, de qua duo extra judicium contendunt, *alſo, daß ſich jeglicher für einen Beſitzer des ſtrittigen Guths oder Gerechtigkeit hält, und deſſen redliche Anzeige hätte* Ord. *d. pr.* Idem. *der Poſſeſſion, oder quaſi, aus redlichen Anzeigungen, zweiffelich.* d. Ord. *§. ult.* & Concept. *d. t. §. 4.* Mevius *d. dec. n. 2.* Nam ſi certum eſſet, alterum poſſidere, & alterum turbare, non litigioſa, ſed turbata foret poſſeſſio, & turbator Mandatis pœnalibus, aliisque remediis coërceretur, Gail. *l. 1. O. 5. num. 5.* Clud. *d. c. 6. num. 13.* Schwanmann *Obſ. Cam. 56.* nam extraordinario remedio nemo juvandus, ubi ordinario locus eſſe poteſt. *L. 16. pr. ff. de minor. 25. ann.* Quid ſi jura hæc dubia & litigioſa a duobus in ſolidum poſſideri utrinque probet? vid. Koch. *ad O. C.* ap. Deckherr. *in Minerv. Lect. Cam. ad d. t. num. 5.*

3. Metus armorum. (3.) Metus armorum, item ſcandali, aut ſeditionis. Frider. *de Proceſſ. l. 1. c. 41. num. 1. 2.* Concept. *d. l. ibi. Die Partheyen jetzt allbereit mit thatlicher Handlung gegeneinander im Vorhaben, Übung und proceſſu ſtunden, alſo, daß ſich gleich Empörung, Weiterung oder Aufruhr daraus zu beſorgen.* Stryck. *in uſu modern. §. 1. uti poſſidet.* Si autem periculum non ſit præſens, pertinet ad Ordinarium poſſeſſorium, vel ſi ſimplex turbatio, vis vel ſpolium, alia patent Remedia. Frider. *d. l.* Cluden. *d. c. num. 101.*

4. Certioratio. (4.) Judex de tali metu & præſenti periculo quodammodo certior factus ſit. Blum. *Proc. Cam. tit. 31. num. 22.* Pfannkuch. *de Poſſ. Summariſſ. c. 7. n. 27.*

Quomodo in Cam. Imper. in proc. Con... XIII. In Camera Imperiali Judex vel ex officio, vel ad inſtantiam ſive ſupplicationem partis unius, vel utriusque, & petitionem Citationis ſuper Conſtitu-

ſtitutione de litigioſa poſſeſſione, (requiſitis antea memoratis breviter inſertis) Citat enim primum decernit, (niſi nimium in mora periculum vel ſcandalum ſubſit, Menoch *de ret. poſſ. rem. adv. n. 31* poſt alios Mev. *d. p. dec. 257. num. 4. 5*) & utramque partem articulos poſſeſſorios aut capitula, quæ utraque pro ſe ſuper litigioſa poſſeſſione aſſerta probare velit, offerre, & teſtes nominare ſub certo termino jubet. An & testium reprobatio ante ſententiam admittenda? vid. *Mev. p. 3. dec. 152. & p. 6. dec. 300.* Dein cognito, quis ſit in poſſeſſione, vel meliores probationes adduxerit, alteri inhibet, Sin probationes ſunt æquales, poſſeſſionem vel quaſi Juris controverſi ſequeſtrat. ſeu tertio cuidam pro adminiſtratione tradit vel generaliter inhibet, ut neuter ad litigioſam poſſeſſionem vel quaſi accedat, nec ad actum & ejus perveniat; utrumque teſtes & probationes recipit, etiam inſtrumenta. Mev. *p. 4. dec. 193* omniaque ſummarie, &c. quantum poteſt, celeriter examinat, non autem exigitur libelli exhibitio, litis conteſtatio, teſtium juramentum, (ob præſens ſcilicet periculum, alias vid. Mev. *p. 8 dec. 492.* Coch. *Prax. Fori Germ. p. 4. cap. 10. §. 7. in fin.*) actorum communicatio, rotuli publicatio, & quæ alias Juris ordo requirit; ſed tantum quod ad poſſeſſionis ſummariam indagationem facit, Mev. *d. p. 2. dec. 278.* vid. Stryck. *in uſu moderno. §. 2. uti poſſidet.* D. Grav. cit. *Diſſ. th. 36. 38. & 40.* Mev. *p. 3. dec. 152. p. 8. dec. 492.* & tunc ſtatim in ea cauſa pronunciat, atque poſſeſſionem in Summariiſſimo pro melius probante vel potiori aſſignat, ſalvo ordinario poſſeſſorio & petitorio cuivis competente inſtituendo, hac formula *Doch beyden Theilen ihre Gerechtigkeit der Haupt Sache halben in poſſeſſorio & petitorio, ſo ferne ſie einander Spruch und Forderung nicht erlaſſen wollen, gebührlicher Orthen anzubringen und auszuführen unbenommen, ſondern vorbehalten.* Concept. *d. l. ibi.* *Sub derſelben poſſeſſion vel quaſi bis zur endlichen Austrag des ordentlichen Rechtens in poſſeſſorio oder petitorio zu verhalten, und ſoll ſolches keinem Theil an ſeinem Innhaben oder Beſitz, im Rechte nachtheilig ſeyn.* Hac autem reſervatio ſi omittatur, appellationi locus erit, Mev. *p. 6 dec. 193* quicquid enim in momentaneo decernitur, momentaneum eſſe debet atque reparabile, neutri parti in ordinario poſſeſſorio aut petitorio præjudiciale. Gail. *l. 1. O. 9 num. 6.* Mevius, *p. 1. dec. 159 num. 9.* vid. de hac materia late Gail. *l. 1. O. 5. & 6.* Speculator, *in tit. de petit. & poſſ.* Caſtrens. *V. 2. Conſ. 3.* Roding. *ſ. Cam. lib. 1. t. 9. lib. 3 tit. 9 & 21* Schvvanm. *Obſ. Cam. 57* Blum. *Proc. Cam. tit. 51.* & maxime Grav *Diſſ. de Judicio poſſeſſ. ſummariiſſ.* Menoch. *de retin. poſſ. remed. ubi per tot.* Cluden. *d. tr. 1. 4. 5. & 6* Pfannkuch, *de poſſeſſ. ſummariiſſ.* ubi ad Conſtitutionem Imperialem §. ſ. ſuper litigioſam poſſeſſionem deducit, quod ſuccumbens in poſſeſſorio ordinario, licet in Summariiſſimo vicerit, tum condem-

tionis ſuper litig. poſſ. pronuntiatur.

ptos, quam perceptos fructus reſtituere debeat. *l. 2. c. 17. num. 5. & ſeqq. p. m. 277. ſeqq.*

7. Interdicta ſunt vel Annalia vel Perpetua.

XIV. VII. Ratione durationis interdicta quædam Annalia ſunt quædam Perpetua. *l. 1. § f. l. 4. ff. h. t.* Illa, quæ anno præſcribuntur, veluti pœnalia ex delicto. Hæc, quæ ultra annum durant, nam rei perſecutionem continent. *l. 4. ff. eod. l. 35. pr. ff. de O. & A. l. 15. §. 3. ff. quod vi aut clam.* Struv. *Exerc. 45. th. 8.* ibique Mullerus. Frommann. *de act. petit. & poſſeſſ. th. 74.* add. Bachov. *d. l. th. 1. lit. F. pr.* Friderus, *de Interdictis. Comm. 8. & 9. Eod. tr. comm. 7. XXX.* adfert diviſiones, quæ tamen pleræque nihil aut parum ad hanc materiam faciunt, vel quia LL. incognitæ, intricatam potius cauſam reddunt. Bachov. *d. D. 15. th. 1. lit. F.*

C. E. Prox. Impuls.

XV. Cauſa Efficiens Interdictorum Proxima, pro Specierum diverſitate, diverſa eſt, vel jus in re, vel ad rem. *prae. §. 6.* Impulſiva, quia fere ſemper ingens exiſtit contentio de ipſa poſſeſſione, *§. 4. I. h. t.* & actiones civiles tum temporis deſuper propoſitæ non erant, Prætor ex æquo interdicere debuit, idque, ut celeriter, non tamen violenter, atque in commodum poſſeſſionis res terminaretur. Manz. *ad pr. I. h. t. n. 9. 10.* vid. *ſeq. §. 17.*

Subjectſ.

Subjectum ſunt perſonæ, inter quas de poſſeſſione eſt controverſia, *l. 14. §. f. ff. de exc. rei jud.* vel omnes, quorum intereſt, *l. 15. l. 16. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. 5. ff. ne vis fiat ei.* & qui ſuum alia actione non ſunt conſecuti. *d. l. 15. §. fin.*

Obj. Diff. Spec.

Objectum ſunt potiſſimum poſſeſſiones vel quaſi *l. 1. ff. h. t.* Differentia Spec. dependet ab objecto, quod principaliter in his agatur de poſſeſſione vel quaſi. Nam licet etiam in rei vindicatione agatur de poſſeſſione, id tamen fit minus principaliter. *prae. §. 4.* An verò quis principaliter poſſeſſionem in judicium deduxerit, an vero proprietatem? ex concluſione libelli dijudicandum eſt, quod nonnunquam difficile apparet, ſi ſcilicet ad colorandum, ut ajunt, poſſeſſorium titulus producatur, documenta edantur, ſicque Petitorium inſtruatur. Clud. *c. 4. num. 20. & ſeqq.* D. Harppecht, *in Conſil. nov. 4. n. 269. cum ſeqq.*

Finis. Effectus.

Finis eſt, ut poſſeſſio vel proprietas defendatur pro diverſitate ſubjectorum & ſpecierum. *pr. I. l. 2. §. 2. ff. h. t.* Effectus quis ſit, non tantum ex ſequentibus Regulis colligendum eſt, ſed & quibus remediis poſſeſſiones defendantur? vid. ſupra *ad tit. de A. vel A. P. §. 31. & ſeqq.*

Quæ dentur Remedia?

Ex Interdictis vero hodie agi poteſt vel Utili actione in factum ex cauſa interdicti inſtituta; *§. f. I. h. t. l. 3. §. 2. ff. ne vis fiat ei*, qui in poſſ. vel facta Imploratione officii Judicis Nobilis pro decernendo Mandato ex Interdicto aliquo. *prae. §. 5. & ſeqq. §. 27.* Stryck *in uſu modern. §. 8.* & Joh. Voet. *n. 5. h. t.*

Interdicta habent affinitatem cum Mandatis.

Nam interdicta cum Mandatis, quæ hodie Cum vel

vel Sine Clauſula dantur, magnam habent affinitatem: Manz. *ad pr. I. h. t. num. 20. & ſeqq.* niſi quod Mandatorum uſus longe amplior & liberior ſit. Frider. *de Mand. l. 2. c. 55. th. 1. n. 3.* & maxime *de interd. comm. 14 per tot.* add. Schilter. *d. Ex. §. 5. & 6.* Dn. Voet. *h. t. num. 9.* & Textor. *ad Rec. Imp. Nov. Diſſ. 7 th. 4. & ſeqq.* ubi notat, in quibus Interdicta & Mandata conveniant atque differant. Nec non in Interdictis tam rei principalis, quam fructuum ratio habetur, ſed tantum a tempore Interdicti editi, non retro, Nam in cauſis poſſeſſoriis perceptorum ante judicium regulariter non habetur ratio, *l. 3. ff. h. t. l. 1. §. 4. ff. de precar.* niſi ab injuſto poſſeſſore auferenda ſit poſſeſſio. *l. 1. §. 40. ff. de vi & vi arm.* Joh. Voet. *n. 4. h. t.* Stryck. *in uſu moderno §. 6. uti poſſidet.* Struv. *Exerc. 45. th. 10. & 11.* ibique Mullerus. add. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 111. ad finem usque.* Præterea de Interdictis dicitur, quod regulariter non infament, *prae. §. 4.* Non fiant ſolenniter, *§. ſ. I. h. t.* Nec dentur in non ſubditos vel de poſſeſſione in alieno territorio, *l. 2 C. h. t. junct. L. ſ. ff. de juriſd.* ſcil. ubi juriſdictio nulla ratione, ne quidem ex prorogatione, reconventione, cauſæve continentia eſt fundata. Frider. *de interd. Comm. 1. n. 66.* Brunnem. *ad d. l. 2. num. 4.* add. ſupra *ad tit. de judic. §. 47. & ſeqq.*

In Interdict. quomodo habeatur ratio fructuum?

XVI. I. Regula Petitorium abſorbet Poſſeſſorium. Nam definita cauſa in Petitorio, etiam poſſeſſio definita dicitur, quia petitorium in ventre habet Poſſeſſorium, etiamſi non exprimatur; *c. 3. X. de cauſ. poſſ. & propriet.* & in Petitorio pleniſſime cauſa deciditur. *l. 9. ff. de R. V.* Unde, ſi conclusum ſit in petitorio, non poteſt ad poſſeſſorium recurri, niſi caſus, adverſarii dolus, vel alia juſta cauſa ſubſit. *d. c. 3. in f.* Non vero vice verſa, nam exceptio Rei judicatæ in Poſſeſſorio non præjudicat in Petitorio. *L. 14. §. ſ. ff. de except. rei jud. L. 35. ff. de A. vel A. P. l. 3. C. ſi non à compet. jud.* Hinc quæſtio proprietatis Principalis dicitur, ſicut & actio de proprietate. *L 10. C. de judic. l. 7. C. ad L. Jul. de vi publ.* Vultej. *de jud. lib. 1. c. 1. num. 35.* Clud. *d. c. n. 28. & 29.* cum Verg. de Boccatiis. Cavalc. Poſt. *de tr. Obſerv. 6. & 7.* & *O. 42. num. 148.* Mev. *p. 6. dec 100.* add. B. Dn. Frommann. *D. de act. petit. & poſſ. th. 67.* D. Harpprecht. *C onſ. 4. n. 190.*

I. Reg. Petitorium abſorbet Poſſeſſorium.

Non vice verſa.

XVII. II Commodius eſt agere Poſſeſſorio, quam Petitorio. *§. 4. I. h. t. L. 24. ff. de R V.* Poſſeſſoris enim multo melior eſt conditio, quam Petitoris, tam propter commoda, vid. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 115.* & *tit. de A. vel. A. P. §. 35.* quam quia ille probationibus, rem ad ſe pertinere, ſeſe implicare non cogitur, ſed hujusmodi onera pertineant ad adverſarium, ſu, ra *ad tit. de Bon. Poſſ. §. 24.* alioquin res apud poſſeſſorem remanet, licet ipſe nihil probaverit. *d. §. 4. l. 2. C. de probat. l. ſ. C. de R. V. l. 4. C. de edend.* cum præſumatur D.

II. Reg. Commodius agitur Poſſeſſorio. Ratio.

 From-

Fromman. *de act. petit. & poſſeſſor. th. 71.* D. Harpprecht *C. nov. 4. n. 101.* add. *l. 28 ff. de R. I.* Gylmann, *p. 1. dec. 50. n. 11.* Fontan. *de pact. nupt. cl. 4. Gl. 15. p. 4. n. 51.* Hinc JCtus Cajus, *in d. l. 24.* prudens dat conſilium, ne quis extra hos limites evagetur, maxime, ſi adverſarium in proprietatis quæſtione magis fundatum intelligat, quamvis tunc remedium poſſeſſorium in conſcientia periculoſum ſit, Brunnem. *ad d. l.* & *Prox. Civ. c. 1. n. 11.* licet illud, prohdolor! raro conſideretur, modo litigatores habeant, quod poſſideant & fruantur. Cluden. *d. tr. c. 1. n. 171. & ſeqq.* Et dicta regulariter procedunt, niſi Poſſeſſor vehementem habeat præſumptionem contra ſe. Poſth. *de O. 42. num. 140.* Aliquando tamen conſultius eſt, ſtatim Petitorium inſtituere, ſi ſcil. quis domini probationes liquidas in promptu habeat. Vultejus, *d. l.* Stryck. *in uſu modern. ſ. 2. h. t.*

Caji conſilium in l. 24. ff. de R. V.

Limit.

III. Reg. Inſtituto ſolo Poſſeſſorio non judicandum de Petitorio.

XVIII. III. Solo Poſſeſſorio inſtituto Judex de Petitorio judicare non poteſt; licet ex actis de juſta petitoris cauſa conſtet: *l. 18. ff. Comm. divid.* ſtultus n. dicitur Judex, qui plus adjudicat, quam petitum eſt, *l. f. C. de fideic. libert.* & ſententia in Civilibus libello non conformis ipſo jure nulla audit, quia contra inauditum, ſcilic. contra reum, qui de proprietate non conventus, lata eſt. Carpz. *Reſp. 73. n. 1.* Hoc tamen limitationem recipit, niſi in libello ſalutaris clauſula fuerit adjecta: Peto mihi jus & juſtitiam adminiſtrari omni meliori modo: & tunc, ſi petitoris juſtitia evidens ſit ex actis, etiam in Petitorio poterit pronunciari, ubi enim de proprietate conſtat, ibi executio poſſeſſorii ceſſat. Ita in Cam. Imp. judicatum eſſe in cauſa *Wimpffen* contra *Wallenburg*, teſtatur Rulant. *Decis. jur. controv. quæſt. 36.* Gail. *lib. 1. Obſ. 61.* Myntinger *Cent. 6. Obſ. 93.* D. Harpprecht, *Conſil. nov. 4. n. 284. & ſeqq.* niſi documenta ad petitorium ſpectantia tantum incidenter & pro coloranda poſſeſſione, atque ſub proteſtatione de ſe non aliter intromittendo, fuerint producta, de quibus late diximus ſupra *ad tit. de re jud. §. 14.* quæ huc repetenda ſunt. Colorari autem vel juſtificari poſſeſſio in his cauſis dicitur, cum titulus, quantum prima facie apparet, juſtus & legitimus exhibetur, cauſaque prætenditur, qua quis juſte poſſidere poteſt. Menoch. *de retin. poſſ. Rem. 3. num. 594.*

Ampl. Limit.

Colorari poſſeſſio dicitur.

IV. Reg. Inſtituto Petitorio non judic. ſuper Poſſeſſorio.

XIX. IV. Sic & ſolo Petitorio inſtituto, Judex ſuper Poſſeſſione judicare nequit; licet de illa conſtet ex actis, *c. 5. X. de cauſ. poſſ. & propr.* vel reum in poſſeſſorio obtinere potuiſſe appareat. Carpz. *J. F. p. 2. C. 7. def. 9.* Nam Petitorium rogans poſſeſſorio renunciaſſe cenſetur. Menoch. *de ret. poſſ. rem. 3. num. 544.* Hæc autem regula iisdem nititur fundamentis, quibus præcedens tertia. Hinc, ſi ſpoliatus inſtituerit R. V. contra ſpoliantem, & da-

damnum

minum non probaverit, licet probet ſe dejectum à poſſeſſione, ſicque de ſpolio conſtet, Judex ex Interdicto Unde vi ſpoliantem non poteſt condemnare, add. c. 3. x. de reſtit. ſpol. quia libellus, probatio & ſententia ſemper debent eſſe conformes. Carpz. l. 1. Reſp. 72. Menoch. de recup. poſſ. rem. 1. num. 113. & ſeqq. Aliud eſt, ſi ſpoliatus Poſſeſſorio & Petitorio ſimul agat, poſſeſſionem & ſpoliationem probet, non vero dominium & proprietatem, tunc enim obtinet quidem in Poſſeſſorio, ſed ſuccumbit in Petitorio. c. 3. x. de cauſ. poſſ. & propr. lautiſſime D. D. Harpprecht. in Conſil. nov. 4. n. 280. uſque ad n. 300.

Quomodo vincens in Poſſeſſorio ſuccumbat in Petitorio?

XX. V. Inſtituto petitorio, Actor, eo omiſſo, ante cauſæ conclusionem, poteſt inſtituere Poſſeſſorium. d. c. 5. l. 12. §. 1. ff. de A. vel A. P. l. 18. §. 1. ff. de vi & vi arm. Si videlicet Actor videat, ſe in dominii probatione deficere: vel ſi turbatus inſtituerit Rei vindicationem, minime ſibi, ut poſſeſſori, competentem: melius poſtea informatus, poterit mutare actionem, & agere ex Interdicto Uti poſſidetis, nam proprietas in actu ſignato à poſſeſſione eſt ſeparata. d. l. 12. §. 1. Poſt concluſionem vero, & ante ſententiam hoc non poteſt, niſi juſta cauſa ſubſit, & Judex id ipſum viderit expedire. d. c. 5. Ungepaur. ad Decret. l. 2 t. 12. n. 8. & ſeqq. Juſta vero cauſa inter alias datur in manifeſta iniquitate invaſoris, qui ſpoliato caſu vel malitiâ facultatem probandi dominium ſubtraxit. d. c. 5. Rittershus. de diff. jur. Civ. & Can. l. 5. c. 2. in f. Hartm. Hartm. tit. 49. O. 5. n. 10. Carpz. l. 1. Reſp. 72. num. 8. maxime Perez. in h. t. num. 23. & Frantzk. Exerc. 14. q. 3. ubi d. Regulam late probant, & ad contraria reſpondent.

V. Reg. Petitorio omiſſo poteſt inſtitui Poſſeſſorium. Quando

Non poſt Concluſionem, niſi ex juſta cauſa. Quænam ſit?

XXI. VI. Poſſeſſorium & Petitorium coram eodem Judice inſtitui, tractari & finiri debent; quia Poſſeſſorium eſt præparatorium petitorii. c. 1. X. de cauſ. poſſ. & propr. l. 5. §. 5. ff. at aq. quotid. l. 36. ff. de R. V. l. 35 ff. de A. vel A. P. l. 61. ff. de jud. Ne cauſæ continentia dividatur. Nam Judex competens in præparatorio eſt & competens in præparato; l. 7. §. 5. ff. de lib. cauſ. quia faciliorem jam habet cognitionem, ac citius litem finire poteſt, hinc etiam poſſeſſionis & proprietatis cauſæ connexæ vocantur in L. 10. C. de jud. d. c. 1. c. 3. X. eod. l. 13. C. de R. V. Carpz. d. l. 1. Reſp. 70. Gail. l. 1. O. 32. num. 11. Frider. de contin. cauſ. cap. 5. num. 38. Brunnemannus ad dict. l. 10. Mevius p. 6. dec. 99. Hunnius Encycl. p. 2. t. 35. c. 2. num. 18. Goedd. Vol. 2. Marp. Conſ. 32. n. 6. D. Zaunſchlieffer. Op. Jurid. tr. de offic. Jud. ſupplet. p. 2. Concl. 11. §. 5. vid. ſupra §. 3 de quibus rebus ad eun. l. jud. cenſ. & ita obtinet Praxis etiam in Camera Imperiali. Hæc reſtringit Hartm. Hartm. quando Actor & Reus ejuſdem ſunt fori, vel quando uni competit utrumque Poſſeſſorium & Petitorium. c. 1. X. de cauſ. poſſ. & propr.

VI. Reg. Poſſeſſ. & Petitorium coram eod. Judice tractandum.

Sin

Limit. Si diverſi ſint fori, & uni Poſſeſſorium, alteri vero Petitorium competat, tunc Actor obtinens in Poſſeſſorio coram Judice Rei non tenetur coram eod. Judice reſpondere reo, volenti agere ſuper proprietate; ſed debet conveniri coram Judice ſuo *C. fin. X de judic. Bald. in l. 3. C. ſi à non comp. jud.* Hartm. *tit. 45. O. 4.* Item ſimul ſi de utroque proceſſum factum, parte non opponente, vel opponente quidem, ſed cui vel ipſi placuit hoc forum eligere, proin reſilire non poterit, *per vulgar.* vel non ante litem conteſtatam, ſicut ad ſimilitudinem aliarum exceptionum declinatoriarum fieri debuiſſet, oppoſuit, tunc enim valet proceſſus coram utroque Judice factus. Gail. *1. O. 32. num. 14. 15.* Myns. *C. 1. O. 97. in f.* Dn. Voet. *ad tit. de jud. n. 134. & ſeqq.* quidem tradit, & cum Zypæo, Tuldeno & Groeneweg. probat, hodie invaluiſſe, ut utrumque ſæpè non in eodem juſtitiæ foro ventiletur, ſed dd. AA. teſtatur de Hollandia.

VII. Reg. Cauſa Poſſeſſorii prius decidenda. XXII. VII. Cauſa Poſſeſſorii prior, Petitorii poſterior eſt, h. e. Si poſſeſſorium & Petitorium in judicium veniant, hoc ante illud non ſit diſcutiendum aut terminandum *c. 2. X. de cauſ. poſſ. & propr. l. 3. C. 5. 6. §. h. t. l. 35. ff. de A. vel A. P. l. 36. pr. ff. l. 13. C. de R. V. l. 37. ff. de judic. l. 13. C. fin. regund.* quod adeo verum eſt, ut etiam, inverſo hoc ordine, adverſarius poſſit appellare. *l. 1. C. de appellat.* Et ſolet in ſententia ſuper Poſſeſſorio lata facultas Petitorium deducendi reſervari, h. m. *Dem iſt beeden Theilen die Haupt-Sach und Petitorium, ob ſie wollen, bey dieſem Kayſerl. Cammer-Gericht vorzubringen und auszuführen, hierdurch unbenommen ſondern vorbehalten.* Quo reſtituto, ſi quis de jure ſuo plene docuerit, aufert victoriam quoad poſſeſſionem in Poſſeſſorio obtentam. Dn. Frommann. *d. Diſſ. th. 64.* Licet autem, ut *præced. §. 16.* diximus, proprietatis quæſtio ſit principalis, id tantum eſt ratione effectus, & manet poſterior ratione Ordinis, unde etiam dicitur Secunda in *l. f. C. quor. bonor.* & vice verſa, poſſeſſoria eſt prima, ſed minus principalis ratione effectus. Si ergò Reus ſententiæ in Poſſeſſorio latæ non paruerit, nec audiendus erit in Petitorio, quia Poſſeſſorium ante executionem nondum finitum videtur. Carpz. *l. 1. Reſp. 71.* Hocque accipi vult Mevius, ſi poſſeſſorii res plana, petitorii vero nondum æque, ſed adhuc dubia ſit, *p. 6. dec. 100. n. 2.* Klock. *de contribut. cap. 19. n. 411.* Cum enim ſuper poſſeſſorio & petitorio ſimul fuerit actum, & cauſa ita tulerit, utrumque una ſententia debet terminari, Sed licet in pronunciatione ſit poſſeſſio præmittenda, in executione tamen poteſt proprietas prævalere. *c. 6. X. de cauſ. poſſ. & propr.*

Reſervato petitorio.

Petitorium edoctum jure ſuo aufert poſſeſſionem.

Sententia in Poſſeſſ. prius eſt exequenda.

Si ſimul ſit actum de Poſſ. & Pet. quomodo pronunciandum?

An Poſſeſſorium & Petitorium poſſint cumulari? XXIII. VIII. Quær. An Poſſeſſorium & Petitorium in uno libello conjungi, vel, ut Dd. loquuntur, cumulari poſſint? Primò notandum, aliud eſſe, Concurrere actiones, aliud Cumulari. Illud propriè dicitur, cum duæ

duæ pluresve actiones, ejusdem rei nomine, ex una cauſa vel pluribus, vel uno facto, ſeu pluribus, deſcendunt, & una adverſus eundem competunt *l. 10 ff. de A. E. V. l. 56. ff. de furt.* Concurſus autem in genere divid. in Electivum, ubi, una actione electa, non datur regreſſus ad aliam, diciturque electio conſumptiva, & Cumulativum. Cumulatio eſt plurium actionum compatibilium in uno eodemque libello coacervatio. Et h. l. datur Electio actionum non conſumptiva, quâ, electâ & intentatâ unâ actione, alia inſuper competens non extincta remanet, denuo in judicium deducenda, vel deducta proſequenda. Dn. Graſſ. in *Diſſ. inaug. ſub præſid.* B. Dn. Frommann, *de Elect. cumul. act. th. 7 & 9.* Hæc autem Cumulatio eſt vel Vera & Simultanea, quando plures actiones principaliter & ſimul ita in uno libello proponuntur, ut ſimul tractentur, & una Judicis ſententia finiantur. e. gr. ſi cui res furto ablata, agat actione furti & condictione furtiva, & principaliter petat eundem reum condemnari. ſupra *ad tit. de cond. furt. § 15.* Vel Impropria & Subordinata, quando altera principaliter, altera minus principaliter intenditur e. gr. ſi contractus dicatur invalidus propter dolum, qui cauſam dedit contractui, & petatur ſimul ſucceſſive reſcindi per remedium L. 2. C. de reſcind. vend. add. d. *Diſp. th. § 51. & ſeqq.* v. Cocc. *Diſſ. de cumul. pet. & poſſ. § 14. cum ſeqq.* Hoc modo impropriè ſcil. Succeſſive, imo & Alternative poteſt omnino Poſſeſſorium cum Petitorio cumulari vel ſubordinari. *L. 1. § 4. ff. quod legat. l. 18. § 1 ff. de vi & vi arm. l. 12. § 1. ff. de A. vel A. P.* ibi Dd. Vult. *d. l. 1. c. 2.* Sed Vera cumulatio de Jure Civili non eſt permiſſa. *l. 6. ff. de exc. rei jud. l. 35. ff. de O. & A. L. 45. § 1 ff. de R. J.* ibi prolixe Joh. à Sande. Vult. *d. c. 2. num. 4.* Prius enim poſſeſſionis quæſtio eſt decidenda. *l. 3. C. h. t. prax. § 22.* Hodie tamen & in praxi & Vera & Impropria cumulatio eſt de genere permiſſorum, & omnes actiones cumulari poſſunt, quæ non prohibentur. Hinc excipiens contra cumulationem actionum probare debet illam ibi prohibitam eſſe, nam actor pro ſe habet regulam. *l. 5. ff. de probat.* ſupra *ad tit. de edend. § 24.* & ibi alleg. AA. add. Mynſ. *C. 1. O. 58.* Linder. *de conc. cauſ. c. 10. & 11.* Voet. *ad tit. de edend. num. 14. circ. med.* Rosbach. *prax. civ. tit. 34. num. 2.* Fachin. *l. 8. contr. 6.* & maxime Gylmann. *Deciſ. Dub. Cam. v. Actionum cumulatio.* add. infra *ad tit. de O. & A. § 90. & ſeqq.*

Concurſus quid? Divid. in Electivum & Cumulativum.

Cumulatio eſt vel Simultanea, vel Subordinata.

Cumulatio vera de J. Civ. prohibetur. Altera in praxi obtinet.

XXIV. Sunt autem regulæ, ut vocant, cumulationem impedientes I. Reg. Duplicitatis: Actiones ex una eademque cauſa & ad eundem effectum competentes elective concurrunt, & cumulari non poſſunt, quia intervenit electio cumulationem ex ſe & ſua natura tollens ac impediens. *l. 3. § 1. l. 6. ſ. ff. Naut. Caup. & Stab. l. 9. § 1. ff. de trib. act. l. 6. ff. de exc. rei jud. l. 43.*

Regulæ cumulationem impedientes. I.

§. 1. ff. de R. J. l. 10. ff. de neg. geſt. l. 10. in f. ff. de pign. II. Contrarietatis: Actiones contrariæ non poſſunt cumulari. *c. 50. X. de appellat. L. 1. C. de furt. l. 14. l. 16. C. de inoff. teſtam. l. un. C. ſi. ſerv. ext. ſe emi mand. l. 188. ff. de R. J.*
8. III. Ordinis: Actiones, quæ ordinem à lege habent præſcriptum, non admittunt cumulationem. *per R. in præc. §. 22. cit.* De his vid. laudata Diſp. *de Elect. ant. act. th. 36. 37. & 38.*
9. IV. Actiones, in quibus ſententia lata parit exceptionem rei judicatæ adverſus aliam, non cumulantur. *l. 16. l. 18. ff. de Except. l. 11. §. 4. l. 12. l. 13. ff. de except. rei jud.* add. Carpz. *l. 2. Reſp. 33.* Vult. *d. l. 2. c. 4. num. 302.* Plures Regulas vid. apud Gylmann. *d. l.* Et hinc ex dictis patet, differentiam eſſe inter Cumulari & Concurrere. Illud enim eſt facti & actionis exercitium in foro, Hoc vero eſt juris, & inde pertinet ad theoriam, unde dicitur competentia plurium actionum, non exercitium.

6. XXV. Reſpondendum itaque erit ad dictam Quæſtionem *præc. §. 23.* propoſitam diſt. inter Poſſeſſorium Retinendæ, Recuperandæ & Adipiſcendæ poſſeſſionis. vid. Coccej. *§. 32. Diſp. de cumulat. petit. & poſſeſſ.* Beyer. *h. t. pag. 300.* De Retinendæ poſſeſſionis poſſeſſorio dicendum, id non poſſe cumulari cum petitorio, quia ordo judicii ſervandus eſt per dictam regulam *in §. 22.* Et ratio ipſa dictitat poſſeſſorium prius eſſe inſtituendum, quia Judex non poteſt ſcire, quis actor, quis reus ſit, uterque enim ſe poſſeſſorem in retinendæ poſſeſſionis poſſeſſorio dicit. Deinde, quia & hæ actiones ſunt contrariæ. *d. R. in præc. §. 20.* Nam qui R. V. agit, non ſe, ſed alterum poſſidere, remque ſibi reſtituendam intendit, *l. 9. l. 12. l. 24. l. 25. l. 26. ff. l. 13. C. de R. V.* At Poſſeſſorio Retinendæ poſſeſſionis utens ſe poſſidere prætendit. *l. 1. §. 4. ff. uti poſſid.* add. *L. un. C. de al. jud. mut.* Tandem propter regulam Duplicitatis nulla hæc eſſet cumulatio. Et hæc ſententia Jure Canon. probata cenſetur, unde hujus Cumulationis *in c. 5. & 6. X. de cauſ. poſſ. & propr.* nulla fit mentio, & ita in praxi obtinet. Cluden. *d. tr. c. 1. num. 160.* Menoch. *de ret. poſſ. rem. 3. num. 512. & ſeqq.* Joh. Voetius *num. 6. h. t.* addit. Carpzov. *l. 1. Reſp. 71.* Dn. Voet. *h. t. num. 6.* Vinn. *ſel. quæſt. lib. 2. c. 39.* & Franzk. *Exerc. 10. q. 1. qui ſimul ad R. obſ. reſpondet.* Attamen ſi Actor de jure ſuo forte ambiguus, utroque judicio, verum ſub alternatione & proteſtatione, poterit experiri. *l. 1. §. 6. ff. quod legat.* Cluden. *n. 165.* vid. Schutet. *Exerc. 18. §. 44.* Klock. *de contribut. cap. 19. num. 418. & ſeqq.* ubi quoad praxin Cumulationem admittunt.

XXVI. An autem Interdictum Adipiſcendæ vel Recuperandæ poſſeſſionis cum petitorio cumulari poſſit? Ita ſentit Menoch. *de adip. poſſ. rem. 4. num. 190.* Sed de Jure civili negatur. (1.) Propter regulam Ordinis, quæ hic æque locum habet. *l. 3. C. h. t. l. 1. C. de appellat.* quia Lex agit de Poſſeſſorio remedio Recuperandæ

Cumulari & Concurrere diff.

Cum Petit. cumulari non poteſt Poſſeſſorium Retinendæ. Rationes.

An Poſſeſſ. Adipiſc. & Recuperandæ? Non de Jur. Civ. Rat. 1.

perandæ poſſeſſionis. (2.) Neque hic conſtat, quis Actor, quis Reus ſit, niſi 2.
prius inſtituatur Poſſeſſorium, nec patet prius, quis probare debeat. (3.) Quia 3.
de utroque Judex cum effectu judicare nequit, per ſupra tradita, & prolixè
Franzk. *d. exerc. 14. quæſt. 2.* quem ſequitur Vinnius. *d. l.* Nec obſtat *L. 18. §. 1.* Ob. Reſp.
ff. de vi & vi arm. ubi neutiquam dicitur, quod Simultaneus proceſſus ſit ap-
probatus, ſed ſucceſſivus, ſcil. quod quis, omiſſo, & ſuſpenſo petitorio,
poſſit inſtituere poſſeſſorium, quod & nos ſupra diximus. Quamvis autem hæc Sed de
ſententia de Jure Civili ſit firmiſſima, Jure tamen Canonico *c. 3. & ſeqq. x. de* Jur. Can.
cauſ. poſſ. & propr. contrarium deciſum, idque ob male intellectam. *d. l. 18.* & & Prax.
Jus Canon. in praxi etiam obſervatur; Pontifices enim plerumque ſecuti ſunt
communem Dd. ſententiam, & ita Moribus invaluit. Vultej. Clud. Coler.
Carpzov. *dd. ll.* vid. late Menoch. *de adip. poſſ. rem. 4. num. 510. & mult. ſeqq.*
Joh. Voet. *num. 3.* Stryck. *in uſu moderno §. ſ. h. t.* Licet autem hodie poſſint cu-
mulari, Judex tamen ex arbitrio ſuo, ſi ipſi commodius videtur, altero omiſſo,
alterum eligere poteſt, vel mandare, ut partes hoc vel illo agant. *c. 24. x. de
electione. c. 8. x. d. t.* Carpzov. *d. Reſp. 71. num. 23.*

XXVII. Hodie in Camera Imperiali non tantum ſuper Summario pronun- Camera Im-
ciatur; *prat §. 13.* ſed etiam quoad Ordinarium, maxime autem Mandata perialis judi-
etiam pœnalia decerni, poſteaque cauſæ tam in Poſſeſſorio, quam in Petitorio cat ſuper
extra dubium decidi ſolent, *prat. §. 15. num. d.* Additâ tamen notabili reſtrictio- Summario
ne, niſi controverſia concernat Principatus, Ducatus, Comitatus, &c. qui &
ſcil. ſunt Feuda Imperii, & totum Feudum alterutri litiganti per defini- Ordinario in
tivam vellet auferri. In hujuſmodi enim Feudis Imperii, utique parti totali- Poſſeſſorio &
ter per definitivam auferendis Imperator ſibi ſoli juriſdictionem reſervavit. Petitorio
Ord. Camer. *P. 2. tit. 7.* ibi *Ob auch Sachen Furſtlein, Furſtenthum, Hertzogthum,* niſi agatur de
Graffſchafften, &c. belangend, ſo vom Reich zu Lehen ruhren, ſo einem Theil Feudo Impe-
gantzlich und endlich abgeſprochen werden ſollen, dieſelbigen Erkantnus rii, ejusque
wollen wir uns, als Romiſcher Kayſer, hiermit ausdrucklich vorbehalten haben, &c. totali priva-
Et quamvis nonnulli verbum *gantzlich* ad qualitatem ſententiæ reſtringant; tione.
communiter tamen Publiciſtæ & JCti illud verbum referunt ad corpus & In O. Cam.
quantitatem rei controverſiæ. Sixtin. *de Regal. l. 1. c. 8. n. 19. ſeqq.* Paurm. *de* quid
Jurisd. Imp. Rom. l. 2. c. 6. num. 310. in verbis toto auferendo. Limnæus. *J. Publ.* gäntzlich
t. 1. l. 2. c. 9. num. 84. Roſenth. *de feud. c. 12. concl. 1. num. 30.* Gylmann. *decis.* und endlich?
Camer. voc. Cæſari reſervata. Reding. *Pand. Cam. l. 1. t. 17. num. 14.* Blum. *Proc.
Cam. tit. 41. num. 6.* Referens ap. Deckherr. *Relat. Cam. 4. num. 6. vers. quin.
& vid.* omnino D. Schweder *in Jure publ. ſect. 1. cap. 9. §. 15. & 16.* Præterea

 etiam

etiam communiter tradunt, quia dicta Reſervatio Imperatoria non pertinet ad caſus in dicta Ordinatione non exceptos, ideoque Juriſdictionem Cameræ fundatam eſſe in Bonis vel Comitatibus Imperii integris; ſed Allodialibus, & Feudis Imperii Inferioribus; in Majoribus verò, ſi non ex lege feudali ad inveſtituram, vel privationem totalem, aliudve jus ſuper feudis; ſed ſolummodo ſuper certis quotis, vel interdicto Adipiſcendæ vel Recuperandæ poſſeſſionis, vel Petitione hæreditatis, aut ſimili actione agatur; quod, præter citatos Autores, ulterius confirmat Gylmann. *d. tr. voc. Comitatus.* Sixtin. *d. c. num.* 64. Reink. *de R. S. & E. l. 1. cl. 4. c. 19. num. 90. & ſeqq.* Roſenth. *de feud. c. 14. concl. 1. num. 25. vers. ſed obſerva.* Dn. Rhetius, *Inſtit. Jur. publ. l. 4. t. 4. §. 12.* Dn. Coccejus, *Juriſpubl. prud. c. 32. num. 7.* Dn. Vitriarius illuſtratus, *L. 4. t. 6. §. 23. lit. A* quo etiam maxime facit Inſtrum. Pac. Weſtph. *Art. IV. §. Comitibus Nauſſau-Sarepontanus. 30. vers. Salvis.* in quam rem non tantum Gylmann. Sixtin. &c. antiquiſſima allegant Exempla, ſed ita ſemper in Judicio Imp. Camerali uniformi ſtylo obſervatum eſſe, à duobus circiter ſeculis infinita extant Præjudicia.

TIT. II.
QUORUM BONORUM.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 15. §. 2. & 3.* *Cod. Lib. 8. Tit. 2.* add. *Lib. 6. Tit. 33.*

§. I.

Continuatio. Interdict. Quorum Bonorum Unde?

GEneralia Interdictorum ſequuntur Specialia, hæque tendunt vel ad Univerſitatis poſſeſſionem conſequendam, quorum primum inſcribitur Quorum Bonorum, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* ita dictum à verbis initialibus interdicti, *d. l. 1. pr. §. 3. I. de Interd.* prout Edicta plerumque denominari ſolebant. Manz. *ad §. 1. I. de Interd. num. 58.*

Quid ſit?

II. Eſt autem Interdictum Quorum Bonorum remedium Adipiſcendæ poſſeſſionis, quod bonorum poſſeſſor adverſus illum, qui pro hærede vel pro poſſeſſore poſſidet, ad poſſeſſionem bonorum hæreditariorum conſequendam intentat. *d. §. 3. & d. l. 1.*

Quotuplex?

Dividitur in Directum, quod ex ipſis Edicti verbis competit; & Utile, quod ex Edicti ſententia & interpretatione, vel pacto, aut ſtatuto, datur. *l. 1. ff. l. 1. 2. C. h. t.* add. *ſeq. §. 5.*

Ejus qualitas. Eſt extraordin. perſecutio.

III. Hoc interdictum neque actio realis eſt, neque perſonalis, imò nec ordinaria; ſed extraordinaria perſecutio à Prætore conceſſa. Non Realis; quia haud oritur ex jure in re, & hæres jus hæreditarium principaliter in judicium non deducit; ſed de poſſeſſione conſequenda agit. Neque Perſonalis eſt; quia

quia ex nulla obligatione deſcendit; ſed per Implorationem officii Judicis nobilis conceditur vid. Bardili *Exerc. 23. Concl. Fur. 2.* Struv. *Exerc. 45. th. 14.* ibique Müller. Frommann. *de act. petit. & poſſeſſ. th. 59. & 60.* Porro ratione Subjecti hoc interdictum eſt Simplex. Ratione Objecti eſt Privatum & Univerſale. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Nec obſtat. *l. 2. ff. eod. l. 29. ff. de furt.* Reſp. enim, quod Actor hoc Interdicto principaliter ſemper intendat ad ſe pertinere bona univerſa, (eoque reſpectu ſemper eſt & manet univerſale,) per conſequentiam vero res ſingulares quoque ad ſe pertinere aſſerat. add. *ſeq. § 6.* Ratione Finis Adipiſcendæ Poſſeſſionis ex parte ſcil. agentis, quia illo neque ad retinendam, neque ad recuperandam poſſeſſionem agitur; *d. §. 3. l. de interd. d. l. 1. §. 1.* & Reſtitutorium, quod quidem proprie datur ad recuperandam poſſeſſionem, quæ antea noſtra fuit, ſed h. l. ejus rei poſſeſſionem petimus, quam nondum habuimus; Ideo hic ſumitur in lata ſignificatione, vel potius abuſive pro dare; & ex parte Rei vel poſſeſſoris, qui jubetur reſtituere. *d. §. 3. d. l. 1. pr. & §. 1.* Ratione præſcriptionis eſt Perpetuum. Reliqua deſcriptionis verba continent Differentiam Specificam, partim ab Objecto, partim à Subjecto, partim a Fine deſumptam. Sic etiam hoc Interdictum differt ab Hæreditatis petitione, licet de cætero in multis invicem conveniant. Nam ambo ſunt judicia univerſalia: redduntur æque ex teſtamento & ab inteſtato. *l. 2. l. 4. C. h. t.* &c. Differunt vero, cum H. P. ſit Juris Civilis. Hoc remedium eſt Prætorium. *d. l. 1. pr.* Directa H. P. datur hæredi de jure civili, utilis hæredi de Jure Prætorio. ſupra *ad tit. de. H. P.* Sed hoc Interdictum contra. *ſeq. §. 5.* Porro illa eſt judicii petitorii, ut Actor hæres declaretur, & de poſſeſſione non niſi minus principaliter vel per conſequentiam agitur. Hoc eſt poſſeſſorii, & qui hoc experitur, ſe hæredem probare debet. *l. 1. C. h. t.* Adeò efficax tamen probatio non requiritur, quia, hoc judicio finito, adhuc principale, Petitorium nempe, ſupereſt. ſupra *ad tit. de interd. §. 16. 17.* Hahn. *N. VII. verb. Non etiam* X. differentias vid. apud Schneidew. *ad §. 2. I. h. t. num. 38. & ſeqq.* add. Menoch. *de retin. poſſ. rem. 1. num. 2. & ſeqq.* Beyer. *h. t.*

Simplex, Univerſale ex parte Actoris.

Adipiſcendæ poſſ. Reſtitutorium.

Quo ſenſu? Perpetuum.

Quomodo differat ab Hær. Pet.?

IV. Cauſa Impulſiva & Finalis hujus remedii Extraordinarii eſt, ut hæres rerum hæreditariarum poſſeſſionem faciliori via conſequatur. Nec obſtat, quod hæres ſibi aliis jam actionibus conſulere queat, & proin hoc Remedium non neceſſarium, imo ſuperfluum ſit. Licet enim hæres per aditionem, & Bonorum poſſeſſor per agnitionem vel judicis decretum acquirat jus & dominium in univerſum defuncti patrimonium: ſupra *ad tit. de A. vel O. H. §. 31.* poſſeſſio tamen ipſa non tranſit, niſi adſit corporalis traditio, rerumque

Cauſ. Imp. An hoc Interdicto opus ſit?

 appre-

apprehenſio, Cluden. *de reb. quot. c. 3 n. 72 ſeqq.* ſupra *ad tit. de A. vel A. P. §. 12.* ergo hoc interdicto, ut poſſeſſionem celeriori & leviori via, quàm per alias actiones conſequamur, Prætoris fuit intentio *l. ſ. C. h. t.* ſupra *ad tit. de B. P. §. 20.* Poteſt tamen Poſſeſſio privatâ etiam authoritate apprehendi, ut ſi rerum hæreditariarum poſſeſſio vacua ſit, ſupra *ad tit. de A. vel O. H. §. 32* & *ad tit. de A. vel A. P. §. 27* poſt multos, Argelus, *de acq. poſſ. q. 1. art. 7 num. 90.* Mant. *ad §. 1. I. de Interdict. num. 50. 51 & ſeqq.* add. *n. 61 & ſeqq.* Joh. Voet. num. 2. *h. t.* & interdum ipſo jure continuatur. *ad d. t. de A. vel. A. P. §. 30.*

An privata authoritate poſſeſſio hæreditatis apprehendatur?

Cui detur hoc Interdict. Directum?

V. Subjectum ſunt perſonæ, quibus & adverſus quas competit. Directum Interdictum ei competit, qui coram Prætore, hodie Magiſtratu, teſtatus eſt, ſe amplecti defuncti hæreditatem & bonorum poſſeſſionem, v. gr. tanquam agnatum, & Prætor transfert Jus univerſale conſequendi patrimonii. *l. 1. C. h. t. l. 3 §. 1 ff. de bon. poſſ.* Daturque Bonorum Poſſeſſori tam Edictali, quam Decretali. Bach. *ad Tr. Vol. 2 D. 25 th. 1. lit. G.* Menoch. *d. rem. n. 10. & ſeqq.* add. ſupra *ad tit. de B. P. §. 6. & ſeqq.* Utile datur hæredi, i. e. cui hæreditas Jure Civili defertur. Menoch. *d. l. n. 55. & 56.* Cothmann. *V. 1. conſ. 9. num. 46.* Chriſtin. *V. 4. dec. 133 num. 4. in f.* add. Textor *Prax. jud. c. 17. num. 4.* ubi *declarat, ſi jus hæreditarium a parte hæredis credito indubitatum ſit.* Cæterum perinde eſt, ſive ab inteſtato, ſive ex teſtamento ſuccedatur. *l. 1. C. h. t.* Struv. *Exerc. 45. th. 15.* ibique Muller. Sic etiam datur Filio & Agnato ad ſucceſſionem feudi ab inteſtato venienti, *2. F. 26. §. 1* ibique Gl. D. V... *c. 1. num. 1. in f.* non vero pro adipiſcendo Feudo, de quo abuſive inveſtitus eſt. Bocer. *Cl. 5. D. 25. th. 30.* Frider. *de Interdict. Concl. 16. n. 29.* quidem putat, tantum pertinere ad legitimos hæredes ab inteſtato venientes, per *l. 2. l. 3. C. h. t.* verum utrique hæredi competere, probatur (1.) quia Prætor in *l. 1. pr. ff. h. t.* generaliter loquitur. (2.) *Lex 1. C. d. t.* generaliter dicit, ſi Actor probet, *ſe defuncti filium, & ad ejus hæreditatem vel bonorum poſſeſſionem admiſſum eſſe*, ideoque nec hic diſtinguendum erit. Ex d. l. etiam probatur, quod, ſi quis, tanquam frater, Interdicto Quorum bon. poſſeſſionem petat, eam non ſit adepturus, niſi qualitatem probet. Nec obſt. *d. l. 2 d. l. 3.* Nam non ſequitur, quia *dd. ll.* loquuntur de legitimis. Ergo hoc Interdictum in teſtamento haud obtinet, quidam enim caſus tantummodo referuntur, unde nulla particula taxativa ibi reperitur. Et eandem in Codice noſtro argumentum à contrario ſenſu non admittitur. add. Bachov. *d. l.*

Utile datur hæredi.

cuilibet.

Etiam ex Teſtam. Contra Frideric. per rationes.

Obj. Reſp.

VI. Præterea nil refert, ſive Hæres, ſit Suus, ſive Extraneus. Nam licet ille ipſo jure ſuccedat, non tamen ſtatim tranſit in eum corporalis poſſeſſio. *l. 1. §. 3. l. 22. l. 23. pr. l. 30. §. 5. ff. de A. vel A. P.* Gail. *lib. 2. obſ. 129.* & *obſ. 152.*

152. num. 3. & ſeqq. Joh. Voetius *n. 1. h. t. præced. §. 4.* Sive ex Aſſe hæres inſtitutus ſit, ſive ex certa portione. arg. *l. 1. ff. ſi pars hæred. petat.* An autem Hæredi in re certa inſtituto hoc competat Interdictum? Dd. varie diſtinguunt. Breviter dicendum, hæredi huic in certa re inſtituto, qua tali, remedium hoc univerſale non competere; quia hæres proprie non eſt, ſed verius ſucceſſor ſingularis, ſc. in re illa, per *l. 13. C. de hæred. inſtit.* ſive legatarius cui non competit. Verum in re certa, inſtituto, qui etiam nullum habet cohæredem, vel datus repudiavit, ut vero & univerſali hæredi, omnino competit, quia datur ei, qui titulo univerſali ſuccedit, *l. 10. C. fam. erc.* hincque conceditur Filio in ſua legitima inſtituto, utpote qui verus hæres eſt. Menoch. *d. l. num. 37. & ſeqq. & num. 80.* Hahn. *ad Wes. h. t. Num. 2.* Bachov. *d. l. & lit. B.* Dn. Parens, *Diſp. de Interdict. th. 20.* add. ſupra *ad tit. de H. I. §. 12.* & *ad tit. de A. vel O. H. §. 19.* D. Harpprecht. *in Diſp. de teſtimon. teſtament. legatar. permiſſ. pag. 24.*

An comp. inſtituto in re certa? Diſting.

VII. Hoc Interdictum datur adverſus illos, qui bona defuncti univerſa, vel quædam, poſt hujus mortem de facto occupata, poſſident pro hærede vel poſſeſſore, idque vel verè, vel ficte; *l. 1. pr. ff. h. t.* (qui autem hoc nomine veniant? ſupra dictum *ad tit. de hæred. petit. §. 11.*) quive dolo malo fecerunt, quo minus ita poſſideant. *d. l. 1. l. 2 C. eod. junct. l. 131. ff. de R. I.* Menochius, *d. l. num. 49. & n. 63.* verba. *Si nihil uſucaptum. in d. l. 1. pr. de perſonis, in quas poſſeſſio à poſſidentibus pro hærede vel poſſeſſore translata eſt, vult intelligi.* Hahn. *N. IIX. verb. Si nihil.* Voet. *d. n. 1. in med.* add. Bachov. *d. th. 1. lit. H.* Non vero contra illos, qui nec pro hærede, nec pro poſſeſſore; ſed alio titulo ſingulari poſſident, & quidem valido, Cothmann. *d. l. num. 65.* ad ſimilitudinem hæreditatis petitionis, quæ etiam non competit contra alios titulo ſingulari valido poſſidentes. ſupra ad *d. t. de H. P. §. 12.* hoc enim caſu poſſeſſor cum petitore in pari eſſet cauſa, & per conſequens melior illius foret conditio. Menoch. *d. l. num. 60.* Hinc dicit Schneidew. ut actor vincat reum, debet ſe fundare in Jure potentiori. *ad §. 2. I. de hæred. num. 17.* Nec æquum eſt, hæredem, qui ſæpe dominus non eſt, aut talem eſſe non conſtat, rem ſingulari titulo poſſidenti auferre. *l. 5. ff. de publ. in rem act.* Si tamen poſſeſſor demum poſt mortem defuncti, in præjudicium hæreditatis, titulum acquiſierit, contra hunc Utile ſaltem conceditur Interdictum. arg. *l. 13. §. 10. ff. de H. P.* poſt alios, Frider. *d. l. num. 57.* Struv. *Exerc. 45. th. 16.* ibique Mullerus. Nec contra Debitores hæreditarios; *l. 2. ff. h. t.* (quo iterum differt hoc Interdictum ab Hæreditatis petitione; hac enim conveniri poſſunt, ſi pro hærede vel poſſeſſore poſſi-

Adverſus quos?

Excip. titulo ſingulari poſſidentes.

Debitores.

poſſideant. ſupra *ad tit. de H. P. §. 14.*) Et porro cum hiſce actionibus perſonalibus agendum eſt, pro quibus hoc Interdictum non competit. Menoch. *d. l. n. 72.* quatenus contra cohæredem competit vid. D. Harpprecht. *in Reſp. 79. num. 28. cum ſeqq.*

Ad quid?

VIII. Objectum eſt poſſeſſio rerum hæreditariarum, *l. 1. ff. l. 2. C. h. t.* & quidem ad hoc Edictum regulariter tantum res corporales pertinent. *l. 2 ff. eod.* Res enim Incorporales tam celerem reſtitutionem non admittunt. Hæ tamen veniunt in conſequentiam, quatenus corporalibus cohærent, & tunc Utile Interdictum pro iis admittitur, cum Saliceto, *ad l. 1. C. h. t. num. 1.* Bachov. *d. th. 1. lit. I.* & Dd. communiter. Brunnem. *ad l. 2. C. h. t num. 8.* D. D. Graſs. *de act. direct. & util. §. 24.* Illud nihil refert, an Reus omnia bona, an res tantum ſingulares pro hærede vel poſſeſſore poſſideat. *l. 1.* ibi: *Quod de his bonis. l. 2. ff. h. t. l. 29. l. 30. ff de furt.* Reſpectu enim Rei non requiritur omnium rerum univerſalium poſſeſſio; ſed conſideratur ex jure agentis, quatenus res ſingularis ex fonte univerſali, uti loquitur Schneidew. *d. l.* petitur, & exinde pro univerſali habetur. Nam h. l. id juris eſt in parte quoad partem, quod eſt in toto quoad totum. ſupra *ad tit. ſi pars her. pet.* Chriſtin. *V. 4. Dec. 135. n. 7. 8.* Manz. *ad §. 3. I. de interd. n. 7.* add *prac. §. 3. & 6.* add. Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.*

Res incorp. veniunt per conſeq.

Sufficit, ſi res ſingulares poſſideantur.

Forma.

IX. Ad Formam requiritur, ut Impetrans ſummariè probet, (*1.*) *Se* agnoviſſe, & amplexum eſſe hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem coram Prætore. (2.) Jus ſuccedendi. *l. 1. C. h. t.* (3.) Doceat, bona, quæ ab adverſario privata authoritate & hæreditate jacente occupata poſſideri dicuntur, defunctum pro ſuo poſſediſſe. *l. 2. C. eod.* Achilles Perſonal. 5, *de adip. poſſ. n. 487. & ſeqq.* Brunnem. *ad d. l. 1. num. 3.*

Finis.

Effectus.

Quando locum habeat Mand. S. C?

An Appellatio?

X. Finis partim à Subjecto, partim ab Objecto eſt deſumptus, uti patet ex ultimis deſcriptionis verbis. Effectus eſt acquiſitio poſſeſſionis rerum, quæ defuncti, cum moreretur, fuerunt. *l. 2. C. h. t.* Huncque in finem Mandatum S. C. poteſt impetrari, ſi ſcil. narrata ſingulariter qualificentur, in aliquo ex IV. Caſibus in Ord Cam. *p. 2. tit. 23.* Frider. *de Mand. c. 37. num. 8.* Nec regulariter Appellationi locus erit, ſcil. quoad effectum ſuſpenſivum, Menoch. *d. l. num. 103* Brunnem. *d. l. num. 12.* vid. ſupra *ad tit. de B. P. §. 24.* Dn. Stryck. *de Succeſſ. ab Inteſt. Diſſ. 9. c. 3. §. 4.*

Contraria.

Præſcriptio.

An Exceptio Dominii?

XI. Hoc Remedium præſcribitur XXX. annis. arg. *l. 3. C. de 30. vel 40. annor. præſcript. l. 1. §. 1. C. de ann. exc. l. 35. pr. ff. de O. & A.* Menoch. *d. l. n. 101.* Quær. An Exceptio Dominii impediat hoc Interdictum, & Actor per eam ſtatim repellatur? Hoc negant per *l. 3. C. h. t.* ne Poſſeſſorium cum Petitorio con-

confundatur. Dominii enim exceptio, ceu altioris indaginis, ad Petitorium; Interdictum vero ad Poſſeſſorium pertinet. add. *l. 3. C. de Interdict. l. 13. C. de R. V.* Sed diſtinguit Bachovius, an Reus ex titulo univerſali, ſe Bonorum poſſeſſorem vel Hæredem eſſe excipiat, tunc demum eum audiri, ſi in continenti intentionem ſuam probare poſſit, ad evitandas ambages; cum alias in dolo ſit, qui petit, quod ſtatim tenetur reſtituere. Bachov *d. l. lit. G. in fin. & lit. H. princ.* add. Menoch. *d. l. num. 102. & ſeqq.* Struv. *Exerc. 41. th. 18.* ibique Mullerus. Qui autem ex titulo ſingulari, v. gr. donatione, emptione, &c poſſidet, contra eum hoc Interdictum locum non habet *praeced. §. 7.* Atqui dicens, ſe eſſe dominum, titulo quodam ſe poſſidere aſſerit, & ſic exceptio dominii hoc Interdictum ſemper excludere videtur; ſed ad R. V. recurrendum erit; & hæc uſu recepta eſt ſententia. Hotomann *V. 1. Reſp. 9 num. 36. & ſeqq.* d. Diſp. *de interdict. th. 24.* Dn. Schulter. *ad ff Ex. 47. §. 26.* Stryck. *in uſu moderno §. 1.* Joh. Voetius *n. 1. h. t.* Add. Cran. *de Interdict c. 3. num. 39.* Meichsner. *p. 3. dec. 13. num. 8.* Harppreche. *ad tit. I. de Interd. n. 42. & ſeqq.* Dn. à Rhetz. *V. 2. Diſp. 3. c. 5. num. 3.* D. Frommann. *Differ. de act. petit. & poſſeſſor. thes. 65.*

XII.
DE EDICTO DIVI HADRIANI TOLLENDO, ET QUEMADMODUM SCRIPTUS HÆRES IN POSSESSIONEM MITTATUR.

Cod. *Lib. 6. Tit. 33.*

Interdicto Quorum Bonorum non tantum Hæreditatis petitio; ſed etiam Remedium Legis fin. C. de Edicto D. Hadriani tollendo eſt affine: Sunt enim tres viæ, teſtamento aperto, ad Bonorum Poſſeſſionem conſequendam: (1.) Hæreditatis petitio. (2.) Interdictum Quorum Bonorum, & (3.) Edictum Hadriani, quod in Praxi uſitatiſſimum eſt; hunc Carpzovius utiliſſimum & quotidianum vocat remedium. *lib. 6. Reſp. 19.* Affinia ſunt H. P. & Remedium L. fin. C. de Ed. D. Hadr. toll.

XIII. Eſtque nihil aliud, quam Remedium poſſeſſorium, quo hæres ſcriptus à Judice competente, vi teſtamenti exhibiti, vitio viſibili carentis, ſe in poſſeſſionem rerum hæreditariarum mitti petit. Generis loco dicitur Remedium, & ſic extraordinaria perſecutio intelligitur, quia Judicis officium imploratur. Nonnulli ex d. L. f. Condictionem ex Lege concedunt; quæ tamen obtinet, cum nova Lege nova obligatio introducta, nec, quo genere actionis experiundum, cautum ſit; *l. un ff. de cond. ex L.* quod tamen h[illegible] lege non ſit. Neque datur Actio ex hac Lege; nam Actor ab adverſario nihil petit, ſed Judicem tantum implorat, ut in poſſeſſionem mittatur. Edictum Hadriani quale ſit Remedium? *An non Conditio ex Lege?*

Menoch. *Remed. 4. adipiſc. poſſeſ. n. 486. & 495.* cum ſeqq. D Grav. *Diſp. de Officio jud. nobil. th. 19.* Frommann. *Diſſer. act. petit. & poſſeſ. th. 60.* Poſſeſſorium, & quidem Adipiſcendæ poſſeſſionis. *d. l. ſ.* Proinde requiritur, ut res hæreditariæ nondum ſint acquiſitæ. Menoch. *de adip. poſſ. Rem. 4. num. 179.* add. *ſeq §. 18.*

Eſt remed. Adip. poſſ.

XIV. Cauſa Efficiens eſt Jus Civile, ab Imperatore enim hoc Remedium introductum eſt. Cauſa interius movens eſt favor ultimarum voluntatum. Exterius eſt Edictum D. Hadriani. Nam Imperator Auguſtus Lege Julia conſtituit de ſtatim aperiendis Tabulis poſt mortem teſtatoris, & de perſolvenda Viceſima hæreditatum & legatorum, quæ teſtamento relinquebantur, quæ viceſima ſecutis temporibus in univerſum ſublata. Captioſa tamen quædam erant ab Hadriano, de aperiendis tabulis, executionique intra annum mittendis teſtatorum diſpoſitionibus ſancita: Sed æquiſſimus Juſtinianus tùm Viceſimæ abrogationem dando approbavit, quam Hadriani legem, quantum ad ſolennitates iſtas, planè ſuſtulit, & de hærede ex defuncti teſtamento ex prima ſui facie perfecto in poſſeſſionem mittendo ſancivit. *d. l. ſ.* Menoch. *d. l. num. 15 & 28* Argel. *de acq. poſſ. q. 1 art. 7. num 3. & ſeqq.*

C. Eff. Rem. Imp. Proinde. Quo tempore de Jur. Vet.

Jure Novo eſt [illegible]

XV. Subjectum Activum eſt Hæres in teſtamento ſcriptus. Requiritur ergo, 1. Ut ſit Hæres, qui hoc intentat, *d. l ſ C. h t* quo ipſo præſupponitur mors teſtatoris, de qua omnino debet conſtare. *l. 2 §. 4. teſtam. quem. aper.* Beſold. *cons 107. num. 19.* Carpzov. *l. 6 Reſp. 19. num. 6.* Hæres vero perſonam ſuam ſufficienter legitimat, præſentando Judici teſtamentum. *d. l ſ.* Menoch. *num 31. in ſ.* Nihilque refert, ſive ex aſſe, ſive ex parte vel hæreditatis quota ſit hæres. *d. l ſ in pr.* Sic etiam datur Liberis in Legitima inſtitutis. Richter *Tr de teſtam. D. ult. ad d. l. ſin. num. 33.* Joh. a Sande *lib 4. tit. 9. dec. Friſic. 6.* Merlin. *de legitima lib. 4. t. 4. q. 3.* DD. Harpprecht. *in Reſp. 70. num. 14. & 50.* Dn Hyncker. *Dec ſen. 1111.* Quær. An in re certa inſtituto competat? & Reſp. Directum non competere, quia in re certa inſtitutus hæres talis propriè non eſt, ſed pro legatario habetur. Aliud ergo eſt, ſi nullus cohæres, vel talis, qui hæreditatem repudiavit, datus ſit, per ea, quæ *præced. §. 6* Richter. *num. 40.* Argel. *de acq. poſſ q. 17. art. 4.* De Utili vero nullo dubitamus, cum legatario quoque competat. Quid ſi ſub conditione inſtitutus? & Reſpondet Menoch. pendente conditione non ex ſui perſona illum conſequi immiſſionem, bene tamen adminiſtratorio nomine, ut bona conſerventur. *num 31.* ita accip. *l 23. pr. ff de H. I.* Richter. *num. 71.* Beſold. *cons. 107 n. 80.* Argel. *de acq. poſſ. q 9. art. 3 num. 26.* Joh. Voetius *num. 5. h. t.* Sin duo veniant ex eodem teſtamento, & uterque prætendat, ſe eſſe vocatum, cum

Subj. Act. eſt 1. Hæres.

quum ex parte, vel in Legitima Inſtitutus.

An qui in re certa Inſt.

Si ſub conditione?

Sin duo ex eodem teſtamento prætendant?

cum tamen teſtator alterum tantum voluerit, quomodo hi diſcernendi? vid. Argel. *de legit. contrad. q. 2. art. 6.* Joh. Voet. *num. 6. h. t.* add. ſupra *ad tit. de Reb. dub. §. 3.* Jung. *tit. de H. I. §. 20.* Aliud vero eſt, ſi ſint Cohæredes duo, tunc unusquisque ab altero ſuam partem hæreditatis petitione conſequi poteſt. D. D. Harpprecht. *Reſp. 79. num. 28. & ſeqq.*

Si ſint cohæredes?

XVI. Nec porro refert, ſive ſit primi, ſive ſecundi gradus Hæres, vel Subſtitutus, *l. 65. ff. de V. S. L. 41. §. 4. ff. de V. & P. S.* Richter. *num. 62.* quocunque modo ſubſtitutus ſit. Argel. *de acq. poſſ. q. 7. art. 2. 3. 4.* Joh. Voet. *n. 5.* & Stryck. *in uſu moderno §. 7. h. t.* Si tamen primus hæres poſſeſſionem adeptus poſtea ab ea ceciderit, tunc hoc Remedium non conceditur; Menoch. *n. 248.* quia non eſt recuperandæ. Argel. *d. tr. q. 16. art. 14.* Porro ſive ſit hæres defuncti, ſive hæredis hæres; *l. 7. §. 5. ff. de A. vel O. H. & l. 65. l. 70. l. 170. ff. de V. S. l. 194. ff. de R. I. l. 5. in med. C. de H. I.* & tranſmittitur, ſive hæredi hæres ex teſtamento, ſive ab inteſtato ſuccedat, vel per ceſſionem habeat. Agitur enim ex perſona & qualificatione primi hæredis ſcripti, qui jus ſuum ex teſtamento habet. Argel. *d. tr. q. 10. art. 4. & 6.* Richter. *num. 61.* Menoch. *d. n. 238.* Struv. *Exerc. 45. th. 20.* ibique Mullerus. Sive Directus ſit, ſive Fideicommiſſarius univerſalis, ſi ſcil. huic per fiduciarium hæreditas verbis reſtituta ſit. arg. *l. 56. ff. ad SCtum Treb.* Menoch. *num. 206.* Bachov. *d. th. 1. lit. L.* Brunnem. *ad d. l. f. num. 12.* Argel. *de legit. contradict. Q. 10. art. 5. num. 76. cum ſeqq.* add. Stryck. *de S. A. I. Diſſ. 1. cap. 5. §. 34. & cap. 6. §. 23. & in uſu moderno §. 2. h. t.* DD. Harpprecht. *in Reſp. 79. n. 20. & 21. ubi agunt de hærede in pactis dotalibus & nomine probato inſtituto.* De Legatario vero & Fideicommiſſario ſingulari negat Richter. *d. l. n. 19.* Mev. *p. 1. dec. 97.* Coler. *de Proc. Exec. p. 3. c. 2. num. 32.* Dn. Thulem. *Rel. Cam. 21. n. 7.* Joh. Voet. *n. 7.* Stryck. *in uſu moderno §. 7.* & Beyer. *pos. 5. h. t.* Verum utile ipſis competere, ſupra probavimus *ad tit. de Legat. §. 43.* ſi ſcil. hæres tergiverſetur. Brunnem. *ad d. l. f. num. 20.* quod etiam rationibus & præjudiciis confirmat Finckelthaus. *O. 121.*

Etiam ſubſtitutus.

Niſi primus à poſſeſſ. ceciderit.

Hæredis hæres. *Ampliat.*

Fideicommiſſarius univerſalis.

An Legatarius

XVII. II. Ut ſit ſcriptus in teſtamento hæres. *d. l. f. ibi: inſtitutus. C. h. t.* Actor enim, ut poſſeſſionem conſequi poſſit, teſtamentum in prima figura ſine omni vituperatione apparens exhibere debet. Argelus, *de acq. poſſ. q. 4. art. 1.* Sicque ratione hujus requiſiti excluditur (1.) Hæres ab inteſtato veniens; teſtamentum quippe oſtendere nequit. poſt multos, Menoch. *n. 64.* Carpzov. *d. Reſp. 19. n. 5.* Richter. *d. l. num. 118.* ubi JCtorum Ienenſium præjudicia. Etiamſi ſuus eſſet hæres. Argel. *d. q. art. 6.* (2.) Hæres Nuncupativus ex modo dicta ratione; ſi tamen Nuncupativum à Notario in ſcripturam

2. Ut ſcriptus in Teſtamento. Sic excluduntur. Hæres ab inteſtato.

Nuncupativus.

 redi-

Lator. redactum ſit, de quo vid. ſupra *ad tit. quorum teſtament. ſec. poſſ. § 75.* procul dubio hoc remedium competit. Bachov. *d. l.* Carpz. *d. lib. 6. Reſp. 20. n. 2.* Menoch. num. 91. add. Argel. *d. l. q. 6. art. 1. 2. & 3.* Struv. *Exerc. 45. th. 20.* ibique Mullerus.

S. eju. Poſſ. Rerum hæreditarium detinentes, vel eandem juſtam non habentes. Si hæres ab inteſtato poſſ. vacantem occupaverit? Si Subſtitutus ſit in poſſ. XVIII. Subjectum paſſivum conſtituunt omnes, qui res hæreditarias detinent, vel etiam ſunt in poſſeſſione, ſed juſtam aut prætenſæ ſuæ poſſeſſionis, aut prætenſi juris cauſam vel titulum probare nequeunt, ſicque legitimi contradictores non ſunt, i. e. infirmius jus habent hærede, & prinde ad ordinarium pertinent. *d. l. 1.* Beſold. *Cons. 36. num. 67.* Sin hæres ab inteſtato poſſeſſionem vacantem occupaverit, propterea tamen hæredem ſcriptum repellere non poterit, Dn. Vott. *h. t. num. 5.* Nec aliter ſentit Richter, *n. 255.* nam *et ſeqq.* patet, quod ibi contradictor de jure ſuo in continenti docere velit. Argelus, *de legit. contradict. q. 10. art. 14. & ſeqq.* Et ſi in teſtamento alius inſtitutus, alius ſubſtitutus, hicque in poſſeſſione eſſet, eam inſtituto reddere oporteret. *d. l. in med.* & *l. 1. C. eod.* Non enim, niſi deficiente inſtituto, miſſionem obtinere poteſt. *d. l.* Richter *n. 95.* add. Argel. *de acq. poſſ. q. 7. art. 5.* quod ſi duo teſtamenta adſint, vid. late D. D. Harpprecht *in Reſp. 79. n. 9. cum ſeqq. & in Tract. Acad. p. 2. ſubjecta manuſſ. Reſp. 8. per tot. maxime n. 90. cum ſeqq.*

Objectum eſt rerum hæreditariarum poſſ. vacua. XIX. Objectum eſt rerum hæreditariarum, quæ penes defunctum mortis tempore fuere, poſſeſſio vacua, i. e. ut hæres, qui ſe in poſſeſſionem mitti poſtulat, nec poſſideat, nec poſſederit; alias enim hoc Adipiſcendæ Poſſeſſ. remedio opus non foret, Carpz. *de Reſp. 19. n. 7.* vide tamen Struv. *Exerc. 45. th. 22.* ibique Mullerum. Argelus, *ad l. F. C. de acquirend. poſſeſſ. q. 16. art. 2.* Mev. *ad Jus Lub. [illegible] p. 2. tit. 2. art. 27. n. 11. cum ſeqq.* neque res ab alio ex juſta cauſa vel legitimo modo ſint occupatæ. *d. l. ſ. in med.* Richter *num. 105.* Non intereſt, Mobiles ſint, ſive Immobiles, Corporales, ſive incorporales. Bocer *cl. 5. D. 25. n. 57.* in quo differt ab interdicto præcedenti Quorum Bonorum. Univerſales, ſive Singulares. In Feudalibus regulariter locum non habet, quia tantum ab inteſtato ſucceditur. Menoch. *n. 371. & ſeqq.* Hartm. Piſtor. *l. 4. q. 10. n. 6. & ſeqq.* Berlich *p. 5. dec. 307.* Alius tamen caſus vid. apud Menoch. ut ſi filia unica inſtituta adiit, & prætendat feudum hæreditarium contra Agnatum. Bardili *in Diſp. de jure diſponendi per ult. volunt. de feudis th. 75.*

An locum habeat in rebus Feud.

Forma. XX. Forma eſt, quod hæres petat, ut teſtamenti vitio viſibili carentis, ſed in poſſeſſionem rerum hæreditariarum mitti. Unde Diff. inter præcedens & hoc remedium apparet, in illo enim Actor petit non ut cultibus teſtamenti, ſed quia hæres, eſtque opus ſummaria Juris ſuccedendi

Diff. ab Interd. Quor. Bon.

prob-

probatione. *prat.* §. 9. Requiritur igitur ratione formæ, (1) Ut adſit Teſtamentum. *d. l. ſ.* DD. tamen hoc Remedium l. ſole extendunt ad Codicillos, aliasque ultimas voluntates, etiam ad mortis causâ Donationem. Richter *d. l. n. 99. uſque ad 103.* Carpz. *l. F. p. 3. c. 3. def. 10. n. 3. & d. Reſp. 20. n. 5. & 8.* Argel. *de acq. poſſ. q. 11. art. 3.* D. Bardili *in Diſp. de Schedula teſtamentaria cap. 7. th. 3.* (2) Ut ſit ſcriptum, vel in ſcripturam redactum à Notario, per *d. l. ſ.* Nihil refert, ſive ſit ſolenne, ſive privilegiatum, Carpz. *d. Reſp. num. 7.* Richter. *d. l. num. 162.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.* D. Bardili, *Diſp. de teſtam. nuncupat. th. 33.* ſive judiciale, de cujus inſinuatione Judici facta conſtat. Carpzov. *Reſp. 19. num. 11.* *Diſp. de Teſtam. Judic. th. 24. in fin.* (3.) Ut Judici competenti, apud quem miſſio petitur, exhibeatur i. e. publicè oſtendatur atque præſentetur. *d. l. ſ.* Judex autem competens dicitur plerumque illius territorii, ſub quo res hæreditariæ, de quarum poſſeſſione agitur, ſitæ *l. un. C. ubi de hæred.* Si autem diverſis in locis res hæreditariæ ſitæ ſint, diverſi quoque Judices ſunt adeundi. vid. ſupra *ad tit. de H. P. §. 30.* De praxi hodierna ſi res ſub diverſis juriſdictionibus ſit, omnium ſuperior Judex adiri poteſt, etiam in Feudis à diverſis Dominis recognitis, ex rationibus quas habet Blum. *pr. Cam. tit. 40. n. 4. & ſeq. ubi lat.* conf. Struv. *S. I. F. c. 16. aph. 3.* & quamvis de Jure Comm. reſpiciatur, ubi major pars bonorum ſita, id tamen de praxi Camerali non attenditur. Blum. *d. l. & tit. 41. num. 10.* Gail. *l. 1. O. 32.* Frider. *de conn. cauſ. c. 3. num. 6. & c. 4. num. 28.* Exhiberi autem debet teſtamentum in Originali, ut ex inſpectione de ipſius forma appareat. Menoch. *n. 601.* Quando autem Exemplum ſufficiat, & quomodo tranſumptum eſſe debeat? vid. Maſcard. *de prob. concl. 712.* Richter. *n. 130.* (4.) Teſtamentum vitio viſibili careat, h. e. quod in prima figura quoad formam externam ſine omni vituperatione appareat. *d. l. ſ.* Vitium autem viſibile dicitur, quod ſtatim in oculos incurrit, exque ſola inſpectione cognoſci poteſt v. gr. raſura, deletio, inciſio ſubſtantialis, aliove teſtamenti corruptio, vel imperfectus teſtium numerus. *d. l. ſ.* Menoch. *num. 709. & ſeqq.* Argel. *de acq. poſſ. q. 6. ar. 10.* Inſuper hoc ſubſtantiis teſtamenti ſit vitioſa, ſc. quoad hæredis inſtitutionem, non vero ſi alia teſtamenti parte, tutoris ſcil. datione vel legato erratum fuerit. Vitium vero inviſibile non impedit hoc remedium, ſed hæres nihilominus mittitur in poſſeſſionem. Hinc quoniam tale vitium ex inſpectione haud apparet, ſed Judicis intellectu percipitur, e. g. ſi Teſtamentum dicatur eſſe falſum, irritum, vel inofficioſum, vel negetur, teſtatorem habuiſſe teſtamenti factionem activam, vel hæredem paſſivam &c. Joh. Voet. *n. 4.* D. Struyck. *in uſu modern. §. 2. 3. & 4. cum ſeqq.* [illegible] add. ſupra *ad tit. de inoff. teſt. §. 3. & ſeqq.* Hæc & ſimilia, de quibus non ex ipſo teſtamento conſtat, ſed

Req. Teſtam. An porrig. ad alias ult. voluntates?

2. Ut ſit ſcriptum.

Judici comp. exhibeatur.

Quis Judex comp. item? Si res hæred. in locis diverſis ſitæ.

Quid de Prax. Cam.?

Exhibeatur in original.

4. Teſtam. ſit vitio viſibili [illegible]. Quodnam tale ſit vitium.

Vitium inviſibile.

Quodnam?

Immiſſionem non impediunt. *Limit.*

ſed altiorem indaginem requirunt, in poſſeſſorio immiſſionem non remorantur; ſed ad ordinarium reſervantur. *d. l. f. l. 2. C. eod.* Mev. *p. 1. dec. 281. n. 2. & ſeqq.* Richter. *d. l. num. 221.* Carpz. *J. F. d. def. 18. & Reſp. 19. num. 10.* Niſi objectæ exceptiones hæ in continenti probari poſſint, ac velint; tunc enim immiſſio ob legitimam contradictionem impeditur Ceph. *Conſ. 4. num. 16.* poſt alios, Hartm. Piſtor. *l. 4. Q. 10. num. 21.* Menoch. *num. 730.* Carpzov. *de def. circa fin.* D. Harpprecht *in Reſp. 79. num. 124. & ſeqq. & in tract. Acad. p. 2. ſubj. Reſp. 8. num. 80.* Idem eſt, ſi lis in petitorio jam cœpta eſſet. Mevius, *d. l. n. 6. 7.*

Effectus eſt immiſſio.

XXI. Finis & Effectus eſt, quod productum teſtamentum vitio viſibili carens paratam habeat executionem, & ſcriptus hæres, Mandato executoriali impetrato, in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum mittatur. *d. l. f.* Beſold. *Conſ. 167. n. 7.* Richter. *n. 104.* Hæc miſſio olim intra annum petenda erat, quam coarctationem Juſtin. ſuſtulit. *d. l. f.* Hæcque miſſio plenior eſt illa, quæ fit ex primo Decreto, quia ex hoc remedio non nuda detentio, ſed vera poſſeſſio acquiritur. Struck. *d. c. 3. num. 9.* Mev. *d. dec. num. 5. add. p. 9. dec. 106.* ubi de fructibus. uti Stryckius, *in uſu moderno ſ. f. h. t.* Menoch. *Remed. 4. adipiſc. poſſeſſ. num. 800. cum ſeqq.* Richter. *ad h. l. f. num. 246. cum ſeqq. de iis diſputans.*

In veram poſſeſſionem. An poſſit appellari?

Nec contra Sententiam immiſſionis regulariter Appellationi locus eſt. *Mev. d. p. dec. 282.* quod Menochius vult accipi quoad effectum ſuſpenſivum, non devolutivum. *d. l. n. 827.*

Contraria. Legitima Contradictio quis? 1. Poſſideat.

XXII. Contraria ſunt, (I.) Vitium viſibile. *praeced. §. 20.* (II.) Legitima contradictio. Non enim quilibet Contradictor ad impediendam immiſſionem ſufficit, ſed legitimus eſſe debet. Finckel. *h. t. O. 121. n. 6. in f.* Talis dicitur (1.) Qui poſſidet, vel, licet non ſit in poſſeſſione, poſſidere tamen poteſt; vid. Argellus, *de legit. contrad. q. 10. art. 1. n. 10. art. 2. q. 18. art. 1. 2. & 3.* quamvis ſtricte loquendo non poſſidens dicatur indirectus Contradictor, ſi non per viam exceptionis; ſed Actionis contradicit. Argel. *q. 2. art. 1.* Aliud eſt, ſi citatus ante immiſſionem comparuerit, & probationes in continenti obtulerit. Beſold *Conſ. 56. num. 67. & ſeqq.*

Contradictor indirectus.

2. Legitime.

(2.) Legitime poſſideat, i. e. titulum pro ſe alleget, unde ſtatim jus teſtamenti apparenter dubium redditur, & (3.) de jure ſuo doceat, quæ copulative requirit Argelus, *d. tr. q. 5. ar. 1. num. 7. q. 10. art. 14. num. 206. & q. 1. art. 2. num. 9.* quinque conditiones legitimatis conſiderari jubet, nempe circa modum, cauſam, tempus, rem & effectum. Struv. *Exerc. 45. th. 23.* ibiq. e Mullerus.

3. In continenti de Jure ſuo doceat.

Quomodo hoc fiat?

In continenti probare dicitur, qui intra terminum executioni præfixum ita paratam habet probationem, ut nulla egeat dilatione, & Judex, quid juſtum & rectum, facile de-

teoſti-

terminare poſſit. Argel. *de acq. poſſ. quæſt. 2. per tot.* poſt alios, Hartm. Piſt. *d. O. 10. num. 21.* In quibus autem caſibus Contradictor legitimus audiat, & à quo titulus vel poſſeſſio provenire debeat? prolixe pertractat Argelus, *d. tr. de legit. contrad.* III. Præſcriptio XXX. annorum. *l. 3. C. de 30. vel 40. ann. præſcript.* Richter. *n. 317.* In quibus caſibus? Relativè.

XXXIII. Affinia ſunt Hæreditatis petitio; Miſſio ex Carboniano Edicto; vid. ſupra *ad d. t.* add. Argelus, *de legit. contrad. q. 7. art. 8. num. 160. & 164.* Interdictum Quorum Bonorum; quod tamen ab hoc differt (1.) Ratione Cauſæ Efficientis; quia Remedium dictæ l. fin. non eſt à Prætore, ſed ab Imperatore introductum. (2.) Ratione Subjecti Activi; Hoc n. beneficium non cuiq; hæredi, ſed tantum teſtamentariis competit. (3.) Paſſivi. Hoc non tantum datur contra eos, qui pro hærede vel pro poſſeſſore poſſident; ſed adverſus omnes, qui non legitimam contradicendi cauſam habent. (4) Rat. Objecti. Hoc etiam pertinet ad res incorporales, uti hæc & reliquæ diff. notæ ex præcedentibus patent; & XI. collegit Menoch. *n. 45. & ſeqq.* Affinia. Quomodo differat ab Interdicto Quor. Bon?

TIT. III.

QUOD LEGATORUM,

Cod. 12. *Lib. 8. Tit. 3.*

§. I.

CUm Interdicto Quorum Bonorum affinitatem habet Interdictum Quod Legatorum. Sicuti enim illud datur hæredi ad poſſeſſionem totius hæreditatis adipiſcendam: Ita hoc datur eidem ad poſſeſſionem partis, rerum ſcil. legatarum, vel per fideicommiſſum relictarum, aut certo caſu mortis causa donatarum, à legatario, fideicommiſſario vel donatario propria auctoritate occupatarum acquirendam, idque ideo in hoc Tit. ſtatim proponitur. Continuatio. Interdict. Quod Legatorum.

II. Eſt autem hoc Interdictum nihil aliud, quam Interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis, competens hæredi vel bonorum poſſeſſori ad poſſeſſionem rerum hæreditariarum ab aliis legati vel fideicommiſſi nomine privata authoritate, citra hæredis voluntatem, occupatarum acquirendam. *l. 1. §. 1. 2. 11. 12. ff. l. un. C. h. t.* Nomen habet, ſicut pleraque cætera Interdicta, ab initialibus ipſius Edicti verbis. *d. l. 1. pr.* Dicitur, quod ſit Interdictum, judicium ſc. poſſeſſorium, quia & hoc remedio non de proprietate vel ſimili juris in re ſpecie; ſed principaliter de poſſeſſione agitur. Ratione Subjecti eſt Simplex, quia in eo non uterque nomen obtinet Actoris & Rei. Ratione finis eſt adipiſcendæ poſſeſſionis, *d. l. 1. §. 1.* habito ſcil. quid ſit?

adipiſc. poſſeſſ. Quo intuitu Retinendæ? Reſtitutorium?

ſed reſpectu ad Actorem, petit enim poſſeſſionem, quam nunquam habuit, Rei, eo intuitu vero Rei eſt reſtitutorium, quia hoc Interdicto conventus res occupatas reſtituere tenetur. d. l. 1 §. 1. Reliqua Deſcriptionis verba Differentiam Specificam continent. De qua in ſeqq.

Cauſa Efficiens Impulſiva. Proxima eſt Audacia Legatarii propria authoritate legatum occupantis.

III. Cauſa efficiens hujus Interdicti, ſicut & præcedentium, eſt Prætor. Causa [illegible] ſeu interius movens eſt ſtudium æquitatis, ne quis, occupatis legatis, ſibi jus dicat. d. l. 1. §. 2. Cauſa [illegible] ſeu exterius movens principaliter eſt Audacia, qua quis legatum non ex hæredis voluntate, ſed propria authoritate occupavit d. l. 1. §. 2. vid. Struv. th. 21. Exerc. 45. Frommann diſſ. de all. cap. 4. §. 4. Quamvis enim legatarius re certa teſtatoris propria in ſpecie legata, ſtatim à morte teſtatoris ejus dominium fiat; ſupra ad tit. de legat. §. 41 in med. & 44. poſſeſſionem tamen ipſo jure non conſequitur, nec eandem propria authoritate occupare, ſed ab hærede competentibus remediis petere debet, ne ſibi ipſi jus dicere videatur, hoc enim naturali rationi repugnare dicit Ariſtoteles, Polit. 3 nam, ſicut Salluſtius inquit, in judicando nobis ſumus indulgentiſſimi aliis ſeveriſſimi. Proin Imperatores ſevere prohibuerunt, quemquam Judicem eſſe in propria cauſa. l. un. C. ne quis in ſua cauſ. jud. Hinc ſine Judice rem licet ſibi debitam propria authoritate occupans temere poſſidere & vim facere, jureque ſuo privari dicitur. l. 13 ff. quod met. cauſ. Similiter Legatarius contra dictas Leges peccans, hoc Interdicto res occupatas reſtituere tenetur. ſupra ad d. tit. de Legat. §. 2. & 42. & ad tit. de A. vel. A. P. §. 6. & 21.

Req. 1. legatum relictum ab hærede præſtandum.

IV. Ut itaque locum habeat hoc Interdictum, ratione Cauſæ Impulſivæ, tria concurrant oportet. 1. Ut aliquid relictum ſit ab hærede præſtandum; tale eſt legatum, juxta deſcriptionem in §. 1. I. de leg. add. ſupra. ad tit. §. 2. Ab initio quidem hoc interdictum de ſolis Legatis eſt introductum, poſt extenſionem tamen cum Fideicommiſſis, vid. ſupra ad SCtum Trebell. §. 40. & ad hæc extenditur l. un. C. quod legat. Cum autem fideicommiſſa ſint vel Univerſalia, vel Particularia, Quæritur An etiam ratione illorum locum habeat? Perez.

An etiam locum habeat in fideicommiſſis? Affirmatur. 1. 2. 3.

h. t. n. 6. quidem negat, ſed alii rectius affirmant, idque propter textum generalitatem in d. l. un. ubi ſine diſtinctione adverſus fideicommiſſarios conceditur. junct. l. 1 ff. de Publ. in rem. act. Huc accedit generalis ratio prohibitiva ad l. 1. § 2. ff. h. t. ne quis ſibi jus dicat, quæ ratio etiam in univerſali res ſibi relictas proprio motu occupante locum invenit. add. ſupra ad tit. ad SCtum Treb. §. 21. Alia adeſt ratio, propter quam hoc Interdictum conceditur, Intereſſe nempe hæredis. Ut enim hæres in fideicommiſſo particulari Falcidiam, ita in univerſali Trebellianicam regulariter detrahere poteſt. add. ſupra ad L. Falcid. §. 4. & ad SCtum Trebell. §. 29. Menoch. de adip. poſſ. rem. 4. num. 25.

V.

V. Ex dictis fluit, hoc Interdictum locum haud ſortiri, ſi teſtator ſeu Dominus rerum ſuarum ante mortem ſuam poſſeſſionem in legatarium vel fideicommiſſarium tranſtulerit, *l. 22. ff. de leg. 2.* Struv. *de vindicta privata cap. 15 ad fin. n. 14.* vel facultatem ſine hæredis proteſtatione propria authoritate occupandi conceſſerit; Nam Interdictum hoc contra eum, qui poſſeſſionem rei ſine vitio, voluntate domini, apprehendit, non datur. Cujus varios caſus vid. apud Menoch. *d. l. num. 42. & ſeqq.* vid. ſupra *ad tit. de leg. §. 42.* & *ad SCtum Treb. §. 20.* Sin hæres hoc in caſu quartam Falcidiam non haberet ſalvam, propterea hoc Interdicto non opus eſſet; Sed Rei Vindicatione peti poteſt Supplementum, utpote cujus dominium ipſo jure manet penes hæredem. Struv. *Exerc. 45. th. 44.* ibique Mullerus: ſupra *ad tit. ad L. Falc. d. §. 18.*

Secus, ſi poſſeſſio ab hærede jam occupata, & non ſit vacua. Req.

Quomodo hæredi conſulatur ſi Falcid. non habeat?

VI. II. Requiritur, ut perſona honorata poſſeſſionem rei ab hærede præſtandæ vacuam proprio motu occupaverit. *d. l. §. 2.* Hoc enim Interdictum reſpectu hæredis non eſt Recuperandæ; ſed Adipiſcendæ poſſeſſionis. *d. l. 1. §. 1.* Eapropter Hæredem poſſeſſionem ante Legatarii occupationem nondum apprehendiſſe requiritur. Alias hæres uti deberet remedio L. 7. C. Unde vi. D. Bardili *in Diſſ. ad L. 7. C. unde vi cap. 3. th. 38.* Hoc tamen non refert, an hæres, tempore occupationis à legatario factæ, hæreditatem adierit, an non adierit? Nam per aditionem hæreditatis non ſtatim Jure Civili acquiritur poſſeſſio rerum hæreditariarum. Ad poſſeſſionem vero inſuper apprehenſio neceſſaria eſt. add. *præced. tit. Quor. bon. §. 4.*

Req. 2. Legatarius poſſeſſionem rei legatæ ante hæredem occupaverit.

Hæres adierit, nec ne?

VII. Non autem propria authoritate occupat, qui ex voluntate teſtatoris rem relictam accipit, *pr. §. 5.* quod omni jure licitum eſt. Sicque ceſſante ratione, ceſſat etiam Juris diſpoſitio. Quid vero, ſi perſona honorata officio & authoritate Judicis poſſeſſionem rei legatæ nacta, vel immiſſa eſſet, tunc non ſibi ipſi jus dixiſſe, & ratio *d. l. 1. §. 2.* ceſſare videtur. Sed ſi ſola Judicis authoritas quandoque per injuriam vel ex æquitate cerebrina efflagitata, inſcio hærede, ſufficeret, Leges ſæpiſſime poſſent eludi, & contra expreſſum tenorem in præjudicium detorqueri. Unde in tali caſu huic Interdicto nihilominus locum eſſe probant, atque præjudiciis firmant Carpzov *J. F. p. 3. C. 13. def. 31.* Brunnem. *ad l. 1. ff. h. t. num. 18.* *cent. 5. dec. 97* item *Conſ. 35. num. 8. & Conſ. 37. num. 13.* Hahn. *ad Weſ. h. t. N. VI. verb. Adverſus.* Sed ſi hæres propter legatum vel fideicommiſſum ſub conditione vel die relictum petitam cautionem præſtare recuſet, honoratus adverſus oneratum mittitur quidem in poſſeſſionem; *l. 4. ff. ut leg. ſerv. c. cav.* verum tantum cuſtodiæ cauſa,

Niſi voluntate teſtatoris.

Quid ſi Judicis authoritate? Limit.

Si hæres debitam cautionem præſtare recuſet?

l. 1. §. 9. ff. h. t. ita, ut hæredem à compoſſeſſione repellere nequeat. *l. 5. pr. & §. 22. ff. ut in poſſeſſ. leg.* Sin hæres debitam cautionem præſtiterit, (ad quam omnino tenetur, *d. l. 1. §. 16. add. ſeq. §. 10.*) Legatarius recedere debet, cum facta immiſſio extincta cenſeatur, illo vero renitente, ceu contra privata authoritate poſſidentem, eo magis datur hoc Interdictum, *d. l. 1 §. 9.* Nec diſſentiens eſt Menochius, qui intelligit caſum, ubi Judex facultatem habet procedendi, idque ipſa rei veritate inſpecta fiat. *num. 85* Frider. *de Interd. p. 2. c. 17. num. 37.* poſt alios. Harpprecht. *ad §. 2. I. de Interdict. num. 71.*

Sin et poſt præſtiterit?

VIII. III. Ut perſona honorata rem ex ſua authoritate acceperit, citra hæredis voluntatem. *d. l. 1. §. 2.* Carpzov. *d. C. 13. def. 30.* Si ergo hæres in occupationem conſenſerit; ceſſat hoc Interdictum, *d. l. 1. §. 11. & 12.* cum hac tamen interpretatione, ſi poſt aditam hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem agnitam voluntas fuerit accommodata. Si enim ante id fecerit, ille conſenſus non nocebit, *d. l. 1. §. 11.* quia hæres ante aditionem de rebus hæreditariis nihil poteſt diſponere, adeoque nec legata præſtare; delata enim hæreditate jus tantum ad rem, nondum vero jus in re conſequutus eſt. ſupra *ad tit. de A. vel. O. H. §. 9. & 33.* Menoch. *num. 40.*

Req. 3. S. hæredis voluntate ne-[illegible]

IX. Subjectum ſunt perſonæ, quibus & adverſus quas hoc Interdictum competit. Datur autem Hæredi Civili & Prætorio, Bonorum ſc. poſſeſſori. *l. 1. §. 11. ff. l. un. C. h. t.* junct. *l. 93 §. f. ff. de leg. 1.* Nec refert, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato ſucceſſerit, nam *d. l. 1. §. 2.* non diſtinguit Menoch. *n. 10.* Competit autem non tantum ipſi hæredi & bonorum poſſeſſori; ſed & illorum Hæredibus, *d. l. 1. §. 3. ff.* & *d. l. un. C. h. t.* Struv. *Exerc. 45. th. 14.* ibique Mullerus, non quidem ex verbis, ſed ſententia edicti, & ſic non Interdictum directum, ſed utile; *d. l. 1. §. 2.* Menochius, *num. 15. 17* & ſimili modo cæteris Succeſſoribus, *d. l. 1. §. 3.* i. e. ulterioris gradus hæredibus, Joh. Voetius, *num. 1 h. t.* item Fideicommiſſario univerſali, ſi ab illo legatum fuerit relictum; quia & ille eſt ſucceſſor, & in lata ſignificatione hæredis vocabulo comprehenditur, in quem, reſtitutione facta, active & paſſive actiones tranſeunt, ergo & hoc Interdictum. ſupra *ad. tit. ad SCtum Treb. §. 26. & 27.* Menochius, *num. 15 & 18.* Nec obſt. *l. 47. §. 1. ff. ad L. Falcid.* Limitat. vid. ſupra *ad d. tit. § 6.* & inſuper detractio Falcidiæ vera & ſola cauſa hujus Interdicti non eſt. *d. l. 1. §. 2.* Brunnemannus, *ad d. l. un. C. h. t. num. 3.* vid. *ſeq. §. 15.*

Competit etiam hæredi, ejusque hæredibus. An Fideic. universali? Obj. Reſp.

X. Nec tamen Prætor dictis perſonis hoc remedium ſimpliciter indulget; ſed ſub conditione, ſi ſatisdatum erit. Hæres enim, ſi legatarius petit, idoneè cavere debet de reſtituendo legato, in quantum, ſoluto ære alieno vel de-

Idem tamen [illegible]

(prius debet caveat)

detracta quarta Falcidia, ſupererit; *d. l. 1. §. 16. & ſeqq.* & quidem antequam hoc Interdicto contra occupantem experiatur; *d. l. 1. §. 17.* Menoch. *num. 91. & 97.* Boeck. *cl. 5. D. 23. th. 65.* niſi eo tempore, quo Interdictum editur, ipſe legatarius impedimento ſit. *l. 2. §. 4. ff. h. t.* Si autem quorundam tantum nomine ſatisdatum ſit, etiam eorum tantum, non omnium nomine agi poterit. *d. l. 1. § 5.* vid. *ſeq. §. 10.* Cautio vero hæc regulariter fit datis fidejuſſoribus; *l. 2. §. 1. ff. eod.* niſi legatarius pignoribus ſibi caveri velit, vel nuda promiſſione contentus ſit. *d. l. 2. §. 3.* ibi pro *noluit* juxta Gloſſ. *voluit* legendum, quod etiam verba præcedentia efflagitare videntur. Frank. *ad tit. ff. qui ſatisd. cog. num. 13.* Variis enim modis hanc Cautionem remitti poſſe, dictum ſupra *ad tit. ut leg. vel fid. cauſ. cav. §. 8*

(nomine omnium, & quidem idonea. Lauter. Explic. l. 2. §. 5. ff. h. t.)

XI. Datur Adverſus illos, qui res ſibi relictas, & ab hærede præſtandas, contra ejus voluntatem, privata auctoritate, occuparunt, & contra eorum Succeſſores. Tales ſunt principaliter Legatarii; *d. l. 1. § 2.* dein & Fideicommiſſarii, tam univerſales, quam particulares, per ea, quæ *præc. §. 4.* dicta ſunt. add. Frider *d. c. num. 35.* Menoch. *num. 21. & ſeqq.* Struv. *Exerc. 45. th. 27.* ibique Müllerus. Eorumque Succeſſores, tàm univerſales, quàm ſingulares. *d. l. 1. §. 10. & 13.* Menoch. *num. 27. ubi addit rationem, quod quaſi ſit in rem ſcriptum.* Frommann. *Diſſer. de act. pers. & poſſeſſ. th. 61* Etiam contra Mortis cauſa Donatarios. ſupra *ad tit. de m. c. don. §. 34. & 35.* Unde, ſi dolo quis poſſidere deſierit, i. e. iterum alienaverit, ut facultatem reſtituendi non habeat, *d. l. 1. §. 7.* tertius hoc interdicto tenetur. *d. l. 1. §. 13.* Neque refert, quomodo occupans poſſideat, utrum pro legato, an pro herede, vel pro poſſeſſore? *d. l. 1. §. 4.* Si autem dubitetur, pluribus actionibus poteſt conveniri, quæ tamen exitu una, cum Actor alterutrius effectum tantum conſequatur. *ſeq. § 18.* Huc tamen non pertinet Hæres in re certa inſtitutus, per *l. 13 C. de H. I.* Chriſtin. *V. 4. Dec. 134. num. 6.* licet Coheredem habeat, quia ut hæres propria authoritate rem legatam occupare poteſt DD. Harpprecht. *in Diſſ. de Jure deduc. duas quartas th. 43. & de teſtament. legatar. permiſſo. th. 13.* ſupra *ad tit. ad Leg. Falcid. §. 7.*

(Datur adverſus propr. auth. occupantes Legatarios, Fideicommiſſarios, eorum Succeſſores, Mortis cauſa Donat. — Quovis modo occupans poſſideat. — Excip. hæres in re certa.)

XII. Quoad Donatarios mortis cauſa inter DDres controvertitur, Nobis placet illorum ſententia, qui diſtinguunt, an m. c. Donatio facta ſit conventione, an rei traditione? Hoc caſu, ſi M. c. donator ipſe rem præſtiterit, tunc donatarius, qui ab initio fuit dominus, quod habuit revocabiliter, nunc irrevocabiliter habere incipit; ita, ut hæredi adverſus ipſum neque hoc Interdictum competat. *l. 1. §. 5. ff. h. t.* Non enim temere, ſed ſine vitio, & voluntate domini, rem occupavit. Bach. *ad Tr. V. 2. D. 19. th. ult. lit. B. in fin.*

(Quoad m. c Donatarios Diſting. An res ſit tradita ab ipſo donatore?)

Brunnem. *ad d. l. 1. num. 14.* Menoch. *num. 80.* Dn. Voet. *h. t. num. 2.* poſt alios, Dn. Mencken. *controv. D. 16. th. 17.* Joh. Schilterus *Exerc. 47. §. 29. & 30.* ſupra *ad tit. de m. c. donat. §. 31.* Ratio autem *in d. l. 1. §. 5.* adjecta genuina non eſt, uti quandoque in LL. fieri ſolet, aliàs enim nec in Legatis, nec in Fideicommiſſis hoc Interdictum locum haberet, cum & ipſo jure apud hæredem maneat, quod Falcidiæ deeſt, *l. 26. ff. l. 18. C. ad L. Falcid.* uti & in Mortis cauſa donatione omnium bonorum. *l. 5. C. d. t.* add. *ſeq. § 15.* Verum ſi Mortis

An m. c. Don. facta ſit per Conventionem?

cauſa donatio facta ſaltem ſit per Conventionem, ut ſæpius fieri ſolet. *L. 2. ff. de m. c. donat.* & Donatarius, poſt Donatoris mortem, poſſeſſionem rei donatæ adhuc vacuam propria auctoritate occupaverit, hoc Interdictum citra dubium locum habebit, per rationem in *d. l. 1. § 2.* & exæquationem in *L. f. C. de don. m. c.* Bachov. *d. l.* Carpzov. *J. F. p. 3. C. 1. def. 37.* B. Dn. Parens in *Diſſ. de Mort. cauſ. don. th. 38.* Struv. *Exerc. 45. th. 27.* ibique Mullerus.

Rat. dubit.

XIII. Quidam putant, etiam priori in caſu Utile hoc Interdictum locum habere; Hahn. *d. N. verb. Non autem.* Struv. *Exerc. 45. th. 31.* ibique Mullerus, idque per *l. 26. ff.* & *l. pen. C. ad L. Falcid.* exinde ita concludens: Si hæres vindicare poteſt res m. c. donatas & ab ipſo donatore traditas propter L. Falcidiam, ſequitur, quòd multo magis ad eas repetendas hoc Interdicto uti poſſit.

Reſpond.

Minorem probat ex *dd. ll.* Nobis tamen prior ſententia de jure verior videtur, propter expreſſum textum in *d. l. 1. §. 5.* Et ſi dicta lex juxta Diſſent. de Directo Interdicto vellet accipi, hac ratione leges verbis, non rebus eſſent ſcriptæ; quoad effectum enim nulla inter utile & directum eſt differentia; quia autem ratio Interdicti in *d. l. 1. §. 2.* hoc in caſu ceſſat, meritò etiam utile ceſſet interdictum.

Ratio Diſſ.

Nec obſtant LL. Diſſ. opinionem probant. Nam in *d. l. 26.* dicitur, (1.) quòd Linea margaritarum legata ſit, (2.) quòd illa tempore mortis apud legatarium fuerit, & (3.) quod hæres propter Quartam Falcidiam hæredi debitam, aut ſi malit, partem, quæ Falcidiæ deeſt, vindicare poſſit. Sic in *d. l.* nec agitur de mortis cauſa donatione, nec dicitur, quod Linea ab ipſo teſtatore legatario ſit tradita, ſed ſaltem ſimpliciter, quod apud illum fuerit, forſan ex titulo Depoſiti, aut Commodati, vel alio quodam. Inſuper, quia non conſtat, legatarium lineam temere occupaſſe, ideo in d. L. non datur hoc Interdictum, ſed ſimpliciter facultas repetendi, & forſan imploratione officii Judicis recuperandi.

Reſp. ad contraria.

Ad Diſſ. argumentum Reſpond. (1.) Majorem plane non procedere, cum non valeat argumentum à petitorio ad poſſeſſorium, Sæpiſſime enim competit R. V. ubi remedium poſſeſſorium locum non habet; ſi contra inventorem rei caſu amiſſæ datur R. V. non autem Interdictum.

ctum. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 48.* (2.) Negando Minorem, non enim *in d. l.* dicitur, quod tota res, ſed tantum ſupplementum L. Falcidiæ vindicari poſſit. Nec obſtat *d. l. pen.* ubi tantum dicitur, quod hæres partem ſibi ex L. Falcid. debitam vindicatione petere poſſit, quod & nos concedimus. Neque porro obſtat exæquatio m. c. Donationum cum Legatis, cum non ſit univerſalis. ſupra *ad tit. de Mort. c. don. §. 6.* Argumentum autem ab his ad illas procedit, quoties non adeſt diverſa ratio, uti hoc loco, ubi Donatarius rem ſine vitio, voluntate Domini, accepit.

XIV. Objectum ſunt res ab hærede præſtandæ, & contra ejus voluntatem à perſona honorata propria authoritate ante hæredis poſſeſſionem *prae. §. 8.* occupatæ. Nec refert, an ſint res corporales, an incorporales, e. gr. ſi cui uſusfructus vel ſervitus fuerit relicta, eamque perſona honorata occupaverit. *d. l. 1. §. 8.* Et ſic differt a praeced. Interdicto. *L. 2. ff. quor. bon.* Struv. *Exerc. 45. th. 29* ibique Muller.

Ad quid?

An etiam propter res incorporales?

XV. Differentia Specifica, qua ab aliis diſtinguitur, dependet partim ab Objecto, partim à Fine, qui eſt vel Proximus, vel Ultimus. Ille eſt reſpectu Rei reſtitutio; reſpectu Actoris acquiſitio rerum antedictarum. Hic eſt, ut hæres primo omnium ex illis rebus æs defuncti alienum exſolvat, *Nov. 1. c. 3. in fin.* illo vero exſoluto, ſi hæreditas legatis vel fideicommiſſis ſit exhauſta, Quartam Falcidiam vel Trebellianicam detrahat, per ea, quæ ſupra *ad tit. de Legat. §. 45.* Et quamvis nonnulli rationem, propter quam hoc Interdictum inventum, reddant quartam Falcidiam detrahendam ab hærede, ut hac ceſſante, etiam ceſſet Interdictum: Menoch. *rem. 6.* Frider. *d. t. 17. num. 6.* Argel. *de legit. contrad. q. 9. art. 2. num. 5. 20.* Joh. Voetius *num. 4. h. t.* Verior tamen eſt ſententia contraria; d. Diſp. *de Interd. th. 30* Brunnemann. *ad l. un. C. h. t. num. 3.* cum potiſſimum competat propter audaciam Legatarii; *d. l. 1. §. 2. ff. h. t.* & præterea hæredis non tantum ob quartam, ſed alias etiam cauſas intereſſe poteſt, ut ipſi res illæ reſtituantur, utpote ſi hæreditas ære alieno gravata, uti modo dictum; item in caſu ſupra ad *tit. de Legat. §. 34. & 35.* recenſito.

Diff. Spec. Finis proximus reſp. Rei, vel Actoris.

An hoc Interdict. competat, etiamſi Falcidia ceſſet?

XVI. Effectus eſt rerum occupatarum reſtitutio, Et ſi reus in reſtituendo contumax non paruerit, condemnatur ad id, quod Actoris intereſt. *L. 2. §. 2. ff. h. t.* Nec hæredi opponi poteſt exceptio doli, quod ſtatim redditurus eſt, *L. 8. pr. ff. de dol. mal. exc. l. 173. §. 3. ff. de R. I.* cum hæc Regula ad Petitorium, non Poſſeſſorium pertineat; neque locum habeat, ſi ejus interſit, qui rem petit. Attamen perſona honorata ad reſtitutionem non prius tenetur, quam hæres cautionem præſtiterit de re, ære alieno exſoluto, & detractâ quartâ reſtituenda. *d. l. 1. §. 16. & ſeqq. L. 2. §. 1. ff. h. t. prae. §. 10.* Nec

Effectus.

Si Reus contumax?

L. 173. §. 3. ff. de R. I. quando locum habeat?

Legatarius tamen non ſtatim reſtituit?

ſed præſtita cautione. Item ſalvas retinet actiones. Niſi rem ab hærede jam occupatam ſubtraxerit.

Legatarius per hanc occupationem jure ſuo cadit; ſed ſalvas adhuc habet actiones, ad legatum conſequendum. *d. l. 1. §. 2.* Non obſtat *l. 13. ff. quod met. cauſ. l. 7. C. unde vi.* Cum enim Legatarii rem quodammodo ſuam, & à nemine poſſeſſam occupaverint, mitius cum ipſis agendum, & *dd. ll.* ad hunc caſum non pertinent. Aliud vero eſt, ſi rem ab hærede jam occupatam ſubtraxerint, aliove modo doloſe abſtulerint, de quo caſu *dd. ll.* accipiendæ. Bachov. *d. V. 2. D. 25. th. 2. lit. B. in fin.* Brunnem. *ad l. un. C. h. t. num. 10.* Voet. *h. t. num. 3. in fin.* An vero *l. 7. C. unde vi.* hodienum locum habeat? controverſum eſt, de quo vid. infra *ad tit. de vi & vi arm. §. 19.* Stryck. *in uſu moderno §. 7. cum. ſeqq. quod metus cauſa.*

Ceſſat ex voluntate teſtatoris, hæredis. Si plures? Non idoneè caventis. Vel a quo legatum commode haberi nequit.

XVII. Ceſſat hoc Interdictum, ſi Perſona honorata rem ſine vitio apprehenderit, ex voluntate vel teſtatoris, *prec. §. 5.* vel hæredis, aut bonorum poſſeſſoris: *prec. §. 8.* Si autem plures ſint hæredes, unius conſenſus alteri non præjudicat. *l. 1. §. 15. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 45. th. 31.* ibique Müller. Si hæres vel B. P. debito tempore idoneè cavere non vult. *prec. §. 10.* Item excuſatur audacia legatarii occupantis variis exceptionibus: e. gr. Si hæres non ſit ſolvendo, vel decoctor, de fuga ſuſpectus, perſona litigioſa, legatum vix extorqueri poſſit, &c. Frider. *d. t. 17. num. 6. & ſeqq.* Hahn. *d. l. N. IV. in fin.*

Actor quasdam actiones poteſt cumulare, ſub certa tamen determinatione.

XVIII. Cum hoc Interdicto cumulari poteſt Hæreditatis Petitio, ita tamen, ut proteſtetur Actor, ex alterutra actione ſe conſequi velle, quod ſe contingat. *d. l. 1. §. 4. ff. h. t.* Menoch. *num. 106.* Bocer. *cl. 5. D. 23. th. 62.* Struv. *Exerc. 45. th. 28.* ibique Müller. Unde colligitur, quando ex facto Rei incertum eſt, quæ actio teneat, poſſe nos duas dictare actiones & libellum alternativum exhibere cum modo dicta proteſtatione, poſt alios, Brunnemannus, *ad d. l. 1. num. 6. & ſeqq.*

TIT. IV.

NE VIS FIAT EI, QUI IN POSSESSIONEM MISSUS EST.

§. 1.

Interdict. Ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſus, Quomodo dicatur univerſale?

INterdicto Quod Legatorum, ſubjicitur Interdictum generale, Ne vis fiat ei, &c. quo is, qui ex Primo Decreto in poſſeſſionem miſſus eſt, defenditur. *l. 1. §. 2. ff. h. t.* Hocque Interdictum in genere eſt prohibitorium & reſtitutorium, docente Ulp. *in l. 3. §. 7. ff. h. t.* non quidem ſimul; ſed interdum eſt Adipiſcendæ, interdum Retinendæ, interdum Recuperandæ poſſeſſionis; pertinet autem ad omnes, qui in poſſeſſionem a Prætore miſſi ſunt. *l. 1. §. 2. ff. eod.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Sic interponitur (1.) Si ex Primo Decreto miſſus.

ſua vel non admittatur, *l. 1. pr. & §. 1. l. 3. pr. ff. h. t.* & tunc inducendus eſt vel beneficio Interdicti, vel manu militari, *l. 3. pr. ff. h. t.* intellige non caſtrenſi, quæ fit per miniſtros juriſdictionis. *l. 1. § 2. ff. ſi ventr. nom. mul.* add. *Nov. 28. c. 1. inſ.* Struv. *Exerc. 45. th. 40.* ibique Muller. Joh. Voet. *num. 4. h. t.* Sicque tendit ad poſſeſſionem acquirendam. (2.) Si admiſſus in ſua poſſeſſione iterum turbetur, quo caſu eſt Retinendæ; fruſtra enim in poſſeſſionem mitteret Prætor, niſi miſſos tueretur, & prohibentes venire in poſſeſſionem coerceret. *d. l. 1. §. 1.* Hinc Menochius hoc annumerat Interdictis Retinendæ poſſeſſionis. *de ret. poſſ. Rem. 1. num. 4.* (3.) Si admiſſus iterum dejectus & poſſeſſione depulſus eſt; & ſic eſt Recuperandæ, uti patet ex *d. l. 1. §. 3 inſ. ff. eod.* Interdicta enim non tantum pro vera poſſeſſione, rerumque ſingularium dantur, ſed & pro nuda detentione rerum univerſalium, Sicut & h. l. poſſeſſio in ſenſu latiori accipitur, quatenus miſſus ex Primo Decreto eſt tantum in poſſeſſione & res detinet ſupra *ad tit. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. §. 21.* Bachov. *ad Treutl. V. 2. Diſp. 25. th. 3 lit. A.*

Quando Adipiſcendæ! Retinendæ! Recuperandæ! Poſſeſſio quid h. l.?

II. Actio, quæ ex hoc Interdicto competit, hodiè eſt actio in factum pœnalis, quæ datur miſſo in Poſſeſſionem ex Primo Decreto adverſus omnes, qui dolo malo faciunt, quo minus miſſus quietè poſſit eſſe in poſſeſſione, ad hoc, ut, quanti ea res eſt, ob quam in poſſeſſionem miſſus erit, præſtetur. *d. l. 1. pr.* Ratione Cauſæ Efficientis Rem. eſt Prætoria. Eam enim introduxit Prætor non tanquam adminiſtrator, ſed tanquam autor. *d. l. 1. pr.* Ratione C. E. Prox. eſt Perſonalis; (1.) Quia oritur ex delicto *d. l. 1 pr.* (2.) Quia eſt pœnalis. *d. l. 1. §. 8. l. 4. §. 1. ff. eod.* Omnis autem actio pœnalis eſt perſonalis. *§. 17. I. de action.* Non obſt. quod hæc actio ad intereſſe competat, *l. 2. pr. ff. h. t.* cum pœnalis dicatur non tantum qua Fiſcus pœnam perſequitur; ſed etiam quatenus de familiari perſecutione agitur. *l. 3. §. 11. ff. uti poſſid.* Hahn. *ad IV. h. t. N. V. verb. Cum ſit pœnalis*, Struv. *Exerc. 45. th. 50.* ibique Mullerus. De reliquis deſcriptionis verbis in seqq.

Actio, quæ ex h. edicto, quid? Qualis? Perſonalis.

III. Cauſa Efficiens Remota eſt Prætor, uti dictum, *d. l. 1. pr.* qui ſumma providentia hanc introduxit actionem, ad miſſos defendendos in quieta poſſeſſione, & coercendos improbos prohibentes, reique ſervandæ cauſa. *d. l. §. 1.* Proxima eſt delictum, *d. l. 1. pr. & l. 4. §. 1 ff. h. t.* Hoc autem reſpectu requiritur (1.) Factum, (2.) Doloſum, ſcilicet ex Primo Decreto miſſum dolo malo vel non admittendo, vel turbando, vel dejiciendo. *prae. §. 1.* Si quis ergo Miſſum ex probabili quadam cauſa non admittat, hæc actio non competit. Neque datur adverſus furioſum, infantem, vel alios qui affe-

C. E. R. C. Imp. Proxima eſt delictum. Quale? Limit. Si impediens habeat cauſam prohibendi.

Ctu

Vel ſi doli incapax.

ctu carent, & doli ſunt incapaces. *d. l. 1. §. 6. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 45. th. 56.* ibique Mullerus.

Datur immiſſis ex Pr. Decr. Ex quavis cauſa. Eorumque hæredibus. Quandoque non Miſſo.

IV. Subjectum ſunt Perſonæ, quibus & adverſus quas hæc actio datur. Competit autem Miſſis ex Primo Decreto in poſſeſſionem; ſed prohibitis, vel turbatis, vel dejectis, ſuo vel alieno nomine. *l. 1. pr. ff. h. t.* Nec etiam refert, ex quacunque cauſa Miſſio ſit facta, damni infecti, *l. 4. pr. ff. eod.* rei ſervandæ, ſive legatorum aut ventris nomine; quia hoc interdictum eſt generale. *d. l. 4. § 4. l. 1. §. 2. ff. eod.* add. *l. 1 ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* Nec tantum ipſis Miſſis; ſed & illorum hæredibus datur. *d. l. 1. §. 8.* Et in *d. l. 4. §. 3.* alius eſt caſus, quo etiam nondum Miſſus hoc judicio experitur.

Adverſus doloſè impedientem. Etiam alieno nomine. Non adverſus hæredes.

V. Competit adverſus illos, qui dolo malo faciunt, quo minus Miſſus quiete in poſſeſſione eſſe queat, idque vel non admittendo, vel turbando, vel dejiciendo. *l. 1. pr. & §. 3. ff. h. t.* Nec refert, ſive id ſuo, ſive alieno nomine fecerint. *l. 2. § 1. ff. eod.* Ut ſi Dominus vel Pater per ſervum vel filium prohibuerit. *l. 1. § 7. ff eod.* In Hæredes non datur, quia oritur ex delicto, & pœnalis eſt. Nam per Juris regulam, Actiones pœnales ex delictis deſcendentes non dantur adverſus hæredes, *l. 1. §. 5. ff. h. t.* & pœnæ ſuos debent tenere authores *l. 22. C. de pœn.* Niſi quatenus ex delicto aliquid ad hæredes pervenit. *d. l. 1. §. 5.*

Limit. in c. legat. & fideic.

Porro limitatur dicta regula in hac actione, ſi quis Legatorum vel Fideicommiſſorum ſervandorum cauſa ex Primo Decreto immiſſus quiete in poſſeſſione eſſe impediatur, tunc datur adverſus impedientium hæredes; idque in favorem ultimarum voluntatum, & quia eſt in poteſtate Succeſſorum, evitare Interdictum ſatisdatione oblata. *d. l. 1. §. 5.* Struv. *Exerc. 45. th. 59.* ibique Mullerus ſupra *ad tit. ut leg. vel fideic. cauſ. cav. §. 3* & *tit. ſeq. ut in poſſ. leg. ſerv. cauſ.*

it. Damn. inf.

Idem obtinet in Damno infecto. *l. 17. §. 3. ff. de damn. infect.* ſupra *ad tit. §. 28.* vid. Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Mev. *p. 5. dec. 305.*

Ad id, quanti ea Res eſt. Res eſt vel in quam, vel ob quam immiſſus, quid denotet? Si nihil intereſſit, non datur.

VI. Objectum eſt id, quanti ea res eſt; quæ verba ad Perſonam Domini referuntur *l. 1. pr. ff. h. t.* Res vero alia eſt, in quam, alia ob quam miſſus eſt. Illa eſt res poſſeſſa, cujus æſtimatio hic non conſideratur. Menoch. *rem. 12.* Hæc ſignificat non cauſam impulſivam; ſed cauſam finalem petendi immiſſionem, omnem ſcil. utilitatem Creditoris, ut, quantum Mittendi vel Miſſi intereſt, poſſeſſionem quietam habere, in tantum is, qui dolo prohibuit, condemnetur. *l. 1. §. 5. l. 4. § 2 ff. h. t. l. 3 §. 11. ff uti poſſid.* cum Struchio, Dn. Schilter. *ad ff. Exerc. 47 §. 30.* Si ergo nihil ejus interſit, quia nullam aut falſam cauſam habet, licet ex parte tantum, vel veram quidem, exceptione tamen ſubmoveri poſſit, ei nihil debet prodeſſe hoc edictum. *d. l. 1. §. 5.*

§. 5. ibique Brunnem. Menoch. *num. 15. & ſeqq.* ubi multas habet declarationes. Struv. *Exerc. 45. th. 37.* ibique Mullerus.

Diff. Specifica.

VII. Differentia Specifica, quâ hæc actio eſt, quod eſt, & ab aliis diſtinguitur, dependet partim ab Objecto, partim à Fine, qui in eo conſiſtit, ut (1.) ex Primo Decreto miſſus defendatur, & (2.) adverſarius doloſus coerceatur. *l. 1. §. 1. ff. h. t.*

Effectus eſt præſtatio, quanti Actoris intereſt. Si Actor intereſſe a tertio impediente acceperit, an tamen contra Principalem agere queat? Rat. dubit. aſſirm. Rat. decid. Regula.

VIII. Effectus eſt ipſa præſtatio, quanti intereſt Actoris, rem factam non eſſe, vel in poſſeſſione quiete fuiſſe. *præced. §. 6.* Sed ſi Actor intereſſe a tertio impediente acceperit, v. gr. ſi propter debitum centum ſolidorum immiſſus fuerit impeditus, & ab impediente tantum ſit conſecutus, an nihilominus actionem ſuam contra Principalem Debitorem adhuc ſalvam retineat, an vero per id extinguatur? inter Dd. controvertitur. vid. Bach. *d. V. 2. D. 20. th. 2. lit. E.* ubi in f. concludit, *quod ſugiam, video, quod ſequar, non habeo*, add. Joh. Voet. *n. 1. h. t.* Sed videtur poſterius ſirm. eſſe, quia dolo facit, qui unum debitum bis exigit. *l. 31. §. 1. ff. de reg. ju.* Hac tamen ratione non obſtante, rectius dicitur, ſalvam manere principalem actionem adverſus Debitorem, licet æſtimationem jam ſit conſecutus; *l. 3. §. 15. ff. de tab. exhib.* quia actio in factum ex hoc Interdicto eſt pœnalis. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Actio autem pœnalis non conſumit actionem principalem ex contractu, vel rei perſecutionem. *d. l. 3. §. 14. l. 7. §. 1. ff. de cond. furt.* Nec propterea actio deſinit eſſe pœnalis, quia æſtimationem comprehendere dicitur; nam æſtimatio ex alia cauſa debendi, dolo ſcil. prohibentis, tanquam pœna præſtatur a Reo, qui rem non exhibet, ſed ut coerceatur, qua de cauſa principalis Rei perſecutoria non extinguitur, Frider. *de Interd. c. 9. num. 25.* ergo h. l. idem debitum non eſt, prout intelligitur in *d. l. 31. §. 1.* ubi Domino Schultero non male videtur, unam eandemque eſſe perſonam, quæ ab initio generaliter proponitur in verbis, *Si quis*; mox autem *venditor* declaratur. *d. Ex. 47. §. 31. in med.* Struv. *Exerc. 45. th. 38.* ibique Mullerus. Bohmer *n. 4. h. t.*

Explic. L. 31. de re jud.

Quamdiu durat? Limit.

IX. Hæc actio quidem ſtatim à die prohibitionis exerceri poteſt, Olden. *cl. 2. act. 5. num. 8.* ſed ratione præſcriptionis regulariter annua eſt, quia eſt pœnalis Prætoria, regulariter enim actiones pœnales Prætoriæ ſunt annuæ, juxta *l. 35. ff. de O. & A.* & in ſpecie de hac noſtra Ulpianus. *in l. 1. §. ſ. ff. h. t.* Excipitur tamen, quanti vere intereſt, eoque caſu actio eſt perpetua. videlicet in cauſis *præc. §. 5.* mentionatis. Struv. *Exerc. 45. th. 39.* ibique Mullerus.

Ceſſatio.

X. Ceſſat hoc Interdictum, ſi prohibens non ſit doli capax, *l. 1. §. 6. ff. h. t.* vel non ex dolo agat; ſed quia putabat rem ſuam, vel ſibi nexam, vel non eſſe debitoris. *l. 1. §. 4. ff. h. t.* Item, ſi ob falſam cauſam vel falſam petitionem quis

in poſſeſſionem miſſus, vel exceptione ſubmoveri potuit. *d. l. 1. §. 5.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.* Si reus offerat ſatisdationem, vel per eum non ſtet, quo minus fiat. *l. 4. §. 1. ff eod.*

Aſſnia Extraord. perſecutio. Hodie Mandata S. C.

XI. Cum hac Actione concurrunt Extraordinaria perſecutio, *l. 3. §. 1. ff. h. t.* quæ propter reſiſtentiam per manum militarem fieri poteſt *d. l. 3. pr.* Struv. *Exerc. 45. th. 36.* ibique Mullerus, Stryck. *in uſu moderno §. ſ. h. t.* add. *præc. §. 1.* Et hodie decernuntur Mandata Inhibitoria & Reſtitutoria, ſine Clauſula; Frider. *de Mand. c. 57. th. 3. n. 4.* & *de Interd. d. t. num. 38.* Mevius, *p. 4. dec. 97.* & ſupra *ad tit. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* & pro re nata, ſi neceſſitas poſtulet, atque poſſeſſio non ſit vitioſa, Mandata Manutenentiæ. Mevius, *p. 4. dec. 368.* In quam rem multa & quotidiana præjudicia Cameralia poſſent allegari.

TIT. V.
DE TABULIS EXHIBENDIS.
Cod. *Lib. 8. Tit. 7.*

§. I.

Interdict. de Tabulis exhibendis quid?

AD cauſam quoque Univerſitatis, nempe hæreditatis, ſpectat Interdictum de tabulis exhibendis, quod refertur *l. 1. pr. ff. h. t.* Eſtque, uti ex ipſa Inſcriptione & *l. 3. §. 7. ff. d. t.* patet Exhibitorium, quo Prætor mandat & præcipit, ut omnibus, quorum intereſt, tabulæ ultimæ voluntatis defuncti exhibeantur ab illo, qui, ſe tabulas exhibere poſſe vel oportere, ſimpliciter negat. Tabularum nomine quid veniat? vid. *ſeq. §. 7.* Exhibere quid ſit? vid. *ſeq. §. 8.*

Actio inde competens quid?

II. Actio, quæ ex cauſa & nomine hujus Interdicti competit, nihil aliud eſt, quam actio in factum Prætoria, perſonalis, rei perſecutoria, arbitraria, Struv. *Exe. 45. th. 47.* perpetua, competens omnibus, quorum intereſt, adverſus illos, qui defuncti tabulas ultimæ voluntatis ſe exhibere poſſe vel oportere, negant, ad hoc, ut tabulas exhibeant vel intereſſe præſtent.

C. Eff. Rem. Imp. *Actio ad exhib. non ſoſſ. est. datur hæredi.*

III. Cauſa Efficiens Remota eſt Prætor ſumma æquitate motus. *l. 1. pr. ff h. t.* Æquum enim eſt, ut Legatariis, Fideicommiſſariis, & omnibus, quibus illic quid adſcriptum eſt, tabulæ exhibeantur, ne illarum ſuppreſſione ultima voluntas impediatur, quo minus effectum ſuum habeat. Tabulæ enim omnium eorum eſſe dicuntur, *l. 3. §. 10. ff h. t. l. 2. princ. teſtam. quem. aper.* Deinde ſunt publicum inſtrumentum, quoniam illarum copia omnibus, quorum dicto modo intereſt facienda. *d. l. 2. pr.* Struv. *Exerc. 45. th. 41.* ibique Mullerus. Actio enim ad exhibendum tabb. ultimæ voluntatis non illis, verum ſoli hæredi datur. *l. 3. §. 8. ff. ad exhib. l. 3. teſtam quem. ap.* Ne tamen legitimo remedio tabb.

exhi-

exhibitionem petendi deſtituantur, Prætor hoc Interdictum introduxit. *d. l. 3. § 8. d. l. 2. §. f. l. 1. § 1. ff. h. t.* add. ſupra *ad tit. quem. teſt. ap.* §. 3. C. E. Proxima delictum eſſe videtur. Requiritur autem, ut quis ſe tabulas exhibere poſſe vel oportere neget, quo peccare cenſetur. *d. l. 1. § 1. l. 3. §. 14. in f. ff. eod.* add. *ſeq.* §. *f.* Si enim poſſeſſor non neget; ſed forte confiteatur, tabulas penes ſe quidem eſſe, ex alia vero cauſa exhibere nolit, non hæc adverſus illum datur actio, ſed Judex ex officio nobili jubet exhibere, & ſi non poſſit in præſentiarum, certum tempus ipſi præfigitur. *d. l. 1. §. 1. d. l. 2. §. f.* & *l. 1. l. 2. l. 3. C. eod.* In confeſſum enim nullæ aliæ ſunt Judicis partes, quam ut mandet exhibere, vel ut renitentem compellat. *d. l. 2. §. f.*

Proxima.

Si confiteatur tabb. detentionem: ſed exhib. ex cauſa neſciet?

IV. Subjectum ſunt perſonæ, quibus & contra quas datur. Datur autem omnibus quorum intereſt, ſcilic. quibus in tabulis quid adſcriptum eſt; *l. 3. §. 10. ff. h. t.* ut ſunt Legatarii, Fideicommiſſarii, etiamſi ſub aliquid relictum ſit. *d. l. 3. § 13. & 14.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.* Imo quandoque, licet nondum conſtet, an quid in iis adſcriptum ſit, probabilia tamen vel conſanguinitatis, vel intimæ amicitiæ argumenta ſpem faciant, ut juranti mihi de calumnia, & quod plane mea intereſſe credam, exhibendæ ſint tabulæ ad inſpiciendum. Frider. *de Mand. cap. 51. th. 1.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Struv. *Exerc. 45. th. 43.* ibique Mullerus. Ut & illorum hæredibus, cæteriſque ſucceſſoribus, *d. l. 3. §. f.* Non ergo datur ipſi Teſtatori, ſi forte ſuas tabulas amiſerit, vel alius occultaverit, *d. l. 3 § 5* quia hoc Interdictum tantum ad defuncti tabulas pertinet, *l. 1. §. 10. ff. eod.* quamdiu enim teſtator vivit, Dominus eſt, & vindicare & ad exhibendum agere poteſt. *d. l. 3. §. 5. l. 3. ff. teſt. quem. ap. l. 3. §. 6. ff. ad exhib.*

Datur, quibus aliquid in tabb. adſcriptum eſt, vel eſſe probabiliter creditur; ſed tum jurantur de calumnia.

An Teſtatori, ſi alius tab. habeat?

V. Quær. An hæc Actio etiam hæredibus in tabulis ſcriptis competat? Hoc dubium videtur (1.) per *d. l. 3. §. 6. ff. ad exhib. d. l. 3. ff. teſtam. quem. ap.* Ubi autem ordinaria dantur remedia, ibi extraordinarium concedendum non eſt, per communem Juris Regulam. (2.) Per *l. 3. §. 5. ff. h. t.* junct. *d. l. 3. ff. teſt. quem. ap.* Hinc ita quis poteſt argumentari: Quicunque tabularum habet dominium, & illas vindicare poteſt illi non competit hoc Interdictum *d. l. 3. §. 5.* Atqui hæres, &c. *d. l. 3. §. 6. ff. ad exh.* & *d. l. 3. ff. teſtam. quem. ap.* Ergo. Attamen contra hanc ſententiam pugnat (1.) *L. un. C. h. t.* ubi hoc remedium etiam ſubſtituto conceditur, E. & Hæredi, quia ſubſtitutus eſt Hæres ſecundus. (2.) Ex *l. 3. §. 12. ff. h. t.* (3.) *d. L. 3. §. 15. in f.* ubi expreſſe dicitur, ſi hæres ſit, qui interdicto uſus eſt. Ad obmotos textus conciliandos diſtinguendum eſt inter hæredem qui, hæreditatem adiit, & illum, qui nondum adiit, ſed cui ſaltem delata eſt. Ille, jam acquiſitum habens jus hæreditarium, tabularum eſt

An hæredi ſcripto? Rat. dubit.

Rat. Decid. Affirm. ſi hæreditatem nondum adiit. Reſp. ad contraria.

 Domi-

dominus, proinde illas, ſicut reliquas res hæreditarias, vindicare poteſt, ut & actione ad exhibendum agere & de hoc caſu accipiendæ ſunt rationes pro priori ſententia adductæ. Præterea *d. l. 3. §. 8.* quæritur de Legatario, & quia Interdicto uti poteſt, ipſi denegatur actio ad exhibendum. Nec *d. l. 3. §. 5.* loquitur de hærede in tabulis ſcripto, ſed de teſtatore adhuc vivente. Sin tempus hæres adhuc deliberet, an delatam ſibi hæreditatem adire velit, habet ſaltem jus ad rem, non vero in re; hinc nondum utitur dictis actionibus, ſed Interdicto de tabulis exhib. De quo caſu accipienda *d. l. un. C. h. t.* ubi ſermo eſt de ſubſtituto, ad quem hæreditas pertinere jam cœpit, nempe cui ſaltem eſt delata, nondum vero adiit. Idem ſenſus eſt *d. l. 3. §. 12. & 13. ff. h. t.* quia ibi hæres poteſt æſtimationem hæreditatis petere; quod non poſſet, ſi ipſi jam acquiſita hæreditas eſſet B. Dn. Parens. *Diſp. de hæred. th. 36.*

Adverſus detinentes tabulas, ſed negantes. Licet per alios detineant, vere, vel ficte. Diff. ab act. ad exhib.

VI. Datur adverſus omnes dictas tabulas detinentes; ſed inficiantes penes ſe tabulas eſſe, & tamen probabilia in contrarium ſint argumenta; vel negantes, ſe exhibere poſſe aut oportere, *præced. §. 5.* Sive quis per ſe, ſive per alios detineat, perinde eſt, *l. 3. §. 2. ff. h. t.* etiamſi æditiuus, vel tabularius, vel alius quiſquam earum cuſtodiam ſuſceperit. *d. l. 3. §. 3.* Item, ſive vere, ſive ficte, i. e. qui dolo fecit, ut penes eum eſſe deſinerent. *l. 1. pr. l. 3. §. 6. ff. h. t.* Joh. Voet. *num. 3. h. t.* & ſi dolo tutoris apud pupillum eſſe deſierint, tutor ex ſuo delicto tenetur. *l. 4. ff. eod.* Ex his patet differentia ab Actione ad exhibendum, quæ quidem ſimiliter contra quemcunque poſſeſſorem datur; ſed adverſus confitentem, & petuntur res exhiberi, quæ mox vindicari queunt. *l. 1. §. 1. ff. h. t. l. 2. §. 5. ff. teſt. quem. aper. præc. §. 5.* D. Harpprecht. *in Diſp. de reſignat. ult. volunt. th. 18.*

Objectum ſunt 1. Tabulæ ult. volunt. Non aliorum Inſtrumentorum;

VII. Objectum hujus actionis ſunt Tabulæ ultimæ voluntatis defuncti, vel ſcripturæ defuncti ſupremam voluntatem continentes. Sic h. l. requiruntur (1.) Tabulæ ultimæ voluntatis, *l. 1. pr. ff. h. t.* quo ipſo excluduntur Tabb. aliorum inſtrumentorum; nam de illis agendum vel Actione ad exhibendum, vel in factum, quæ de editione Inſtrumentorum competit, vel Imploratione officii Judicis nobilis vid. ſupra *ad tit. de edendo §. 35.* & *tit. Ad exhibendum §. 2. 12. & 13.* Illud nil refert, qualem ultimæ voluntates Scripturam, Teſtamentum, etiam nuncupativum in ſcripturam redactum, Codicillos, aliamve ſpeciem ad cauſam teſtamenti ſpectantem, contineant. *d. l. 1. §. 2. & 3. ff. h. t. l. 2. §. 2. ff. l. 4. C. teſtam. quem. ap.* Hinc non dubitandum, quin etiam ad tabulas m. c. Donationis pertineat arg. *d. l. 1. §. 3.* junct. *l. 1. ſ. C. d. m. c. donat.* & ita in foro obtinere teſtatur Dn. Schilter. *ad ff. Ex. 47. §. 34.* Nec porro refert, tabulæ ultimæ voluntatis ſive validæ ſint, ſive non: ut ſi teſtamentum inutiliter

Sed quævis Scriptura ult. volunt. continens. Etiam m. c. donat.

Si teſtam. invalidum.

fa-

factum, vel ruptum ſit, vel quo alio vitio laboret, vel falſum eſſe dicatur *d. l. 1. §. 5.* limitationem vid. *ſeq. §. 12* ſive perfectæ ſint, ſive imperfectæ; *d. l. 1. §. 5.* etiam deletæ; *d. l. 1. §. 11.* ſive ſupremæ, ſive priores, *d. l. 1. §. 4.* ſive totum, ſive pars ejus *l. 2. l. 3. pr. ff. eod.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.* Nec obſt. *l. 6. pr. ff. ad Leg. Corn. de falſ.* Huic enim interdicto locus non conceditur, ſi teſtamentum ita imperfectum ſit, ut requiſita Jure Prætorio neceſſaria deficiant, ut, ſi Teſtamentum ſit cœptum: ſed non abſolutum, nec ſignatum, neque ſubſcriptum, adeoque pro teſtamento, vel ultimæ voluntatis diſpoſitione haberi nequeat, ſed ad faciendum modo parabatur *l. 20. pr. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Struv. *Exerc. 45. th. 46.* ibique Mullerus. Hinc in *d. l. 6.* præſupponitur perfectum quantum ad voluntatis declarationem, utcunque alias non jure factum ſit. add. ſupra *ad tit. de injuſt. rupt. irr. teſtam. §. 2.* Hoc tamen ita accipiendum, ſi Petitor diffiteri nequeat, tabulas eaſdem non eſſe ſignatas, ſi enim Reus tantum ita accipiat, haud ſufficiet; Schilterus *§. 33.* monet, non raro intereſſe etiam non ſignatas tabulas exhiberi & inſpici, quandoque ob vim obligandi internam, ſed vid. ſupra *ad tit. qui teſtam. fac. poſſ. th. 10.* Aliud eſt de teſtamento privilegiato Parentum inter liberos. ſupra *ad tit. de teſtam. mil. §. 22. in fin.* (2.) Requiritur, ut ſint Tabulæ ultimæ voluntatis defuncti, hujus ſcil. morte confirmatæ. *l. 1. §. 10. ff. h. t. præced. § 4.* Denique exhiberi debent ipſæ tabulæ, & quidem authenticæ, licet exemplum jam ſit exhibitum; *l. 12 ff. teſtam. quem. ap.* & ſi tabulæ in pluribus Codicibus ſcriptæ ſint, omnes exhibendæ, quia unum teſtamentum eſt. *l. 3. § 1. ff h. t.* Item, ſi plures tabulæ diverſo tempore factæ *l. 1. §. 6. ff eod.* Aliud vero eſt, ſi idem teſtamentum eodem tempore duobus exemplaribus ſcriptum, ſicut apud Romanos vulgo fieri ſolebat, *l. 47. ff. de leg. 2* tunc n. ſufficit, ſi alterutrum ſit exhibitum; *l. 10. pr. ff teſtam. quem. ap.* puta, ſi petitori conſtet, hæc plura unius teſtatoris authentica ejuſdem tenoris eſſe, Si enim aliquid diverſi contineant, vid. ſupra *ad tit. d. B. P. ſecundum tabb. §. 3. n. 3.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.*

Modo Prætorius ſolemnit. adſint.

2. Tabb. Defuncti, authenticæ. Si in pluribus Codicibus ſcript. ſint, omnes exhibeantur Sufficit ex duobus exemplaribus unum.

Latus. Finis & Eff. conſiſtit in Exhibitione.

VIII. Differentia Specifica dependet partim ab Objecto, partim à Fine, qui cum Effectu concidit. Conſiſtit autem in Exhibitione tabularum, & ejus, quod intereſt, præſtatione. Primum itaque petitur, ut tabulæ exhibeantur. Exhibere tabulas eſt tabularum apprehendendarum copiam facere. *l. 3. §. 8. ff. h. t.* add. *l. 2. ff ad exhib. l. 5. pr. ff de V. S.* Et ut ſatisfiat ſententiæ, nuda apprehenſio non ſufficit, ſed ſimul requiritur facultas inſpiciendi, legendi & deſcribendi *l. 1. pr. l. 2. §. 5. ff teſtam. quemad. ap.* Exhibitio non privatim, ſed publicè coram Prætore, hodie Judice ordinario, fieri debet, ut ex ejus auctoritate Signatores veniant ad recognoſcenda ſigna; & ſi forte

Ubi & quomodo fiat?

Si obſtet legitima Exceptio? non obtemperent teſtes, eos ad hoc coerceat. *d. l. 3 §. 9. ff. h. t.* Si tamen quis excipiat, petenti nihil eſſe relictum, ſibique non integrum ſecreta patrimonii pandere, *l. 2. C. de alim. pup. praeſt.* ne paupertatis vilitas detegatur, vel invidiæ exponantur divitiæ, *l. 2. pr. in med. C. quand. & quib. quart. pars.* hoc caſu Magiſtratu tantum, vel honeſtis ad id delectis viris tabulæ erunt exhibendæ. *l. 2. C. quemadm. teſtam. ap.* & ſupra *ad d. 1. §. 3.* Frider. *d. c. th. 2. n. 4.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Tabulis vero exhibitis principali actione poteſt agi: Nam hoc Interdictum eſt præparatorium ejus actionis, qua rem perſequi volumus.

Et ſi non exhibeantur, in præſtatione intereſſe. IX. Si vero hac actione victus condemnatus Prætorio Edicto non pareat, nec tabulas exhibeat, tunc vel manu militari poteſt cogi, vel via ordinaria condemnatur ad intereſſe, & æſtimationem illius, quod, Actori in tabulis adſcriptum eſſe, ſummarie probatur. e. gr. Si hæredi vel legatario petenti non fuerint exhibitæ, tota hæreditas, vel quantum eſt in legato, æſtimatur, & æſtimatio hæredi vel legatario adjudicatur; *l. 3 §. 12. & 13. ff. h. t.* etiamſi legatum ſub conditione relictum ſit, adeo ut Legatarius nec compellendus ad cavendum ſe reſtituturum, quicquid conſecutus eſt, licet conditio defecerit. *d. l. 3. §. 14.* ubi jungitur ratio, quia pœna contumaciæ præſtatur ab eo, qui non exhibet; Joh. Voetius *n. 4. h. t.* eaque propter Actorem hoc legatum juſte, & in foro conſcientiæ retinere poſſe, tradit Brunnem. *ad d. l. n. 6.*

Etiamſi legatum ſub conditione adſcriptum, & hæc defecerit. Ratio.

Legatarius poſt æſtimationem rei legatæ actionem ad ipſam rem habet ſalvam. Limit. X. Ex modo dictis fluit, etſi Legatarius æſtimationem rei legatæ ſit conſecutus, quod nihilominus ſalvam adhuc habeat actionem contra hæredem ad ipſam rem legatam petendam, quoniam æſtimatio legati per hanc actionem petitur, tanquam pœna, ad hoc, ut rei contumacia coerceatur; *d. l. 3. §. 14. in f.* non ergo, ut per eandem ipſius rei perſecutio tollatur, vel extinguatur. *l. 7. §. 1. ff. de cond. furt.* Si tamen ipſe hæres ob non factam exhibitionem condemnatus judicato ſatisfeciſſet, legatarium legatum adhucdum perſequentem ex æquitate, exceptione doli repellere poteſt: Sin tertius æſtimationem præſtiterit, actio ſalva manet, & ad rem petendam, & quoad effectum exactionis. *d. l. 3. §. 15.* ibique Brunnem. *n. 7. & ſeqq.*

Hæc actio eſt Perpetua. Notatur Cujacius. XI. Hæc actio ratione durationis non eſt annua, ut Cujacius putat; *l. 16. Obſ. 21.* ſed Perpetua, per textum in *d. l. 3. §. 9. Pandectar. h. t.* ubi Cujac. vult adjici particulam negativam, quod tamen nimis violentum foret. Nec ratio ex *l. 35 ff. de O. & A.* pro contraria ſententia tanta eſt, ut eo deveniendum ſit; quamvis enim in *d. l.* actiones Prætoriæ pœnales annuæ dicantur; proin tamen non omnis exceptio excluditur; nam non ſaltem hanc; ſed & in *præced.*

ced. tit. §. 5. & 9. quaſdam habemus exceptiones. Porro hæc actio eſt Perpetua, quia ſua natura non eſt pœnalis; ſed rei perſecutoria; principaliter enim tendit ad tabularum exhibitionem propter legatum illic adſcriptum, & per accidens tantum, quando Reus contumaciter negligit, quod ipſi incumbit, ſit pœnalis, æque ut Actio quod metus cauſa. ſupra *ad tit. quod met. cauſ. §. 26. in f.* Actor enim & hic tabularum exhibitione ſe liberare poteſt à pœna. Sic non valet argumentum ab Interdicto Ne vis fiat ei &c. ad hoc, cum illud omnino ſit pœnale. Bachov. *ad Treutl. V. 2. D. 25. th. 1. lit. F.*

Principaliter rei perſecutoria; Per accidens demum ſit pœnalis.

XII. Ceſſat hoc Interdictum, ſi unum vel alterum ex hactenus dictis requiſitis deficiat. Præterea hi duo caſus in ſpecie excipiuntur, ſi hæreditatis controverſia adhuc pendeat ex tabulis, quarum exhibitio petitur; vel ſi cauſa ob accuſationem falſi ad publicam quæſtionem pertineat; *l. f. ff. h. t.* ne forte in perniciem, cum quibus res ipſis futura eſt, quid excogitent, conſultius viſum eſt, ut tabulæ interim in æde ſacra deponantur, aut apud virum idoneum. *d. l. f.* Sin quæſtio ad publicam utilitatem non pertineat, ſed ſuper commiſſo falſo privato judicio agatur, huic Interdicto locus erit. Buſius, *ad l. 1. ff. h. t.*

Ceſſat pendente hæreditatis controverſia, vel ſi cauſa ad publ. quæſt. pertineat, tabulæ interim deponantur.

XIII. Cum hac actione affinitatem habet Actio ad exhibendum, quamvis invicem non concurrant, Joh. Voetius *in ſ. h. t. præced. §. 5. & 6.* & hoc Interdictum, tanquam ſpeciale Remedium, utilius ſit Actione ad exhibendum. Gail. *de arreſt. Imp. c. 5. num. 15.* Porro in hoc Interdicto actionis ſolennibus opus non eſt, decerni enim hodie poteſt Mandatum compulſoriale ſine Clauſula, ſicque Reus ſine longiori proceſſu, per præceptum, compelli poteſt ad exhibendum tabulas. Frider. *de theſ. 2. num. 3.* Mev. *p. 3. dec. 126. num. 4.*

Affinis.

TIT. VI.
NE QUID IN LOCO SACRO FIAT.

§. I.

HActenus de Interdictis univerſitatem rerum ſpectantibus: Sequuntur, quæ ex ſingulari jure promanant, & ſunt Res vel Divini vel Humani Juris. Interdicta de rebus Divini Juris ſunt, quæ de rebus Sacris, vel Religioſis competunt. De his duo dantur Interdicta, ſcil. de Mortuo inferendo, & Sepulchro ædificando. *l. 2 §. 1. ff. de Interdict.* quæ hodie quidem non univerſaliter obtinent, cum loca ſepulturæ in dominio regulariter non habeamus, niſi quis certum locum emerit, vel alias aſſignatum habeat. Frider. *de Interdict. tit. 2.* add. ſupra *ad tit. de Mortuo infer.* De loco Sacro agitur *h. t.* ubi Prætor vetat in eo quid facere, ſive eum quid immittere *l. 1. pr. ff. h. t.*

Continuatio.

Interdict. de Loco Sacro.

II.

Ejus Deſcriptio. Sacrum ſumitur late, & continet res Sanctas.

II. Interdictum, Ne quid id loco Sacro fiat, eſt Prohibitorium, quo quis vetatur in loco ſacro quid facere vel immittere, quod deformitatem vel incommodum adfert *l. 1. §. 1. & 2. ff. h. t.* Sacrum h. l. non ſumitur in ſenſu ſtricto, uti ſupra *tit. de R. D. §. 6.* ſed late, comprehenſis etiam rebus Sanctis, ut ſunt Muri, portæ Civitatem, quæ violari, aut ſine permiſſu Principis, (aut cujusvis loci Magiſtratus, *l. 9. §. 4. ff. de R. D.*) habitari propter metum fortuiti incendii, proditionis, aliusve periculi non poſſunt. *d. 2. l. 3 ff h. t. & add. tit. de R. D. §. 9.* ubi plura exempla. Hic tamen non

Non Sacrarium. Obj. Reſp.

comprehenditur Sacrarium, *die Sacriſtey*, *d. l. 1 §. 7.* utut alias ſit pars loci ſacri & publici juris, ſed in *d. §. 1.* intelligitur ſacrarium privatum ſive lararium, quod, uti olim, *l. 9. §. 2 ff. de R. D.* ita hodienum, teſte experientia in ædibus privatis haberi ſolet, ut ibi res ſacræ reponantur, eſtque juris tantum privati. Hahn *ad W. h. t.* Stryck. *in uſu moderno §. 1.* & Joh. Voet. *h. t.*

Datur æditu & ſimilibus.

III. Datur hoc Interdictum principaliter iis, quibus cura ædium locorumque ſacrorum mandata eſt; *d. l. 1. §. 3. ff h. t.* quales ſunt Æditui, quaſi ædium ſacrarum tutores; *§. 2. I. d. tit.* & quoniam hoc interdicto publicæ utilitati & juri proſpicitur, ideo cuivis de populo conceditur. *l. 10. C. de Ep. & Cler. l. 2. §. 2. ff. ne quid in loc. publ.* Adverſus eum, qui in loco Sacro vel Sancto aliquid facit, ex quo damnum vel incommodum quoddam irrogetur. *l. 1. § 2. l. 2. ff. h. t.* De Jure autem Canon. nulla ædificia in atrio Eccleſiæ, niſi tantum Clericorum, ponere licet, *C. 4. c. 12. q. 1.* & de Jure Civili Muris publicis aliquid conjungere vel ſuperponere, *l. 9. §. 4 ff de R D.* vel in iis feneſtram, aut aliquid ſine permiſſu Magiſtratus conſtituere interdicitur. *d. l. 2 & 3.* Boer. *dec. 232. num. 4* Et hoc extenditur ad omne id, ex quo facile caſus fortuitus oritur, & quod ad deformitatem vel indecentiam quandam ſpectat. Molina, *de J. & J. Tr. 2 D. 107 num. 1.* Quo pertinet, ſi ſubſellia ita in Eccleſiis conſtruantur, ut aliis ſint impedimento. Carpzov. *Juriſpr. Conſ. l. 2. def. 360. num. 2. 3* Item ſi ad limites vel parietes fimeta aut alia purgamenta comportentur. Eckold *h. t. §. 3.* Non ergo huc ſpectat, ſi quid ad ornamentum vel pulchritudinem fiat. *d. l. 1. §. 2.* ſupra *ad tit. de mort. inſer. §. 2.*

Contra eos, qui in damnum vel ſacræ vel ſanctæ quid faciunt, e. gr. in atrio Eccleſiæ. Muro publ. vel unde caſus, aut deformitas oritur. Subſellia quæ aliis impedimento. Fimeta ad parietes. Effectus.

IV. Datur ad id, ne in loco Sacro vel Sancto quid dicto modo fiat, ſive immutatur, ſive removeatur, Et ſi jam factum, ut deſtruatur, vel res ad priſtinum ſtatum redigatur. Quo caſu Interdictum hoc & Reſtitutorium eſt. *l. 1. ff. h. t. l. 2. §. 19. ff. ne quid in loco publico vel itin.* Huc refertur, ſi epitaphium in cujusdam honorem in loco publico poſitum, ſine conſenſu familiæ, removeatur; ita, ut amovens inſuper injuriarum actione teneatur. Schilterus, *Ex. 47. §. 31.*

Epitaphium ſine conſenſu familiæ non removeatur.

nec ſubſellia gentilitia.

§. 35 idem defendit de amotis de amotis Subſelliis gentilitiis in Eccleſia. Paris *V. 3. conſ. 149. num. 13.* vid. Struv. *Exerc. 45. th. 49.* ibique Muller.

Eſt annuum. Inter contraria eſt Evocatio Sacrorum.

V. Hoc Interdictum, exemplo reliquarum actionum ex juriſdictione Prætoris proficiſcentium, ad annum coarctandum eſſe, tradit Klock. *tom. 3. conſ. 166. num. 35.* Portu ceſſat, ſi locus religione liberetur, Sacra inde evocando. *l. 9. §. 2. ff. de R. D.* De quo Romanorum ritu & Evocatione Deorum tutelarium, cum Civitas quædam obſidione cingeretur, vid. Macrob. *lib. 3. Saturn. cap. 9.* Roſin. *Antiq. Rom. lib. 10. cap. 18.* Item in caſu *leg. 36. ff. de relig. & ſumpt. fun.*

TIT. VII.
DE LOCIS ET ITINERIBUS PUBLICIS.

§. I.

Continuatio.

INterdicta Humani Juris ergo ſpectant Rem publicam, vel privatam: Illa de Locis & Itineribus publicis, eorumque uſu vel tuitione competunt, uti Interdicta in ſeqq. tit. propoſita in ſpecie docent. In præſenti vero titulo præmittitur Interdictum generale, quod competit cuivis de populo, adverſus eum, qui uſum Rei Publicæ impedit, ut ab eo deſiſtat. *l. 1. ff. h. t.*

Hoc Interdict. quid ſit?

Loc. publ. quid?

II. Locus publicus dicitur, cujus proprietas eſt alicujus populi, *l. 15. l. 16. ff. de V. S.* ſed ad publicam pertinet utilitatem, i. e. ad uſum omnium. *l. 1. ff. h. t.* Joh. Voet. *h. t.* Ut ſunt areæ, inſulæ, agri, plateæ, viæ publicæ, itinera publica, *l. 2. §. 3. ff. ne quid in loco publ.* littora maris; *l. 3. l. 4. ff. eod.* Molina, *de J. & J. D. 707. n. 2. & 3.* add. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 28.* quantumvis aliquid de viis & operibus Civitatum intermiſceatur. *d. l. 2. §. 6. 12. & 17.* Frider. *de Interdict. tit. 3. num. 2.* Iter denotat facultatem eundi, ambulandi per viam publicam. *Fußpfad oder Steig an der Land-Straſſen. l. 1. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 45. th. 55.* ibique Muller. –

Iter.

Uſus non impediatur.

III. Ne autem uſus Rei Publicæ minus habilis fiat, propterea nemini licet in Via publica Monumentum extruere. *l. 2. ff. h. t.* vel Cloacam immittere, vel aliud quid facere. *l. 1. l. 2. §. 26. ff. ne quid in loco publ.* Sic quoniam tranſitus innoxius nemini denegandus, *l. 1. §. 1. ff. de his, qui effud. vel deiec. l. 11. C. de serv. & aq. C. fin. Cauſ. 23. q. 2.* hinc fluit, quod de jure Maleficos vinculis conſtrictos libere per alterius territorium, irrequiſito Domino, ducere permiſſum ſit; *Durchfuhr der Maleficanten.* Beſold. *Theſ. Pract. h. voc.* Frommann. *de act. petit. & poſſeſſor. th. 41.* & licet delinquens ad dominum territorii provocet, hic tamen circa alterius maleficium nihil Juris habet, ut ſe intromittat. Hodie tamen multis in locis conſuetudine receptum eſt, ut à Territoriorum Dominis

Licet per alter. territ. Maleficos ducere.

Quomodo hodie fiat?

Salvus Conductus petatur, *pflegen um ein Glait zur Durchführung der Maleficanten anzuhalten, und ſchriſſtliche Reverſalien von ſich zu ſtellen.* late, poſt alios, Manz. *Deciſ. Palat. q. 89.* Bidenbach. *quæſt. nobil. 11.* vid. ſupra §. *24. de rebus & ſumt. funer.* Sed ab hoc Jure ducendi multum Jus capiendi facinoroſos, & retrahendi ad locum delicti differt. German. *Das Nacheil-Recht, die Nacheile von einer Obrigkeit in die andere.* In alieno enim territorio non licet capere fugientem, niſi in continenti & continua fiat perſecutione; vid. Rec. Imp. *de anno 1555. §. 37.* Beſold. *Th. Pract. voc. Nacheil.* Myler. *de Princip. & Stat. Imp. p. 2. c. 41. num. 10.* Diſſ. Struv. *Exerc. 49. th. 13.* Stryck. *in uſu moderno §. 25. de judic.* & ſi fugitivus ſit pacis publicæ turbator, aliusve Hoſtis publicus, & in alieno territorio deprehendatur, ſiſtendus eſt Magiſtratui loci, ubi inſequendo captus, ut de eo, tanquam de hoſte publico, judicet, & judicatum exequatur. per Rec. Imp. *de Anno 1559. §. So nun in ſolcher. 26.* Mynſ. *c. 2. O. 28.* Myler. *d. l. n. 12.* Dn. Schweder. *Introduct. in Jus Publ. part. ſpec. ſect. 2. c. 13. n. 15.*

Aliud eſt jus capiendi facinoroſos. Fiat continua perſecutione. Si hoſtis publicus, in territ. ubi captus, puniatur:

TIT. VIII.
NE QUID IN LOCO PUBLICO VEL ITINERE FIAT.

§. I.

Interdict. Speciale 1. de Loco publ.

SEquitur Interdictum Speciale, ne quid in Loco publico vel Itinere fiat, & ſic I. agitur de loco publico, cujus deſcriptionem vid. *præced. tit. §. 2.* & hoc loco dicitur, qui extra civitatem, publico, i. e. omnium uſui deſtinatus eſt. *d. l. 2. §. 5. ff. h. t.* Nam & publicis utilitatibus, & privatorum uſibus deſervit, jure ſcilicet civitatis. *d. l. 2. §. 2.* Hocque Interdictum eſt Remedium, ne quid in loco publico fiat, inve eum locum immittatur, unde damnum quoddam detur. *d. l. 2. pr.* Eſtque prohibitorium. *d. l. 2. §. 1. & 17.* Populare *d. l. 2. §. 34.* Perpetuum; *d. §. 34. & 44.* idque reſpectu publicæ utilitatis. Frider. *de Interdict. tit. 3. num. 33.* Divid. in Directum & Utile. *d. l. 2. §. 6. 8. & 39.* add. *ſeq. §. 4. & 13.*

Hoc Interdict. quid? Quale? Div. in Direct. & Utile.

Req. I. Loca publ. extra Civitatem. Non Fiſcalia, Urbica.

II. Ex dictis ſequitur, quod requiratur (1.) Locus publicus, & quidem extra civitatem. Ergo hoc Interdictum non pertinet ad Loca, quæ ſunt in alicujus patrimonio; ut Fiſcalia, utpote quæ ſunt in Fiſci vel Principis patrimonio; *d. l. 2. §. 4.* nec ad Loca Urbica, horum enim cura ad Magiſtratum ſpectat. *d. l. 2. §. 24.* quid hodie juris, tradit Stryck. *in uſu moderno §. 1. & 2.* Schulter. *Exerc. 47. §. 36.* (2.) Ut opus quoddam fiat ad Loci detrimentum, quod ſcil. publico uſui noxium, undeque alii privati damnum patiuntur. *d. l. 2. §. 5.* Damnum autem pati videtur, qui commodum amittit, quod

2. Opus ad loci detrimentum.

quod ex publico conſequebatur, quale quale ſit, *d. l. 2. § 11.* ſive fiat ædificando, *l. 1 ff h. t.* immittendo, *d. l. 2. pr. §. 6.* quod in loco publico poſitum, reficiendo, *d. l 2 §. 7.* Ic per tale poſitum proſpectum & aditum deteriorem vel anguſtiorem reddendo, *d. l. 2. § 12.* lumina diminuendo, v. gr. Si Inſula, i. e. ædificium proptro ambitu conſtans, (vid. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 76.*) minus luminis habeat. *d. l. 2. § 14.* Frider. *de Interd. tit. 3. n. 36. & 37.* Joh. Voet. *n. 1. h t.* Sic excipiuntur caſus, quando nullum adhuc opus factum, tunc enim officio Judicis continetur, ut caveatur non fieri. *d. l. 2 §. 18.* Item, quando nemo damnum ſentit, tunc nihil impedit in loco publico vel littore ædificare, vel molem in mare projicere; *d. l. 2 §. 8. & 15. junct. l. 3 1 . ff eod.* qui tamen caſus rectius ad Interdictum de fluminibus ſpectat. Vivius *l. 3. dec 188. n. fin.* novem recenſet requiſita, ut hoc Interdictum competat, ſed dictis duobus includuntur.

Quantum quomodo fieri dicatur?

Excip. 2. Caſus, ſi nullum adhuc opus factum, & ſi nemo damnum ſentiat.

III. Datur hoc Interdictum non tantum cuilibet, ad cujus damnum opus in publico factum redundat, *d. l. 2. §. 2. & 5.* ſed etiam cuivis de populo, *d. l. 2. §. 3. & 30. l. 1. ff. de loc. & itin. publ.* niſi intentans ſit in culpa æquali, & ipſe prius illicite, vel cum præjudicio aliorum in loco publico quid fecerit. *d. l. 2. §. 15.* Molina. *d. Diſp. 707 num. 14.* Poteſt etiam intentari per procuratorem. *l. 6. ff. h. t. l. 42 pr. ff. de procurat.*

Subj. Act.

Quid ſi intentans in culpa æquali?

IV. Adverſus eum, qui in loco publico aliquid molitur, quod publicæ utilitati, vel & privato qualitercunque noceat. *pr. §. 2.* Etiamſi Principe ſimpliciter permittente aliquid in publico fiat. nam ita oportet permitti, ut ſine injuria cujuſquam fiat. *d. l 2. § 10. & 16.* Si autem nihil fiat, quo locus deterior efficiatur; ſed perſona tantum ab uſu loci publici prohibeatur, v. gr in mari piſcari, aut navigare, in campo publico ludere, in publico balneo lavare, in theatro ſpectare arceatur, tunc propter injuriam, quæ fit prohibendo frui loco communi ad id omnibus conceſſo, non hoc Interdicto; ſed injuriarum actione agendum, *d. l. 2. § 9.* Molina. *d. D. n. 12.* quod Frider. *d. tit. n. 45.* intelligi vult de directo, utile tamen competere ratus, ſicut contra ipſum, qui ad ædificandum forte molem vel pilas in mare projecit cum detrimento alterius. *l. 2 l. 3. §. 1. ff. eod.* Item ſi quis velum in mæniano ſeu ſolario immiſſum habeat porrectum in locum publicum, aut ex haſta oblonga quid ſit appenſum, quod lumen feneſtræ vicini vel proſpectum viæ publicæ impediat. *d. l. 2 §. 6.* Mol. *d. D 707 n. 9.*

Subj. Paſſ.

Quando Utile competat?

V. Effectum quod attinet, videndum, utrum Opus in loco publico factum jam ſit, an fieri demum velit? Hoc caſu conſulitur cautione non fieri. *d. leg. 2. §. 10.* Sicque Interdictum eſt prohibitorium reſpectu futuri, ne uſus deterior reddatur. Illo diſtinguendum: an aliquid ſit factum nemine prohibente, & tunc Interdictum non eſt reſtitutorium,

Effectus, ſi opus demum fieri velit, ſin opus jam factum. Diſt.

 nec

An nemine prohibente ædificans Solarium præſtet. Poteſt imponi ſolarium. Quid ſit Solarium. Si corruat, non reficitur. An contra edictum. Et omnia eruenda in priſtinum ſtatum reſtituenda.

nec qui ædificavit, ad tollendum vel demoliendum cogitur, ne ruinis Urbs deformetur. Si tamen obſtet publico uſui, Procurator operum publicorum id debet deponere, ædificans vero patientiam præſtare; *d. l. 2. §. 43.* aut ſi magna læſio non ſit, Solarium vel penſio ei poteſt imponi; quod vectigal ſic appellatur ex eo, quod pro ſolo pendatur, *d. l. 2. §. 17. l. 7. ff. eod. l. 5. §. 1. ff. de oper. publ.* Klock. *de contrib. c. 1. num. 107.* inſumoque, ſi corruat ædificium, non debet refici. *d. l. 2. §. 7.* Molina, *d. l. num. 15.* An adverſus Edictum ædificaverit, & ne inane atque eluſorium Prætoris ſit Imperium, ædificium debet tollere, vel factum reſtituere, inque priſtinum ſtatum ſuo ſumptu reducere. *d. l. 7. d. l. 2. §. 42.* Interdum condemnatur ex eo, quod actoris intereſt, ſolii quod factum eſt. *d. l. 2. §. 44.* Si vero quid ex Lege, SCto, Edicto, Decreto, aliove jure ſibi expreſſe conceſſo factum ſit, huic Interdicto locus non erit. *d. l. 2. pr. §. 15. & 16. inſ.*

2. Interd. Speciale de Itinere vel Via. Viæ divid. 1. 2. h. l. agitur de Ruſticis.

VI. II. Interdictum ſpeciale hoc tit. propoſitum agit de Itinere vel Via. quamvis Iter proprie dicatur *ein Fußpfad oder Steg*, Via, *eine Straſſe, Fahrweg.* add. ſupra *ad tit. de S. P. R. §. 1. & 5.* Viarum autem, docente Ulpiano, quædam ſunt Publicæ, quædam Privatæ, quædam Vicinales *d. l. 2. §. 22.* Item divid. in Urbicas, quæ ſunt intra urbem, quarum cura pertinet ad Magiſtratum, de his agitur ſeq. *tit. 10.* & Ruſticas, quæ ſunt extra Urbem, ad has pertinet hoc Interdictum. *d. l. 2. §. 24.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.*

Viæ publ. Synon.

VII. Viæ Publicæ, Græcis *Βασιλικαί*, i. e. Regiæ, Regales, *Prætoriæ*, Conſulares, *d. l. 2. §. 22.* nobis Imperatoriæ, *Kayſerliche*, alias *offene, gemeine, freye Landſtraſſen und Bahnen*, & Militares dictæ *freye Heerſtraſſen. l. 3. §. 1. ff. de loc. & itin. publ.* quas ſingulas explicat Fritſch. *Tract. de reg. viar. jure. cap. 1. n. 6. & ſeqq.*

Deſcriptio.

Via publica eſt, cujus ſolum publicum eſt, ut per eam publice eatur vel commeetur, *d. l. 2. §. 21.* & exitum habeat ad mare, aut in urbes, aut in flumina publica aliamve viam publicam. *d. l. 3. §. 1.* Licet enim dominium regulariter ad Dominum territorii pertineat, & jus viarum publicarum regalibus accenſeatur: *2. F. 56.* Fritſch. *d. tr. c. 2. n. 18.* quoad uſum tamen ſunt communes: Molin. *d. D. 707. num. 5.* ita, ut viatori liceat ibi herbam colligere pro equo paſcendo, prope viam, quatenus brachium porrò protendere. Viv. *l. 3. dec. 381. num. 9.* Spatium ejus in porrectum (*ind. l. 2. §. 21.* leg. directum) & anfractum quantum ſit, docet Cujac. in *l. 8. ff. de S. P. R.* Sin nihil determinatum ſit, vid. *l. 13. §. 2. & 3. ff. eod.* & ſupra *ad d. tit. §. 1.* Poteſt enim ampliari & limitari, modo curriculum per eam duci queat. Vir. *d. l. n. 4. & 5.*

Ubi viatori equum licet paſcere. Latitudo.

Privatæ.

VIII. Viæ Privatæ, ſeu agrariæ, *d. l. 2. §. 22. Feldwege, Holtzwege.* ſunt.

ſunt, quarum ſolum alienum eſt, jus tantum eundi & agendi nobis competit. *d. l. 2. §. 21.* Accipiuntur dupliciter, & quidem propriè, quæ ſunt in agris, quibus impoſita eſt ſervitus, ut ad agrum alterius ducant: Vel impropriè, quæ ad agros ducunt, ſed per eas omnibus permeare licet, & in quas exitur ex via conſulari, & ſic poſt illam excipit via, vel iter, vel actus ad villam aliamve coloniam ducens; haſque ſimiliter publicas eſſe putat JCtus, *d. l. 2. §. 23.* Molina, *d. D. n. 4.*

IX. Viæ Vicinales, *Dorffweege*, quæ in vico ſunt, vel ad vicum (ruſticum) ducunt. Et privatæ cenſentur, ſi ex collatione privatorum iter conſtitutum ſit; *d. l. 2. §. 22.* niſi collationis memoria non extet, vel ſi alia legitima conſtitutione publicum uſum induerunt, publicarum viarum numero ſunt. *d. l. 3. pr.* Frider. *d. l. n. 7.* Molina, *d. l.* Nec idem eſt vel via privata habetur, quod ex collatione privatorum reficiatur: Refectio enim idcirco de communi fit, quia uſum utilitatemque communem habet. *d. §. 22.* Sin via ad aliquas domos tantum ſit, tunc aliis aditus per eam poteſt denegari & via claudi. Molina, *n. 19.* Viv. *n. 7. §. 16.*

Vicinales. Quandoque privatæ, vel publicæ.

Non ex refectione communi.

Quando claudi poſſint?

X. Hocque Interdictum de Itineribus & Viis publicis, iiſque ruſticis, hoc titulo propoſitum eſt triplex. Primum Prohibitorium eſt Remedium perpetuum & populare, ſicque datur cuivis de populo, *d. l. 2. §. 34. ff. h. t.* adverſus eum, qui in via publica itinereve publico quid facit vel immittit, quo ea via, idve iter deterius ſit & fiat, *d. l. 2. §. 20.* ad præſtandum id, quanti actoris intereſt, opus factum non eſſe. *d. l. 2. §. 24.* Nec refert, ſive ſtatim noceat, ſive in futurum nocere debeat. *d. l. 2. §. 31.* Sin opus nondum factum, vel cœptum ſaltem ſit, Officio Judicis caveatur non fieri. *d. l. 2. §. 18.*

Interdict. de viis publ. ruſticis eſt triplex: I. Prohibitorium, ne via publ. deterior fiat.

XI. Iter autem vel Via deterior fieri dicitur, cujus uſus ad commeandum, i. e. ad eundum & agendum corrumpitur, v. gr. Cloacam in illam immittendo, *d. l. 2. §. 25.* morticinia pecudum & cadaverum projiciendo, ſicque odore ſolo locum peſtilentioſum faciendo, *§. 29.* Struv. *Exerc. 45. th. 65.* ibique Mull. foſſam in fundo ſuo faciendo, ut aqua ibi collecta in viam decurrat, *§. 27.* vel aqua ex fundo, qui ejus aquæ uſum habet, derivata in viam reſtagnet. *§. 28.* &c. Molina, *d. l. n. 16.*

Quomodo fiat deterior? De Cloaca, Odore malo, Foſſa, Reſtagnatione.

XII. Secundum Reſtitutorium ex eadem cauſa eſt Remedium perpetuum, populare, ſicque cuivis de populo competens, adverſus eum, qui in via publica itinereve publico factum, vel immiſſum habet, quo ea via idve iter deterius ſit, vel fiat, ad hoc, ut reſtituat, *d. l. 2. §. 35.* i. e. in priſtinum ſtatum ſuo ſumptu reducat, *§. 45.* aut quanti actoris intereſt,

II. Reſtitutorium, ſi via publ. deterior reddita, quid?

Ampliat.

præſtiter, §. 44. Nec refert, ipſe vel alius opus fecerit, ex quacunque cauſa acquiſierit, modo factum habeat, eo utatur, & jure poſſeſſionis fruatur; §. 38. vel dolo malo fecerit, quo minus poſſideret vel haberet. §. 45.

Verb. gr. Paſcendo ſues in via, Oves, Capras in ſylvis.

XIII. Locum ergo habet hoc Interdictum, ſi in via paſcantur ſues, aliave pecora noſtra, quæ illam ſubvertant atque corrumpant, d. l. 2. §. 30. Sicque refertur ad ſylvas vel alia prædia publica & fruticeta, in quæ oves, capræ, &c. clanculum ſolent immitti, quorum pecorum arroſionibus arbores, præſertim novellæ, & frutices decorticari, truncari & corrumpi ſolent. Frider. d. l. n. 49.

Viam mutando.

Porro, ſi ex plana clivoſa, ex molli aſpera, ex latiore anguſtior, vel coarctata, §. 25. aut ex ſicca paluſtris reddatur, §. 32. ſi ſpecus, ſcilicet ſub terra, vel ponticulus, ſcilicet ſupra terram per viam publicam fiat. §. 33.

Si arbor ceciderit in viam.

Quod ſi ex fundo tuo arbor ceciderit in via publica, ut itineri ſit impedimento, eamque pro derelicto habeas, non teneberis, Joh. Voet. h. t. modo Actorem paratum ſua impenſa eam tollere non prohibeas. §. 40. Si tamen nemo eam tollere cupiat propter nimium laborem & ſumptum, tunc videndum, an culpa quædam intercesſerit, cum quis forte annoſam arborem tempeſtive non ſucciderit, & utili interdicto tenebitur. Frider. n. 55. add. ſupra ad tit. de damn. infect. §. 12.

III. Prohibitorium, ne uſus viæ publ. impediatur.

XIV. Tertium eſt Remedium Prohibitorium, Ne vis fiat ei, qui via publica itinereve publico ire vult vel agere. l. 2. § f. ff. h. t. Si autem quis ſine juſta cauſa ſiſtatur, vel liber Commeatus de facto prohibeatur, datur contra impedientem, ad id, quanti intereſt, uſum viæ publicæ haud impediri, publice enim utile eſt, ſine metu & periculo per itinera commeari. l. 1. §. 1. ff. de his, qui effud. vel dejec. l. 11. C. de ſerv. & aq. ſupra ad tit. de locis & itin. publ. § 5.

Commeatus quid h. l.

Commeatus hic denotat publicam commeandi & remeandi ſecuritatem. l. 4. inſ. ff. de pæn. Frider. d. l. n. 56. & ſeqq. Hinc, ne propter periculum vel ſpoliationem quandam de omni damno reſarciendo contra ipſos quandoque dominos territoriorum agi poſſit, his incumbit territoria ſua purgare à malis hominibus, jure indagandi & proſequendi, *zu ſtreiffen*. Beſold. th. pract. h. voc. Jul. Ferret. de Gabell. num. 20. Frider. d. l. num. 70. ſupra ad tit. de publican. §. 31. & 36.

Liber territorium per Dominos eorum jure indagandi.

Commeatu libero non gaudent qui.

XV. Sed hac ſecuritate liberi Commeatus indigni ſunt Hoſtes, l. 2. §. 4. C. de Offic. præf. præt. Afr. Exploratores & Renuntiatores, l. 6. § 4. ff. de re milit. l. 38. §. 1. ff. de pæn. Banniti Imperii, *Reichs-Aechtere*. Ord. Cam. p. 2. t. 10. *Kayſerl. Landfr. de anno 1548. princ. §. Es ſoll auch kein 2.* Milites palantes, & ſimiles Vagabundi, *Herren-loſe, gardende, reiſige Fuszknecht und Geſinde*. Ord. Cam. p. 2. tit. 25. *Landfried. de anno 1495. tit. 7.* Rec. Imp. de A. 1577. t. 7. Validi Mendicantes, *ſtarcke Bettler und andere Müſſiggänger*. Ahasverus Friſch de valid. mendicant. Reform. Polit. de anno 1530. tit. 34. §. 1. Et de anno 1548. t. 26. §. 1.

§. 1. Fictitii hodierni Ægyptii dicti Cingari, *Zigeuner*, (qui enim primis temporibus ſub Imperio Sigismundi circa annum 1418. ſecundum plurium opinionem, in Germaniam venerunt, ex Stumphio & Hedio, Crus. *part. 3. annal. Suev. pag. 345.* Ægyptios fuiſſe, creditur. Crus. *pag. 384. & ſeqq.*) quia in omni impoſtura & quovis ſcelere ſunt artifices, ideo liber commeatus ipſis ubivis fere locorum denegatur; Sic in Imperio ſtatim ſunt expellendi, etiamſi ſalvum habeant Conductum. R. I. *de anno 1500. tit. 27. 1530. tit. 35. 1540. §. 75. 1548. tit. 27. 1551. §. 81. & ſeqq. 1577. tit. 28.*

TIT. IX.
DE LOCO PUBLICO FRUENDO.
§. I.

PRætor h. t. proponit Interdictum, quo tuetur detentionem & fruitionem loci publici; Eſtque Remedium Prohibitorium, ne vis fiat ei, qui locum publicum conduxit, ejusque ſocio, quo minus ſecundum locationis legem frui liceat. *l. 1. pr. & §. 3. ff. h. t.* Et ſic tuetur Vectigalia publ. ob eorund. favorem, *l. un. §. 7. ff. ut in flum. publ.* idque communis utilitatis gratia. *d. l. 1. §. 1.* Quamvis autem ſupra ad *tit. de Publ. & Vectigal.* jam expoſitum, quomodo ſubveniatur Publicanis; hic Prætor etiam paratiſſimam executionem pollicetur. Joh. Voet. h. t.

Interdict. Ne vis fiat Conductor. loci publ.

II. Datur hoc Interdictum Publicanis, i. e. Conductoribus teloniorum, qui vectigalia ab iis, quibus locandi jus eſt, conduxerunt; *d. l. 1. pr.* licet alias non poſſideant. *l. 25. §. 1. l. 60. §. 6. ff. locati.* Eorumque Sociis, quos proprio periculo ſibi adſciſcunt; *d. l. 1. pr.* quod iterum ſingulare eſt, cum alioquin ex contractu ſocii non agat ſocius, niſi ceſſa ſibi actione. *l. 3. pr. ff. pro ſoc.* Weſenb. *h. t. in f.* & ſupra *ad tit. pro ſoc. §. 40. & 41.* Sed ſi ſimul veniant ad Interdictum movendum, magis eſt, ut ipſe Conductor præferatur *d. l. 1. §. 2.* Nec tantum competit Publicanis proprie ſic dictis, ſed extenditur ad quosvis alios Conductores, qui ſive Officia, ſive Loca Publica, vel Reditus cujusvis generis Fiſco ſeu Publico debitos, conduxerunt, v. gr. publica Balnea, Theatra, Lacus, Stagna, Cellas Salinas, Creti-Metallique fodinas, Dacias, Acciſias & ſimilia. Frider. *de Interdict. tit. 5. n. 2. ubi propterea hujus Interdicti uſum inſignиorem dicit, quam paſſim animadvertatur. num. 6 1 31. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno h. t.*

Datur Publicanis.

Eorum Sociis.

aliisque Conductoribus publ.

III. Competit adverſus eos, qui vim, vel moram, aut quodcunque impedimentum faciunt, ne dictis Conductoribus, Sociisve è lege locationis frui liceat. *d. l. 1. pr.* Frider. *d. num. 3.* Si ergo non ſecundum; ſed ultra vel contra legem frui deſiderent, audiri non debent. *d. l. 1. §. 3.* Imagines tamen & Statuas, invitis licet Publicanis, in publicum ponere licet, ſi Reipublicæ ornamento

Adverſus impedientes juxta locationis legem fruendi.

ſint

ſit futuræ, & Magiſtratus loci id conceſſerit; *l. 2. ff. h. t.* ſicque præſumitur, loco publico ejusve reditui non obeſſe. Frider. *num. 7.*

TIT. X.
DE VIA PUBLICA, ET SI QUID IN EA FACTUM ESSE DICATUR.

§. I.

Cura Viar. Urbicarum pertinet ad Magiſtratum, Ap. Romanos olim Cenſores.

UT autem uſus viarum ſit liber, Tuitio & Cura earum habetur, de qua agitur in hoc & ſeq. tit. & quidem hic in ſpecie de Cura Viarum Urbicarum, quam Prætor in ſe non ſuſcepit, quia ad certos pertinebat Magiſtratus *l. 2. §. 24. ff. ne quid in loco publico.* Apud Romanos autem primum hoc munus à Senatu commiſſum fuit Cenſoribus. Hinc Cicero inquit: *Cenſores Urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentor. l. 3. de LL.* Et lege cenſoria agros publicos vel vectigalia fruenda locabant, Turneb. *adverſ. l. 3. cap. 1.* Roſin. *Antiq. Roman. l. 7. c. 10.* poſt vero cum alii rebus pro officio occupati huic muneri ſollicite vacare nequirent, ex SCto Magiſtratus alii ſpeciatim ob eam cauſam creati ſunt. Ii Quatuorviri Viarum curandarum vocabantur, *l. 2. §. 30. ff. de O. I.* Roſin. *d. l. c. 29.* item Viocuri, Turneb. *d. tr. l. 21. c. 17.* poſtea hoc officium demandatum erat Ædilibus Curulibus, Roſin. *d. l. cap. 23. lit. A.* quorum etiam mentio fit in *l. un. pr. ff. h. t. l. 2. §. 26. ff. de O. & I. l. 12. ff. de pericul. & comm. rei vend. l. 1. pr. l. 40. & ſeqq. ff. de ædil. edict.* addi meretur Briſſon. *antiq. ſelect. lib. 4. cap. 12.*

Lex Cenſoria.

Viocuri, Ædiles Curules.

Horum officium conſiſtit in prohibendo omne id, quo uſus viæ liber non eſt, vid. gr.

II. Horum officium eſt, ut prohibeant effluxiones, & aliud quid in Via Urbica fieri, quod noceat vel nocere poſſit domibus vicinis, *d. l. un. pr.* Parietes etiam domorum ad viam ducentium caducos atque labiles eſſe, *d. l. §. 1.* Vias effodere vel ſubruere, caveas ſubterraneas protendere, vel in iis quid conſtruere, unde via ejusve uſus deterioretur, *d. l. §. 2.* Frider. *de Interd. tit. 4. n. 64.* Et ſi ſervus fecerit, ab obviante fuſtigetur, ſi liber, Ædiles mulctent ſecundum legem, & quod factum eſt, diſſolvant. *d. §. 2.* Ne quis via publica ire impediatur *d. l. §. 4.* ubi quidem ſolius vehiculi fit mentio, multo magis tamen eunti & agenti via publ. etiam patere debet, non modo ne ei vis fiat, ſed & ne rixas in via patiatur, Frider *n. 66.* ſtercora, fimeta & ſterquilinia, morticinia, & pelles aut coria in plateas jacere, vel ante officinas quicquam inutile projicere aut proponere: Item in viis rixari propter ſcandalum *d. l. §. 4. & 5.* Molina, *de J. & J. D. 707. num. 10.* Quid vero, ſi crimen in via publica ſit perpetratum, cujus ſit cognitio? vid. Schilter. *ad ff. Ex. 47. §. 43.* Bidembach. *quæſt. [illegible] 12.* Stryck. *in uſu moderno §. 3. h. t.* vid. Supra *tit. de [illegible].*

III.

III. His accedit Interdictum Compulſoriale, quo Ædiles & Magiſtratus jubent, ut viæ, quæ ſecundum civitatem ſunt, adæquentur: Pontes fiant, ubicunque oportet, ne effluxiones noceant. *dict. l. un. pr.* & ita conſtruantur, ut non prohibeantur vehiculum tranſire. *d. l. §. 3.* Unusquisque ſecundum propriam domum vias habeat ſtratas, aquæductus purget, qui ſub dio, i. e. cœlo libero ſunt. *dict. §. 3.* Hinc parietes, faſtigia, &c. quæ labilia vel inhabitabilia ſunt, à Dominis ſub pœna reparentur, vel ad reparandum aliis cedantur, in purgandis ædibus earumque lacunis & colliquiis non ſint negligentes, ne vicinis & toti plateæ ſqualor atque fœtor ſit tædio moleſtiæve; eadem eſt ratio, ſi porcorum bouumque haræ caulæque ad parietes appoſitæ perpetuum ſuffitum faciant. *l. 2. §. 26 & 29. ff. ne quid in loco publ.* De quibus ſingulis vid. Frider. *d. l. 1 c. 4. num. 58. & ſeqq.* — & Jubendo, ut viæ reparentur atque purgentur.

IV. Unusquisque autem reparationem viæ, ſi ſcil. ſit intra Civitatem, ſecundum propriam domum vel hortum curet; quod ſi dominus non faciat, mercede habitantes vel inquilini conſtruant, diſpendium in mercedem vel locarium computantes. *dict. l. un. §. 3. ff. h. t.* vid. Stryck. *in uſu mod. §. 2. h. t.* Berlich. *Concl. 23 Concl. Foren. 7* ſupra *ad tit. loc. cond. §. 97 & ſeqq.* Ubi vero nulla ſingularis eſt commodi aut juris ratio, qua privatus ad eam rem compellatur, vel ſit extra civitatem, ipſi Magiſtratus fora, loca publica, vias publicas, itinera & pontes publicis ſumptibus ſternere, reparare & curare jubentur; quod maxime hodie incumbit Principibus & Statibus. Hinc Imperator Fridericus II. *Alle, die Zolle nehmen auf Waſſer oder Land, die ſollen den Wegen und Brücken ihr Recht halten, mit Machung und Beſſerung*, Goldaſt. *Collect. Conſt. Imp. t. 1 p. 82.* niſi facto alicujus privati devaſtatio contigerit. Beſold *Th. Pract. voc. Wege.* Cepoll. *de S. R. P. c. 3 num. 37.* Carpzov. *ad Stat. Michel. l. 3 c. 208. num. 10* vel conſuetudine aut lege aliud introductum, uti multis in locis ſervatur. vid. *Bau Ordnungen.* Si tamen ærarium non ſufficiat, omnes cives & incolæ etiam Forenſes, Clerici atque Domus Divinæ, ſine dignitatis aut venerationis conſideratione, & omni excuſatione penitus excepta, conferre tenentur. *l. 7. C. de SS. Eccleſ. l. 4. C. de priv. dom. Aug. l. 3. C. de quib. mun. vel praeſt. nem. lic. ſe excuſ.* Gylmann. *Sympb. l. 1 p. 3. Vot. 13 p. 60.* Oettinger. *de jur. fin. l. 1. c. 8. num. 13.* Vivius, *l. 3. dec. 488. num. 12 & 13.* Struv. *Exerc. 45 th. 75* ibique Müllerus, Stryck. *in uſu moderno §. 2 h. t.* Idque extenditur ad omnes ſpecies, prout commodum atque neceſſarium poſtulat, ſc. ad conſtructionem vel reparationem murorum, vallorum, foſſarum & munitionum. *Burg-Wall-und Graben-Geld; d. l. 2.* etiam pacis tempore, de quibus ſingulis. *d. l. num. 60. & ſeqq.* — Reparatio intra Civitatem fit à vicinis Dominis ædium. Extra Civitatem, vel in locis publicis à Magiſtratu ſumptibus publicis. Limit. Si ærarium non ſufficit, omnes conferre debent.

TIT. XI.

DE VIA PUBLICA ET ITINERE PUBLICO REFICIENDO.

§. I.

Contra impedientem prædictam refectionem datur Interdict.

Quid ſit?

NE autem antecedentia Interdicta de Viis & Itineribus publicis eluſoria forent, Prætor et vim fieri vetat, ſi quis viam publicam iterve publicum aperire & reficere velit, dum ne ea via idve iter deterius fiat. *L. 1. pr. ff. h. t.* Hocque ad qualemcunque viam publicam pertinere tradit Frider. *d. tr. num. 75.* Hahn. *ad W. h. t. N. 1.* Molina, *de J. & J. D. 707. num. 12.* Eſtque Interdictum hoc Remedium Prætorium, populare atque perpetuum, *d. l. 1. §. 3.* competens non tantum illi, qui viam vult aperire, i. e. ad veterem altitudinem, latitudinemve reſtituere, aut purgare vel reficere, *d. l. 1. §. 1.* vid. Struv. *Exerc. 45. th. 77.* ſed & cuivis de populo, *d. §. 3.* contra eum, qui refectionem impedit, ad Intereſſe actoris, *d. §. 3.* damnaque ex ea impeditione ſequuta. Molina, *d. l.*

Ejus Requiſita.

Ampl.

Limit.

II. Ex dictis ſequitur, hic requiri (1.) Quod Via ſit publica, iterque publicum, (2.) quod aliquis reficere velit, (3.) ſecundum priſtinum ſtatum, & (4.) alius impediat. Vivius *l. 3. D. 488. num. 11.* Nec obſtat, etiamſi populus ea via diu uſus non ſit, *l. 2. ff. h. t.* cum enim uſus viæ publicæ ſit res meræ facultatis, propterea non utendo non amittitur, per ea, quæ ſupra *ad tit. de uſurp. & uſuc. § 18.* Sed tunc quis impune vim patitur, ſi ſub ſpecie refectionis priſtinam formam mutet, vel deteriorem viam faciat, *d. l. 1. §. 2.* vel vicino damnum inferat. *l. 31. pr.* junct. *l. 15. §. 8. l. 24. pr. ff. de damn. inf.*

Si Via in vicini agrum rejecta.

Quid deceat?

Datur Actio viæ receptæ.

Quid ſit?

Si Via caſu amiſſa, vicinus illam præſtat.

Eandem exarans reſtituit.

III. Si autem alicui damnum ita datum, quod Via publica in ipſius agrum rejecta, i. e. ut per agrum vicinum jam publice commeatus fiat, vel locum viæ rejecerit, ut ſemina deſtructa, vel non queant illi parti mandari, aut vallum, quo pars agri munita, deſtructum ſit, tunc datur Actio viæ receptæ vel rejectæ contra rejicientem, ad id, quanti ejus intereſt, cujus fundo injuria irrogata eſt, *l. 3. pr. ff. h. t.* quæ proprie loquendo eſt ſpecies actionis Legis Aquiliæ add. *l. un. §. 5. ff. de rip. mun.* Hahn. *d. l. num. 2. inf.* Molina, *d. D. num. 22.* Joh. Voetius *h. t.* Aliud ergo eſt, ſi Via publica vel fluminis impetu, vel ruina quadam amiſſa, ut vicinus proximus viam præſtare debeat; *L. 14. §. 1. ff. quem. ſerv. am.* ſed impenſa publica, *per L. 15. §. 1. ff. commun. præd.* *l. 2. C. pro quib. cauſ. ſerv.* Struv. *Exerc. 45. th. 45.* ibique Mullerus. Quod ſi quis viam publicam exaraverit, aut damnum ſimile eidem intulerit, compellitur ad ejus munitionem & reſtaurationem in ſtatum, in quo antea erat.

TIT.

TIT. XII.

DE FLUMINIBUS, NE QUID IN FLUMINE PUBLICO RIPAVE EJUS FIAT, QUO PEJUS NAVIGETUR.

§. I.

Continuatio.

EJusdem conditionis ſunt Flumina & Ripæ, quæ inter Res Publicas referuntur, *§. 2. & 4. I. de R. D.* & de iis hoc & ſeqq. tit. Interdicta proponuntur. Sicut autem per Vias Publicas, ita per Flumina tranſitus & navigationes concedendæ ſunt. *d. l. 24. pr. ff. de damn. inf.* Fritſ. *de Juriſd. Rom. p. 2. ad l. 4. fin. regund. num. 48.*

Fluminis Etymol. Deſcriptio.

II. Flumen dicitur à fluendo; generaliter accipitur pro quavis aquarum congregatione: *l. 1. §. 5. ff. de aqua & aq. pluv. arc.* proprie loquendo eſt collectio aquæ intra certas ripas in alveo ſuo decurrens, *l. 1. §. 3. l. 3. ff. h. t.* & ſic in ſe ac quoad totum ex tribus conſiſtit partibus: Alveo, de quo vid. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 20.* Aqua profluente & Ripis. Ripa eſt id, quod flumen pleniſſimum continet naturalem curſus ſui rigorem tenens. *d. l. 1. §. 5. d. l. 3. §. 1. ff. h. t.* Et licet Flumen inſolita exundatione ad tempus ſolummodo excreverit, ut, ſi Nilus incremento ſuo Ægyptum operiat, quia ad perpetuam ſui menſuram redit, ripæ manent. *ibid. l. 1. §. 5.* Aliud eſt, ſi alveo mutato permanenter alio currat. *d. §. 5.* Molina, *de J. & J. D. 704. num. 22.* Flumen vero diſcernitur a Rivo non eſſentia, ſed quantitate, magnitudine ſcil. aut exiſtimatione circumcolentium, *d. l. 1. §. 1.* add. *l. 1. §. 1. ff. de rivis.* A Lacu, quod, citra certum fluctus rigorem, perpetuam habet aquam: *L. un. §. 3. ff. ut in flum. publ. navig. liceat.* A Stagno, quod temporalem continet aquam ibid. ſtagnantem, quæ aqua plerumque hyeme cogitur. *d. l. un. §. 4.* Feider. *de Interd. c. 6. num. 19. 20.*

Ejus Ripa quid?

Diff. à Rivo, Lacu,

Stagno.

III. Flumen aliud eſt Perenne, quod ſemper fluit, *Ein flieſſend Waſſer, lebendige Quelle.* Struv. *Exerc. 45. th. 20. & 21.* ibique Müllerus. Si tamen tempore quodam ex ſpeciali cauſa exaruerit, quod alioquin perenne fluebat, non ideo minus perenne erit. *l. 1. §. 2. ff. de aq. quotid. & æſt.* Aliud eſt Torrens, *Gießbach, Seltenbach*, qui non de aqua viva, ſed ſubitis imbribus, vel nivibus exoritur, & tempore æſtivo plerumque exſiccatur. *d. l. 1. §. 2. ff. h. t. l. 2. §. 9. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* Oettinger. *de Jure limit. lib. 1. c. 12. num. 13.* Porro Flumina quædam ſunt Publica, quædam Privata. Privatum, quod privato jure habetur. *d. l. 1. §. 4.* Publicum, quod perenne eſt, & ad populum pertinet. *d. l. 1. §. 3.* Si ſimpliciter verbum, *Flumen*, in Inſtrumento vel Statuto invenitur, Publicum intelligitur, Sixtin. *de regal.*

Div. in Perenne, licet ad tempus exaruerit, & Torrentem.

In Privatum & Publicum, quale regulariter intelligitur.

Flumen quod eſt Navigabile, vel Non. Subdiv. Hic agitur de Flum. publ. navig.

c. 5. num. 11. donec probetur contrarium Stypmann. *de jure marit. p. 2. c. 5. n. 35.* Eſtque vel Navigabile, ſcil. quod ſua natura navigationi aptum, licet actu nunquam in illo ſit navigatum, vel Non tale. *d. l. 1. §. 12.* Hocque iterum eſt vel ex quo aliud ſit navigabile, vel minus. *l. 1. ff. h. t.* Hic agitur de Fluminibus publicis, quæ ſunt navigabilia, *d. l. 1. §. 4. & 12* vel ex quibus alia navigabilia redduntur, *d. l. 1.* eorumque Ripis. *l. 5. pr. ff. vid.* Molin. *d. D. num. 26.* Noviſſimo jure Flumina Publica inter Regalia referuntur, *2. F. 56.* & jure Superioritatis Territorialis ad Dominos territorii, quod alluunt, pertinent. Inſtr. Pac. Cæſ. Suec. *Art. 10. §. 5.* Forſt. *d. l. ſol. 5 num. 50.* late Bocer. *de Regal. cap. 2. num. 163.* Stypmann. *d. l. num. 57. & mult. ſeqq.* & ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 78.*

Quæ hodie ad jura Sup. Territ. pertinent. Flumen in confinio duorum cenſetur commune.

Hinc, ſi flumen ſit in confinio duorum territoriorum, in dubio cenſetur eſſe commune, Vel ſi juriſdictio diviſa, eam competere cuilibet ad medium fluminis. arg. *l. 19. pr. ff. comm. div. l. 2. § 2. ff. de aq. & aq. pluv. arc. l. 7 § 5 ff de A. R. D.* Forſt. *d. l. ſol. 2. num. 16.* Uſu tamen publica ſunt; *l. 5. pr. ff. h. t. §. 2. & 4. I. d. 4. §. 1 ff. de R. D.* niſi juſta prohibitio interveniat, de qua *ad tit. ſeq. 14.* vid. Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.*

Ne in Flum. publ. deterior reddatur Statio, vel Navigium, datur Interdict. vel Prohibitorium,

IV. Hoc ergò Interdicto coërcet Prætor, ſi quid in flumine publico fiat, quo deterior ſtatio & navigatio, vel iter navigii, *de Fabri*, reddatur *L. 1. §. 12. & 14. ff. h. t.* Statio a ſtatuendo, eſt locus, ubi naves tuto ſtare poſſunt. *d. l. 1 §. 13.* Navigium varie accipitur. *d. l. 1. §. 14.* Interdictum ad hanc cauſam pertinens eſt aliud Prohibitorium, aliud Reſtitutorium. *d. l. 1. §. 20.* Illud eſt Remedium Prætorium, competens cuivis de populo, arg. *l. 1. ff. de loc. & itin. publ.* adverſus eum, qui in flumine publico, ripave ejus, aliquid facere vel immittere intendit, quo deterior ſtatio iterve navigii fiat, ad id, ne tale quid faciat. *L. 1. pr. ff. h. t.*

vel Reſtitutorium.

V. Reſtitutorium vero datur contra eum, qui in flumine publico, ejusve ripa, aliquid factum vel immiſſum habet, quo ſtatio vel navigatio deterior fiat, ad id, ut in priſtinum ſtatum reſtituat. *d. l. 1. §. 19. & 20.* Et ſic non tenetur Autor, qui ſcil. fecit, vel immiſit, vel aquam derivavit, ſed qui factum immiſſum habet vel aqua derivata utitur. *d. l. 1. §. ult.*

Ad quod tamen poſſeſſor tenetur. Quis navem in portu demerſam tollat.

Si autem navis fragoſa vel pertuſa in portu demerſa à domino pro derelicto habeatur, ea tollenda ſumptibus eius, cujus eſt territorium, vel qui ibi vectigal capit. Frider. *d. tit. num. 35 & ſeqq.* ubi inter cauſas Interdicti refert, ſi lumen non in pharo vel ſpecula ordinaria, certoque tempore ſuſpendatur. Item, ſi piſcatores noctu lumine piſcentur, & ſic fallant navigantes. *l. 10. ff. de incend. ruin. naufr.*

VI. Utrum-

VI. Utrumque dividitur in Directum & Utile. Illud locum habet, ſi flumen ſit navigabile; *d. l. 1. §. 4. & 12.* atque extenditur, ſi quid in mari ſive littore, quo portus, ſtatio non aperta, iterve navigio deterius fiat. e. gr. *durch Verſenckung der Schiffe den Haven verſchlieſſen. d. l. 1. §. 17.* Hoc eſt, ſi aliquid fiat in flumine non navigabili; ut forte exareſcat, vel curſus aquæ impediatur. *d. l. 1. §. 12. & 18.* Item, ſi pedeſtre iter impediatur, *d. l. 1. §. 14.* quo minus adverſo flumine homines vel equi navem funibus alligatam trahentes commode meare queant. Frider. *d. l. num. 34.* Ziegler *de Jur. majeſtat. lib. 2. cap. 15. §. 29.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Item, ſi in qualibuscunque aquis publicis aliquid fiat, quo earum uſus publicus impediatur. Frider. *n. 54. & ſeqq.*

Div. in Directum & Utile. ex. gr.

VII. Deterior autem Statio vel Navigatio fieri dicitur, ſi uſus ejus corrumpatur, vel difficilior fiat, aut minor, vel rarior; aut ſi in totum auferatur, vel ſi quid aliud navigationem incommodet, aut impediat. *dict. l. 1. §. 15.* prout multis caſibus illuſtrat Frider. *d. t. num. 33. & mult. ſeqq.* Quo etiam pertinet, ſi quis cum impedimento uſus publici pro lubitu aquam ducere vellet. *l. 2. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 45. th. 87.* ſupra *ad tit. de aq. & aq. pluv. arc. §. 2.* Item, ſi quis in utraque ripa fluminis domum haberet, & pontem facere vellet. *l. ſ. ff. h. t.* junct. *l. 2. §. 33. ff. ne quid in loco publ.*

Statio vel Navigatio quomodo deterior fieri dicatur?

TIT. XIII.

NE QUID IN FLUMINE PUBLICO FIAT, QUO ALITER AQUA FLUAT, ATQUE UTI PRIORE ÆSTATE FLUXIT.

§. I.

AGitur hoc tit. de curſu Fluminis uſitato, & Prætor proſpexit, *juxta lect. Florent.* ne derivationibus nimis conceſſis flumina excreſcant, & alveus, quia aqua coanguſtata flumen facit rapidius, cum injuria vicinis mutetur; vel *ſecundum lect. Holoandri*, ne derivationibus nimis conceſſis flumina exareſcant. *l. un. §. 1. ff. h. t.* Pertinet autem ad Flumina publica, ſive navigabilia ſint, ſive non ſint: & ſic latius patet, quam Interdictum præced. titulo propoſitum. *d. l. un. §. 2.* junct. *l. 1. §. 12. ff. de flumin.* Joh. Voetius *h. t.*

Agitur h. t. de curſu Fluminis uſitato ſervando. Diff. à tit. præced.

II. Interdictum h. t. propoſitum eſt vel Prohibitorium, vel Reſtitutorium. *dict. l. un. §. 12.* Illud eſt remedium, quod competit cuivis de populo, adverſus eum, qui, licet jus non habeat, attamen in flumine publico, ſive ripa ejus, aliquid facere, aut ibidem quid immittere intendit, quo aliter aqua fluat, quam priore æſtate fluxit, ad id, ut deſinat facere vel immittere, aut ne tale quid fiat. *d. l. un. pr. §. 8. 9. & 12.*

Interdict. datur vel Prohibitorium, ne quid fiat, ut aliter fluat.

Et

Hocque eſt Navigabile, vel Non. Subdiv.

Hic agitur de Flum. publ. navig.

c. 5. num. 11. donec probetur contrarium Stypmann. *de jure ſiren. p. 2. c. 5. n. 55.* Eſtque vel Navigabile, ſcil. quod ſua natura navigationi aptum, licet actu nunquam in illo ſit navigatum, vel Non tale. *d. l. 1. §. 12.* Hocque nerum eſt vel ex quo aliud ſit navigabile, vel minus. *l. 2. ff. h. t.* Hic agitur de Fluminibus publicis, quæ ſunt navigabilia, *d. l. 1. §. 4. & 12.* vel ex quibus alia navigabilia redduntur, *d. l. 2.* eorumque Ripis. *l. 3. pr. ff. eod.* Molin. *d. D. num. 26.* Noviſſimo jure Flumina Publica inter Regalia referuntur, *2. F. 56.* & jure Superioritatis Territorialis ad Dominos territorii, quod alluunt, pertinent. Inſtr. Pac. Cæſ. Suec. *Art. 10. §. 5.* Forſt. *d. l. ſoll. 5. num. 10.* late Bocer. *de Regal. cap. 2. num. 165.* Stypmann. *d. l. num. 57. & mult. ſeqq.* & ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 78.*

Quæ hodie ad jura Sup. Territ. pertinent. Flumen in confinio duorum cenſetur commune.

Hinc, ſi flumen ſit in confinio duorum territoriorum, in dubio cenſetur eſſe commune, Vel ſi jurisdictio diviſa, eam competere cuilibet ad medium fluminis. arg. *l. 19. pr. ff. comm. div. l. 2. §. 2. ff. de aq. & aq. pluv. arc. l. 7. §. 5. ff. de A. R. D.* Forſt. *d. l. ſol. 2. num. 14.* Uſu tamen publica ſunt; *l. 3. pr. ff. h. t. §. 2. & 4. I. l. 4. §. 1. ff. de R. D.* niſi juſta prohibitio interveniat, de qua *ad tit. ſeq. 14.* vid. Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.*

Ne in Flum. publ. deterioretur Statio, vel Navigium, datur Interdict. vel Prohibitorium,

IV. Hoc ergò Interdicto coërcet Prætor, ſi quid in flumine publico fiat, quo deterior ſtatio & navigatio, vel iter navigii, *ut Faber*, reddatur. *l. 1. §. 12. & 14. ff. h. t.* Statio a ſtatuendo, eſt locus, ubi naves tuto ſtare poſſunt. *d. l. 1. §. 13.* Navigium varie accipitur. *d. l. 1. §. 14.* Interdictum ad hanc cauſam pertinens eſt aliud Prohibitorium, aliud Reſtitutorium. *d. l. 1. §. 20.* Illud eſt Remedium Prætorium, competens cuivis de populo, arg. *l. 1. ff. de loc. & itin. publ.* adverſus eum, qui in flumine publico, ripave ejus, aliquid facere vel immittere intendit, quo deterior ſtatio iterve navigii fiat, ad id, ne tale quid faciat. *l. 1. pr. ff. h. t.*

vel Reſtitutorium.

V. Reſtitutorium vero datur contra eum, qui in flumine publico, ejusve ripa, aliquid factum vel immiſſum habet, quo ſtatio vel navigatio deterior fiat, ad id, ut in priſtinum ſtatum reſtituat. *d. l. 1. §. 19. & 20.* Et ſic non tenetur Autor, qui ſcil. fecit, vel immiſit, vel aquam derivavit, ſed qui factum immiſſum habet vel aqua derivata utitur. *d. l. 1. §. ult.* Si autem navis fragoſa vel pertuſa in portu demerſa à domino pro derelicto habeatur, ea tollenda ſumptibus ejus, cujus eſt territorium, vel qui ibi vectigal capit. Frider. *d. tit. num. 51. & ſeqq.* ubi inter cauſas Interdicti refert, ſi lumen non in pharo vel ſpecula ordinaria, certoque tempore ſuſpendatur. Item, ſi piſcatores noctu lumine piſcentur, & ſic fallant navigantes. *l. 10. ff. de incend. ruin. naufr.*

Ad quod tamen autor non tenetur. Quid navem in portu demerſam tollet?

VI. Utrum-

VI. Utrumque dividitur in Directum & Utile. Illud locum habet, ſi flumen ſit navigabile; *d. l. 1. §. 4. & 12.* atque extenditur, ſi quid in mari ſive littore, quo portus, ſtatio non aperta, iterve navigio deterius fiat. e. gr. *durch Verſenckung der Schiffe den Haven verſchlieſſen. d. l. 1. §. 17.* Hoc eſt, ſi aliquid fiat in flumine non navigabili; ut forte exareſcat, vel curſus aquæ impediatur. *d. l. 1. §. 12. & 18.* Item, ſi pedeſtre iter impediatur, *d. l. 1. §. 14.* quo minus adverſo flumine homines vel equi navem funibus alligatam trahentes commode meare queant. Frider. *d. l. num. 34.* Ziegler *de Jur. majeſtat lib. 2. cap. 15. §. 29.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Item, ſi in qualibuscunque aquis publicis aliquid fiat, quo earum uſus publicus impediatur. Frider. *n. 54. & ſeqq.*

Div. in Directum & Utile. ex. gr.

VII. Deterior autem Statio vel Navigatio fieri dicitur, ſi uſus ejus corrumpatur, vel difficilior fiat, aut minor, vel rarior; aut ſi in totum auferatur, vel ſi quid aliud navigationem incommodet, aut impediat. *dict. l. 1. §. 15.* prout multis caſibus illuſtrat Frider. *d. t. num. 33. & mult. ſeqq.* Quo etiam pertinet, ſi quis cum impedimento uſus publici pro lubitu aquam ducere vellet. *l. 2. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 45. th. 27.* ſupra *ad tit. de aq. & aq. pluv. arc. §. 2.* Item, ſi quis in utraque ripa fluminis domum haberet, & pontem facere vellet. *l. ſ. ff. h. t.* junct. *l. 2. §. 33. ff. ne quid in loco publ.*

Statio vel Navigatio quomodo deterior fieri dicatur?

TIT. XIII.

NE QUID IN FLUMINE PUBLICO FIAT, QUO ALITER AQUA FLUAT, ATQUE UTI PRIORE ÆSTATE FLUXIT.

§. I.

AGitur hoc tit. de curſu Fluminis uſitato, & Prætor proſpexit, *juxta lect. Florent.* ne derivationibus nimis conceſſis flumina exereſcant, & alveus, quia aqua coanguſtata flumen facit rapidius, cum injuria vicinis mutetur; vel *ſecundum lect. Haloandri*, ne derivationibus nimis conceſſis flumina exareſcant. *l. un. §. 1. ff. h. t.* Pertinet autem ad Flumina publica, ſive navigabilia ſint, ſive non ſint: & ſic latius patet, quam Interdictum præced. titulo propoſitum. *d. l. un. §. 2.* junct. *l. 1. §. 12. ff. de flumin.* Joh. Voetius *h. t.*

Agitur h. t. de curſu Fluminis uſitato ſervando. Diff. à tit. præced.

II. Interdictum h. t. propoſitum eſt vel Prohibitorium, vel Reſtitutorium. *dict. l. un. §. 12.* Illud eſt remedium, quod competit cuivis de populo, adverſus eum, qui, licet jus non habeat, attamen in flumine publico, ſive ripa ejus, aliquid facere, aut ibidem quid immittere intendit, quo aliter aqua fluat, quam priore æſtate fluxit, ad id, ut deſinat facere vel immittere, aut ne tale quid fiat. *d. l. un. pr. §. 6. 9. & 12.*

Interdict. datur vel Prohibitorium, ne quid fiat, ut aliter fluat.

Quando contra heredes? Aliter fluere requirit modum. Secundum proximam aeſtatem.

Et competit contra heredes, *d. l. un. §. 10.* idque ex dolo defuncti, *l. 44. ff. de R. J.* ſi vellent perficere id, quod defunctus facere inſtituerat, vel deſtinarat ad aquam avertendam. Gothofred. *ad d. §. 10. lit. b.* Ut aliter fluat, non pertinet ad quantitatem aquæ fluentis, ſed ad modum & rigorem, vel rectum curſum aquæ referendum eſt. *d. l. un. §. 3.* Porro Interdictum refertur ad [illegible] æſtatem, quia eo tempore naturalis fluxus certior & indubitatior eſt. Æſtas autem civiliter ſumitur pro tempore ab æquinoctio verno usque ad autumnale. *l. 1. §. 32. ff. de aqua quotid. & æſtiv.* Et ſi forſan hyeme interdicetur, tunc non proxima hyeme æſtas, ſed ſuperior erit inſpicienda. *d. l. un. §. 8.* Sicque non unius tantum ſemeſtris ſpacium vel ſtatus conſideratur. Frieder. *de Interd. tit. 6. num. 67. in f.*

Quomodo fiat, ut aliter aqua fluat? An liceat in flum. ponere Molendina? Neg.

III. Multis vero modis fieri poteſt, ut aqua aliter fluat, v. gr. derivatione, inciſione, munitione, ædificatione, alvei vel aquæ curſus mutatione, ut fluxus depreſſior, vel altior, vel rapidior fiat, cum injuria vel incommodo accolentium, cujusmodi caſus recenſentur in *d. l. un. §. 5. & ſeqq.* Hinc nec in Flumine publico Molendina navalia, *Schiff-Mühlen*, vel ædificia ponere licet ſine Principis vel Superioris conſenſu. *l. 1. l. 2. §. 10. & 15. ff. ne quid in loco publ. l. un. pr. §. 5. & 7. ff. h. t.* Stypm. *de jure flum. p. 2. c. 5. num. 127. & ſeqq.* Forſter. *de jurisd. Rom. p. 2. ad l. 4. ff. fin. reg. ſol. 1. n. 52.* Bocer. *de Regal. c. 2. num. 165. & ſeqq.* Molin. *de J. & J. D. 704. num. 27.* Struv. *de ad l. priv. th. 25.* Stryck. *in uſu mod. §. 9. de S. P. R. & §. 2. cum ſeqq. h. t.* Mevius *p. 4. dec. 59.* D. D. Graſſ. *in Diſſ. de Jure fontium §. 7.*

Obj.

Nec obſt. *§. 5. I. de R. D. l. 24. pr. ff. de damn. infect.*

Reſp.

Aliud enim eſt, retia ſiccare vel caſam in uſum piſcationis aut navigationis ponere: aliud, ædificium ponere, unde curſus fluminis fiat deterior. Stypm. *n. 144.* Frieder. *n. 66.* Richter *dec. 6. in fin.* Mod. Piſtor. *p. 1. quæſt. 28.*

Limit.

Sin nemo inde incommodum ſentiat, nec prohibitio quædam Superioris obſtet, aliter dicendum erit. *d. l. 24. pr. d. l. 1. §. 10.* Hahn. *ad W. h. t. N. 1. verb. Conſtitutione molarum.* Stryck. *in uſu moderno §. 11. h. t.*

Si tamen quis molam habeat, propterea non licet alii ſupra vel infra ædificare.

Si autem quis molam in flumine publico ita poſitam habeat, an non Princeps alii ſupra vel infra ſimiliter ædificandi licentiam dare poſſit, quæritur? Et Negatur, cum ſine alterius injuria fieri nequeat. per *d. l. 1. §. 10.* Stypm. *num. 157.* Bocer. *num. 167.*

Limitatur

Aliud vero eſt, ſi quis faciendi jus habeat. *l. un. §. 9. ff. h. t.* Item, ſi propter grande damnum vel periculum, ut flumen prædia depopuletur, munitionem in ſolo adhibeat, licet curſus fluminis ad aliquid immutetur. *d. l. §. 7.* Stryck. *§. 13. h. t.* Sin vicinis majus inde damnum inferatur, vid. Frider. *num. 74.* Item ſi ex ſuo jure molam ædificet, licet inferiori uſus aquæ diminuatur. *d. l. 24. §. 12.* Frider. *num. 72.* modo hæc non fiant ad æmulationem. Stymp. *num. 160. & ſeqq.* Num autem tempore

pore ſiccitatis vel aquarum penuriæ Dominus molendini ſuperioris recollectam aquæ facere queat? Diſting. Frider. *num. 75.* add. Muller. *in Diſſ. de molendino bannario*, Hering *de molendin.*

An aquæ recollectam facere liceat?

IV. Reſtitutorium pertinet ad ea, quæ jam facta ſunt, *d. l. un. §. 12.* & datur cuivis de populo, contra eum, qui in flumine publico, ripave ejus, aliquid factum vel ibi immiſſum habet, aut dolo factum eſt, quo minus haberet, ut ob id aliter aqua fluat, ac priore æſtate fluxit, ad hoc, ut factum vel immiſſum reſtituatur aut tollatur. *d. l. un. §. 11. 12. & 13.* junct. *l. 2. §. 43. ff. ne quid in loco publ.* Ex dictis ſequitur, quod hoc Interdictum ſit annale. Hinc, ſi quis integro forſan anno vel biennio molendinum vel aliud quid flumini impoſitum habuerit, hoc Interdicto in vim præcepti executivi agi non poterit; ſed quomodo ſit agendum, proponit Friderus, *num. 70.*

Vel Reſtitutorium, ut factum tollatur.

Sin quis per annum quid habuerit in flum. publ.

TIT. XIV.
UT IN FLUMINE PUBLICO NAVIGARE LICEAT.

Cod *Lib. 11. Tit. 1. l. 5.*

§. I.

Sicuti per Vias publicas liber tranſitus: ſupra *ad tit. de loc. & itin. publ. §. 3.* ad tit. *ne quid in Loc. publ. §. 13.* Ita Navigationes liberæ in locis publicis omnibus ſunt concedendæ, quem in finem h. tit. Interdictum proponitur, *l. un. §. 1. ff. h. t.* quo probibetur vim fieri, quo minus in flumine publico navem, ratem agere, (quod Dn. Friſchio eſt tigna inter ſe colligata, *Zimmer-Floſſe*, per aquam agere, unde Jus grutiæ, *das Floß-Recht. de jur. grut. cap. 2. num. 4.*) vel per ripam onerare aut exonerare, vel per lacum, foſſam, ſtagnum publicum navigare liceat. *d. l. un. pr. l. 3. C. de naviccul.* Frider. *d. t. num. 46.* Joh. Voet. *h. t.* Lacus autem, Stagnum & Foſſa etiam publica eſſe poſſunt. *d. l. §. 6.* Quid ſint? vid. *d. l. §. 3. 4. & 5.*

Argum. à via publ. ad navigationem flum. publ.

Interdict. de libera navigatione quid comprehendat?

II. Hoc Interdictum ratione formulæ eſt Prohibitorium; ſed & Reſtitutorium eſt, ſi piratæ, prædones & milites publicum flumen obſideant aut infeſtent. Ibi enim tàm Reſtitutoriis vel Compulſorialibus, quàm Inhibitoriis Interdictis eſt locus. per *d. l. 3.* Frider. *num. 78.* Porro etiam locum habet, ſi accolæ & vicini merces, ligna, trabes & ſimilia in ripis & littoribus onerari & exonerari vel extrahere nolint, unde Nauclери venientes & remeantes vim vel incommodum ſuſtineant; *d. l. 3.* & in Cam. Imper. deſuper Mandata pœnalia decernuntur. Frider. *num. 48.*

Eſt Prohibitorium & Reſtitutorium, ex. gr.

III. Utile hoc Interdictum conceditur Publicano, qui lacum vel ſtagnum

gnum

Utile etiam datur? giuum conduxit, piſcari impedito, ſi publico Jure experiatur, ob vectigalis nempe favorem. *d. l. un. §. 7.* Alias enim injuriatum quoque agere poteſt. *l. 2. §. 9. ff. ne quid in loco publ. l. 13. §. 7. ff. de injur.* Item, ne cui vis fiat, quo minus pecus ad flumen publicum ripamve fluminis publici appellatur *d. l. § 8.* Sed qui petit, ut locus, pecoris appellendi gratia, deprimatur, non auditur. *d. §.*

Ceſſat in locis priv. IV. Si tamen flumen, lacus &c. ſint privata, hoc Interdictum ceſſat. *d. l. un. §. 2.* Porro, quamvis navigatio à privatis non poſſit prohiberi, uti hactenus dictum, attamen hunc uſum publicum interdicere vel intervertere poteſt *Flumen jure Reg. habens ex cauſa de ſuper diſponit.* is, ad quem flumina iſta Regalium jure pertinent; ita, ut ex juſta quadam prohibitionis cauſa eundem vel denegare, vel ad minimum reſtringere queat. Bidemb. *quaeſt. nob. l. 13.* Fritſch. *de Jure gratiæ, c. 8. num. 1.* annex. *Conſil. 1. n. 12. & ſeqq.* & Jur. Fluviat. *p. 2. conſ. 8. junct. Quæſt. 9.* Forſter. *d. loc. num 35.* *Jus Stapulæ.* Liberæ navigationi etiam quodammodo contrariatur Jus Stapulæ, *Stapel-Gerechtigkeit*, quo prænavigantes Mercatores jubentur appellere, & merces ſuas exonerare; & quibusdam in locis annexam habet vendendi neceſſitatem. vid. Lehmann. *Chron. Spir. l. 4. c. 22.* *Geranii.* Jus Geranii ſeu Menſurationis, *Krahnen-Recht*, ab Inſtrumento tractorio, *Krahnen*, ad flumina collocato, ita dictum; hoc jure utilitati vectigalium contra fraudes Mercatorum providetur. Fritſch. *d. p. 2. quæſt. 14.* Dn. Schweder. *Introd. in Jus. Publ. P. ſpec. ſect. 1. cap. 20. num. 9. & ſeqq.* ubi *num. 15.* recenſentur Civitates Jure Stapulæ gaudentes.

TIT. XV.
DE RIPA MUNIENDA.
Cod. *Lib. 9. Tit. 38.*

§. I.

Ne flum. eluviones noceant, Ripa debet muniri. NE autem Eluviones Fluminum vicinis agris noceant, ſicuti de Via publica reficienda ſupra *l. 1. pr. ff. de via publ.* ita etiam de Ripa fluminis publici munienda Interdictum h. t. proponitur. *l. un. §. 1. ff. h. t.* Ripam autem munire eſt aggeribus factis aquam fluviatilem coercere. Agger dicitur munimentum, Incile, Cluſa, *Dyck, Damm, Bollwerck.* Stypm. *de Jure flum. p. 2. c. 5. num. 396. & ſeqq.* ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 72.* Confer. Rhode *Diſſ. de Jur. Ripar.* & D. Friſen. *de ſimili materia.* Hackmann. *de Jur. aggerum.*

Ne munitio impediatur, Interdict. datur. II. Hoc Interdicto Prætor vim fieri vetat illi, qui in flumine publico, ripave ejus, contra vim fluminis, opus facit vir, agrive, qui circa ripam, vel e regione trans flumen eſt, *d. l. un. §. 4.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Schilter. *Exerc. 47. §. 49.* tuendi cauſa: ad hoc, ut impediens deſiſtat; dum- *Præſtita cautione.* modo Navigatio inde non fiat deterior. *d. l. pr. & §. 2.* Muniens vero ante opus

opus factum cavere debet de damno infecto in annos decem, aut per illum non ſtet, quo minus caveatur. *d. l. pr.* Poſt opus factum hoc Interdicto perſequendi facultas non eſt, licet damnum datum; ſed Lege Aquilia experiendum eſt. *d. l. §. 5.* Joh. Voetius *h. t.*

Divid. in Directum & Utile.

III. Hoc Interdictum dividitur in Directum; quod datur ratione ripæ in flumine publico; & Utile, quod datur, ſi reficiens vel muniens ripam in lacu, foſſa, ſtagno impediatur. *d. l. §. ult.* Aggerum autem violatores ſeverè puniendi ſunt, uti explicatur *l. 9. ff. de extraord. crim. l. un. C. de Nili agg. non rump.* Damhoud. *Prax. Crim. tit. de agger. Ruptor.* Coler. *Decis. 171.* infra *§. 7. de extraordin. Crim.* Reparatio vero aggerum eſt onus reale, ſingulos pro quantitate agrorum reſpiciens; *l. 2. C. de immun. nem. conced.* vid. Mevius *p. 4. dec. 138. p. 9. dec. 119.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. & 3. h. t.* Struv. *Exerc. 45. th. 98.* ibique Müllerus. & ob moræ periculum Appellatione non debet impediri, maxime, ſi poſſeſſiones & utilitates agrorum inde à periculis aquarum reddantur ſecuræ, prout in tali caſu Camera Imper. petitos proceſſus appellationis denegavit: Et Conductor erogationes in aggeres, tanquam impenſas neceſſarias, in mercedem computare poteſt. *l. 1. §. 3. ff. de via publ. & ſi quid.* Sin totius vicinæ terræ, ejusque incolarum ope aggeres refecti, & Dominus territorii, qui flumina jure regalium, & exinde varia emolumenta ſibi vindicat, aliive, ad quos onus hoc ex conventione vel Statuto utplurimum pertinet, ſumptus refundere nolint; ſed non obnoxios de parte deſuper conveniant, hi condemnati omnino appellare poſſunt & debent. Mev. *p. 3. dec. 163.* Brunnem. *ad L. 5. n. 7. de appell. recip.* add. ſupra *ad tit. de via publ. §. 4.*

Reparatio aggerum cui incumbat? Appellationi non eſt locus.

Caſus exceptus.

TIT. XVI.

DE VI ET VI ARMATA.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 15. §. 1. & 6.* Cod. *Lib. 8. Tit. 4. & 5.*
Extra. *Lib. 2. Tit. 13.*

§. I.

Connexio.

SEquuntur Interdicta Singularia, rem Privatam concernentia, & pertinent vel ad Res, vel ad Perſonas. Quoad illas ſuccurrit Prætor tuendo contra vim illatam & amiſſam poſſeſſionem recuperando. Quamvis autem violenta dejectio fiat vel vi ſimplici, vel armata, *l. 3. ff. h. t.* hinc inſcribitur h. t. *de Vi & Vi armata*, ad unum tamen Edictum in genere relatum eſt, de quo *l. 1. pr. ff. h. t.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.* Hocque Interdictum dicitur Unde vi *§. 6. I. de Interd. l. 5. ff. & C. h. t.* & eſt Reſtitutorium Recuperandæ poſſeſſionis. *d. §. 6. I. l. 1. §. 1. ff. h. t.* quo Prætor præcipit, ut poſſeſſor rerum immobi-

Interdict. de Vi & Vi armata quid?

lium de poſſeſſione vi dejectus vel ſpoliatus ante omnia reſtituatur. *d. l. 1. §. 3. & ſeqq. ff. h. t.* Et quamvis atrocitatem facinoris in ſe habeat, *d. l. 1. §. 45.* famoſum tamen non eſt, ſicut nec aliud Interdictum. *l. 13. ff. h. t.*

Non eſt famoſum.

Inde hodie datur Actio recuperandæ poſſeſſionis, quid?

II. Ex hoc Interdicto hodie datur Actio recuperandæ poſſeſſionis, *l. 1. C. ſi per vim, vel alio modo*, quæ loco & nomine hujus Interdicti inſtituitur, & nihil aliud eſt, quam actio Prætoria, perſonalis, annalis, *d. l. 1. pr.* competens ei, qui de poſſeſſione rerum immobilium vi dejectus eſt, adverſus dejicientem ad poſſeſſionem cum omni cauſa & intereſſe recuperandam. *d. l. 1 §. 6. 31. 40. & 41. l. 6 ff. h. t. l. 2. l. 4. C. h. t.* Dividitur in Directam & Utilem. Illa eſt, quæ ex ipſis edicti verbis. Hæc, quæ ex ſententia ejus oritur, ut ſi unum vel alterum requiſitum deficiat. *l. 1. §. 20. l. 3. §. 17. ff. h. t.* Item, ſi quis dejectus de quaſi poſſeſſione rerum incorporalium. *ſeq. §. 13.* Cauſa Efficiens Remota hujus actionis eſt Prætor, *d. l. 1. pr.* qui æquitate motus eam introduxit. Æquiſſimum enim eſt, vi dejectis ſubvenire, idque partim ob favorem dejecti, ne per violentiam damno afficiatur: partim in odium dejicientis, ne dejiciens contra naturalem æquitatem commodum ex delicto ſuo ſentiat. *d. l. 1. §. 1.* Manz. *de Interd. §. 1. n. 14.* Proxima eſt Delictum, quod vocatur Vis expulſiva, hinc dicitur Perſonalis, quia deſcendit ex obligatione ex delicto proveniente. Famoſa tamen non eſt, per *L. 13. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 45. th. 102. & 160.* ibique Muller.

Div. in Directam & Utilem.

C. Eff. Rem. Imp.

Proxima eſt Delictum.

III. Ut itaque hæc Actio locum habeat, tanquam Cauſa Efficiens, requiritur Vis Expulſiva. *d. l. 1. §. 1. & 3.* Sic ratione Cauſæ Efficientis Proximæ duo in hac actione ſunt neceſſaria atque probanda, nimirum ex parte Agentis Poſſeſſio, & ex parte Rei Violenta dejectio. Requiritur ergo I. Vis ex una parte, *d. l. 1. pr. & § 3 ff. h. t.* quæ in *l. 2. ff. quod metus cauſa.* dicitur Majoris rei impetus, qui repelli non poteſt; proin quælibet Vis h. l. non ſufficit, ſed atrox requiritur *d. l. 3. § 3.* Sufficit tamen etiam Terror armis incuſſus. Hinc, ſi quis armatus ad dejiciendum aliquem venerit, eumque dejecerit citra uſum armorum, vi & armis nihilominus dejeciſſe videtur. *d. l. 3. §. 5. & 6.* Joh. Voetius *n. 4. h. t.* Sub voce Armorum non ſolum ſcuta, gladii, haſtæ, frameæ, ſed omnia tela comprehenduntur, fuſtes & lapides, quicquid ira & furor ſuppeditat. *l. 3 §. 2 ff h. t. §. 6. I. de Interd. in f.* Nec intereſt quoad hoc Interdictum, Vis illa, ſive publica, ſive privata ſit, propter textum generalem in *d. l. 1. pr.* junct. *l. 8 ff. de Public. in rem act.* Struv. *Exerc. 45 th. 105.* ibique Mullerus. Idque ipſum probari poteſt arg. *d. l. 1. § 43 in f.* ubi ſpecialiter in Parentibus & Patronis, ut adverſus illos hoc Interdictum detur. Vis Arma-

Req. 1. Vis Quid ſit?

Atrox.

An terror ſufficiat?

Quid ſub voc. armorum?

Etiam vis privata.

Armata requiritur: Ergò in reliquis etiam ſufficit non armata, quia privilegium ſemper præſupponit Jus Commune in contrarium.

IV. Cum autem variæ ſint violentiæ ſpecies, ſupra *ad tit. quod metus cauſ. §. 7. & ſeqq.* ut hoc Interdictum locum habeat, requiritur Vis Expulſiva, *l. 1. §. 5. ff. h. t.* qua quis de poſſeſſione rerum immobilium expellitur & dejicitur. *d. §. 6. l. 6. l. 1. §. 3. l. 5. ff. eod.* Hinc II. & ex altera parte præſupponitur Poſſeſſio. Vis autem expulſiva tria requirit: (1.) Ut res, ex qua expulſio facta, prius ſit poſſeſſa, privatio enim præſupponit habitum, & qui non poſſidet, non poteſt de poſſeſſione dejici *d. l. 1. §. 9. 23. & 26. in fin.* — *Vis Expulſiva. Sic req. n. Poſſeſſio.*

V. Ex hoc requiſito fluit, quod rem Vacuam, h. e. ab alio nec animo, nec corpore poſſeſſam, ſupra *ad tit. de A. vel A. P. §. 27.* armata quidem manu occupans, tamen non committat vim expulſivam, & per conſequens hoc Interdicto conveniri non poſſit. *l. 4. §. 22. ff. de uſurp. & uſucap.* Imo licet dominum revertentem & rem repetentem non admiſerit, quia ipſum dominum, qui tempore occupationis non fuit poſſeſſor, non potuit dejeciſſe, *d. l. 4. §. 28.* Jure tamen Cod. & hoc in caſu ex ſingulari Juſtin. Conſtit. hoc Interdictum conceditur in *l. ſ. ibi. Ridiculum etenim eſt, dicere vel audire, quod per ignorantiam rem alienam aliquis quaſi propriam occupaverit. Omnes autem ſcire debent, quod ſuum non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere. C. h. t.* Unde *10.* ſupra *ad tit. de uſurp. & uſucap. §. 22.* Similiter ab hoc Interdicto removetur rem ab alio poſſeſſam, clam, ſed ſine vi, occupans; Tum enim Vis Expulſiva admiſſa non eſt, nec Poſſeſſor ille Violentus dicitur, ſed potius Clandeſtinus, niſi poſtea vis acceſſerit, Dominum ſcilicet, qui animo poſſeſſionem adhuc retinuit, revertentem detinendo vel prohibendo ingredi, tunc vi cenſetur dejeciſſe, & huic Interdicto locus erit. *l. 1. §. 24. ff. h. t. l. 6. §. 1. ff. de A. vel A. P.* & ſupra *ad d. t. §. 14.* Porro hæc Actio excluditur, ſi quis aliquem prohibeat, ne Novam poſſeſſionem acquirat, e. gr. hæredem, cui delata eſt hæreditas, vacuam rerum hæreditariarum poſſeſſionem apprehendere propria auctoritate volentem, vid. ad tit. *de A. vel O. H. §. 32. in med.* impediat. Hæres enim ante aditionem res hæreditarias non poſſidet, nec in defuncti poſſeſſionem ſuccedit, utpote quæ morte ejus finita eſt. *l. 23. pr. ff. de A. vel A. P.* Ergo non poteſt dejici, & per conſequens hoc Edictum, ceu recuperandæ poſſeſſionis, locum non habet. *l. 1. §. 26. l. 5. §. 10. ff. h. t.* — *Excep. Si quis rem Vacuam armis occupavit, & dominum revertentem non admiſerit. Mitior in Jur. Cod. Qui clam, ſed ſine vi, occupavit. Limit. Qui prohibet, ne quis novam poſſeſſionem acquirat.*

VI. (2.) Ut Poſſeſſio, de qua quis dejicitur, ſit rerum immobilium, quæ dicuntur invadi: Mobilia autem proprie eripiuntur, & de Immobilibus quis dejicitur. *d. l. 1. §. 3. & 6. ff. h. t.* add. infra *§. 10.* (3.) Ut hic poſſeſſor rerum Immobilium vi ſit dejectus de poſſeſſione, & deſierit poſſidere. — *Poſſeſſio rerum Immobilium. Dejectus de poſſeſſione.*

Hinc, ſi Poſſeſſor expellatur quidem ex fundo, vel inquietetur, ejus autem ſervi, ipſius nomine, in poſſeſſione maneant, tunc non deſinit poſſidere, & huic Interdicto locus non erit. *d. l. 1. §. 45.* Unde patet, quod ad hoc Interdictum non ſufficiat alia ſpecies violentiæ. Non Vis Turbativa, contra quam conſulitur Interdicto Retinendæ poſſeſſionis, Uti poſſidetis, vel Utrubi: Nec Compulſiva, ſi ſcil. quis compulſus alium in poſſeſſionem induxerit; *l. 5. ff. h. t.* quia coacta voluntas quodammodo etiam eſt voluntas. *l. 21. §. 5. ff. quod met. cauſ.* Sed hæc vis alio Juris remedio, Actione ſcilicet, quod metus cauſa, vindicatur. Mev. *p. 8. dec. 384.* Br. *L. 5. num. 1. h. t.* Nec vis Ablativa hoc remedio; ſed vel Actione furti, vel Vi bonorum raptorum, vindicatur: Vis Inquietativa actione injuriarum: Ad offenſivam pertinet cautio de non offendendo. Bachov. *d. th. 5. lit. D.* add. ſupra *ad tit. quod metus cauſ. §. 8. & 9.* Actor itaque in hac actione duo probare debet: (1.) Se ante poſſediſſe, & (2.) Se vi dejectum eſſe. *d. l. 1. §. 23. & 26.* Maſcard. *de prob. Concl. 1328. num. 18. & 23.*

Ergo exclud. Turbativa.
Compulſiva.
Ablativa.
Inquietativa.
Quid Actor h. l. prob.

VII. Subjectum ſunt perſonæ, quibus & contra quas datur. Datur autem hæc actio Poſſeſſori ſpoliato, i. e. ut Poſſeſſor fuerit, cum dejiceretur. Requiritur ergo ratione Subjecti I. Ut Actor tum temporis poſſederit, *d. l. 1. §. 9. 23. 26. & 45. ff. h. t.* ſive animo, ſive corpore, *L. 6. §. 1. ff. de A. vel A. P. l. 1. §. 24. l. 3. §. 14. ff. h. t.* ſive Civiliter, ſive Naturaliter. *d. l. 1. §. 9. & 26.* Joh. Voet. *n. 5. h. t.* De utraque vid. ſupra *ad tit. de A. vel A. P. §. 8. & ſeqq.* Hinc ſua ſponte ſequitur, quod hoc Interdictum competat Uſufructuario, Vaſallo, Emphyteuticario, ſi illi de fundo uſufructuario, feudali, vel emphyteuticario ſint dejecti, & illis quidem datur directum, ſi de poſſeſſione ipſius Rei corporalis, ex. gr. fundi dejiciantur, quia ipſi naturaliter poſſident, qualis poſſeſſio hic ſufficit. *l. 3. §. 13. 14. & 17. l. 9. §. 1. l. 10. ff. h. t.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 25. th. 5. lit. H. I. K.* Menoch. *de Recup. poſſ. Rem. 1. num. 74. & ſeqq.* Mulieri dejectæ de poſſeſſione rei à marito donatæ. *d. L. 1. §. 10.* Joh. Voet. *num. 4. h. t.*

Subj. Act. eſt Poſſeſſor ſpoliatus. Req. 1. Poſſ. ſuo tempore dejectionis, qualiscunque, etiam naturalis. ex. gr.

VIII. Illis vero, qui ſaltem ſunt in poſſeſſione, rem autem non revera, ſive naturaliter, ſive civiliter; ſed nude tantum detinent, quales ſunt Coloni, Inquilini, Procuratores, Servi, Mercenarii, & ſimiles, hoc Interdictum non datur; ſed ſi hi dejiciantur, & ex poſſeſſione, in qua fuere, expellantur, tunc, quia non ipſi, ſed Dominus, qui per illos poſſidet, dejectus eſt, ipſi & hoc competit remedium. *l. 1. §. 10. & 22. l. 1. ff. h. t.* Neque obſt. *l. 7. §. 11. ff. comm. divid.* ubi & Colonus naturaliter poſſidere dicitur, ſcil. late accipiendo pro nuda tantum detentione, add. ſupra *ad tit. de A. vel A. P. §. 5.* Nec obſt. *L. 12. l. 18. ff. h.*

Si dejectus non obligatione tantum jure detinens, non huic, ſed Domino datur.
Obj. Reſp.
Obj.

ff. h. t. ubi quidem hoc Interdictum expreſſis verbis conceditur Colono, ſed non qua tali, verum tanquam violento poſſeſſori, ibi autem agitur de caſu, ubi Colonus Dominum, vel nomine Domini venientem non admiſit, eo ipſo enim dum poſſeſſionem ſuam intervertere & ipſe poſſidere velit, Dominum vi dejicere videtur. Joh. Voet. n. 3. h. t. Struv. *Exerc. 45 th. 103.* ibique Mullerus. ſupra *ad d. tit. de A. vel A. P. §. 10.* Attamen Conſtantinus Imperator Colono, Servo, Procuratori, & omnibus aliis, qui alieno nomine tantum in poſſeſſione ſunt, conceſſit nomine Domini abſentis, & ſine mandato ejus, (alias vid. ſupra *ad tit. de procurat. §. 13. & ſeqq.*), hoc Interdicto uti ad recuperandam poſſeſſionem; idque ſpecialiter in favorem abſentium h. l. introductum eſt per *l. 1. C. ſi per vim vel al. modo abſ. perturb. ſit poſſ.* add. *ſeq. §. 18.* Exiſtimat quidem Accurſius, *d. l. 1.* loqui de Turbatione, adeoque de Retinenda poſſeſſione, idque ex tituli illius inſcriptione probare conatur; Verum ex ſubjectis LL. patet, quod ibi omnino agatur de Vi Expulſiva, adeoque de remedio Recuperandi poſſeſſionem. Hahn. *ad W. h. t. N. XI. in fin.* — *Resp.* / *Nomine tamen abſentis Colono, &c. conceditur etiam ſine mandato.* / *Notatur Accurſius.*

IX. Nec porro refert, ſive bona, ſive mala fide quis poſſideat; *l. 1. §. 30. l. 14. ff. h. t.* Joh. Voet. n. 3. h. t. Struv. *d. th. 103.* Stryck. *in uſu moderno §. 13. h. t.* Adeo, ut, licet dejectus poſſeſſor vitioſe poſſideat ab ipſo dejiciente, h. e. ſi poſſeſſionem à dejiciente vi, clam, vel precario conſecutus ſit, nihilominus tamen adverſus dejicientem uti poteſt hac actione; quod Interdictum hoc ab aliis ſpeciale habet; *§. 6. I. de Interd. l. 8. §. 1. C. de praeſc. 30. vel 40. annor.* Bachov. *d. th. 3. lit. C.* ſed ita, ſi ex intervallo contigerit; *l. 17. ff. h. t.* Secus eſt, ſi in continenti, i. e. in ipſo congreſſu recuperaverit; tunc enim non tam alium dejeciſſe, quam ſuam poſſeſſionem defendiſſe videtur, omni autem jure licitum eſt, vim vi repellere. *l. 3. §. 9. l. 1. §. 27. ff. h. t.* junct. *l. 3. ff. de J. & J.* His tamen ſuperaddendum, ſecundum diſtinctionem Doctoribus uſitatam, niſi notorium ſit, poſteriorem dejicientem & primo dejectum eſſe verum dominum, primum vero dejicientem & nunc dejectum praedonem, tunc ex aequitate hoc Interdictum ceſſare, docent. Quamvis enim generaliter Spoliatus ante omnia ſit reſtituendus; *C. 3. X. de reſt. ſpoliat. l. 6. l. 7. C. h. t. d. l. 8. §. 2.* haec tamen Regula limitatur, niſi praedo ſit notorius, ut ſi conſtet de jure proprietatis, *c. 6. X. de Cauſ. poſſ. & propr.* Mev. *p. 8. dec. 325.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. t.* Struv. *Exerc. 45. th. 109.* ibique Mullerus. vel aliis innocentibus damnum irreparabile inde emergat, *cap. 10. X. de reſt. ſpol.* Mev. *p. 9. dec. 10.* aliave ratione alterius petitio ſit potior. arg. *l. 31. ff. de pet.* Non enim videtur poſſeſſionem capere is, qui eam ſtatim redditurus eſt. — *An vitioſa poſſeſſio ſufficiat? Affirm. Ampl.* / *Limit. Quando in continenti dejectus? Limit. Nisi praedo notorius & non talem. Obj.*

l. 1. pr. ff. de dol. & met. exc. l. 51. ff. de R. I. Perez. *in C. h. t. num. 18.* & Zœſ. *ad ff. h. t. n. 17. & ſeqq.* Men. *d. Rem. n. 111. & ſeqq.* Bach. *d. th. lit. C.* Hahn. *d. l. verb. Vel Dominus eſt.* DD. Harppr. *C. 30. n. 300. & Compl. tov. 20. n. 36.* Böhmer *in Jur. Eccleſ. p. 1. l. 2. t. 13. §. 5.* Lyncker. *dec. 635.* Mev. *p. 9. dec. 10. & 159.*

Req. 2. Dejectus ſit cum familia.

Et datur dejecti ſucceſſoribus.

X. II. Ratione Subjecti Activi requiritur, ut quis cum tota familia dejectus ſit. Nam turbatus ſaltem hoc Interdicto uti non poteſt, nec ſi unus de familia dejectus, cum alii retineant poſſeſſionem. *l. 1. §. 45. ff. h. t. præced. §. 6.* Datur autem non tantum dejectis ipſis; ſed & eorum hæredibus, cæteriſque ſucceſſoribus, *d. l. 1. §. 44. ff. h. t.* non quidem per ſe; per *d. l. 1. §. 9. & 23.* ſed ex perſona Defuncti. Struv. *Exerc. 45. th. 106.*

Subj. Paſſ. ſunt Dejicientes, licet nomine alieno, & mandantes.

Item Ratihabentes.

XI. Subjectum Paſſivum conſtituunt, qui de poſſeſſione dejecerunt, vel dolo malo fecerunt, quo quis vi dejiceretur, *l. 1. pr. l. 3. §. 12. l. 15. ff. h. t.* ſive propriis manibus, ſive per familiam, ut ſervos, alioſve id fecerint, vel mandarint, Nam quod quis per alium facit, id ipſum feciſſe videtur. *d. l. 1. §. 12. d. l. 3. §. 10. l. 152. §. 1. ff. de R. I.* Joh. Voet. *n. 5. h. t.* Struv. *Exerc. 45. th. 107.* Si ſervus citra juſſum Domini fecerit, vid. *d. l. 1. §. 15. d. l. 3. §. 11.* Et datur hoc interdictum adverſus utrumlibet, Mandatarium ſcil. & Mandantem; *d. l. 1. §. 13.* niſi falſus ſit Procurator. *d. §.* Imo & qui dejectionem vimque expulſivam ab alio admiſſam ratihabuerunt, Juris intellectu dejeciſſe videntur, quia in delictis Ratihabitio mandato comparatur. *d. l. 1. §. 14. d. l. 3. §. 10. 11. d. l. 152. §. 2. c. 23. de reg. jur. in 6.*

Sin dejiciens rem non poſſideat.

Non datur contra hæredes, Quandoque tamen actio in factum.

Si plures, quatenus ad quemlibet pervenerit.

XII. Dejicientes itaque & qui hoc nomine veniunt, hoc interdicto conveniuntur, ſive ipſi poſſideant, ſive tertius quidam, aut ſi poſt dejectionem poſſeſſionem reliquerint vacuam, Sufficit enim ad hoc Interdictum, ut prior poſſeſſor expulſus ſit. *l. 4. §. 28. ff. de uſurp. & uſucap. l. 1. §. 56. l. 7. l. 15. ff. h. t.* Adverſus hæredes tamen & ſucceſſores univerſales regulariter hæc actio non competit, quia ex delicto venit. D. D. Harpprecht *Reſp. 60. n. 98. cum ſeqq.* Datur tamen ex cauſa hujus interdicti Actio in factum, ſcil. quantum ad eoſdem inde pervenerit, *d. l. 1. §. 48. l. 3. §. 18. ff. l. 2. C. eod.* vel dolo malo eorum factum eſt, quominus perveniret. *l. 2. l. 3. pr. ff. eod. junct. l. 131. l. 150. ff. de R. I.* nam turpia lucra ex delictis provenientia hæredibus ſunt extorquenda, *d. l. 3. l. 35. pr. ff. de O. & A.* Bach. *d. th. 3. lit. E.* Hinc, ſi dejicienti plures ſucceſſerint, unuſquiſque in amplius non tenetur, quam ad eum exinde pervenerit. Sin unus ex iis rem totam habeat, ille ſolus in ſolidum conveniri poteſt, *L. 9. pr. ff. h. t.* quamvis aliæ actiones ipſo jure inter hæredes pro rata dividantur. Menoch. *num. 157. & ſeqq.* Et quia in hac Actione in factum rei perſecutio continetur,

tinetur, perpetuo competit. *d. l. 3. §. 1.* Adverſus ſingulares vero ſucceſſores, vel tertium poſſeſſorem ſive bonæ, ſive malæ fidei ſit, hoc interdictum non conceditur, quia eſt perſonale, & quidem ex delicto in vi dejicientem conceptum. *l. 7. ff. h. t.* junct. *§. 1. l. de perp. & temp. act. l. 1. pr. ff. de priv. del. cap. 15. x. de reſtit. ſpoliat.* Menoch. *d. l. n. 134. & ſeqq.* Joh. Voet. *num. 5. h. t.* Si quis tamen ſcienter rem talem a Spoliatore receperit, quia quaſi ſuccedit in ejus vitium, Pontifex Spoliato contra hujusmodi poſſeſſorem per reſtitutionis beneficium ſuccurrit, *in c. 18. x. de reſt. ſpol.* Struv. *Exerc. 45. th. 108.* D. Bardili *in Diſp. de ſucceſſ. ſingul. an & quatenus perſon. act. teneatur. c. 3. §. 5.* Non datur contra Succeſſores ſingulares.

XIII. Hoc interdictum, licet famoſum non ſit, quia tamen continet atrocitatem facinoris, & defacto exiſtimationem ſuggillat, ideo adverſus Parentes & Patronos regulariter non competit, ſed propter reverentiam adverſus illos tantum datur Actio in factum, qua nudum factum narratur detracta mentione violentiæ. *d. l. 1. §. 43.* Quod idem extenditur ad Dominum feudi a Vaſallo conventum. arg. *2. F. 22.* ibi: *Salva Reverentia.* Hoc tamen limitatur, niſi Parentes & Patroni, vel Domini vi armata expulerint, quo caſu etiam adverſus illos hoc interdictum conceditur. *d. l. 1. §. 43.* Dn. Struv. *S. I. F. c. 11. aph. 3. num. 1.* Dn. Stryck. *Ex. Jur. Feud c. 24. q. 21.* Menoch. *d. l. num. 98.* Nec non datur hoc Interdictum adverſus Judicem, qui ſine cauſæ cognitione aliquem de poſſeſſione dejecit. Imo contra Principem & Eccleſiam, ut talis Auctoritas a fructuum & expenſarum reſtitutione non relevet. *c. 7. x. de reſtit. ſpol. l. 6. C. h. t.* & ad eandem Menoch. *de Recup. Rem. 8.* Gail. *l. 2. O. 76.* Mev. *p. 7. dec. 299.* & *p. 8. dec. 385.* Dn. a Lyncker. *reſ. 334. & 394.* D. Harpprecht. *Reſp. 68. n. 33. cum ſeqq.* Excip. Parentes, Patronus. Dom. feudi. Limit. Quando contra Judicem, Principem, Eccleſiam?

XIV. Objectum hujus actionis eſt poſſeſſio rerum immobilium, de qua poſſeſſor vi dejectus eſt. per *L. 1. §. 3. & ſeqq. ff. h. t.* Ad res autem mobiles ſeparatim & principaliter conſideratas, & earum poſſeſſionem hoc Interdictum non pertinet; ſed competit Actio furti vel Bonorum raptorum, item ad exhibendum. *d. l. 1. §. 6. & 32.* Sic dejectus de nave, vel de vehiculo detractus hoc Interdicto agere non poteſt, *d. l. 1. §. 7.* vid. Struv. *Exerc. 45. th. 104.* Si tamen in fundo, ædibus ligneis, *d. l. 1. §. 8.* vel alia re immobili, unde dejectus vel expulſus eſt, res mobiles extiterint, ſimulque ereptæ ſint; tunc actori liberum eſt, an alia actione, num per conſequentiam hoc interdicto de hiſce rebus experiri velit; quia habentur tanquam rei immobilis acceſſorium, & ſpoliatus in priſtinum ſtatum per omnia reſtituitur. *d. L. 1. §. 6. 32. & ſeqq. l. 3. §. 15. l. 14. l. 19.* Datur ad poſſeſſionem rerum immobilium. Non mobilium. Limit. Niſi ſint acceſſoriæ immobilium.

Ampl. Licet ejus proprie non ſint, cujus res immob.

l. 19. ff. h. t. Mant. *d. ſ. 1. num. 14.* Joh. Voet *n. 2. 0. 1.* Nec refert, res illæ mobiles tempore dejectionis ibi extantes fuerint Dejecti propriæ, vel alienæ, v. gr. Depoſitæ, Commodatæ, Pignoratæ & ſimiles; *d. l. 1. ſ. 33.* imo licet poſt dejectionem citra dejicientis culpam perierint *d. l. 1. ſ. 34. l. 9. ff. eod.* Porro etiam pertinet ad Servitutes Perſonales, ut ſi quis uſufrui vel uti prohibeatur. *l. 3. ſ. 13. & ſeqq. ff. h. t. praced. ſ. 6.* Pro Realibus enim tamen ſpecialia competunt interdicta.

Quær. An detur de rebus incorporalibus? Non Directa.

XV. De Rebus incorporalibus quær. An illarum quaſi poſſeſſio etiam ſit objectum hujus interdicti? Quod de directa actione ſtatim negatur. Hoc enim interdictum & Actio eſt de poſſeſſione rerum immobilium, adeoque de vera & proprie ſic dicta rerum corporalium poſſeſſione. Res autem incorporales vere & proprie non poſſidentur, *L. 3. pr. ff. de A. vel A. P. l. 4. ſ. 27. ff. de uſurp. & uſucap.* & incorporales, quamvis pro immobilibus habeantur, tamen proprie tales non ſunt; ſed tertiam quandam conſtituunt ſpeciem, *ſupra ad tit. de Rer. Div. ſ. 17.* proinde etiam hoc interdictum & Actio ex verbis illius competens de illis & de illarum quaſi poſſeſſione non competit. Quia tamen res Incorporales quaſi poſſidentur, & pro immobilibus habentur, propterea actio utilis ex interdicti hujus ſententia de rebus incorporalibus & illarum quaſi poſſeſſione etiam conceditur, ut ſi quis juriſdictione ſua uti prohibeatur, ſi cenſum vel penſionem annuam ſolvere detrectet, ſervitia, aliave jura recuſet. Gail. *l. 2. O. 75. n. 1. & 2.* Maſcard. *de probat. concl. 1330.* D. D. Graſs. *in diſſ. de act. directi. & util. ſ. 23.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.*

Tamen Utilis.

Diff. Spec.

XVI. Differentia Specifica conſiſtit in eo, quod hoc interdictum ſeu Actio ex illo competat ad poſſeſſionem rerum immobilium, de qua quis dejectus eſt, recuperandam. Finis ergo & Effectus eſt, ut Actor recuperet poſſeſſionem rerum immobilium, de qua dejectus eſt, & reus eam reſtituat cum omni cauſa & intereſſe. *d. l. 1. ſ. 31. & 41. l. 6. l. 15. ff. h. t.* Sin reſtituendi facultatem non habeat, æſtimationem præſtare debet. Mev. *p. 5. dec. 92.* Ziegler *ad Cap. Redintegranda. c. 6.* Ex hoc itaque Interdicto principaliter reſtituenda eſt poſſeſſio rei erepta, & quidem illico ſine mora. *L. 9. ff. & L. 6. C. h. t.* Unde etiam hoc interdictum dicitur Momentaneum à temporis brevitate, in qua expediri debet. add. *l. 1. C. ſi per vim.* Rei enim Exceptiones, quæ altiorem indaginem requirunt, ad ordinarium poſſeſſorium vel petitorium remittuntur, & ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, nec reſpondere tenetur, niſi prius purgato vitio *c. 3. x. de reſtit. ſpoliat.* Mev. *p. 3. dec. 303.* D. Harpprecht. *Reſp. 46. n. 72.* Et hoc procedit, etiamſi quis ab ipſo judice ſpoliatus ſit, v. gr. ſi

Effectus eſt ad competentem poſſeſſ. rei immobil. recuperandam. Quæ reſtituenda illico.

Absque exceptionum oppoſitione. Ampl.

Judex

Judex extrajudicialiter ſine cauſæ cognitione, altera parte non audita, poſſeſſionem alicui abſtulerit, & in alium tranſtulerit, vel Princeps aut Eccleſia ſpolium commiſerit, reſtitutio tamen illico erit facienda. *d. l. 6. & c. 7. x. de reſt. ſpol.* Mev. *p. 1. dec. 181.* prax. *§. 13. inſ.* Nec tantum poſſeſſio, ſed & omnes res, quæ tempore dejectionis ibi fuerunt, earumque pretium in hanc reſtitutionem veniunt, Rei etiam interitu prædo non liberatur. *prae. §. 14.* Imo vero omnis cauſa & intereſſe. *d. l. 1. §. 41. ff. h. t. c. 11.* ibi: *cum integritate reſtituere, damna plenarie reſarcire, & de illatis injuriis ſatisfacere compellitur. x. de reſtit. ſpoliat.* Reus proinde, hac actione condemnatus, omnia præſtare debet, quæ dejectus habiturus eſſet, ſi poſſeſſione ſua expulſus non fuiſſet. *d. l. 1. §. 3. l. 6. l. 15. ff. l. 4. C. h. t.* Struv. *Exerc. 45. th. III.* ibique Mullerus. Sicque Fructus omnes, ſive naturales, ſive induſtriales, ſive civiles, *l. 5. l. 22. C. de R. V.* ex tempore dejectionis, non tantum perceptos, ſed etiam percipiendos, quos ſcil. dejectus honeſte percipere potuiſſet. *d. l. 1. §. 46. l. 33. ff. de R. V.* Mev. *p. 8. dec. 387.* Ex perſona enim dejecti & die ſpolii commiſſi æſtimantur. *l. 4. C. h. t. d. c. 11. l. 62. §. 1. ff. de R. V.* Menoch. *d. Remed. 1. n. 412.* Bachov. *d. th. 5. lit. F. & G.* Neque ſolum ex hoc interdicto Civiliter, ſed etiam Criminaliter ex L. Jul. de vi publ. aut priv. agere licet. *d. l. 4. l. un. C. quand. civ. act. crim. prejud.*

Una cum rebus, quæ ibi fuerunt, vel earum pretium.

omnique causa.

It. Fructibus, etiam Percipiendis.

XVII. Si autem res forte perierit, licet caſu & abſque culpa dejicientis, nihilominus datur hoc Interdictum ad æſtimationem *d. l. 1. §. 34. 35.* Struv. *th. 112. Exerc. 45.* Et ſi Actor ſpoliatus neque per teſtes, neque alio modo damnum & intereſſe ſuum probare poſſit, tunc Actor, probata violentia, & rerum ablatarum Judicis æſtimatione præmiſſa, ad Juramentum in litem Zenonianum admittitur, *Reus autem juratam ab actore æſtimationem* præſtare debet. *L. 9. C. h. t.* ibi Brunnem. *num. 4.* Perez. *h. t. num. 23.* Myns. *C. 4. O. 12.* & *C. 5. O. 71.* Gail. *l. 2. O. 73. num. 8.* Atque hoc juramentum non tantum ſpoliatus admittitur, ſed &, illo forte jam defuncto, ejus etiam Hæres, modo rerum amiſſarum cognitionem habeat. Mevius *p. 6. dec. 374.* In hoc enim juramento non ad certam reſpicitur perſonam, ſed illud defertur & admittitur propter difficultatem probationis, quæ ratio non minus in hærede dejecti, quam ipſo dejecto locum invenit. Unde DD. hæredem in genere admittunt, & in eo omnes fere conſentiunt, quia non affectionis, ſed veritatis eſt hoc juramentum, uti docet Bachov. *d. th. 5. lit. A. & B.* add. Caſpar Heinrich. Horn. *in Diſſ. de Sacramento Zenoniano.* Verum an etiam contra dejicientis Hæredes competat, major eſt controverſia. Multi quidem hoc negant, ob (1.) Dolum adverſarii, (2.) Difficultatem probationum, uti videre eſt apud Mynſing. *C. 4. O. 12.* His tamen non obſtantibus, ſententiam contrariam veriorem, & juri ma-

Si res caſu perierit, æſtimatio debetur, & Actor ad juram. in litem admittitur.

ejusque hæres.

An vero contra dejicientis hæredes? Rat. dubit.

Rat. decid. gia conveniens eſt. Hoc enim juramentum non in pœnam & odium dejicientis, ſed potius in favorem dejecti conceditur, ne propter defectum probationum ipſe rebus ſuis carere cogatur, uti patet ex ipſo textu *d. l. 9.* Cum igitur hæc ratio etiam in dejicientis hærede locum inveniat, ſua ſponte ſequitur, quod adverſus illum quoque competat, quia, uti dictum, non pœnale, nec affectionis, ſed veritatis eſt, prout hanc ſententiam latius defendit & ad contraria reſpondet Bachov *d. l.* Nec obſt. *l. 5. C. de in lit. jur.* ibi enim juramentum reſpicit coercitionem doli, quem defunctus commiſit in neglecta inventarii confectione. Æquius itaque eſt, ut hoc juramentum adverſus dejicientis hæredem admittatur, quam ut dejectus rebus ſuis carere, & in prædonis manibus relinquere cogatur. vid. ſupra. *§. 25. de juram. in lit.* D. Harpprecht. *C. 37. n. 144. & ſeqq.*

Obj. Reſp.

Hæc Actio rat. rerum eſt perpetua. Rat. Intereſſe finitur anno utili. Poſt annum q. pervenit.

XVIII. Hoc interdictum eſt Annale Præſcribitur autem annus ante ſpatio, ſcil. quantum ad intereſſe. Ratione rerum autem, quæ ad reum pervenerunt, actio eſt perpetua. *L. 1. pr. ff. h. t.* Annus vero eſt utilis, *d. L. 1. §. 39. & L. 2. C. h. t.* id eſt, qui conſtat 365. diebus utilibus, quibus nimirum judicii eſt copia. Brunnem. *ad d. l. 2. num. 1.* Proinde poſt annum fructus percipiendi, & id, quod ad reum non pervenit, reſtituendum non eſt. *d. L. 1. pr. & l. 3. §. 1. ff. h. t.* Et hoc generale eſt in Interdictis, ut omnia, quæ anno præſcribuntur, poſt annum dentur tantum ad id, quod pervenit, ſicut hæc regula proponitur in *L. 4. ff. de interd.* Suprad. tamen regula de anno utili limitationem recipit, ſi verus Dominus abſens fuerit, & Colonus, Inquilinus, vel alii, qui ejus nomine in poſſeſſione fuere, dejecti ſunt, tunc illis quidem abſentis nomine, etiam ſine mandato, conceditur hæc actio, ſi enim intra annum illa non egerint, domino poſt annum reverſo adhuc datur hoc Interdictum, nec ipſi annalis obſtat præſcriptio. *L. 1. C. ſi per vim.* Quod & rationi eſt conveniens, quia hæc actio datur intra annum utilem, ergo abſenti & agere non valenti non currit. add. *præc. §. 8.* Mattz. quidem tradit, hanc actionem e Jure Can. & Uſu fori ſemper eſſe perpetuam, ex ratione, quia tam immane violentiæ crimen uno anno non recte concludatur, *d. §. num. 88.* quod cum Weſenb. etiam confirmat Brunnem. *d. l. num. 2.*

Regula. Limit.

Affinia ex Jure Civ.

XIX. Affinia hujus Interdicti ſunt & alia Recuperandæ poſſeſſionis Remedia adverſus ſpoliantes competentia, interque ea, quæ ex Jure Civili, haud ultimum locum obtinet Remedium Legis. Si quis in tantam. 7. C. h. t. unde vi. Et eſt condictio, qua poſſeſſor ſpoliatus agit contra ſpoliantem, ut poſſeſſionem, quam ante adventum judicialis arbitrii violenter abſtulit, ſibi reſtituat, & ſi res invaſoris propria, dominio ejus

1. Remedium ex L. 7 C. h. t.

prive-

privetur; ſi vero aliena, poſt ejus reſtitutionem, etiam æſtimationem rei dare vim paſſo compellatur. *d. L. 7. §. 6. I. de Interd.* Hocque Remedium latius patet, quam Interdictum unde vi, cum pertineat ad res mobiles, & immobiles, *§. 1. I. de vi bon. rapt.* & detur contra quasvis perſonas, cujuscunque ſexus & conditionis ſive ſint fœminæ, minorennes, milites, ruſtici, idque ob textus generalitatem, *d. l. Si quis. junct. L. 1. ff. de V. S.* & ob violentiæ gravitatem, Tantam enim furoris audaciam omni jure prohibitam eſſe, nemo ignorat. add. *L. 2. C. de vi pub. vel.* ut latiſſime Menoch. *Recup. poſſ. Rem. 9. n. 9. & mult. ſeqq.* B. Dn. Bardili, *Diſſ. in d. l. 7. th. 22. & ſeqq.*

Quomodo differat ab Interd. U. Unde vi?

XX. An vero d. L. 7. adhuc hodie locum habeat, inter Dd. valde controvertitur. Equidem non negandum, ejus uſum & praxin multis in locis antiquatum eſſe, nec obſervari, uti de Gallia & Belgio Chriſtin. *V. 3. Dec. 15. num. 10.* Groenew. *de LL. abrog. ad §. 1. I. de vi bon. rapt.* de Saxonia Carpzov. *P. F. p. 4. C. 35. def. 11. num. 7.* Berlich. *p. 1. Concl. 21. num. 6.* & hinc pro Negativa JCtos Roſtochienſes, Marpurgenſes, & Argentoratenſes reſpondiſſe, teſtatur Boecius, *in Aur. Sect. 4. lit. W.* vid. tamen Rebhan. *Hodeget. jur. Chart. 2. clim. 4. §. 25. in fin. pag. 631.* Econtra dictæ legis uſum in Germania permulti defendunt, nec non Jure Canonico, *Can. 2. c. 16. q. 6.* Conſuetudine, ac præjudiciis Cameralibus d. L. confirmatam eſſe, teſtantur Harpprecht *ad §. 1. I. de vi bon. rapt. num. 4.* ibidem Franzk. *num. 9.* Carpzov. *dec. 269. num. 21.* Lodw. *Ex Jufſion. 15. th. 4. lit. a.* Menoch. *d. Rem. 9. num. 8.* Mev. *p. 1. dec. 95. num. 4.* & *p. 5. dec. 156. & 351.* Brunnem. *ad d. l. num. 10.* B. Parens, *D. de priv. delict. th. 57.* & poſt alios, Bardili, *d. D. th. 5. & ſeqq.* Schilter. *Exerc. 11. th. 16.* Dn. a Lyncker. *reſ. 100.* D. Harppr. *Conſil. nov. 48. num. 210. cum ſeqq.* Beyer. *ad tit. 4. n. c. pag. 149.* D. Stryck. *in uſu moderno §. 7. q. m. c.* Hujus ſententiæ fundamentum eſt in publica Imperii Conſtitutione *de A. 1521. Tit. Wie es in Irrung der Poſſeſſion. §. Und ob ſich.* ibi. *So ſoll der Entſetzer dardurch dieſelbim dermaſſen, das Eigenthum oder Haupt-Gerechtigkeit der Guther oder Gerechtigkeit, umb die der Streit geweſen, verlohren haben, So aber dieſelbe Guther oder Gerechtigkeit gedachtem Entſetzer mit ihrem Eigenthum nicht zugehoren, ſoll er deren Werth dem Entſetzten, NB. nach Ordnung gemeiner Rechten, zu geben ſchuldig ſeyn.* Receſſ. Imper. Ratisb. de A. 1532. *b. t. 5. §. 15.* Et ita in Camera Imper. ſæpius judicatum eſſe, præjudiciis firmat Harpprecht. *d. l.* Imo recentiora proſtant exempla, quod *Citationes ad videndum ſe incidiſſe in pœnam L. 7. C. unde vi.* decretæ ſint, quod, lege abrogata, fieri utique non poſſet. jung. Blum. *Supplic. Cam. tit. 18. num. 31.* Dn. a Lyncker. *de Grav. Extrajud. c. 9. part. 2. §. 44. & 45.* Dn. Thulem. *Rel. Cam. 16. num. 38.*

An d. L. 7. hodieque locum habeat?

& ſeqq. Qui ergo in contraria ſe fundat conſuetudine, eam ſpeciatim probare debet cum Carpzovio, Mev. *p. 7. dec. 214. num. 15.*

2. Ex L. 15. §. 1. ff. de cond. ind. 3. Cond. Triticiaria. 4. Ex L. 5. L. 6. C. h. t.

XXI. (2.) Condictio ex L. 15 §. 1. ff. de cond. ind. ad avocandam rei mobilis poſſeſſionem indebitè traditam. Menoch. *Recup. Rem. 2.* (3.) Condictio Triticiaria ex *L. 1. ff. de cond. tritic.* add. ſupra *ad d. tit.* & Menoch. *Rem. 3.* (4.) Ex L. 5. L. 6 & ſeqq. C. h. t. Sicut de his & aliis late videri meretur Menoch. *Rem. 4. & ſeqq.* D. D. Grav. *in Diſp. de act. petit. poſſeſſ. & mixt. ſect. 3. d. 1.* D. Harpprecht. *C. nov. 20.*

Ex Jur. Can. 1. Remed. ex Canone Redintegrandæ. Quid ſit?

Ejus S. A.

S. P.

XXII. Ex Jure Canonico ſunt (1.) Remedium ex Canone Redintegranda, *Cauſ. 3. q. 1.* quod vocant omnium pleniſſimum ac utiliſſimum Gail. *l. 2. O. 75. n. 10.* Gylmann. *Symph. t. 1. f. 456. pr.* cæteris pinguius. Menoch. *Recup. Rem. 15. num. 5.* Condictionem ex Can. qua poſſeſſor ſine cauſa à poſſeſſione cujusque rei dejectus, agit contra ſpoliantem, ad rem reſtituendam, & omnia redintegranda. Eſt hodie frequentiſſimum, quoniam non habetur temporis, loci, perſonarum, aut rerum differentia. Datur autem hæc Condictio non ſolum Clericis; ſed & Laicis, vim paſſis, eorumque hæredibus, dummodo conſtet, defunctum ſpoliatum eſſe. Contra dejicientem & abſque titulo poſſidentem. An autem contra b. f. & titulo poſſidentem? Ob odium ſeu vitium ſpolii & utilitatem publicam de prax. affirmare Myns. *C. 5. Obſ. 85. num. 3. & ſeqq.* Mev. *p. 4. dec. 69.* & *p. 8. dec. 382. & ſeq.* Stryck. *de Act. Forens. ſect. 2. M. 2. §. 22.* Sed contrariam ſententiam æquitati & juſtitiæ magis conſentaneam credit Gail. *l. 2. O. 75. n. 11.* & ibi poſt alios, Grav. Mecheroner. *t. 3. dec. 13. num. 139.* Menoch. *d. l. n. 80. & ſeq.* ubi in utramque partem rationes adducit. Competit pro omnibus rebus immobilibus, & mobilibus, & incorporalibus. *d. Can.* Ad redintegrandam poſſeſſionem, & reſtituendum fructus tam perceptos, quam percipiendos, omneque damnum, Myns. *C. 4. O. 12.* ut & expenſas. arg. *d. can.* vid. D. Harpprecht. *Reſp. 66. num. 85. cum ſeqq.*

Obj. Effect.

Quamdiu durat?

Hocque remedium eſt reſtitutionis ſpoliatorum perpetuum, & à quibusdam ad XXX. ab aliis ad C. annos usque extenditur. Myns. *C. 5. O. 85. num. 9.* Menoch. *num. 415. & ſeqq.* De hoc Remedio latius videri poſſunt præter dd. AA. Berlich. *p. 1. concl. 21.* Feuder. *de Interd. Comment. 9.* Ziegler *ad d. Can.* Menoch. *d. Rem. 15.* & poſt multos allegatos, B. Dn. Grav. *Diſſ. de Indole Remedii poſſeſſ. ex d. Can.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. cum ſeqq.* & Joh. Voet. *num. 7. h. t.*

2. Cond. ex C. 18. X. de reſt. ſpol.

(2.) Condictio ex C. Sæpe 18. X. de reſtit. ſpoliat. quæ datur contra tertium poſſeſſorem, qui ſcienter rem ſpoliatam accepit, ad hoc, ut eam ſpoliato reſtituat. *Non enim multum intereſt quoad periculum*

lum animæ, injuſte detinere, ac invadere alienum. *d. Cen. Mev. p. 8. dec. 381.* & late Menoch. *Recup. Rem. 16.*

3. Exceptio Spolii. Quid?

XXIV. (3.) Exceptio Spolii, quæ competit ad impugnandam actoris intentionem, ad hoc, ut in cauſa non procedatur, nec Actor audiatur, priusquam Reus plenarie ſit reſtitutus. *c. 1. de reſtit. ſpoliat. in 6to. c. 2. X. de ord. cogn.* Mev. *p. 4. dec. 70.* Stryck. *in uſu moderno §. ſ. h. t.* Si autem Actor ſpolium neget, Reus objectam exceptionem probare debet, & quidem regulariter ante L. C. minus vero, ſi jam ad actionem reſponſum fuerit; Carpz. *proc. jur. t. 9. art. 6. n. 23.* niſi ſpolium poſtea demum ad notitiam venerit; Carpzov *d. l. n. 21.* & quidem de Jure Canonico probatio, à tempore propoſitæ exceptionis, intra quindecim dierum ſpatium, fieri vel potius offerri debet. *d. c. 1. c. f. X. de ord. cogn.* Zanger. *de Except. p. 2. c. 18.* Carpzov. *d. l. n. 8.*

Spolium à quo & quando probari debeat?

XXV. Violentia etiam coërcetur ex Conſtitutione de Pace Publica, qua omnibus interdicitur alterum poſſeſſione ſua, regalibus, juriſdictione, & aliis quibuscunque bonis ac juribus facto violento privare. Dicta Pax dividitur in Profanam, *Profan- oder Land-Frieden*, & Religioſam, *Religions-Frieden*. R. I. *de Anno 1555. § Setzen. 14.* R. I. *de Anno 1591. §. Alsdann. 90.* Sed hæc pluribus tangemus infra ad tit. ad L. Jul. de vi publ. *§. 7. cum ſeqq.*

Conſtit. de Pace Publ.

Divid. in Profanam & Religioſam.

TIT. XVII.

UTI POSSIDETIS.

Inſt. Lib. 4. Tit. 15. §. 4. & 6. Cod. Lib. 8. Tit. 6.

§. I.

Continuatio.

Interdict. Retin. poſſ. quid?

Generale de rebus ſoli eſt

COnſideravimus hactenus nonnulla Acquirendæ & Recuperandæ poſſeſſionis Interdicta; in h. tit. 17. & ſeqq. proponuntur Interdicta Retinendæ poſſeſſionis. Hæc autem dicuntur, quæ competunt ad poſſeſſionem, quam habemus, defendendam & conſervandam. Suntque vel Generalia, vel Specialia. Illa agunt de rebus vel immobilibus, vel mobilibus. Interdictum Retinendæ poſſeſſionis Generale, quod de rebus ſoli, vel immobilibus competit, ab initialibus ipſius Edicti verbis vocatur Uti poſſidetis, & quidem in plurali numero, non ut duo in ſolidum poſſideant, vid. ſupra *ad tit. de A. vel A. P. §. 26.* ſed quia uterque ſe poſſidere prætendit, Brunnem. *ad l. un. C. h. t. num. 8.*

Uti poſſidetis.

In plurali numero.

II. Hoc Interdictum olim erat præceptum, quo Prætor aliquem in ſua poſſeſſione turbari prohibeat; Unde etiam dicitur Prohibitorium, Retinendæ poſſeſſionis, *L. 1. §. 1. & 4. ff. h. t. §. 4. I. de Interd.* quo quis poſſeſſionem rerum immobilium contra turbantem tuetur, ne vis fiat ei, qui poſſi-

Quid ſit?

Hodie ex eod. datur Actio in factum. Quid ſit?

poſſ.det. *d. l. 1. pr. §. 4. 6. & 8.* Feder. *de Interd. c. 7. n. 3.* Hodie nomine & loco hujus Interdicti datur Actio in factum, quæ eſt actio Prætoria, realis, competens immobilium poſſeſſori, adverſus quocunque modo turbantem, ad poſſeſſionem retinendam, defendendam & conſervandam, vel ad hoc, ut turbatus poſſeſſor declaretur, *d. l. 1. §. 4. l. 3. pr. ff. h. t.* & turbator ad intereſſe præſtandum. *d. l. 3. §. 5.* & cavendum de non amplius turbando condemnetur. *l. un. C. h. t.* Ratione C. E. dicitur

Qualis?

Prætoria. *d. l. 1. pr.* Realis, oritur enim ex jure in re, ex poſſeſſione ſcilicet, quam quis habet. *d. l. 1. §. 1. & 4.* Duplex ratione Subjecti, utpote in qua uterque litigantium Actoris & Rei locum obtinet, ſive qua uterque aliquid petit, & ab utroque aliquid petitur. *d. §. 4. inſ.* & *d. l. 3. §. 1. ff. h. t. l. 37. §. 1. ff. de O. & A.* Quoad ordinem tamen judiciorum, ſicut in omnibus aliis Duplici-

Quis ſit Actor?

bus actionibus, Actor intelligitur ille, qui primus ad judicium provocavit: quod ſi uterque ſimul fecerit, tunc res ſorte dirimenda eſt. *l. 13. ff. de Judic.* Mev. *p. 8. dec. 449.* Struv. *Exerc. 45. th. 101.* Dividitur in Directam, quæ

Divid. in Directam & Utilem.

obtinet in rebus Soli & Utilem, quæ datur pro quaſi poſſeſſione jurium & rerum incorporalium. Feder. *d. c. 1. cap. 1 num. 21. & 22. add. ſeq. §. 9.*

C. E. R.

III. Cauſa Efficiens Remota, uti dictum, eſt Prætor, qui hanc actio-

Proxima eſt Poſſeſſio.

nem introduxit. *d. l. 1. pr.* Proxima eſt poſſeſſio rerum immobilium, quam quis habet. Oritur enim hæc actio ex jure poſſeſſionis tanquam ſpecie Juris in re, *d. l. 1. §. 1. d. §. 4. l.* quæ eſt fundamentum hujus Interdicti; Quilibet enim poſſeſſor, hoc ipſo, quod poſſeſſor eſt, plus juris habet, quam ille, qui non poſſidet. *l. 2. ff. h. t.* Unde & hoc remedium non poſſidenti de-

Qualis an Naturalis?

negatur *in l. 3. §. 8. ff. eod.* Hoc tamen non refert, Poſſeſſio illa ſit Naturalis, ſive Civilis, cum indifferenter in omnibus poſſeſſionibus locum habere docent JCti, *d. l. 1. §. 1. 7. & 8.* Feder *d. c. num. 31. & ſeqq.* Nec porro intereſt,

Injuſta?

poſſeſſio illa ſit juſta, vel injuſta: modo Actor injuſtam poſſeſſionem non acquiſierit ab adverſario ſuo. *d. l. 1. §. 5. l. 2. ff. h. t. l. 5. ff. de A. vel A. P.*

C. Imp.

IV. Cauſa Impulſiva, propter quam hæc actio introducta eſt, quod ſeparata eſſe debeat poſſeſſio à proprietate. Si enim inter litigantes de ſuper eſt controverſia, & alteruter ſe magis poſſidere contendat, hoc Interdicto alteri poſſeſſio adjudicatur, ut hic poſſeſſionis commodo fungatur, donec Petitorium inſtituatur. *d. l. 1. §. 2. & 3.* Sicque longe commodius & potius eſt poſſidere, quam petere. *§. 4. Inſt. de Interd. l. 1. §. 1. inſ. ff. de ſuperf.* ſupra *ad tit. de Interd. §. 17.* Convenire ergo, i. e. conſtare debet, quem poſſeſſorem eſſe;

Conſtare de hoc, quis ſit poſſeſſor.

& proin incumbit Actori probatio, ſe poſſidere, & Reum ſe in poſſeſſione turbaſſe. *d. l. 1. §. 3.* Sicut in R. V. eſſe Dominum, & Reum rem detinere. ſupra *ad tit. de R. V. §. 16.*

V. Sub-

V. Subjectum ſunt perſonæ, quibus & contra quas datur. Datur autem Poſſeſſori rerum immobilium de poſſeſſione ſua turbato. *d. §. 4. I. de Interd. L. 1 §. 1. & 6. ibi: Poſſeſſorem prædo tuetur. L. 2 ff. h. t. L. 12. §. 1. ff. de A. vel A. P.* Mevius *p. 8. dec. 109.* Sicque ex parte Actoris requiritur, ut poſſideat, *d. L.* ſive ex parte, ſive pro indiviſo; *d. L. 1. §. 7.* ſive naturaliter, ſive civiliter, nihil intereſt. *d. L. 1. §. 8.* Hinc etiam datur Vaſallo, Uſufructuario, Emphyteuticario, Creditori reſpectu fundi pignoris loco dati. *Bocer. claſſ. 4. Diſp. 48.* Frider. *d. 1. 7. c. 1 num. 18.* Menoch. *de Retin. Poſſ. Rem. 3. num. 70. & ſeqq.* Mev *p. 7 dec. 298.* Joh. Voetius *n. 2. h. t.* add *p. 4. dec. 78 79. & 80.* Et hiſce quidem perſonis Directa hæc actio competit, cum Prætor eandem in ſuo Edicto poſſeſſoribus in genere & citra diſtinctionem concedat. Si tamen prædictæ perſonæ non in naturali ipſius fundi, ſed in quaſi poſſeſſione civili ipſius Juris ſint turbati, tunc datur Utile hoc Interdictum. Menoch. *num. 108.* Mev. *p. 6. dec. 175 ſeq. §. 9.* Nec porro refert, ſive quis juſte, ſive injuſte adverſus cæteros poſſideat, modo vitioſe non poſſideat ab ipſo adverſario. *I. 1. pr. §. ſ. L. 2. ff. h. t. §. 4.* ibique Frantzk. *I. de Interd.* Ideoque titulum poſſeſſionis nullum allegans hoc Interdicto gaudet, niſi agatur de poſſeſſione earum rerum, quæ ſine titulo poſſideri non poſſunt. Mev. *p. 4. dec. 336. & ſeq. & p. 3. dec. 178.* Vitioſe autem poſſidere dicitur, qui poſſeſſionem Vi, Clam, vel Precario, ab adverſario ſuo accepit *d. L. 1 §. 5. & ſ.* Unde generaliter dicitur in *L. 5. ff. de A. vel A. P.* quod adverſus extraneos vitioſa poſſeſſio prodeſſe ſoleat. Illi ergo, qui plane non poſſident, hæc actio non competit. *L. 3. § 8 ff h. t.* Hinc Creditores ex Primo Decreto miſſi in poſſeſſione ſua turbati, quia non ſunt poſſeſſores, proinde non, niſi loco eorum, quorum nomine in poſſeſſione ſunt, agere poſſunt. *d. L. 3 §. 8.* Menoch. *num. 172.* Struv. *Exerc. 45. th. 112* ibique Mullerus. Joh. Voet. *n. 2. h. t.* Contra Dominum tamen ſub obtentu dominii turbantem ſe uteri licet hoc Interdicto: Mev *p. 7 dec. 298.* Item locum habet, ſi malus fructus [illegible]. Item, ſi Primum Decretum habeat vim ſecundi. De his & aliis caſibus vid. Menoch *num. 177. & ſeqq.* Similiter nec competit Inquilino, Colono, Procuratori, Mercenario & ſimilibus, qui tamen ſunt in poſſeſſione, & non ſibi, ſed aliis poſſident, & vere poſſidentibus miniſterium tantum præbent. *L. 18 pr. ff. de A. vel A. P.* Cluden. *ter. quæſt. cap. 8. ſect. 5. num. 1. 48. & ſeqq.* Et quia hoc Interdictum poſſeſſori ſoli, non vero in ſolo tribuitur; *L. 1. §. 1. ff. h. t.* ideo non datur Superficiario, qui ſingulari remedio opus habet. *L. 3. §. 7. Pandectar. eod. L. 1. §. 1. & t. t. Pand. de ſuperfic. & §. 4.* ibidem.

Competit Poſſeſſori turbato.

[illegible] poſſidenti,

Directa

Quandoque Utilis!

Et injuſte poſſidenti adv. cæteros.

Non qui ab adverſario vitioſe poſſidet.

[illegible]

Nec Credit. ex Primo Decreto miſſis [illegible].

Nec Detentatori.

Non Superficiario.

VI. De

An detur Vi dejecto? Rat. dubit. 1. 2. 3.

VI. De illo, qui Vi dejectus, quæritur: An poſſit agere hoc Interdicto contra dejicientem? Hoc affirmant nonnulli, (1.) Per *l. 17 pr. ff. de A. vel A. P.* ubi ille adhuc poſſidere dicitur, ſi autem adhuc poſſidet, ſequitur, quod hoc etiam Interdicto uti poſſit. (2.) Quod animo adhuc retineatur poſſeſſio, per *l. 3. §. 8 ff. eod.* (3.) Per *l. 22. ff. h. t.* ille non poſſidet, qui poſſeſſionem ita nactus eſt, ut eam retinere non queat: Atqui dejiciens poſſeſſionem ita nactus eſt, ſequitur ergo, quod poſſeſſio penes dejectum remanſerit.

4\. Rat. Decid.

(4.) Per *l. 3. pr. ff. h. t.* ubi dejectus dicitur ſuperior Interdicto. Menoch. *n. 55.* Frider. *d. l. 7. n. 58.* Verum, hiſce non obſtantibus, Contraria verior eſt, quod ſcilicet vi dejecto hæc actio non competat, quia non poſſidet, neque civiliter, neque naturaliter, neque corpore, neque animo, neque juſte, neque injuſte, ſed poſſidere deſiit, ergo hoc uti non poterit Interdicto. Major per ſe patet, quia hoc Interdictum eſt Retinendæ poſſeſſionis, quam quis habet. *L. 1. §. 1. 4. & 6. ff. h. t. §. 4. I. de Interd.* Minor probatur ex *L. 1. ff. de uſurp. & uſuc. l. 6. §. 1. l. 7. l. 15. l. 17. ff. de A. vel A. P. l. 7. C. unde vi. L. 1. §. 4. ff. h. t.* quoniam itaque non poſſidet, conſequens eſt, nec hoc Interdicto uti poſſe.

Reſp. ad Contrar. Ad 1.

Reſpondetur autem ad obſt. *l. 17.* quod ſcilicet dejectus ibi æque dicatur poſſidere, ac ille rem habere, qui actionem habet ad rem petendam, nimirum Juris tantum intellectu & per interpretationem: quod autem vere non poſſideat, probatur ex ipſa *d. l. 17.* ubi eatenus tantum poſſidere videtur, quatenus ipſi competit Interdictum de vi, quod nemini competit ad poſſeſſionem per vim amiſſam recuperandam. *præced. tit. §. 10.*

Ad 2.

Ad *d. l. 3. §. 8. de A. vel A. P.* Reſp. Quod ille animo ſolo poſſeſſionem demum retineat, ſi cum animo concurrat rem corporaliter apprehendendi facultas, quando voluerit: aut ſi crediderit, illam facultatem ibi adhuc integram eſſe, *d. l. 3. §. 13* ſupra *ad tit. de A. vel A. P. §. 39. & 40.*

Ad 3.

Ad *d. L. 22.* Reſp. Quod ille Juris intellectu etiam poſſeſſionem nactus non videatur, habito ſcilicet reſpectu ad actionem, per quam avocari iterum poteſt.

Ad 4.

Ad *d. l. 3. princ.* Reſp. Si ſcilicet dejiciens experiatur. Cluden. *ver. quæſt. d. ſect. 3. n. 11. & ſeqq.* Wiedebruck. *de Interd. c. 10. num. 104.* Maſcard. *concl. 1197. n. 7.*

Hæredi quando detur?

VII. Ex dictis apparet, quod hæc Actio non detur Hæredi, ob turbationem defuncto factam, & antequam hæreditatem adierit, rerumque hæreditariarum poſſeſſionem apprehenderit, quia requirit actualem poſſeſſionem. *l. 23. ff. de acq. vel amitt. poſſ.* Bachov. *ad Tr. V. 2 D. 25 th. 4. lit. A. verb. Secus vero hæredem.*

Limit. 1.

Men. *num. 57. & ſeqq.* ubi limit. (1.) Niſi extet Statutum, quod ſine

2\.

apprehenſione poſſeſſio defuncti in hæredem continuetur. (2.) Si turbatus dolo

3\.

lo turbatoris impeditus fuerit contra hunc experiri. (3.) Si litem a defuncto

ſuper

ſuper illata turbatione jam motam proſequi velit. (4.) Si turbatio, jacente hæreditate, ſit facta. Clud. n. 47. Frider. d. c. 7. num. 16 ad fin. usque In hæredem tamen tranſit Actio in factum. Bachov. d. l. Nam defunctus habuit jus damnorum per turbationes illatorum reſtitutionem petendi, quod jus tranſfert in hæredem. Brunnem. ad l. un. C. h. t. num. 12.

4. In hæredem tranſit Actio in factum.

VIII. Subjectum Paſſivum ſunt perſonæ, adverſus quas hoc Interdictum competit. Datur autem hoc adverſus turbatores, qui alios in poſſeſſione rerum immobilium turbant. Turbare autem nihil eſt aliud, quam Jus poſſeſſionis obſcurum reddere *Beeintrachtigen, oder einen Eintrag thun.* Wiedebruck. d. l. Cluden. ſect. 2. num. 54. & mult. ſeqq. explicat, quomodo fiat. Sicut autem ex parte Actoris Poſſeſſio: ita ex parte Rei Turbatio requiritur. Nec refert, ſive in judicio, ſive extra illud, ſive verbis, ſive factis fiat; & in genere, quando impeditur actus poſſeſſorius, quo poſſeſſio perturbatur. l. 3. §. 2. & ſeqq. ff. h. t. Struv. Exerc. 42 th. 28 ibique Mullerus Frommann. Diſſert. de act. petit. & poſſeſſ. th. 48. Putant quidem nonnulli, quod neceſſario ad turbationem facta requirantur; verum, quod etiam verba ſufficiant, probat d. l. 3. §. 2. quod fit diffamando, jus in alterius re ſibi aſſerendo. uti late Cluden; d. ſect. 2. num. 67. & ſeq. Frider. d. c. 7. c. 1. n. 10. & 11. vid. Joh. Voet. n. 3. h. t. Datur autem adverſus turbantem, licet nec poſſideat, nec detineat. l. 11. ff. de vi & vi arm. Item adverſus eum, cujus juſſu, mandato vel ratihabitione turbatio facta eſt. Cluden ſect. 3. num. 10. & 11. Non tamen adverſus turbantis hæredes, per l. 13. ff. de A. vel A. P. l. 12. §. 5. ff. ad exhib. Matth. de Afflict. dec. 145. Niſi quoad damna & intereſſe, in quæ defunctus turbator condemnatus. Menoch. n. 154. Cluden. d. ſect. n. 73. add. Schulter. ad ff. Exerc. 47. §. 37. & ſeqq.

Subj. Paſſ. eſt turbator poſſeſſionis rer. immobilium. Turbare quid ſit? Quomodo fiat? Etiam verbis. Licet turbans non detineat. Vel ſaltem ratihabenti. Nec contra ejus hæred. Limit.

IX. Objectum hujus Actionis, & quidem Directæ, eſt poſſeſſio rerum proprie immobilium corporalium, ſcilicet in qua quis turbatur. l. 1. pr. & §. 4. ff. l. un. C. h. t. §. 4. I. de Interd. Res vero mobiles huc non veniunt, niſi per conſequentiam. arg. l. 1. §. 6. ff. de vi & vi arm. Cluden ſect. 2. num. 10. Prout etiam Utilis hæc actio datur pro retinenda & defendenda poſſeſſione vel quaſi rerum incorporalium & jurium; idque propter identitatem rationis ex ſententia Interdicti. l. ſ. ff. h. t. l. ſ. ff. de ſervit. l. 8. §. 5. ff. ſi ſerv. vind. Bachov. th. 4. lit. A. & B. Beſold. p. 6. conſ. 274. Struv. Exerc. 45. th. 188. ibique Mullerus. Carpzov p. 2. c. 7. def. 11. & 12. in qua deſin. 11. n. 5. oſtendit, quod Utilis hæc actio etiam competat de turbata Nobilitatis & Dignitatis quaſi poſſeſſione, & multis exemplis illuſtrat Frider. d. t. c. 1. num. 22. & ſeqq. Menoch. num. 103. & ſeqq. Mev. p. 8. dec. 64. Knipſchilt. de nobilit. lib. 3. cap. 5. n.

Ad quid datur Actio Directa? Utilis?

394. Joh. Voetius *num. 1. loc. cit.* Dn. D. Graſs. *in Diſſer. all. ¿ocell. & util. §. 22.*

Diff. Spec.

Finis.

X. Differentia Specifica hujus actionis, ſicut & præcedentium, dependet partim ab objecto, partim à fine, & competit ad poſſeſſionem, vel veram, rerum ſcilicet immobilium, vel quaſi, partim ſcil. contra quamcunque turbationem, conſervandam & defendendam. *pr. ad §. 4.* Finis enim principalis hujus actionis eſt retentio, defenſio & conſervatio quietæ poſſeſſionis, vel quaſi. *d. § 4. I. de interd. & l. 1. §. 1. & 4 ff. h. t.* Proinde Actor in libello præter alia petit, ut ipſe poſſeſſor, ſicut in R. V. dominus declaretur *d. l. 1 § 4.*

Actor probare debet 1. Se poſſidere. 2. Reum in poſſeſſione turbaſſe. Poſſ. prob. quomodo?

XI. Ex dictis fluit, quod Actor, ſi hanc actionem in judicium efficaciter deducere velit, duo probare debeat extrema: (1.) Se rem controverſam poſſidere, nam de actu poſſeſſorio quieto conſtare debet, Mev. *p. 1 dec. 119. num. 3. & p. 8 dec. 449. n. 1* D. D. Harpprecht. *in Reſp. 13. num. 13. cum ſeqq. & Conſil. nov. 4 n. 106.* & (2.) Reum in illa poſſeſſione turbaſſe. Bald. *de in turbat. §. 7. n. 76. & ſeqq.* Mev. *d. dec. 449.* Quomodo autem & quibus modis Poſſeſſio probari debeat, ſcil. per actus veræ poſſeſſionis, vel quaſi, i. e. per exercitium juris, vid. ſupra *ad tit. de A. vel A. P. § 14. 15. 16. 31.* Maſcard. *V. 3. concl. 1148. & mult. ſeqq.* Wiedebr. *d. t. 10. n. 112 & ſeq.* Menoch. *Rem. poſſ. Rem. 3. n. 581 & ſeqq.*

Cujus temporis? ſcil. L. C.

Sed quær. Cujus temporis poſſeſſio probanda veniat; Reſpondet Imp. in § 4. *I. de Interdict.* quod Actor probare debeat, ſe tempore Interdicti vel Litis Conteſtatæ adhuc poſſeſſorem eſſe, & ſic præſentaneus poſſeſſor requiritur: *l. 1. §. 2 ff de interd. l. 1. l. 3 § 4 ff h. t.* Maſcard. *de prob. concl. 1197 num. 10.* modo nec vi, nec clam, nec precario nactus ſit ab adverſario poſſeſſionem, *d. § 4.* licet tempore ſententiæ non poſſideat. Bald. *d. § 7. num. 37 & ſeqq. & § 4. num. 65. 66.*

Per actum.

De Jur. Can. ex præſumptione probata antiquiori poſſeſſione.

Quomodo hoc accip.

Nec excludit tempus L. C.

Poſſeſſor autem probare poteſt poſſeſſionem non tantum vere per actus ſcil. poſſeſſorios, quos exercuit tempore litis conteſtatæ, ſed etiam præſumtivè, ſecundum Jus Canonicum, ſi ſcilic. probet antiquiorem poſſeſſionem, Joh. Voetius *n. 5. h. t.* Tunc enim de probata antiquiore præſumitur, quod etiam tempore litis conteſtatæ adhuc poſſideat, & ſic ex præterito præſumitur præſens, & actus adverſarii turbatorii eſſe cenſentur, unde ſequitur, quomodo accipiendum, quod in hoc interdicto præferatur, qui poſſeſſionem antiquiorem probaverit, *c. 9. X de prob.* prout in praxi obſervari teſtantur Gail. *de pignorat. obſ 22 num. 2. & 3.* Menoch. *d. Rem. 3. num 717* Maſcard. *concl. 1200.* Hahn. *ad W. h. t N. V verb. Habe tamen.* Struv. *Exerc. 45 th. 120.* ibique Mullerus. Proinde tamen L. C. tempus nihilominus reſpicitur, Nam in *d. c. 9.* vincere dicitur antiquiorem habens poſſeſſionem, non propter antiquitatem, qua talem, ſed ut ea propter etiam tempore L. C.

L. C. poſſediſſe credatur. Hinc ſi contendentes non æqualiter probant poſſeſſionem de præſenti, ſed unus de poſſeſſione antiquiore alter de præſenti, junior poſſeſſio, ceu præſentanea, erit præferenda, & ita in poſſeſſorio Summario ad actus noviores in decidendo reſpicitur. Ord. Cam. *p. 2. tit. 15.* Frider. *de Proceſſ. l. 1. c. 45. in fin.* Allegatio enim antiquioris poſſeſſionis non prodeſt, niſi quis de præſenti poſſideat, Menoch. *d. Rem. num. 722.* Mev. *p. 5. dec. 91.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 25. th. 3. lit. B. & L.* ſalvo tamen jure alteri parti agendo ſuper Poſſeſſorio Ordinario. Chaden. *d. c. 8. ſect. 2. num. 16. & 17.* Franzk. *ad d. §. 4. I. de interd. num. 21. 22.* add. ſupra *ad tit. de interd. §. 10.* Sin utriusque probationes poſſeſſionis ſint æquales, Poſſeſſorium tamdiu manet in ſuſpenſo, donec alter potiorem titulum probaverit; *d. c. 9. L. 3. pr. ff. h. t.* Menoch. *num. 738.* quamvis alias in Interdictis non tam de jure, quam de facto quæratur, *l. 2. ff. h. t.* quod in hoc paritatis caſu utile eſſe, atque ita obſervari videtur Chad. *d. c. ſect. 4. num. 15. ſeqq.* Sin utriusque partis probationes omnino ſint pares, illorum ſententia Juri magis conveniens eſſe videtur, qui exiſtimant, quod uterque in poſſeſſione ſit relinquendus, donec unus vel alter in Petitorio oſtenderit, ad quem poſſeſſio pertineat, & Judex in tali caſu debeat pronunciare Uti poſſidetis, ita poſſideatis, ne alter alterum in poſſeſſione turbet. *L. 3. pr. ff. h. t.* Perez. *in C. h. t. num. 14. & ſeqq.* vid. Menoch. *num. 739. & ſeqq.*

Hinc inter non æqualiter probantes poſſ. illius de præſenti, licet junior, præfertur.

Si probationes poſſeſſionis ſint æquales.

Sin omnino pares ſint.

Uti poſſidetis, ita poſſideatis.

XII. Juxta petitionem autem in Libello, vid. Schneidew. *ad §. 4. n. 7. & 8. J. de interd.* factam agitur, & competit hæc actio (1.) Ad Ceſſationem turbationis. *d. l. 1. §. 4. ff. l. un. C. h. t.* (2.) Ad Reſtitutionem ejus, quod ablatum vel ereptum, vel ex turbatione ad reum pervenit, de qua æque ac de ipſa turbatione perpetuo agi poteſt. *l. 4. ff. de interd.* Frider. *d. tr. tit. 7. c. 2. num. 2.* Menoch. *d. Rem. 5. num. 706.* Ut ſic Interdictum hoc quandoque & in conſequentiam ſit Recuperandæ. (3.) Ad Damnum, fructus & intereſſe præſtandum, Reus enim condemnatur ad æſtimationem, quanti res eſt, i. e. non rei, ſed poſſeſſionis pretium, vel quanti actoris intereſt poſſeſſionem retinuiſſe, vel non eſſe turbatum, *l. 3. §. ff. h. t.* modo actor intra annum deſuper egerit. *l. 1. pr. ff. h. t.* Menoch. *num. 716.* (4.) Reus condemnatus Actori tenetur cautionem præſtare de non amplius turbando, vel moleſtando, quod licet non petitum fuerit, in executione tamen fieri poteſt, & Judex omittere non debet; prout hodie in praxi ſemper ſervatur, cum Victori non ſatis proſpiciatur, niſi cautum ſit de futura turbatione. Gail. *l. 1. O. 116. num. 4. 5.* Menoch. *num. 812.* Frider. *num. 6.* In hanc rem à nonnullis allegatur. *l. un. C. h. t.* Sed dubitat Bachov. an hæc Cautio de Jure civili ſit, niſi Utile hoc Interdictum

Effectus eſt turbationis Ceſſatio, Reſtitutio.

Damni & Intereſſe præſtatio. Quomodo ſiat æſtimatio?

Præſtatio Cautionis de non amplius turbando. Ampl.

An h. Cautio ex Jur. Civ. proficiſcatur?

An ex l. un. C. h. t.

dictum ſuper quaſi poſſeſſione jurium inſtituatur; cum in p. l. un. agatur de cautione non a Victo, ſed a Victore poſſeſſore præſtanda, ne res controverſa ante ſuſceptum & finitum Petitorium deterior fiat; Brunnem. ad d. l. n. 9. Bachov. d. D. th. 3. lit. H. pro hac tamen cautione faciunt l. 7. ff. de aq. quotid. l. 5. §. 1. ff. ut legat. ſerv. cauſ. cav. Schilter. d. Ex. §. 60. Joh. Voetius n. 4. h. t. Struv. Exerc. 45. th. 121. ibique Mullerus.

Quousque cautio duret? Formula.

Hæcque Cautio tamdiu durat, donec judicium in Petitorio finitum, vel de reſtituenda poſſeſſione pronunciatum ſit. Frider. num. 7. Menoch. num. 818. Hinc jungi ſolet: *Daſs auch mit Leiſtung gnugſamer Caution de non contraveniendo Sententia, biſs zu Erörterung des petitorii, gehorſamlich gelebet ſeye.*

In h. Interd. decern. Mandata Inhibitoria, & de Reſtituendo, &c.

Solent namque ex Interdicto Uti poſſidetis Mandata non tantum inhibitoria de non amplius turbando, moleſtando, vel gravando, nec offendendo, ſed & de Reſtituendo, Relaxando, &c. S. C. quotidie decerni. add. Frider. d. l. num. 5.

Contraria. Hæc actio præſcribitur anno.

XIII. Contraria, ob qualitatem vel Subjecti, vel Objecti, ex præcedent. fluunt, quibus addi poteſt (1.) Præſcriptio, quæ in hac actione eſt unius anni, L. 1. pr. ff. h. t. quod tamen intelligendum de petitione ejus, quod propter turbationem intereſt; quia hæc vis non tanta eſt, ut Ablativa, & Actio reſpectu turbatoris pœnalis. Frider. num. 4.

Rat. petiti intereſſe. Rat. turbat. & poſſeſſ. eſt perpetua. Exceptio vitioſ. poſſ. hanc act. excludit.

Turbatione enim durante etiam poſt annum conceditur; nam turbationis & poſſeſſionis cauſam concernentia ſunt perpetua. præc. §. 12. Menoch. num. 707. & ſeqq. (2.) Exceptio vitioſæ poſſeſſionis ab adverſario hanc actionem perimit. l. 1. pr. §. 5. ff. h. t. præc. §. 5. in med. Hæc enim Exceptio perpetuo ineſt Interdicto. Wiedebr. d. c. 10. num. 116. Mev. p. 8. dec. 64.

An exceptio Dominii?

Dominii autem exceptionem in hac actione non admitti, quia hic agitur de Retinenda poſſeſſione, poſt alios, late docent Bachov. d. D. th. 4. lit. D. Cluden. d. c. 8. ſect. 2. n. 26 & ſeqq. & ſect. 4. n. 57. Wiedebr. d. l. Faclun. lib. 8. controv. Ex æquitate tamen DDres communiter & hanc admittunt, ſi Dominium notorium ſit: Mev. p. 8. dec. 148. num. 4. 5. Beyer pos. 6. h. t. vel ſtatim & in continenti probari poſſit. Perez. in C. h. t. in f. Menoch. num. 685. Hahn. h. t. inf. Schilter. d. l. §. 61. ubi enim de proprietate conſtat, executio poſſeſſorii ceſſat. ſupra ad tit. Interd. d. §. 18. add. Struv. Exerc. 45. th. 119. ibique Mullerus.

Affinis Conſtit. Litig. poſſ. Pignorationis *auf die Pfandungs-Conſtitution.* Ejus ſedes. Ubi locum habeat?

XIV. Remedium affine eſt ſuper Conſtitutione Litigioſæ poſſeſſionis, de qua vid. ſupra ad tit. de Interd. §. 11. & ſeqq. Aliud noſtris moribus valde uſitatum eſt ſuper Conſtitutione Pignorationis, i. e. turbationis, *auf die Pfandungs-Conſtitution*, de qua in Ord. Cam. p. 2. tit. 22. Rec. Imp. de anno 1566. §. 122. & ſeqq. de anno 1594. §. 70. & ſeqq. R. Dep. de anno 1600. §. 64. & ſeqq. Hæcque Conſtitutio propriè locum habet in Interdicto Retinendæ poſſeſſionis.

ſionis. Omnis enim Pignoratio dicitur eſſe turbatio, Bald. *d. l. ſ. n. 30.* Gail. *l. 1 O. 2. num. 2.* & Tract. *de Pignorat. O. 1. num. 7. O. 3. num. 1.* eaque fundatur Juriſdictio Cameræ Imperialis, modo debita adſint requiſita. v. gr. (1.) Ut uterque litigantium, ſcil. tam Pignoratus, quam Pignorator, immediate Imperio ſit ſubjectus. Nec refert, ſive quis ipſe, ſive per ſuos pignoret, vel capiat. (2.) Ut Pignoratus ſit in poſſeſſione ejus loci vel juris, ubi & cujus reſpectu pignoratio facta. (3.) Ut Pignorator ibi novum aliquod jus acquirere vel ſibi uſurpare velit. (4.) Ut res vel perſona tertia, uti vulgo appellatur, & quidem innocens, pignorata vel capta ſit v. gr. Si ob prætenſum jus lignandi homines vectarii, currus, equi capiantur. R. I. *de anno 1594. §. 70. & ſeqq.* (5.) Quod Pignoratio facta ſit ob cauſam civilem. (6.) Si per Officialem facta, requiritur Mandatum vel Ratihabitio Domini; ut de his late vid. d. Ord. Cam. *d. tit. 22.* Gail. *d. Tr. obſ. 3. & per tot.* Roding. *Pand. Camer. lib. 1. tit. 10.* Gylmann. *Deci. Cam. pag. 211. & ſeqq.* Bald. *d. ſ. n. 87. & ſeqq.* Blum. *Proc. Cam. t. 32.* His autem probatis & demonſtratis decerni ſolet Mandatum pœnale ſuper Conſtitutione Pignorationis de relaxando captivo, reſtituendo & non amplius turbando S. C. cui annecti debet Citatio ad proponendum & deducendum punctum Cauſalium. Si enim Pignorator Cauſales in primo termino non exhibeat, ei illas poſthac exhibendi via præcluditur, ac perpetuum ſilentium imponitur. R. I. *de anno 1654. Als daß auch der Proceß 115.* Hic enim punctus concernit cauſam principalem, ſeu petitorium, ubi Reus ſit Actor, & cauſas Pignorationis factæ, *die Pfändungs-Urſachen, hauptſächliche Handlung*, proponere atque deducere tenetur; unde hoc Interdictum Duplex dicitur, nam quibus competit, & Actores, & Rei ſunt, *l. 3. §. 1. ff. h. t.* Attamen primo omnium punctus Mandati ſive paritionis, de pignoribus ſcilicet reſtituendis, decidi ſolet; Edoctaque paritione, punctus Cauſalium, uti in Camera appellari conſuevit, i. e. principalis vel juris pignorandi ventilatur; quamvis uterque punctus in eodem ſtatim ſcripto, i. e. cum exceptionibus ſub- & obreptionis cauſales quoque proponi queant; d. Rec. Imp. *§. 115.* & in ſententia pro pignorato ferenda pronuntiatur: *das N. nicht gebühret N. an ſeiner Poſſeſſion vel quaſi des Guths oder der Gerechtigkeit N. zu turbiren und zu pfänden, ſondern daran zu viel und unrecht gethan, derowegen er davon abzuſtehen, und ſich deſſen hinfüro zu enthalten, auch bey dieſem Kayſerl. Cammer-Gericht, Zeit 3. Monath, ſo hiemit pro T. & P. von Ampts wegen angeſetzt wird, genugſame Caution zu thun, und die verurſachte Schäden und Intereſſe zu erſtatten, und die an berührtem dieſem Kayſerl. Cammergericht aufgeloffene Gerichts-Koſten, nach richterlicher Ermäſſigung, zu entrichten und zu bezahlen ſchuldig ſeyn. &c.* Chulen. *d. c. 8. ſell. 4. n. 88. & ſeqq.*

Ut fundet Juriſd. Cam. Imp. requ. 1.
2.
3.
4.
5.
6.
His Requiſ. probatis decern. Mandatum, ſuper Conſtit. Pignor. &c.
Cum Citatione ad propon. Cauſales, in primo termino.
Tunc Reus ſit Actor.
Sed Punctus Mandati prius decid. In quo ſi paritum, Cauſales ventilantur.
Quomodo pronuntiandum.

TIT. XVIII.

DE SUPERFICIEBUS.

§. I.

Continuatio. DIctum eſt, quod Interdicta Retinendæ poſſeſſionis ſint, vel Generalia, vel Specialia. Generale de rei immobilis poſſeſſione turbata conſideravimus in præcedenti titulo, nunc, ante aliud generale de re mobili, Specialia quædam proponuntur, quæ ad tuendum in alieno loco dantur, & quidem (1.) ratione Superficiei; (2.) Ratione quarundam Servitutum. Primo loco eſt Interdictum de Superficiebus, propter magnam affinitatem & cognationem, quam cum præcedenti Interdicto, Uti poſſidetis, habet, cujus totam naturam quaſi induit, & omnia quæ in illo ſervantur, in hoc quoque Edicto obtinent. *l. 1. §. 2. ff. h. t.* Frider. *de Interd. tit. 7. num. 1.*

Cum Interd. Uti poſſid. affine eſt Interdict. de Superficiebus.

Superficies vel Superficium. II. Ut autem hoc Interdictum recte intelligatur, præmittendum eſt, quid ſit Superficies, quid Jus Superficiarium, cum hujus ſæpe in Jure fiat mentio. Superficies, vel in genere neutro Superficium, ut in *L. 32. ff. de jur. dot. 39. ff. de leg. 2.* hinc in pandectis Florent. h. tit. inſcribitur *de Superficiis* deducitur à *Super & Facies*, quaſi ſuperior terræ facies, vel quod ſuper faciem ſoli producitur; *l. 13. pr. ff. de S. P. R.* & ab hac voce deſcendit Superficiarius, ille ſcilicet, qui in alieno ſolo Superficiem habet, *ein Bodenzinsmann*, cujus mentio fit in *L. 73. & 74. ff. de R. V. l. 16. §. 5. ff. de pignor. act.* & paſſim, cui opponitur Dominus Soli, *der Eigenthums-Herr, Grund-Herr*. Unde etiam eſt inflexum adjectivum, & dicitur Prædium ſuperficiarium, Inſula ſuperficiaria, *d. l. 16. §. 5. l. 13. §. 3. ff. de pignor. l. 12. §. 3. ff. de publ. in rem. act. l. 9. §. 4. ff. de damn. infect. l. 1. §. 5. ff. de vi & vi arm.* Ædes ſuperficiariæ. add. Lyſern. *Diſſ. de Superfic.* Hertii. *Diſſ. de jure Superficiario.*

Etymol. Paronyma. Synonym.

Homon. in Philoſ. III. Vocabulum Superficies autem varie accipitur, & Philoſophis eſt Longitudo & Latitudo omni profunditate carens, & refertur ad quantitatem continuam. Frider. *de Interd. tit. 8. num. 2.*

In Jure 1. In Jure noſtro interdum denotat ipſas ædes, quæ Solo & Superficie conſtant. *L. 20. pr. ff. de S. P. U. l. 81. §. 3. ff. de leg. 1.*

2. Interdum accipitur pro omni eo, quod ſupra terræ faciem eſt plantatum, ſatum, ædificatum, vel alio modo poſitum, licet ſolum ejuſdem ſit, cujus Superficies eſt. *l. 25. l. 26. ff. de uſucap.*

3. Proprie, vel Materialiter. Denique ſumitur proprie, uti hoc loco, pro eo, quod quis habet in alieno ſolo ædificatum, plantatum, ſatum, vel alio modo impoſitum. Et in hac propria ſignificatione accipitur vel Materialiter, pro ipſa re alieno ſolo impoſita, vel quæ ſupra faciem ſoli externum eſt, ut planta,

ta, arbor, ſeges eſt ſuperficies agri, vitis, vineæ, *l. 13 pr. ff. de S. P. R.* Ædificium areæ vel ſoli, *l. 71 ff. de uſufr. l. 15. ff. qui pot. in pign. l. 81. §. 3. ff. de leg. 1.* vel Formaliter, pro illo ipſo Jure, quod Superficiarius habet in ipſa re ſuperficie. vel Formaliter

IV. Hoc Jus Superficiarium, German. *das Platz-Recht*, a Dd. deſcribitur, quod ſit jus aliquid habendi jure quaſi dominii, in ſolo vel ædificio alieno, ita, ut jus illud in ſola ſuperficie conſiſtat. *l. 3. §. 7. Uti poſſid.* Vel, quod ſit Jus in re, quod quis habet in ſuperficie in alieno ſolo vel ædificio poſita, illa fruendi cum poteſtate illam vindicandi. Aut breviſſime dici poteſt, quod ſit utile Dominium, quod quis habet in ſuperficie, ſolo vel ædificio alieno impoſita. vid. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 4.* Jus Superficiarium quid?

V. In prima Dd. deſcriptione generis loco ponitur, quod ſit Jus, ſcilicet in re. *L. 19. ff. de damno infecto.* Cum autem juris in re quinque ſint ſpecies, ſunt, qui ad Servitutem pertinere exiſtimant, per *L. 86. §. ſ. ff. de leg. 1.* ubi hoc jus vocatur ſervitus. Verum quod hoc jus non ſit Servitus, probatur (1.) Quia ad ſervitutem vindicandam datur Actio Confeſſoria, ad hoc autem jus utilis Rei Vindicatio. *L. 73. l. 75. ff. de R. V. l. 1. §. 1. 3. & 6. ff. h. t.* Ex quo itaque jure non naſcitur Actio Confeſſoria, illud non eſt Servitus (2.) Quia omnis Servitus eſt vel realis, vel perſonalis, tertia ſpecies non datur; Hoc autem jus neque eſt Servitus realis, nec perſonalis. Ergo. Minor, quod non ſit Perſonalis, inde patet, quia hoc jus, quamvis acquiratur perſonæ, non tamen cum ea extinguitur, ſed transfertur in univerſales & particulares Succeſſores; unde non tantum titulo univerſali, hæredis ſcilicet inſtitutione; ſed etiam particulari, donatione, legato, & alio modo transferri poteſt, *L. 1. §. 1. & 7. ff. h. t.* quod tamen eſt contra naturam ſervitutum perſonalium formaliter conſideratarum. ſupra *ad tit. quib. mod. uſufr. amitt. §.* Nec Realis, quia Servitus Realis non poteſt conſtitui, niſi & conſtituens & acquirens habeant prædium, *§. 3. I. de ſervit. l. 1. §. 1. ff. comm. præd.* ſupra *ad tit. de ſervit. §. 15.* quod tamen Superficiarius non habet *l. 2. ff. h. t.* Harpprecht. *ad §. 3. I. de ſervit. num. 31. & ſeqq.* Nec obſt. *d. l. 86. §. ſ.* ibi enim vocabulum *Servitutis* late accipitur pro omni eo, quod Dominus in ſuo fundo pati cogitur, ſive jure ſervitutis proprie, ſive improprie ſic dicto, ſive alio. Et vocab. illud in jure paſſim ita uſurpatur. *L. 1. §. ſ. ff. de aq. & aq. pluv.* Iidem hoc jus ſpeciale non pertinet ad Jus Hæreditarium, nec ad pignus, nec ad poſſeſſionem: referendum itaque eſt ad primam ſpeciem, Dominium ſcilicet, non quidem verum & plenum; ſed jus Dominio proximum, ſcilicet, ut in jure vocatur, quaſi dominium; *L. 3. §. 7. Pandect.* Eſt jus in re. Quale? Non Servitus. Ratio 1. 2. Nec Realis. Obj. Reſp. Pertinet ad Utile Dominium.

Uti

Uti poſſid. noſtris moribus vocatur Utile Dominium, quod eſt jus alienâ re fruendi
cum poteſtate eam vindicandi. ſupra *ad tit. de R. V. §. 6* & *ad tit. de A. R. D. §. 4.*
VI. Porro dicitur in deſcriptione, quod ſit jus aliquid habendi, regula-
Eſt jus aliquid habendi. riter enim nemo aliquid in alieno ſolo poſitum habere poteſt *§. 30 & 31. I. de R.*
D. Sed hoc impertiendum eſt per hoc Jus ſuperficiarium, utpote quod non in
Solo, vel ipſius aedibus conſtituitur, ſed tantum in Superficie, cui inhaeret;
In Superficie. quae Subjectum hujus juris eſt, uti patet ex *L. 9. §. 4. ff. de damn. infect.* Hinc
etiam Superficiarius non habet interdictum Uti poſſidetis, quod datur tantum
de rebus ſoli, ſeu ſolo adhaerentibus, & rei illis poſſidentibus. *l. 1. §. 9.* junct. *l. 3.*
§. 7. ff. uti poſſid. l. 1. §. 1. ff. h. t. add. *l. 1. uti poſſid. §. 1.* In alieno Solo, *§. 2. ff.*
In alieno Solo. *h. t. l. 15. ff. qui pot. in pign.* quod autem quis in ſuo ſolo habet, propriè ſuperfi-
cies non dicitur: Vel aedificio poſita, Unde ſuperficies non tantum in ipſo
vel Aedificio. ſolo; ſed & alia re ſolo adhaerenti eſſe poteſt, ut in aedibus vel cœnaculo, *d. l.*
3. §. 7. & ita quidem ut cum Solo cohaereat, ſive mediate, ſive immediate;
Fundo cohaerent. Alias non dicitur ſuperficies. *d. l. 98. §. 8. ff. de ſolut.* add. *l. 10. ff. quod vi aut clam.*
l. 20. pr. ff. de S. P. U. l. 60. ff. de A. R. D. Muller. ad Struv. *Exerc. 45. th. 127.*
VII. Hoc Jus à Doctoribus dividitur ratione Objecti in Eccleſiaſticum,
Div. in Eccleſiaſt. quod in re eccleſiaſtica, arg. *N. 7. c. 3. N. 120. c. 1. §. 6.* & ſeculare, quod
& Seculare. in re ſeculari conſtituitur. *l. 2. §. 7. ff. ne quid in loco publ.* Schlevogt *diſſ. de ſo-*
lario ex ſuperficie praeſtando §. 8. Ab Adjuncto temporis in perpetuum, & tem-
In Perpetuum & temporale. porale, quod ad tempus, idque vel modicum, vel longum, conſtituitur.
l. 1. §. 3. ff. h. t.
VIII. Cauſa Efficiens hujus Juris eſt Voluntas Domini Jus Super-
Conſtituitur Voluntate Domini. ficiarium conſtituentis & concedentis; utpote citra quam nemo poteſt in
alieno ſolo jus aliquod habere, ſed ibi poſitum Domino ſoli ſtatim pleno jure ac-
quiritur, quandoque tamen ponens jus retentionis habet ad recuperandos ſum-
ptus; *§. 30. & 31. I. de R. D.* add. ſupra *ad tit. de R. D. §. 97. & ſeqq.* pro-
Non alien. Ratio. inde, ut utile dominium quis acquirat, neceſſe eſt ut Dominus hoc conce-
dat, hujus enim juris conſtitutio eſt ſpecies quaedam alienationis, *l. ſ. C.*
de reb. alien. non al. Alienare autem nemo poteſt, niſi dominus, quia nemo plus
juris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet: Solus vero Dominus habet
hoc jus non quidem formaliter; ſed virtualiter. Latet enim in dominio, tan-
Si non Dominus conſtituerit. quam in ſua cauſa. Hinc ſi non Dominus in fundo, quem b. f. poſſidet, tertio
jus conceſſerit ibi aliquid ponendi, Jus Superficiarium non conſtituitur, ſed
tantum conditio uſucapiendi in tertium transfertur. *l. 12. §. 3. ff. de publ. in rem*
Liberam adminiſtrationem habentis. *act.* Inſuper Dominus, hoc jus concedere volens, habeat liberam rerum
ſuarum adminiſtrationem. Unde, licet, quis ſit Dominus, ſi tamen natura
impedi-

impeditur, vel jure prohibeatur res ſuas libere alienare, Jus hoc conſtituere nequit; ſic pupillus, minor, furioſus, prodigus; & in genere omnes, qui non poſſunt libere abſque Tutoris vel Curatoris conſenſu res ſuas alienare, nec hoc Jus conſtituere queunt.

IX. Hæc autem Voluntas Domini eſt vel Expreſſa, vel Tacita. Illa declaratur vel inter vivos, vel mortis cauſa. Inter vivos, ut hoc jus conſtituatur, requiritur, ut ab ipſo Domino, aliove ejus nomine, quaſi tradatur, & quidem ex juſta cauſa, quæ duo copulative requiruntur. Eſt namque jus in re, quod neque nuda conventione, neque nuda traditione conſtituitur; *L. 31. pr. ff. de A. R. D.* quæ lex quidem de Dominio tantum loquitur; ſed idem etiam de reliquis juris in re ſpeciebus dicendum. *ad tit. de A. R. D. §. 51. & 54.* Obligationum enim ſubſtantia non in eo conſiſtit, ut jus in re conſtituatur; *L. 3. pr. ff. de O. & A.* ſed ex parte conſtituentis traditione vel quaſi opus eſt; *l. 11. §. 1. ff. de publ. in rem. action.* quia eſt res incorporalis, quæ vere tradi nequit; ſed fit patientia Domini permittentis, ut alius in ſuo fundo quid ponat, vel jam poſito ædificio utatur Jure Superficiario. Putant quidem nonnulli, hoc jus tantum concedi in ædificio futuro a Superficiario extruendo, ſed quod etiam in ædificio jam à Domino poſito conſtituatur, probatur ex *l. 11. §. 3. ff. de leg. 1.* Ex parte vero Superficiarii requiritur Uſus. *l. 5. ff. de ſervit. L. 3. pr. ff. de uſufruct.*

X. Porro juſta cauſa requiritur, ut ex illa de vera & ſerta Domini hoc jus concedentis voluntate conſtet; nemo enim ſuum jactare, & in alium ſine cauſa transferre præſumitur. *L. 25. pr. ff. de probat.* Tales autem juſtæ cauſæ dicuntur, in quibus regulariter de dominio transferendo agitur, quales ſunt: Emptio, Venditio, Donatio, Permutatio, Dotis datio, Solutio, & ſimiles. *L. 1. §. 1. & 2. ff. h. t.* ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 24.* Schilter *Exerc. 47. th. 63. ad L. 1. §. 2.* Talis autem ad Dominium vel aliud jus in re transferendum juſta & habilis cauſa non eſt Locatio, in qua conductor quidem conſequitur jus re illa utendi: ſed hoc non afficit rem ipſam, verum perſonam tantum. Locator enim uſum rei locatæ Conductori permittere adſtringitur. Unde in *l. 39. ff. loc. cond.* dicitur, quod locatio non ſoleat dominium mutare, & in *l. 65. ff. de contrah. empt.* quod toties locatio facta videatur, quoties materia, in qua aliquid præſtatur, in eodem ſtatu manet. *l. 20. §. 5. ff. eod.* add. *l. 9. §. 11. ff. de leg. 2.* Frantzk. *de laudem. cap. 15. n. 8. & ſeqq.* Mull. ad Struv. *Exerc. 45. th. 127.* Attamen cum hoc jus ut plurimum per Locationem & Conductionem conſtituatur, *l. 1. pr. §. 1. L. 2. ff. h. t. l. 74. ff. de R. V.* ſciendum, quod Locatio ſua quidem natura non ſit cauſa habilis, per Pactum tamen locationi adjectum

Voluntas declaratur expreſſè. Inter vivos. Quaſi traditione. Non nuda. Nec Conventione. Quemadmodum

Ex juſta cauſa

Ratio.

Quæ talis ex. gr.

Non Locatio.

Pactum ea locationi adjectum.

ſit talis ad jus in re conſtituendum. Quando enim quis fundum alienum ea lege conducit, ut tibi in illo liceat ædificium vel aliam rem ponere, eaque impoſterum poſſit uti jure dominii, tunc ex pacto adjecto Conductor in re illa poſita jus in re, utile ſcil. dominium, conſequitur.

Locator illud jus concedit expreſſe, vel tacite. Si ſimpliciter conceſſerit.

Locator autem illud jus in conductione concedit vel expreſſe, & res omni caret dubio, vel tacite, v. gr. ſi ſimpliciter conceſſerit, ut conductor aliquid poneret in fundo conducto, non vero adjecto, ut illa re poſtea jure dominii uti queat, tunc ex circumſtantia vel diuturnitate temporis colligitur.

In ſuo quid ponere? Ad tempus longum. Tempus tamen non eſt modus jus in re conſtituendi.

ut ſi ad longum tempus, ſecundum communem opinionem ad X annos, uſum rei locaverit, ea lege conceſſiſſe præſumitur, ut poſtea re poſita jure dominii uteretur, minus vero, ſi ad modicum tempus facta ſit locatio, *d. l. 1. §. 3. ff. h. t.* Propterea tamen non putandum, ac ſi tempus eſſet modus jus in re conſtituendi; nam conſtituitur ex voluntate domini, quæ ex tempore longo, ſicque pacto tacito, præſumitur, juxta communem atque receptam ſententiam. Schilter. *Exerc. 47. §. 61. ad l. 1. §. 3. h. t.* ſupra *ad tit. locat. cond. §. 74. inſ.* add. Carpzov. *p. 2. C. 37. def. 22. n. 5. 6.* Franzk. *d. tr. c. 13. n. 14. & ſeqq.* ubi inſuper cauſæ cognitionem intervenire ex mente Prætoris *in d. l. 1. §. 3.* deſiderat, ut conſtet, quale tempus per non modicum pro qualitate rei intelligatur. *& c. 15. num. 5.* ubi tamen *in ſeqq.* diſſentit.

Vel ultima voluntate. Abſque traditione.

XI. Ultima voluntate etiam conſtituitur hoc jus, *d. l. 81. §. 3. ff. de leg. 1. L. 1. §. 7. ff. h. t.* ubi tamen non agitur de ſuperficiario jure conſtituendo, ſed de jam conſtituto per legatum transferendo. Si autem hoc jus per ultimam voluntatem conſtituatur, tunc quaſi traditione opus non eſt, vid. ſupra *ad tit. de ſervit. §. 11.* Ultima enim voluntas etiam eſt modus transferendi. vid. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 7.* & maxime *ad tit. de uſufr. §. 16. & 17.* Schilter *Exerc. 47. th. 62.* Struv. *Exerc. 45. th. 170. lit. d.*

Aut tacita voluntate, ſeu præſcr. longi temp.

XII. Tacita voluntate hoc jus conſtituitur, quæ præſumitur & colligitur ex longi temporis præſcriptione. Si quis re ſua patiatur alium hoc modo uti, per 10. annos inter præſentes, per 20. inter abſentes, arg. *L. 11. L. 12. in f. C. de præſcr. long. temp.* Schilter. *Exerc. 47. th. 62.* Struv. *Exerc. 45. th. 127.* ibique Mullerus.

Cui acquiratur?

XIII. Subjectum hujus juris ſunt perſonæ, quibus hoc jus acquiritur, ſcil. omnes, qui aliquid in alieno acquirere poſſunt. Dominus tamen ſoli jure uti nequit, nec in proprio jus ſuperficiarium habere poteſt, ſuperficie vero utitur non jure ſuperficiei, ſed jure dominii *præced. §. 6.*

Objectum eſt Solum

XIV. Objectum ex parte Domini eſt res immobilis, ſolum vel ædificium, cui hoc jus imponitur, uti ex *t. t. de ſuperfic.* & ſupra in hanc rem alleg. patet. Ædes autem ex ſolo & ſuperficie tanquam partibus conſtare dicuntur. *L. 49.*

l. 49. ff. de R. V. [illegible] *ff. de uſufr.* [illegible] Ex parte Superficiarii eſt ſuperficies, utpote in qua ſola hoc jus continetur, in ipſo vero ſolo, uti jam dictum, nullum jus habet Superficiarius. Hæc autem res in alieno ſolo poſita ſive ædificium ſit, ſive arbor, vitis, planta, nihil refert. Principaliter quidem fit mentio ædificii, potiſſimum enim hoc jus ad prædia urbana pertinet; Franzk. *d. c. 13. num. 5.* Struv. *Exerc. 45. th. 126.* ibique Mullerus. interdum tamen in aliis quoque rebus fundo implantatis, vel alio modo impoſitis conſtituitur. *l. 13. ff. de S. P. R.* Nec refert, ſive ſit immediate in ſolo, ſive mediate, ut ſi quis ſupra ædificium alterius habeat cœnaculum jure utilis dominii, objectum hujus juris conſtituit. *l. 3. §. 7. ff. uti poſſid.* Modo res ita poſita ſolo vel ædificio cohæreat, per *l. præced. §. 6. in fin. alleg.* tunc enim ſolo cedere, ejusque pars eſſe videtur, & proprietas ſuperficiei Domino ſoli cedit. *l. 2. ff. h. t.* Quo ipſo ab hoc jure excluditur Superficies cum ſolo plane non cohærens. Sic Projectiones non habentur Jure Superficiei; ſed Jure Servitutis; nec ſunt in dominio Domini fundi, ſupra quem projectæ ſunt; ſed in dominio ejus, qui illas projectas habet, *L. 20. pr. ff. de S. P. U.* & proin Interdicto Uti poſſidetis locus eſt. *l. 3. §. 6. ff. uti poſſid.* Item excluduntur res mobiles ad tempus ſaltem in alieno ſolo poſitæ, & leviter tantum ſolo cohærentes, qualia apud veteres Romanos erant horrea frumentaria, in fundo ad breve tempus poſita, eique leviter adhærentia, quæ & ideo ſolo non cedebant, ſed pro mobilibus habebantur. *l. 60. ff. de A. R. D.* add. *L. 18. pr. ff. de A. E. V.* Tales res hodie ſunt caſulæ nundinales vel tabernulæ, quæ, quia leviter adhærent fundo, non ei cedunt. arg. *L. 10. ff. quod vi aut clam.* Franzk. *d. c. 13. num. 21.*

De Superficie. — Ampl. — Quæ etiam mediate eſt in ſolo. — Cum ſolo cohærere debet. — Si non cohæreat ex gr. — Quæ ſaltem ad tempus poſita, & leviter cohærent.

XV. Differentia Specifica in eo conſiſtit, quod Utile dominium in ipſa Superficie in alieno ſolo poſita conſtituatur. Hac ratione differt ab Utili dominio, quod competit Vaſallo in fundo, Emphyteutæ in fundo emphyteuticario, vid. Beyer *h. t. p. 552.* qui non tantum in ſuperficie fundi alieni, ſed ipſo etiam ſolo habent. Item ab Uſufructu, qui eſt jus non tantum in ſuperficie fundi alieni; ſed ipſo etiam ſolo conſtitutum, non jure utilis dominii; ſed ſervitutis; unde præcipue actio confeſſoria competit. add. ſupra *ad tit. de uſufruct. §. 7. 8. & 30.* ad tit. *ſi ſerv. vind. §. 5.* Finis hujus juris eſt poteſtas ſuperficie fruendi, & commoda inde percipiendi. *l. 1. pr. ff. h. t. l. 81. §. 3. ff. de leg. 1.* Et tantum de Jure Superficiario conſtituendo.

Diff. Spec. — Finis.

XVI. Quoad Jus Superficiarium conſtitutum duo veniunt conſideranda: (1.) Effectus, & (2.) Contraria ſeu modi, quibus iterum diſſolvitur. Effectus ratione Superficiarii reſpicit vel ſtatum tranquillæ, vel turbatæ poſ-

Juris Superficiarii conſtituti Effectus eſt varius.

poſſeſſionis. Ille eſt vel Principalis, & quidem lucrativus, conſiſtens in juribus & commodis à Superficiario ex ſuperficie percipiendis; propter hæc enim principaliter hoc jus à Superficiario conſtituitur, vel Minus principalis, eſtque oneroſus, & conſiſtit in commodis ſeu oneribus, quæ Superficiarium per conſequentiam ſequuntur. Naturæ enim æquum eſt, ut ad eum pertineant incommoda, ad quem ſpectant commoda. *l. 10. ff de R. J. c. 55. eod. in 6to §. 5. J. l. 55. inſ. ff. pro ſoc.*

Dominus ſoli habet directum dominium.

XVII. Affectum vero ratione Domini ſoli quod attinet, ſicut in ipſo ſolo, ita in ipſa ſuperficie Directum habet Dominium, Superficies enim ſolo cedit *l. 2. ff h. t. l. 3. §. 7 ff uti poſſid. l. 28 ff de A R. D.* Unde non indiget nulla actione; ſed etiam ratione ſuperficiei habet actionem in rem, qualem de ſolo, i. e. Directam Rei vindicationem contra quemcunque, ita tamen, ut ſi adverſus ipſum Superficiarium velit vindicare, per Exceptionem in factum removeatur. *l. 1 §. 6 ff h. t.* Schilter. *d. §. ad d. l. 1 §. 6.* Jure hujus directi dominii

Poſſidet civiliter.

etiam poſſidet ipſam ſuperficiem, & quidem civiliter, unde ipſi quoque datur Interdictum uti poſſidetis, adverſus quemvis turbantem, etiam Superficiarium, hunc tamen Prætor per Exceptionem turbabit. *d. l. 3 §. 7.* Denique

Solarium exigit, q. actione?

propter annuam penſionem vel ſolarium, ſi quod debetur, tacita competit hypotheca. *l. 15. ff qui pot. in pign.* vid. ſupra *§. 9. & tit. de quibus cauſ. pign. vel hypoth. tacit.* D. Harppr. *in Reſp. 93 n. 244 & ſeqq.* Dominus vero illud à Superficiario non reali; ſed perſonali actione exigit, quia venit ex obligatione. Ad illud autem petendum datur actio ex eo negotio aut contractu, quo jus ſuperficiarium conſtitutum, v. gr. actio locati, vel ſi ex alia cauſa, e. gr. emptione venditione ſit conſtitutum, & ſolarium ſimul pacto promiſſum, tunc Domino ſoli datur Actio venditi ex pacto contractui adjecto. *d. l. 1. §. 1. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 45 th. 125* ibique Mullerus. add. infra *§ 25.*

Ratione Superficiarii i. e. poſſeſſ. tranquillæ principalis lucrativus, eſt Dominus utilis. Habet jus fruendi, habitandi,

XVIII. Effectus ratione Superficiarii, & quidem tranquillæ poſſeſſionis, Principalis Lucrativus conſiſtit (1) in eo, quod Superficiarius ſit ipſius ſuperficiei tanquam vel quaſi Dominus, ſeu, ut hodie loquuntur, Utilis Dominus. *l. 3 §. 7. ff. uti poſſid. C. un. pr. 2. F. 8* ſupra *ad tit. de damn. infect. § 9.* Unde ſuperficies in bonis ipſius Superficiarii eſſe dicitur, in *l. 49. ff de V. S.* Hinc ſua ſponte ſequitur (2) Quod ſuperficie frui & commoda inde percipere poſſit, *l. 1. pr. ff. h. t.* Stryck. *in uſu modern. h. t. §. 2.* Lauterb. *Diſſ. de theſauro th. 19* quod non tantum involvit facultatem habitandi; *l. 11 §. 3 ff de leg. 1* ſed & quoniam jure quodam conceſſo omnia illa conceſſa videntur, ſine quibus jus illud exerceri nequit, propterea Superficiario omnia illa competunt adminicula, ſine quibus ſuperficie frui nequit, & proin habet

habet poteſtatem eundi, agendi per fundum ipſius Domini ad rem ſuperficiariam. *d. l. 11. §. 3.* eundi, agendi per fundum.

XIX. Quær. An Superficiarius ſuperficiem ipſam poſſideat? Quidam ſimpliciter negant, rati, illum nude ſaltem detinere, vel eſſe tantum in poſſeſſione, & nec naturaliter, nec civiliter poſſidere, idque per *l. 3. §. 7. ff. uti poſſid.* & per *l. 15. §. 12. ff. de damn. infect.* ubi dicitur, quod, qui ſolum non poſſidet, nec poſſidere poſſit ſuperficiem, Solum autem non poſſidet Superficiarius, ſed ipſe ſoli Dominus. His tamen non obſtantibus verum eſt, quod ſuperficiem ipſam poſſideat naturaliter, quia ei datur Interdictum de ſuperficiebus Retinendæ poſſeſſionis, quod ſimile eſt Interdicto Uti poſſidetis *l. 1. §. 2. ff. h. t.* Et licet Diſſentientes hoc de nuda detentione defendenda accipi velint. Sicut etiam Interdictum, Ne vis fiat, &c. eſt Retinendæ quidem poſſeſſionis, ſed tantummodo detentatori datur. Hoc tamen Interdictum ex parte Actoris naturalem requirere poſſeſſionem, patet ex *d. l. 1. §. 2.* ibi *Exemplo Interdicti Uti poſſidetis.* & in *f. Omnia, quæ in Uti poſſidetis Interdicto ſervantur, hic quoque ſervabuntur.* Quod autem Interdicto Uti poſſidetis uti non queat, niſi ad minimum naturaliter poſſidens, probat *l. 3. §. 8. ff. uti poſſid.* Item hoc patet ex ipſa natura poſſeſſionis Naturalis, ut pote quæ eſt jus rem ſibi habendi propter jus in re. Superficiarius autem moratur in re, animo ſuperficiem ſibi habendi, quia rem detinet jure utilis dominii, ſupra *ad tit. de A. vel A. P. §. 9.* Denique ex *L. 1. §. 3. ff. de vi & vi arm.* ita licet argumentari. Cui datur Interdictum Unde vi, ille non eſt in nuda poſſeſſione, ſed vel naturaliter, vel civiliter poſſidet. *d. l. 1. §. 9. 10. & 23. & l. 3. ff. d. t.* Atqui Superficiario. *d. l. 1. §. 5.* Ergo. Ad Diſſ. rationes Reſpond. (1.) In *d. l. 3. §. 7.* nihil aliud dici, quam quod Superficiario denegetur Interdictum Uti poſſidetis, cujus ratio eſt, quia non habet poſſeſſionem ad illud Interdictum neceſſariam, ipſius nempe ſoli, *l. 1. §. 1. ff. uti poſſid.* minime vero dicitur, quod plane non poſſideat. (2.) Ad *d. l. 15. §. 12.* quæ magis obſtare videtur, ea tamen, & mente JCti penitus inſpecta, apparet, quod ibi agatur de miſſione in poſſeſſionem ex cauſa damni infecti, proin loquatur proprie de civili poſſeſſione, qua quis rem animo Domini poſſidet. ſupra *ad tit. de A. vel A. P. § 10.* Superficiem autem ſeparatum conſideratam abſque ſolo, uti dictum, nemo animo Domini detinere poteſt. Quod vero JCtus in *d. l.* de civili poſſeſſione loquatur, elucet ex caſu ibi propoſito. ſcil. ſi ex ipſo ſolo damnum imminet vicino, hic cautionem ab altero vicino exigere poteſt, qua non præſtita, alter mittitur non in ſolam ſuperficiem, ſed in totas ædes; alias miſſio non habitura eſſet effectum, quia ſine ſolo ſuperficies civiliter poſſideri non poteſt. In qua autem poſſeſſione ultimus effectus & exitus hujus miſſionis conſiſtit, de

An vero poſſideat ſuperficiem?

Rat. Dubit.

Rat. Decid.

Reſp. ad contraria.

1.

2.

LII 3 illa

illa loquitur JCtus in *d. l.* At non in naturali, ſed civili poſſeſſione. &c. Ergo. Major conſeq. ex ipſo textu probatur, propterea negat JCtus miſſionem fieri poſſe in ſuperficiem, quod extra miſſio haberi non poſſit. Minor probatur ex *d. L. 15. §. 16.* Si enim poſt miſſionem ex Primo Decreto factam Reus cautionem non præſtiterit, Actor ſtatim mittatur ex Secundo Decreto, & veram rei ruinoſæ poſſeſſionem ac dominium conſequatur, atque ita neceſſario civiliter poſſidere incipit. Quod ipſum confirmant verba *d. l. 15. §. 12.* eo ſcilicet modo, quo ex Secundo Decreto in cauſa damni infecti miſſus poſſidet, eodem nemo poteſt ſuperficiem poſſidere ſine ſolo.

Superficiarius habet in ipſo ſolo jus ad rem. Facultatem de re diſponendi. Quomodo Servitutes conſtituendi?

XX. (3.) Superficiarius igitur in ipſo ſolo nullum jus habet in re, ſed ſaltem ad rem, ut Dominus ipſi ſcil. concedat ſuperficiem in ſolo habere, propter jus quaſi dominii. (4.) Facultatem diſponendi de re ſuperficiaria, ſcil. Novum opus nunciando, *L. 3. §. 3. ff. de N. O. N.* Jura ſervitutum ſuperficiei debitarum vindicando, eoque nomine habet actionem confeſſoriam. *d. L. 3. §. 3.* Alias Servitutes in ſuperficie imponendo; non quidem ipſo jure, quia non eſt verus Dominus, ſed tuitione ſaltem Prætoris, qui illas ad exemplum defendit Utile Interdictum & utiles actiones de iis concedendo. *L. 1. §. ſ. ff. h. t.* Menoch. *rem. poſſ. Rem. 4. n. 31.* Frider. *d. tit. 8. n. 13.* Joh. Voetius *h. t.*

Jus reale.

XXI. Hoc jus Superficiario competens non eſt perſonale, ſed reale, & in quosvis hæredes transitorium. *L. 10. ff. fam. erciſc.* ubi de Superficie datur actio familiæ erciſcundæ, quæ tamen hæredibus tantum de rebus hæreditariis competit. ſupra *ad d. tit. §. 8. & 13.* Licet autem in *l. 1. §. 6. ff. h. t.* hoc jus ſimile dicatur uſuifructui, qui tamen eſt jus perſonale, comparatio ibi tantum fit ratione fructuum & onerum. Porro quia Superficiarius habet poteſtatem alienandi tam inter vivos, quam mortis cauſa, ideo jus ſuum cuilibet teſtamenti factionem paſſivam habenti poteſt legare; *l. 1. §. 7. ff. h. t. L. 30. §. 1. ff. de leg. 1.* etiam ipſi Domino ſoli. *l. 86. §. ſ. ff. eod.* Nec obſt. quod hic jam ſit ejusdem ſuperficiei Dominus; Superficiarius enim jus ſuum, quod in ſuperficie habet, domino ſolo legat, ut, qui antea habuit dominium directum, tunc plenum conſequatur. *d. l. 86. §. ſ.* infra *§. 36.*

Alienandi, Mortis cauſa.

Obj. Reſp.

Inter vivos. Titulo lucrativo, & oneroſo, Empt. vend. Oppignor. Quo effectu?

XXII. Inter vivos etiam alienari atque in alium transferri poteſt, non ſolum titulo lucrativo, per donationem; *d. l. 1. §. 7.* ſed & oneroſo, e. gr. per emptionem venditionem. *L. 32. ff. de contrah. empt.* Frantzk. *d. cap. 13. n. 8.* Proinde ſuperficies pignori quoque dari poteſt; nam quæcunque res vendi, illæ & oppignorari queunt. *L. 9. ff. de pignor.* junct. *l. 16. §. 2. ff. de pignor. act.* Sed de Oppignoratione ut & Servitutum conſtitutione notandum, vid. Schilt. *Exerc. 37. th. 82. ad L. 1. §. 6.* Struv. *Exerc. 43. th. 128.* ibique Mull. Beyer *pos. 8.* quod pignus,

ſicut

ſicut & ſervitutes illæ, tamdiu ſuccedunt durent, quamdiu jus ſuperficiarii, hocque extincto extinguantur & illæ; ſoluto enim jure dantis, ſolvitur jus accipientis. *L. 31 ff. de pign. act.* Struv. *d. l. n. 19.* Et porro, ſuperficie creditori oppignorata, ſi in concurſu creditorum etiam dominus ſoli concurrat, debitam annuam penſionem vel ſolarium ex ſuperficie petens, hujus potior eſt cauſa quam hypothecarii creditoris *l. 15. ff. qui pot. in pign.* Et tantum de lucrativo effectu principali ſtatum tranquillæ poſſeſſionis reſpiciente.

XXIII. Sequitur Effectus minus principalis circa onera, nempe quæ Superficiarium per conſequentiam ſequuntur. Tenetur autem (1) Tributa, Collectas, omniaque onera publica exſolvere & præſtare, quia poſſidet ſuperficiem propter jus in re & fructus exinde percipit; Onera enim publica fructuum ſunt ſtipendia. *L. 13 ff. de imp. in res dot. fact. l. 7 pr. ff. de publ. & vectig. l. 1. ſunt cenſu L. 2 C. de annon. & tribut. lib. 10.* Minor patet ex dictis & probatur *l. 7. §. 2 ff. de uſufr. l. 39 §. 5. ff. de leg. 1. junct. L. 1. §. 6. ff. h. t.* Nec refert, illa onera ſint Ordinaria, ſive Extraordinaria, arg. *L. 27 §. 3 ff. de uſufr. l. 28. ff. de uſu & uſufr. leg.* etiam præterita. *d. l. 7 pr. ff. de publ.* Mev. *p. 4. dec. 095.* (2.) Quantum ad privata onera ſuperficiem ſartam tectam ſuis ſumptibus conſervare arg. *d. l. 7. § 2 ff. de uſufr.* Domino tamen ſoli, etſi ſuperficies damnum minetur, cavere non debet, ex ratione in *l. 18 § 4 ff. de damn. inf.* (3) Ad annuam penſionem domino præſtandam obligatur, quæ penſio vocatur Solarium, *Boden-Zinß, Grund-Zinß,* quia præſtatur propter ſolum & in compenſationem uſus ſoli, in quo ipſi ædificium habere permiſſum eſt *l. 15 ff. qui pot. in pign. d. l. 7. §. 2. d. l. 39. § 1 add. l. 2. §. 17 ff. ne quid in loc. publ.* ſupra *h. t. §. 17.* Sed quær. An Solarium ſemper pro hoc uſu præſtandum? vel, An ſit de hujus juris Subſtantia? Hoc quidam affirmant ob textus generalitatem in *L. 74. ff. de R. V.* Sed rectius diſting. An hoc jus conſtitutum ſit ex cauſa locati conducti, & ſemper penſio erit præſtanda, quia locatio gratuita, vel abſque mercede eſſe non poteſt; *pr. J.* & ſupra *ad tit. locat. cond. §. 10.* An ex alia cauſa, e. gr. emptione venditione, donatione, ex cauſa legati, tunc quidem etiam præſtari poteſt penſio, non tamen eſt de ſubſtantia; ſed pertinet ad accidentia, & debetur, quatenus ex ſpeciali conventione promiſſa fuerit *l. 1. § 1 ff. h. t.* Menoch. *mm. 5.* Franck. *c. 15 n. 7.* D. Bardili *Exerc. 25 Concl. For. 18.* Nec obſt. indefinita aſſertio in *d. l. 74.* Nam JCtus non ſolum ibi loquitur de eo, quod ut plurimum fit; prout olim hoc jus ex cauſa locati conducti ut plurimum conſtituebatur; *L. 1. pr. & §. 3. L. 2 ff. h. t.* ſed & JCtum eo reſpexiſſe ex *l. ſeq. 75.* apparet, & ita probari poteſt: In quo jure ſuperficiario actio realis demum conceditur a *Prætore* ex cauſæ cognitione, illud conſtitutum eſt ex cauſa locati con-

Onera Superficiarii publica.

Ampl.

Privata.

Solarium.

An ſemper debeatur?

cauſa loc. cond. an aliâ.

Obj. Reſp.

conducti. Atqui in hoc jure, de quo agitur in *d. l. 74. &c.* Ratio conſequentiæ Majoris deſumpta eſt ex *L. 1. §. 1. ff. h. t.* ſive ex alia cauſa conſtitutum ſit, etiam ſine cauſæ cognitione actio realis competit *L. 16. §. 1. ff. de pign. l. 3. §. 3. ff. de N. O. N.*

Solarium differt à Canone emphyteut. 1. 2. XXIV. Hoc Solarium à Canone emphyteuticario diſtinguitur in eo, quod hic ex prædio emphyteuticario, ſolarium vero ex ſoli ſuperficie præſtetur, vel pro uſu aut in compenſationem uſus ſoli, in quo quis ſuperficiem habet, Canon vero tantum in recognitionem directi dominii. Porro quod Canon non tantum in pecunia numerata, ſed aliis etiam rebus conſiſtere poſſit, verum Solarium, maxime ſi hoc jus ex cauſa locati conſtitutum ſit, in ſola pecunia numerata conſiſtat, quia, ſecundum veriorem opinionem, de natura locationis eſt, ut merces ſit in pecunia numerata. *ſuprà tit. loc. cond. d. §. 30.* Quod ſolarium in pecunia ſolvi debeat, docet Speidel. *in ſpecul. voc. Boden-Zinſ.* Et tantum de effectu tranquillæ poſſeſſionis.

Effectus in ſtatu poſſeſſ. turbatæ, quoad Retinendæ poſſeſſionis, vel Recuperandæ. Interdict. de ſuperficiebus quid? Quæ inde actio? XXV. Effectus, qui reſpicit ſtatum turbatæ poſſeſſionis, conſiſtit in Actionibus & Exceptionibus Superficiario competentibus. Actiones ſunt vel poſſeſſoriæ, vel petitoriæ. Poſſeſſoriæ ſunt Interdictum de ſuperficiebus, & de vi & vi armata, ſeu Interdictum unde vi. Primum Interdicti de ſuperficiebus explicatur *h. t.* Eſtque prohibitorium, retinendæ poſſeſſionis, quo Prætor prohibet ſuperficiarium in ſua ſuperficiei poſſeſſione turbari. *l. 1. pr. ff. h. t.* Stryck. *de act. forens. inveſtig. ſect. 2. m. 2. §. 13.* Actio autem hujus interdicti nomine hodie competens nihil aliud eſt, quam Actio realis duplex, retinendæ poſſeſſionis, ſuperficiario, adverſus quemcunque turbantem, ad poſſeſſionem ſuperficiei retinendam competens. *d. L. 1. §. 2.* De hac actione dicitur, quod ſit realis, quia oritur ex ſuperficiei poſſeſſione, propterea, æque ut præcedentes actiones, eſt talis.

C. E. Rem. XXVI. Cauſa Effic. Rem. eſt Prætor, qui eam non propoſuit, ut adminiſtrator, ſed ut autor introduxit, propter utilitatem Superficiarii. *d. L. 1. pr. L. 3. §. 7. ff. uti poſſid.* Et quamvis hanc ad ſuperficiem tuendam perſonales quoque dentur actiones, quia tamen melius eſt poſſidere potius, quam in perſonam experiri, ideoque Prætor hanc Actionem addidit. *d. l. 1. §. 1.* Menoch. *d. Rem. 4. n. 40.*

Proxima eſt Poſſeſſio. Non vitioſa ab adverſario. Proxima eſt poſſeſſio ipſius ſuperficiei, ex qua hæc actio oritur. *L. 1. pr. & §. 2. ff. h. t.* Eſt enim Retinendæ poſſeſſionis. Modo poſſeſſio non ſit vitioſa, i. e. ut ſuperficiarius eam non vi, nec clam, nec precario ab adverſario habeat, quo caſu hoc Interdicto uti non poterit; ſecus vero eſt, ſi ab alio vitioſe poſſideat, tunc enim vitioſa quoque poſſeſſio hanc nihilominus producit actionem. *arg. L. 1. pr. §. 2. ff. h. t. & L. 1. §. 5. & L. 2. uti poſſid.* junct. *L. 1. §. 2. ff. h. t.*

Cauſ. Imp. Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 25. th. 4. Lit. F.* Cauſa Impulſiva, propter quam hæc actio

actio in judicium deducitur, eſt turbatio in ſuperficiei poſſeſſione admiſſa. *L. 1. pr. ff. h. t.* Vis enim turbativa intelligitur ex natura hujus Interdicti, quod ſcil. eſt retinendæ. add. ſupra *ad tit. uti poſſid. §. 6.*

XXVII. Quoad Subjectum hujus actionis Activum, datur Superficiario, qui poſſidet, ſive ad modicum, ſive ad longum tempus, & ex quocunque contractu habeat, per verba interdicti generalia. *l. 1. pr.* junct. *§. 2 ff. h. t.* Frederus, *n. 9.* Poſſeſſio autem Superficiei neceſſario requiritur; unde ſi quis vi de illa dejectus ſit, non poteſt agere hac actione, quia poſſeſſionem amiſit, ſed ipſi opus eſt Interdicto recuperandæ poſſeſſionis Unde vi. *ſeq. §. 30.* Subjectum paſſivum ſunt perſonæ, adverſus quas datur, & ſunt adverſus ipſum dominum ſuperficiarium in ſuperficie turbantem, omnes turbatores cujuscunque generis; *d. l. 1. pr. & §. 2 ſeq.* & Prætor enim indefinite Superficiarium adverſus quemcunque turbantem defendit. *d. l. 1. pr. l. 3. §. 2 & 7. ff. uti poſſid.* Frederus, *n. 6.* Joh. Schilter. *Exerc. 47. th. 61. ad L. 1. h. t.* Superadd. quæ ſupra *ad d. tit. uti poſſ §. 1.* Objectum eſt ſuperficiei poſſeſſio, ad quam retinendam & defendendam principaliter hæc actio tendit.

Competit omni Superficiario.

Non vi dejecto.

Adverſus omnes turbatores.

Ad poſſeſſ. ſuperficiei retinend.

XXVIII. Differentia Specifica partim ab Objecto, partim à Fine eſt deſumpta, & conſiſtit in eo, quod competat ad poſſeſſionem ſuperficiei conſervandam & defendendam. Finis itaque & Effectus hujus actionis eſt, ut ſuperficiarius ſuam poſſeſſionem defendat, & ſalvam retineat. Unde Actor in hac actione petere debet. (1.) Ut ipſe poſſeſſor ſuperficiei declaretur, (2.) adverſarius vero condemnetur, ut a turbatione deſiſtat, cautionem de non amplius turbando præſtet, & omne intereſſe actori ſolvat; Quæcunque autem petuntur in præcedenti Interdicto Uti poſſidetis, in hoc etiam peti poſſunt. per *d. l. 1 §. 2. inſ ff. h. t.* ſupra *ad præced. tit §. 12.*

Diff. Spec.

Effectus.

Quid Actor petere debeat.

XXIX. Ad Contraria pertinet Exceptio vitioſæ poſſeſſionis ab adverſario oblatæ, tunc enim hac actione uti non poteſt. *præc. §. 26.* Ad Affinia pertinet Interdictum Uti poſſidetis, cum quo magnam cognationem & affinitatem habet *L. 1. §. 2. inſ. ff. h. t. præc. §. 1.* Actio Injuriarum. *l. 13. §. ſ. ff. de injur.*

Contraria. Affinia.

XXX. Secundum Remedium poſſeſſorium Superficiario competens eſt Interdictum Unde vi, quod ipſi competit, ſi de poſſeſſione ſuperficiei vi dejectus ſit. *l. 1 §. 5 ff. de vi & vi armata* De quo ſupra *ad modo dict. tit.*

Vel Remed. Recuperandæ.

XXXI. Superficiario non tantum Remedia Poſſeſſoria; ſed & Petitoria competunt, inter quæ primum locum obtinet utilis Rei Vindicatio. *l. 1. pr. § 3. & ſeqq. ff. h. t. l. 3. § 7 ff. uti poſſ. l. 3. § 3 ff. de N. O N. l. 16. § ſ. ff. de pign act. l. 73. § 1. l. 74. & 75. ff. de R. V.* quæ eſt actio realis. Superficia-

Remedia Petitoria.

Utilis R. V. Quid ſit?

Differt à præced. rio, adverſus quemcunque ſuperficiei poſſeſſorem, ad jus ſuperficiarium vindicandum competens. Hæc actio à præcedente diſtinguitur, quod illa ſit poſſeſſoria, quæ principaliter agitur ad poſſeſſionem ſuperficiei defendendam: Hæc vero petitoria, quæ non datur poſſeſſori; ſed Superficiario, qui poſſeſſionem ſuperficiei amiſit, adverſus ſuperficiei poſſeſſorem; Præſupponit enim hæc actio ex parte Actoris jus ſuperficiarium, ex parte vero Rei ſuperficiei poſſeſſionem, add. Schulter. *d. l. ad §. 6.* ubi explicat *d. l. 1. §. 6.* ſatis difficilem.

C. E. R. Præt. XXXII. Cauſa Efficiens Remota hujus actionis eſt Prætor, qui eam primo introduxit. *d. l. 1.* Proxima eſt ipſum Jus Superficiarium, ſive quaſi aut utile dominium illud, ex quo Prætor eam deducit. *d. l. 74. l. 1. § 1. ff. h. t.* Quoad Subjectum datur Superficiario, qui ſuperficiem vel ad longum tempus conduxit, Stryck *de cautel. contract. ſect. 2 cap. 9. § 6. & de act. forens. inveſtig. ſect. 2. m. 1. §. 15* vel alio modo acquiſivit; ſed ſuperficiei poſſeſſionem amiſit. *d. L. 1. §. 5. add. præc. § 20. inſ.* Adverſus quemcunque poſſeſſorem, & ipſum Dominum ſoli. *d. L. 1. §. 1. & 4.* Struv *Exerc. 43 th. 120.* ibique Mullerus. Et competit principaliter ad jus ſuperficiarium vindicandum & declarandum. Minus principaliter ad ſuperficiei poſſeſſionem cum omni cauſa & intereſſe reſtituendam, unde Differ. Spec. appparet. Nam petit Actor, ut ipſe Superficiarius vel Dominus Utilis declaretur, & Reus condemnetur ad poſſeſſionem vel quaſi reſtituendam, cum omni cauſa & intereſſe. *d. L. 1. §. 1. L. 20. L. 75. ff. de R. V. l. 38 §. 4. ff. de uſur.* junct. *l. 173 §. 1. ff. de R. J.*

Cui competat?

Adverſus quem? Ad quid?

Quid petatur?

Aliæ Actiones Superfic. compet. Fam. erciſc. Util. Com. div. Ut. Confeſſ. XXXIII. Præterea & aliæ Superficiario competunt actiones. Si (1.) plures hæredes reliquerit Superficiarius, illis de ſuperficie dividenda competit Actio familiæ erciſcundæ. *d. l. 10. ff famil. erciſc.* (2.) Si duobus res ſuperficiaria ſit communis, Utile communi dividundo judicium datur *l. 1 § 8 ff. h. t.* vid. ſupra *§. 21. commun. divid.* (3.) Ad ſervitutes fundo ſuperficiario debitas vindicandas, Utilis confeſſoria. *l. 3. §. 3. ff de N. O N.* (4.) Si ipſe ſuperficiem à non Domino, bona tamen fide & juſta ex cauſa nactus ſit, datur ei, tanquam b. f. poſſeſſori ſuperficiei, Publiciana in rem actio. *l. 12. §. 3. ff. de publ. in rem. act.* Et in genere Remedia, quæ Domino ſoli directe competunt, Superficiario dantur utiliter; ſic Cautionem de damno infecto ratione ſuperficiei exigere, *l. 39. §. 2. ff de damn. infect.* item novum opus utiliter nunciare poteſt. *d. l 3 § 3 ff de N. O N.* Struv. *Exerc. 43 th. 120.* ibique Mullerus. Schulter. *Exerc. 43 th. 62. ad L. 1. §. 1. h. t.* Et tantum de actionibus Superficiario competentibus.

Publiciana.

Except. in factum. XXXIV. Denique etiam Superficiario ad jus ſuum defendendum competunt Exceptiones in factum; Cui enim dantur actiones, eidem multo magis

gis

gis competunt exceptiones. *d. l. 1. §. 4. ff. h. t. l. 156. §. 1. ff. de R. I.* Hinc, ſi Dominus ſoli, cui directa ſuperficiei vindicatio competit, eam vindicaret, Superficiario, cui datur utilis vindicatio, competit etiam exceptio. *d. l. 1. §. 4.* Frider. *d. tr. num. 12.*

XXXV. Contraria ſunt modi, quibus hoc Jus finitur. Id fit (1.) Interitu ipſius ſuperficiei, ſi ſcilicet caſu ſuperficies extinguatur, & in totum pereat; extincta enim ſuperficie tanquam Subjecto, perimitur etiam Jus ſuperficiarium. *l. 10. §. 2. ff. de damn. infect. arg. l. 2. ff. & §. 1. I. de uſufr.* Menoch. *h. num. 10.* Sin minima ſuperficiei pars conſervetur, etiam dictum jus retinetur, *arg. l. 53. ff. de uſufruct.* Re vero ſuperficiaria in totum perempta, ut nec quidem ſuperficiei ad reficiendum ſuperſint, hoc jus ita extinctum habetur, ut, licet Dominus ſoli aliud ædificium in illo loco poſuerit, nullum propterea jus conſequatur Superficiarius, nec ipſe ſuis ſumptibus iterum extruere poſſit. Nec obſtat Utile Dominium, quod in illa re erat conceſſum. Hac enim extincta, etiam ipſum jus extinctum cenſetur, & ædificium, quod Dominus, vel etiam ipſe Superficiarius iterum extruit, eſt plane novum. Conventio vero, quæ de jure ſuperficiario conſtituendo interceſſit, reſpicit ad rem præſentem jam exiſtentem, vel ſtatim à Superficiario ponendam, non vero ad futuram poſt aliquod tempus, ſicque illa jam expleta eſt, niſi de reædificando etiam conventum ſit. vid. Stryck. *in uſu modern. h. t.* Struv. *Jurispr. for. lib. 2. tit. 12. §. 22.*

Finitur 1 Interitu totali.

non partiali.

Si Dominus in eo loco aliud ædificium extruat?

XXXVI. (2.) Conſolidatione, ſi ſcilicet vel Superficiarius Directum ſoli, vel Dominus ſoli Utile ſuperficiei dominium acquiſiverit. Illo caſu Superficiarius quidem retinet ſuperficiei poſſeſſionem, fructusque omnes ex illa percipit, ſed non jure ſuperficiario, verum jure pleni dominii. In proprio enim fundo Dominus hoc jus habere non poteſt, æque ac res propria nemini ſervit. *l. 26. ff. de S. P. U. l. 33. §. 1. in f. ff. de S. P. R.* Lauterbach *Diſſ. de conſol. th. 37.* Si itaque Superficiarius Domino ſoli hoc jus legaverit, tunc, qui antea directum, jam plenum conſequuturus eſt dominium. *l. 86. §. 4. ff. de leg. 1. præced. §. 21.* Hæcque Conſolidatio etiam fieri poteſt Præſcriptione, e. gr. ſi Superficiarius negaret ſe eſſe talem, (quamdiu enim ſe Superficiarium eſſe confitetur, nullo tempore directum dominium præſcribere poteſt. *l. 2. §. 1. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.*) ſicque inverteret ac mutaret titulum ſuæ poſſeſſionis, idque ex juſta cauſa & b. f. feceri, tunc X. inter præſentes, & XX. inter abſentes annis etiam directum dominium præſcribere & acquirere poſſit, per ea, quæ ſupra *ad tit. de uſur. §. 29.* (3.) Finitur & hoc Jus Temporis lapſu, ad minimum ope exceptionis, ſi ſcilicet jus illud ad certum tempus conceſſum ſit, & illud effluxerit. *d. l. 1. §. 3. ff. h. t.*

2. Conſolidatione.

Item etiam Præſcriptione.

3. Lapſu temporis.

An ob Ceſſationem ſolvendæ penſionis? XXXVII. His modis alii addunt Ceſſationem ſolvendæ penſionis, ſcil. ſi Superficiarius intra certum tempus annuam penſionem non ſolverit, quod tunc Dominus ſoli eum ex re ſuperficiaria expellere queat; In determinatione autem temporis invicem diſſentiunt. Quidam ſtatuunt, ſi intra annum non ſolverit; per *L. 3. C. de locat.* alii intra biennium per *l. 54. §. 1. ff. locat. cond.* denique alii intra triennium. per *l. 2. C. de jur. emph.* Neg. *pt.* vid. Stryck. *in uſu modern. h. t.* At verius videtur, quod hæc mora in ſolvenda penſione admiſſa non ſit per interpretationem inter modos hoc jus finiendi referenda, quia in toto Jure inter illos relata non reperitur; quod itaque Lex non cantat, de eo & nos tacere debemus, præſertim in hiſce pœnalibus extendendis. Nec obſtat (1.) *d. l. 3.* quæ loquitur de Locatione & Conductione, & ſic a diverſis mala fit illatio, nam inter locationem conducti & hoc jus magna eſt differentia. Conductor enim in re conducta habet tantum jus ad rem, Superficiarius vero jus rei, quo non tam facile, quam ille ſuo privari poteſt. Dein male ex *d. L.* dicitur, quod Conductor intra annum mercedem non ſolvens expelli poſſit, quia argumentum, quod DD. ex illa eliciunt, eſt contrario ſenſu, quod non procedit contra expreſſum textum in *L. 54. §. 1. ff. locat.* ubi expreſſe biennium ſolutioni præfinitur; quod etiam repetitur in *L. 56. ff. eod.* ſupra *ad tit. locat. §. 41.* (2.) Ad *d. l. 54. §. 1.* quod propter modo dictam rationem non idem ſit dicendum de Superficiario ac de Conductore. (3) Ad *d. L. 2.* per quam emphyteuta, in ſeculari emphyteuſi canonem intra terminum non ſolvens, jus ſuum amittit, atque ex fundo emphyteuticario expelli poteſt, quod tamen varias habet limitationes. Carpz. *I. F. p. 2. C. 38. def. 19.* ſic ergo *d. l.* ſimiliter loquitur de re diverſa, eſtque pœnalis; Pœnalia autem non ſunt extendenda; ſed potius reſtringenda. arg. *l. 9. ff. de pœn. L. 155. §. 2. ff. de R. I.*

Obj. Reſp. 1.

2.

3.

Affinia. XXXVIII. Affinia hujus Juris ſunt Jus Emphyteuticarium, Jus, quod Vaſallus habet in fundo feudali, Jus Libellarium, Cenſiticum, Uſusfructus; a quibus omnibus hoc noſtrum Jus in eo differt, quod illa omnia non tantum, ut hoc noſtrum, in ſola ſuperficie; ſed in ſuperficie & ſolo ſimul conſiſtunt. Frider. *d. tit. h. n. 15. 16. & 17.* Hahn. *ad Wes. h. t. N. I.*

TIT. XIX.
DE ITINERE ACTUQUE PRIVATO.

§. I.

Connexio. SUbjiciuntur in hoc & ſeqq. tit. alia Interdicta Specialia de certis quibusdam Servitutibus. In hujus Tituli inſcriptione quidem duæ tantum exprimuntur, Itineris ſcil. & Actus; verum, quod de pluribus hic agatur, patet

patet ex *l. 1. pr.* & paſſim *ff. h. t.* ubi etiam Viæ mentio fit. De hiſce autem Servitutibus, quatenus ſpectant rem publicam, actum eſt *præc. tit. 7. & ſeqq.* Nunc agitur de iisdem, qua privatis, & duo Interdicta h. t. proponuntur, quorum unum agit de Quaſi poſſeſſione defendenda: alterum de Refectione non impedienda.

De Servit. privatis duo h. t. proponuntur Interdicta.

II. Primum Interdictum h. t. propoſitum eſt Remedium Prætorium, Prohibitorium, Retinendæ poſſeſſionis, quo Prætor prohibet quaſi Poſſeſſorem illarum ſervitutum turbare in ſua poſſeſſione. *L. 1. pr. & §. 1. ff. h. t.* Divid. in Directum & Utile. vid. *ſeq. §. 6. & 7.* Actio vero, quæ hodie nomine & loco hujus Interdicti competit, eſt actio realis. Diſſ. Struv. *Exerc. 45. th. 130.* ibique Mullerus. quaſi poſſeſſori ſervitutum Itineris, Actus & Viæ, adverſus quemcunque turbatorem, ad quaſi poſſeſſionem illarum ſervitutum defendendam & retinendam competens. Dicitur Realis, quia oritur ex jure in re, quaſi ſcilicet poſſeſſionis, ſicut præcedentes actiones ex jure veræ poſſeſſionis. Dn. Bardili, *Conclus. Theor. Pract. Ex. 25. th. 15.*

I. Interdict. de quaſi poſſ. defend. quid? Divid. Quæ hodie Actio?

III. Cauſa Efficiens Remota hujus Remedii eſt Prætor, qui illud introduxit. *d. l. 1. pr. & §. 1.* Proxima eſt quaſi poſſeſſio dictarum ſervitutum. *l. 5. ff. h. t.* Nec oritur ex ipſo Jure Servitutum, utpote ex quo deſcendit remedium Petitorium, actio ſcil. confeſſoria; ſed ex illarum quaſi poſſeſſione temporaria, quia remedium hoc eſt mere Poſſeſſorium. Menoch. *Rem. Poſſ. Rem. 5. n. 2.* Hinc etiam in hoc judicio non quæritur, an ſervitus ſit conſtituta, ſed ſaltem, an actor intra annum quaſi poſſideat, vel uſus ſit ſervitute, Bachov. *ad Treutl. V. 2. D. 25. th. 4. lit. H.* non vi, non clam, non precario, *d. l. 1. §. 2.* Frider. *de Interdict. tit. 10. num. 6.* Hæc enim quaſi poſſeſſio conſiſtit in uſu ſervitutis. *l. 20. ff. de ſervit.* Ut itaque quis dictas ſervitutes quaſi poſſidere videatur, non ſufficit per proximum fundum iter facere, licet propter incommoditatem rivi, vel quia via præruptа erat, vel jure familiaritatis, frequenter fieret, ſed neceſſe eſt, ut eo jure, tanquam ſervitute ſibi debita, uſus ſit. *d. l. 1. §. 5. & 6. l. 5. ff. h. t.* Menoch. *A. I. Q. l. 2. Caſ. 160. num. 5.* Frider. *d. l. num. 11. & 12.*

C. E. Rem. Proxima non eſt Servitus, ſed quaſi poſſeſſio, quæ conſiſtit in uſu ſervitutis, qui talis?

IV. Ad quaſi poſſeſſionem harum ſervitutum per uſum conſtituendam inſuper requiritur, ut Actor non quidem illo ipſo tempore, quo Interdictum redditur, ſed illo anno ex tempore actionis in judicium introductæ retrorſum computando, *d. l. 1. §. 5.* ſervitute uſus ſit; non quidem ſemper, verum modico tempore, i. e. non minus, quam triginta diebus *d. l. 1. §. 2.* Si tamen quis inundatione aut per vim impeditus itinere, actu vel via privata hoc anno uſus non fuerit, poterit repetita die hoc Interdicto uti per in integrum

Quando & quamdiu quis uſus? Spatium in computatione. Neceſſitate impeditus.

reſtitutionem ex Clauſula generali: *Si qua mihi juſta cauſa videbitur. d. l. 1. §. 9. junct. l. 1. §. 1 ff. ex quib. cauſ. maj.* Joh. Voetius *num. 1. & 2. h. t.* Sicut etiam, ſi, dilatione data adverſario, futurum eſt, ut cauſa interdicti deterior fiat, repetita die hoc Interdictum redditur. *d. l. 1. §. 10.* Hoc tamen non refert, an quis per ſe, vel per alium, ut Inquilinum, Colonum, Procuratorem, Servum, Amicum, vel etiam Hoſpitem uſus ſit ſervitute. *d. l. 1. §. 7. l. 3. §. 4. & 7. ff. h. t.*

Per ſe, ſive per alium uſus ſit.

Quaſi poſſ. ſit ratione adverſarii ſine vitio, ab initio.

V. Tandem, ut dicta quaſi poſſeſſio hanc actionem producere poſſit, requiritur, ut Actor eam tempore anni nec vi, nec clam, nec precario ab adverſario habeat, Vitioſa enim poſſeſſio ab adverſario, ejusve autore hanc actionem, ſicut in præced. non producit: quia b. f. in acquirenda quaſi poſſeſſione ſervitutis ab initio neceſſaria eſt, *d. l. 1. pr. l. 3. §. 2. ff. eod.* ſequens autem b. f. non prodeſt. Menoch. *num. 16.* Poſſeſſio vero a tertio vitioſa impedimento non eſt, per textum generalem in *l. 5. ff. de A. vel A. P.* Hahn. *ad Wes. h. t. N. 2.* Quær. Si quis XXX diebus illo anno ſine vitio ab adverſario poſſederit, poſtea vero vel ipſe, vel ejus hæres, vi aut clam ab eodem poſſidere incipiat, propter ſupervenientem adverſarii prohibitionem, *l. 3. pr. & §. 1. ff. h. t. l. 1. §. 5. ff. quod vi aut clam.* an nihilominus hac actione gaudeat? & reſpondet JCtus, quod mala fides poſt præfinitum tempus ſuperveniens quoad hoc Interdictum Actori nihil noceat; *l. 1. §. 5. l. 3. §. 1. & 2.* ibi: *Æquum non eſt nobis nocere hoc, quod adverſus eum non nocuit, in cujus locum ſucceſſimus. ff. h. t.* nec enim corrumpi aut mutari, quod recte tranſactum eſt, ſuperveniente delicto poteſt, *l. 2. ff. eod.* & utile per inutile non vitiatur. *l. 1. §. 20 ff. de aq. quotid. & æſt.* Menoch. *d. Rem. 5. num. 15. & ſeqq.* Cæpolla quidem VII. requiſita ad hanc quaſi poſſeſſionem recenſet, *de ſerv. præd. ruſt. c. 1. num. 25. & ſeqq.* ſed reliqua ad ſervitutem neceſſaria collig. ex ſeqq. & ſupra *ad tit. de ſervit.*

M. f. ſuperveniens non nocet.

Datur dicto quaſi poſſeſſori turbato.

VI. Datur quaſi poſſeſſori prædictarum ſervitutum, qui vel ipſe, vel ipſius Autor, anno a tempore inſtituendæ actionis retro computando, ad minimum XXX. diebus itinere, actu; vel via privata, nec vi, nec clam, nec precario ab adverſario poſſedit, vel ſine vitio uſus eſt; ſed ipſe vel mandatarius uti prohibetur. *d. l. 1. pr. d. l. 3. §. 2. 4. & 7.* Nec refert, ex donationis, dotis, venditionis titulo, aliave quacunque cauſa vel contractu fundum quis adeptus ſit; *d. l. 3. §. 6. 9. & 10.* Competit autem Domino fundi, cui ſervitus conſtituta, ejusque hæredibus vel ſucceſſoribus. *d. l. 3. §. 2. l. 3. §. 2. l. 4. ff. h. t.* Menoch. *n. 18.* Utile vero datur Uſufructuario. per *d. l. 3. §. 5. & 8.* (Qui-

Etiam Uſufructuario.

dem

dum *d. §. 8.* allegant, quod ad uſusfructus conſtitutionem per ultimam voluntatem quaſi traditio requiratur, cum tamen ibi non agatur de uſufructu conſtituendo, ſed de quaſi poſſeſſione defendenda.) Adverſus turbatorem, qui ſcilicet prohibet vel impedit, quo minus quaſi poſſeſſor illa ſervitute quiete uti poſſit. Contra turbantem.

VII. Objectum eſt quaſi poſſeſſio itineris, actus vel viæ *d. l. 1. pr. ff. h. t.* Circa quasi poss. itinerum, & rusticarum.
Cum autem hæ ſervitutes regulariter ſint ruſticæ, proinde dicitur in *d. l. 1. §. 1.* hoc Interdictum pertinere ad ruſticas tantummodo ſervitutes; quod intelligendum de Interdicto directo. Cum enim Itineris, Actusque urbani eadem ſit ratio & eſſentia, pro Urbanis quoque hoc interdictum, ſed Utile, locum habere communiter aſſeritur Bachov. *d. l.* Lauterb. *ad ff. tit. h. t. n. 1.* Frider. *d. t. n. 26.* Hahn *ad Wes. h. t. N. 1.* *Diſſ.* Struv. *Exerc. 45. th. 150.* & urbanarum.

VIII. Differentia Specifica dependet partim ab Objecto, partim a Fine, & conſiſtit in defenſione atque conſervatione quaſi Poſſeſſionis itineris, actus & viæ privatæ. Actor autem probato, ſe b. f. jure ſervitutis & hoc anno poſſediſſe, juxta præced. *§. 3. 4. & 5.* porro in hac actione petit, ut ipſe quaſi poſſeſſor illius ſervitutis declaretur. Adverſarius vero condemnetur, ut a turbatione deſiſtat, quanti Actoris intereſt in uſu prohibitum non eſſe præſtet, ac de non amplius impediendo in uſu ſervitutis caveat. *L. 3. §. 3. ff. h. t. l. 7. ff. de aq. quotid. & æſtiv.* Menoch. *num. 90.* Hahn *N. 2. in f.* Frider. *num. 14.* Ad Contraria pertinet Exceptio vitioſæ poſſeſſionis ab Adverſario objecta. *L. 1. pr. ff. h. t.* modo in illo anno non ſine vitio XXX. diebus uſus ſit *d. l. 1. §. 2.* Finis. Effectus. Actor quid petat? Contraria.

IX. Ad Affinia refertur Actio Confeſſoria, quæ tamen ab hac noſtra in eo diſtinguitur, quod illa ſit petitoria, hæc poſſeſſoria; illa principaliter agitur ad ipſum jus ſervitutis declarandum, & minus principaliter ad poſſeſſionem recuperandam potius, quam conſervandam: ſupra *ad tit. ff. ſerv. vind.* In hac noſtra vero probata quaſi poſſeſſione temporis prædefiniti, *præced. §. 4.* agitur ad quaſi poſſeſſionem ſervitutis defendendam & conſervandam. Frider. *n. 20.* Et tantum de Interdicto, quod uſum dictarum ſervitutum reſpicit. Affinia. Quomodo diff. ab Act. Confeſſoria?

X. Secundum interdictum de dd. ſervitutibus in h. tit. propoſitum reſpicit illarum refectionem, ita ſuadente utilitate, & eſt Prohibitorium, quo Prætor ei, qui itinere, actuque vel via privata hoc anno b. f. uſus eſt, & cui ſervitus debetur, quo minus ibi reficiat, vim fieri vetat. *L. 3. §. 11. & 13. ff. h. t.* Actio vero, quæ hodie nomine & loco hujus Interdicti datur, nihil aliud eſt, quam actio realis, competens quaſi poſſeſſori prædictarum ſervitutum, cui jus eſt illas reficiendi, adverſus quemcunque impedientem, ut a refectionis impedimento deſiſtat. *d. l.* Dicitur Realis, quia æque ac præced. ex quaſi poſſeſſione oritur. II. Interd. de non impediendo refectione quid? Quæ Actio?

XI. Ut

Req. 1. Quaſi poſſeſſio. 2. Jus reficiendi.

XI. Ut itaque hæc actio locum habeat, requiritur, ut Actor dictis ſervitutibus uſus ſit illo anno non vitioſe ab adverſario. Nec tamen ſufficit ſola hæc quaſi poſſeſſio; ſed inſuper probet, ſe jus reficiendi habere, h. e. ut ipſi ſervitus debeatur; & ſic duo copulativè in hac actione docere debet: (1.) Quaſi poſſeſſionem, (2.) Servitutem ſibi competentem, i. e. jus ſibi eſſe reficiendi *d. l. 3. §. 13.* Menoch. *num. 98.* Struv. *Exerc. 45. th. 133.* ibique Mullerus.

Reficere quid?

Reficere autem eſt aliquid novi facere, ſecundum tamen priſtinam formam; *d. l. 3. §. 15.* add. *l. 1. §. 6. ff. de riv.* quod non permittitur, niſi cui jure ſervitus eſt conſtituta. *d. l. 3. §. 13. & ſeqq.* Unde hoc Interdictum proprietatis cauſam continere dicitur in *l. 2. §. 2. ff. de interd.* & eo etiam lis tota de proprietate finitur; *d. l. 3. §. 13.* propterea tamen non deſinit eſſe remedium poſſeſſorium, quia principaliter agitur de quaſi poſſeſſione. Sin quis docere non poſſit, quo jure ſervitutem habeat, probet tamen, quod illa diu uſus ſit, propter hanc longæ poſſeſſionis prærogativam Interdicto hoc uti poteſt. *l. 5. §. 3.* ibique Brunnemann. *ff. h. t.* Feider *n. 34.* Bachov. *d. l. circa fin.* Menoch. *num. 101. & ſeqq.*

Cauſa Imp.

XII. Cauſa Impulſiva eſt turbatio quaſi poſſeſſionis & refectionis impedimentum. Tunc enim in judicium deduci demum poteſt hæc actio, ſi quis ſervitutem quaſi poſſideat, & in illa turbetur, quod fieri cenſetur, illius ſervitutis refectionem impediendo; *d. l. 3. §. 12.* & ſi de damno infecto caveat. *ſeq. §. 15.*

Datur d. qu. Poſſeſſori, Ejus Succeſſoribus, licet vitioſe uſi ſint.

XIII. Datur hæc Actio quaſi Poſſeſſoribus prædictarum ſervitutum, ſeu, qui illo anno non vitioſe ab adverſario uſi ſunt, & jus reficiendi habent. *d. l. 3. §. 11. 13. & 14.* Eorumque ſucceſſoribus, tam particularibus, quam univerſalibus; *l. 3. §. 2. ff. eod.* Menoch. *n. 113. 114*, ut his non noceat, licet ipſi vitioſe ſint uſi: modo teſtator, venditor, aliusve autor illorum eo anno ſine vitio uſus ſit, *l. 6. ff. d. t.* add. *praced. §. 5.* Valent. Riemer. ex *d. l. 6.* vult probare, quod in materia uſucapionis non vitioſa poſſeſſio autoris cum vitioſa ſucceſſoris ſingularis conjungi poſſit: Verum hic non agitur de poſſeſſionis conjunctione quoad Uſucapionem; ſed tantum quoad hoc interdictum. add. ſupra *ad tit. de uſurp. & uſucap. §. 13.*

Adverſus impedientes refectionem, vel quæ ad eandem neceſſaria & utilia. Limit.

XIV. Datur adverſus omnes, qui refectionem ſervitutum impediunt; *d. l. 3. §. 11. & 12.* quod & pertinet ad ea, quæ ad refectionem neceſſaria & utilia: ut ſi quis ea de cauſa novum pontem velit facere; *d. l. 3. §. 5.* item utilia adportare, & alter non patiatur, vim facere cenſetur, quia ſine iis iter, actus vel via commode refici nequit. *l. 4. pr. ff. d. t.* Niſi quis cum incommodo Domini fundi velit apportare; cum tamen vel compendiaria, vel

alia

alia parte agri ſine detrimento uti poſſet, ei impune vis fiet. *d. l. 4. §. 1. l. 5. §. 1. ff. eod.* Menoch. *num. 111.*

XV. Differentia Specifica dependet partim ab Objecto, partim a Fine, & conſiſtit in eo, quod hæc actio competat ad refectionem, & quaſi poſſeſſionem prædictarum ſervitutum defendendam; ne ſcilicet Adverſarius, refectionem prohibendo, quaſi poſſeſſorem in ſua quaſi poſſeſſione turbet. *l. 3. §. 12. ff. h. t.* Sicque Effectus eſt, ut quaſi poſſeſſor eas reficere poſſit; modo, antequam actionem in judicium deducat, ipſe adverſario cautionem damni infecti, & de vitio operis præſtiterit, opus ſcilicet illud non damnoſum fore. *d. l. 3. § 11.* & *l. 5. §. f. ff. eod.* Quid vero, ſi uſurus hoc Interdicto prius agat ex ſecundo capite de reficiendo, vel actione confeſſoria, & ſuccumbat, an nihilominus ex primo pro tuenda quaſi poſſeſſione adhuc agere queat? vid. Menoch. *num. 124. & ſeqq.* Frider. *num. 35.* Finis. Effectus. Actor debet cavere de damno infecto.

TIT. XX.

DE AQUA QUOTIDIANA ET ÆSTIVA.

Inſt. *Lib. 2. Tit. 3. pr.* Cod. *Lib. 3. Tit. 34.* & *L. XI. Tit. 42.*

§. I.

APud Romanos in frequentiſſimo uſu erant Aquæductus, Aquagia; *l. 3. §. 2. ff. h. t.* quaſi aquæ agia, Germ. *Waſſerleitung*, uti ex Hiſtoriis & multis Juris textibus notum eſt. add. *tit. Cod. de aquaduct. ap. Fritſch. Jur. Fluviat. ſect. 1. cap. 2.* Quid ſint, dictum eſt ſupra *ad tit. de S. P. R. §. 6.* Aquæductus autem conſtituitur (1.) Per ſervitutis conſtitutionem. *l. 1. ff. 1. 2. C. de ſervit.* (2.) Per Principis Conceſſionem. *l. 1. §. 41. ff. h. t. l. 3. C. de aquaduct.* (3.) Per tempus immemoriale, *l. 3. §. 4. ff. h. t.* Richter. *d. tr. ſect 2. cap. 1.* De hac materia IV. Specialia ſequuntur Interdicta, quorum tria priora in hoc titulo propoſita reſpiciunt uſum aquæductus, & quidem Primum pertinet ad aquam quotidianam: Secundum ad æſtivam: Tertium ad Caſtellariam, Quartum in tit. ſeq. ad ejus refectionem. Continuatio. De Aquæductu. Quid ſit? Quomodo conſtit? De eo IV. Interdicta.

II. Primum Interdictum de Aqua Quotidiana eſt Prohibitorium, certo modo Reſtitutorium, *ſeq. §. 7.* Retinendæ poſſeſſionis, quo Prætor prohibet quaſi poſſeſſori ductus aquæ quotidianæ vim fieri, h. e. ne in quaſi poſſeſſione & uſu hujus ſervitutis turbetur. *d. l. 1. pr.* Hodie ejus loco & nomine datur Actio quaſi poſſeſſori hujus ſervitutis, ad id, ne in quaſi poſſeſſione vel uſu ejus impediatur, adverſus turbantem, ut vim facere deſiſtat, intereſſe præſtet, & de non amplius impediendo caveat. *d. l. 1. pr. §. 25. & 27. ff. h. t.* Primum de qua quotidiana, quid? Quæ Actio?

C. E. R. Prær. eſt qu. poſſ. ad quam req. 1. Uſus intra tempus vel uno actu uſus. 2. Non vitioſe. 3. B. fide. Sufficit titulus putativus. Cauſa Imp.

III. Cauſa Efficiens Remota eſt Prætor; *d. l. 1. pr.* quoad Proximam hæc actio, ſicut & Præced. oritur ex quaſi Poſſeſſione hujus ſervitutis, quæ exinde probatur. (1.) Si quis hac aquæ quotidianæ ductus ſervitute hoc anno, *d. l. 1. §. 31.* una die vel nocte, uſus ſit; *d. l. 1. § 4. & 22.* imo vel hora. *l. 2. ff. eod.* Unico namque actu intra tempus conſtitutum acquiritur; ſicque differt ab Interdicto tituli præced. quia non, ut per fundum alterius ire quis poteſt jure quodam familiaritatis, ita etiam aquam ducere per fundum alienum. *l. 4. C. de ſervit.* Molina, *de J. & J. Tom. 3. Diſp. 705. num. 11.* (2.) Non vitioſe ab adverſario, *d. l. 1. pr.* (3.) bona fide, i. e. credens ſervitutem hanc ſibi competere. *d. l. 1. § 10. 19. d. l. 1. ff. de itin. actuque priv.* Ad hanc itaque actionem non requiritur, ut quis probet ipſum jus ſervitutis, ut in modo præcedenti, ſed ſufficit, ut, ſicuti dictum, quaſi poſſideat, imo errore facti putet ſe jure ducere; Aliud vero eſt, ſi quis ſciat, ſe nullum jus habere, & utatur. *d. l. 1.* Frider. *de Interd. tit. 11. num. 17.* Schulter. *ad ff. Exerc. 47. §. 61. ad d. L. 1. §. 10.* Unde etiam hæc actio utilior eſt Confeſſoria, quæ eſt petitoria, & ipſius juris ſervitutis probationem exigit. *l. 24. ff. de R. V. § 2. I. de Act.* Cauſa impulſiva eſt turbatio quaſi poſſeſſionis, ſi ſcilicet quis prohibeatur & impediatur quocunque modo, quo minus hac aquæ quotidianæ ductus ſervitute quiete uti poſſit. *d. l. 1. §. 27.*

Datur qu. poſſeſſori, & ſucceſſ. Rivalibus. Socio. an Vicino?

IV. Competit autem quaſi poſſeſſori, juxta *d. §. 3.* ejuſque hæredibus & ſucceſſoribus ſingularibus; *d. l. 1. §. 24. & 37.* etiam Rivalibus, i. e. qui per eundem rivum aquam ducunt, utroque ſuum uſum eſſe contendente, tunc duplex Interdictum utrique competit, *d. l. 1. §. 26.* Menoch. *num. 21.* vel ſi nullum rivalium vel vicinorum præjudicium ſubſit. *L. 5. §. 3. eod.* Item Socius datur, ſed utile, *L. 4. ff. eod.* ſcil. juxta aquam poſſeſſionis rationem. Frider. *n. 31.* Sicut & in caſu, ſi quis confinem emerit agrum, & hujus quoque nomine aquam ducere velit, quia Vicino non nocetur, *d. l. 1. §. 18.* & emptor alias aquæ ductus fluxum & decurſum habuit. Frider. *num. 15.* Sed ſi aquam ex flumine duxeris in tuum prædium, flumen vero receſſerit relicto ſimul alveo antiquo inter ſe & inter prædium intermedium, tunc non potes ſubſequi flumen, & ex illo educere aquam per idem prædium, cui ſervitus impoſita non eſt. *L. 5. §. 2. ff. h. t.* Molina, *d. D. 705. num. 16.*

Adverſus quemvis turbantem. Quov. mod. ex. gr.

V. Adverſus quemvis quocunque modo turbantem vel impedientem, etiamſi dominium fundi habeat. *d. l. §. 25.* Sive fiat fodiendo, ſerendo, ſuccidendo, putando, ædificando, ſive aliud quid faciendo in fundo, per quem aqua hoc anno ſine vitio ducta, ut exinde uſus aquæ inquinetur, vitietur,

cor-

corrumpatur, aut deterior fiat. *d. l. 1. §. 27.* Dummodo eadem aqua, ſine alia admixtione, eodem modo & via vel regione ducatur, ſicut hoc anno ducta eſt; alias impune ei vis fiet. *d. l. 1. §. 15. & 16.* Frider. *num. 8.* Menoch. *num. 76. & ſeqq.* Idem eſt, ſi aquam ducendo aliquid faciat, ut fundus domino aut aquagium deterioretur, *l. 3. §. 5. ff. h. t.* vel matrices fiſtulæ corrumpantur. *l. 5. C. de aquæd.* Nam ſervitute vel privilegio conceſſo civiliter quis uti debet, ne aliorum jus lædatur. Brunnemann. *ad d. l. 5. n. 2.* Similiter, qui certa hora vel die jus aquam ducendi habet, alia hora vel die ducere non poteſt. *d. l. 1. §. 22. l. 2. ff. eod.* Nam aqua non ſolum temporibus, ſed etiam menſura poteſt dividi. *l. 5. pr. ff. h. t.* Molina, *n. 19.* Nec obſt. *l. 5. ff. d. t.* Si enim generaliter alicui iter aquæ, i. e. aquæ ducendæ debeatur, in quacunque parte rivum facere licet; alias *d. l.* civiliter eſt accipienda. *l. 9. ff. de ſerv.* jung. Schilter. *loc. cit. ad l. 1. §. 16. h. t.* Sin quis jus habeat pecoris ad aquam appellendi, & plura pecora adpulſerit, non in omnibus pecoribus eſt prohibendus, quia pecora ſeparari poſſunt. *d. l. 1. §. 18.*

VI. Objectum eſt ductus aquæ quotidianæ Voet. *n. 1. h. t.* Hæc dicitur, quæ perennis eſt, *d. l. 1. §. 5.* & effluens, putealis, nec ita ſubmerſa, ut defluere extra terram non poſſit, *d. l. §. 6.* & ſimul a capite (ſcil. ubi primum ex fonte vel flumine (non navigabili; vid. *l. 2. ff. de flumin.*) emergit vel naſcitur, *d. l. §. 7. 8.* quotidie, vel æſtivo tempore vel hyberno, (quod determinatur *d. l. 1. §. 32.*) quando ducere expedit, duci poteſt, & ſolet; *d. l. 1. §. 2.* licet ipſo actu aſſidue non; ſed toto anno una die vel nocte ducta ſit. *d. l. §. 3. & 4.* Nec refert, aqua ſit calida, num frigida, *d. l. §. 13.* infra, vel extra urbem, *d. l. §. 14.* in urbana vel ruſtica, prædia, ad quemcunque uſum & commodum ducatur, *d. l. §. 11. l. 3. pr. ff. eod.* qualitercunque jus aquæ ſit conſtitutum. *d. l. §. 9.* Molina, *d. Diſp. n. 19.* Menoch. *Retin. poſſ. Rem. 6. n. 24. & ſeqq.* Aqua quotidiana quæ dicatur?

VII. Differentia Specifica in eo conſiſtit, quod agatur ad quaſi poſſeſſionem hujus aquæductus defendendam & conſervandam, hoc enim Interdictum eſt retinendæ poſſeſſionis. Hinc Actor in hac actione, ſolo uſu aquæ ductus probato, petit, quo etiam fieri debet condemnatio, ut Reus a turbatione deſiſtat, damnum & intereſſe præſtet, atque caveat, ſe agentem & aquam ducentem non amplius impediturum, quamdiu de jure ſuo doceat. *d. l. 1. pr. l. 7. ff. h. t.* Et ſi forſan ob continuam prohibitionem jus aquæ ducendæ, i. e. jus poſſeſſionis exercendæ amiſſum ſit, Actor in integrum quaſi reſtitutus poſſeſſionis & reſtitutionem & defenſionem conſequitur. & hoc ſenſu Interdictum hoc eſt Reſtitutorium. *d. l. 1. §. 1. & 29.* Frider. *num. 42.* Actor quid petat? Quando conſequatur reſtitutionem?

Nnn 2 VIII. Se-

II. de Aqua Æſtiva. Quæ, talis dicatur?

VIII. Secundum eſt de Aqua Æſtiva, *d. l. 1. §. 32.* ſcil. qua ex propoſito mentis & ex natura locorum ſola æſtate (i. e. Sex menſibus ab æquinoctio verno ad autumnale, *d. l. 1. §. 32.*) uti expedit. *d. l. §. 3. l. 6. ff. h. t.* Et ſic uſu, non jure, differt a priore. *d. §. 3.* Joh. Voetius. *n. 1. h. t.*

Interd. h. l. quid?

IX. Interdictum autem h. l. competens eſt remedium Prætorium, Prohibitorium, Retinendæ poſſeſſionis, quod datur illi, qui priore æſtate aquam non vitioſe duxit, ejusque ſucceſſoribus, adverſus quemvis & quocunque modo turbantem vel prohibentem in uſu, vel quaſi poſſeſſione aquæ æſtivæ ductus, ad hoc, ut vim facere deſinat, intereſſe & cautionem de non amplius turbando præſtet. *d. l. 1. §. 29. & ſeqq. l. 7. ff. eod.*

X. Hoc Interdictum à præcedente differt (1.) quia illud pro objecto habet aquam quotidianam, hoc æſtivam. (2.) Ratione temporis; in priori conſideratur quaſi poſſeſſio vel uſus anni præſentis, ſi Actor aqua quotidiana hoc anno uno die & nocte vel hora uſus ſit. *prae. §. 3.* In hoc, quia hyeme aquæductu non utimur, non ad præſentem; ſed ad priorem æſtatem ſeſe refert. *d. l. 1. §. 31.* Attamen ſubvenitur, & utile Interdictum habet, qui hac præſenti æſtate, non ſuperiore duxit *d. l. §. 36.* Idem extenditur, ſi quis hyeme tantum, non vero æſtate ſolitus ſuit ducere. *d. l. §. 35.* Molina, *d. l. num. 21. & ſeqq.* Quoad reliqua hæc duo Interdicta invicem conveniunt.

XI. Utrumque Interdictum de aqua quotidiana & æſtiva, ad ſimiles ſervitutes etiam urbanas poteſt transferri, quia prætorium de quovis aquæductu indiſtincte loquitur: ſicque competit vel directo, vel utiliter pro canali & incili, quod in hortis, ædibus & in publicis plateis pro ædium vel habitantium neceſſitate aut utilitate habetur: proluendi puta pavimenti, vel aquæ derivandæ gratia. Frider. *num. 44.*

III. De Aqua Caſtellaria. Quid ſit?

XII. Tertium propoſitum eſt de Aqua Caſtellaria, vel quæ ex Caſtello ducitur, *d. l. 1. §. 38.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 25. th. 4. lit. l.* Eſtque Prohibitorium, Retinendæ poſſeſſionis, quo Prætor prohibet, ne ſcil. ille, cui a Principe aquam ex Caſtello ducere conceſſum eſt, aquam ducere impediatur, neve illi vis fiat, *d. l. 1. §. 38. & ſeqq.* Et videndum, pro prædiis, num perſonis ſit impetratum, ut juxta modum conceſſum ducatur. *d. l. §. 43. & 44.* Richter. *d. l. ſect. 2. cap. 2.*

Non ad irrigationem.

Aliter faciens vel ad irrigationes agrorum hortorumque delicias furtivis aquarum meatibus abutens punitur. *l. 3. l. 4. C. de aquaduct.*

Differt a prioribus 1. Rat. Obj.

XIII. Hoc differt à prioribus: (1.) Ratione Objecti; nam illa pertinent ad aquam quotidianam & æſtivam, quæ ex capite aquæ ducitur. Hoc vero ad

aquam,

aquam, quæ ducitur ex Caſtello, i. e. receptaculo, quo aqua publica ſuſcipitur, *d. l. 1. §. 39.* vel alio loco publico *d. l. §. 41.* Ex flumine vero publico non navigabili ipſo jure licet ducere. *l. 2. ff. de flumin.* (2.) Ratione Juris; quod illa de aqua dentur, quæ jure ſervitutis debetur; ſed hoc de ea, quæ ex permiſſu Principis ducitur. *d. l. 1. §. 39.* Nemo enim aquam ex Caſtello ducere permittit, quam Princeps, ſeu eandem Jurisdictionem habens. *d. l. §. 42.* Joh. Voetius. *num. 2. h. t.* Hodie quilibet Magiſtratus. Frider. *num. 20.* Attamen jure conſtituti loco habetur, ſi quis duxerit aquam, cujus origo memoriam exceſſit. *l. 3. §. 4. ff. h. t.* Molina, *num. 25. in f.* Non obſt. *l. 2. C. de ſerv. & aq.* ubi longum tempus ſufficit: ſed Bartol. *d. l.* vult accipi de aqua pluvia. add Schilter. *d. l. ad d. l. 3.* Nec ſufficit, ut conſtet de ſolo uſu & ſimplici quaſi poſſeſſione hujus Juris, quod Actor per aliquod ſaltem tempus ex Caſtello aquam duxerit; ſed ipſe Jus aſſignationis, i. e. conceſſionis, ſimul probare debet, ſcil. an jure proprietatis, vel precarii, vel nude, aliove modo conceſſum ſit, quæ tota quæſtio finienda eſt: ſicque cauſam proprietatis continet; Superiora autem ſaltem ſunt præparatoria petitorii, & ad poſſeſſionem temporariam pertinentia. *d. l. 1. §. f.* Frider. *d. t. num. 22.* Struv. *Exerc. 45. th. 141.* ibique Mullerus.

Caſtellum quid? Rat. Juris.

Obj. Reſp.

Quid Actor probare debeat?

TIT. XXI.
DE RIVIS.

§. I.

IN hoc Titulo, qui de Rivis inſcribitur, proponitur Quartum Interdictum, de refectione ſcil. Aquæductuum, *l. 1. pr. ff. h. t.* quod utiliſſimum & neceſſarium eſt; nam niſi permittatur alicui reficere, alia ratione uſu incommodabitur, *d. l. 1. §. 1.* fruſtranea forent duo præcedentia Interdicta, & uſus aquæ auferetur. *l. 4. ff. eod.* Unde Prætor ad refectionis defenſionem ſpeciale hoc Interdictum propoſuit. Frider. *de Interd. tit. 12. num. 4.* Joh. Voet. *h. t.*

IV. De Refectionis defenſione.

II. Eſt autem hoc Interdictum prohibitorium, Retinendæ poſſeſſionis, quo Prætor prohibet, ne vis fiat quaſi Poſſeſſori aquæductus, qui illum aquæ ducendæ cauſa refici curat, adverſus quemcunque impedientem, ut a turbatione deſiſtat, de non amplius turbando caveat, & omne intereſſe præſtet. *d. l. 1. pr.* junct. *l. 3. §. 7. ff. h. t.* Hoc autem Interdicto reficienda veniunt Rivus, qui eſt locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrit; *d. l. 1. §. 2.* & Rivis anneza, ut Specus, eſt locus, ex quo deſpicitur; *d. l. §. 3.* quando ſcil. inſpicitur, an aqua forte per rivos ſubterraneos recte illuc perveniat, ut facilius damnis ſubveniatur. Molina, *de J. & J. d. D. 705. num. 26.* Septa, quæ aquæ derivandæ compellendæve ex flumine cauſa ad

Hoc Interdict. quid?

Reficienda ſunt Rivus, Specus,

Septa,

ad incile opponuntur; ſive lignea, lapidea, ſive ex alia materia ſint. *d. l. §. 4.*
Incile. Incile eſt locus depreſſus vel excavatus ad latus fluminis, unde primum aqua e-
gi poſſit. *d. l. §. 5.* Molina, *d. l.* Sicque non ſolum pertinet ad rivos; ſed &
omnia incilia, canales, foſſæ ac putei eo continentur. *d. §. 5.* Frider. *num. 18.*
Porro non tantum pertinet ad Refectionem; ſed & ad Purgationem ri-
Quid ſit reficere? vorum. Reficere autem dicitur, quod corruptum, & cujus aliqua for-
ma adhuc extat, in priſtinum ſtatum quocunque modo reſtaurare, te-
gendo, ſubſtruendo, ſarciendo, ædificando; & comprehendit ea, quæ refe-
ctioni neceſſaria, advehendo, asportando. *d. l. §. 6. l. 3. §. 10. ff. eod.* Menoch.
Retin. poſſ. Rem. 5. num. 107. Sic excluditur, ſi quis ſub hac ſpecie aliud quid mo-
Purgare? liri, vel de novo rivum ligninum, i. e. lapideum facere vellet. *d. l. 1. §. 10.* Pur-
gare eſt mundare a colluvie, ſabulo & ſimilibus. *d. l. 1. §. 7.*

Req. 1. Ut ſit aquæ ducendæ cauſ. 2. Quaſi poſſeſſio prob.

III. Huic vero Interdicto ut locus ſit, requiritur (1.) Ut reficiatur vel pur-
getur aquæ ducendæ cauſa. *d. l. 1. §. 8.* (2.) Quod quis per rivum, hoc
anno vel priore æſtate, non vitioſe aquam duxerit. *d. l. §. 1. & §. 9. l. ſ.
ff. eod.* Ad hoc enim Interdictum non neceſſe eſt, ut Actor jus ſervitutis habeat;
ſed ſufficit, ſolam quaſi poſſeſſionem probare, *l. 3. §. 13. ff. de itin. actuque priv.*
quia majorem celeritatem deſiderat refectio rivorum, quam itinerum. *d. l. ſ.*
Frider. *num. 17. & ſeqq.* Menoch. *Retin. poſſ. Rem. 7. num. 10.* Hahn *ad Weſ. h.
t. n. 5.* Molina *num. 27.* (3.) Ne rivus mutetur, *d. l. 1. §. 10.* ſive per alium

3. Ne rivus mutetur. In alterius præjudicium.

locum ducatur, vel eodem loco deprimatur; vel attollatur, aut dilatetur, vel
extendatur, vel operiatur. *d. l. §. 11.* Sed intellige, ſi tale quid fiat in alterius
præjudicium. Frider. *num. 25.* illudque magis ex occaſione, quam ex jure con-
Lim. ſi nova refectio utilior. tingat, juxta caſum in *l. 2. ff. h. tit.* Aliud enim eſt, ſi hac nova refectione
Major utilitas oſtendatur, ut, ſi quis pro terreno aquam non continente
cæmentitium facere vellet. *d. l. 1. §. 11. inſ. l. 3. §. 1. ff. eod.* Tandem Actor re-
Actor turbationem allegat. fectionis vel purgationis impedimentum vel turbationem, tanquam neceſſa-
rium concludendi medium, allegare debet, Hahn. *d. l.* non autem probare,
niſi negante, adverſario, Frider. *num. 25.* Neque refecturus per prætenſam
Non poteſt N. O. N. Novi Operis Nunciationem impediri poteſt; *d. l. 3. §. 8. l. 5. §. 11. ff. de N. O.
N.* de damno enim (ſi aliquod inde immineat) infecto adverſario cavere de-
bet. *d. l. §. 9.*

Utile hoc interdict. quando locum habeat? IV. Utile tamen datur hoc Interdictum, ſi quis aliquid novi molitur a-
quæ ducendæ cauſa, e. gr. novum canalem vel fiſtulas collocando ſine incom-
moditate ejus, cujus ager eſt, ob magnum ducentis commodum; *d. l. 1. §. 2.*
Frider. *num. 26.* ut ſi aquam ductam per rivum vellet ducere per fiſtulam. Me-
noch.

noch. *num. 9.* Sed hæc accipienda, quando conceſſa ſervitute aquæductus, nihil circa modum fuit conſtitutum, uti bene explicat Molina, *num. 29.* Item datur, ſi agatur de Cuniculo reſtituendo, per quem vapor trahitur in balneis, *d. l. §. 6.* uti & de Lacu reficiendo, ſi aqua in unum lacum conducatur, ut inde per plures ductus ducatur, *d. l. §. 3.*

V. Cæterum in iisdem perſonis & in easdem Interdictum hoc datur, quibus & in quas de Aqua quotidiana & æſtiva Interdicta redduntur. *d. l. 3. §. 7.* Differt ſaltem Fine, qui in illis eſt, ne uſus; in hoc vero, ne refectio vel purgatio aquæductus impediatur. *l. 1. pr. ff. h. tit.* junct. *l. 1. pr. & §. 26. ff. de aq. quotid. & æſtiv.* Cum præc. Interdict. de aqua convenit.

TIT. XXII.

DE FONTE.

§. I.

HOc Titulo alia Specialia Interdicta proponuntur de Aqua Fontana, quorum Primum de Uſu Fontis non impediendo datur. Eſtque Remedium Prætorium, Prohibitorium, Retinendæ poſſeſſionis, quod datur illi, qui hoc anno aqua fontana non vitioſe ab adverſario uſus eſt, adverſus prohibentem aquam haurire, ſive etiam pecus ad aquam appellere, vel ad hauſtum ire, ad hoc, ne impoſterum vim faciat, & deſuper cautionem præſtet. *l. un. pr. §. 2. & 5.* junct. *§ 3. ff. h. t.* De Servitutibus Aquæhauſtus & Pecoris ad aquam appulſus vid. ſupra *ad tit. de S. P. R. §. 7. & 8.* Non tamen conceditur illi, qui prohibetur tempore nocturno ire ad aquam e fonte aut puteo vicini hauriendam; *l. 14. ff. comm. præd.* niſi ſervitus ita conſtituta, vel ob uſus neceſſarios fiat. Menoch. *Retin. poſſ. Rem. 8. num. 16. & 18.* Frider. *de Interd. tit. 13. num. 9.* Interdict. de Fontis Uſu non impediendo, quid?

II. Datur hoc Interdictum non tantum de Fonte; ſed & de Lacu, Puteo & Piſcina, *d. l. un. pr.* ſi ſcil. aquam vivam & perennem habeant, *d. l. §. 4.* intelligendo de Interdicto directo; quale non competit pro Ciſternis, utpote, quæ ex imbribus concipiuntur, nec perpetuam cauſam habent; *d. §. 4.* Joh. Voetius. *h. t.* Utile tamen, ſicut & de lacu, puteo & piſcina vivam vel emanantem aquam non habentibus datur. Hahn. *h. t. N. 2.* Frider. *num. 7.* Et datur de Lacu, Puteo & Piſcina, non Ciſternis Utile tamen.

III. Alterum eſt de non impedienda Refectione & purgatione Fontis, Lacus, Putei & Piſcinæ. *d. l. §. 6. & 10.* per rationem in §. 7. junct. *l. 51. ff. comm. præd.* Et datur reficienti vel purgare ad aquam coercendam & continendam, ne diffluat vel dilabatur, ad hoc, ut a vi deſi- Interdict. de non impedienda Refectione fontis, &c. quid?

deſiſtat, & de non amplius turbando caveat; *d. §. 6. & 9.* dummodo in vicinorum vel fontis præjudicium nihil innovet: aut aqua non aliter utatur, quam hoc anno uſus eſt. *d. l. §. 8. & 9.* Frider. *num. 14.* qui & *præced. num. 11.* addit. Hoc Interdictum quoque pertinere ad tuendam fontis & aquæ Munditiem, ut ſi quis ſordidas veſtes, induſia, centones ex fonte recta proluere, vel ſordidis vaſculis immiſſis aquam haurire ſatagat. Item, ſi ſordidatæ aquæ aut elotiones in fontem vel puteum refluant. Item, ſi Fons, &c. ſit vicinalis, ut vicini compellantur coire, & ſumptus pro hac refectione vel conſervatione neceſſarios conferre; prout vicini murum communem ruinoſum reparare, vel de refundendis pro parte expenſis cavere tenentur. *l. 35. & ſeqq. l. 39. pr. & ll. ſeqq. ff. de damn. infect.* Frider. *num. 12. & ſeqq.* Menoch. *n. 20.*

Pertinet etiam ad munditiem.

Fontem, murum, &c. communem quis reficiat?

IV. Hæc duo ergo Interdicta a præced. differunt ſaltem Objecto, cum ibi de aquæductus: Hoc Titulo de Fontis &c. uſu, refectione & purgatione agatur; De cætero conveniunt, & Perſonarum, quibus ac contra quas, eadem eſt ratio in his Interdictis, quæ fuit in Interdicto de Aqua quotidiana & æſtiva. *d. l. un. §. 3. & 11.*

Quomodo diff. a præced.

TIT. XXIII.

DE CLOACIS.

§. I.

QUia immunditiæ Cloacarum & cœlum peſtilens & ruinas minantur, ideo ad ſalubritatem & tutelam civitatum illarum cura in purgando & reficiendo h. t. habetur. *l. 1. §. 2. ff. h. t.* Cloaca autem eſt locus cavus, per quem colluvies quædam fluit. *d. l. 1. §. 4.* Et continet tubum atque fiſtulam; *d. l. §. 6.* item quaſi cloacam, uti proluviorum, culinariarum ſordium & quarumlibet putidarum aut ſpurcarum aquarum canales atque incilia. Frider. *de Interd. tit. 14. num. 15.* Duplex h. tit. proponitur Interdictum, unum de privatarum; *d. l. §. 5.* Alterum de publicarum cloacarum refectione non impedienda. *d. l. §. 15.*

Cloaca quid?

De qua h. t. duplex Interdict.

II. Quia Publicæ Cloacæ publicam curam merentur, ideo Prætor Primum Interdictum propoſuit ſaltem de Cloacis Privatis. *d. l. 1. §. 3.* Eſtque Remedium prohibitorium, *d. l. §. 1.* quo prohibetur vicinus vim facere, vel quovis modo impedire, quo minus cloaca purgetur & reficiatur. *d. l. §. 5.* Joh. Voet. *h. t.*

I. Interdict. de Cloacis privatis, quid?

III. Datur autem Actio ex hoc Interdicto de Cloacis, purgaturis & refecturis, vel privatam cloacam in publicam immiſſuris, *d. l. §. 9.* vel novam cloacam facturis, ut exitum habeat in publicam. *d. §.* Frider. *de Interdict. tit. 14.*

Inde datur Actio. Quibusnam?

tit. 14. num. 10. Sin illam per prædium vicini immittere velint, quærent omnino audiendus erit, annon alio loco commodius duci queat. Molina. *d. Tom. 3. Diſp. 703. num. 32. in fin.* Cæterum modo repromiſſionem vel cautionem damni infecti, ſi quid operis vitio factum foret, præſtiterint. *d. l. pr. & §. 14. l. 15. §. 10. l. 24. pr. ff. de damn. infect.* Schilter. *d. l. Exerc. 47. §. 61. in fin.* add. Stryck. *de Jur. ſens. Diſſ. 5. cap. 3. num. 19. & ſeqq.* Damnum enim alienis ædibus exinde non detur, & pavimenta, vel quæ ex neceſſitate cloacæ reficiendæ aut purgandæ cauſa reſciſſa, reſtaurare parati ſint, *d. l. §. 12.* Mev. *p. 3. dec. 35.* & quidem ſuis ſumptibus, niſi vicini eadem utantur, vel alias conferre teneantur. Frider. *n. 13.* Neque hoc refert, etiamſi quis vitioſe ab adverſario poſſideat, i. e. uſum cloacæ nullum habeat, eamque per vicini ædes reficere aut purgare velit: *d. l. 1. §. 7.* modo neceſſitas vel publicum intereſſe ſuadeat. Frider. *num. 12.* Stryck. *in uſu modern. h. t.* Adverſus factum hoc impedientes vicinos, vel ulteriores, per quorum ædes vel areas cloaca currit. *d. l. §. 8. & 11.* Nec N. O. nuntiare poterunt, quia cautione tuti ſunt. *d. l. §. 13. l. 5. §. 11. ff. de N. O. N.* Præſupponendum tamen, Cloacam alia via refici aut purgari non poſſe: aut conſuetudine ita receptum: vel ſervitutem ſpecialiter ita conſtitutam eſſe; Mev. *d. p. dec. 36. ubi in fin. prajud.* Frider. *num. 12.* ſicque prædium ſerviens pati tenetur, ut prædium dominans reficiat. *l. 27. §. 3. ff. de uſufr.* Schilter. *d. §. in med.*

Modo caveant.

& reſciſſa reſtaurent.

Ampl.

Adverſus impedientes.

IV. Secundum de Cloacis Publicis propoſitum eſt Duplex, Vel enim Prætor jubet reſtitui, quod in Cloaca publica factum eſt, ſive immiſſum habetur, quo uſus deterior ſit vel fiat, *d. l. 1. §. 15.* Vel prohibet aliquid fieri, aut ad Cloacam immitti, quo uſus deterior fiat. *d. §. 15. & ſeqq.* Conceditur ob publicum intereſſe, omnibus agere volentibus; *d. l. §. 2.* & principaliter cloacam publicam refecturis aut purgaturis, ne ipſis per factum aut immiſſum vis fiat. Datur tamen novam quoque in publico facientibus, modo habeant conceſſionem ejus, cui viarum publicarum cura eſt. *l. 2. ff. h. t.* Onus Refectionis vero & purgationis cloacæ publicæ pertinet ad fiſcum, vel Curatores Reipublicæ. *d. l. 1. §. 3.* qui ſi negligentes fuerint, & damnum vicino exinde datum ſit, tenentur per actionem in factum. *l. 33. §. 5. ff. ad L. Aquil.* Schilt. *d. l.*

II. De Publicis.

Eſt Reſtitutorium & Prohibitorium.

Quibus detur?

Hoc onus pertinet ad Fiſcum.

TIT. XXIV.

QUOD VI AUT CLAM.

§. I.

IN hoc Titulo Generale Retinendæ poſſeſſionis Interdictum proponitur, per quod occurſum eſt calliditati eorum, qui Vi aut Clam quædam moliuntur;

Continuatio

l. 1. §. 1. ff. h. t. add. *l. 7. §. 1. ff. comm. div.* atque ab initialibus ipſius Edicti verbis vocatur Quod vi aut Clam. *d. l. 1 princ.*

Interdict. quod Vi aut Clam quid? Quæ hodie Actio?

II. Hoc Interdictum eſt Reſtitutorium, quo Prætor omne id, quod vi aut clam in re ſoli factum eſt, illis, quorum intereſt, ita factum non eſſe, reſtitui jubet. *d. l. 1. pr. §. 1 & 4.* Loco & nomine hujus Interdicti hodie datur Actio in factum, eſtque perſonalis, annalis, *l. 15. §. 3. ff. eod.* quæ datur omnibus illis, quorum intereſt. *l. 12. l. 16. l. 19. ff. d. tit.* adverſus poſſeſſores, *l. 5 §. 10. l. 15. §. 3 ff. d. t.* ad opus in re ſoli vi aut clam factum reſtituendum ſeu deſtruendum *d. l. 1. pr. §. 1. & 4.* Perſonalis dicitur, quia oritur ex Obligatione, quæ ex delicto eſt. *L. 5. in fin. pr. ff. h. t. Struv. Exerc. 45. th. 133.* ibique Mullerus.

C. E. R. Proxima eſt Delictum. quale Requir. Factum in re immobili violentum vel clandeſtinum. Vi fieri quid? Quid ſi prohibitio metu omiſſa? Clam facere quis dicatur?

III. Cauſa Efficiens Remota eſt Prætor. *d. l. 1. pr.* Proxima eſt Delictum, quod ipſum nihil aliud eſt, quam factum, quo quis aliquid vi aut clam in re ſoli facit. Sic ratione Cauſæ Efficientis requiritur Factum vel Opus, utpote ſine ullo opere huic Interdicto locus non eſt; *l. 5. §. 5 ff h. t.* in re immobili, *seq. §. 5* & quidem violentum & clandeſtinum. *d. l. 1. in fin. princ.* Vi autem in re ſoli fieri dicitur illud, quod fit contra prohibitionem vel denuntiationem novi operis. *l. 73 §. 2 ff. de R. I. l. 1. §. 5. & ſeqq. l. 2. l. 3. usque ad § 4. ff. eod.* ubi ſimul traditur, quomodo prohibitio fieri intelligatur *junct. l. 20. §. 1 & 2 ff. eod.* Per quem autem fiat, nihil refert. *d. l. 3. pr.* Vi tamen factum non cenſetur, ſi prohibitio ex imbecillitate, vel metu offenſæ cujuſdam, vel quia ab alio deterritus, omiſſa. *d. l. 1. §. 10. & 11.* Clam facere dicitur ille, qui timet vel timere debet controverſiam, & propterea opus celat, nec adverſario ſe facturum denunciat; *d. L. 73 §. 2.* aut nimis ſero, aut obſcure, vel aliter, quam fecit, denunciaverit: *d. l. 3. §. 7. 8. l. 4. l 5. pr. § 5 ff. d. t.* Molina, *d. Tom. 3. Diſp. 716. num. 4.* Joh. Voetius *num. 1. h. t.* aut poſt tempus demum fecerit, ut alter crediderit, illum opus intermiſſurum eſſe. *l. 5 §. 5. ff. h. t.* Hæc duo interdum concurrunt, ut Vi & Clam in eodem Opere factum ſit. *l. 11. §. 5. ff. h. t.* Sicut etiam *Aut* pro copulativa *Et* ſumitur in *l. 4. C. de V. & R. S.* ſæpè enim conjuncta pro disjunctis, & vice verſa accipiuntur. *l 53. ff. de V. S.* Inſuper Factum hoc, ad hanc actionem producendam neceſſarium, non tantum operis alicujus ædificationem, ſed & deſtructionem continet. *l. 7. §. 2. 4. 6. & 9. l. 15. §. 1, 2. ff. h. t.*

Factum quid involvit?

Datur omnibus,

IV. Competit omnibus; quorum intereſt opus clam aut vi factum non eſſe, *l. 11. §. 10. & fin. l. 16. pr. & §. 2. ff. h. t.* licet amœnitatis ſaltem gratia

tia interſit; *d. l. 1. §. 1.* ſive poſſideant, ſive non; *d. l. 16. §. 2.* ſive ſint Domini, ſive Coloni, inquilini, aut uſufructuarii, ſcil. non ſimpliciter, ſed quatenus per id opus damnum ratione fructuum datum fuerit, *l. 11. § ſ. l. 12. l. 13. §. 3. 4. l. 17. l. 19. ff. h. t.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 18. th. 4. lit. B.* Struv. *Exerc. 45. th. 151.* ibique Mullerus. Hæredibus & Succeſſoribus; *d. l. 13. §. 5.* etiam Venditori propter opus ante venditionem factum. *d. l. §. 8.* Quid ſi ſub pacto addictionis in diem fundus venditus, & interea precario traditus ſit? vid. *d. l. 11. §. 10. & 12.* Datur Adverſus illos, qui vi vel clam opus in re ſoli fecerunt, *l. 1. pr. ff. h. t.* ſive jus habuerint faciendi, ſive non, Sive ipſi, ſive alii de familia, *d. l. 1. §. 2. ſeqq. §. 6.* vel ad mandatum, vel ad ratihabitionem fecerunt; *l. 5. §. 2. 8. 11. 12. 14. l. 6. l. 13. & 6. & 7. ff h. t.* eorumque hæredes, aliosque ſucceſſores *d. l. 5. §. 9* in quantum ad eos pervenit, quia hæc actio oritur ex delicto. *l. 15. §. 3 ff. eod.* Et quidem ſemper adverſus poſſeſſores operis, *d. l. 15. pr.* Frommann. *diſſer. de act. pers. & poſſeſſor. th. 61* licet ipſis inſciis & invitis opus factum ſit, ad hoc tamen, ut patientiam in tollendo opere præſtent. *l. 7. pr. l. 16. §. 2. ff. eod.* Imo adverſus procuratorem, tutorem, curatorem, municipium alieno nomine interdici poteſt. *d. l. 5. §. 10.*

Quorum intereſt, ut opus factum non eſſe. Ampliat. Hæredibus & ſucceſſ. Venditori ob opus ante vendit. Adverſus quos? An Hæredes? An etiam poſſeſſore opus factum?

V. Objectum eſt Opus Violentum vel Clandeſtinum in re ſoli, vel ſolo cohærenti factum; *l. 1. §. 4. l. 7. §. 1. ff. h. tit.* in ſolo privato, vel publico, ſacro, religioſo vel profano nil refert. *l. 20. §. 5. ff eod.* Joh. Voetius *n. 2. h. t.* Ad res vero mobiles hoc Interdictum non pertinet; hinc ſi in nave, vel alia re, licet ampliſſima; ſed mobili, tale opus factum ſit, hæc actio locum non habet. *d. l. 20. §. 4. junct. l. 1. §. 4. l. 9. §. 1. ff. eod.* Sed ſi aliquid circa arbores, vel vineas fiat, in re ſoli factum videtur, quia ſolo cohærent. *l. 7. §. 5. l. 11. §. 5. ff. d. tit.* Idem eſt, ſi ſupra ædificium quid factum ſit, *d. l. 7. §. 10. l. 8. l. 9. ff. eod.* etiamſi ſolum non tangat. *l. ſ. §. 9 ff. d. t.* Alia exempla vid. *d. l. 7. §. 5. & ſeqq. l. 8 §. 2. 3 l. 9. l. 11 §. 1. 2. l. 18. §. 1. l. 22. ff. eod.* Aliud vero eſt, ſi circa fructus arborum aliquid fiat. *d. l. 7. §. 5.* Quamvis enim fructus adhuc pendentes pars fundi dicantur in *l. 44. ff. de R. V* ad finem tamen illorum reſpiciendo, pro mobilibus habentur, dum iis, niſi ſeparatis, uti nequimus. D. Lauterbach *in Diſſ. de fundo dotali th. 11. & de alienat. rer. quæ mov. ſunt. th. 44.*

Objectum eſt factum vi vel clam in re ſoli. Non in re mobili. Quid ſi circa fructus pendentes quid factum?

VI. Differentia Specifica partim ab Objecto, partim a Fine dependet, & in eo conſiſtit, quod competat ad opus vi vel clam in re ſoli factum deſtruendum; ſicque quoad clandeſtinitatem differt ab Interdicto demolitorio, de quo in *l. 20. §. 1. ff. de N. O N.* Bachov. *d. th. 4. lit. A.* Effectus eſt, ut, opere illo deſtructo, res in priſtinum ſtatum reſtituatur, *l. 1. pr. ff. h. t.* i. e. ut

Finis. Effectus eſt reſtitutio in

 in

priſtinum ſtatum. & Reus destruere debet factum, etiam in proprio. Tenetur ad ſumptus deſtr.

in omni cauſa eadem conditio ſit Actoris, quæ futura eſſet, ſi id opus, de quo actum eſt, neque vi, neque clam factum eſſet. *l. 15. §. 7. ff. eod.* Reus autem, qui ipſe, vel per alios quid fecit, totam rem deſtruere tenetur; vid. tamen *§. 7. inf.* citra diſtinctionem, jus ædificandi habuerit, nec ne; hinc in proprio ſolo aliquid vi vel clam faciens, contra denunciationem vicini, hac actione ad deſtructionem compelli poteſt, quoniam alio prohibente non vi aut clam, ſed legitimis remediis, Judicis ſcilicet auctoritate, jus ſuum defendere debet. *d. l. 1. §. 2.* Is quoque, qui, vi aut clam fecit, ſi poſſidet, patientiam & impenſam tollendi operis: qui fecit, nec poſſidet, impenſam: qui poſſidet, nec fecit, patientiam tantum debet: *l. 16. §. 2. l. 7. pr. l. 14. ff. eod.* qui dolo poſſidere deſiit, habetur, ac ſi poſſideat *d. l. 15. §. 10.* junct. *l. 131. ff. de R. I.* Struv. *Exerc. 45. th. 155.* ibique Mullerus. Præterea Reus Actori tenetur ad omne

Damnum & intereſſe. Quod æſtimatur juramento in litem vel officio Judicis.

damnum ab intereſſe, opus illud factum non eſſe. *l. 15. §. 7. & f. l. 16. pr. ff. h. t.* Et hoc intereſſe, ſi Actor aliis probationibus deſtituatur, ac Reus ſit in dolo, per juramentum in litem, aut ſi jurare non poſſit, vel nolit. *l. 71. ff. de R. V.* & Reus ſit in culpa, Judicis officio æſtimandum eſt. *d. l. 15. §. 9. & 11.* junct. *l. 5. §. 3. ff. de in lit. jurand.*

Contraria. Except. 1. Temporis. Annus quomodo computet? Quando poſt annum? 2. Actoris, qui prior vi aut clam fecit.

VII. Contraria hujus Actionis ſunt: (1.) Exceptio præſcriptionis annalis; intra annum enim tantum hæc actio competit. *l. 15. §. 3. l. f. pr. ff. h. t.* Annus autem cedere incipit non a principio operis cœpti; ſed ex eo tempore, quo opus factum perfectum, vel quo adverſarius aliquid facere deſiit; licet perfectum non ſit; *d. l. 15. §. 4.* Joh. Voetius *n. 5. h. t.* Poſt annum tamen, cauſa cognita, conceditur propter magnam, juſtam & probabilem ignorantiæ cauſam, v. gr. Si in loco remoto vel abdito vi aut clam factum ſit, vel dum quis Reipubl. cauſa abfuerit. *d. l. 15. §. 5. & 6.* Bach. *d. th. lit. F.* (2.) Exceptio, qua & ipſe Actor aliquid vi aut clam feciſſe dicitur. ex. gr. Si vi aut clam ædificavero, alter idem vi aut clam deinde ultus fuerit, & utar adverſus illum hoc Interdicto, profutura eſt hæc Exceptio, niſi & tu vi aut clam feceris, & ſic fit quaſi compenſatio, adhibita tamen Judicis cognitione *d. l. 7. §. 3. l. f. §. 2. ff. eod.* Mev. *p. 1. dec. 224. num. 10.* Stryck. *in uſu moderno §. 15. de novi oper. nunt.*

3. Si alia actione tutus ſit. 4. Prohib. intermiſit. 5. Rat. Rei. 6. Operis.

(3.). Si Actor alia actione id, quod intereſt, opus non eſſe factum, conſequi poſſit. *l. 15. §. 12. ff. eod.* (4.) Si Actor prohibitionem intermiſerit, in caſibus *l. 1. §. 10. & 11. ff. h. tit.* (5.) Si prohibitus aliquid facere paratus ſit ad judicium ſuſcipiendum, adverſus eos, qui interdicendum putant, ne opus fiat, & inſuper eo nomine ſatis offerat. *l. 3. §. 5. ff. h. t.* (6.) Si aliquid fiat ſine opere: *l. f. §. 3. ff. eod.* vel opus non noceat. *l. 18. pr. l. f. §. 3. ff. eod.*

(7.) Ex-

(7.) Exceptio operis facti agri colendi cauſa, in favorem enim agriculturæ Interdictum quod vi aut clam locum non habet, ſi melior cauſa facta ſit agri. *l. 7. §. 7 ff. h. t.* (8.) Exceptio, ſi incendii cauſa, vi aut clam contra prohibitionem quid factum. v. gr. ædes vicinæ demolitæ, ſive a Magiſtratu, ſive a privato; *d. l. §. 4.* hocque caſu nec Lege Aquilia agi poteſt. *l. 49. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 3. §. 7. ff. de incend.* Sed ratione Privati diſtinguendum, an ignis probabiliter usque eo perveniſſet, an non? & hoc caſu in ſimplum tenebitur *d. §. 4.* ibi Brunnem. Schilter. *ad ff. Exerc. 47. §. 72. circa fin.* D. Bardili *Exerc. 23. Concl. For. 16.* Aliud eſt, ſi nullo incendio quid factum, licet ex poſt ſuperveniat. *d. §. 4.* A periculo incendii juſta argumentatio fit ad pericula ma quæ irruentis. Ubi enim æquitas ſuggerit, æque debet fieri; etiamſi jure deficiamur. *l. 2. §. 5. inf. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* & ſupra *ad d. t. §. 6. in f. l. 21. ff. de interrog. in jur. fac.* Mev. *d. l. num. 18.* Prout Judex in hoc Interdicto vel inde proveniente Actione æquitatem ſemper reſpicere vel animadvertere debet: An opus factum multum profit ædificanti, & ſi deſtruatur, ei multum noceat: Econtra vero adverſario, licet non deſtruatur, non multum noceat? quo caſu Reum non facile ad deſtructionem, ſed ad ſolatium aliquod, ſeu quod Actoris intereſt, præſtandum condemnare debet. *d. l. 2. §. 5. l. 2. §. 6. ff. ne quid in loco publ.* Idem monet atque probat Mev. *ad Jus Lubec. l. 3. tit. 12. art. 3. num. 4. & art. 7. num. 41. & ſeqq.* Bardili *Exerc. 23. C. F. 15.*

7. Ex Utilitate.
8. Ex neceſſitate.
Si vis fiat à privato, Diſting.
Si caſus ſuperveniat.
Judex maxime h. l. ſemper æqualitatem reſpiciat.

TIT. XXV.

DE REMISSIONIBUS.

§. I.

Dictum eſt *præced. tit. §. 5.* Vi in re ſoli quid fieri, quod fiat contra prohibitionem & denunciationem novi operis; cum autem illa prohibitio & denunciatio iterum tollatur per Remiſſionem, ita, ut poſt eam quis impune atque ſine metu deſtructionis poſſit ædificare, eapropter hanc materiam Compilatores in h. tit. ſtatim ſubjecere. Remiſſio autem fit vel privatim, pacto vel conventione; vel publica authoritate; eaque vel immediate à Lege; vel mediate à Prætore vel Judice.

Continuatio.
Remiſſio quomodo fiat?

II. Remiſſio ad hunc tit. proprie pertinens eſt abolitio nunciationis operis novi, cauſâ cognita, à Prætore vel Magiſtratu facta. *L. 1. pr. ff. de N. O. N.* Unde Interdictum de Remiſſione prohibitorium, quo, miſſa nunciatione, ſubvenitur opus facienti, ne ipſi vis fiat. *l. un. pr. ff. h. t. l. 20.*

Quid ſit h. l. Interdict?
de Remiſſ. quid?

§. 9. ff. de N. O. N. Reliqua huc pertinentia ſupra jam explicavimus ad *tit. de N. O. N. §. 32. & ſeqq.* ubi *praeced. §. 12.* dictum, quo modo *d. l. un. §. 9.* & *l. 5. §. 1. ff. ſi uſusfr. pet.* invicem accip. jung. Fibig. *ad Exerc. Franck. 5. q. 2.* Stryck. *in uſu moderno h. t.*

De quo remiſſive.

TIT. XXVI.
DE PRECARIO.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 15. §. 4.* Cod. *Lib. 8. Tit. 9.* Cauſ. *10. q. 2. c. 4. 5. 6.* Cauſ. *12. q. 2. c. 44. & 72.* Extra *Lib. 3. Tit. 14.*

§. I.

Connexio. IN hoc Titulo agitur de Precario, quia paſſim in Jure tribus vitioſæ poſſeſſionis ſpeciebus annumeratur, cujus rationem vid. ſupra *ad tit. de A. vel A. P. §. 9.* Explicatis autem duabus prioribus, Clandeſtina ſcil. & Violenta, in hoc Titulo ſubjicitur tertia, quæ eſt Precaria.

Precarii Etymol. II. Precarium dicitur à prece vel precibus, *l. 1. pr.* ibi: *Quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui conceſſit, patitur. l. 2. §. 3.* ibi: *Quod preces adhibens & impetravit, ut ſibi poſſidere aut uti liceat. l. 6. §. 1. ff. h. t.* quamvis etiam quis precarium abſque ſuis precibus acquirere poſſit. *l. 4. §. 2. ff. d. t.* Hoc vocabulum in Jure noſtro dupliciter accipitur: (1.) Pro ipſa re petenti conceſſa, ſicut in *d. l. 1. & d. l. 2. §. 3.* (2.) Pro ipſo actu, quo illa res utenda precario conceditur. In Jure occurrit Precaria ſubſtitutio. *l. 16. C. de pact.* Homon.

De J. Can. Precaria quid? Precaria verba in materia fideicommiſſorum. *L. 2. C. Comm. de Legat.* add. D. Harpprecht. *in Diſp. de venat. precar. th. 1.* Item in Canonibus Precaria, quæ eſt jus utendi fruendi re eccleſiaſtica, ſine vel ſub certa penſione, ad perpetuum, vel ad certum tempus, ita, ut ſtatutis temporibus, ſcil. de quinquennio in quinquennium renovetur. *c. 1. x. h. t. c. 5. cauſ. 10. q. 2.* Vocatur *Precarey*, Beneficium Eccleſiaſticum, *Can. 4. c. 10. q. 2. L. 14. §. 5. C. de SS. Eccleſ.* licet hoc acriter impugnare velit Marc. Anton. de Dominis, *de Reb. Eccleſ. l. 9. c. 6. n. 59.* add. poſt Blumblacherum, Franzk. *de Laudem. c. 12.* Molina, *de J. & J. tom. 2. D. 293. n. 20. & ſeqq.* Voet. *num. 1. & Stryck. in uſu mod. §. 5. h. t.* & ſic differunt Conceſſio Precariæ & precarii; *c. 3. x. h. t.* hoc Germ. dicitur. *Etwas aus Bitt, oder bitts weis haben, eine Vergünſtigung.* Card. Hoſtienſis differentiam inter Precariam, Precarias & Precarium his verbis includit:

Diff. à precario.

Ria, Riæ, Rium, tria ſunt, quibus eſt caput unum:
Ria cum moritur, citra nec vult renovari:
Riæ magis vivit, poſt luſtrum nempe renaſcens:
Rium ſicut ego, moritur, cum vult ſuus auctor.

vid. late Beccium, *ad l. 3. §. 3. ff. de A. vel A. P. quaeſt. 7. per tot.*

III. Pre-

III. Precarium in d. ſecunda ſignificatione varie a Dd. deſcribitur, ſed optime ſit per actum Liberalitatis, quo precibus petenti res utenda gratis conceditur, ita, ut regulariter, quandocunque concedenti placuerit, illam revocare poſſit. Bocerus, *d. l. 2. D. 9. th. 30.* cum aliis, loco Generis, ponit Conventionem, quia tamen non in ſola Conventione conſtituitur; ſed inſuper rei traditio requiritur, atque ac in contractibus realibus, rectius per actum liberalitatis deſcribitur. *l. 1. pr. §. 1. & 2. l. 8. §. 3. in f. ff. h. t. vid. Diſp. de arrha th. 10. & 24.* — Precarium quid ſit? — An ſit Conventio?

IV. Duarenus, Tholoſanus, Weſenbec. & alii docent, Precarium verum ac proprie ſic dictum contractum eſſe, moti per *l. 23. ff. de R. I.* ubi inter Contractus & Precarium refertur; item per *l. 2. §. 2. & l. 17. §. f. ff. h. t.* ubi dicitur, quod ex precario oriatur Condictio incerti ſive Actio præſcriptis verbis. Ergo ex quocunque negotio oritur Actio præſcriptis verbis; illud eſt vere & proprie contractus. Atqui ex Precario, &c. Major probatur, quia præſcriptis verbis actio eſt contractuum innominatorum propria. *l. 3. l. 5. ff. de P. V.* Minor ex *d. l. 2. & d. l. 19. §. f.* At contraria ſententia verior eſt, quod non ſit Contractus proprie ſic dictus: (1.) Ex quocunque negotio non datur Civilis actio, illud non eſt Contractus. Atqui ex Precario &c. Major deſumpta eſt ex ipſa natura & definitione Contractuum; Contractus enim eſt modus per ſe & ſua natura efficaciter obligandi, h. e. actionem civilem producendi, per *l. 7. §. 1. & 2. ff. de pact.* Minor probatur per *l. 14. ff. h. t. l. 14. §. 11. ff. de furt.* ubi ratio jungitur, quia ſimile eſt precarium donato. Quamvis autem Conventiones ex libertate, & omnia legitima pacta ex deliberato animo inita obligationem & actionem de Jure Gentium producant: illa tamen omnia Jus Civile non approbavit, nec pleniſſime recepit; ſed tantum magis utilia & frequentiora, ut etiam de Jure Romano eundem producant effectum, quem producunt de Jure Gentium add. ſupra *ad tit. de pact. §. 16. & ſeqq.* Cum vero Donationes tam utiles, tamque frequentes non ſint, ideo Jus Civile eas ab initio ſtatim plene non recepit, ut eundem de Jure Romano ac de Jure Gentium producant effectum, obligationem ſcil. & efficacem exinde actionem; ſupra *ad tit. de donat. §. 1. & 4.* quoniam itaque & Precarium ſpecies quædam donationis eſt, idcirco dici non poteſt, quod ſit Contractus, Jus enim Romanum Contractus proprie tales ab initio plene recepit, ut eundem ac de Jure Gentium producerent effectum, obligationem ſcil. *d. l. 7.* & ad hoc etiam reſpexit Paulus, in *d. l. 14. §. 11.* (2.) In quocunque negotio hæres ex dolo defuncti non tenetur in ſolidum actione rei perſecutoria, illud non eſt contractus proprie ita dictus; Atqui ex Precario, — An Contractus? — Rat. Dubit. — Rat. Decid. 1. Argum. — 2. Argum.

no, &c. Major probatur ex *l. 12. l. 49. ff. de O. & A.* Minor ex *l. 1. §. ſ. ff. h. t.*
3 Argum. (3.) Per remotionem omnium ſpecierum. Quodcunque negotium neque eſt contractus nominatus, neque innominatus, illud non poteſt dici contractus. Atqui Precarium &c. Non nominatus, quia non habet nomen ſpeciale, ſed generale tantum, quod & ad alia negotia referri poteſt; neque habet ſeparatam & diſtinctam formam, nec ſpecialem producit actionem; Quamvis enim producat Actionem præſcriptis verbis, illa tamen non eſt ſpecialis ex quatuor ſpeciebus contractuum innominatorum deſcendens; ſed generalis ad omnes res precibus impetratas pertinens. Non Innominatus, quia ad nullum ex IV. articulis referri poteſt, hancque ſententiam etiam defendunt Bocer. *d. l.*
Reſp. ad Contraria. Ad 1. Bachov. *ad Tr. V. 1. D. 24. th. 1.* Nec obſt. (1.) *d. l. 23. ff. de R. I.* ubi Precarium reliquis proprie ſic dictis contractibus tantum adnumeratur quoad culpæ præſtationem, quod ex aliis *d. l.* exemplis probari poteſt: Nam ad Contractus referuntur Negotiorum geſtio, Tutelæ adminiſtratio, qui tamen non ſunt veri, ſed quaſi tales; Sicque vocabulum Contractus ibi late accipitur pro omni conventione licita, quæ Jure Gentium obligationem producit, ut in *l. 17. C. de*
Ad 2. *fid. inſtrum. l. 20. ff. de jud.* (2.) Ad *d. l. 2. §. 2.* & *d. l. 19. §. 2.* nam ad Argument. Ex quo negotio oritur actio, illud eſt contractus: Reſpond. Neg. Majorem; cum ex delictis quoque oriatur obligatio. Nec valet: Ex quacunque conventione oritur obligatio, illa eſt contractus. nam & pacta legitima & contractibus adjecta ſunt modi obligationem producentes. ſupra *ad tit. de pact. §. 31. & 32.* Verum, quæ conventio per ſe & ſua natura producit obligationem & actionem, illa eſt contractus proprie ita dictus; ſed Precarium tale negotium hoc loco non eſſe, jam conſtat, hinc in *d. l. 2. §. 2.* dicitur tantum, quod actio ex bona fide oriatur, i. e. ex æquitate concedatur, unde etiam magis Dativa, quam Nativa eſt; Poſtquam enim Prætor hoc Interdictum propoſuit, JCti actionem P. V. conceſſere, non quidem ordinariam contractuum innominatorum, ſed extraordinariam & ſubſidiariam. *l. 2. l. 3. ff. de P. V.* uti hæc latius explicat Biccius. *d. tr. quæſt. 6. per tot.*

Divid. in Simplex & non Simplex. V. Precarium eſt vel Simplex, ubi ſolus rei uſus roganti permittitur, ita, ut ipſe non poſſideat, ſed tantum in poſſeſſione ſit, atque nude detineat; *l. 6. §. 2. ff. h. t.* ſupra *ad tit. de A. vel A. P. §. 5.* vel non Simplex, quo præter uſum poſſeſſio ſimul conceditur, & ſic revera poſſidet. *l. 2. §. 3. l. 4. §. 1. l. 6. §. 3. l. 9. l. 12. pr. l. 15. §. 4. l. 16. & 17. ff. h. t. l. 13. ff. de Publ. in rem. act. l. 22. §. 1. ff. de nox. act. l. 7. §. 4. ff. comm. div.* add. *ſeq. §. 11. Diſſ. Cocej. in Diſp. de præſcript. extraordin. ſ. anomala. §. 38.* Alii Precarium
An recte in Purum etiam diſting. in Purum vel Mere gratuitum; quod ob puras rogantis pre-

ces

cei conceſſum eſt, & cui nullus modus, neque finis, neque tempus adjici poteſt; & Mixtum, cui modus, finis vel tempus non adverſatur & in quo lucellum aliquod intervenire poteſt. Duaren. *in Comm. ad h. t. c. 1.* Tholoſan. *l. 25. c. 2. num. 11.* Sed hæc diſtinctio Juri plane eſt incognita, & diverſa confundit negotia, Precarium ſcil. & Commodatum. Bachov. *d. l.* Birrius, *d. quæſt. 6. circa fin.* ſupra *ad tit. Commod. §. 9.* add. *ſeqq. §. 10. & 19.* & Mixtum?

VI. Cauſa Efficiens Precarii Remota eſt partim Jus Gentium, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* partim Jus Civile, ratione ſcil. approbationis. Proxima eſt Conſenſus & Rei traditio. Sic requiritur (1.) Voluntas tam Concedentis, *l. 1. pr. §. 2. l. 2. §. 3. l. 12. in ſ. pr. l. 15. pr. ff. h. t.* quam Petentis & Accipientis, quia invito non datur beneficium. Ergo nec Precarium. *l. 14. ff. d. t. l. 14. §. 11. ff. de furt.* Et hæc utriusque voluntas non tantum verbis & ratihabitione, *l. 6. §. 1. ff. h. t.* ſed aliis quoque ſignis ad demonſtrandum voluntatem idoneis & ſufficientibus declarari poteſt *l. 15.* ibi DDres *l. 8. §. 2. ff. h. t.* Et tametſi ab initio difficulter fieri queat, ut tacito conſenſu conſtituatur, attamen ſemel expreſſe alicui conceſſum, tacito poſtmodum conſenſu, qui videlicet ex Concedentis patientia, ſeu non revocatione, & ab Accipiente continuato uſu præſumitur, prolongari, renovari & redintegrari poteſt; *l. 4. §. 5. ff. h. t.* & magis eſt prorogatio, quam novi Precarii conſtitutio. *l. 5. ff. eod.* Menoch. *l. 3. præſ. 85. num. 5.* Frommann. *Diſp. de ficta tradit. th. 42. & 45.* Harpprecht. *de renat. precar. pag. 55.* modo conſenſum ita prorogans in eo ſit ſtatu, ut conſentire, vel pro lubitu revocare poſſit. Sic ſi Precarium concedens in furorem poſt conceſſionem inciderit, redintegrare non videtur Precarium. *l. 6. pr. ff. h. t.* Joh. Voetius. *num. 4. h. t.* Ejus enim eſt non nolle, qui poteſt velle, *l. 3. ff. de R. J.* h. e. ille demum tacite per patientiam conſentire videtur, qui expreſſe conſentire poteſt: Cum autem hoc non poſſit furioſus, Ergo nec illud. C. E. Rem. Proxima. Req. 1. Voluntas utriusque, utcunque declarata. Etiam præſumitur. Limit.

VII. Præter conſenſum (2.) requiritur Rei traditio. Precarium enim conſtituitur ad Rei uſum, qui deſiderat rei traditionem, vel veram, vel quaſi; *l. 1. §. 2. & 3. l. 2. §. 3. l. 3. l. 15. §. 2. ff. h. t.* vel fit per fictionem brevis manus, ex. gr. ſi res tradenda jam ex alia cauſa penes rogantem exſtat. *l. 5. pr. ff. h. t.* 2. Rei traditio.

VIII. Precarium concedere poſſunt omnes, qui Commodatum contrahere; qui enim uſum rei ad certum tempus & modum concedere, multo magis uſum indeterminatum permittere valent. Hinc precario concedunt non tantum Domini; ſed etiam, qui rem poſſident, aliudve jus in re habent. Subj. Act. qui concedit.

bent. *l. 7. l. 8. pr. ff. h. t.* Item Creditor valide rem oppignoratam precario concedit, & quidem ipſi debitori pignoris Domino. *l. 6. §. ff. l. 11. ff. eod.* Accipere ſimiliter omnes, qui ex cauſa commodati, etiam precarium poſſunt. Quoad Subjectum enim inter hæc duo nulla eſt differentia. Nec tantum quis ipſe; ſed etiam per alium, e. gr. procuratorem, precarium concedit, vel accipit. *l. 4. §. 2. l. 6. §. 1 ff. d. t.* Item per epiſtolam, vel per nuncium. *l. 9. ff. eod.* B. Dn. Parens m. *Diſp. de Nuncio, th. 26.* Ipſe tamen Dominus rem ſuam, quam poſſidet, cujusque plenum dominium habet, precario accipere non poteſt, nam Precarium rei propriæ non conſiſtit. *l. 4. §. 3. ff. h. t. l. 45 ff. de R. I. l. 15 ff. depos. l. 40. §. 5. ff. d. A. vel A. P.* Sin tertius rem poſſideat, vel jus quoddam in re habeat, reſpectu illius rem precario rogare vel accipere licet. *l. 6. §. 5. ff. h. t.*

Subj. Paſſ. qui accipit.

Non Dominus rem propriam. Limit.

IX. Precarium ad concedentis hæredem, licet incognitum, aliumque ſucceſſorem quoque tranſit; nam hic videtur continuare conceſſionem, juxta communem Ddrum ſententiam, per *l. 8. §. 1. l. 12. §. 1. ff. eod.* Molina, *d. l. num. 8.* ut ſic patientia ſucceſſoris quaſi reviviſcat. vid. Schilt. *ad ff. Ex. 1. §. 30.* Joh. Voetius. *n. 5. h. t.* Nec obſt. *l. 4 ff. locati.* quæ accipi poteſt de caſu, quando quis conceſſerit *ad ſuum beneplacitum*; vel *dum concedens non revocaverit*, ſicque poſt hujus mortem continuare non debeat, & proin hæredis revocatione opus non ſit; quo etiam tendunt Card. de Lugo, *de J. & J. Diſp. 23 ſect. 2. num. 17.* Molina, *num. 10. & ſeqq.* Covarruv. *var. reſol. l. 3. cap. 15.* Non vero ad hæredem Accipientis, *d. l. 12. §. 1* quia hæres non ſuccedit in poſſeſſionem rogantis, ceu amico, tantum conceſſam. Sin pro ſe & ſuis hæredibus conceſſio facta; vid. Klock. *tom. 1. conſ. 29. n. 793.* Harpprecht. *de venat. precar. th. 41.* vid. ſupra *§. 2. quibus mod. uſusfr. amitt.*

Transit ad hæredem Concedentis, Obj. Reſp.

Non Accipientis.

X. Objectum ſunt res omnes, quæ ſunt in commercio, in quibus concedens jus aliquod habet, nec uſu conſumuntur. Quo ipſo excluduntur: (1.) Res extra commercium, v. gr. Sacræ, Sanctæ, Religioſæ. (2.) Res fragiles & conſumptibiles; quia enim res precario conceſſa in ſpecie reſtituenda, ideo poſt uſum adhuc debet eſſe ſalva. arg. *l. 1. §. 3. ff. h. t.* junct. *l. 3. §. 5 ff. commod.* De cætero non refert, Res corporales ſint an incorporales; *l. 2. §. 3 l. 3 l. 15 §. 2. ff. eod.* & habitatio. *l. 2. C. h. t.* Non obſt. *l. 15. §. 1. ff. eod.* vid. Hahn *ad W. h. t. N. IV.* Mobiles, an Immobiles. *l. 4. pr. l. 7. ff. eod.* Concedentis ſint propriæ, an alienæ; *l. 7. l. 8. pr. l. 11 ff. h. t.* junct. *l. 15. l. 16. ff. commod.* etiam rogantis propriæ, ſed non pleno jure. Struv. *Exer. 45. th. 158.* ibique Mullerus. *praced. §. 8.*

Objectum omnes res, quæ in commercio, nec uſu conſumuntur.

Et incorporales,

An alienæ?

XI. For-

XI. Forma Accidentalis eſt in *l. 9. ff. h. t.* Subſtantialis in eo conſiſtit, quod uſus rei gratuitus & indeterminatus concedatur, ita, ut quandocunque concedenti placuerit, revocari poſſit. Ratione itaque formæ requiritur (1.) Ut uſus rei concedatur. *l. 1. pr. & §. 3. ff. h. t.* (2.) Ad preces petentis. *d. l. 1. pr. l. 2. §. 3. ff. eod.* Conceſſio vero ad preces non facit precarium, niſi exprimatur, non aliter deſiderari vel concedi, quam precarii titulo. Dn. Stryck. *de Caut. contr. Sect. 2. cap. 2. §. 4.* Uſus ille ſit (3.) Indeterminatus, h. e. nullo regulariter tempore circumſcriptus, ita, ut revocari poſſit, cum libuerit concedenti. *d. l. 1. pr. l. 15. pr. ff. C. 2. n. eod.* add. infra *§. 15.* Et ſi certum in ejus conceſſione expreſſum foret tempus vel pactum, illud, tanquam formæ Precarii ſubſtantiali contrarium, ipſo jure nullum eſt; & non vitiat, ſed vitiatur, atque pro non adjecto habetur. *l. 12. pr.* ibi. *Nulla vis eſt talis conventionis. ff. h. t.* Card. de Lugo. *d. l. n. 16.* Joh. Voetius *num. 1. h. t.* De natura Precarii enim eſt, ut, quandocunque concedenti placuerit, revocari poſſit. Pactum autem diverſum ſonat, Neceſſe ergo, ut alterum ex illis, ipſum ſcilicet Precarium, vel Pactum, deſtruatur. Quia vero Precarium eſt principale, Pactum ſolummodo acceſſorium, æquum eſt, ut ſuſtineatur principale vitiato acceſſorio; *d. l. 12. pr.* quod etiam obſervatur in aliis negotiis, quibus pacta naturæ ipſorum contraria adjecta ſunt, ex. gr. ſi pignori pactum de non diſtrahendo adjiciatur. *l. 4. ff. de pignor. act.* ſupra ad tit. *de diſtract. pign. §. 9.* add. *l. 11. ff. de R. C. l. 1. §. 7. ff. depoſiti.* Nec obſt. *l. 4. §. 4. & l. 5. ff. h. t.* ibi enim non dicitur, quod Dominus precarium ad tempus rogatum ante illud finitum revocare non queat; (de qua quæſtione agitur in *d. l. 12. pr.*) ſed tantum, quod etiam poſt illud tempus precarium, patiente Domino, duret & prolongetur. add. Perez. *in C. h. t. num. 2.* C. J. A. *h. t. num. 7.* Molina. *d. l. num. 5. 6. & 9.* vid. Struv. *Exerc. 45. th. 161.* ibique Mullerus. *&* Dn. *Sabathin. 11. cap. 4.* Moribus tamen noſtris ſuſtineri pactum, ne res precario conceſſa intra tempus revocetur, cum Brunnem. *ad d. l. 12. num. 5.* defendit Dn. Stryck. *d. l. §. 5. & in uſu moderno §. 2. h. t.* Harpprecht. *de tenuit. precar. fol. 15.* (4.) Ut uſus ille ſit gratuitus. *l. 1. §. 1. l. 2. §. 3. l. 8. §. 3. l. 10. ff. h. t. l. 15. §. 11. ff. de furt.* Sin præter naturam rei ex accidente contigerit, quod Lucellum aliquod ſive remuneratio non ab initio & tempore precarii rogati, ſed finito demum rei uſu perfectoque negotio interveniret, naturam tamen ipſius negotii non deſtrueret, exemplo Commodati & Mandati. Bocerus, *d. q. 6. circa fin.* ſupra *ad tit. Commodati. §. 12.* & *ad tit. Mandati. §. 13. & 14.*

Forma. Req. 1. Uſus rei. 2. ad preces petentis conceſſus. 3. Indeterminatus. Non ſi ad certum tempus conceſſum. Ratio. Reſp. Obj. Valet tamen moribus. 4. Gratuitum. Futuro uſu lucellum accedere poteſt.

XII. Finis principalis eſt ipſe Uſus rei. Effectus reſpicit vel Accipientem, Finis effectus.

ratione Accipientis Lucrativus eſt nuda poſſeſſio.

tem, vel Concedentem. Ille eſt vel Lucrativus, vel Oneroſus. Ille conſiſtit (1.) in poteſtate utendi, *l. 1. pr. l. 12. pr. ff. h. t.* pro ſe ſuisque *l. 21. ff. h. t.* & quidem ad modum patris f. *add. ſeq. §. 17.* (2.) in poſſeſſione; ita tamen ut quis in prima & ſimplici Precarii ſpecie tantum habeat facultatem utendi, & morari ipſi in re precario conceſſa liceat, *l. 6. §. 2. ff. h. t. l. 10. §. 1. ff. de A. vel A. P.* Klock. *Rel. Cam. 72. num. 18. & ſeqq.* vid. Harppre cht. *de renat. precar. th. 35.* In Secunda, ubi ſpecialiter rogavit, ut ſibi poſſidere liceret, poſſidet etiam revera; *d. l. 10. §. 1. l. 6. §. 2. l. 15. §. 4. ff. h. t. pr. §. 5.* quæ tamen

naturalis.

poſſeſſio non utique civilis eſt, ſed tantum naturalis ratione formæ, quia non poſſidet animo vel opinione Domini. *l. 22. §. 1. ff. de nox. act. l. 5. §. 1. ff. h. t. l. 2. §. 3.* ibi: *Ut ſibi poſſidere aut uti liceat ff. eod.* Hæcque poſſeſſio tametſi a Do-

eſt juſta.

mino, ejusque voluntate profecta, juſta eſt, quoad usque à Domino non revocetur. *d. l. 22. §. 1. l. 13. §. 1. ff. de Publ. in rem. act. l. 7. §. 4. ff. comm. divid.*

Hinc datur Interdict. Retinendæ,

& proinde Precarium ita poſſidenti datur etiam Interdictum Retinendæ Uti poſſidetis, non quidem adverſus ipſum Dominum; ſed contra tertium turbantem; *l. 1. §. 5. & l. 2. ff. uti poſſid.* & *l. 17. ff. h. t.* Klock. *d. conſ. 29. num. 792.* Joh. Voetius. *num. 2. h. t.* & tunc dicitur in cauſa precarii inhibitionem decernendam haud eſſe. Mev. *p. 8. dec. 409.* Imo ipſi interdum ſubvenitur adverſus

etiam Recuperandæ.

ipſum Concedentem, & quidem Interdicto Recuperandæ, ſi ſcilicet petentem vi dejecerit, *§. 6. I. de Interd.* ibique Vinn. *num. 5.* Menoch. *Rem. recup. 1. n. 81. & ſeqq.* Attamen, quia non civiliter poſſidet, nullo tempore contra Conce-

Non præſcribitur, nec uſucapitur.

dentem poteſt præſcribere, *l. 17. ff. comm. præd.* B. D. D. Harppre cht. *de renat. precar. th. 32.* & quamprimum Dominus eam revocaverit, juſta eſſe deſinit. Klock. *d. Relat. num. 90.* add. ſupra *ad tit. de A. vel A. P. §. 9.* Et quantum ad Uſucapionem attinet, vitioſe poſſidet quisque vel vi, vel clam, vel precario poſſidet. *l. 10. pr. ff. ſi ſerv. vind. l. 2. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* add. Mev. *p. 7. dec. 170.* D. Harppre cht. *Laud. Diſp. th. 29.*

Oneroſus eſt obligatio naturalis ad reſtit.

XIII. Ex Effectu Oneroſo oritur ipſa obligatio, qua accipiens adſtringitur, non quidem civiliter, ſed tantum naturaliter, ex naturali videlicet æquitate & jure gentium, ad precario conceſſum pro Concedentis Juſſu reſtituendum. *l. 1. §. 1. l. 2. §. 2. l. 14. ff. h. t. l. 14. §. 11. ff. de furt. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de conſt. pec. l. 5. §. 1. ff. de ſolut. l. 5. §. 2. ff. de ſolut.* Quæ obligatio quidem nullam de Jure Civili actionem producit. *d. l. 14. ff. h. t. & l. 7. §. 4. ff. de pact.* eapropter tamen Prætor ex æquitate Interdictum de Preca-

Datur Interdict. de Precario.

rio conceſſi, contra precarium accipientem, de quo principali et agitur in h. t. Et cum JCti Romani perpenderent, hoc negotium valde ſimile eſſe commodato, & Prætorem Interdictum hoc introduxiſſe. Illi etiam de eodem Condictio-

Actio P. V. extraordinaria.

dictionem incerti, ſive Actionem præſcriptis verbis conceſſere, qua precarium concedens & revocans rem precariam ſibi ex æquo & bono ab accipiente reſtitui poſtulat. *l. 2. §. 2. l. 19. §. 1. ff. h. t.* vid. Stryck. *in uſu moderno. §. 2.* & Bohmer. *num. 3. h. t.* Hæc quidem non eſt ordinaria, quæ oritur ex contractibus innominatis; ſed extraordinaria, irregularis & anomala, quæ & variis aliis pactis per ſe actionem non producentibus ex æquitate accommodatur. ſupra *ad tit. de P. V. §. 19. & infra §. 77. de act.*

Effectus rat. Concedentis.

XIV. Quoad effectum ratione ipſius Concedentis Quær. An precarium concedendo amittatur ejus poſſeſſio? Et quoad primam ſpeciem, ubi ſimpliciter ſolus uſus petenti eſt conceſſus, expreſſe negatur in *l. 6. §. 2. ff. h. t.* Beſold. *Conſ. 233. num. 69.* De ſecunda magna eſt controverſia, quia ſpecialiter rogans revera poſſidet: præced. *§. 5. & 12.* attamen Concedens hoc caſu non ſimpliciter deſinit poſſidere; ſed poſſeſſionem civilem animo retinet, & ita accip. *l. 15. §. 4. ff. h. t.* Nec obſtat, duos in ſolidum unam eandemque rem poſſidere non poſſe, uti ſupra dictum *ad tit. de A. vel A. P. §. 26.*

Retinet poſſeſſionem civilem.

Interdict. de Precario.

XV. Interdictum autem de Precario eſt reſtitutorium, *l. 2. §. 1. ff. h. t.* perpetuum, *l. 8. §. 7. ff. eod.* quo Prætor rem precario conceſſam, ſed revocatam, reſtitui jubet. Cauſa Efficiens eſt Prætor. *d. l. 2. pr.* Impulſiva eſt partim æquitas naturalis; *d. l. 2. §. 2.* ibi: *Natura æquum eſt, tamdiu te liberalitate mea uti, quamdiu ego velim; & ut poſſim revocare, cum mutavero voluntatem.* & *l. 15. pr. ff. d. t.* partim neceſſitas, nam ante Prætoris Edictum nulla de precario actio competebat. *l. 14. ff. eod.* Nec olim locum habebat, cum alicui de re ſibi reſtituenda cautum eſſet: e. gr. ſi reſtitutio ſtipulatione promiſſa. *l. 15. §. 3. ff. d. t.* Joh. Voetius *num. 2. h. t.*

C. E. R. Imp.

Datur Concedenti, *Ampl.* ejusque Succeſſori.

XVI. Hoc Interdictum conceditur illi, qui roganti uſum vel poſſeſſionem precario conceſſit; ſed revocavit; licet non ſit Dominus, *præced. §. 8. & 10.* nec ipſemet poſſideat; *l. 18. ff. h. t.* & quia rei perſecutionem continet, ſucceſſori tam univerſali, *l. 8. §. 1. l. 12. §. 1. ff. h. t.* quam ſingulari, & hic quidem non ex precario ab autore ſuo conceſſo hoc Interdictum habet; ſed ex propria perſona; eo ipſo enim, dum patitur poſſeſſorem ulterius re uti, Precarium prolongando novum quaſi conſtituere videtur. *d. l. 8. §. 2.* D. Bardili *in Diſſ. de ſingul. ſucceſ. an & quatenus perſon. act. teneat. cap. 5. §. 19.* Datur adverſus precario habentem ſive poſſidentem, licet ipſe non rogaverit, *l. 4. §. 2. ff. h. t.* vel qui dolo habere deſiit, *l. 2. pr. l. 8. §. 3. ff. eod.* pupillum etiam ſine tutoris autoritate rogantem, ſi poſſideat. *l. 5. §. 1. ff. eod.* Joh. Voetius *n. 5. h. t.* Contra hæredes quemadmodum ipſi rem precariam habent, *l. 2. C. h. t.*

Adverſus precario habentem, etiam pupillum ſi poſſid.

ſive

Ad contra hæredes? Differ. Obj. Reſp.

ſive dolo fecerint, quo minus haberent: & tunc tenentur in ſolidum. Ex dolo autem defuncti tantum datur in id, quatenus ad eos pervenit. *d. l. 8 §. 8.* ibi Brunnemann. *num. 7.* Sicque diff. à Commodato. *l. 12. ff. de O. & A.* Stryck. *in uſu mod. §. 3. Commodat.* Nec obſtat. *l. 11. ff. de div. temp. præſcript.* ubi intellig. ſi nihil ad hæredem pervenerit.

Objectum eſt res reſtituenda. Accipiens præſtat latam culpam. Niſi aliter conventum, vel mora intervenerit.

XVII. Objectum eſt res precaria reſtituenda in priſtinam cauſam. *d. l. 2 §. 4.* Accipiens enim & ipſam rem reſtituere, & omne damnum reſarcire tenetur. Sed præſtat tantummodo dolum & latam culpam; *d. l. 8. §. 3. & 6.* Sibi enim precario concedens quodammodo imputare debet, cur non citius rem avocaverit, in qua precario tenens negligentius verſabatur. Beyer *pos. 4. & ſeqq. h. t.* Sed limit. Si aliter conventum. Perez. *h. t. n. 6.* C. J. A. *h. t. th. 13.* (ſic differt à Commodato, utpote quod majus eſt beneficium, proptereaque majorem requirit diligentiam ſupra *ad tit. Comm. §. 19. & 33.*) Vel ſi mora ejus intervenerit, nam ex tempore editi Interdicti ad cauſam fortuitum & omnem cauſam, fructus ſcil. & acceſſiones obligatur; *d. l. 8. §. 6. l. 10. ff. eod.* Joh. Voetius *num. 3. h. t.* quod ſi factum non fuerit, condemnatio tantum fiet in id, quanti intereſſet actoris, et rem reſtitui ex dicto tempore. *d. l. 2. §. 4.*

Effectus eſt reſtitutio precarii revocati. Poſt tradit. poteſt illico repeti. Non tamen ſine laxamento temporis, pro re nata.

XVIII. Finis itaque & Effectus eſt revocati precarii reſtitutio in priſtinam cauſam. *d. §. 4.* Hoc autem Interdictum inſtitui poteſt, quandocunque concedenti placuerit. per *ll. in præced. § 12. alleg.* & quidem ſtricta juris ratione illico & confeſtim re tradita. Quia tamen Accipiens hac ſubita & intempeſtiva revocatione prætextu liberalitatis, deciperetur, hæc facultas non ita metaphyſice ſine rationabili cauſa accipienda: ſed DD. communiter ex æquitate laxamentum quoddam temporis concedendum, idque à Judice pro rei qualitate & conditione perſonæ, quo accipiens re precaria utatur, præfigendum & determinandum eſſe ſtatuunt. Adjuvari quippe nos, non decipi beneficio oportet. *l. 17. § 3. ff. C. in x. commod.* Franzk. *ad d. tit. num. 18.* Card. de Lugo, *d. D. ſect. 2. num. 15.* Molina, *d. l. num. 2.* ubi ita intempeſtive revocantem doli exceptione vult repelli. Bachov. *d. D. 24. th. 3 lit. H.* Menoch. *A. I. Q. l. 2. Caſ. 25. in f. ex æquitate.* D. Harpprecht. *de venat. precar. th. 41.*

Contraria. Revocatio. Mors Accipientis.

XIX. Precarium ſolvitur (1.) Revocatione concedentis libera, & ante diem precario appoſitum; *l. 1. pr. l. 12. pr. & paſſim ff. h. t. l. 35 ff. de R. J.* non tamen damnoſa. *præced. §. 18.* (2.) Morte, non concedentis, niſi cum hoc ejus geſta quoque exſpirent; *cap. 5. de reſcript. in 6to.* ſed Accipientis, quia per-

perſonale eſt, & in hæredes ejus non tranſit, *l. 12. §. 1. ff. c. 3. x. h. t. præced. §. 9.* (3.) Debiti ſolutione. *l. 6. §. 5. l. 11. ff. h. t.* Joh. Voetius *num. 4. h. t.* (4.) Conſolidatione, ut ſi quis rem precario conceſſam pleno jure ſibi adquirat. *arg. l. 4. §. 3. ff. h. t.* At ſi Concedens rem citra revocationem alienaverit, ipſius quidem jus eſt ſublatum, propterea tamen precaria illius conceſſio ipſo jure non ſolvitur; ſed facultas revocandi in novi Domini arbitrium translata cenſetur. *l. 8. §. 2. ff. h. t.* quod idem probat *c. 3. x. eod.* Molina, *n. 19.* Certi temporis adjectio de jure nihil officit. *præced. §. 11.*

Solutio. Conſolidatio.

Affinia Donatio. Commodatum. *Diff. in.* 1. 2. 3. 4. 5. Precaria.

XX. Ad Affinia pertinet 1. Donatio; *l. 1. §. 1. l. 8. §. 3. l. 14. ff. h. t. l. 14. §. 11. ff. de furt.* quæ tamen eſt modus dominium transferendi habilis. *l. 1. §. 2. ff. eod.* (2.) Commodatum, *l. 1. §. 3. ff. h. t.* à quo tamen etiam multis modis diſtinguitur; Illud enim eſt contractus propriè ita dictus. *§. 2. I. quib. mod. re contrah. obligat.* Conceditur ad uſum certum determinatum. *l. 17. §. 3. ff. commod.* Poſſeſſio nunquam tranſit in accipientem. *l. 8. ff. eod.* Ex illo oritur obligatio & actio mutua. *d. l. 17. §. 3.* In illo præſtatur regulariter culpa leviſſima. *l. 5. §. 2. ff. d. t.* Illud in Commodatarii hæredes tranſit; *d. l. 17. §. 2.* In quibus ſingulis à Precario differt. (3.) Precaria Juris Canonici, de qua ſupra *§. 2.*

TIT. XXVII.

DE ARBORIBUS CÆDENDIS.

§. I.

Continuatio. Duo Interd. de Arboribus. I. Datur de iis ſuccidendis.

SEquuntur adhuc quædam Specialia Interdicta Retinendæ poſſeſſionis. Cum n. poſſeſſio etiam quodammodo turbetur per Arbores ædibus noſtris impendentes, ideoque Prætor de iis cædendis in ſpecie duo Interdicta h. t. propoſuit, quorum unum pertinet ad Arbores in prædium urbanum: Alterum in prædium ruſticum impendentes. Primum itaque eſt prohibitorium, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* quo Prætor vim vetat fieri vicino adimere volenti arbores in ædes ſuas impendentes, quas illarum vicinus admonitus adimere noluit, *d. l. 1. pr. & §. 6.* Joh. Voëtius. *h. t.*

Cauſa Effic. datur Domino ædium. Uſufructuario. Contra vicinum.

II. Cauſa Efficiens eſt Prætor, qui hoc Interdicto proſpicere voluit (1.) Domino ædium, in quas arbores impendent. Nec refert, an ex aſſe, an ex parte Dominus ædium ſit, ſi enim ædes ſint communes, ſinguli domini hoc Interdictum in ſolidum habent. *d. l. 1. §. 5.* (2.) Uſufructuario, quia & illius intereſt, arborem iſtam non impendere *d. l. 1. §. 4.* Contra Vicinum, cujus arbores in ædes noſtras impendent, quique admonitus, nec ipſe tollere, nec vicino, ut id faciat, permittere vult. *d. l. 1. pr. & §. 6.*

III. Ob-

Objectum ſunt Arbores, Vites, &c. Impendentes in vicinum prædium urbanum.

III. Objectum ſunt Arbores, ſub quarum appellatione continentur Vites, *d. l. 1. §. 3.* item arundines, hederæ, nec non ſalices, quando radices egerunt, Molina *de J. & J. Tom. 3. D. 699. num. 1.* Joh. Philippi *in uſu practico Inſt. lib. 2. Eclog. 13. num. 2.* impendentes vel imminentes in vicinas ædes, hortum, aliudve prædium urbanum, unde evenire poſſit, ut proſpectus vel lumen obſcuretur, vel decurſus aquæ pluviæ impediatur, aliudve damnum ſequatur. Has ſi Dominus arboris, prævia denunciatione, adimere ſuaque facultate uti nolit, vicinus, cujus intereſt, non ſolum partem imminentem, ſed totam ſuccidere, lignaque tollere poteſt. *d. l. §. 2. & 6.* Struv. *Exerc. 45. th. 161.* ibique Mullerus.

Req. 1. ut arbor ex vicino præd. urb. damno ſit. 2. dominus prævia denunc. nolit adimere, 3. vicino eam excidere permittatur, 4. recidenti vis fieri velit. Quid hodie? Si radices arboris noceant?

IV. Requiritur itaque ad hoc Interdictum: (1.) Ut Arbor ex vicino fundo in ædes noſtras aliudve urbanum impendeat, quæ officeret, vel unde damnum evenire poſſet. *d. l. §. 2.* (2.) Ut dominus, vel cujus intereſt, adierit judicem, qui domino arboris denunciet, ut eam adimat, i. e. à ſtirpe exſcindat vel radicitus evellat, ut nullo tempore exinde damnum amplius imminere queat; *d. l. §. 6.* Molina, *d. l. num. 14.* (3.) quia dominus arboris in mora eſt ſuccidendi, vicino domino ædium, & cujus intereſt, permittitur eam excidere, ſibique ligna uſurpare; *d. l. 1. §. 2. & 6.* (4.) & ſi recidenti vel ligna tollenti vis fieri velit, ipſi hoc Interdicto ſuccurritur. *d. l. pr. & §. 6.* Hodie potius rami officientes tantum reſcindi ſolent. Grœnew. *ad d. l. 1.* Brunnemann. *ad l. 1. C. de interd.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.* Et hæc ob paritatem rationis utiliter extenduntur ad caſum, ſi radices arboris ulterius periculum adferant fundamentis aut parieti alterius domus, ut ſuccidantur & evellantur, ne deinceps noceant. per *l. 1. C. de interd.* Molina, *d. l. num. 15.*

II. de Arboribus coercendis. quid? Differt à priori, Objecto, & Fine.

V. Secundum eſt remedium prohibitorium, quo Prætor vim fieri vetat vicino domino, vel uſufructuario, arborem ex vicino agro vel fundo in illius fundum impendentem præſcindere & coercere volenti, cum vicinus admonitus coercere noluerit. *d. l. 1. §. 7.* Differt à Priori (1.) Objecto; quia illud datur de arboribus prædio urbano: Hoc ſecundum de arboribus prædio ruſtico impendentibus. (2.) Fine; quod in Primo liceat Actori funditus arbores exſcindere & ligna tollere: *d. l. §. 2.* in Secundo vero ramos tantum ad XV. pedes uſque à terra altius circumcidere, & amputare, lignaque ſibi habere, *d. l. §. 7. & ſeqq.* ſicque coerceri debet, ne umbra arboris vel ramorum noceat ſuo prædio. *d. l. §. 8.* In reliquis convenit cum priori. Molina, *d. l. num. 10.*

Si arbor in via publica impediat?

Si arbor in via publica commodum tranſitum impediat, licet eam præcidere. Molina, *n. 17.*

VI. De

VI. De hujuſmodi Arboribus alterius actionis mentionem facit JCtus in *l. 2. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 45. th. 162.* ibique Mullerus. & competit Actio Civilis ex Lege XII tabb. ſi ſcilicet arbor ex vicini fundo vento inclinata ſit in meum fundum, quo caſu datur Actio negatoria, adverſus vicinum jus ei non eſſe, ita arborem habere, & per conſequens ut eam tollat. *d. l. 2.* add. quæ diximus ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 104.* Si arbor vento inclinata in fundum vicinum?

TIT. XXVIII.
DE GLANDE LEGENDA.
§. I.

CUm præcedenti titulo affinitatem habet Interdictum de Glande legenda, quod propterea in hoc Tit. ſubjicitur; ſi enim vicinus paſſus ſit ramos meæ arboris in ſuum fundum propendere, etiam permittere debet fructus eo cadentes legere; Sin deſuper vis fiat, datur hoc Interdictum. Jure enim ſoli fructus mihi deberi cenſentur. Sub nomine vero Glandis omnes fructus continentur. *l. un. §. 1. ff. h. t. l. 236. §. 1. ff. de V. S.* vid. D. Harpprecht. *in Reſp. 69.* & Stryck. *in uſu moderno §. 2. & ſeqq. h. t.* von Aichel klauben und Wild/Obs leſen. Continuatio. Glans & alios continet fructus.

II. Eſt autem hoc Interdictum prohibitorium, quo Prætor prohibet, ne Domino fructus, qui in fundum vicini ceciderunt, etiam tertiâ die legenti & tollenti vis fiat. *d. l. un. pr.* Sed ſi vicinus pecus immiſerit, ut fructus comederet, competit Actio ad exhibendum. *l. 9. §. 1. ff. ad exhib.* Poſt triduum verò Dominus fructus illos pro derelicto habere cenſetur, quia facile putreſcunt. Hodie hoc Interdictum tantum uſum habere non videtur, cum multis in locis rami propendentes, vel ad minimum fructus decidentes in vicini fundum ipſi cedant vicino, uti de foro Saxonico indifferenter ita obſervari teſtatur Carpzov. *J. F. p. 3. C. 32. def. 25.* Coler. *p. 1. dec. 25.* Stryck. *in uſu moderno §. 1.* Alibi inter Vicinos dividuntur. Hahn. *h. t.* add. ſupra *ad tit. de A. P. D. §. 104.* Joh. Voëtius, & Böhmer. *h. t.* Dietherr *ad* Beſoldum. *voc.* Uberhang. Interdict. de glande legenda quid? Non datur poſt 3. dies. Quid hodie?

TIT. XXIX.
DE HOMINE LIBERO EXHIBENDO.
Cod. *Lib. 8. Tit. 8.*
§. I.

SUpra dictum eſt, Interdicta vel pertinere ad Res, vel ad Perſonas. Hactenus conſideravimus, quæ ad jus rerum pertinent, nunc ſubjiciuntur in ſeqq. Tit. quæ pertinent ad Jus Perſonarum, quorum primum h. t. proponitur Continuatio.

Interdict. circa Jus Perſonarum.

tuendæ libertatis cauſa; *l. 2. §. 1. ff. de Interdict.* videlicet, ne Homines liberi retineantur à quoquam; *l. 1. §. 1. ff. h. tit.* qui propterea inſcribitur de Homine libero exhibendo.

De homine libero exhibendo, quid? Quæ inde Actio?

II. Hoc Interdictum eſt exhibitorium, *§. 1. I. de Interd.* populare, *l. 3. §. 9. ff. h. t.* perpetuum, *d. l. §. f.* quo Prætor præcipit, ut homo liber, qui dolo malo detinetur, exhibeatur. *l. 1. pr. ff. h. t.* Actio, loco & nomine hujus Interdicti hodiè competens, datur omnibus, adverſus illum, qui dolo malo liberum hominem detinet, ad hoc, ut illum exhibeat.

Exhibere quid?

Exhibere eſt extra ſecretum habere; in publicum producere, & videndi tangendique hominis facultatem præbere. *d. l. 3. §. 8. l. 2. ff. ad exhib.* Joh. Voëtius *h. t.*

C. E. Rem. Imp. Proxima eſt detentio lib. Hom.

III. Cauſa Efficiens Remota, eſt Prætor, qui hoc Interdictum, in favorem libertatis, ad eam tuendam, introduxit. *l. 1. pr. & §. 1 ff. h. t.* Proxima eſt doloſa liberi hominis detentio. *d. l.* Ratione itaque Cauſæ Efficientis requiritur: (1.) Ut liber homo detineatur, h. e. Ipſi non ſit poteſtas abeundi, aut facultas recedendi vel remanendi; quod non multum à ſpecie ſervitutum differt; *l. 2. ff d. t. l. f ff. de lib. exhib.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* add. *l. 48. ff. de V. S.* nec quævis liberi hominis detentio producit hanc actionem; ſed inſuper requiritur (2.) Doloſa detentio. *d. l. 1. pr. l. 3. § 2 ff. eod.*

Doloſa, ad quam copulative requir. 1. Ut liberum hominem detineat ſciens, non errans. Vel dubitans.

IV. Ut autem quis dolo detinere cenſeatur, tria concurrant neceſſe eſt: (1.) Ut quis ſciens notoriè liberum hominem detineat atque ſupprimat, ſi putaverit ſervum eſſe, vel ignoraverit liberum apud ſe eſſe, dolo malo caret; *d. l. 3. §. 6.* qui dolus eſt machinatio quædam & propoſitum alterius decipiendi cauſa, *l. 1. §. 1. ff. de dol. mal.* quem error & ignorantia excludit, donec quis fuerit certioratus. *d. l. 1. §. 6.* Idem ergò dicendum de Dubitante, utrum liber vel ſervus ſit, quem detinet, vel qui facit ſtatus controverſiam, quia hic neque habet animum lædendi aut decipiendi, ideoque in his dicta actio locum non ſortitur, ſed iis in caſibus recurrendum eſt ad actiones præjudiciales, ne fiat præjudicium alienæ cognitioni. *d. l. 3 §. 7.* Similiter b. f. Poſſeſſor, qui liberum hominem b. f. à tertio pro ſervo emit & detinet, hac actione conveniri nequit. *l. 4. §. 3 ff. h. t.*

Vel b. f. poſſeſſor.

2. Invitum, non volentem.

V. (2.) Ut ſciens detineat hominem liberum nolentem & invitum. Nam volentem dolo detinere non videtur, quia ipſi non fit injuria. *l. 1. §. 5. ff. de injur.* & dolus in volentem atque conſentientem non committitur, ideoque hoc Interdictum locum non habet. *d. l. 3. §. 5.* Hinc creditor adverſus detinentem Debitorem ſui ſponte latentem, ut illum exhibeat, hoc Interdicto agere non poteſt, quia ejus peculiariter intereſt; *l. 13. ff. ad exhib.* imo eo in caſu

juſſio

miſſio ex primo decreto in bona debitoris à Prætore petenda eſt. *l. 4. §. 5. ff. h. t. l. 2. §. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſ.* Sed dicta limitationem recipiunt, niſi quis volentem calliditate circumventum vel ſeductum, & malis perſuaſionibus ſollicitatum, ſicque dolo malo retineat. *d. l. 3. §. 5.*

nec perſuaſum.

VI. (3.) Ut ſciens detineat Hominem liberum invitum dolo malo, *d. l. 1. pr. d. l. 3. §. 2.* i. e. ſine juſta & probabili cauſa. Talis enim omnino excuſat à dolo, neque interdicto hoc quis tenebitur. *d. l. 3. §. 4. in f. l. 1. §. 2. ff. de lib. exhib.* Hinc Pater filium in ſacris exiſtentem detinens non videtur habere dolo malo, quia ſuo jure utitur, *d. l. 3. §. 2.* idque pietas genuina efficit, niſi evidens dolus intercedat. *d. l. §. 4.* Pariter captum ab hoſtibus redemptum tamdiu jure quaſi pignoris detinere licet, donec lytrum reſtituatur, *d. l. 3. §. 3. ff. h. t.* ubi tamen limit. ſi pretium oblatum, vel ſolutum ſit, vel eum pretio nondum accepto ſemel remiſſum denuò velit retinere. *d. §. 3.*

3. Sine cauſa juſta & probabili.

VII. Competit cuilibet de populo; *l. 3. §. 9.* quia cujuslibet de privato, imo de publico intereſt, ne homo liber retineatur, *d. l. 3.* proinde popularis dicitur hæc actio & cuilibet de populo Actionem in factum inſtituere licet. Mant. *ad §. 1. I. de interd. num. 94.* Si tamen plures de populo experiri velint, Prætor eligit eum, ad quem maxime res pertinet; vel idoneiorem, ex conjunctione, fide & dignitate æſtimandum; *d. l. 3. §. 12. l. 2. l. 3. §. 1. ff. de pop. act.* Mulieres & Pupilli quoque admittuntur; ſed tum demum, ſi pro conſanguinitate vel affinitate junctis agere velint. *d. l. 3. §. 11. ff. h. t. l. 6. ff. de pop. act.* Perſonæ verò de colluſione vel calumnia ſuſpectæ ab hac actione plane repelluntur. *d. l. 3. §. 10.* Datur adverſus dolo malo liberum hominem detinentem; præſens ſit, ſive abſens, ita, ut, ſi hic non defendatur, in bona ejus eatur. *d. l. 3. §. 14.*

Datur cuilibet de populo.
Prætoris in- [illegible] eſt.
Mulieri & pupillo quando?
Non perſonæ ſuſpectæ.
Contra detinentem, licet ſit abſens.

VIII. Objectum eſt liber homo dolo malo detentus. Pro certo enim liber eſſe debet. *d. l. 3. §. 1. & 7.* licet ipſe ſtatum ſuum ignoret. *l. 4. §. 1. ff. eod.* Nec refert, an liber ſit pubes vel impubes: maſculus, ſive fœmina: unus, ſive plures: ſui juris, ſive alieni, hoc enim tantum ſpectatur, an liber ſit; *d. l. 3. §. 1.* aliis actionibus præjudicialibus experiundum eſt.

Quid eſt ſpe- [illegible]
Ob. eſt liber homo.
Ampl.

IX. Finis & Effectus eſt, ut liber homo dolo malo detentus exhibeatur, ſive in publicum producatur; *d. l. 3. §. 8.* & Reus quidem condemnatus hominem, quem detinet, illicò & ſine ulla mora exhibeat, quoniam præterito facti pœna præſtanda eſt; *l. fin. §. 2. ff. h. t.* quod niſi fiat, litis æſtimationem præſtare tenetur: Et quidem, cauſa cognita, iterum ac ſæpius ab eodem vel ab alio conveniri poteſt, donec tandem tædio præſtandæ multiplicis æſtimationis eum exhibeat. *d. l. 3. §. 13.* Actio autem h. l. competens eſt perpetua;

Effectus eſt, ut quis lib. Hominem doloſe detentum exhibeat, illico, vel ſi non exhibeat, æſtim. litis præſtet.

Hæc Actio hodiernum eſt in uſu.

libertas enim nullo tempore præſcribi poteſt. *dict. l. 3. §. fin.* Hancque Actionem ab uſu non receſſiſſe, docet tàm exemplum in Actis in Comitiis Ratisbonenſibus ventilatis, relatum ab Hortledero, Reichs-Handl. *l. 4. c. 29.* quam Mandatum de exhibendo Comitiſſam, &c. S. C. in cauſa S. L. contra S. I. in Camera Imperiali die 6. Febr. 1696. decretum, & d. 27. April. judicialiter reproductum. add. Schilter *Exerc. 3. §. 23.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.*

Concurrit Actio ex L. Fabia.

Cum hac actione, propter Intereſſe commune, concurrit Accuſatio criminalis ex Lege Fabia de Plagiariis, quâ contra detentorem ad pœnam agitur; hæcque indiſtinctè ante & poſt hoc Interdictum locum habet, & alius Interdictum, alius L. Fabiæ actionem habere poteſt. *l. 3. pr. ff. h. t. l. 6. §. f. de L. Fabia de Plag.* ubi latius de hac actione.

TIT. XXX.

DE LIBERIS EXHIBENDIS, ITEM DUCENDIS.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 15. §. 1.* Cod. *Lib. 8. Tit. 8.*

§. I.

Duo Interd. de Liberis in poteſtate exiſt.

SEquuntur hoc Titulo alia Duo Interdicta, ad Jus Perſonarum pertinentia, de Liberis in poteſtate exiſtentibus; quorum Primum de liberis exhibendis eſt præparatorium; quo magis enim quis duci poſſit, exhibendus fuit. *l. 3. §. 1. ff. h. t.* Secundum eſt de liberis ducendis, ut quis ducere poſſit eos, in quos habet jus ductionis; *d. §. 1.* & ſic proprietatis cauſam continet. *l. 2. §. 2. ff. de Interdict.*

I. De liberis exhibendis, quid? Quæ inde Actio?

II. Primum Interdictum eſt Exhibitorium, *l. 1. §. 2. l. 3. §. 1. ff. h. t.* quo Prætor præcipit, ut Patri petenti liberi in ejus poteſtate exiſtentes exhibeantur. *d. l. 1. pr.* Actio, loco & nomine hujus Interdicti competens, datur Patri liberos in poteſtate habenti, adverſus hos invitos detinentes, ad hoc, ut liberi iſti exhibeantur. Joh. Voët. *h. t.*

C. E. Rem. Imp. ex parte Actoris.

II. Cauſa efficiens eſt Prætor, qui Interdictum hoc introduxit. *d. l. 1. pr.* Impulſiva ex parte Actoris eſt jus Patriæ poteſtatis. *d. l. 1. §. 1. l. 1. §. 2. ff. R. V.* In hac actione jus P. P. non quidem principaliter in judicium deducitur, ad ipſum jus ſcil. declarandum, prout in actionibus præjudicialibus; ſed tantum per conſequentiam & tanquam cauſa impulſiva. *d. l. 1. §. 1.* Ex

vel rei

parte rei eſt detentio liberorum; ut enim liberi apud Patrem educentur, non ultimus patriæ poteſtatis eſt effectus, vid. ſupra *ad tit. de his, qui ſui vel alien. jur. §. 6. & 7.*

IV.

IV. Competit Patri vel Avo, in cujus poteſtate ſunt liberi detenti *d. l. 1. §. 1. & 2. ff. l. 1. C. eod. § 1 I. de Interd.* ibique Manz. n. 110. Unde regulariter non datur Matri, cui tamen conſulitur per *l. 3. §. 11. ff. de hom. lib. exhib.* vid. Beyer. *h. t. lit. A.* Nec Patri, qui liberos emancipavit, vel in cujus poteſtate liberi ex alia cauſa eſſe deſierunt. D. Harppr. *Diſſ. de ſeparat. ab econ. paterna.* Hinc, ſi Judex, licet per injuriam, pronunciaverit, liberos non eſſe in poteſtate, Interdictum hoc ceſſat. *d. l. 1. §. 4. junct. l. 25. ff. de ſtat. hom. l. 207. ff. de R. J.* vid. Stryck. *in uſu modern. §. 5. h. t.* ubi de tutoribus & Curatoribus agit. Similiter, ſi filius ſe in patria poteſtate eſſe neget, hoc Interdictum non datur; ſed tunc agenda eſt cauſa libertatis, vel Prætor extra ordinem judicare debet. *l. 3. §. 3. ff. l. 1. C. h. t.* Sin filius exhibendus adhuc impubes, Interdictum ex juſtis cauſis in tempus pubertatis differtur, & diſponitur, apud quem interim educetur. *d. l. 3. §. 4.*

[Datur Patri, vel Avo liberos in poteſtate habenti. Matri conſulitur.]

[Si filius ſe in P. P. neget.]

[Si impubes.]

V. Datur Adverſus liberos invitos detinentes. Si enim ſponte atque volentes apud aliquem ſint, inutile hoc erit Interdictum, quia tunc filius magis apud ſe eſt, quam apud eum, in quem interdicitur. *l. ſ. ff. h. t.* ex gr. Si filius ad Collegium vel Ordinem Religionis in Imperio receptæ tranſierit, exhibendus tamen foret, non ut ducatur, ſed tantum ad examinandum, ex qua cauſa, an ſponte, num promiſſis ineſcatus vel corruptus hoc fecerit? Brunnem. *ad d. l. ſ.* Datur regulariter adverſus quosvis, licet juſtam detentionis ſuæ cauſam prætendant: Prætor enim hic cauſam nullam, ut in præced. tit. *§. 4. in fin.* admittit; *l. 1. §. 2. ff. h. t.* niſi ex ipſis Interdicti verbis deſumi poſſit. Manz. n. 115. Patri quoque contra Matrem, cui tamen interdum ex juſtiſſima cauſa datur exceptio, v. gr. quia Mater notæ autoritatis, Pater vero notæ nequitiæ, ut ſic, cauſa cognita, Mater in eo retinendo & educando potior ſit, ſine diminutione tamen patriæ poteſtatis. *d. l. 1. §. 3. l. 3. §. 4. & 5. ff. eod.* Sic etiam Genero, cui filia in ſacris paternis exiſtens nupta eſt, adverſus Socerum, ſi hac actione experiri velit, ex æquitate datur exceptio; Ne Pater nimis acerbe patriam poteſtatem exerceat, neque bene concordantia matrimonia jure P. P. turbentur; *d. l. 1. §. ſ.* add. *l. 2. ff. eod.* quod potiſſimum accipiendum de matrimonio legitime contracto, Manz. *num. 116.* non vero, ubi Parentum conſenſus neglectus. add. ſupra *ad tit. de adopt. §. ſ. & ad tit. de R. N. §. 10. & ſeqq.* Nec Pater contra filium pro patrefamilias ſe gerentem hoc Interdicto agere poteſt. præced. *§. 4. in fin.* junct. *l. 4. ff. de ſtat.* quod tamen limit. in *l. 4. ff. l. 1. C. h. t.* quia ibi principaliter de hærede agitur.

[Adverſus eos, qui detinent liberos invitos.]

[Ampl.]

[An contra Matrem.]

[Socerum.]

[Filium?]

VI. Objectum ſunt liberi, in ſacris Patris exiſtentes, & ab alio inviti deten-

[Object. ſunt]

Liberi inviti detenti. *Ampl.* Effectus, ut exhibeantur.

detenti. *d. l. 1. pr. §§. ſeqq.* vid. Stryck. *in uſu moderno §. 2. & 3. h. t.* Nec refert, primi, vel ſecundi ſint gradus, maſculi, vel fœminæ, puberes, vel impuberes. Perez. in *C. h. t. num. 1* Finis & Effectus eſt, ut liberi in P. P. exiſtentes ab alio inviti detenti exhibeantur. Hinc quidam Judæus Francof. anno 1699 in camera Imperiali inſtituit actionem, & pro Mandato de filio exhibendo ex Edicto Prætoris de Lib. exhib. ſupplicavit; ſed fruſtra, quia ipſius filius nullo modo ſeductus vel perſuaſus, ſed ultro ad Hoſpitale ſe contulit Religionem Chriſtianam diſcendi & amplectendi cupidus, nec, licet multis perſuaſionibus tentatus, ullo modo regredi volebat; ſed ex mira & ætatem ſupergreſſa conſtantia, à tenebris Judaiſmi ad Chriſtianiſmum, Divino inſtinctu, vocatus videbatur. vid. Stryck. *in uſu moderno §. 4. h. t.*

II. De liberis ducendis. Quomodo diff. à pr.

VII. Secundum Interdictum h. tit. propoſitum eſt Prohibitorium, quo Prætor prohibet, ne Patri liberos in ſua poteſtate exiſtentes ducenti vis fiat. *l. 3. pr. ff. h. t.* Sicque à præcedenti, quod eſt hujus præparatorium, *d. l. 3. §. 1.* fine tantum differt, ut Pater liberos ſuos reexhibitos ducere poſſit, quocunque velit, quoad cætera vero invicem conveniunt. *d. l. 3. §. 2.*

Utrumque Interdict. di vid. in Directum & Utile. Cui detur?

VIII. Utrumque Interdictum h. tit. propoſitum eſt vel Directum, vel Utile, Struv. *Exerc. 45. th. 166. & 167.* ibique Mullerus. Illud, quod ex ipſis Edicti verbis competit, datur Patri de liberis in poteſtate exiſtentibus invitis detentis exhibendis, vel ducendis. Hoc, quod non ex verbis, ſed edicti ſententia conceditur, datur Marito de uxore, quæ invita ab alio, etiam Patre, detinetur, exhibenda & ducenda. *l. 2 ff. h. t.* Stryck. *in uſu moderno §. 6. h. t.* Si uxor ſua ſponte ſit apud alium, tum nobile Judicis officium implorari poteſt, ut Uxor iterum ad Maritum veniat, & cum ipſo habitet. Perez. in *C. h. t. num. 7.* Hahn *ad Weſ. h. t. N. 1.* Imo Maritus vindicare poteſt Uxorem, poſt alios, Brunnemannus, *ad L. 3. C. h. t.*

Si Uxor ſe ob mariti ſævitiam ſubduxit. Puella, de qua lis, ap. Matremf. deponitur.

Sin Uxor ob nimiam mariti ſævitiam ſe ſubduxiſſet, non eſt cogenda, ut redeat, niſi Maritus præſtiterit cautionem de non ſic crudeliter eam tractando. *C. 8. x. de reſt. ſpoliat.* Manz. *num. 118* ſupra *ad tit. de divort. §. 3.* Porro ad ſimilitudinem, ubi quis prætendit, ſe habere aliquod jus reale in perſona detenta, ut Dominus in Vaſallo: Abbas in Monacho: Dominus in adſcriptitio, &c. etiam pro illa perſona exhibenda datur, cum Schneidewino & Harpprechto, Manz. *d. l. C. J. A. h. t. in fin.* Si de Puella lis ſit, apud Matremfamilias, i. e. notæ auctoritatis fœminam, interim deponi vel ſequeſtrari debet. *d. l. 3. §. f.* Joh. Voëtius. *h. t.* Coccej. *Diſſ. de ſequeſtrat. puell.*

Affinia.

IX. Affinia hiſce ſunt: (1.) Utilis rei vindicatio, quæ etiam Patri com-

competit. *l. 1. §. 2. ff. de R. V.* (2.) Extraordinaria cognitio, *d. l. & l. 3. §. 3. ff. h. t.* (3.) Actiones præjudiciales. *d. l. 1. §. 1. prænd. §. 4.*

TIT. XXXI.
DE UTRUBI.
Inſtit. *Lib. 4. Tit. 15. §. 4. & 7.*

§. I.

NUnc iterum ſequuntur alia Interdicta ad Jus Rerum pertinentia. *Dictum* eſt, quod Interdicta Retinendæ Poſſeſſionis ſint vel Generalia, vel Specialia, Illa competunt vel de rebus immobilibus, quale eſt Interdictum Uti poſſidetis, quod ſupra explicavimus, vel de rebus Mobilibus, quale proponitur in hoc Titulo, & vocatur ab initialibus Edicti verbis Utrubi. *l. un. ff. h. t.* Compoſitum ex utrum & ubi, & ponitur *ubi* pro *apud utrum* pro *quem*, quia mobilia proprie dicuntur apud aliquem eſſe. Manz. *ad §. 4. I. de Interdict. n. 33.* Struv. *Exerc. 45. th. 164.* ibique Mullerus. Et quia hic non de ablata, ſed turbata tantum poſſeſſione agitur, Actiones Ordinariæ, e. gr. Condictio furtiva, Vi bonorum raptorum, Ad exhibendum intentari non poſſunt, ſed Prætor hoc Extraordinario remedio ſubvenit. Manz. *num. 35.* Feder. *de Interdict. tit. 15. num. 4. & 5.* ubi notat, quando actio Ad exhibendum cum hoc Interdicto utiliter cumulari poſſit. Continuatio. Interdict. Retinendæ generale. De rebus Mobilibus. Utrubi. Etymol.

II. Hoc Interdictum eſt Prohibitorium, Retinendæ poſſeſſionis. *§. 6. I. de Interdict.* duplex. *§. 7. I. eod.* quo Prætor prohibet, vim fieri rerum mobilium poſſeſſori. *d. §. 4. d. l. un. pr. & §. 1.* Actio inde competens eſt realis, quæ datur rerum mobilium poſſeſſori, adverſus quocunque modo turbantem, ad poſſeſſionem rerum mobilium defendendam & conſervandam. Quid ſit? Quæ inde Actio?

III. Quando olim de poſſeſſione rei alicujus mobilis controverſia erat, is obtinuit, qui majore parte ejus anni retrorſum computati, vid. *l. 156. ff. de V. S.* ſine vitio, poſſidebat, *d. l. un. pr.* & ſic differebat ab Interdicto Uti poſſidetis. Sed poſtea utriusque Interdicti poteſtas, quantum ad poſſeſſionem pertinet, exæquata eſt, ita, ut, qui in præcedenti, illi etiam in hoc Interdicto Utrubi obtineant, ſicut hac Convenientia docetur, *d. §. 4. I. & d. l. un. §. 1.* Manz. *num. 45 & 46.* Menoch. *Rem. Retin. 2. num. 3.* Differunt autem ſolummodo Objecto, qua ratione non exigua utilitas hujus eſt Interdicti, ſi in rebus noſtris mobilibus inquietemur: Joh. Voetius. *h. t.* quod variis caſibus illuſtrat Feder. *d. tit. num. 7.* quo etiam refert, ſi inferior Magiſtratus inique in bonis noſtris mobilibus exequi velit. per *l. 5. C. de poſſeſſ.* Cum Interd. Uti poſſid. quomodo conveniat? vel differat?

TIT.

TIT. XXXII.
DE MIGRANDO.

§. I.

Interdict. de Migrando quid?

SEquitur alterum Interdictum de rebus Mobilibus, & dicitur De Migrando. Eſtque Interdictum Prohibitorium, Retinendæ poſſeſſionis, perpetuum, *l. 1. §. ſ. ff. h. t.* quo prætor prohibet, vim fieri inquilino migranti, & res illatas locatori non oppignoratas, in alium locum transferenti. *d. l. 1. pr.* Joh. Voetius *h. t.* Divid. in Directum & Utile; Hocque datur inquilino gratuitam habitationem habenti *d. l. 1. §. 3.* item quando res in domum conductam illatæ non ſunt propriæ; ſed commodatæ, vel locatæ vel depoſitæ, *l. 2. ff. h. t.* porro eodem extra ordinem ſubvenitur Colonis, *d. l. §. 2.* junct. *§. 1.* ibi Gothofred. Publicè enim intereſt, ne litibus ab agricultura avocentur, eorumque res & inſtrumenta detineantur, quapropter illis etiam officio Judicis celeriter ſuccurritur. *Auth. Agricultores. C. quæ res pign. oblig.* Bühmer. *n. 2. h. t.*

Divid. in Directum & Utile.

Quibus hoc datur?

Cauſ. Effic. Imp.

Datur inquilino; Non Colono.

II. Cauſa Efficiens eſt Prætor *d. l. 1. pr.* Impulſiva conſiſtit in eo, quia inquilinus, dum impeditur res transferre, quocunque ipſi placet, quodammodò in ſua poſſeſſione turbatur. Datur, & quidem Directum, inquilino, h. e. qui prædium urbanum conductum habet, (nam Ruſticum prædium conductum habens, dicitur Colonus, cui alio modo ſubvenitur, uti *præc. §. 1.*) qui, ſolutâ penſione, propter *l. 4. pr. ff. in quib. cauſ. pign. tac.* migrare, & res illatas nec locatori obligatas in alium locum transferre volens impeditur. *d. l. 1. §. 1.* ejusque ſucceſſoribus. *d. l. 1. § ſ.* Adverſus locatorem; qui impedit inquilinum emigrare atque res illatas exportare, & contra ejus ſucceſſores. *d. l. 1. § ſ.*

Ejus Succeſſoribus. Adverſus locatorem impedientem.

Objectum ſunt res in præd. urb. illatæ, nec locatori obligatæ.

III. Objectum ſunt res in habitationem, ſive prædium urbanum conductum illatæ, locatori tamen pignoris jure non obligatæ. Requiritur itaque (1.) Ut res in iſtud prædium introductæ, importatæ, ibi natæ factæve eſſent. *d. 1. pr.* (2) Ut dd. res locatori pignoris jure obligatæ non ſint. *d. l. 1. pr.* Sed merces vel penſio pro præterito in totum, & pro futuro, uti conventum, vid. *d. l. 1. §. 4.* ſit ſoluta, eove nomine ſatisfactum, aut per locatorem ſtet, quo minus ſolvatur. *d. pr.* aliàs vid. ſupra *ad tit. locati. §. 115.* & *ad tit. in quib. cauſ. pign. tac. 98 & ſeqq.* Nec refert, ſive ab initio planè non fuerint obligatæ, ſive obligatæ quidem, ſed poſtea, uti modo dictum, liberatæ. Idem eſt, ſi res ſint illatæ, quæ pignoris nomine teneri non potuerint. *d. l. 1. §. 1.*

IV.

IV. Differentia ſpecifica dependet partim ab Objecto, partim à Fine. Hæcque conſiſtit in libera migratione & tranſlatione rerum illatarum, licèt tempus locationis nondum impletum ſit, neque Conductor tenetur ultra penſionem præteriti temporis ſolvere, niſi aliter conventum fuerit. *d. l. 1. §. 4.* Hic tamen omninò diſtinguendum inter cauſas migrationis neceſſarias & voluntarias, de quibus ſupra *ad tit. locati. § 33 & ſeqq.*

Sed liberè ſecum ducenda. Licet temp. locati non impletum.

V. Affinitatem quandam habet Beneficium Emigrandi, quod eſt facultas domicilium penitus & Civitatem commutandi, ſeque cum bonis ſuis omnibus pro lubitu aliò recipiendi; quod in quibusdam locis ex ſpeciali Statuto ſine ullo detractionis onere ſubditis eſt conceſſum, ſicuti in Ducatu Würtemb. vocatur der freye Zug. Würtemb. Lands-Ordn. *tit. 4. §. 1. & 2.* Quòd verò propter delictum migrare juſſus detractionem pati debeat, quoniam ſe ipſum in hanc neceſſitatem conjecit, tradit Simon. *Praſ. Acad. p. 2. D. 11. de Jure emigrandi. c. 2. th. 1. num. 15.*

Affine eſt Beneficium Emigrandi quod interdum ſine onere detractionis. Niſi ob delictum.

VI. Aliud eſt Beneficium & Jus, quod vi Inſtrum. Pac. Oſnabr. *Artic. V. §. 36. & 37.* Subditis propter Religionis diverſitatem emigrare volentibus, vel à Territorii Domino juſſis, ad terminum quinquennii vel trie. nii, *d. § 37. ibi: non minor.* conceſſum, bonis ibi vel retentis, vel alienatis, illo caſu retenta per miniſtros adminiſtratione, & quoties ratio id poſtulat, ad res ſuas inſpiciendas, vel perſequendas lites, aut debita exigenda, liberè & ſine literis Commeatus adeundi facultate. Et ſi contra hæc in uno vel altero puncto attentaretur, ſibi conſulendum foret per viam Mandati de non gravando contra diſpoſitionem Inſtrum. Pacis S. C. De his omnibus operæ pretium eſt videre Chriſtoph Schwanemanni *tr. de Jure Emigrandi* & Joh. Deckher. *Conſult. For. de Pac. Civ. Relig. cap. 34. & 35.* Sed ita Emigrantes à detractione immunes ſint; prout multis authoritatibus & præjudiciis etiam Cameræ Imperialis firmat Simon. *d. tr. c. 2. num. 3. & 4.* licèt quidam contrarium opinentur, qui forſan non verbo ſed ferro, contra Interdictum CHRISTI, exemplum Apoſtolorum, & praxin Eccleſiæ primitivæ, religionem ſuam propagare conantur. vid. Dn. Quenſted. *Syſtem. Theol. p. 4. cap. 8. ſect. 2. quæſt. 6.*

Beneficium Emigrandi ex Inſtr. Pac. Oſnabr. Reſervata ei libera adeundi facultate ob bona relicta. Alias ipſi ſubvenit Mand. S. C.

Hi emigrantes à detractione ſunt immunes.

TIT. XXXIII.
DE SALVIANO INTERDICTO.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 15. §. 3* Cod *Lib. 8. Tit. 9.*

§. I.

SEquitur ultimum Interdictum, quod vocatur Salvianum, ab Auctore ſuo Salvio Juliano, qui non ſolùm juris ſcientiæ Summus auctor; *l. 13. C de uſufruct.* ſed & ſummæ auctoritatis homo, & Prætorii Edicti perpetui ordinator,

Interdict. Salvianum. Ejus Author

Salv. Jul. quis nam?

atque ſubtiliſſimus Conditor vocatur. *l. 2. §. 18. C. de vet. jur. enucl. l. 10. C. de cond. indeb.* Ejus originem atque honores latè exponit Sextinus Pacificus, *tract. de Salviano Interdicto. in præfat. per tot.*

Hoc Interd. quid?

II. Hocque Interdictum, & Actio nomine ejus competens, in genere eſt Acquirendæ poſſeſſionis, *§. 3. inſ. l. l. 2. §. 3 ff. de Interd.* quâ creditor principaliter poſſeſſionem rei oppignoratæ; exſequitur ad conſequendam poſſeſſionis vel debiti ſolutionem. Frider. *de Interdict. tit. 18. num. 17.*

Quæ inde Actio?

Actio vero ex hoc Interdicto, in ſpecie eſt, quæ datur locatori prædii ruſtici, adverſus colonum, ad poſſeſſionem rerum, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigit, conſequendam. *d. §. 3. l. 1. ff. h. t.* Joh. Voetius *h. t.*

Explicatur.

III. Dictum eſt principaliter; quo ipſo diſt. ab actione Serviana, & quaſi ſeu hypothecaria, ubi quidem agitur ad poſſeſſionem conſequendam; *l. 66. pr. ff de evict.* ſed tantummodo per conſequentiam; principaliter vero jus in re, pignoris ſcilicet, in præjudicium deducitur, atque præter oppignorationem, potiſſimum ſi contra tertium poſſeſſorem agatur, creditorem oportet probare, oppignorantem jus oppignorandæ rei habuiſſe, uti latè ſupra *ad tit. de pign. & hyp. §. 69. 70. & 71.*

Salv. Interd. diff. ab Act. Serviana vel hyp.

Differunt autem dictæ Actiones à Salviano Interdicto: (1.) Quod illæ ſint petitoria judicia, hoc poſſeſſorium. *l. 16. §. 3 ff. de pign. l. 10. §. 3. ff. de exc. rei jud.* (2.) Ratione probationis, quod ſcil. in illis, uti modò dictum, jus in re probari debeat. In hoc ſufficiat, ſi Actor rem eſſe oppignoratam, eamque tempore oppignorationis à Colono oppignorante poſſeſſam doceat. *l. 15 §. 1. ff. de pignor.* Ex quibus fluit (3.) Diſtinctio, quod illæ directò adverſus quemcunque etiam tertium poſſeſſorem dentur, ſupra *d. t. de pign. §. 72. add. §. 79.* hoc verò regulariter tantùm adverſus conductorem debitoremve competat. *l. 1 C. de precar. & Salv. Interdict.* Plures rationes vid. apud Menoch. *Rem. Adip. 3. num. 1. & ſeqq.* Frider. *num. 4. & ſeqq.* Manz. *ad d. §. 30. de Interdict. num. 19. & ſeqq.* Sext. Pacif. *d. tract. inſpect. 2. cap. 1. per tot.* Böhmer. *num. 2. & 3. h. t.* vid. ſupra *§. 79. de pign. & hypothec.*

Div. in Directum & Utile.

IV. Dividitur in Directum & Utile. Illud datur locatori pro rebus Coloni in prædium illatis, & expreſsè pro penſione obligatis. Utile datur pro rebus Inquilini, & cuilibet creditori. Pacif. *Inſpect. 2. cap. 1. n. 9. & 10.*

C. E. Rem. Proxima, Impulſ.

V. Cauſa Efficiens Remota eſt Salvius Julianus, tum temporis Prætor Pacif. *d. l. num. 12.* Proxima eſt Oppignoratio rerum, non jus pignoris. *per dicta.* Ne autem Conductor res ſuas clanculum exportet vel alienet, ſicque ſolutionem penſionis eludat, contra hanc calliditatem eo modo in tempore voluit

ſuit Prætor, quo non ſit tutus creditor citiùs poſſeſſionem pignoris conſequi poſ-ſit. Faciliùs namque eſt probare eſſe in poſſeſſione, quam per Actionem Ser-vianam in bonis habere. Manz. d. l. num. 14. Datur autem, & quidem Dire-ctum ex ſola locationis cauſa · vel Locatori prædii ruſtici. d. § 3. Adver-ſus Colonum, ſeu prædii ruſtici conductorem, d. § 3. l. 1. ff. h. t. licèt parum-artum d. l. 1. §. 2. Menoch n. 83. Sed non adverſus Colonum coloni, quia e-jus res nec expreſsè, nec tacitè primo locatori obligantur. l. 24. §. 1. ff. Locati. Datur hæredi & adverſus hæredem. Menoch. num. 63, add. ſupra ad tit. in quib. cauſ. pign. tac. §. 104.

Directum cui datur, & adverſus quem?

Hæredi & adverſus hæredem.

VI. Utile verò competit Locatori etiam prædii urbani, Hahnius, h. t. N. 3. & aliis Creditoribus hypothecariis. Stryck. in uſu moderno §. 2. h. t. Adverſus Inquilinum, item Inquilinum Inquilini, quia ejus res illatæ ta-citè pro penſione oppignorantur l. 11. §. 5. de pign. act. Et contra quemlibet ſingularem ſucceſſorem, ſeu tertium poſſeſſorem rei hypothecatæ; l. 1. C. h. t. hancque ſententiam multis rationibus & præjudiciis, contra Jac. Me-noch. & Franc. Sarmientum, defendit Stat. Pacif. inſpect. 3 cap. 1 B Dn. Parens, D. de Tacit. pignor. th. 46. Sed notandum, quòd tertius poſſeſſor cauſam à debitore habere debeat. v. gr. Si res, quæ ex illatione vel invectione tenebatur, alienata ſit. l. 1. pr. ff. h. t. Neque hoc caſu tertius exceptionem Ex-cuſſionis poterit opponere; nam hoc eſt judicium poſſeſſorium, ubi exceptio al-tioris indaginis regulariter non admittitur, & propter ſecuritatem auferetur tan-tùm poſſeſſio rei, quam debitor fraudandi animo intendit alienare, & quam ali-us ſine ſuſpicione, ſicque b. f. vix emere poteſt Menoch n. 179. Pacif. inſp. 1. c. 1. num. 13 & Inſp. 2. c. 2. p. 42. ubi varia præjudicia, ſed n. 70. & ſeqq. variè limit. Manz. n. 16. Hahn. N. 2. & 3. in f. Stryck in uſu moderno §. 3. & Böh-mer n. f. h. t. Struv. Exerc. 41. th. 171. ibique Mullerus. Aliter ſe res habet, ſi ageretur Hypothecariâ, quia J. N. Creditor tertium poſſeſſorem convenire ne-quit, priusquam omnes debitoris & fidejuſſorum, ſi qui ſunt, facultates excuſ-ſæ fuerint. Nov. 4. c. 2. add. ſupra ad tit. de pign. §. 74. Si pluribus res eadem pignori ſit obligata, & quidem ſingulis in ſolidum, etiam ſingulis hoc Inter-dictum Utile in extraneum datur, inter ipſos verò non competit, ſed tunc me-lior eſt conditio poſſidentis, quàm petentis · Sin ſingulis pro parte, Utilis Serviana actio, & adverſus extraneos, & inter ipſos dari debet, per quam di-midias partes poſſeſſionis ſinguli apprehendant, l. 1. §. 1. l. 2. ff. h. t.

Utile cui datur?

Contra quem-libet poſſeſſo-rem.

Modo habeat cauſam à debi-tore.

Nec tertius opponere po-teſt except. excuſſionis.

Limit. in hy-pothec.

Si plures Cre-ditores: diſting.

VII. Redditur hoc Interdictum, ſecundùm ea, quæ in §. 4. & 5. dicta ſunt, pro poſſeſſione rerum Conductoris vel Debitoris illatarum aut invecta-rum, tacitè vel expreſsè pignoratarum, de quibus fuſiſſimè Pacif. Inſp. 3. c. 2.

Ad quid da-tur?

c. 2. & ſeqq. cum omni cauſa, damno & intereſſe. Frider. *num. 17.* Stryk. *in uſu moderno. §. 1. h. t.* Sicut autem in hoc judicio extrema ſunt, probatio certi crediti cum hypotheca: & debitorem rem hypothecatam tempore obligationis poſſediſſe; Pacif. *Inſp. 1. c. 5. & 6.* Ita tendit principaliter ad poſſeſſionem rerum oppignoratarum acquirendam, ne locatur ſuâ penſione, aut Creditor debito ſuo defraudetur. Et ſic diſtinguitur à Serviana & quaſi, quæ dantur ad perſequendum jus pignoris. *præced. §. 3.* Nec obſt. *d. l. 66. pr. ff. de evict.* ubi poſſeſſio nuda dicitur, non ratione juris in re, pignoris ſcil. ſed ratione dominii, Non enim hypothecaria comparatur cum hoc Interdicto, ſed cum R. V. & Publiciana, & Actione. Si ager vectigalis, prout ex *d. pr.* patet. Plura huc facientia deſumi poſſunt ex ſupradictis *ad tit. in quib. cauſ. pign. tac. §. 91. & mult. ſeqq.*

Quid probandum? Finis & Effectus. Obj. Reſp.

Contraria. VIII. Hoc Interdictum impeditur diverſimodè. v. gr. (1.) Exceptione probationis in continenti de non jure Actoris. (2.) Si in continenti doceatur de anteriori hypotheca. (3.) Per idoneam oblationem debiti. (4.) Pignoris remiſſionem. De his & aliis vid. Pacif. *Inſp. 5. cap. un. per tot.* Hujus Interdicti hodiè uſum eſſe negat ex Daſſelio, Struvius, *S. J. C. Ex. 45. th. 171. in f.* Sed hactenus cit. AA. contrarium tenent, inque eam rem infinita præjudicia & annexæ Deciſiones ap. Stat. Pacificum occurrunt, nec in Camera Imperiali deſunt; prout d. 26. Oct. Anno 1703. in cauſa H. contra D. Appellationis, ubi ex hoc Salviano Interdicto principaliter agitur, interlocutum fuit. Regulariter quidem Appellatio à ſententia in judicio ex Salviano lata non admittitur; hoc tamen variè limitatur, uti videre eſt apud Menochium, *n. 186. ad fin. usque.* & Pacificum, *Inſpect. 5. cap. 2. per tot.*

An hoc Interdict. hodie ſit in uſu?

LIBER XLIV.

Connexiones Libri XLIV.

CUm autem Pandectæ, uti ſuo loco dictum, ſcriptæ ſint ad exemplum Edicti Perpetui, ſecundùm ordinem judiciorum, ſupra *Proleg. §. 4. n. 3.* at in judicium deducuntur vel actiones vel Exceptiones. Hactenus Compilatores compoſuerunt Actiones tàm Reales, quàm Perſonales tàm Petitorias, quàm Poſſeſſorias. Nunc ſequuntur Exceptiones, quas ipſas

Tit. 1. Prætor olim concedere ſolebat, de quibus agitur in genere Tit. 1. *De Exceptionibus, Præſcriptionibus & præjudiciis.* Poſtea quædam ſpeciatim proponuntur, v. gr.

2. de Re Judicata. Tit. 2. *De Exceptione Rei Judicatæ.* De Temporis exceptione,

3. ut & poſſeſſionem acceſſione, Tit. 3. *De Diverſis Temporalibus Præſcriptionibus,*

bus, & de Acceſſionibus Poſſeſſionum. De Dolo malo & Metu. Tit. 4. *De Dolo malo & Metus Exceptione.* Vel ubi Prætor actionem non dabat. Tit. 5. *Quarum rerum Actio non datur.* Item de re litigioſa. Tit. 6. *De Litigioſis.* Tandem ſubjicitur generalis Obligationum & Actionum tractatio. Tit. 7. *De Obligationibus & Actionibus.* 4. 5. 6. 7.

TIT. I.
DE EXCEPTIONIBUS, PRÆSCRIPTIONIBUS ET PRÆJUDICIIS.

Inſt. *Lib.* 4. *Tit.* 13. & 14. Cod. *Lib.* 8. *Tit.* 36. Extra. *Lib.* 2. *Tit.* 25. In Sexto. *Lib.* 2. *Tit.* 12. Clem. *Lib.* 2. *Tit.* 10.

§. I.

Continuatio.

COnſtat Imper. Juſtinianum Digeſta compilaſſe ad Edicti perpetui imitationem, *l. 1. §. 5. C. de vet. jur. enucl.* ſecundùm ordinem Judiciorum, ubi omnia per Actiones vel Exceptiones deducuntur; Cùm autem in præc. propoſitæ ſint Actiones ſive Jura, quibus Actores, quod ipſis debetur, petant, nunc ſubjiciuntur Exceptiones, quibus Rei, tanquam clypeis ſuis, Actorum tela excipiunt atque propulſant. Zanger. *de except. proœm. num. 2.* De quibus hoc Tit. agitur in genere, in ſeqq. vero de nonnullis ſpeciebus.

Except. Etym.

II. Sicut rerum potior, ita vocabuli & nominis prior habenda eſt ratio. Exceptio dicitur ab Excipiendo. Excipere vero denotat eximere & ſeparare, quod in toto comprehenſum. *l. 17. §. 6 ff. de A. E. l. 4. §. 5 ff. de pen. leg. l. 3. §. 10. de SCt. Sil.* Hinc etiam dicitur, Exceptionem, i. e. excluſionem vel limitationem fieri à Regula. vid. Dd. *ad. l. 1. ff. de R. I.* Excipere interdum denotat idem, quod ſcribere, *l. 32. §. 2. & 4. C. de appellat.* ſuſpicere, ferre, *l. 17. §. 3. ff. de S. P. U.* intelligere: *l. 11. §. 5. ff. de Interrog. in jur. fac.* Sed frequenter in Jure noſtro, & maxime hoc loco, Excipere refertur ad judicia, & in hac ſignificatione ſumitur vel Latè pro quacunque tam Actoris, quam Rei defenſione, in judicio proponenda: *l. 2 pr. & ſeqq. §§. l. 5. l. 22. §. 1. ff. l. 10. C. h. t. l. 56. ff. de cond. indeb. l. 1. C. de jur. & facti ignor.* ita, ut & Replicationem, Duplicationem, &c. contineat; *l. 2 § 1. l. 22. §. 1. ff. h. t §. 3. I. de Replicat.* ita Exceptio excludit actionem, Replicatio exceptionem, & ſic deinceps; *d. l. 2. pr. & §§. ſeqq. I. de Replic.* vel ſtricte, & tunc denotat tantum defenſiones Reorum, prout accipitur in *l. 10. C. h. t.*

Homon.

Lata.

Stricte.

Defenſio ſit vel Exceptione facti ſimpliciter.

III. Hæc autem Rei defenſio ſit vel Inficiando, vel Depellendo. Inficiatio dicitur, qua Reus, Actori actionem contra ſe competere negat, & vocatur Exceptio facti, ſive Intentionis. Fitque vel ſimpliciter, vel

cum affirmatione novi facti. Illo modo, quando Reus ſimpliciter id negat factum, ex quo Actor aliquid petit, ex. gr. ſe Mutuum vel Depoſitum, cujus reſtitutio petitur, accepiſſe. Hoc modo, quando Reus, actionem quidem competiiſſe, ſed novo facto ſublatam eſſe, affirmat, ut ſunt Exceptiones Solutionis, Compenſationis, Acceptilationis, Rei interitus, &c. DD. Harpprecht. *C. 28. num. 219. & C. 61. num. 60.* quoniam vero Reus ſimul aliquid affirmat, ideo non eſt pura, ſed, ut Dd. loquuntur, prægnans Negatio. ſupra *ad tit. de prob. §. 21.* B. Dn. Parens. in *Diſp. ad L. Si contendat th. 43. & ſeqq.* Diſp. *de Solut. th. 33.* Diſp. *de Confeſſ. th. 59.* Diſp. *de Confeſſ. theſ. 59.* Differunt ergò hæc duo, quod in illa Reus nihil in judicium deducat; ſed ſimpliciter Non competentis actionis exceptionem opponat, & proinde nihil ipſi probandum incumbat, quia Negationis per rerum naturam nulla eſt probatio. *l. 10. C. de N. N. P.* In ſecunda actionem amplius competere negat, & ſimul novum factum ſuperveniſſe, eoque obligationem extinctam eſſe affirmat; proinde, quod in judicium deducit, probare tenetur. *l. 1. C. l. 9. l. 19. pr. ff. de probat. l. 5. C. qui bon. ced. poſſ.* D. D. Graſs. *in Different. Receſſ. Imper. Sect. 10. §. 1. & Diſſ. de act. prætor. & civil. Sect. 2. §. 10.*

aut cum novi facti Affirmatione.

Prægnans negatio.

Quomodo differunt?

IV. Secundo Defenſio fit Depellendo; quæ Depulſio nihil aliud eſt, quam defenſio à Reo oppoſita intentatæ actioni, ſummo quidem jure competenti & efficaci; ſed iniquæ adverſus eum, cum quo agitur, uti patet ex *pr. l. h. t.* Et ſic proprie dicta Exceptio eſt depulſio actionis. per *l. 2. pr. ff. eod.* Sicut enim privatio præſupponit habitum: ita Actio ipſo jure competens præſupponitur. *d. l. 2. & d. pr. I.* Inficiatio verò abuſive & impropriè à Dd. dicitur Exceptio facti ſive intentionis, quia actioni non jure; ſed tantum de facto intentatæ opponitur: ſicque verius eſt negatio quam actionis excluſio, utpote, quæ litis ingreſſum ſtatim impedit. d. Diſp. *de ſolut. th. 33.* Proprie autem dicta Exceptio vocatur Juris ſive actionis. Unde etiam hæc duo: An obligatio jure; An vero ope exceptionis ſit Perempta? in jure ſibi invicem opponuntur, in *l. 54. §. 1. ff. de O. & A. l. 38. §. 1. ff. de ſolut.* Franzk. *ad pr. I. de except. n. 17.* Hoc in loco agitur de Exceptionibus proprie ita dictis.

Vel fit Exceptione Juris. Depulſio quid?

V. Exceptiones in genere etiam dicuntur Præſcriptiones, *l. 23. ff. l. 8. l. 12. l. 13. C. h. t. l. 9. pr. ff. de tranſact. l. 29. pr. ff. de exc. rei jud. l. 91. inf. ff. de ſolut.* Hoc vocabulum interdum denotat exceptiones ob temporis lapſum competentes. *Tit. ſeq. 3. & Tit. C. de præſcr. 30. vel. 40. ann.* Sed hoc Titulo, qui & de Præſcriptionibus inſcribitur, Præſcriptio idem ſignificat, quod Exceptio, & tantum explicationis gratia apponitur. videat. Vulteju. *de jud.*

Synonyma: Dicuntur Præſcriptiones.

de jud. l. 2. c. 7. num. 30. & ſeqq. Zanger *de Except. p. 1. cap. 1. num. 25. uſque ad num. 30.* ubi notat, in *l. 34. §. 3. ff. de leg. 2. Jus præſcribere cohæredibus* pro eo ſonare, quod eſt adverſus cohæredes ſuos Exceptione uti. Exceptiones nominantur & Præjudicia in Inſcript. h. t. quod tamen vocabulum non æque late patet, quam Exceptionis & Præſcriptionis. Denotat enim non omnem exceptionem, ſed tantum quaſdam ſpecies, quibus nimirum actio intentata excluditur ea ratione, quod actioni principali majorem cauſam continenti Præjudicium faciat, idque propter Juris regulam, quod per minorem cauſam majori cognitioni præjudicium fieri non oporteat. *l. 54. ff. de judic. l. 6. ff. de in integr. reſtit.* Ex tales Exceptiones Præjudiciales dicuntur, quarum exempla habentur in *l. 13. l. 16. l. 18. l. 21. ff. h. t. l. 1. §. 1. ff. fam. erciſc. l. 10. C. de major. l. 7. C. de Ord. cogn. §. 13. I. de Act. l. 2. C. de ord. jud.* ubi de quæſtione ſtatus ante cauſam principalem decidenda. add. Zanger *d. c. 3. num. 33. & p. 2. cap. 10. n. 2. & 3.* Mev. *p. 1. dec. 69. & 70.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. &* Joh. Voet. *n. 12. h. t.* Cæterum Præjudicium aliquando ſumitur pro detrimento, *l. 6. §. 5. ff. de conſ. l. 1. ff. de exc. rei jud.* Pro re præjudicata, ut alia actio conſumatur. *l. 4. ff. de publ. jud.* Item Præjudicia, & quidem improprie, vocantur Sententiæ & Deciſiones Superiorum Judiciorum, quæ in Inferioribus in cauſa obſervari debent. *§. 7. I. de ſatisd.* add. ſupra *ad tit. de leg. §. 46.* add. *tit. de re jud. §. 27.*

Præjudicia, Quid denot.

Regula.

Varia accip.

VI. Porro audiunt Conditiones, in *l. 22. pr. ff. h. t.* ſed improprie, habito ſcilicet reſpectu ad antiquum formularum uſum, quibus Prætor modo actionis præſcriptio adjicere ſolebat exceptiones in modum conditionis, e. gr. Condictioni certi ex mutuo inſerebat ſimul exceptionem SCti Macedoniani hac formula: *Niſi appareat, depoſitum eſſe filiumfamilias.* Struv. *Exerc. 46. th. 2.* ibique Mullerus. Alia exempla vid. *l. 1. §. 1. ff. fam. erciſc. l. 4. §. 8. ff. de doli mali & met. exc.* Excluſiones ratione effectus. *l. 2. pr. ff. h. t.* Defenſiones ratione finis. *l. 5. ff. l. 9. l. 11. l. 12. C. h. t. l. 10. C. de jur. & fact. ignor.* Quær. An Exceptio etiam Actio dici poſſit? Negat hoc JCtus, in *l. 8. §. 1. ff. de V. S.* quia contrarium contrario ineſſe nequit, Actio enim eſt jus in Judicio perſequendi, quod debetur, Exceptio vero eſt jus depellendi, fugiendi, excludendi, quod petitur. Attamen ſicut Actor intentionem ſuam, ita & Reus exceptionem, veluti intentionem, probare debet. & ſic ratione probationis Reus Actoris partibus fungi dicitur in *l. 19. pr. ff. de prob.* Joh. Voet. *n. 3. h. t.* Mevius. *p. 2. dec. 207.* add. *l. 9. ff. eod. l. 12. ff. h. t.* & hocce modo agere videtur, quæ particula improprietatem videtur, quod Reus excipiendo improprie audiat Actor. in *l. 1. pr. ff. h. t.* vid. d. Diſp. *ad L. Si convenerit. thes. 6.* Germanis Exceptio dicitur Schutzwehr, Auszug, Einwurff, Außflucht.

Conditiones.

Excluſiones. Defenſiones. An ſint Actiones?

VII.

cum affirmatione novi facti. Illo modo, quando Reus ſimpliciter id negat factum, ex quo Actor aliquid petit. ex. gr. ſe Mutuum vel Depoſitum, cujus reſtitutio petitur, accepiſſe. Hoc modo, quando Reus, actionem quidem competiiſſe, ſed novo facto ſublatam eſſe, affirmat, ut ſunt Exceptiones Solutionis, Compenſationis, Acceptilationis, Rei interitus, &c. DD. Harpprecht. *C. 28 num. 259. & C. 61 num. 60.* quoniam vero Reus ſimul aliquid affirmat, ideo non eſt pura, ſed, ut Dd. loquuntur, prægnans Negatio. ſupra *ad tit. de prob. §. 28* B. Dn. Parens. in *Diſp. ad L. Si contendat. th. 45. & ſeqq.* Diſp. *de Solut. th. 35* Diſp. *de Confuſ. th. 59.* Diſp. *de Confeſſ. theſ. 59.* Differunt ergo hæc duo, quod in illa Reus nihil in judicium deducat; ſed ſimpliciter Non competentis actionis exceptionem opponat, & proinde nihil ipſi probandum incumbat, quia Negationis per rerum naturam nulla eſt probatio *l. 10. C. de N. N. P.* In ſecunda actionem amplius competere negat, & ſimul novum factum superveniſſe, eoque obligationem extinctam eſſe affirmat; proinde, quod in judicium deducit, probare tenetur. *l. 1. C. l. 9. l. 19. pr. ff. de probat. l. 5. C. qui bon. ced. poſſ.* D. D. Geſla. *in Differentiis Recoſſ. Imper. Sect. 10. §. 1. & Diſp. de act. prætor. & civil. Sect. 2. §. 10.*

aut cum novi facti Affirmatione.

Prægnans negatio.

Quomodo differunt?

IV. Secundo Defenſio fit Depellendo; quæ Depulſio nihil aliud eſt, quam defenſio à Reo oppoſita intentatæ actioni, ſummo quidem jure competenti & efficaci; ſed iniquæ adverſus eum, cum quo agitur. uti patet ex *pr. I. h. t.* Et ſic proprie dicta Exceptio eſt depulſio actionis. per *L. 2. pr. ff. eod.* Sicut enim privatio præſupponit habitum, ita Actio ipſo jure competens præſupponitur: *d. l. 2 & d. pr. I.* Inficiatio verò abuſive & improprie à Dd. dicitur Exceptio facti ſive intentionis, quia actioni non jure; ſed tantum de facto intentatæ opponitur: ſicque verius eſt negatio quam actionis excluſio, utpote, quæ litis ingreſſum ſtatim impedit. d. Diſp. *de ſolut. th. 35.* Proprie autem dicta Exceptio vocatur Juris ſive actionis. Unde etiam hæc duo: An obligatio jure; An vero ope exceptionis ſit Perempta? in jure ſibi invicem opponuntur, in *l. 34. §. 1. ff. de O. & A. l. 38. §. 1. ff. de ſolut.* Franck. *ad pr. I. de except. n. 17.* Hoc in loco agitur de Exceptionibus proprie ita dictis.

Vel fit Exceptione Juris. Depulſio quid?

V. Exceptiones in genere etiam dicuntur Præſcriptiones, *L. 25. ff. L. 8. l. 12. l. 13. C. h. t. l. 9. pr. ff. de tranſact. l. 29. pr. ff. de exc. rei jud. l. 91. in f. ff. de ſolut.* Hoc vocabulum interdum denotat exceptiones ob temporis lapſum competentes. *Tit. ſeq. 3 & Tit. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Sed hoc Titulo, qui & de Præſcriptionibus inſcribitur, Præſcriptio idem ſignificat, quod Exceptio, & tantum explicationis gratia apponitur. videat. Valerius. *de jud.*

Synonym. Dicuntur Præſcriptiones.

de jud. l. 2. c. 7. num. 30. & ſeqq. Zanger *de Except. p. 1. cap. 3. num. 23. uſque ad num. 30.* ubi notat, in *l. 30. § 3. ff. de leg. 2. Jus præſcribere cohæredibus* pro eo ſumi, quod eſt adverſus cohæredes ſuos Exceptione uti. Exceptiones nominan- & Præjudicia in Inſcript. h. t. quod tamen vocabulum non æque late patet, quam Exceptionis & Præſcriptionis. Denotat enim non omnem exceptionem, ſed tantum quasdam ſpecies, quibus nimirum actio intentata excluditur ea ratione, quod actioni principaliori majorem cauſam continenti Præjudicium faciat, idque propter Juris regulam, quod per minorem cauſam majori cognitioni præjudicium fieri non oporteat. *l. 54. ff. de judic. l. 4. ff. de in integr. reſtit.* Et tales Exceptiones Præjudiciales dicuntur, quarum exempla habentur in *l. 13. l. 16. l. 18. l. 21. ff. h. t. l. 1. § 1. ff. fam. erciſ. l. 10. C. de major. l. 7. C. de Ord. cogn. § 13. I. de Act. l. 2. C. de ord. jud.* ubi de quæſtione ſtatus ante cauſam principalem decidenda. add. Zanger *d. c. 3. num. 11. & p. 3. cap. 10. n. 2. & 3.* Mev. *p. 1. dec. 69. & 70.* Stryck. *in uſu modern. § 1. &* Joh. Voet. *n. 11. h. t.* Cæterum Præjudicium aliquando ſumitur pro detrimento, *l. 4. § 5. ff. de cenſ. l. 1. ff. de ext. cog. jud.* Pro re præjudicata, ut alia actio conſumatur *l. 4. ff. de publ. jud.* Item Præjudicia, & quidem improprie, vocantur Sententiæ & Deciſiones Superiorum Judiciorum, quæ in Inferioribus in cauſa obſervari debent. *§. 7. I. de ſatisd.* add. ſupra *ad tit. de leg. §. 40.* add. *tit. de re jud. §. 27.* — *Præjudicia, Quid denot.* — *Regula.* — *Varii accip.*

VI. Porro audiunt Conditiones, in *l. 22. pr. ff. h. t.* ſed improprie, habito ſcilicet reſpectu ad antiquum formularum uſum, quibus Prætor modo actionis præſcriptio adjicere ſolebat exceptiones in modum conditionis. e. gr. Condictioni certi ex mutuo inſerebat ſimul exceptionem SC.ti Macedoniani hac formula: *Niſi appareat, debitorem eſſe filiumfamilias.* Struv. *Exerc. 46. th. 2.* ibique Mullerus. Alia exempla vid. *l. 1. §. 1. ff. fam. erciſ. l. 4. §. 8. ff. de doli mali & met. exc.* Excluſiones ratione effectus. *l. 2. pr. ff. h. t.* Defenſiones ratione finis. *l. 5. ff. l. 9. l. 11. l. 12. C. h. t. l. 10. C. de pign. & fid. quær.* Quær. An Exceptio etiam Actio dici poſſit? Negat hoc JCtus, in *l. 8. §. 1. ff. de V. S.* quia contrarium contrario ineſſe nequit, Actio enim eſt jus in Judicio perſequendi, quod debeatur, Exceptio vero eſt jus depellendi, fugiendi, excludendi, quod petitur. Attamen ſicut Actor intentionem ſuam, ita & Reus exceptionem, velut intentionem, probare debet, & ſic ratione probationis Reus Actoris partibus fungi dicitur in *l. 19. pr. ff. de prob.* Joh. Voet. *n. 3. h. t.* Mevius. *p. 2. dec. 207.* add. *l. 9. ff. eod. l. 12. ff. h. t.* & hocce modo agere videtur, quæ particula improprietatis videtur, quod Reus excipiendo improprie audiat Actor. in *l. 1. pr. ff. h. t.* vid. d. Diſp. *ad L. Sicambriæ. thes. 6.* Germanis Exceptio dicitur Schutzrecht, Auszug, Einwurff, Außflucht. — *Conditiones.* — *Excluſiones. Defenſiones. An ſint Actiones?*

VII.

Exceptio propriè dicta quid ſit Jus.

VII. Exceptio propriè ſic dicta nihil eſt aliud, quam jus Reo ad excludendam Actoris ſummo jure fundatam intentionem competens, arg. *l. 2. pr.* & *§. 2 ff. h. t.* Generis loco ponitur Jus, quo denotatur facultas jure conceſſa. *pr. I. de replic.* Si enim Actio jus audit, multo magis Exceptio. *praced. § 6.* Alii quidem ponunt Excluſionem, per *d. l. 2. pr.*

Non Excluſio.

Verum ex ipſis *d. l.* verbis apparet, quod Ulpianus Exceptionem non definire, ſed tantum notionem nominis ab effectu deſumptam denotare voluerit, cum proprie loquendo exceptio ſit medium excludendi, excluſio autem effectus exceptionis.

Conditio.

Alii Conditionem, per *l. 22 pr. ff. h. t.* ſed minus propriè, ut in *praced. §.* dictum, exceptio enim ante formulam competit.

Allegatio.

Sicut etiam impropriè dicitur Allegatio, quia &, antequam in judicium allegando deducitur, competit. Bachov. *ad Tr. V. 2 D. 26. th. 1 lit.* B. Zanger *d. c. 3. n. 2. & ſeqq.*

C. E. Rem.

VIII. Cauſa Efficiens Remota, eſt æquitas naturalis & Jus Gentium, ex quo originem trahit. *l. 1. §. 1. l. 12 ff. de dol. mal. except.* Exceptio enim eſt Juris Gentium, & ex æquitate naturali deſcendit. *l. 9. l. 11. Cod. h. t. l. 3. ff. de J. & J.* D. Graſs. *Diſſ. de except. nobil. §. 6.* Cum itaque Exceptiones matrem habeant naturalem æquitatem, propterea in Jure ſunt favorabiliores, & Reus, qui illis utitur, Actore favorabilior eſſe dicitur. *l. 125. ff. de R. J. l. 47. ff. de O. & A.* Jus tamen Civile eas determinavit aliquid addendo, vel detrahendo. *l. 6. pr. ff. de J. & J.* Nonnullas quoque ſpecies de novo ex certis cauſis introduxit, & quidem vel Jure Civili in ſpecie, vel Jure Prætorio. *ſeq. §. 12.* add. Bachov. *d. th. lit. A.*

Proxima.

Proxima pro diverſitate ſpecierum diverſa eſt. v. gr. Metus, Dolus, Error, &c.

Subj. ſunt Rei.

IX. Subjectum Exceptionum propriè dictarum ſunt Rei, in genere, à quibus aliquid petitur in Judicio. *l. 10. C. de except.* ſupra *ad tit. de judic. §. 30.*

Qui pro talibus habeantur?

In ſpecie omnes, qui agendi facultatem habent. Cui enim damus actionem, eidem & exceptionem competere multo magis, quis dixerit. *l. 1. §. 4. ff. de ſuperf. l. 156. § 1. ff. de R. J.* Imo & illi, qui alias ab agendo repelluntur, *l. 19. pr. ff. de cond. indeb. c. 3. l. 10. & 11. x. h. t.* Gail. *de P. P. l. 2. c. 12. n. 18.* propter *l. 125. ff. de R. J.* & *l. 5. pr. ff. de pœn. l. 10. l. 11. C. h. t.*

Nemo condemnetur inauditus.

Eſt enim defenſio, ne innocens vel ſaltem inauditus condemnetur, quod patet exemplo Protoplaſtorum in ipſo Paradiſo, poſt lapſum, ubi JEHOVAH Deus eos quaſi citavit, & Adam culpam violati mandati in Evam rejecit, & Eva ſe à ſerpente deceptam eſſe excepit, Geneſ. *c. 3. v. 9. & ſeqq.* Porro Hæredes & ſucceſſores, ex perſona defuncti, *l. 62. l. 156. §. 2. ff. de R. J.* niſi exceptiones ſint perſonales; *l. 7. pr. ff. h. t.* pari ratione Fidejuſſores. *d. l. 7. pr. l. 19. ff. l. 11. C. eod. §. ult. I. de replic.* add. *§. ſeq. 26.* Reus etiam eſt ille, qui ſponte eum, qui pro

pro jure ſuo primo agere debuerat, ad judicium trahit, cauſa obtinendæ defenſionis & in effectu abſolutionis, ſicut implorans ex L. Diffamari. d. Diſp. *ad L. Si contendat th. 67* Germ. vocatur: In Cauſis Ordinariis Civilibus primæ inſtantiæ Beklagter & ſecundæ inſtantiæ, *Appellat* In Conventione, Vorbeklagter: In Reconventione, Nachbeklagter: In Criminalibus, Peinlich Beklagter: In Extraordinariis, *Implorat.* Exceptiones competunt ſunt contra Actores, eorumque Hæredes & Succeſſores. *pr. I. 14. ff. l. 1. l. 2 l. 10. C. h. t.* junct. *l. 143 ff. de R. I.*

Objectum.

X. Objectum eſt intentio ſeu petitio Actoris, ipſo, vid. *l. 8. C. de judic.* vel ſummo jure fundata. *l. 2 pr. ff. h. t.* Quo ipſo excluduntur Inficiationes, quæ propriè non dicuntur exceptiones. Per Jus Summum autem intelligimus jus in genere conceptum, quoad generalem verborum conceptionem, quod interdum propter certas facti circumſtantias ad emergentem facti ſpeciem applicari nequit ſine iniquitate, & propterea caſus ab illo jure generali excipitur. v. gr. quicunque ſtipulanti aliquid promiſit, ille obligatur; Datur quidem actio ex jure generali, ſi tamen promiſſor, quia metu coactus, ſine iniquitate condemnari non poſſit, proinde ipſi conceditur facultas intentionem actoris depellendi, quæ dicitur Exceptio. *§ 1 I. h. t.* Forma quoad ſubſtantialia dependet à Fine, & conſiſtit in vi actionem ipſo jure competentem excludendi & impugnandi; *pr. I. l. 2 pr. & §. 2 ff. h. t.* ubi enim nulla eſt actio in judicium deducta, ibi quoque nulla opus eſt exceptione. d. Diſp. *ad L. Si contendat. th. 17.* quoad externa explicatur infra *§. 17. & ſeqq.* Finis itaque & Effectus eſt ipſa excluſio, vel in totum in Peremptoriis, vel ad tempus in Dilatoriis.

Jus Summum quid?

Forma.

Effectus.

Except. Div. 1. in Nominatas & Innominatas.

XI. Exceptiones à Dd. variè dividuntur. I. Ratione Nominis, ad exemplum Actionum, in Nominatas, quibus in jure certum & ſpeciale inditum eſt nomen, ut in *§ 1. & ſeqq. I. h. t.* quæ & Directæ dici poſſunt; & Innominatas, quæ certo nomine deſtituuntur, & hæ in jure dicuntur in Factum. *§. 1 I. l. 14. in f. ff. h. t. l. 2 §. 5 & l. 12 ff. de dol. mal. except.* Dicuntur & præſcriptiones in factum. *l. 23 ff. h. t.* Sicut enim, deficientibus actionibus nominatis, Prætores introduxerunt Actiones in factum ita etiam, ſi de jure ſpeciali exceptio conceſſa non ſit, Prætores exceptionem in factum concedunt, *dd. R. l. 1. ff. de cond. ob turp. cauſ. l. 1 §. 4. ff. de ſuperfic. & paſſim.* quæ & Utilis dicitur *l. 21. ff. de P. V.* vid. Vult. *d. c. 7 n. 70. & ſeqq.*

2. à C. E. R. in Civiles.

XII. II. Ratione Cauſæ Eff. Rem. in Civiles & Prætorias. *§. 7. I. h. t.* aliique Vinnius. Civiles dicuntur, quæ ex Jure Civili originem trahunt, & ſubſtantiam capiunt. *d. §. 7. l. 7 pr. ff. de ? & ?* v. gr. Ex LL. Exceptio Solutionis, Novationis, &c. Ex SCtis, Exceptio SCti Macedoniani,

l. 1. pr. ff. de SCto Maced. Vellejani, *l. 1. l. 2. §. 1. ff. ad SCtum Vellej.* Trebelliani, *l. 28. §. 1. ff. de jud.* Ex Principum Conſtitutionibus, ut Exceptio Non numeratæ pecuniæ, *§. 2. I. h. t. l. 2. §. 3. ff. de dol. mal. exc. l. 10. pr. C. de N. N. P.* Diviſionis ex epiſtola D. Hadriani, *§. 4. I. l. 26. ff. l. 10. §. 1. C. de fidej.* Excuſſionis vel Ordinis. *Nov. 4. c. 1.* &c. Prætoriæ, quæ ex Edicto Prætoris oriuntur, v. gr. Doli, Metus, Pacti de non petendo, Jurisjurandi, *§. 1. & ſeqq. I. h. t.* & ſi quæ ſunt ſimiles. Et quamvis ratione originis deſcendant ex Jure Gentium, ratione tamen introductionis & approbationis fluunt ex Jure Prætorio. *d. l. 7. §. 1. ff. de J. & J.* Vult. *d. l. n. 67.* Zanger. *p. 1. c. 3. n. 15.* III. A Cauſa Imp. in Odioſas, quæ in odium agentis, ut exceptio SCti Maced. & Favorabiles, quæ ex favore introductæ ſunt, ut Exceptio SCti Vellej. *l. 40. pr. ff. de cond. ind.*

& Prætoriæ.

3. à C. Imp. in odioſas & Favorabiles.

4. à Subj.

XIII. IV. Ratione Subjecti in Reales & Perſonales. Actiones quidem etiam ita dividuntur; ſed ratione Cauſæ Efficientis Proximæ. Exceptiones autem Reales dicuntur, non quæ ex jure in re, vel Perſonales, quæ ex jure ad rem deſcendunt, ſed Perſonales, quæ perſonæ adhærent, nec eam egrediuntur; *l. 7. pr. ff. h. t.* nec in hæredes, ſucceſſores, aut fidejuſſores transeunt. *d. l. 7. pr. l. 7. §. 8. l. 22. l. 25. §. 1. ff. de pact. l. 12. l. 13. ff. ſolut. matrim. l. 24. l. 25. ff. de re jud.* Joh. Voetius. *n. 9. h. t.* vid. Beyer *h. t. pos. 6.* Tales ſunt vel ex Legis diſpoſitione, ut Exceptio competentiæ, de qua vid. ſupra *adnot. de re jud. §. 17. & ſeqq.* quæ nec hæredibus, nec fidejuſſoribus competit, *d. l. 12. & 13. d. l. 24. & 25. l. 63. §. 1. ff. pro ſoc.* Moratorii Specialis. *Mev. p. 2. dec. 182. & p. 3. dec. 201.* Item Ceſſionis bonorum. *§. 8. I. de replic.* vid. ſupra *§. 17. de ceſſ. bon.* Vel ex pacto aut conventione partium, ut Exceptio de non petendo à certa perſona, e. gr. ſi debitor & creditor convenerint, ne ab ipſo petatur. *d. l. 7. §. 8. l. 22. l. 25. §. 1. ff. de pact.* Hæc Exceptio Jure Veteri non dabatur, nec proderat fidejuſſoribus: Novo tamen Jure, poſtquam Ordinis ſeu Excuſſionis beneficium introductum eſt, illo mediante & hæc exceptio per conſequentiam ipſis prodeſt. vid. D. Schweder. *in Jure Publico. Sect. 2. cap. 14. num. 9.* & Lauterbach. *Diſſ. de benef. reſcript. morat. th. 16. & 17.* An vero & quando pactum fidejuſſoris reo proſit? vid. *d. l. 25. §. ſ. & l. ſeq. &* ſupra *§. 10. de pact.*

in Perſonales.

e. gr.

XIV. Realis exceptio eſt, quæ rei cohæret, eamque ſequitur, & fidejuſſoribus, ac omnibus, quorum intereſt, competit; *l. 7. §. 1. ff. h. t.* & hæ reales exceptiones proſunt fidejuſſoribus, etiam invito reo. *l. 19. ff. eod.* Tales ſunt exceptiones Rei judicatæ, Doli mali, Metus, Erroris, Jurisjurandi, *d. l. 7. §. 1.* Non numer. pecuniæ, *l. 12. C. de N. N. P.* SCti Macedoniani, *l. 9. §. 3. & 4. ff. de SCto Maced.* Vellejani, *l. 16. §. 1. ff. ad SCtum Vellej.* vid. D. D. Schwedero

& Reales.

e. gr.

darum in *Jure publ. part. 1. cap. 10. num. 2. & 9.* & regulariter Omnes, quæ vel L. diſpoſitione, vel partium conventione non excipiuntur, ſunt reales. *d. l. 19.*

XV. Reperiuntur & aliæ in Jure noſtro Exceptiones, quæ mixtam habent naturam, & aliquid de Realium, aliquid de Perſonalium natura participant, & propterea Mixtæ vocantur, qualis eſt Exceptio Reſtitutionis in integrum ex cauſa ætatis, quæ competit minori facilitate ætatis læſo, quæ hæredibus quidem datur, *l. 6. ff. de reſtit. in integr.* & in hoc participat aliquid de natura Realium; non verò competit fidejuſſoribus. *l. 13. pr. ff. de minor. l. 1. l. 2. C. de fidejuſſor. min.* & in hoc imitatur naturam Perſonalium. Ratio diverſitatis eſt, quia hæres ipſo Jure repræſentat perſonam minoris, fidejuſſor vero pro debitore ſuccedit ex diſpoſitione hominis. Brunnem. *ad d. l. 1.* Sed ſi minori ſuccedat fidejuſſor, vid. *l. 51. §. 3. ff. de ſolut.* ſupra *§. 10. de num. 25. & ſeq.* — Minori quomodo?

XVI. V. A Forma in Juſtas, Injuſtas & Frivolas. *l. 5. l. 12. C. h. t. pr. J. de Replic.* In Liquidas, quarum veritas illico ex inſtrumentis indubitatis, vel re judicata patet; *l. 3. §. 13. ad exhib.* vel Illiquidas, quæ ſunt altioris indaginis, & diſceptationem requirunt. *d. l. 3. §. 13.* — 5. A Forma in Juſtas & Injuſtas, Liquidas & Illiquidas.

XVII. VI. Ratione adjuncti, temporis ſcil. in Temporales & Perpetuas. Actiones perpetuæ ſunt, quæ XXX. demum annis [illegible] Exceptiones autem perpetuæ, quæ nullo plane tempore præſcribuntur, Et ſunt regulariter omnes, quæ ſpecialiter non reperiuntur exceptæ. *add. l. 5. §. f. de dol. mal. exc.* ibique Brunnem. Hinc Regula: Quæ ad agendum ſunt temporalia, ad excipiendum ſunt perpetua, ſi ſcil. non aliter, niſi per exceptionem, proponi poſſint, ſupra *ad tit. ex quib. cauſ. maj. §. 18.* Struv. *Exerc. 46. th. 13.* ibique Mullerum, D. Graſs. *in Collat. & differ. [illegible] Sect. II th. 1.* Temporales ſunt, quibus certum tempus præfinitum eſt, ex gr. Non numeratæ pecuniæ, Moratoria, Pacti de non petendo intra certum tempus, &c. — 6. Ab Adj. in Perpetuas. — Regula. — & Temporales.

XVIII. VII. Ratione Finis & Effectus in Peremptorias & Dilatorias, quæ Diviſio nobiliſſima & præcipua eſt. Dictum enim *§. 10. in f.* quod finis exceptionum ſit, ut actio excludatur, vel in perpetuum, vel ad tempus. Illæ Peremptoriæ dicuntur, hæ Dilatoriæ, quæ actionem non in totum perimunt, ſed tantum ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt. *§. 10. I. l. 2. § f. l. 3. ff. h. t.* Unde etiam Temporales dicuntur, quia earum effectus temporalis eſt. *d. l. 3.* Germ. aufſchiebliche Schutz oder Einreden. Concept. Cammerger. Ordn. *p. 3. t. 15. §. 6. & 8.* R. I. Nov. § und hat der Beklagte &c. J. Pr. Wurt. *p. 1. tit. 25. §. 11* Es ſind aber. Hinc in Dilatoriis Reus non petit, ut abſolvatur ab actione; ſed tantum ab illa inſtantia & Judicis obſer- — 7. A fine & effectu in Peremptorias & Dilatorias. Dilatoriæ quid? — Quid in eo petit Reus?

obſervatione, von dieſer *Inſtanz* oder Gerichts-Stande. *Mev. p. 9. dec. 120. n. 5. ex. gr.* Si pactum de non petendo intra certum tempus intervenerit, tunc Actor actionem ſalvam retinet, eamque poſt elluxum tempus iterum in judicium deducere; poteſt, nec exceptio rei judicatæ in priori inſtantia ei nocebit, *add. §. 10. l.* Carpzov. *I. F. p. 1. Conſt. 5. def. 16. num. 4. & 5.*

Dilatoriæ pertinent vel ad Proceſſum, & reſpic. Perſ. prim.
Judicem vel Judici. ut Exceptio fori declinatoria.
1. Incompetentiæ.

XIX. Hæ Dilatoriæ Exceptiones non unius, ſed diverſi ſunt generis, & pertinent vel ad Proceſſum, vel ad Cauſæ merita. *conſer.* Rivinus, *in ſpecim. Except. for.* Illæ reſpiciunt vel Perſonas, vel Modum procedendi. Perſonæ ſunt vel Principales vel minus Principales. Principales ſunt, quæ ad Judicii conſtitutionem requiruntur, Judex ſcil. Actor, & Reus ſupra *ad tit. de judic. §. 22.* Exceptio Dilatoria Judicem reſpiciens ipſi opponitur vel ratione juriſdictionis, vel ratione perſonæ. Ratione Juriſdictionis opponitur Judici (1) Exceptio Incompetentiæ, ad forum ejus, tanquam incompetentis, declinandum; Unde hæc etiam vocatur præſcriptio vel exceptio fori, in *l. f. C. h. t.* communiter exceptio fori declinatoria, R. I. *de Anno 1654. d. §. 34.* J. Pr. Wurt. *d. tit. 25. §.* Als dann [illegible]. Berlich. *p. 1. concl. 60. n. 6.* Vult. *d. l. num. 141. & ſeqq.* add. ſupra *ad tit. Si quis in jus voc. non ierit. §. 5.* & *ad tit. de re jud. §. 8.* Quis autem Judex ſit competens, & quando hæc exceptio locum habeat: collige ex ſupradictis *ad tit. de judic. §. 32. & ſeqq.* & Zanger. *p. 2. cap. 1. per tot.*

2. Præventionis.

XX. (2) Exceptio Præventionis, quâ forum Judicis, aliàs concurrentem juriſdictionem habentis, declinatur, ex hac ratione, quod ejus juriſdictio ab alio Judice competente (aliàs præventio non oritur. *Mev. p. 1. dec. 252. & p. 5. dec. 123. num. 1. & 2.*) ſit præventa. v. gr. Si Reus unius ejuſdemque cauſæ plures habeat concurrentis juriſdictionis Judices, & ab uno legitime ſit citatus, contra reliquos hac exceptione tutus erit. *L. 7. l. 30. ff. l. 10. C. de jud.* vid. pleniſſime Maria, *de juriſd. p. 2. c. 2. 3. & 4.* Inducitur autem hæc Præventio per ſolam citationem parti reæ inſinuatam. Gail. *l. 1. O. 11. num. 1. & O. 49. n. 5.* Zanger. *p. 2. cap. 3. n. 17.* & ſupra *ad tit. de in jus voc. §. 49.*

Inducitur per Citationem adverſario inſinuatam.

Hinc, ſi utraque pars appellaverit, & Actor in Camera Imperiali prius impetraverit Citationem, Reus vero tardius in Aula Cæſarea impetratam Citationem citius inſinuari curet procul dubio in Judicio Aulico juriſdictio erit præventa. vid. hæc ſupra *d. tit. §. 14. & multis ſeqq.* Blum. *Proc. Camer. tit. 25. n. 56. tit. 46. n. 52. cum ſeqq.* ibique Deckher. add. Uffenbach. *de Jud. Aul. c. 12. ſect. 1. ſubſect. 3. pag. 155.* Cum enim Camera Imperialis cum Judicio Aulico extra controverſiam hac concurrentem habeat juriſdictionem; Gail. *l. 1. O. 42. n. 8.*

und

ind. Deckherr *in vind. ad Blum. t. 21. num. 41. & 42.* inter hæc duo Suprema Imperii Judicia præventioni locum eſt, niſi ſint cauſæ Judicio Aulico propriæ. vid. R. H. O. *tit. 11. §. 1.* add. Ord. Cam. *p. 2. t. 7. & 27.* & ſupra *ad tit. de ju-riſd. §. 27.* Struv. *Exerc. 42. th. 5.* ibique Mullerus. Si ex Citationes unius ejuſ- *(Si Citationes a diverſis Judic. concurr. juriſd. habentibus inſinuæ.)*
cauſa eodem tempore à pluribus Judicibus concurrentem juriſdictionem ha-bentibus fuerint inſinuatæ, Judicem, conſenſu tamen litigantium, ſibi eligere deberet poſſe, ſed Judicibus vel partibus diſſentientibus altercationem ſorte de-terminandam eſſe, ex Socino tradit Zanger. *d. c. 1. num. 51.* Lis ergo ab uno ſuſce- *(Lis in foro prævento ad finem perduci debet.)*
pta, ſicque præventa, alius eandem in ſuo judicio exercere poteſt vel minime *L. 30. ff. d. 1. 10. C. d. Judic. l. ſ. C. de in jus voc.* Hinc multoties in Camera Imp. eveniſſe memini, ut ſupplicanti, quamprimum innotuerit, quod Proceſſus in Judicio Aulico, ſed tertio forſan contra, quæſierit, petitum eſſe denegatum, cum remiſſione ad Judicium præventum, Proceſſibus vero obtentis nihilomi-nus dari ſolet Deſertoria cum Remiſſoria, junctâ quandoque mulctâ ob malitio-ſum recurſum vid. Deckherr *ad Blum. d. l. num. 42. in fin.* quare in cauſa Mühlberger contra Specht Sacr. Cæſ. Majeſtas anno 1672. reſcripſit: Daß man Klägern wegen deß an Ihro Kayſerl. May. genommenen *Recurſes* nicht entgelten laſſen wolle. In cauſa vero Jordanuſcher Erben *contra* Fiedlers *Appellat. d. 12. Octobr. 1675.* Appellans, ejusque Advocatus, ob hujusmodi illicitum recurſum, mulctati ſunt. Deckherr *Sent. Cam. n. 723.* Ex Regula *(Recurſus illicitus mulctatur.)*
itaque: Ubi Judicium ſemel cœptum, ibi & finem accipere debet, *d. L.* Sacræ Cæſareæ Majeſtati & Statibus Imperii placuit convenire, ne cauſa in Ca- *(Regula. An cauſa in Cam. Imp. cœpta poſſit avocari?)*
mera cœpta avocetur. Cammerger. Ord. *p. 2. tit. 31.* Inſtr. Pac. *art. 10. §. Denique concordat. 12.* Rec. Imp. *de Anno 1654. §.* Damit aber auch. 150. & §. Ebenmäßig ſollen. *160.* ubi Camera contra præjudicatum in *Cauſa* Mattell *contra* Pabert den *Mandat de non impediendo proſequi vel trahi litem ad aliud judicium, quam ubi cœpta, cum Citatione ad videndum ſe incidiſſe in pœnam L. ult. C. de in jus voc.* vid. ſupra *§. 6. in princ.* Capit. Cæſ. *art. 26. & 42.* Uffenbach *de Jud. Imp. Aul. c. 12. ſect. 1. ſubſect. 3. in f.* & ad eundem Deckherr *in Concord. Supr. Tribun. p. m. 86. & 108.* Limn. *de J. P. l. 9. c. 2. n. 10. & ſeqq.* jung. Fritſch. *Exerc. Jur. Publ. p. 1. Exerc. 15. c. 3. th. 7. & 8.* add. Roding *Pand. Camer. l. 1. tit. 3. n. 21. & ſeqq.* Blum. *d. t. 25. n. 46.* & ibi Deckherr. Gail. *l. 1. O. 41. num. 3.* ibique Fabricium, qui ſimul plures citat Autores. Strammler. *de reſerv. Imp. §. 42. n. 8.* Mev. *p. 1. dec. 209.* Mylæ *de Princip. & Stat. Imp. c. 45. in fin.* Dn. Schweder. *Introd. J. Publ. part. gen. c. 5. §. 7.* Carpzov. *Proc. tit. 9. art. 3. n. 30.* & *lib. 2. Reſp. 49. num. 12. & ſeqq.* item *Diſſ. de Sac. non provoc. Proc. c. 1. n. 38.* Coch. *Pr. ſori Germ. p. 1. c. 3. §. 6.* Pantzm. *de jurisd. Imp. Rom. l. 2. c. 6.*

Econtra tamen Imperatorem cum Statibus Imperii de certa quadam cauſa avocanda, eaque ex ratione prægnanti per Commiſſionem decidendâ convenire poſſe, nemo dubitabit, & docet exemplum noviſſimum in cauſa W. contra W. *Mandati de non amplius diffam.* &c.

3. Litiſpendentiæ.

XXI. (3) Exceptio fori declinatoria, ratione Jurisdictionis opponenda, eſt Litiſpendentiæ, quâ declinamus forum Judicis competentis, ex eo, quòd lis coram alio judicio jamjam inchoata ſit & pendeat.) Et ſic de Jure Civili revera differunt Exceptio Præventionis & Litiſpendentiæ. Dn. Zaunſchliffer. *Tr. de Judice Supplet. p. 2. concl. 11. §. 2. num. 5.* Illa conſiſtit in præparatoriis, & per ſolam citationem inducitur, quatenus Judex prævenit Judicem decreto, Actor Reum inſinuatione citationis, *l. 7. ff. de jud.* Hæc verò pertinet ad ipſum judicium, & inducitur per litis Conteſtationem, quæ principium eſt judicii, *l. 11. ff. rem rat. hab. l. 31. pr. ff. de R. C.* & dicitur ratione tam Actoris, quàm Rei D. Frommann. *in Diſſ. de jure revocandi pag. 101. add.* ſupra *ad tit. de judic. §. 10. & ſeqq.* Joh. Voet. *num. 7. cum ſeqq. de except. rei judic.* Dein Exceptio Prævent. opponitur Judici, quem quaſi poſt emiſſam Citationem demum conſequutus eſt, Exceptio verò Litiſpend. ei, qui jam ab initio fuit competens. e. gr. Si quis in duobus locis haberet domicilium, alibique ſortiretur forum, hoc in caſu in arbitrio eſt Actoris, ubi illum velit convenire: Sin judicium ſemel uno in loco ſit inchoatum, in eo etiam finiri debet, per Regulam in *l. 30. ff. l. 10. C. de judic. add.* Franck. *ad tit. ff. de jud. n. 50. & ſeqq.* Brunnem. *ad l. 30. de judic.*

Quomodo diff. Exc. Præventionis & Litiſpend.

Moribus hodiernis quid? Litiſpend. inducitur per ſolam Citationem, legitimè factam.

XXII. Moribus tamen noſtris differentia illa potiſſimùm ſublata cenſetur, (vid. tamen Deckh. *ad Blum. d. tit. n. 32.*) poſtquam per communem DDrum ſententiam Litiſpendentia, ratione Rei inducitur per ſolam citationem, ſicut teſtantur Berlich. *p. 1. dec. 1. n. 1. & 2.* Carpz. *l. 1. Reſp. 46.* Gail. *l. 1. O. 70. n. 17. & ſeqq.* Mynſing. *C. 4. O. 26.* Blum. *d. tit. 25. n. 12.* Zanger. *d. p. 2. cap. 15. n. 7.* Wurmſer. *l. 1. tit. 13. O. 6.* modo Citatio legitimè ſit facta, i. e. à Judice competente emiſſa: Reo debitè inſinuata, vel per reum factum ſit, quo minus ad eum perveniret: Et ex tenore citationis plenè cognoſci poſſit, quâ de re futura ſit controverſia. Mynſ. Zanger. *dd. ll. add.* ſupra *ad tit. de in jus voc. §. 15. & ſeqq.*

An ſola libelli oblatio Litiſpend. faciat?

Sola libelli oblatio ad Litiſpendentiam inducendam non ſufficit. Carpz. *d. Reſp. 46.* in Judiciis puta inferioribus, ſecus enim dicitur de Praxi Camerali, quod etiam Juri Civili eſt conveniens, quo libellus Principi oblatus litis conteſtationem facit, per *l. 1. C. quand. libell. Princ. dat.* D. Bardili *in Diſſ. de litis conteſtat. th. 28.* Principem autem repræſentat Judicium Cæſareum Aulicum, & Camerale; eapropter, quod de Jure Civili ſtatutum dicitur de Libello Principi obla-

oblato, idem ſtatuendum eſt de oblato dictis Supremis Judiciis; Carpzov. *d. Reſp.* 40. *40. & ſeqq.* & *Proc. tit.* 9. *art.* 3 *num.* 22. *ſeqq.* Mev *p.* 1. *dec.* 213 *num.* 8. quod tamen de nuda porrectione ſupplicationis intelligendum, ſed demum quando Decretum, licet denegatorium, accesſerit, lis pendere incipit, & quidem à Parte Actoris, nam à parte Rei neceſſaria eſt inſinuatio. poſt alios, Blum. *d. t.* *num.* 11 *& ſeqq.* Dn Cocc. *d. p.* 1. *c.* 2. *§.* 20. Sic in cauſa von Schellardt *contra* von Etterod anno 1681. ad utrumque ſupremorum Judiciorum appellatum & ſupplicatum fuit, ſed in Jud. Camer. Proceſſus d. 10. Mart. denegati, in Judicio Aulico verò die 18. Aug. decreti fuère, hic tamen Præventione edocti, Illuſtr. Judicium Aulicum Proceſſus, tanquam ſub-vel obreptitiè obtentos, caſſavit, cum condemnatione in expenſas & mulctam X. marcarum auri puri, intra terminum duorum menſium Inclyto Judicio Aulico perſolvendam, juncta executione. Uffenb. *de Judic. Imper. Aul.* *c.* 12 *ſect.* 1 *ſubſect.* 3.

XXIII. Porrò Judici opponuntur Exceptiones ratione ipſius Perſonæ, quibus Judex, tanquam inidoneus, recuſatur vel ut ſuſpectus, vel quia Judex eſſe nequit; unde duplex etiam eſt Exceptio Suſpicionis, & Inhabilitatis. Exceptio Suſpicionis eſt, quâ Judex tanquam ſuſpectus rejicitur. Æquitati enim naturali planè contrarium eſt, litigare coram Judice ſuſpecto, ad quod nemo compellitur; ut etiam conſtituit Juſtinianus Imperator, *in l.* 16. *C. de judic.* Judicium enim non debet claudicare. *c.* 5. *x. h. t.* Hæcque exceptio omnibus Judicibus, tàm ordinariis, quàm delegatis, opponi poteſt, quod de Jure Canonico omni caret dubio, per *c.* 39. *x. de off. deleg.* *c.* 4. *c.* 10. *eod. x. de foro comp.* *c.* 41. *§.* 5. *cap.* 61. *x. de appellat.* & de Jure Civili, juxta veriorem ſententiam, obtinet, per d. Regulam generalem in *d. l.* 16. ibi: *Sine ſuſpicione omnes lites procedere nobis cordi eſt* hoc facit *l.* 9. *pr. ff. de liber. cauſa.* ubi in cauſa ſtatus (qualis coram ſolo Ordinario expeditur) Judex, ut ſuſpectus, recuſari poteſt. Idem in Cauſis Criminalibus locum habet. Cachoran. *dec.* 13. Mev. *p.* 2. *dec.* 322. *num.* 5. & *p.* 5. *dec.* 372. *num.* 9. Brunnem. *de proc. Inquiſ.* *c.* 11. *num.* 20. Ideoque etiam in Jure noſtro Reo XX. dierum induciæ ad deliberandum conceduntur, utrum coram eo Judice litigare teneatur; in Nov 53. *c.* 3. *§.* 1. & N 96. *c.* 1. *§.* 1. ſupra *ad tit. de judic.* *§.* 40. & hanc ſententiam, ceu communiorem, in primis defendit Vultejus, *de Jud. l.* 1 *c* 7 *n.* 193. *& ſeqq.* M. Steph. *de Offic. Jud. l.* 1. *cap.* 6. *num.* 6. Gail. *l.* 1. O. 33. *pr.* Zanger. *d. p.* 2. *c.* 4. *num* 7. *&* 14. adeò, ut etiam Commiſſarii Principis, imò Cameræ Imperialis, tanquam ſuſpecti, recuſari queant. arg. *d. l.* 16. Vult. *num.* 193. Gail. *num.* 5. B. Dn. Pacem, *Diſſ. de Juram. perhorreſc.* *th.* 41. Blum. *Proc. Cam. tit.* 78. *n.* 25.

In Cam. ſi acceſſerit decretum qualecunque.

Ratione perſonæ Iur Recuſatum, Eſt vel Suſpicionis.

Quæ omnibus poteſt opponi Judicibus.

Etiam de Jure Civili.

& Commiſſariis.

XXIV.

An totum Collegium ut ſuſpect. recuſari poſſit? Neg.

XXIV. Quæritur: An totum Collegium tanquam ſuſpectum recuſari poſſit? & affirm. *c. 10. x. de for. comp. Clem. Paſtoralis, § Notariorum. & Numquid de ſent. & re judic.* Hoc tamen regulariter locum non habet, prout ex communi ſententia in praxi obtinet, cùm fiat plerumque per malam foventis cauſam, & fugientis juſtitiam, teſtantibus Decio, Baldo, Boerio, Vivio, Maſcardo, Paciano, apud Zanger. *d. c. 14. n. 16* Gail. *d. O. n. 2.* Muller *de ſtat. Imper. p. 2. c. 41. n. 13.* Niſi omnes de Collegio ſint ſuſpecti, veluti, ſi pro altero litigantium affectum prodentes ſcripſerint. Mev *p. 2. dec. 77.* vel Major pars eorum, propter cognationem, aut inimicitiam ſuſpecta ſit aut unus magnæ ſit auctoritatis, cui alii non audent contradicere, Boer *dec. 269.* Carpz. *l. 2. Reſp. 11. n. 21.* Menoch. *A. J. Q. l. 2. caſ. 418.* & poſt alios, Zanger. *num. 17.* Klein. *Diſp. de judic. ſuſpecto cap. 2. n. 108. & cap. 4. n. 26. cum ſeqq.* J. Pr. Wurt. *d. l.* ibi B. Dn. Parens m. *th. 9.* & ſic non unâ vice juramentum perhorreſcentiæ (de quo vid. ſupra *tit. de jurejur. § 42*) contra totum Senatum unius & alterius Civitatis Imperialis, in Camera Imper. præſtitum eſſe memini add. Roding. *d. tr. num. 1 th. 13. num. 16* Non tamen ſufficiens eſt ratio, quòd cauſa Præſidem vel Directorem Collegii concernat Mev *p. 1. dec. 190.* Sed an totum judicium

An Cameram Imp.

Cameræ Imp. tanquam ſuſpectum recuſari poſſit, quæritur? & Reſp. hoc quidem olim aliquando tentatum eſſe, ſed fruſtra. Gail. *d. O. num. 1.* ibique Gerv. *num. 6* Umm. *de Proc. de Proc. D. 1. th. 9. n. 56.* Vult. *num. 202. d. Diſp. de Juram. perhorr. th. 42.* cujus rationes duas allegat Blum. *d. t. 25 num. 11.* quas tamen inſufficientes notat ibi Deckherr Hinc contra hujuſmodi Recuſationes, ob publicam Imperii utilitatem, pronunciatum eſſe, docet Blumius, *d. l. num. 12. & ſeqq.* add. Cammerger. Ordn *p. 2. tit. 31.* Daß dem Cammer-Gericht ſein ſtracker Lauff gelaſſen werden ſolle. De hac quæſtione legi meretur Hortlederus, von Urſachen des Teutſchen Kriegs. *l. 7. cap. 8. 9. & ſeqq.* add. Dn. Stryck. *Uſ. Pand. Mod. l. 5. tit. 1. § 18.* ubi limitat, ſi aliqui Aſſeſſores recuſentur.

Quales cauſæ ad ſuſpecti poſtulationem requir.?

XXV. Cæterum, ut Judex tanquam ſuſpectus recuſari poſſit, Cauſæ graviſſimæ, juſtæ, rationabiles atque probabiles in libello recuſatorio exprimantur. Mev. *p. 1. dec. 192.* Quænam autem inter tales cauſas, propter quas Actor Judicem perhorreſcit, referantur, dictum ſupra *ad tit. de jud. § 19.* add. d. Diſp. *de Juram. perhorr. th. 20. & ſeqq.* Zanger. *d. l. n. 20.* De iis tamen certam regulam non habemus, proinde Judicis arbitrio relinquuntur: ubi tamen multùm prudentiæ & æquitatis deſideratur. add. omninò *c. 4. cauſ. 3. q. 7.* vid. ſupra *ad tit. de jud. § 40. & Exerc. 14. Conſt. For. 6.* Cabet. *de Proceſſ. ad cap. 1. n. de except. n. 16.* Vult. *n. 210. & ſeqq.* Umm. *d. D. 1. th. 9. n. 58.*

XXVI.

XXVI. Exceptio Inhabilitatis eſt, qua Judex rejicitur tanquam inhabilis. Dicitur autem Inhabilis, qui vel natura impeditur, vel lege aut moribus prohibetur, ne Judex ſit, *l. 12. §. 1 ff. de jud.* Quinam talis ſit, dictum eſt ſupra *ad tit. de jud. §. 35 36. & 37* add. Zanger. *d. c. 4. n. 27. uſque ad fin.* Unten. *d. D. 1. th. 8.* & *D. 8. th. 2*

vel inhabilitatis.
Inhabilis quis?

XXVII. Principales perſonæ judicium conſtituentes, uti dictum, ſunt Judex, Actor & Reus, conſideratis Exceptionibus Judici obſtantibus, ſequuntur, quæ opponi ſolent Actori, quatenus non habent legitimam ſtandi in judicio perſonam, de quibus actum ſupra *ad tit. de judic. §. 25. uſque ad 31.* add. Zanger. *d. p. 2. c. 8. & 9.* & Unten. *d. D. 1. th. 4. & 5.*

Except. Actori & Reo opponi ſolitæ.

XXVIII. Perſonæ in Judiciis minus principales ſunt Actuarii, Advocati, Procuratores, Teſtes & ſimiles, quibus & circa habilitatem, & qualificationem variæ poſſunt opponi Exceptiones. *§. 11. I. h. t.* & ſecundum ea, quæ ſupra *ad tit. de Poſtulando. §. 10. & ſeqq. ad tit. de Procurat. §. 30. & ſeqq. ad tit. de Teſtib. §. 12. & ſeqq.* dicta ſunt.

Exc. reſpicientes Perſonas minus princip.

XXIX. Exceptiones, quæ Modum procedendi reſpiciunt, variæ ſunt ſecundum varios Judicii actus e. gr. Ratione Perſonarum, Exceptio Legitimationis, Zanger. *c. 8.* Non impetratæ veniæ. ſupra *tit. de in jus voc. §. 8* Nondum præſtitæ Cautionis pro expenſis & reconventione, vel Guarandæ in foro Saxonico, ſupra *ad tit. qui ſatisd. cog. §. 22 & 24.* Laudationis, qua Reus autorem ſuum, qui ipſi de evictione eſt obligatus, laudat, vel petit, ut ipſi lis denuncietur ad Reum defendendum. *l. 28. C. de evict.* Zanger. *d. p. c. 2. Mev. p. 7. d. 000.* Struv. *Exerc. 46. th. 6.* ibique Mullerus. Nominationis, qua nominans totam litem in autorem transfert. *l. 2. C. ubi in rem. act. exerc. deb.* ſupra *ad tit. de evict. §. 28.* Ratione Proceſſus, exceptio Deſertionis, ſi non obſervetur fatale interponendæ appellationis ſi acta primæ inſtantiæ intra 30. dies non requiſita proceſſus nimis ſero inſinuati vel producti: nec in primo reproductionis termino mandatum ad præſtandum Juramentum vel Cautionem juxta Privilegium ſimul importatum · & ſimilia circa formam Proceſſus, quibus Appellatio ita deſeritur, ac ſi nunquam interpoſita eſſet, quare Judex ad quem, ob juriſdictionis defectum, neque cauſam remittit ad Judicem à quo, ſed tantùm pronunciat, daß dieſe Sach, als *deſert* nicht angenommen; niſi inhibitio decreta fuiſſet. Datur tamen quandoque reſtitutio contra Deſertoriam, uti hæc cum variis ampliat. & limitat. pertractat Roding. *de er. l. 1. tit. 32.* Nullitatis. ſupra *ad tit. de re jud. §. 19.*

Except. quæ modum procedendi reſpicientes, Rat. perſonar.
Rat. Proceſſ. Exc. Deſertionis quando?
Quomodo pronunciandum?

XXX. Ratione Citationis, Exceptio Loci non tuti, vel honeſti: Termini nimis anguſti: Feriarum: ſupra *ad tit. de in jus voc. §. 38. & 39.*

Rat. Citat.

Comparitionis.

Zanger. *d. p. 2. cap. 5. 6. & 7.* Ratione Comparitionis, contumaciæ opponitur Exceptio legitimi Impedimenti. ſupra *ad tit. ſi quis caut. in jud. ſiſt.* Huc pertinent Excuſationes notatæ ſupra *ad tit. ſi quis in jus voc. §. 8.* item Exceptio Præjudicialis, ne futuræ majori cauſæ fiat præjudicium. *l. 54. ff. de judic. præced. §. 5.* Umm. *D. 6. th. 10. num. 48.* Ratione libelli, Exceptio Libelli obſcuri, Generalis, & Alternativi, item ineptæ cumulationis plurium actionum. ſupra *ad tit. de Edendo § 20. 21. & 24.* Zanger. *c. 14. & 19.* Sub- & Obreptionis, ab Impp. Conſtant. & Maxim. præſcriptio Mendaciorum dicta, *l. 2. C. ſi contra jus vel util. publ.* ſolet opponi Mandatis, Reſcriptis, Inhibitionibus, & quoties in narratione veritas omiſſa, vel falſitas commiſſa, proin huic ſemper eſt locus etiam in Mandatis ſine Clauſula, contra quæ alias non facile admittuntur exceptiones. Zanger. *c. 17. num. 17. & per tot.* Fiſcher. *de Proceſſ. l. 1. tit. 15. num. 2.*

Libelli.

Dilatoriæ quæ pertin. ad Cauſæ merita.

XXXI. Exceptiones Cauſæ merita reſpicientes etiam variæ ſunt, ut Exceptio non devolutionis, quia Cauſa, ob privilegium, vel alia ex ratione, eſt inappellabilis, ideoque ad Judicem à quo eſt remittenda. Roding. *d. l.* Blum. *tit. 55. n. 1.* Plus petitionis, *§ 10. I. h. t.* Quomodo autem Re, Tempore, Loco, & Cauſa plus petatur? vid. *§. 33. I. de Act.* Zanger. *c. 11.* Mev. *de arreſt. c. 25. n. 116. cum ſeqq. & p. 6. dec. 323.* Struv. *Exerc. 9. th. 68.* ibique Mullerus. Stryck. *in uſu moderno § 10. h. t.* Pacti conventi temporalis, ſive de non petendo intra certum tempus. *d. §. 10. I. l. 3. ff. eod.* Hahn *ad W. h. t. N. 10.* Moratorii ſeu Quinquennalis, *l. 2. C. de prec. Imper. offer.* ſupra *ad tit. de uſur. §. 34. & ſeqq.* & hæ tres Exceptiones certo modo invicem conveniunt. Zanger. *c. 12.* Umm. *D. 8. th. 4. n. 25. 26. & 27.* Competentiæ. *l. 16. ff. de re jud.* & ſupra *ad d. tit. § 37.* Non obſtante, quod poſt L. C. imo in ipſa executione ſententiæ opponi poſſit, *l. 41. §. 2. ff. de re jud.* proin non deſinit eſſe Dilatoria, cum tantum differat, non vero tollit actionem. Zanger. *c. 15. n. 5.* B. Dn. Parens. *D. de Benef. Compet. th. 41.* Spolii, quia ſpoliatus ad inſtitutam actionem, niſi ſpolio reſtituto, reſpondere non tenetur. *c. 2. x. de extr. cogn. c. 1. X. de reſt. ſpoliat.* Zanger. *c. 18.* Joh. Voët. *n. 9. h. t.* Struv. *Exerc. 46. th. 6.* ibique Mullerus & ſupra *ad tit. de vi & vi arm.*

An Except. Excuſſion. dilat.

XXXII. Exceptionem Excuſſionis ſive Ordinis Arn. Vinnius quidem *ad d. § 10.* ad Peremptorias pertinere putat, ſed verior eſt communis contraria DD. ſententia, non enim perimit actionem inſtitutam; ſed tantum differt judicium, ut prius Principalis conveniatur & excutiatur: qui ſi non ſolvendo deprehendatur, Reus mutuus principalis iterum conveniri & condemnari poteſt. *N. 4. c. 1. l. 6. C. arbitr. tut.* Hinc reus non petit, ut ab actione, ſed tantum ut ab

ab inſtantia abſolvatur. Dieſem nach bittet Beklagter im Rechten zu erkennen und außzuſprechen, daß angeſtellte Klage wider Beklagten noch zur Zeit, oder innmaſſen ſie angebracht keine ſtatt habe. Vel Daß Beklagter ſich auf angeſtellte Klag noch zur Zeit einzulaſſen nicht ſchuldig ſeye, ſicut etiam Judex pronunciare ſolet, quæ eſt genuina nota Exceptionum Dilatoriarum Carpz. *l. F. p. 1 C. 3. def. 17.* Vel, ſi hodie nonnunquam poſt L. C. oppoſita ſit, Reus cum reſtrictione ad dictam exceptionem abſolvitur; ſi vero creditor à Principali ſuum conſecutus ſit, fidejuſſor quidem in totum liberatur, quod non ſit directo vi hujus exceptionis, ſed per ſolutionem ipſam. Zanger. *c. 10. num. 7.* B. Dn. Parens, *D. de Benef. Excuſſ. th. 44.* Joh. Voet. *n. 4. h. t.* diſſ. Struv. *Exerc. 46. th. 8.* Ad hanc claſſem pertinet Exceptio cedendarum Actionum *L. 11. l. 14. l. 21. C. de fidejuſſ.* de quibus infra *ad tit. de fidejuſſor.*

XXXIII. Exceptiones Peremptoriæ dicuntur, quæ actionem in totum perimunt atque extinguunt, *§ 9. I. L. 3. ff. h. t.* & ſemper agentibus obſtant, totius negotii conditionem tollunt, & vires principales negotii exhauriunt, ut loquitur Imp. *in L. 2. C. de prec. Imp. off.* & quia effectus earum perpetuo durat, ideo dicuntur perpetuæ, zerſtörliche, endliche und aufflößliche Ein- oder Schutz-Reden. Ordin. Camer. *p. 3. 17. pr.* J. P. Würt. *p. 1. t. 23. § Es ſeynd aber.* Hinc nihil intereſt, ipſo jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur, *l. 112. ff. de R. J.* add. *l. 51. l. 66. ff. eod. l. 7. § 1. ff. de dolo malo* (ſcil. ratione effectus, quatenus excludunt Actor, formaliter tamen hæc duo maxime differunt, nam ipſo jure tutus etiam poſt ſententiam modum, quo tutus eſt, allegare valet Ope Exceptionis, regulariter non item, &c. Zanger. *p. 3. proœm. n. 3. 4. & 15.*) Unde Reus hanc opponens non petit abſolutionem ab Inſtantia, ut in Dilatoriis, ſed ab ipſa actione. & Judex, etiam oppoſita & legitime probata hac exceptione, Reum non ab Inſtantia, ſed ipſa actione abſolvit: Daß Beklagter von angeſtellter Klage zu *abſolviren* und entledigen ſeye, als wie ihn hiemit *abſolviren* und entledigen. Carpz. *d. l. def. 16. num. 6.*

Except. Peremptoriæ quid?

Quid ipſo jure & tutus?

XXXIV. Hæ autem Exceptiones Peremptoriæ etiam duplicis ſunt generis: Quædam ſtatim oriuntur cum ipſa actione, quædam vero poſtea ex novis deſcendunt cauſis. Illæ veniunt vel ex Negotii circumſtantiis, vel ex Perſonarum contrahentium qualitate. Exceptiones, quæ ab initio oriuntur ex Negotii circumſtantiis, ſunt Exceptio (1.) Metus, modo juſtus ſit. *§. 1. & 9. I. h. t. l. 4. §. 33. ff. de dol. & met. exc.* Struv. *Exerc. 46. th. 1.* ibique Mullerus, add. ſupra *tit. quod met. cauſ.* Zanger. *d. p. 3. cap. 13. n. 99.* (2.) Doli Specialis. *d. §. 1. & 9. l. 2. §. 1. & t. t. ff. de doli mali & met. exc.*

Peremptor. vel oriuntur ab initio, aut ex negotio ſuperveniunt.

Ut ſunt,

tur. Dolus enim Metusve adhibitus non impedit, quo minus actio naſcatur; *l. 5. C. de inut. ſtipul. l. 36. ff. de V. O.* cum limit. tamen ſupra *tit. de dolo. §. 6.* notata. (3.) In factum ſeu Erroris *d. §. 1. l. 6. §. 16. l. 7. ff. de dol. mal. exc. l. 51. ff. de pact.* add. ſupra *ad tit. de qu. per & fact.* Zanger *d. c. n. 106.* (4.) Non numeratæ pecuniæ. *§. 2. I. h. t. l. 10. pr. & §. 1. C. de N. N. P.* Zanger. *c. 17.* & ſupra *ad tit. de R. C. §. 27.* (5.) Non numeratæ Dotis *l. 3. C. de dote caut. non num.* ſupra *tit. de jure dot. §. 7.* (6.) Stipulationis à Patrono onerandæ libertatis cauſa ſuſceptæ. *l. 1. §. 5. l. 2. §. 2. ff. quar. rer. act. non datur.* Huc porro ſpectant Exceptiones ipſum factum ſequentes, Novationis, Delegationis, Acceptilationis, &c. de quibus vid. Zanger. *d. p. 1. c. 5. & ſeqq.*

Aut ex perſon. qualitate. v. 91.

XXXV. Ex perſonarum qualitate ſtatim ab initio cum ipſa actione oriuntur Exceptio (1.) SCti Macedoniani. *l. 7. §. 1. ff. h. t.* ſupra *ad tit. de S. C. Maced. §. 16.* Zanger *c. 12.* (2.) Vellejani. *d. l. 7. §. 1.* Zanger *c. 11.* ſupra *ad tit. ad SCtum Vellej. §. 16.* (3.) Minorennitatis. *d. l. 7. §. 1.* add. ſupra *ad tit. de Minorib. XXV. ann.* (4.) Diviſionis, nam quoad partes à Confidejuſſoribus præſtandas actionem perimit, & perpetuum effectum habet. add. *l. 51. §. 4. ff. l. 16. C. de fidej.* Zanger. *c. 19. n. 5.* Vinn. *ſel. quæſt. l. 2. c. 40.* Mev. *p. 6. dec. 93. n. 2.* B. D. Parens *diſſ. de Benef. diviſ. th. 32.*

Vel ex poſt facto, ex nov. cauſ. ſupervenientibus, talesque ſunt. v. 93.

XXXVI. Ex poſt facto ex novis cauſis, re jam conſtitutæ ſupervenientibus, deſcendunt Exceptiones (1.) Jurisjurandi, ſi debitor, creditore deferente, juraverit, ſe nihil debere, *§. 4. I. l. 7. §. 1. l. 15. ff. h. t. l. 2. l. 9. l. 28. §. 5. ff. de jurej.* etiamſi jurare parato jusjurandum ſit remiſſum. *l. 9. §. 1. ff. de jurejur.* ſupra *ad tit. de jurej. §. 61.* Zanger. *c. 16.* (2.) Rei judicatæ. *§. 5. I. l. 6. & 7. ff. de exc. rei jud.* (3.) Debiti remiſſi, vel per Pactum, *§. 3. & 9. I. h. t. l. 2. §. 4. & 5. ff. de dol. mal. exc. l. 2. §. 1. l. 7. §. 4. ff. de pact.* Zanger. *c. 15.* vel Tranſactionem, *l. 10. l. 17. l. 19. l. 28. l. 39. C. de tranſact.* & ſupra *ad eund. tit. §. 29. & ſeqq.* Zanger. *c. 18.* vel Legatum add. ſupra *ad tit. de liberat. leg.* (4.) Rei venditæ & traditæ. *l. 1. pr. §. 1. ff. de exc. rei vend. & trad.* & ſupra *ad eund. tit.* (5.) Rei Litigioſæ. *l. 1. §. 1. ff. de litig.* & infra *ad eund. tit. l. 1. §. 2. ff. quæ res pign. oblig.* Struv. *Exerc. 46. th. 8.* ibique Mullerus. (6.) Præſcriptionis. *l. 8. §. 1. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* infra *t. t. de div. & temp. præſcript.* (7.) Doli Generalis in Actione inſtituenda. *l. 2. §. 5. ff. de dol. mal. & met. exc.*

An dentur Excep. Anomalæ.

XXXVII. Alii addunt tertiam ſpeciem, Exceptionum ſcil. Anomalas, quæ, ſecundum illorum ſententiam, aliquid participent de natura Dilatoriarum & Peremptoriarum, & tales putant eſſe, quæ ante & poſt litem conteſt. opponi poſſunt. Verum minus recte, cum tale quid non faciat ad earum eſſentiam, nec pro-

proinde ſeparata & diverſa ſpecies conſtitui queat. *d. diſſ. de beneſ. diviſ. th. 32.* Sed Dn. Mevio tales dicuntur, quæ ante & poſt L. C. opponi poſſunt. *p. 6. dec. 93. n. 4.* Alii addunt Dubiam, quæ ſcil. interdum perimat, interdum differat actionem; qualem dicunt eſſe Exceptionem non impletæ conditionis, ſi Actor ante conditionis exiſtentiam aliquid petat, ſed neque hæc ſpecies admittenda eſt, cum hæc Exceptio non ſit propriè ſic dicta exceptio, de qua hic agimus, ſed pura inficiatio, Pendente enim conditione nulla Actori competit actio. vid ſupra *ad tit. de pact. §. 78.* add. Vult. *d. c. 7. n. 130. & ſeqq.* Et tantum de Exceptionibus in ſe & ſua natura in genere conſideratis. An Dubia?

XXXVIII. Nunc quædam de Uſu Exceptionum dicenda veniunt. Exceptionum autem non ea natura eſt, ut actionem per ſe & ſua natura ipſo jure tollant. Actionem enim ipſo jure, & per Exceptionem tolli ſibi invicem opponuntur, in *l. 34. §. 1. ff. de O. & A. l. 38. § 1. ff. de ſolut.* Sed Actoris intentionem ſtricto jure fundatam excludunt. *præced. §. 7.* A parte Rei tamen duo deſiderantur, Exceptionis competentis Propoſitio, & Probatio. Ut ergo Exceptiones effectum ſuum ſortiantur, neceſſe eſt I. Ut à Reo opponantur in Judicio, *l. 9. C. h. t. c. 4. X. eod. c. 11. X. de probat.* Umm. *Diſſ. 8. th. 9. num. 31.* adeo, ut, ſi à Reo oppoſitæ non ſint, nec Judex ex officio etiam ſibi notas ſupplere teneatur. arg. *l. 11. C. de appellat.* Gl. in *l. 27. §. 2. verb. pactus ff. de pact.* Ludw. *Exerc. ad ff. 17. th. 3. lit. A.* D. Graſſ. in *Diſſert. Receſſ. Imper. ſect. 10. §. 1.* Ne officium Judicis deponere, & Advocati in ſe ſuſcipere videatur, uti docet Carpzov. *l. 2. Reſp. 3. n. 2.* Zanger. *d. p. 3. c. 26. n. 7.* Bachov. *th. 7. lit. C.* Nec obſt. *l. un. C. ut, quæ deſunt adv. part. jud. ſuppl.* qua Judex ſupplere debet ea, quæ ſunt juris, non quæ facti. Perez. *ad d. t.* Ziegler. *Dicaſt. concluſ. 34.*

Effectus, Except. non tollunt, ſed excludunt Actoris intentionem.

Req. Rei req. 1. ut Exc. opponantur.

Licet ſint notoriæ, nec Judex eas poteſt ſupplere.

Obj. Reſp.

XXXIX. Dantur tamen Caſus, in quibus ſuppletio eſt licita, ut (1.) Si Exceptio judicium reddat ipſo jure nullum vel eluſorium, tunc Judex ex officio ſupplere tenetur; ſic procuratorem falſum, i. e. qui nec verum, nec præſumptum habet mandatum, Judex ex officio removere debet, *l. 17. pr. ff. l. 24. C. de procurat.* & quidem ſub pœna. Vid. Ref. Abſchied. *de Anno 1560. n. 2.* add. Diſp. *de Procurat. ſubſtit. c. 2. §. 5.* add. ſupra *ad tit. de procur. § 17.* Struv. *Exerc. 46. th. 7.* ibique Mullerus. Idem eſt, ſi Actor libellum ineptum, i. e. obſcurum, incertum, generalem vel alternativum: aut Reus exceptionem incertam plane & obſcuram proponat. Talia Judex ex officio rejicere, & contra pro re nata jubere debet, ut ea emendentur. R. I. de anno 1654. §. Dieſem nächſt. 28. & §. Es ſollen auch. 31. Ziegler. *d. concl. §. 1.* ſupra *ad tit. de Edendo. §. 17. in f. & ſeqq.* Gail. *l. 1. O. 66. num. 4.* ubi dicit, quod Judex

Limit. & ſuppletio licita eſt 1. Si judicium redditur ipſo jure nullum.

2. Si Exceptio ex contractu vel actis conſtet.

talem libellum dentibus dilacerare debeat. Blum *tit. 49. num. 45.* (2.) Niſi Exceptio ex ipſo contractu oriatur, vel manifeſtè ex Actis judicialibus appareat; ejus enim rationem Judex ex officio habere debet, ac ſi à Reo allegata eſſet. Nec propterea poteſt dici aliquid ſupplere in facto, cum hujuſmodi exceptiones facto jam inſint. Zanger. *d. p. 3. c. 26. num. 15.* Ziegler. *d. l. §. 9.* (3.) Si conſtet, nullam plane Actori competere actionem, eamve eſſe ſublatam; quæ tamen Exceptio propriè non eſt de regula, cum enim Actio non competat, nec Exceptio propriè ſic dicta competere poteſt, hinc, ſi ex actis manifeſte conſtet, quod obligatio & actio per ſolutionem, compenſationem, transactionem, præſcriptionem Harppr. *C. 26. n. 230.* vel alio modo ſit extincta, & ſi Reus hanc defenſionem non allegaverit, Judex eam ex officio ſupplere, & Actorem repellere poteſt, quandoque tenetur. Carpzov. *P. 1. C. 25. def. 1. & 2.* Mynſing. *C. 3. O. 28.* Ziegler. *§. 10. inf.* Zanger. *d. l. num. 12. & proxim. num. 13. & 14.* add. ſupra *ad tit. de re jud. §. 10. & 22.* & infra *ad tit. de div. temp. præſcr. § 20.* D. Schweder. *Diſſ. de except. non ſuppleti contra actus th. 20.*

3. Si nulla comp. actio.

Reus ſuas in Judicio opponat clare, expreſſe.

XL. Reus itaque regulariter exceptiones ſuas in judicio clare & nervoſe opponere debet. R. I. Nov. *d. § 51.* Nam obſcure excipere. *arg. l. 11. §. 7. ff. de interrog. in jure fac. l. 77. ff. de contr. empt.* Et quantum fieri poteſt, expreſſè nominentur, ut jus & cauſa defendendi inde conſtare queat. *arg. l. 13. §. 1. ff. de excuſ.* Lanfranc. de Oriano, *in c. 4. x. h. t. n. 8. & 12.* Nihil tamen intereſt, in ſcriptis, vel viva voce hoc fiat, Rosbach *proc. Civ. t. 39. num. 12.* niſi per modum actionis proponantur. Lanfranc *num. 11.* vel, juxta Ord. Camer. ſint Peremptoriæ Ordin. Camer. *p. 3. t. 27. pr.* Dilatoriæ vero etiam per Receſſum oralem proponi poſſunt. d. R. I. §. Wäre es dann. *51.*

An ſemper in ſcriptis?

An etiam pluribus exceptionibus uti poſſit?

XLI. Nec non Reus pluribus Exceptionibus uti poteſt ad unam actionem eludendam. *l. 5. l. 8. ff. h. t. l. 43. junct. l. 57. pr. ff. Cap. 20. de R. J. in 6to.* Actor quidem, licet ejuſdem rei nomine plures habeat actiones, una tantum experiri debet. *d. l. 43. § 1. l. 5. ff. de exc. rei jud. l. 33. pr. ff. de O. & A.* per rationem in *d. l. 43. pr. inſ.* expreſſam, Unde quoque Rei hic favorabiliores habentur, quam Actores. *l. 125. & l. 33. ff. d. t.* Joh. Voet. *num. 5. h. t.* Nec tantum pluribus, ſed & diverſis Exceptionibus uti licet; *d. l. 8.* imo contrariis, Auctor præjudic. Camer. *verb. Except. contrad.* Zanger. *d. c. 26. num. 356.* Unum. *d. D. th. 11. num. 40.* modo in facto ſint compatibiles, e. gr. temporali licet exceptione oppoſita, integrum tamen erit probare, ſe nihil debere, vel debitor, qui initio litis ſe obligatum negaverit, poteſt tamen exceptionem Pacti de non petendo, juriſjurandi, &c. opponere. Sande, *ad d. l. 43.* modo (2.) Lex

Etiam diverſis.

Si compatibiles in facto.

Lex non ſit impedimento, & cummulationem prohibeat; *d. l. 43. pr.* ut, ſi exceptionem Non numeratæ pecuniæ opponens, manum prolatam, aut numerationem negaverit, ſi deſuper convictus ſit, in pœnam mendacii exceptionibus alias ipſi competentibus, Solutionis, &c. uti non poterit. *Nov. 18 c. 8. & 10.* Auth. *Contra qui. C. de N. N. P.* vid ſupra *§. 79. de querel. non numer. pecun.* Alia exempla vid. in *l. 1. §. 15. ff. Si quadr. paup. fec. dic. l. 21. §. 2. l. 22. §. 4. ff. de nox. act. l. 10 ff. de R. V. l. 67. §. 3. ff pro ſoc.* Menoch. *lib. 1. præſ. 42. num. 8. & 9.* Zanger. *d. c. n. 340.* Bachov. *d. Diſp. th. 7. lit. A.*

vel Lex non impediat.

XLII. De Jure Civili in Arbitrio eſt Rei, an plures Exceptiones, quas habet, vel ſe habere putat, ſimul an ſucceſſive, ſicque unam poſt alteram proponere velit. *l. 8. l. 9. C. h. t.* Carpz. *J. F. p. 1. C. 3. def. 1 num. 3.* De Jure Canonico intra terminum præfixum. *c. 4. X. h. t.* In Camera vero Imperiali omnes ſimul & in eodem termino opponi debent Dilatoriæ, Ord. Cam. *p. 3. tit. 24. §.* Und ſollen *2* & Peremptoriæ. *tit. 27. §.* Und ſollen. d. R. I. *§.* Es ſollen. *51.* ibi: Auch was Er (Beklagter) darbey *dilatoriæ* oder *peremptoriæ* einzuwenden haben möchte, alles auf einmahl, bey Straff der *Præcluſion*, einbringen. Prout in Germaniæ Judiciis communiter obſervatur, vid. de Jure Saxon. Carpzov. *d. def. 1. & 13.* & *de Proc. tit. 91. art. 1. num. 12. & ſeqq.* J. Prov. Wurt. *p. 1. t. 23. §.* Solch und dergleichen & *tit. 40. §.* Der eiten mag. Hofger. Ordn. *p. 3. t. 21. §. 2.* Sed hæc in Ord. Cam. & alleg. loc. limit. niſi ex poſt aliqua de novo competens exceptio exorta ſit, vel eam oppoſiturus fidem faciat juramento, tum demum ad notitiam perveniſſe, ſecundum *d. c. 4. X. h. t.* Struyck. *introduct. ad praxin. for. cap. 14. §. 3.* infra §. 45.

Plures ſimul, an ſucceſſive opponendæ?

Hodie in praxi ſimul.

Limit.

XLIII. Ratione temporis, & quando Exceptiones ſint opponendæ, diſtinguendum eſt inter Dilatorias & Peremptorias. Dilatoria Exceptio regulariter ante litem conteſtatam eſt opponenda, *l. 12. l. 13. C. h. t. l. 40. §. 5. ff. de procur. l. 16. C. de judic. l. 19. C. de probat. c. 20 X. de ſent. & re jud.* Joh. Voetius *n. 6. h. t.* adeo, ut, ſi Reus antea omiſſam poſt L. C. pertinaciter urgeat, unius libræ auri condemnatione mulctetur. *d. l. 12.* Ratio eſt, quia illæ exceptiones pertinent ad Judicii Conſtitutionem, & opponuntur ad judicium differendum, ejusque ingreſſum impediendum, Hoc autem ſemel per litem conteſtatam conſtituto, amplius non admittuntur, & Reus illis tacite renunciaſſe videtur. *l. 52. pr. ff. de judic. l. 13. C. de procurat.* Hancque communem eſſe ſententiam, poſt alios, probat Zanger. *p. 2. cap. 22 num. 4. & 5* Umm. *d. th. 9. num 34.* Diſp. *de fidejuſſ. th 23.* In Foro Saxonico in primo ſtatuto termino omnes dilatoriæ opponendæ ſunt, annexa eventuali ſaltem Litis Conteſtatione, adeo

Quando opponi? Regula. Dilatoriæ ante L. C. oppon. Ampl.

In Foro Sax.

adeo, ut nec ante L. C. in ſecundo termino admittantur, prout hoc præjudicio confirmat Carpz. *d. C. 3. def. 1. n. 5. & 6.* & *de Proceſſ. tit. cit.* Lauterb. *in Diſſ. J. C. & Saxon. th. 3.* & Hamburg *th. 17.* In Wurt. Ducatu etiam quidem ante L. C. Dilatoriæ opponendæ ſunt, ſed non neceſſario in primo termino, verum in termino à Judice Reo ad hoc aſſignato. J. Pr. Wurt. *tit. 25. d. §.* Solche und dergleichen. In Camera Imperiali Exceptiones Dilatoriæ cum *Eventual*-Handlung in cauſa principali à Reo ſtatim in primo termino, ſub præjudicio præcluſionis easdem poſtea opponendi, proponendæ ſunt. d. R. I. §. Es ſollen. *31. in med.* & §. Und hat. *34.* Sed Declinatoriæ fori in Cauſis S. Q. & Appellationum Non-Devolutionis notoriæ ſolæ produci poſſunt. Et quamvis Eventual-Handlung ſimul producatur, illæ tamen prius decidendæ ſunt. R. I. *d. §. 31. in f.* & *d. §. 34.* Blum. *Proc. Cam. tit. 49. num. 62. & ſeqq.*

Wurt.

Cam. Imp.

XLIV. Sed dicta Regula, quod Dilatoriæ ante L. C. opponi debeant, tres admittit exceptiones. I. Dilatoriæ nec ſemper ante L. C. opponi poſſunt. e. g. (1.) Si à Judice certus terminus ad illas opponendas Reo fuerit præfixus, poſt illum, ſeu excluſivum, etſi lis nondum fuerit conteſtata, non amplius admittuntur, *c. 4. X. h. t. ubi latiùs.* Zanger. *d. c. 22. n. 31. & ſeqq.* (2.) Si illis expreſſe fuerit renunciatum. *l. 57. §. 1. ff. de procur. l. 4. §. 5. ff. ſi quis caut.* Carpzov. *d. C. 3. def. 20.* Plura exempla ad hunc caſum pertinentia vid. ap. Vult. *d. c. 7. num. 903. & ſeqq.*

Except. à d. Regula
1. Quod Dilat. nec ante L. C. admittantur. ex. gr.

XLV. II. Quod Dilatoriæ etiam admittantur poſt litem conteſtatam, Brunnem. *in Proceſſ. civili cap. 7. n. 5. & c. 13. n. 16.* cujus exempla habemus: (1.) Si demum poſt L. C. de novo fuerint ortæ, *c. 4. X. h. t.* nam quæ de novo emergunt, novo etiam indigent auxilio. *l. 11. §. 8. ff. de interrogat. c. 25. X. de offic. deleg.* Carpzov *d. p. 1. C. 11. def. 15.* Hinc exceptio Cautionis non præſtitæ, quamvis ſit Dilatoria, ſi tamen poſt L. C. oriatur, quia Actor facultatibus labi incipit, valide opponitur. Vultej. *num. 910. L. Diſſ. de beneſ. excuſſ. th. 14.* Carpzov. *p. 1. C. 11. Def. Fer. 15.* Item Exceptio Spolii de novo facti, Umm. *d. num.* Zanger. *c. 18. num. 12.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.* imo & in ſecunda inſtantia, tanquam ſuperveniens, recte opponitur. Mev. *p. 5. dec. 186. num. 3. 4.* (2.) Si Exceptio Dilatoria ante L. C. quidem nata: ſed Reo demum, poſt judicium acceptum ad notitiam pervenerit, deque eo fidem faciat juramento; propter ignorantiam enim poſt L. C. admittitur, *d. c. 4.* quia tali caſu renunciaſſe præſumi nequit. Umm. Zanger. *dd. ll.* Carpzov. *d. l. num. 4.* (3.) Si hæc exceptio reddat judicium retro nullum. Modo ante L. C. non potuerit eſſe nota, & pars altera eandem ex juſta cauſa non oppoſuerit, ut ſunt Exceptio incomp. Judicis, de qua in *§. ſeq.* Falſi procuratoris &c. *l. 24. C. de procur.*

2. Quod & poſt L. C. admitt. ex gr. ex novo facto.

Si demum venerit ad notitiam.

Si reddat. Judicium ipſo jure nullum. Limit.

eur. Gail. *l. 1. O. 47 num. 4.* & *l. 2. O. 107 num. 4.* Zang. *cap. 8. & c. 22. num. 8.* Secus eſt in pupillo, ob factum tutoris obnoxium. Mev. *p. 6. dec. 77.* (4.) Si Exceptio Dilatoria habeat gravamen ſucceſſivum, qualis eſt loci non tuti, non honeſti, anguſti temporis, feriarum, &c. *c. 47. X. de appellat.* Myſing. *C. 2. O. 93.* Gail. *l. 1. O. 52. num. 3.* Zanger *num. 10. Diſp. de feriis th. 39.* (5.) Si tertius poſt L. C. ſuperveniens interveniat principaliter, vid. *c. 2. ut lite pend. in 6to.* tunc poterit adhuc uti exceptionibus Dilatoriis, eaſque legitimo modo opponere. Zanger. *num. 12.* Gail. *l. 1. O. 71. num. 1.* Frider. *de proc. l. 3. c. 8. num. 15.* & Umm. *d. l.* ubi plura exempla. Stryck. *§ 2. h. t.*

Ob gravamen ſucceſſivum.

Si tardius ſupervenerint.

XLVI. III. Caſus exceptus eſt, quo etiam poſt ſententiam, ſicque executioni, & in quavis judicii parte, Dilatoriæ exceptiones opponi poſſunt. e. g. (1.) Si ſententia ſit nulla propter Judicis incompetentiam. *l. 5. C. ſi à non comp. Jud.* Zanger. *p. 3. c. 26. n. 63. 67. & ſeqq.* ſupra *ad tit. de re judic. §. 19.* Mev. *p. 3. dec. 13. n. 3.* Modo hæc ex anteactis non fuerit notoria, vel Reus eandem juſtis ex cauſis antea non potuerit opponere. Gylmann. *lib. 2. Deciſ. Cam. 13. num. 7. & 8.* cum Praxi quotidiana. (2.) Exceptio Excommunicationis majoris *c. 2 & 3. inf. c. 12. X. c. 1 in 6to. h. t.* Zanger. *p. 2. c. 8. n. 13.* (3.) Competentiæ, ut alimenta Reo ſalva relinquantur, etiam in ipſa executione opponi poteſt: *l. 17. §. 5. ff. ſoluto matr. l. 16. & ll. ſeqq. ff. de re jud.* item ob donatoris inopiam, in *l. 41. §. 5. ff. d. t.* Zanger *d. c. 20. & ſeqq.* Diſp. *de Benef. Compet. th. 46. in med.* vid. *§. 39. de Donat.* quo ſpectat Exceptio Impoſſibilitatis. in d. R. I. §. Wegen deß *modi 10.* (4.) Cedendarum actionum. *l. 41. §. 1. ff. de fidejuſſ.* Diſp. *de fidejuſſ. th. 27. inf.* Zanger *d. c. num. 110.* (5.) Pretii non ſoluti, aut Mercis non traditæ. *l. 13. 8. & l. 25. ff. de A. E. V.* Gail. *l. 2. O. 17. n. 8. & 12.* (6.) Falſi procuratoris. *l. 24. C. de procurat.* poſt alios, in Diſp. *de Procur. ſubſtit. c. §. 5.* (7.) Inventarii conficiendi & confecti. Zanger. *d. c. num. 104.* Diſp. *de Invent. hæred. th. 17.* Plura exempla vid. ap. Vulz. *d. l. num. 913.* Zanger *d. c. 26.* ubi tamen ſublim. *num. 113.* Niſi Judex (modo fuerit competens) dictas exceptiones in lite jamjam allegatas reprobaverit: aut earum in judicando non habuerit rationem: vel Reo terminum ad proponendas quaſcunque exceptiones præfixerit. Zanger. *d. c. num. 112. & ſeq.* Mevius, *p. 7. dec. 314. num. 5.* Brunnem. *in proceſſ. civili cap. 7. n. 24. & 28.*

3. Quod & poſt ſententiam admitt. ex. gr.

Sublimit.

XLVII. Quoad Exceptiones Peremptorias de Jure Civili diſting. eſt inter bonæ fidei & ſtricti juris judicia. In his ab initio ſtatim in ipſo jure, h. e. coram Prætore, litem conteſtari neceſſum erat, alias fruſtra objiciebantur; per *l. 8. & 9. C. h. t. l. 9. C. de præſcr. longi temp.* Ratio eſt quia in

Peremptoriæ. conteſtandæ de J. C. in Judicio ſtricti juris ab initio.

in ſtricti juris judiciis Judex tantum de eo judicare poteſt, quod in judicium per L. C. eſt deductum, *l. 18 ff. comm. divid.* id eſt, quod expreſſis verbis in judicio propoſitum eſt, cum Judex ad ipſas formulas in ſtricti juris judiciis adſtringatur. *l. 99. pr. ff de V. O.* Nec obſtat *l. 2 C. sent. reſcind. non poſſe.* ubi dicitur, peremptoriam omiſſam usque ad ſententiam opponi poſſe. Nam in *d. l. 2.* omiſſæ exceptiones dicuntur, non quæ non ſunt conteſtatæ, ſed quæ poſt Conteſtationem ad aliquod tempus quoad probationem & diſceptationem differuntur; & ſic *d. l.* loquitur non de ipſa conteſtatione; ſed de probatione exceptionum; & hæc interpretatio etiam probatur per *l. 8. C. h. t.* Vinnius, *in Comm. ad §. 10. I. h. t. num. 5* vid. Joh. Voët. *n. 5. h. t.*

Reſp. ad l. 2. C. sent. reſc. non poſſe.

XLVIII. In B.F. autem judiciis illa conteſtatio ab initio non requirebatur; ſed ſufficiebat quandocunque ante ſententiam objicere. *l. 4. C. h. t.* In his enim Judex ex bono & æquo aliquid adjudicare poteſt, quod expreſſis verbis in judicium deductum non eſt, Omne a. illud, quod alter alteri ex bono & æquo præſtare debet, in judicium deductum eſſe cenſetur, & ita accipienda eſt communis Juris regula Bonæ fidei judiciis exceptiones inſunt. *l. 3. ff. de reſcind. vend. l. 84. §. 5. ff. de leg. 1* Unde etiam opponi poſſunt non conteſtatæ. *l. 38. l. 5. ff. de H. P.* ubi Judex ex officio illarum rationem habere compellitur. Bocer. *cl. 6. Diſp. 12 th. 1 77. & ſqq.* ad Zang. *d. c. 26. num. 30. & ſeqq.* & Bach. *ad Tr. V. 2. D. 26. th. 5. lit. C.* Hæ autem exceptiones Peremptoriæ tam in b. f. quam ſtricti juris judic. usque ad ſententiam tractari poſſunt. *l. 4.* ibique Brunnemann. *n. 8. & l. 8. C. h. t.*

In b. f. judiciis quandocunque ante Sent.

Reg.

Tractantur usque ad ſententiam.

XLIX. Hodie tamen moribus noſtris illa conteſtatio plane neceſſaria non eſt; ſed hæ exceptiones tam in bonæ fidei, quam ſtricti juris judiciis in ipſo actu litis conteſtatæ, vel poſt eam opponuntur, non vero ante; *l. 4. l. 8. l. 9. C. h. t. l. 9. C. de præſcr. long. temp. c. 1. de lit. conteſt. in 6to.* usque ad concluſionem. *l. 10. §. 1. C. de fidej.* Vinn. *ſel. quæſt. l. 2. cap. 40.* Umm. *d. th. 9. n. 57.* Mev. *p. 4. d. 324. num. 8.* Berlich. *p. 1. concl. 18. num. 52* add. Ord. Cam. *p. 3. tit. 27. pr. & §. 1.* quia non agunt de judicio conſtituendo; ſed jam conſtituto finiendo, quodque ipſum principale reſpiciant negotium, quod ante L. C. diſputari vix commode poteſt. d. Diſp. *de Benef. Divis. th. 35.* Si autem quæ ante L. C. opponantur, usque poſt L. C. rejiciuntur; & hæc ita obſervantur in foro Wurtemb. *d. tit. 25. §. pen. & ult.* In foro Saxonico in ipſa Litis Conteſtatione opponendæ ſunt, nec omiſſæ poſtea Reum juvare poſſunt. Carpzovius *Jur. Feud. p. 1. C. 3. def. 13. ubi in fin. lim.* Joh. Voetius, *num. 5. h. t.* Sic in Camera Imperii juxta diſpoſitionem dict. Receſſ. Imp. Nov. omnes ſimul

Moribus hodiernis in & poſt L. C. oppon.

Non ante

Usque ad concluſ.

Ratio.

Quid in Cam. Imp?

ſimul in primo Termino, ſub Pœna Præcluſionis, litis Conteſtationi annectuntur. §. Es ſollen auch. 31 ſicut etiam in Cauſis Mandatorum, §. Belangend. 60. & §. Recht dieſem. 72 niſi terminum prorogatio fuerit impetrata. d. R. I. §. Wäre es dann. §. 32. add. Blum. d. t. 69. & ſeqq. Stryck. in uſu moderno. §. 6. h. t.

L. Sed à dicta Regula excipiuntur quædam Peremptoriæ, quæ etiam ante litem conteſtatam in vim Dilatoriarum, ad impediendum ſcilicet judicii ingreſſum, opponi poſſunt; quales ſunt Exceptiones, quæ vocantur Litis finitæ, ut exceptio Rei judicatæ, Jurisjurandi, Transactionis, c. 1. de lit. conteſt. in 6to. junct. l. 56. ff. de re jud. l. 2. l. 9. pr. ff. de jurej. l. 10. l. 16. C. de transact. Præſcriptionis. l. 1. §. 11. ff. ad SCt. Tertul. d. Diſp. de Reneſ. Dec. th. 33. Mev. p. 9. dec. 124. num. 2. Coch. prax. fori Germ. p. 3. pag. 304. laudo homologari Joh. Voetius n. 1. de except. rei judic. D. Harpprecht. Reſp. 23. n. 002. & ſeqq. Quoniam autem per ſententiam, jusjurandum, &c. lis jam finita, Judicis eſt officium eam potius dirimere, quam de novo reſuſcitare lites. l. 21. ff. de R. C. d. l. 10. & 16. Neceſſe tamen eſt, ut hujusmodi exceptiones litis ingreſſum impedientes ſint notoriæ, vel in continenti, i. e. ſine longis ambagibus, (vid. l. 1. §. 8. ff. ad L. Falc. Mev. p. 3. dec. 309. num. 8. Berlich. d. concl. 60. n. 21. Antonell. de temp. leg. l. 1. c. 11.) liquidæ fieri aut verificari queant, ex actis vel documentis, vel partis adverſæ confeſſione. Sin altiorem indaginem requirant, ſolent poſt litis conteſtationem reſervari, l. 3. §. 13. ff. ad exhib. hac formula: Daß Beklagter, der eingewandten Exceptionum ohngehindert, litem zu conteſtiren ſchuldig, doch ihme dero, nach ſolchem, ſich zu gebrauchen ohnbenommen. Gail. l. 1. O. 70. n. 13. Zanger. d. c. n. 27. Carpz. d. C. def. 10. & 13. Berlich. d. l. num. 20. Mev. p. 1. dec. 213. num. 2. p. 3. dec. 225. num. 3. & dec. 226. add. Blum. d. t. 69. num. 72. & 73. Diſſ. Stryck. introduct. ad prax. in for. cap. 16. §. 2. Reus vero, his exceptionibus ante L. C. oppoſitis, non petit, ut ab actione abſolvatur, quia abſolutio debet fieri per ſententiam, quæ ferri nequit, niſi actione per L. C. in Judicium deducta; ſed tantum, ne ipſe cogatur, ad actionem reſpondere. Daß Beklagter auf erhobene Klage ſich einzulaſſen, und den Krieg Rechtens zu beveſtigen, nicht ſchuldig ſeye. Carpzov. d. def. 13. in f. add. def. ſeq. 16. Et hoc non tantum ad nominatas reſtringitur; ſed hodie in omnibus Peremptoriis obſervatur propter identitatem rationis, ut, ſi in continenti probandæ ante L. C. opponi queant. Abſurdum enim foret ad L. C. Actorem vel remittere, vel Reum compellere, ſi conſtet, vel ſtatim probari poſſit, actionem iniquam eſſe. Weſemb. h. t. num. 7. Vultejus, d. c. num. 200. Carpzovius, d. def.

Quæ ſint litis finitæ.

modo ſint notoriæ, vel mox liquidandæ.

Quid Reus tunc petat?

Hodie omnes Peremptoriæ ante L. C. opponi.

d. def. 15. num. 2 Mev. *p. 1. dec. 215. num. 1. & d. dec. 225. num. 2. Diſp. de Confeſſ. th. 39.* Schwanm. *proc. Cam. l. 1. cap. 30. n. 6. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno § 7. h. t.* In Ducatu Wurt. nunquam ante L. C. admittuntur, licet in continenti probari poſſint. J. P. W. *d. 1. 23. § pen.* ibique B. Parens, *th. 50. in f.* addit rationem.

Allud de J. Wirtemb.

LI. Porro à prædicta Regula excipiuntur quædam Exceptiones Peremptoriæ, quæ etiam poſt ſententiam opponi poſſunt. Gail. *l. 1. O. 113. num. 6. e. gr.* (1.) Si appellatio interpoſita ſit, quæ in prima inſtantia omiſſa, in ulteriori poteſt opponi. *l. 2. C. ſent. reſcind. non poſſe l. 4. l. 8. C. h. t.* Umm. *d. th. num. 39.* Mev. *p. 3. dec. 416.* Würtemb. Hofger. Ordn. *p. 3. t. 5. § f. & t. 21. § 4.* Appellatio ſiquidem ſuſpendit judicatum, & reponit cauſam in eum ſtatum, quo fuit ante ſententiam tempore litis conteſtatæ. *l. 1. § f. ff. ad SCtum Turp.* Diſp. *de Beneſ.* Drueſ. *th. 50.* (2.) Item ſi reſtitutio in integrum locum habeat. *d. l. 2. l. 36. ff. de minor. 25. annor.* Umm. *d. l.* (3.) SCti Macedoniani & Vellejani ex ſpeciali privilegio. *l. ff. de SCto Maced.* (4.) Milites exceptionem ignorantiæ juris omiſſam poſt ſententiam ex Privilegio opponunt. *L. 1. C. de jur. & fact. ignor.* (5.) Si non ſententiæ, ſed ipſi executioni opponantur; cujusmodi LV. refert Berlich. *p. 1. concl. 84.* & Carpzov *L. 2. Reſp. 1. & 2.* (6.) Omnes illæ, quæ judicium retro reddunt nullum, & ſententiam non valuiſſe oſtendunt, ſententiæ opponi poſſunt, etiam contra tres conformes ſententias, Blum. *d. t. 69. n. 39.* Zanger. *d. c. 26. n. 88.* De his & aliis ſimilibus exceptionibus vid. Umm. *d. n. 39. per tot.* Rosbach. *d. tr. tit. 43. num. 25. & ſeqq.* Bachov. *d. Diſp. th. 7. lit. E. F. G. H.* Caroccius, *ſpec. tr. de remediis contra ſentent.* Coler. *de Proc. Execut. p. 4. c. 1.* Schwanman. *c. 62.* Joh. Voet. *num. 27.* & D. Brunnem. *in proceſſ. Civil. cap. 16. n. 4.* Struv. *Exerc. 46. th. 9.* ibique Mullerus.

Quædam poſt ſententiam, ex. gr.

LII. II. Reus has ſuas Exceptiones non tantum allegare & opponere; ſed etiam probare tenetur; *Actoris* enim partibus quoad probationem in exceptionibus fungitur; *l. 1. ff. h. t. l. 19. pr. ff. de prob.* & ſicuti Actor ſuam intentionem in actione fundat, ita Reus ſuam in exceptione probare debet. *l. 9. C. h. t. l. 9. l. 19. pr. § 2. l. 25. § 2. ff. de probat.* Sic etiam reus, licet impropriè *Actor* dici ſolet, ſi, nulla *Actoris* impulſione, ſponte officium Judicis competentis imploret, ut audita utraque parte pronunciet, ex exceptionem in judicium deductam competere, & declaret, ſe ab actione, quæ *Actori* in eum competierat, liberatum eſſe. Plurimas autem Exceptiones per Remedium L. ſi contendat 28. ff. de fideicomm. in judicium deduci poſſe communis ſententia obtinet. Zanger. *d. c. 26. num. 192. & ſeqq.* jungi meretur B. Dn. Parentis *Commentatio ad d. l. 28.*

II. 1. exhibet in probatione.

An Exceptio alicui competens Principaliter poſſit deduci in judicium?

LIII.

LIII. Exceptiones Dilatorias quod attinet, regulariter ante L. C. non tantum opponi, ſed etiam probari debent; *l. 9. l. ult. C. h. t.* cum ſint propter judicium declinandum. Sin Dilatoria non proceſſui, ſed liti opponatur, & merita cauſæ reſpiciat, tunc Reus exceptionem ſuam probare non tenetur, niſi Actor ſuam aſſeverationem probaverit, *l. 19. C. de probat.* quod Actor poſt L. C. præſtare debet, ideoque & Rei Probatio eo rejicitur, Zanger *d. c. num. 47. & ſeqq.* & ita accipienda eſt *L. 19. C. de probat.* citra correctionem, ut cum Donello putat Zanger. *num. 45.* pro *dilatoriam* legens *peremptoriam*. Hahn. *ad 11. h. t. N.* X. Bachov. *d. Diſp. th. 6. Lit. B* Umm. *d. D. 8. th. 10. num. 63.* Hodiè, cùm in primo termino ſimul in principali cauſa ſit procedendum, etiam cum litis conteſtatione Dilatoriæ tractantur, exceptis Dilatoriis, quæ ante L. C. probandæ ſunt dict. R. I. *§. 31. & 34.* Stryck. *in uſu moderno §. 3. cum ſeqq. h. t. & diſſ. de eventuali litis conteſt.* Peremptoriæ poſt L. C. probandæ veniunt. Um. *d. th. n. 65.* & per ea, quæ *præc. § 49.* niſi ſint litis finitæ *præc. §. 50.*

Dilatoriæ quando probandæ?

Explic. l. 19. C. de prob.

LIV. Dicitur equidem, quod Excipiens Actoris intentionem fateri videatur; ſed tres diſtinguendi ſunt caſus. Primus eſt. An Reus intentionem Actoris, utpote fundatam credens confiteatur, ſed certâ exceptione ſe munitum adſeveret. e. gr. Ich muß es zwar geſtehen, daß ich von Klägern vor einem Jahr 100. Rthlr. entlehnet empfangen; aber daneben iſt auch gewiß, daß ein *Pactum de non petendo* aufgerichtet, tunc Reus exceptionem objectam ſtatim probare debet, quia per ejus confeſſionem ultroneam Actoris intentio ſatis fundata & probata videtur. *l. 9. C. h. t.* Maſcard. *de probat. Vol. 3. concl. 680.* add. ſupra. *ad tit. de confeſſ. § 26. & 28 de compenſat.*

Quando Reus except. probet? diſt. 1. Si Actoris intentionem credat.

LV. Secundus eſt: Si intentionem Actoris neget, in eventum tamen Exceptionem, qui prætenſa obligatio vel actio remiſſa, ſubjiciat; tunc Actor prius intentionem ſuam probare tenetur, quo facto Reus demum ſuam etiam probare debet exceptionem. *d. l. 9.* Si tamen confidit, (ſed vid. *§. 41. in fin.*) Actorem minime probaturum, ſimpliciter negare tutius eſt, quia Reus nullâ defenſione opus habet. *d. l. 9. pr.* junct. *l. 4. in f. C. de edendo.* Zanger. *d. c. n. 108.* Verum, ſi Reus malam cauſam ſcienter fovens per ſubtilitates Juris Civilis ſe liberatum intendat, ſciat, ad ea in foro animæ non reſpici; ſed ad id, quod reverà geſtum eſt. add. *§. 5. I. h. t.* Frank. *l. 2 Reſp. 19.*

2. An neget, & Except. in eventum ſubjiciat?

LVI. Tertius Caſus eſt, ſi Reus intentionem Actoris neque affirmet, neque neget, ſed ſimpliciter opponat exceptionem: e. gr. *Pactum Debitum mihi remiſſum: Jam ſuum conſecutus eſt. Solvi Debitum.* Primo intuitu dicendum videtur, quòd Reus hoc in caſu, licèt non expreſsè, tacitè tamen Actoris intentionem confiteri videatur, & per conſequens Actor liberetur ab onere probandi,

3. An Except. ſimpliciter prolata ſolvatur in confeſſionem? Rat. Dubit.

 qua

qui enim dicit, ſe ſolviſſe, vel Pactum de non petendo interveniſſe, debitum adfuiſſe fateri, & per Privationem habitum præextitiſſe aſſerere videtur, ſicuti defendit Donellus, per *l. 12. ff. de probat. ſtrict. in fin.* Sed præſuppoſito Exceptiones intelligi (1.) quæ cauſæ merita reſpiciunt, ſive Dilatoriæ ſint, ſive Peremptoriæ, quæ enim Proceſſum reſpiciunt, de J. C. ſtatim probari debent. *prac. §. 55.* (2.) Quibus non ſimpliciter Actoris intentio negatur, ſed in quibus ſimul continetur facti alicujus affirmatio. *d. l. 9. pr. C. h. t.*) contraria ſententia verior eſt, quod Actor primo omnium ſuam intentionem, & poſtea demum Reus ſuas exceptiones probare atque docere debeat, idque per *l. 9. ff. l. 9. in f. C. eod.* add. *l. 9. C. de O. & A.* & per *c. 6. in med. & c. 65. de R. I. in 6to.* Cùm enim dicit ſe ſolviſſe, aut Pactum de non petendo interveniſſe, non ſtatim confitetur, ſed debitorem fuiſſe, cùm ſæpe indebitum ſolvatur, *L. 25. ff. de probat.* Neque dicta Exceptio pura & ſimplex eſt, ſed qualificata. vid. ſupra *ad tit. de confeſſ. §. 28. & §. 21. de judic.* Reus, ſecundum Juris Interpretationem, ſuas exceptiones opponit ad elidendam Actoris intentionem, ergo juxta ipſius mentem ſemper accipiatur, per *l. 19. ff. pr. de R. C.* ſcil. ſub conditione, *ſi Actor probaverit*, Mev. *p. 1. dec. 120.* Trentac. *Reſ. l. 2. tit. de except. reſ. 2. n. 1.* Maſcard. *concl. 13. n. 11.* & *concl. 37. n. 4.* Mev. *p. 4. dec. 159.* Dn. à Lyncker. *de Praeſcript. publ. praeſcr. 1. n. 2. & 3.* Sande, *ad l. 41. ff. de R. I.* proque hac ſententia facit argumentum deductum ex *L. 37. ff. fam. erciſc.* quod familiæ erciſcundæ judicio agens adverſarium cohæredem eſſe non confiteatur, cum tamen alias hoc judicium inter cohæredes tantum detur. Nec obſt. *d. l. 1.* ubi Actoris Intentio aliunde fundata præſumitur. Hancque, ceu communem ſententiam, poſt multos alios, probant Ummius, *d. th. num. 72.* Pacianus, *de probat. l. 1. cap. 22. n. 6. & 15.* Franzkius, *d. l. Reſol. 18.* ubi late Donello ſatisfacit. B. Dn. Parens in *Diſp. de Confeſſ. th. 59.* Mevius *p. 7. dec. 128.* Joh. Voet. *n. 1. de Confeſſ.*

Rat. Decid.

Non opponitur non ad eſ factum confitendi.

Sed contradicendi.

Obj.

Reſp.

Si ſub conditione excipiat?

Si promiſſio ſub conditione facta.

LVII. Sed ſi Reus exceptionem ſub conditione opponat hoc modo: *Si mutuum accepi, illud ſolvi*, nihil confitetur, quia conditio nihil ponit in eſſe, *l. 1. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.* Franzk. *d. l. n. 39.* Sin Reus Promiſſionem quidem, ſed conditionaliter factam eſſe aſſerat, e. gr. Si Cajus confiteatur, ſe promiſiſſe id, quod petitur, ſed ſub ſtatim adjectâ conditione, *ſi Capitolium aſcenderet*, quia hæc confeſſio eſt qualificata, & capitula ſunt connexa, Reus eo ipſo negat actionem natam, vel ſe eſſe obligatum, donec conditio extiterit, vel Actor Promiſſionem purè factam eſſe probaverit. Aliud vero eſt, ſi confeſſio contineat capitula ſeparata: Brunnem. *ad l. 9. C. h. t. n. 10.* Item, ſi contra confitentem reſt-

qui

tet præſumptio arg. *l. 1. Cod. l. Corn. de Sicar. l. 3. C. de major.* De hac quæſt. vid. Franzk. *d. l. 2. Reſol. 20* & poſt alios, Zanger. *d. c. 16. n. 174 & ſeq.* Schwanmann. *d. l. 1. c. 55. n. 8. l.. Diſſ. de Conſcr. th. 55.*

LVIII. Quomodo autem & quando hoc tertio in caſu Reus ſuas exceptiones probare debeat, quæritur. An factis & publicatis demum Inſtrumentis aut Atteſtatis Actoris, an ſimul cum Actore in uno termino? Poſterius quidam affirmant propter Auth. *At qui ſemel. C. de probat.* & *c. 2. Clem. de teſtib.* ne Reus poſt didicita teſtificata à parte Actoris facta teſtes ſubornet. Sed de Jure verior eſt ſententia, quod Reus tunc demum ſuas docere debeat exceptiones, ſi ex teſtimoniis Actoris jam conſtet, fundatam & probatam eſſe ejus intentionem, quod ante teſtimoniorum publicationem fieri non poteſt, & fruſtra probationem ſuſcepturus eſſet Reus. Umm. *th. 10 n. 64.* & Franzk. *d. l. 2. Reſ. 21.* ubi dictæ Authenticæ ſenſum notat ex *Nov. 90. c. 4.* unde deſumpta, quod ille, qui ſemel vel iterum teſtes produxit, poſt teſtificata didicita alios producere non poſſit. add. Wurmſer. *l. 1. tit. 17 de probat. O. 1.* Reus autem hoc noſtro caſu nullos adhuc teſtes produxit. Ergo illos producere, & ſic exceptiones ſuas probare, etiam poſt publicata Actoris teſtimonia per dict. Auth. non prohibetur. Hoc tamen notandum, an Rei Exceptiones inſtitutæ actioni directo ſint contrariæ. vid. Blum. *d. t. 64 n. 74.* In Camera quid circa probationem obtineat, ex præced. patet. add. Schwanm. *d. l. c. 55 & ſeqq.*

Exceptiones an ſimul cum Actore probare debeat? Rat. Dubit. Rat. Decid.

LIX. Si ergo Actor in intentione probanda defecerit, Reus Excipiens, utut nihil præſtans, à Judice abſolvitur. *l. 4. C. de edendo. C. ſ. 2. de jurej.* Multo magis, ſi, intentione Actoris eliſa, propoſitas exceptiones probaverit. *c. 7. X. h. t.* Sin Judex eas, non equidem frivolas, ſimpliciter rejecerit, quia ſine gravamine fieri vix poteſt, cum ſit defenſionis ſpecies, locum habebit Appellatio. Mev. *p. 7. dec. 214.*

Actore in prob. deficiente Reus nil probans abſolvitur. A rejectione Except. appellatur.

LX. Contraria ſunt Renunciatio, quæ non generalibus verbis concepta; Carpz. *J. F. p. 1. c. 17. def. 1.* ſed ſi ſpecialiter cauſæ Exceptionum expreſſæ ſint; *l. 4. § 4. ff. ſi quis caut. in jud.* Zanger. *d. c. 16. n. 219.* & Jus publicum, i. e. quod publice utile eſt, unde non mutetur. *l. 38. ff. de pact.* add. Dn. Stryck. *de Caut. Contr. Sect. 1. c. 3. § 19. usque ad fin.* Præſcriptio non officit; per regulam ex *L. 5. §. 5. ff. de doli mali except.* niſi talis ſit exceptio, quæ per modum actionis, vel implorationem officii Judicis proponi poteſt. Hahn. *d. l. num. 12.*

Contraria Renunciatio ſpecialis. An Præſcriptio?

LXI. Exceptioni etiam contraria dicitur Replicatio. Sicut enim Actiones exceptionibus, ita exceptiones Replicationibus excluduntur; & ſicut iniqua Actoris actio non debet nocere Reo, ita nec Rei iniqua exceptio obeſſe debet

Replicatio.

Quid ſit? bet Actori. *l. 2. §. 1. & 2. ff. h. t. pr. I. de replic.* Replicatio nihil eſt aliud, quam exceptionis excluſio; ſeu jus Actori ad excludendas Rei exceptiones ſummo jure fundatas competens. *d. l. l. 17. l. 10. C. eod.* e. gr. Titio agenti contra Sejam ex fidejuſſione opponitur exceptio SCti Vellejani, quæ ſummo jure fundata eſt Brunnem. *in Proceſſ. Civil. c. 7. n. 32.* Sed ſi SCto renunciatum eſſe probetur, poteſt illa exceptio Replicatione renunciationis depelli atque reſolvi. *diſt. pr.* Hæc Replicatio in lata ſignificatione etiam dicitur Exceptio, hoc vocabulo pro quacunque defenſione ſumto; etiam quæ à parte actoris venit. *d. l. 2. §. 1.* Unde etiam in *l. 22. §. 1. ff. eod.* Contraria exceptio, quaſi exceptionis exceptio dicitur.

Duplicatio quid? LXII. Cum autem ſæpe etiam Replicatio contra Reum quæ prima facie juſta eſt, inique noceat, ideoque ad eam excludendam Reo datur Duplicatio, quæ nihil aliud eſt, quam Replicationis excluſio, ſive Reo ad excludendam Actoris replicationem ſummo jure fundatam competens. e. gr. Si Rea quidem renunciaverit SCto, ſed non certiorata. *§. 1. I. de replic. l. 2. §. 3 ff. h. t.* Et quamvis rurſus ea prima facie juſta videatur, ſed propter aliquam cauſam Actori inique noceat, huic datur Triplicatio ad Replicationem ſuam muniendam. *d. l. 2. §. 3.* & *§ 2 I. de Replic.* e. gr. Si Rea ſimul juraverit. vid. ſupra *ad SCtum Vellej. §. 20. & 21.* Et deinceps multiplicantur nomina, dum aut Reus, aut Actor objicit. *§. 3. I. d. t. l. 2. §. 3.* Struv. *Exerc. 46. th. 15.* ibique Müller. Joh. Voët. *n. 10. h. t.*

Triplicatio.

Multiplicatio hodie non eſt libera. LXIII. Ne tamen lites in infinitum excreſcant, Judex ſæpe ulteriores progreſſus prohibere ſolet; per Auth. *Jubemus. C. de judic.* & moribus noſtris in omnibus benè conſtitutis Judiciis certus terminus præfixus eſſe ſolet, quem partes excedere non debent. Sic in Camera Imperiali in Dilatoriis ultra Duplicam, in Peremptoriis ultra Triplicam procedere non licet; Ord. Cam. *p. 3. t. 26. §.* Wo aber. & *tit. 19. §.* Wo aber. ultra tamen hunc modum Judex ſuo arbitrio proceſſus admittere poteſt. *d. p. 3. tit. 18.* Add. d. R. I. *§.* Und demnach. *50.* & *§.* Auf den Gegenſatz. *71. & ſeqq.* Gem. Beſch *d. 13. Dec. 1659. §. 4.* ibi: Die Schrifftwechſelung aber *in Cauſis Mandatorum* (*S. C.* Gem. Beſch. *d. 9 Jan. 1660.*) nicht uber die *Replicas* Und in andern Sachen nicht über die *Duplicas incluſive* (es wäre dann, daß der Richter weitere Handlung nöthig befinden, und *per Interlocutoriam* aufferlegen würde) *extendirt*; ſondern in ſolchen, *utrinque* alle Nothdurfft eingebracht: Und darauf *ſubmittirt*. vid. Joh. Voëtius *n. 10. h. t.* In foro Saxonico non ultra Quadruplicam procedere licet, unde communiter citationibus adjici ſolet: *Ut partes compareant, &* *per*

In Camera Imp.

In Foro Sax.

per tria producta jura ſua proferant atque concludant. Carpz. *d. p. 1. C. 1. def. 7.* In Duc. Würt. regulariter non ultra Duplicam: Landr. *4. tit. 25. §.* Es ſollen oder. In Judicio tamen Appellatorio in except. contra formal. usque ad Triplicam incluſive proceditur. Hofger. Ordn. *p. 3. tit. 21. §. 3.* Würt.

TIT. II.
DE EXCEPTIONE REI JUDICATÆ.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 13. §. 5.* Cod. *Lib. 7. Tit. 56. & 60. & Lib. 8. Tit. 36. l. 2.*

§. I.

COnſideratis Exceptionibus in genere, & explicato earum Uſu, nunc progreſſum facimus ad quaſdam Species. Illa, de qua in h. t. agitur, vocatur Exceptio Rei Judicatæ. Nomen ſuum accepit à Cauſa Efficiente, quæ eſt Res judicata, ex qua oritur, de qua vid. ſupra *ad tit. de Re jud. §. 2. & 3.* Probabili enim ratione placuit, ut ſingulis controverſiis ſingulæ actiones, unusque judicati finis ſufficiat; ne aliter modus litium multiplicatus ſummam atque inexplicabilem faciat difficultatem, maxime, ſi diverſa pronunciarentur, unde Exceptio Rei judicatæ orta eſt. *l. 6. ff. h. t.* Continuation. Seq. Exceptionum ſpecies, Exceptio Rei judicatæ,

II. Exceptio Rei Judicatæ eſt exceptio Reo, in judicio per ſententiam abſoluto, contra priorem Actorem, & ejus Succeſſores, de eadem re, ex eadem cauſa, denuo agentes competens *l. 3. l. 12. l. 13. l. 14. ff. h. t.* Rat. nominis dicitur Nominata. Ratione Cauſæ Effic. Rem. Prætoria. Rat. Subjecti Realis; non enim perſonæ tantum, ſed & rei cohæret. *l. 9. §. f. l. 21. §. f. ff. h. t. l. 7. §. 1. ff. de except.* Ratione Adjuncti, temporis ſcilicet & durationis, eſt Perpetua. *l. 3. ff. §. 5. I. de except.* Hæcque Exceptio non eſt intentionis, ſeu facti; ſed actionis, ſive juris; h. e. proprie ſic dicta exceptio; Sententia enim, qua quis abſolvitur, non tollit ipſo jure priorem obligationem. Sic Reo e. gr. in R. V. per errorem abſoluto, quia ſententia non eſt modus dominium transferendi, idcirco Actori illud ſalvum manet, & per conſequens etiam actio. Frommann. *Diſſ. de vera tradit. th. 12.* Judex enim non ideo ſententiam fert, ut obligationem tollat, ne quidem naturalem; *l. 60. ff. de cond. indeb.* ſed ut, quod ſibi æquum videtur, pronunciet. *§. 5. I. de except.* (ubi vocabulum obligationis late accipitur, ita, ut etiam actiones comprehendat reales, unde & nonnulli pro voce obligationis vocabulum actionis ſubſtituunt) Vinn. Pichard. & Dd. communiter *add. §. 5.* Joh. Voët. *n. 2. h. t.* add. ſupra *ad tit. de re jud.* Nec obſt. quod fiat quædam novatio, *l. f. pr. C. de uſur. rei jud.* nam potius nova obligatio priori adjicitur, quæ propterea non eſt ſublata. Nec *l. 60.* Ejus Definitio. Qualitas. An tollat priorem obligationem? Obj. Reſp. Obj. Reſp.

ff. de R. I. ubi deſinit eſſe debitor, i. e. exceptione tutus amplius cum effectu non poteſt conveniri.

Cauſ. Effic. III. Cauſa Efficiens eſt res judicata, ſeu res, quæ Judicis ſententia abſolutoria finem accepit, ſicque ratione Cauſæ Efficientis requiritur (1.) Sententia Judicis, (2.) Abſolutoria; ex Condemnatoria enim datur Actori Actio judicati contra Reum. (3.) Ut Controverſia hac ſententia ſit finita. Hinc, ſi non tranſierit in rem judicatam, ſed Appellatio, Leuteratio, vel aliud Remedium ſuſpenſivum ſit interpoſitum, hæc Exceptio locum non habet. *l. 42. ff. de minor. l. 32. C. de tranſact. c. 7. de appell. in 6to.* Cæterum non refert, ſententia illa æqua vel iniqua ſit, modo in rem judicatam tranſierit. Faber in *C. l. 7. t. 19. def. 14.* Joh. Voet. *num. 1. h. t.* Nam poſt ſententiam ſemel latam non amplius quæritur, an æque, vel inique, ſed tantum an judicatum ſit? idque propter auctoritatem rerum judicatarum, *l. 1. §. 4. ff. de lib. exhib. l. 56. ff. de re jud. l. 207. ff. de R. I.* & ne lites immortales fiant, per illasque Reſpublica lædatur, quia valde iniquum foret de una eademque cauſa ſæpius litigare, ideo Reo per judicis ſententiam abſoluto hæc Exceptio conceſſa eſt, ut Actorem priorem Actionem denuo intentantem depellere queat. *d. l. 6. h. t.* Si tamen ſententia ſit ipſo jure nulla, ex gr. Si falſus procurator actionem in judicium deduxerit, Judex incompetens pronunciaverit, etiamſi Reus abſolutus ſit, hæc exceptio locum non habet, quod enim ipſo jure nullum eſt, nullum etiam poteſt producere effectum. *l. 25. §. 5. ff. h. t. l. 1. C. quib. res jud. non noc. l. 24. C. de procur.*

Req. ut res per ſentent. abſolutoriam ſit finita.

Modo non ſuſpenſa.

Licet ſententia iniqua.

C. Imp.

Limit. Si ſententia ipſo jure nulla.

IV. Subjectum ſunt eædem perſonæ, inter quas antea quæſtio agitata & judicata vult revocari. *l. 3. l. 7. §. 4. l. 14. pr. l. 27. ff. h. t. l. 2. C. de exc.* Datur itaque proprie loquendo Reo in Judicio abſoluto; Condemnato vero ei non datur hæc exceptio, ſed adverſus eum conceditur Judicati actio. *l. 16. ff. h. t. l. 10. ff. eod.* Dn. Voet. *h. t. § 1.* Zanger *de except. p. 3. c. 17. n. 3.* vid. tamen *n. 69.* Eædem autem perſonæ cenſentur, non tantum, quæ principaliter in lite fuerunt, ſive ipſæ, ſive earum nomine alius etiam procurator aut defenſor litem ſuſceperit, *l. 4. l. 11. §. 7. ff. eod.* ſed etiam, quæ in ſurrogatæ ſunt. Sic datur Patri, pro cujus filio judicatum eſt, ſi exinde conveniatur. *d. l. 11. §. 8.* Item omnibus aliis, qui in locum Rei abſoluti ſucceſſerunt; ſive ſint univerſales, ut defunctus & hæres, *l. 59. ff. de R. I.* ſive ſingulares. Sic tranſit hæc exceptio à perſona auctoris ad emptorem, ſed non retro. *l. 9. §. 5. l. 11. §. 9. ff. h. t. l. 28. C. de evict.* Item, Creditore de proprietate pignoris convento & abſoluto, prodeſt debitori, & contra, *d. l. 11. §. 5.* Carpzov. *l. 2. Reſp. 100.* Zanger *n. 100.* & non tantum principalibus, ſed & acceſſoriis perſonis, ſic ſi pro debitore ſententia lata ſit, ejus etiam competit Fidejuſſoribus, *l. 21. §. 5. ff. h. t.*

Datur Reo abſoluto,

etiam ſint per alium acta.

Omnibus ejus Succeſſoribus.

& Fidejuſſoribus.

h. t. & aliis commodum inde expectantibus, quia non eſt perſonalis, ſed realis. Zanger. *num. 105.* add. Stryck. *in uſu moderno* §. *1.* & Joh. Voet. *n. 5. h. t.* Struv. *Exerc. 46. th. 22.* ibique Mullerus.

Adverſus priorem Actorem; Licet res per alium deducta. Niſi principalis ſit abſens. Aliud eſt, ſi litem ſciat, & agi patiatur,

V. Datur adverſus priorem Actorem, ſive ipſe per ſe, ſive per alium rem in judicium deduxerit: v. gr. per tutorem, curatorem, procuratorem, ut ſententiæ contra hos latæ præjudicent pupillo, &c. non vice verſa: *l. 4. l. 11. §. 7. ff. h. t.* modo Procurator non fuerit falſus, tunc enim nulla contra Principalem poteſt competere exceptio. per *d. L. in prac. §. 3. in fin.* Hinc conjuncta perſona pro alia conjuncta abſente agens admittitur quidem ſine Mandato cum Cautione de *rato*; ſed ſententia non tranſit in rem judicatam quoad abſentem. *l. 1.* ibi Brunnem. *C. quib. res jud. non noc.* Zanger. *n. 93.* Si tamen tertius ſciat litem, deque ejus jure agatur, & ab alio cauſam agi patiatur, tunc ipſi omnino præjudicat; ut, ſi Creditor experiri paſſus eſt debitorem de proprietate pignoris: Maritus Socerum de proprietate rei in dotem datæ. poſt multos, Brunnem. *ad l. 2. C. d. t. & ad l. 56. ff. de re jud.* Nec tantum datur contra ipſum Actorem; ſed etiam contra ejus Succeſſores, tam univerſales, quam ſingulares. *l. 28. ff. h. t. l. 3. §. 5. ff. de pignor.*

Et contra Succeſſores.

Non contra extraneum, per Reg. Res inter alios acta non præj. Limit.

VI. Contra tertium autem plane extraneam perſonam non datur; Nam Res inter alios acta vel judicata aliis non præjudicat. *l. 1. ff. h. t. l. 63. ff. de re jud. t. t. C. inter al. acta.* & ibi Tiraq *tom. 5. p. 93. & ſeqq.* dictam regulam varie declarat & limitat v. gr. In cauſa Ingenuitatis vel Status, ut, ſi unus nobilis declaratus, faciat jus inter omnes etiam non vocatos. *l. 29. pr. ff. h. t. l. 25. ff. de ſtat. hom.* Item in cauſis individuis. Item, ſi jus ejus, qui non egit, pendeat à jure ejus, qui egit, poſt citt. ſupra *ad tit. de re jud.* §. *12.* Carpz. *J. F. p. 1. C. 26. def. 16. & 17.* & *l. 2 Reſp. 104.* & *Proc. t. 4. art 4. n. 6. & ſeqq.* Fab. *in C. d. t. 19. def. 4. & 7.* Zanger. *n. 88. & ſeqq.* Cæterum, ſi unus ex legatariis petat legatum ſibi teſtamento relictum; ſed teſtamentum dicatur ruptum, vel irritum, hoc non nocet cæteris legatariis, *l. 1. ff. h. t.* quia non de teſtamento principaliter; ſed de legato actum. Item, ſi cum uno herede Depoſiti actum ſit, tamen & cum cæteris agi poterit. *l. 22. ff. eod.*

Objectum ſunt actiones denuo inſtitutæ. Req. 1. de eadem re. Licet quantitas vel qualitas mutata.

VII. Objectum ſunt Actiones de eadem re, ex eadem cauſa, denuo inſtitutæ. Joh Voet. *n. 5. h. t.* Toties autem eadem res agitur, quoties apud Judicem poſteriorem id quæritur, quod apud priorem quæſitum eſt. *l. 7. pr. ff. h. t.* Et ſic ratione Objecti requiritur: (1.) Ut actio de eadem re, h. e. eodem corpore, jure, vel quantitate inſtituatur. *l. 12. 13. & 14 pr. l. 18 ff. h. t.* late *C. J. A. n. 4. cum ſeqq. h. t.* Etiamſi corporis quantitas vel qualitas adjectione vel diminutione mutata ſit. *d. l. 14 pr.* Hinc, ſi quis in pri-

mo judicio totum, ex. gr. hæreditatem petiiſſet, licet in ſecundo tantum pars petatur, locum tamen habet hæc exceptio; quodcunque enim de toto dicitur, dicitur etiam de parte. *l. 3. l. 7. pr. ff. h. t.* junct. *l. 76. pr. ff. de R. V.* Struv. *Exerc. 46. th. 18.* ibique Mullerus. Nec intereſt, utrum in corpore hoc quæratur, an in quantitate, vel in jure, ſecundum varia exempla, quæ recenſentur in *d. l. 7. pr. §. 1. 4. & 5. l. 21. §. 1. 2. & 3. l. 26. ff. h. t.* Si vero res diverſa petatur, ceſſat hæc exceptio. Hinc, ſi Reus poſſeſſor in Interdicto Unde vi fuerit abſolutus, & poſtmodum rem ipſam petat Actor R. V. opponere hanc exceptionem non poteſt, quia in priori judicio de poſſeſſione, in poſteriori de proprietate, & ſic de diverſis rebus actum eſt, unde Regula: Ex judicio poſſeſſorio non datur hæc Exceptio in judicio petitorio. *d. l. 14. §. f.* Item, ſi quis ante ædificium petierit, poſtea verò tigna ſeparata. per rationem in *d. l. 7. §. 2. in f.* add. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 101 & ſeqq.* Non ergo obſt. *d. l. 7. pr.* nam tignum ædibus adhuc junctum pars ædium intelligitur. Item, ſi partus, vel uſuræ, vel fructus non ut acceſſio, vel ut pars, ſed tanquam in ſe ſpectata ſpeciali actione petantur. *d. l. 7. § 3* add. *l. 22. ff. eod. l. 1. l. 5. C. de uſur.* Alias per Regulam ex *d. l. 7.* Sententia abſolutoria lata in principali parit exceptionem in acceſſoriis. vid. late Zanger. *n. 27. & ſeqq.* Struv. *Exerc. 46. th. 19.* ibique Mullerus.

Excluditur ergo in diverſa.

Reg.

Reg. 2. Ex eadem cauſa, civili, hoc criminali.

VIII. (2.) Ratione Objecti requiritur, ut eadem res ex eadem cauſa petatur, *L. 13. l. 14. pr. l. 27. ff. h. t.* quæ proin dicitur origo petitionis, *l. 11. §. 4. ff. eod.* & cauſa proxima actionis. *d. l. 27.* Nec refert, Cauſa ſit civilis, num criminalis. v. gr. Si quis in uno loco ex capite probatæ innocentiæ abſolutus, ſuper eadem cauſa alibi denuo conveniri velit. arg. *l. 25. ff. de ſtat. hom. l. 7. §. 2. ff. de accuſ. c. 2. de except. in 6to.* Struv. *S. J. C. Ex. 46. th. 20.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.* Brunnem. *ad l. 5. C. quib. res jud. n. 4.* modo prior Judex fuerit competens. Menoch. *A. J. Q. l. 2. Caſ. 439.* Sic, ſi quis adulterium in urbe & extra urbem admiſerit, & à Magiſtratu unius loci condigna pœna affectus ſit, non poterit à Magiſtratu alterius loci denuo puniri. J. O. Tabor. *Ration. crim. 1. n. 73. & ſeqq.* D. Harppr. *C. 49. n. 45. & ſeqq. ubi limitat.* Cauſa autem ſeu quæſtio eadem revocari dicitur, cum in poſteriori judicio illud diſceptandum venitur, quod in primo judicio per ſententiam jamjam finitum, & eodem articulo diſcuſſo determinatum eſt. *L. 7. §. 3. & 4. l. 11. § 4. & 5. h. t.* Mevius, *part. 3. dec. 116. & dec. 307*

Quæ dicatur eadem cauſa?

Licet alia agatur actione. Modo cauſa

IX. Nec refert, licet alia agitur actione; Eadem namque res diverſa peti poteſt actione, *l. 5. l. 25. §. 1. ff. h. t.* ſicut & fieri poteſt, ut eadem inſtituatur actio, & tamen diverſa ſit petendi cauſa. *l. 5. pr. l. 11. §. 4. l. 27.*

l. 17. l. 18. l. 25. §. 1. ff. h. t. Zanger. *d. c. num. 67. & ſeq.* Frommann. *differ. inter act. reales & perſonales th. 20.* Si ergo quis fundum Tuſculanum, tanquam à Titio emptum, in primo judicio vindicaret, & Reus abſolutus eſſet, in ſecundo judicio eundem fundum denuo peteret, tanquam à Titio ſibi donatum, hâc exceptione non repellitur. *d. l. 11. §. 2.* Vel ſi quis eandem rem; ſed ex novo Jure poſt rem judicatam quæſito peteret. *l. 11. §. 4. & l. 25. pr. ff. eod.* Item ſi antea Realis actio inſtituta fuerit, nunc agatur perſonali. *l. 5. ff. h. t. confer. C. J. A. th. 6. & Joh.* Voëtius *num. 6. ubi plures caſus.*

petendi tam ſit diverſa. n. 91.

Quær. Si quæſtio in priori judicio incidenter agitata, an in ſecundo revocari poſſit? Reſp. Non obſtare exceptionem rei judicatæ, ſi quæſtio incidens non plenè tractata, nec Judex deſuper cognoverit. Brunnem. *ad l. 5. ff. h. t.* Mev. *p. 3. dec. 308.* Berlich. *p. 1. dec. 57.*

An quæſtio in priori incidens in poſter poſſit revocari?

Præterea notandum, Actiones in perſonam ab Actionibus in rem hic differre, quod ſi in perſonam ſemel actum ſit, cauſa ſemper exprimitur, & ſingulas obligationes ſequuntur: nulla alterius petitione extinguitur, ſed ex alia cauſa iterum in perſonam agi poteſt. At ſi in rem actum ſit, non expreſſâ causâ, ex qua rem meam eſſe dico, omnes cauſæ unâ petitione cenſentur comprehenſæ, ſic, ut iterum in rem agi nequeat; neque enim amplius, quam ſemel, res mea eſſe, ſæpius autem deberi poteſt. *l. 14. §. 2. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 46. th. 30.* ibique Muller. Frommann. *de act. reali & perſonal. quæ conſtituit §. 20.*

Diff. tamen, an actum actione in perſonam, an in rem?

X. Forma & Diff. Spec. ex jam dictis conſtat. Hæc autem Exceptio tùm demùm obſtat, ſi lis vel quæſtio jam per ſententiam finita atque terminata denuò moveatur atque revocetur, (1.) inter eaſdem perſonas, (2.) de eadem re, & (3.) ex eadem cauſa, ſicque copulativè concurrant Identitas Perſonarum, Rei, & Actionis. *l. 3. l. 12. l. 13. l. 4. l. 27. ff. h. t. l. 2. C. de except.* Cæterum, tanquam Peremptoria, regulariter poſt litem conteſtatam eſt opponenda. *l. 8. l. 9. C. de except.* Si tamen in continenti probari queat, etiam ante L. C. in vim Dilatoriæ ad impediendum litis ingreſſum opponi poteſt, quia eſt Litis finitæ. *c. 1. de lit. conteſt. in 6to.* Joh Voet. *n. 1. h. t.* add. *prax. tit. de except. §. 10.* Si vero altiorem indaginem requirat, poſt L. C. reſervatur. Mevius, *p. 1. dec. 215. n. 5.* Zanger. *n. 111.* Objicitur aliquando per Replicationem, ut in *l. 9. §. 1. l. 20. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 46. th. 25. ubi Exempl.*

Forma, ſi quæſtio d. m. eadem ſenten. denuo moveatur.

Quando h. Exc. opponenda?

XI. Finis & Effectus eſt denuò intentatæ actionis excluſio & depulſio; nam agentem à judicio repellit, neque Judex rejicere poteſt exceptionem partis quæſitam ex re judicata. Menoch. *A. J. Q. l. 1. caſ. 52. n. 1.*

Effectus.

Sicque præſupponitur, Reum in priori judicio fuiſſe abſolutum ab inſtituta actione. Aliud ergò eſt, ſi abſolutio tantum à forma judicii vel inſtantia ſit facta, tum enim principalis actio nondum eſt determinata, proin nec res judicata propriè dici,

Req. abſolutio facta ab actione, non ab Inſtantia.

l. 5. ff. de re jud. neque hæc exceptio locum ſibi vindicare poterit. Hahn. *h. t. n. 5.* Reliquæ Exceptiones aliàs in Proceſſu executivo admiſſibiles, rei tamen judicatæ opponuntur, niſi ad moderamen executionis pertinentes. Mevius, *p. 6. dec. 170. & p. 7. dec. 276.* Dn. à Rhez. *in Diſp. de Except. in Execut. oppon.*

TIT. III.

DE DIVERSIS TEMPORALIBUS PRÆSCRIPTIONIBUS, ET DE ACCESSIONIBUS POSSESSIONUM.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 12* & *Lib. 2. Tit. 6.* Cod. *Lib. 7. Tit. 39. & 40.* Extra. *Lib. 2. Tit. 26.* In 6to. *Lib. 2. Tit. 13.*

§. I.

Præſcript. Deſin. nominis ratio ſive.

EX Inſcriptione hujus Tituli apparet, duas eſſe ejus Partes, in quarum prima agitur de Exceptionibus, quæ fiunt per Præſcriptiones Temporales; In ſecunda de Poſſeſſionum Acceſſionibus. Supra *ad tit. de uſurp. & uſucap. §. 5.* dictum eſt, unde voc. Præſcriptionis derivetur; Quod generaliter accipiatur pro quacunque exceptione, ſc. Perpetuâ & Temporali, atque divid. in Præſcriptionem Rerum & Actionum. De illa ſupra *d. tit. de uſurp. & uſucap.* jam actum. Hoc verò Tit. in ſpecie agitur de Præſcript. Actionum atque Temporali. Vocabulum autem, Temporalis, eſt ambiguum; ſic exceptiones temporales dicuntur. (1.) Ratione Cauſ. Effic. quod ex lapſu temporis definiti oriantur, quæ ſignificatio eſt hujus loci. (2.) Ratione Adjuncti, quòd certo tempore præſcribantur, quo ſenſu exceptio N. N. P. temporalis dicitur. vid. *§. ult. I. de lit. obl.* (3.) Ratione Effectûs, prout Exceptiones Dilatoriæ dicuntur temporales.

Temporalis, Quotuplex?

Exceptio Præſcriptionis quid?

II. Hæc Exceptio in foro eſt nobiliſſima & frequentiſſima, teſte Vultejo, *de judic. l. 2. c. 7. n. 147.* Eſtque Exceptio, quæ ad actiones præſcriptas de facto intentatas excludendas datur. Ex qua Deſcriptione apparet, hanc Exceptionem non eſſe talem propriè loquendo, actionis ſcil. & Juris; ſed abuſive dictam, intentionis & facti, potiùs inficiationem, quia illa actio de facto intentata, quæ Præſcriptione jam extincta eſt, excluditur. D. Schœpff. *in Diſp. de ſervit. præſcript. extinctiva cap. 4. §. 1. ſeq. §. 19.* & ſupra *ad tit. de Except. §. 3. & 4.*

Qualis?

C. Eff.

III. Cauſa Efficiens hujus Præſcriptionis eſt lapſus temporis lege definiti. Tempus enim dicitur ſpatium, *l. 1. §. 8. ff. ad L. Falc.* dies. *l. 23. §. 3. ff. ex quib. cauſ. maj.* Tempus legale deſcribitur, quòd ſit ſpatium, quo juris cujuslibet initium, duratio, & finis determinatur. B. Dn. Parens, *in Diſput. de Varietate temp. cap. 2. §. 1.* vel ſecundum Antonellum, Menſura civilium actionum. *de temp. leg. l. 1. c. 1. n. 9.*

Tempus Legale, quid?

IV.

Temp. Div. In Legitimum & Conventionale. In Continuum & Utile. Subdivid.

IV. Divid. à Cauſa Efficiente in Legitimum, quod à lege. *l. 4. §. 5. ff. de re jud. l. 18. §. 1. ex quib. cauſ. maj.* & Conventionale, quod ab homine conſtituitur. Unde dicitur, terminum legis magis excludere, quam hominis. Berlich. *p. 1 dec. 50. num. 25.* Ratione curſus Divid. in Continuum, quod continuum currit; dies feriati ſint, ſive non: in præſentia, & abſentia: ſive ſit copia Judicis, ſive non: & Utile, in quo eſt facultas agendi citra impedimentum, nec ratione partium, nec Judicis, nec dierum feriatorum. *l. 1. ff. h. t.* Joh. Voetius. *3. & 4. h. t.* Subdivid. in Continuo continuum, & à principio, & in progreſſu: & continuo utile, ut tempus petendæ bonorum poſſeſſ. *§. 6. I. de B. P.* & ſecundum quid utile, vel continuum, ſic decendium appellationis à principio ſi utile, in proceſſu continuum. Item in *l. f. C. de temp. in integr. reſtit.* De die Intercalari ſeu bis ſexuli, (qui eſt XXIX. Februarii ſingulis quadriennus recurrens) quær. An pro die ſuperato, an pro uno cum die præcedente habeatur? & diſtinguendum: An certus menſium vel annorum numerus à jure præfinitus ſit; tunc biduum pro uno die habetur, nec menſis vel annus, in quem incidit, intelligitur præteritus; niſi & dies intercalaris præterierit. *l. 2. ff h. t. l. 3. §. 3. ff. de minor. 25. ann. l. 98. §. 1. ff. de V. S.* Struv. *Exerc. 46. th. 22* ibique Mullerus. Beſold. *ad J. P. W. p. 2. th. 110. L. Diſſ. de crim. præſcript. th. 19.* An certus dierum numerus præſtitutus ſit, & tunc dies poſterior non intercalatur, ſed ſeorſim computatur. v. gr. in Lege Commiſſoria, ſupra *ad tit. de Leg. Commiſſ. §. 17.* in Appellationibus. Blum. *Proc. Camer. tit. 79. ad n. 33. annex. tab. 2.* add. Dn. Voet. *ad ff. h. t. §. 2.* Complures alias Diviſiones vid. in d. Diſp. *cap. 2. per tot.*

Intercalaris eſt dies ſeparatus, ſi certus numerus Menſium præfinitus. Secus ſi dierum.

Tempus computatur vel Naturaliter.

V. Tempus poſtquam currere cœpit, computatur in quibusdam de momento in momentum, ut, niſi noviſſimus totus dies compleatur, non finiatur obligatio, & dicitur Computatio Naturalis; habetque locum in Reſt. Minorum ſupra *ad tit. de minor. 25. ann. §. 4.* Tutelis, *ad tit. de tutel. §. 16.* Actionibus temporalibus, *l. 6. ff. de O. & A.* Verborum obligationibus. *l. 72. §. 1. l. 99. §. 1. ff. de V. O.* Appellationibus, &c. Joh. Voet. *n. 1. h. t.* Struv. *Exerc. 46. th. 22* ibique Mullerus. Vel de die in diem, ut dies noviſſimus minimo momento cœptus pro completo habeatur, & dicitur Civilis, vid. ſupra *ad tit. de fer. & dilat. §. 6.* & obtinet in Uſucapionibus *l. 15. pr. ff. h. t.* ſupra *ad tit. de uſurp. § 30.* Manumiſſionibus, *l. 1. ff. de manumiſſ.* Teſtamentis. *ad tit. qui teſtam. fac. poſſ. § 11.* honoribus. *L. 8. de mun. & hon. vid. § 49. de curat.* Plura exempla vid. ap. Antonell *L. 4. c. 1. num. 9. & ſeqq.*

vel Civiliter.

Exceptio alia eſt Momenti.

VI. Tempus Jure civili ad præſcribendum definitum & præſtitutum, ut ad actiones excludendas competat, hæc Exceptio eſt vel Momenti:

vel

Horarum. Dierum, Septimanarum, Menſium, Annorum.

vel Horarum: vel Dierum, ab uno die ad centum uſque: (vel Septimanarum de Jure Saxonico, vid. ſupra *de uſurp.* §. 10. de Jure Lubecenſi, *l.* 3. *tit.* 6. *art.* 1.) vel Menſium, ab uno ad undecim uſque: vel Annorum, ab uno ad centum uſque, uti hæc ſingula multis exemplis illuſtrantur in d. Diſp. *de Var. temp. cap.* 3. *per tot.* & Simon. *præſid. Ant. ad p.* 2 *Diſſ.* 10. & Antonell. *d. tract.* Joh. Voet. *n.* 5. *cum ſeqq.* Struv. *Exerc.* 46. *th.* 18. ibique Muller.

Quanto tempore actiones præſcrib.

VII. Cæterum, quoad Tempus præſcriptionis actionum, diſtingui ſolet inter Actiones Civiles, Prætorias & Criminales. Quia vis legis, vel ipſum Jus Civile erat perpetuum, ideo Civiles actiones, ceu effectus, antiquitus perpetuo competere ſolebant. *pr. I. de perpet. & temp. act.* Ut tamen litium aliquis eſſet finis, Impp. actionibus certos fines dederunt. *d. pr.* & obtinet Regula: Actiones Civiles regulariter præſcribuntur triginta annis *l.* 3. *C. de præſcrip.* 30 *vel* 40. *ann.* computandis ab eo tempore, quo actiones primum intendi potuerunt, *ſeq.* §. 11. Hoc tempus adhuc, ſed abuſive, dicitur perpetuum, quia perpetuo tempori ſurrogatum, & ratione aliarum actionum, quæ breviori tempore circumſcribuntur *d. pr.* ibi Franck. Dicto autem ſpatio præſcribuntur Actiones tam Reales, quam Perſonales, *d. l.* 3. *l.* 4. *C. de ann. exc.* Bachov. *ad Tr. V.* 2 *D.* 28 *th.* 6. *lit. L.* tam Simplices, quam Mixtæ, *dd. ll. l.* 7 *C. de pet. hæred. & paulo ante.* vid. §. 31 & 36. *de furt.* Idem eſt in Actionibus competentibus de rebus minorum. *l. ult. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr.* Bonis Filiorum & filiarumfam. adventitiis. Auth. *Niſi tricennale. C. de bon. mat.* De his & aliis vid. Gebhard. *de uſucap. cap.* 4. *n.* 1. *& ſeqq.* Sed quod Rei etiam obſtare videtur, quod Dominium rei alicujus mobilis triennio, immobilis inter præſentes decem, inter abſentes viginti annis præſcribatur & acquiratur, ſupra *ad tit. de uſurp. & uſuc.* §. 20. & per conſequens R. V. priori Domino poſt illud tempus competere non poſſit, hoc tamen non deſtruit d. Regulam. Quamvis enim res per d. tempus ex juſta cauſa poſſeſſa b. f. poſſeſſori acquiratur, ejusque dominium prior Dominus amittat, Actio tamen Realis exinde directo non extinguitur, ſed tantum per conſequentiam, ſublato ſcil. fundamento illius actionis, & dominio in alium translato. Nobis autem ſermo eſt de tali præſcriptione qua ipſa actio eſt objectum, ſicque directo præſcribitur. quo caſu lapſus XXX ann. requiritur, *d. pr. I. d. l.* 3. *& l.* 8. §. 1. *C. eod.* Bachov. *d. l.* dict. Diſp. *de var. temp. c.* 4 *pag.* 44. & *Com. l. fin. Exerc.* 15 *th.* 18. & Diſp. *ad Jus Stat. Hamb. th.* 21. D. Dn. Frommann, *Diſſ. de Actionum dival. c.* 10. *th.* 1. D. Graſſ. *Collat. Recuſſ. Imp. ſubſt.* 11. *th.* 2 & D. Schurpff. *de ſirenit. præſcript. extraordina c.* 6. §. 1. add. ſupra *ad tit. de R. C.* §. 17.

In Civil. requiritur 30. ann.

Dicuntur perpetuæ.

Ampl.

An etiam Act. Real. & Rei. Vind.

Rat. Decid.

VIII.

VIII. Sed dicta Regula ſuas habet Exceptiones, quædam enim Actiones Civiles breviori, quædam longiori ſpatio terminantur. Breviori: v. gr. Unius anni ſpatio præſcribitur R. V. ſervi, qui, Domino ignorante, Clericus factus eſt, *N. 123. c. 17.* Actio ex Lege Julia repetundarum in hæredem ret. *l. 2. ff. ad l. Jul. rep. l. 2. C. eod.* In reſtituenda dote. ſupra *ad tit. de R. C. §. 81.* Biennii, Exceptio non numeratæ pecuniæ. ſupra *ad modo cit. tit. § 81.* Triennii, in *l. ult. C. de rep. vel abſt. her. l. 2. C. de repudiis.* Quadriennii, in caſu *l. 10. ff. h. t. §. ſ. l. de uſurp. & uſuc. L. 1. C. de quadrienn. præſcript.* Quinquennii, ut Querela inofficioſi teſtamenti. ſupra *ad eund. tit. de reb. cor. qui ſub tut. § 18. l. 1. pr. ff. ne de ſtatu defunct. L. 2. pr. ff. de colluſ. deteg. l. 1. §. 13. ff. de ſeparat.* plura exempla uſque ad annum XXX. vid. in d. Diſp. *de Variet. temp. art. 7. §. 1. uſque ad 6.*

Exc. & Præſcript. temp. Breviori, ut, Anno.

Biennio, Triennio, Quadriennio, Quinquennio,

IX. Longiori ſpatio terminantur, & generaliter omnes actiones, quæ XXX. annis non exſpirant, quadragenaria præſcriptione perimuntur. *l. 4. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* Item actiones civiles, quæ XXX. annis regulariter perire ſolent, in judicium deductæ, & poſtea omiſſæ, in XL. annos extenduntur. *l. fin. C. d. t. l. 1. §. 1. inſ. C. de annal. except. l. 139. pr. ff. de R. J.* Dn. d. Lyncker. *Reſp. 32.* D. Bardili *in diſp. de lit. conteſtat. th. 37.* vid. Brunnem. *ad L. 7. n. 6. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* Quinquaginta demum annis præſcribitur Condictio illa, qua, quod alea perditum eſt, repetitur, *l. f. C. de aleat.* ſed add. ſupra *ad tit. de aleat. th. 15.* De præſcriptione Centenaria vid. ſupra *ad tit. de uſurp. & uſuc. §. 43.* Ad ſingula tempora caſus vid. in d. Diſp. *de var. temp. d. l. §. 6. & 7.* Simon. *d. l. th. 81. ad fin uſque.* In foro Saxonico actiones, quæ Jure Civili XXX. annis excluduntur, præſcribuntur XXX. annis, anno & ſex hebdomadis. Carpz. *J. F. p. 2. C. 3. def. 3.* Exceptiones vero prædictæ, quibus actiones de jure breviori ſpatio excluduntur, in foro etiam Saxonico ita uſu receptæ ſunt, uti docet Carpzov. *d. C. 3. def. 4.* In Ducatu Würt. ſpeciali quædam circa præſcriptiones conſtituta vid. Würt. Landr. *p. 1. t. 75. §.* Wann einer verſchribene Zinß.

vel Longiori, XL. ann.

L. ann.

Centum.

In Foro Sax. quid?

Würt.

X. Quoad Actiones Prætorias olim Prætorum anniverſariorum Edicta erant annua. *d. pr. I.* Poſtquam vero non tam Prætorem, quam Præturam ſpectari placuit, quædam perpetuæ factæ ſunt. vid. *C. J. A. n. 24. de O. & A.* Ex diſting. inter Pœnales, & rei perſecutorias. De illis hæc notanda venit Regula: Actiones Prætoriæ pœnales regulariter anno præſcribuntur. *l. 35. pr. ff. de O. & A.* d. Concl. Fot. Ex. *6. th. 7.* & quidem Utili. in *l. 1. ff. h. t. l. 6. ff. de calumniat.* add. Frantzk. *ad pr.* Hujus Regulæ unicam eſſe

Actiones Prætoriæ.

Diſting. in Pœnales, quæ anno præſcrib.

eſſe exceptionem, putat Bachovius, in Actione furti manifeſti, quæ eſt perpetua, *d. pr. I. de perpet. & temp. act.* quam prætor non quidem introduxit, ſed eam, quæ lege XII. tabb. conſtituta erat, mitigavit. A. Gell. *l. 11. c. 18.* Vinn. & Franzk. *ad d. pr.* Verum præter illam adhuc aliæ ſunt, ut actio in factum adverſus Nautas, Cauponès & Stabularios. *l. 3. § 5. ff. Naut. Caup. & Stab.* Actio contra Publicanos. *l. 13. § 5. ff. de public. & vect.* Actio de effuſis & dejectis. *l. 5. § 5. ff. de his, qui effud.* Actio de ſervo corrupto. *l. 13. pr. ff. de ſerv. corrupt.* ſupra *ad d. tit.* Denique omnis actio ſemel judicio incluſa, ſeu poſt L. C. ſalva permanet. *l. 139. pr. ff. de R. I.* Exceptio eſt in *l. 5. C. de dol. mal.* vid. tamen ſupra *ad tit. de dol. mal. § 20.*

XI. Actiones Prætoriæ Rei perſecutoriæ regulariter omnes ſunt perpetuæ. *d. pr. I. l. 35. pr. ff. de O. & A.* Actio Publiciana in rem *d. l. 35.* De conſtituta pecunia. *l. 2. pr. in med. C. de conſt. pec.* Exercitoria *l. 4. § 4. ff. de exerc. act.* Inſtitoria. *l. 15. ff. de inſt. act.* A dicta tamen regula excipitur (1.) Prætoria rei perſecutoria Reſciſſoria, quæ, quia negotium Jure Civili validum reſcindit, & propterea odioſa eſt intra annum tantum competit. *d. l. 35. pr. in fin.* Ita (2.) Actio Redhibitoria, quia eſt Reſciſſoria, regulariter ſpatio ſex menſium, interdum tamen intra LX. dies præſcribitur. *l. 19. § 5. 28. l. 31. § 22. l. 38. pr. ff. de ædil. edict.* (3.) Item Actio æſtimatoria, ſeu quanti minoris ex Ædilitio edicto, regulariter anno utili extinguitur. *d. l. 19. § 6. d. l. 38. pr. l. 2. C. eod.* in certis caſibus 6. Menſibus *d. l. 28. d. l. 38. pr.* ſupra *ad tit. de Ædil. edict. § 16. & 17.* Porro (4.) Actio Reſciſſoria in ſpecie ſic dicta, qua uſucapio impleta propter alterius v. gr. abſentiam reſcinditur, Vet. Jure anno præſcribitur, *d. l. 35. pr. in f. § 5. I. de Act. l. 1. § 1. ff. ex quib. cauſ. maj.* ſed Juſtinianus ſubſtituit quadriennium. *l. 5. C. de temp. in integr. reſtitut.* add. ſupra *ad tit. de uſurp. & uſucap. § 33. & 35. & in § 16. quæ in fraud. credit.* Ex eadem cauſa (5.) Actio doli, quia eſt reſciſſoria, biennio extinguitur. *l. 5. C. de dol. mal.* (6.) Excipitur etiam actio Hypothecaria, quæ longiori temporis ſpatio præſcribitur, XL. ſcilicet annis, ſi ipſe Debitor, vel ejus Hæres, vel ſecundus Creditor, loco debitore adhuc vivente, rem obligatam poſſideant, ſi tamen tertius ea ſ. poſſideat, æque ut alia XXX. annis finitur. *l. 7. pr. § 1. & 2. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. d. l. 1. § 1. C. de annal. exc.* add. Franzk. *Exerc. 18. quæſt. 10.* ſin b. f. longo tempore præſcribitur, *L. 1. L. 2. C. ſi advers. credit. B. f. C. de O. & A.* & ſupra *ad tit. de pignor. § 12. & ſeqq.* In foro Saxonico hæc actio hypothecaria præſcribitur ordinario temporis ſpatio. Carpz. *J. F. p. 2. C. 1. def. 4.*

XII. De Prætoriis Rei perſecutoriis ex delicto venientibus, an in illis etiam d. regula locum habeat, dubium eſt, ob textus in Jure diverſos. Nam

De in rei Perſecutoriis, quæ ſunt perpetuæ

Niſi ſit Reſciſſoria.

Redhibitoria.

Æſtimatoria.

Reſciſſoria in ſpecie.

Act. Doli.

Hypothecaria.

Quæſt. de Prætor. Rei perſe-

in

aut ex delicto veniat. An etiam perpetua?

in *l. 21. §. 5. ff. de act. rer. amot.* dicitur, quod hæc actio ſit perpetua, & XXX. demum annis præſcribatur, ſed aliter concludit JCtus, in *l. 6. & l. 7. ff. de alien. jud. mut.* Hinc dicendum, quod harum actionum non una eademque & perpetua ſit natura, ſed talem quæque habeant, qualem iis Prætor indidit, Unde interdum intra, interdum poſt annum competunt. Bachov. *de act. D. 5. th. 6.* diſting. An nobis aliquid ex noſtro patrimonio ſublatum, & actio talis competat: An vero nihil ſublatum ſit, ſed talis actio propter alienum factum & noſtrum intereſſe concedatur? in priori caſu locum habere *d. l. 21. §. 5.* In poſteriori vero *d. l. 6. & d. l. 7.* Plures termini fatales, quibus actiones & alia jura extinguuntur, videri poſſunt ap. Hahn. *ad Weſ. h. t.* Gebhard. *d. tr. c. 3.* & AA. *prac. § 6. citat.*

Respond. distingu.

Criminales 20 annis præſcrib. Ampl.

XIII. Criminales Accuſationes ordinarie Viginti annorum exceptione excluduntur, *l. 12. ibi: ſive. C. ad L. Corn. de falſ.* etiam de Jure Can. per *C. 6. x. de except.* & obtinet in omnibus Criminibus, quæ excepta non reperiuntur: ut in Homicidio vero, & quaſi, Crimine falſi, Vi publica, & privata, Plagio, Ambitûs, Repetundarum, Annonæ, Reſidui, Prævaricationis, *d. l. 12. l. 2. §. 1. l. 5. ff. de req. vel abſent. damn. l. 1. §. 3. ff. de jure fiſci.* D. Frommann. *Diſſer. de act. civil. & crim. in alia ſign. th. 39.* & injuriarum, quatenus ex iis criminaliter agitur, quatenus vero civiliter agitur, vid. infra *ad tit. de injur.* Zanger. *de Except. p. 3. c. 10. num. 213.* B. Dn. Parens m. *Diſſ. de Crim. præſcr. th. 14.* Nec refert, etiamſi delictum fuerit notorium atque confeſſum. Haunold. *de J. & J. tom. 1. c. 2. contr. 4. §. 10. n. 322.*

Limit. & temp. præſcr. breviori, Quinquennio, Stuprum.

XIV. Sed excipiuntur quoque à d. regula, & Breviori ſpatio præſcribuntur, & quidem Quinquennio: (1.) Accuſatio Peculatus. *l. 7. ff. ad L. Jul. pecul.* (2.) Item extranei, qui contra SCtum Silanianum tabulas ejus, qui occiſus perhibetur, aperuit. *l. 13. ff. de SCto Silan.* (3.) Stuprum poſt quinquennium puniri non poteſt. *l. 29. §. 6. ff. ad L. Jul. de adult.* Theod. in *Coll. Crim. Diſp. 6. th. 3. lit. G.* Imo inquiſitio, & omnis quæſtio ex L. Julia deſcendens, etiam ratione Lenocinii, ceſſat, *l. 29. §. 6. ff. d. t.* Zanger. *d. l.* modo vis publica non acceſſerit. *d. l. 29. §. 9.* Haunold. *d. l. num. 324.* Dicto tamen tempore ſola pœna ſtupratori infligenda excluditur, ſalva manente actione Civili, qua ſtuprata ad privatum agit intereſſe, ſecundum præjudicia apud Mod. Piſtor. *p. 3. q. 127. n. 18. in fin.* Carpz. *Pr. Crim. p. 3. q. 141. n. 48.*

Non quoad intereſſe privatum.

Adulterium.

XV. (4.) Adulterium, triplici modo. vel Privilegiaria Mariti & Patris accuſatio LX. diebus utilibus, *l. 37. §. 1. ff. de minor. 25. ann. l. 11. §. 6. l. 14. §. 2. l. 29. §. 5. l. 30. §. 1. ff. l. 6. Cod. ad Leg. Jul. de adult.* vel Extraneis accuſandi facultas conceditur VI. menſibus utilibus; & ſi Maritus vel Pater

hæc

hoc Jure uti velint, ultra illos LX. dies tantum quatuor menſes utiles conceduntur *l. 4. §. 1. l. 29. §. 5. ff. d. t. l. 1. §. 10. ff. ad SCtum Turp.* vel omnis Criminalis (quoad Civile enim intereſſe vid. Bocer. *de adult. cap. 5. num. 20. & ſeqq.*) accuſatio in adulterii quæſtione V. annis excluditur. *l. 29. §. 5. & 6. ff. l. 28. C. ad L. Jul. de adult.* Quæ Præſcriptio ſola hodie obſervatur, ſive adulterium ſit ſimplex, ſive duplex. Carpzov. *Pr. Crim. p. 2. q. 59. num. 20.* Franzk. *V. 2. Diſp. 32. th. 2. lit. I. & K.* ibi Bachovius.

Limit.

Niſi conjunctam habeat vel violentiam, *d. l. 29. §. 5.* vel inceſtum, *l. 39. §. 5. ff. eod.* tunc non, niſi vicennali præſcriptione, tollitur. Carpz. *d. q. 141. num. 49.* Berlich. *p. 4. concl. 35. num. 45.*

Tempus Quinquennii eſt continuum.

Tempus autem Quinquennii eſt continuum, tam ratione initii: non enim currit à die notitiæ, ſed à die commiſſi criminis, & quidem ab ultimo actu, quam ratione curſus. *l. 11. §. 4. l. 29. §. 5. 7. l. 31. ff. l. 5. C. d. t.* Haunold. *d. l. num. 323.* poſt Caſtrenſem, Farinacium, Maſcardum, d. Diſp. *de Crim. præſcr. th. 17. & 18.* Exceptionem tamen vid. in *d. l. 31.* De Foro Saxonico in Crimine Adulterii duplicati tantùm Præſcriptionem vicennalem admitti, tradit Berlich. *d. p. 4. concl. 47. num. 125.* add. d. Diſp. *th. 21.*

Vel Longiori, & putant perpetuo vindicari, ex. gr.

XVI. Dantur quædam Crimina, quæ nec Vicennio præſcribuntur; ſed perpetuo vindicari poſſunt: ut ſunt Crimina Apoſtaſiæ, *l. 4. C. de Apoſtat.* Suppoſiti partus, *l. 19. §. 1. ff. ad L. Corn. de falſ.* Parricidii. *l. 13. ff. de SCto Silan.* D. Lauterbach. *Diſp. de Crim. præſcript. th. 25. & 26.* Idem, quamvis ſine expreſſo textu, affirmant Dd. de Crimine Blaſphemiæ, læſæ Majeſtatis, Hæreſeos, Aſſaſſinii, Falſæ monetæ, Simoniæ, Abortus, Concuſſionis. Carpz. *Pr. Crim. p. 3. q. 141. num. 51.* Guazzin. *de Defenſ. inquiſ. def. 2. c. 2. num. 77. & ſeqq.* Theod. *Coll. Crim. D. 10. th. 7. lit. D.* Umm. *Coll. Crim. D. 15. th. 45.* Farinac. *lib. 1. q. 10. num. 29. & ſeqq.* qui extendit ad omnia delicta enormia. Haunold. *n. 327.* vid. Thomas. *in Diſp. de bigam. præſcript. §. 18. cum ſeqq. & §. 48.*

an requir. Bona Fides? De Jur. Civ. Neg.

Sed aff. de Jur. Canon.

XVII. Quær. Ratione Cauſæ Efficientis an etiam Bona Fides ad actiones præſcribendas neceſſaria ſit? De Jure Civili negatur, ſed fundamentum hujus præſcriptionis eſt lapſus temporis, & negligentia Actoris; Reus enim nihil poſſidet. *l. 1. §. 1. C. de annal. præſcr. l. 3. 4. 7. C. de præſcr. 30. vel 40. annor.* D. D. Glaſſ. *in differ. Receſſ. Imper. Coll. 11. th. 2.* Joh. Voet. *n. 9. h. t.* Jure verò Canonico generaliter in omnibus Præſcriptionibus Bona Fides requiritur *c. 15. c. 17. c. f. X. de præſcr. c. 2. d. t. & c. 2. de R. J. in 6to.* Quos textus quidem nonnulli reſtringunt ad rerum præſcriptiones, quod tamen verborum generalitas non admittit. Putat quidem Coler. *ad d. c. fin. X. de præſcr.* add. Coccejus. *in*

2. Diſp.

2. *Diſp. de ſin. b. f. in præſcript. de Jure Canon.* D. Bohmer. *in Jur. Ecclеſ. lib. 11. tit. 26. §. 52. cum ſeqq.* Juris Civilis diſpoſitionem obſervandam eſſe. Ipſe tamen *n. 35.* fatetur, ſecundum magis communem DD. opinionem illam eſſe correctam, prout hodie in terris Imperii per uſu & praxi receptam ſententiam diſpoſitio Juris Canonici hoc in paſſu præfertur. poſt multos alios, Rittershus. *de diff. Jur. Civ. & Can. in proœm. pag. 10.* Vivius, *lib. 1. opin. n. 276* late ſupra *ad tit. de uſurp. & uſuc. §. 13.* B. Dn. Parens. *Diſp. ad Jus Stat. Hamb. th. 22.* Mev. *p. 8. dec. 15.* Carpzov. *l. 1. Reſp. 31.* & *J. F. 2. c. 3. def. 7.* ubi *num. 12* addit, quod in foro Saxonico etiam in Tricennali Præſcriptione b. f. requiratur, ita tamen, ut illa ex hoc temporis lapſu præſumatur, modo præſcribens eam ſaltem allegaverit; Actor verò ſi prætendat malam fidem præſcribentis, hanc probare tenetur. Cárpzov. *def. 8.* Brunnem. *ad l. 1. C. de praſcr. 30. vel 40. ann. n. 12.* Non deſunt tamen Statutariæ Præſcriptiones, in quibus Jus Civile obſervatur, notante Dn. Voëtio, *ad h. t. §. 9.* Conf. Dn. Menkenii Diſp. *vol. 1, Diſp. 10. ad h. f. in praſcr. act. perſonal. neceſſaria.*

Quod & hodie obſervatur.

XVIII. Hæc Exceptio competit omnibus, contra quos actio præſcripta intentatur. Adverſus omnes, qui actiones ſuas præſcriptione jam extinctas denuo movere, vel jus præſcriptum renovare volunt. Differentia autem Specifica in eo conſiſtit, quod actio temporis lapſu jam extincta & de facto noviter intentata elidatur, propter præſcriptionem. Finis & Effectus hujus exceptionis eſt ipſa excluſio actionis jam præſcriptæ, de facto intentatæ.

Subj. Activ. Paſſiv. Diff. Spec.

Finis.

XIX. Controverſum quidem eſt inter DD. An hæc præſcriptio actionem ipſo jure exſtinguat; an verò ope exceptionis? Verior tamen eſt ſententia ſtatuentium, quod ipſo jure extinguatur, Et de temporalibus actionibus, h. e. quibus ab initio certum tempus à lege præfinitum eſt, intra quod in judicium ſunt deducendæ, textus eſt expreſſus in *l. 17. §. 6. ff. de injur.* ubi pactum de non petendo & tempus comparantur, quod autem pactum remiſſorium injuriarum actionem ipſo jure tollat, diſertis verbis probat JCtus, in *l. 17. §. 1. ff. de pact.* unde ſequitur, quod etiam tempore extinguantur ipſo jure, & per conſequens exceptio illa ſit impropriè ſic dicta, & exceptio intentionis ſcil. ſeu facti. *prac. §. 2 L. 45. de adminiſtrat. tut. arg. L. 52. de ſolut. L. 37 de fidejuſſ.* Et in hoc quoad temporales ſcilic. Dd. omnes fere conſentiunt. Verum de aliis, quæ olim non temporales; ſed perpetuæ erant, novo tamen jure XXX. vel XL. annis præſcribuntur, nonnulli dubitant; Idem tamen de illis etiam dicendum eſt, quoniam & his novo Jure terminus eſt præfixus, quem excedere non poſſunt;

Præſcriptio extinguit ipſo jure actionem, non ſolum temporalem

Sed & hodie dictam perpetuam.

ſunt; Unde ita argument. Quibus Actionibus ab initio vel ex poſtfacto certus terminus præfinitus eſt, quem excedere nequeunt, illæ per temporis lapſum ipſo jure extinguuntur, Atqui, &c. Ergo. Major probatur, quia Actiones Civiles terminum à jure præfixum excedere non poſſunt, termino enim illo finito ceſſat vinculum & aſſiſtentia Juris Civilis, ſine quo nulla competere poteſt actio. Minor eſt manifeſti Juris, & diſerte probatur per *l. 1. §. 1. C. de ann. except.* confirmatur etiam per *l. 3. C. de præſcr. 30. vel 40. annor.* &

Obj. quamvis dicatur in *l. 44. §. 1. ff. de O. & A.* quod tempus non ſit modus obligationem & acti-

Reſp. onem tollendi: illud tamen non de nudo tempore eſt intelligendum; vid. Vinn. *ad §. 3. I. de V. O.* Tempus enim omnino propter Legis autoritatem poteſt tollere actionem, cum Jus Civile ultra illud obligationi non aſſiſtat, & per conſequens vinculum juris civilis ceſſet: Actio autem ſine illo vinculo competere nequit. Hancque ſententiam defendunt Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 29. th. fin. lit. B.* Carpzov. *J. F. p. 1. C. 25. def. 1. num. 5* Vasq. *l. 2. Contr. c. 55.* Zanger *d. p. 3. proœm. num 15. & c. 10. num. 17 & ſeqq.* Coch *prax. for. Germ. p. 3. pag. 304.* Lauterb. *Diſp. de Crim. præſcript. th. 25. in fin. & de depoſito Juris. th. 25.* D. D. Graſſ. *in Collat 11. th. 2. Differant. Receſſ. Imper.* & D. Harpprecht. *in Diſſer. princip. ſolut. conjectur. & præſcript. th. 8. 15. & 21.* Unde obligationi ita præſcriptæ neque Fidejuſſor, neque pignus accedere poteſt. *l. 37. ff. de fidejuſſ. l. 18. §. 1. ff. de conſtit. pec.* Joh. Voet. *n. 9. & 10. h. t.*

Hæc Exc. ante L. C. & poſt opponitur. Judex ex officio ejus rationem habeat.

XX. Hæc Exceptio non tantum poſt; ſed & ante litem conteſtatam, in vim Dilatoriæ, ad impediendum litis ingreſſum, opponi poteſt, ſi ſcil. in continenti probari poſſit. Zanger *d. p. 3. c. 10. num. 2.* ſupra *ad tit. de except. § 10.* Et ſi hæc exceptio ex actis liquida ſit, licet à parte oppoſita non fuerit, ejus tamen rationem Judex habere, eamque ex officio ſupplere poteſt. Quia enim actio ipſo jure extincta, Judex actorem, abſque actione in judicio experiri volentem, ex officio repellere tenetur. Carpzov. *J. F. p. 1. C. 21. def. 1. & 2.* Mev. *p. 7. dec. 182. & p. 8. dec. 419. n. 4.* ſupra *ad tit. de Except. §. 39.* D. D. Graſſ. in *Diſſer. Receſſ. Imper. ſect. 10. §. 1. & Diſp. de act. prætor. & civil. ſect. 2. §. 1. & 10.* Sed non idem dicendum in Criminalibus. Myn. *C. 4. O. 55.* Blum. *Proc. Cam. tit 29. num. 164.* add. Diſp. *de Crim. præſcr. th. 25.* Attamen Judex perquam cautè inquirat, annon forſan mala fides curſum Præſcriptionis impedierit? vel an plane liquidum ſit, actionem ipſo jure ſublatam eſſe? Brunnemann. *ad l. 13. ff. de uſurp. act. num. 4. & ad l. 11. ff. h. t. num. 7. & de proc civ. cap. 16. num. 19.* Sande, *Dec. Friſ. l. 1. t. 7. def. 8.* Mevius, *d. dec. 182. num. 6. & 7.*

XXI.

XXI. Ad Contraria, quæ exceptionem hanc excludunt, pertinet Impedimentum Juris, ſi jure quis impediatur agere. e. gr. Filiusfam. adverſus Patrem, quamdiu eſt in ſacris paternis, per *l. 4. ff. de judic.* eapropter contra ipſum nulla currit præſcriptio, per regulam: Non valenti agere non currit præſcriptio. *l. 1. §. f. C. de annal. exception.* Zanger. *d. c. 10. num. 166.* Brunnemann. *ad l. 3. C. de preſcript. 30. vel 40. ann.* Joh. Voëtius *n. 11. h. t.* Facti autem Impedimentum regulariter non officit, e. gr. propter abſentiam, ignorantiam, &c. locum tamen facit reſtitutioni in integrum, uti late dictum ſupra *ad tit. Ex quib. cauſ. maj.* & *ad tit. de uſurp. & uſucap. §. 35.* jung. Zanger. *n. 221. & ſeqq.* Interdum nihilominus & Facti impedimentum ipſo jure impedit præſcriptionem; tale eſt Hoſtilitas, Bellum, maxime, ſi propterea generale ſit juſtitium, Peſtis, & caſus ſimiles, quo tempore nullæ currunt præſcriptiones; ſed dormire dicuntur; *c. 10. x. de præſcript.* prout hæc ſententia in praxi obtinet. Carpz *p. 2. dec. 116.* Zanger. *n. 164.* & R. I. *de anno 1654. §.* So viel nun. *166.* confirmata eſt. An in Criminalibus vid. D. Harpprecht. *in Diſſer. Jur. March. Badenſ. p. 7. th. 65.* Jungi hic debent, quæ ſupra *ad tit. de uſurp. & uſucap. §. 32. & ſeqq.* dicta ſunt. Contraria. Impedimentum Juris? non facti. Sed dat. reſt. in integr. Limit.

XXII. DE ACCESSIONIBUS.

Acceſſiones in ſola æquitate conſiſtunt, ideo de iis nihil certi conſtitui poteſt. *l. 14. pr. ff. h. t.* Hic ſunt conjunctiones temporum, quibus duo aut plures ſeparatim eandem rem poſſident, aut in aliorum locum, ſive ex contractu, ſive ex voluntate ſuccedunt. Sic hæredibus datur Acceſſio teſtatoris. *d. l. 14. §. 1.* Acceſſio autem ſine noſtro tempore nobis prodeſſe non poteſt. *l. 16. ff. eod.* Plura exempla vid. in *d. l. 14. §. 3. & ſeqq.* & *l. 15. ff eod.* In *d. l. 14. §. 3* habetur regula: Si vinco vincentem te, vinco fortius te ipſum: Cujus tamen varias limit. notat Brunnem. *ad d. l.* De hac Acceſſionum materia jamjam actum ad *tit. de uſurp. & uſucap. §. 26. & ſeqq.* Acceſſio, quid h. l. Reg. ex l. 14. §. 3. h. t.

TIT. IV. DE DOLI MALI ET METUS EXCEPTIONE.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 12. §. 1. & Tit. 13. §. 1.* Cod. *Lib. 2. Tit. 20. & 21.*

§. I.

IN hoc Titulo duæ aliæ Exceptionum proponuntur ſpecies, Doli ſcil. & Metus. Doli exceptio nomen ſuum accepit à Cauſa Efficiente, quia ex dolo oritur, & propter dolum adverſarii datur. *l. 2. §. 1. 2. & 5. ff. h. t.* Hæc Exceptio eſt duplex: Generalis, & Specialis. Generalis eſt, quæ datur propter dolum Exceptio Doli. Generalis quid ſit?

dolum in ipſa actione admiſſum; ſive quæ datur ad excludendam actionem ſummo jure competentem; ſed contra æquitatem vel bonam fidem à ſciente in judicium deductam. Hæc probatur & exemplis illuſtratur *l. 2. §. 5. & 7. l. 4. §. 10. & 13. l. 12. ff. h. t. l. 36. ff. de V. O. l. 5. §. 5. ff. de adim. vel transf. leg.* junct. *l. 10. §. 1. ff. de R. J.* Eſtque Nominata. Rat. C. Eff. Rem. eſt Prætoria. Rat. Subjecti Realis. *l. 7. §. 1. ff. de except.* Rat. Effectus Peremptoria. *§. 9. I. l. 3. pr. ff. de except.* Et hæc non eſt facti, ſeu intentionis, ſed juris, ſeu actionis, adeoque Exceptio proprie ſic dicta.

Ejus qualitas.

C. E. Rem. Prox. eſt Dolus. Quis?

II. Cauſa Efficiens Remota eſt Prætor, qui eam introduxit. Proxima eſt dolus in actione inſtituenda admiſſus. Dolum autem ille in actione inſtituenda admittere cenſetur, quoties actio ſummo jure competens in judicium deducitur, quæ tamen æquitate defenſionis infringi poteſt. *d. l. 2. §. 5. d. l. 4. §. 13. d. l. 12.* Zanger. *de exc. p. 3. c. 13. n. 6.* Ex dd. ll. apparet, quod hæc generalis doli exceptio opponatur omnibus actionibus, in quibus aliquid injuſte petitur: & concurrat cum aliis exceptionibus ſpecialibus, quarum ſol. mater æquitas eſt; Generaliter enim dolo facit, quicunque ſciens id, quod quaque exceptione elidi poteſt, petit. *d. l. 2. §. 5.* Atque concurrit cum exceptionibus innominatis, in factum ſcilicet, *d. l. 2. §. 5.* five nominatis, v. g. ſi quis ſpe futuræ numerationis promiſerit, ſe aliquid reſtituturum, tunc ſummo jure quidem adverſus promittentem competit actio, quæ tamen per exceptionem N. N. P. eliditur, ſupra *ad tit. de R. C. §. 37.* & quia actor hanc actionem inſtituens contra æquitatem facere videtur, propterea etiam per generalem hanc doli exceptionem repelli poteſt. *l. 3. C. de N. N. P.* junct. *d. l. 12.* Plura exempla vid. *L. 2. §. 4. & 6. l. 4. §. 10. & 13. l. 8. l. 9. & ſeqq. ff. h. t. & ll. in praced. §. alleg. L. 4. de ſervit.* ibique Brunnem. *C. J. A. th. 4. h. t.* Stryck. *in uſu moderno §. 1.* & Joh. Voet. *n. 1. h. t.*

Hæc Except. concurrit cum omnibus Exceptionum ſpeciebus.

Dolus non ab initio req. ſed ſufficit, ſi actor ex poſt facto in ſ.

III. Et hæc Exceptio, ut locum habeat, non requiritur, ut ab initio dolus in ipſo negotio ſit admiſſus, ſed ſufficit, ſi Actor poſtea ſciens actionem talem in judicium deducat, cui obſtat exceptio, verb. gr. ſi quis ex erronea vel nulla cauſa aliquid ſtipulatus ſit, ab initio quidem eſt in bona fide, nec doloſe contraxiſſe dici poteſt; ſi tamen poſtea, errore comperto, nihilominus ex tali ſtipulatione quid petat, nunc in dolo eſſe incipit & dolo agere videtur. *d. l. 2. §. 3. & 4. l. 1. pr. l. 12. ff. h. t.* Secus eſt, ſi Actor ignoraverit, contra actionem intentatam competere exceptionem, ignorantia enim excuſat à dolo: *l. 2. §. 5. in f. ff. h. t. l. 177. §. 1. ff. de R. J.* Modo juſtam ignorantiæ cauſam afferre poſſit, qui ſe, quod petere non debeat, ignorare aſſeverat. à Sande, *ad d. l. 177. in f.*

Aliud eſt, ſi ignoraverit.

IV.

IV. Competit omnibus, à quibus aliquid contra æquitatem naturalem petitur; tam ipſis principalibus, quam perſonis acceſſoriis, earumque ſucceſſoribus. Eſt enim realis & rem ſequitur, nec adhæret perſonæ. *l. 7. §. 1. ff. de except.* ſupra *ad eund. tit. §. 13.* Datur adverſus omnes, qui ſcienter aliquid contra naturalem æquitatem petunt *d. l. 2. §. 3. d. l. 12.* Objectum ſunt omnes actiones ſummo jure competentes, quibus exceptio obſtat, *d. l. 8.* ſive ex Contractibus, ſive Ult. voluntatibus veniant, *l. 1. §. 5. ff. eod.* imo etiam adverſus judicati agentem opponi poteſt, *l. 1. C. de re judic.* & omnibus negotiis conſulitur. vid. Cujac. *l. 22. obſ. 8.* Forma & Diff. Spec. in eo conſiſtit, quod hæc exceptio detur propter dolum in actione inſtituenda admiſſum. Et quia concurrit cum aliis exceptionibus, earum quoque naturam imitatur. *d. l. 4. §. 33.* junct. *l. 2. ff. de pecul. leg.* Finis autem & Effectus cum reliquis exceptionibus eſt communis, quod per eam actio ſummo jure competens excludatur. Subj. Act. Poſſ. Objectum. Forma imitatur cæt. naturam, cum quibus concurrit, Effectus.

V. Specialis doli Exceptio (de qua propriè h. t. agitur) nihil aliud eſt, quam exceptio competens propter dolum in ipſo negotio, ex quo adverſarii actio deſcendit, admiſſum. Hac ratione nominis eſt Nominata. Rat. C. E. R. Prætoria. Rat. C. E. P. dicitur Doli mali, ex quo oritur, ſicque, prout etiam ex ipſa deſcriptione apparet, non facti & intentionis; ſed juris & actionis, adeoque propriè ſic dicta exceptio eſt, quia competit ex tali dolo, ex quo actio deſcendit, *§. 1. I. de except.* ſicque ratione C. E. tale doloſum requiritur negotium, ex quo de Jure Civili actio de dolo malo ipſo jure oritur. *l. 2. pr. ff. h. t.* Hinc, ſi dolus negotio b. f. cauſam dederit, quia illud ipſo jure nullum eſt, *l. 7. pr. ff. de dol.* propterea hæc exceptio inde non oritur. *ſeq. §. 7.* Rat. Subjecti eſt Realis ſeu in rem, non n. adhæret perſonæ, ſed rem ſequitur. *l. 7. §. 1. ff. de exc. l. 2. §. 2. ff. h. t.* Joh. Voetius *n. 2. h. t.* vid. *ſeq. §. 6.* Rat. adjuncti, temporis ſc. eſt Perpetua; nullo enim tempore extinguitur, licet Actio doli ſit temporalis & biennio finiatur. *l. ſ. C. de dolo malo.* Ratio differentiæ eſt, quia in Actoris arbitrio eſt, quandocunque agere velit. in Reo non item; ſed Actorem expectare tenetur, quia itaque Reo nulla imputari poteſt culpa, propterea ei perpetuo hæc actio competit. *l. 5. §. ſ. ff. h. t.* Rat. Effectus eſt Peremtoria. *d. §. 1. I. de except.* Exceptio Doli Specialis quid? Ejus qualitas. Realis, Perpetua.

VI. Cauſa Efficiens Remota eſt Prætor, qui eam introduxit. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Ne cui Dolus ſuus per occaſionem Juris Civilis, contra naturalem æquitatem, quæſtuoſus ſit, vel cuidam patrocinetur; *d. l. 1. §. 1. l. 12. ff. de dol.* add. *l. 11. §. 1. ff. h. t. c. 2. inſ. X. de dolo.* ex qua ratione nec autoritas libri publici hanc Exceptionem excludit, ſicut nec actionem. *Mev. p. 9. dec. 98.* Proxima C. Eff. Rem. Impulſ.

Præc. eſt Delictum. Req. 1 Dolus mal. Verus. xima eſt Delictum, ut patet ex *l. 4. §. 17. inf. ff. h. t.* quod delictum eſt dolus malus. Ratione Cauſæ Effic. itaque requiritur (1.) Dolus malus, & quidem formalis, non præſumtus; ſed verus. Lata culpa non ſufficit. Et hujus doli forma eſſentialis eſt proæreſis. *l. 2. pr. ff. h. t.* Qualis enim dolus requiritur ad actionem doli, talis & requiritur ad exceptionem doli. *d. l. 2. pr.* ſupra *ad tit. de dolo mal. § 2. & ſeqq.* *qui ex circumſtantiis dicatur.* An autem Dolus in negotio intervenerit, facti eſt, & ex circumſtantiis negotii eſt dijudicandum. *l. 1. § 2. ff. t.* Neque ſufficit, oſtendere in re eſſe dolum, ſed etiam decipientes ſpecialiter enuntiandi ſunt. *l. 2. § 1. ff. eod.* Quomodo autem dolus probetur vel præſumatur? vid. Maſcard. *de prob. V. 1. concl. 437. & 531. V. concl. 1050. & ſeqq.* Menoch. *l. 5. præſ. 126. & ſeqq.* & *A. L. Q. l. 2. Caſu 108. num. 30.* Zanger. *p. 3. c. 13. n. 80. & ſeqq.*

2. In negot. ab initio admiſſus. VII. (2.) Ut dolus in ipſo negotio ab initio ſit admiſſus. Sicut autem Actio doli competit ex dolo in principio in ipſo negotio admiſſo, ita etiam hæc Exceptio. Dolus enim committitur vel in ipſo negotio, vel poſt illud. Si ex poſt facto, datur quandoque Exceptio generalis, *præc. §. 3.* & ſi dolus, juxta caſum *l. 6. ff. h. t. l. 72. pr. ff. de ſolut.* poſt contractum validum obvenit, creditor hac Exceptione removebitur. Diſtinct. quidem inter Dolum cauſam dantem, & Incidentem, de praxi Germ. ſublatam putat Schilter. *ad ff. Ex. 11. §. 20.* vid. ſupra *§ 7. de dolo malo.* *3. Non reddens negotium ipſo jure nullum.* Nam (3.) Dolus ab initio in ipſo negotio ſtricti juris admiſſus non reddit negotium ipſo jure nullum *l. 36. ff. de V. O.* Ex ea enim cauſa propoſita eſt hæc exceptio, ex qua de dolo malo actio, per *d. l. 2. pr. ff. h. t.* At ex eo dolo, qui reddit negotium ipſo jure nullum, actio doli non datur; *l. 7. pr. ff. de dolo malo l. 16. §. 1. ff. de minor. l. 6. C. de præſcr. long. temp.* negotio vero nullo nuda ſufficeret inficiatio. Sic, quia in Contractibus b. f. dolus cauſam præbuit, ipſo jure non ſunt validi, imo nulli ſunt, proin hac exceptione non opus eſt, cum, licet non oppoſita, b. f. judiciis ineſſe dicatur. Zanger. *d. p. 3. c. 13. n. 11.* *In negotiis ſtricti juris.* Contractus vero ſtricti juris per dolum cauſam dantem non redduntur ipſo jure nulli, & valet promiſſio; ſed re adhuc integra exceptione doli eliduntur. *d. §. 1. l. l. 36. ff. de V. O. l. 5. C. de inutil. ſtip.* Zanger. *n. 12.* Kutter. *Diſſ. de dolo cauſ. dant. th. 27. & 41.* Locum ergo habet hæc Exc. ſi dolus cauſam rei geſtæ dedit in negotio ſtricti juris, vel ſi incidens ſit, in ſtricti juris & *Quando in judic. b. f.* bonæ fidei judiciis, quia contractus eſt validus, *l. 13. § 4. ff. de A. E. V. l. 21. ff. ſoluto matr.* vel poſt contractum intervenerit. *d. l. 6.* add. ſupra *ad d. t. de dolo. § 3. & ſeqq.* Item, ſi quis petat mox reſtituendum, *l. 8. pr. l. 2. § 5. ff. h. t. L. 173. §. 3. ff. de R. I.* quæ regula procedit in petitoriis, ſupra *ad tit. quod legat. §. 10.*

VIII.

VIII. Datur hæc Exceptio omnibus dolo malo deceptis; nec tantum his ipſis, ſed & illorum ſucceſſoribus, & omnibus, quorum intereſt, e. g. fidejuſſoribus. *l. 7. §. 1. ff. de except. l. 1. §. 1. ff. h. t.* Brunnem. *ad l. 2. C. de fidejuſſ. min.* Molina, *de J. & J. D. 500. n. 10.* Adverſus perſonam Dolum admittentem, quæ ſpecialiter nominanda eſt; *d. l. 2. §. 1. ff. h. t.* & ſic exceptio hæc ex parte opponentis in rem: & ex parte ejus, cui opponitur, in perſonam eſt directa, nam deſcendit ex delicto, *l. 4. §. 27. ff. h. t.* ob dolum tamen filiifam. aut ſervi in negotio peculiari commiſſum, Patri vel Domino hæc exceptio objicitur. *d. l. 4. §. 17.* Quoad tertium verò, vel ſucceſſorem particularem illius, cujus dolo aliquid in negotio admiſſum eſt, diſting. An ſucceſſerit deceptori ex causâ lucrativa, ſcil. legati donationis, tunc adverſus legatarium & donatarium etiam locum habet hæc exceptio; *d. l. 4. §. 29.* An ex causâ oneroſa, & regulariter locum non habet, *d. l. 4. §. 27.* Niſi auctoris ſui acceſſione uti velit, *d. §. 27.* aliove modo doli antecelloris particeps ſit. *d. l. §. 31.* Chriſtin. *V. 2. dec. 117. num. 10. & ſeq.* Sic ſi dolus commiſſus ſit in ipſa acquiſitione actionis, cuicunque ſucceſſori, etiam ſingulari, ea utenti obſtat exceptio. Zanger. *n. 75.* Hinc ceſſionario opponi poteſt eadem exceptio, quæ cedenti. Mev. *p. 4. dec. 205. n. 4.* De Dolo pupilli, item Tutoris, Curatoris, Procuratoris, an principali noceat? vid. *d. l. 4. §. 4. 9. 11. 19. 23. & 24. & ſeqq.* add. ſupra *ad tit. de auctor. tut. §. 15.* & *ad tit. de procurat. §. 58.* Joh. Voët. *n. 2. h. t.*

Datur dolo decepti, ſucceſſor & quorum intereſt. Adverſus decipientem, vel qui in ejus poteſtate, vel ipſi ſucceſſit ex causa lucrativa; non oneroſa. Limit.

IX. Contra Parentes & Patronos hæc exceptio non permittitur, quia Actor, cui opponitur, infamiam incurrit, illaque opinionem apud graves & honeſtos viros ſugillat, *d. l. 4. §. 16. l. 7. §. 1. ff. de obſ. par. & patr.* ſed hoc in caſu datur liberis & libertis facto Parentum vel Patronorum læſis Exceptio in factum, detractâ doli mentione. *d. l.* add. *l. 11. §. 1. ff. de dolo.* Nec intereſt, Parens vel Patronus ex ſuo, an ex alieno contractu conveniatur. Semperque exhibenda eſt reverentia tam vivo, quam mortuo. *d. l. 4. §. 16.* Ex eadem ratione à parochianis Paſtori, à Studioſis Rectori, à Vaſallo Domino Exceptionem doli opponi non poſſe, tradit Brunnem. *ad d. l. 4. n. 17.*

Non contra Parentes & Patronos. Ampl.

X. Objectum eſt actio ex doloſo negotio competens. *l. 36. ff. de V. O.* Committitur tam in contractibus, quam in teſtamentis, ac legibus *l. 2. §. 3. l. 4. §. 10. l. 8. §. 1. ff. h. t.* Sicque heredi ſcripto hæreditatem petenti valide opponitur ab hærede ab inteſtato veniente, vel in poſteriori teſtamento ſcripto, quando teſtator prius teſtamentum vel revocavit, vel coram teſtibus aut manu propria doloſam perſuaſionem vel coactionem aſſeruit; cum tale teſtamentum ſit ipſo jure nullum. Mantic. *de Conj. ult. vol. l. 2. tit. 6.* Zanger. *num. 22.* ſupra *ad tit. ſi quis aliq. teſt. prohib.* Forma & Diff.

Objectum. Diff. ſpec.

Spec. quæ differt ab aliis exceptionibus, in eo conſiſtit, quod hic exceptione actio excluditur propter dolum ab initio in ipſo negotio admiſſum, Generalis n. datur propter dolum in actione inſtituenda admiſſum. Ratione Finis & Effectus ab aliis peremptoriis exceptionibus non diſtinguitur.

Effectus.

An ſtricti juris negot. per hanc hæc fiant b. f.?

Sed quær. An hæc exceptio in negotiis ſtricti juris oppoſita faciat, ut quæ ſua natura ſtricti juris ſunt, propter hanc fiant bonæ fidei? Hoc nonnulli affirmant; Verior tamen eſt negativa, ſicut hoc latè defendit Vulteius, *de jud. lib. 2. c. 7. num. 657* Giphan. *ad l. 5. C de except.* & Dn. Voet. *ad ff. h. t. §. 5.* ubi ſimul reſp. ad ll. obſt. Struv. *Exerc. 46. th. 40.* ibique Mullerus. Frommann. *Diſſert. de act. b. f. & ſtricti jur. th. fin.*

Hæc Exc. Replicatione doli non excluditur. Ratio.

XI. Ratione contrariorum notandum eſt, quod hæc doli exceptio Replicatione doli non excludatur. ex gr. Si uterque emptor & venditor dolum in emptione admiſerint, & venditor emptori agenti exceptionem oppoſuerit, hanc emptor replicatione doli non poteſt elidere; *d. l. 4. §. 13.* ubi ratio, ne communis dolus Actori præmio, Reo vero pœnæ ſit, cum doloſi poſſidentis melior conditio, quam doloſi agentis, *l. 125. & l. 154. pr. ff. de R. J.* Joh. Voet. *n. 5. h. t.* & æquius ſit, ut ex dolo communi damnum vel lucrum ſentiat. Aliis tamen Exceptionibus replicatio doli opponi poteſt, ut contra Except. SCti Macedoniani. *d. l. 4. §. 14.* Exceptionem pacti. *l. 3 C. de except.*

Exceptio Metus, quid?

XII. Secunda Pars hujus Tituli agit de Metus exceptione, quæ nihil eſt aliud, quàm exceptio contra actionem ex coacto negotio deſcendentem. Hæc, uti ex ipſa deſcriptione apparet, non eſt facti & intentionis;

Qualis?

ſed actionis & juris, hoc eſt, propriè talis. Metus enim negotium non reddit ipſo jure nullum, nec omnem excludit conſenſum, quia & coacta voluntas quodammodo eſt voluntas, Nec quoad metum diſtinguendum eſt inter b. f. & ſtricti juris judicia: inter incidentem, & cauſam dantem negotio. Frantzk. *l. 1. Reſol. 3. num. 28.* Vinn. *ſel. quæſt. lib. 1. cap. 12.* & ſupra *ad tit. quod met. cauſ. §. 22.* Porro hæc Exceptio ratione nominis eſt Nominata. Rat. C. E. R. Prætoria. Rat. Subjecti Realis, *l. 4. §. 33 ff. h. t. l. 7. §. 1. ff. de except.* & in Rem ſcripta. *d. § 33 l. 3 C. de his, quæ vi met.* Rat. adjuncti, temporis ſcil. Perpetua. Rat. Effectus Peremtoria *§ 9. I. de except.*

C. E. Prox. eſt Metus juſtus.

XIII. Cauſa Efficiens Proxima eſt Metus juſtus, h. e. qui in conſtantiſſimum hominem cadere poteſt, ſupra *d. t. §. 11* Si vero Magiſtratus vel Judex executionem interminans quid decernat, hic metus ad hanc exceptionem opponendam haud ſufficit. *l. 3 ff. quod met. cauſ.* Mevius, *p. 2. dec. 41. & p. 5. dec. 273.*

Comp. metu coactis.

XIV. Datur omnibus juſto metu coactis. *l. 9. §. 1. ff. quod. met. cauſ.* illo-

illorumque hæredibus, & quorum intereſt. *l. 7. §. 1. ff de except. d. l. 4. §. 33.* Adverſus omnes ex coacto negotio vel metu conſtitutâ obligatione agentes, *d. §. 33. l. 7. C. de his quæ vi met.* Sive ipſi metum intulerint, ſive alii, nam hæc Exceptio etiam ratione ſubjecti paſſivi in rem ſcripta eſt, *dd. ll.* & tantum inſpicitur, an metus cauſa factum ſit, ſive ab Actore, ſive à quocunque extraneo cauſatum. *d. l. 4. §. 33 in f.* Hinc adverſus Parentes & Patronos locum quoque habet, quia in Actoris ignominiam plane non tendit, proinde nec, ut in dolo, certa denominanda eſt perſona, ſed tantum in genere excipitur de metu in tali negotio admiſſo; & ſic ceſſat ratio, propter quam exceptio doli locum non habet adverſus Parentes & Patronos, famæ ſcil. imminutio, ceſſante autem legis ratione ceſſat etiam ejus diſpoſitio arg. *d. l. 4. §. 16.* Vult. *d. c. n. 700. & ſeqq.* poſt alios Zang. *d. cap. 13. num. 102. & ſeqq.* Nec obſtat *d. l. 4. §. ſ.* Quod enim eo in caſu non detur adverſus Parentes, ratio non eſt, quod opinionem Actoris lædat, ſed quia eo in caſu agitur de peculio profectitio, cujus plenum dominium ad Patrem ſpectat, & qui propterea libere de eo diſponere, filiique conditionem deteriorem, ratione illius peculii, facere poteſt, & per conſequens etiam, ſi metum circa illud filio incuſſerit, hæc exceptio ei obſtare non poteſt, ſicut hæc explicatio ex ipſis verbis ſequentibus apparet. Tantum itaque abeſt, ut *d. l.* noſtræ ſententiæ obſtet, ut potius eam confirmet, argumento à contrario ſenſu deſumpto, quod in Jure firmiſſimum eſſe ſolet. In quibus rebus Parentibus non licet deteriorem facere liberorum conditionem, in illis locum habet hæc exceptio; Atqui in cæteris rebus præter profectitium peculium, &c. Ergo. Niſi filius ſe abſtinuerit paterna hæreditate *d. l. 4. §. ſ. vid. omnino L. 7. §. 1 de obſeq. parent. præſtand.* Struv. *Exerc. 46. th. 43.* Bohmer. *n. 9.* Beyer. *poſ. 9.* & Joh. Voetius *n. ſ. h. t.* D. Scharpff. *Reg. decad. caſ. th. 1.*

Adverſus omnes ex negotio coacto. Licet metus à tertio cauſatus. Contra Parentes & Patronos. Ratio. Obj. Reſp.

XV. Objectum eſt actio ex coacto negotio deſcendens, ſive perfecta, ſive imperfecta res ſit. *l. 9. §. 3. in f. ff quod met. cauſ.* Diff. Spec. in eo conſiſtit, quod actio, propter juſtum metum, hac exceptione depellatur. Differt etiam à præced. Exceptione, quia illa eſt in perſonam, hæc in rem ſcripta, illa famam lædit, hæc non item. Illa de dolo auctoris non objicitur, *præc. §. 8.* ſed hæc. *d. l. 4. §. 33 in f.* Ratione Finis & Effectus nulla inter hanc & reliquas Peremptorias eſt differentia; ſed hæc æque actionem ipſo jure competentem depellit. Attamen hæc exceptio eliditur Replicatione metus, *l. 12. §. 1. ff. quod met. cauſ.* ſecus ac in exceptione doli. *præc. §. 11.* Stryck. *in uſu modern. §. 1 h. t.*

Objectum Diff. Specific. Effectus. An admittatur metus replicatio? Affirm.

XVI. Exceptioni Doli cognata eſt Exceptio in factum, quæ datur vel ob qualitatem perſonæ, de qua *d. l. 4. §. 16* ſupra *§. 9* vel ob qualitatem rei ſeu objecti. Exceptio Erroris vel Ignorantiæ. *§. 1. I. de Except.*

Exceptio in factum, Erroris.

l. 5. C. de jur. & facti ignor. Quando autem, & cui hæc Exceptio proficiat? vid. ſupra *ad tit. de juris & facti ignor. & §. 105. cum ſeqq. de contract. emt. & vendit.*

Simulationis. XVII. Exceptio Simulationis, qua Reus dicit, aliud actum, aliud ſimulate conceptum eſſe. per *l.* ſupra *ad tit. de contr. empt. §. 115.* Hancque ſimulationis Exceptionem opponit ſive ſimulationis particeps, ſive in fraudem tertii ſimulatum ſit: *d. t. § 116.* Fab. in *C. l. 4. t. 17. def. 2.* DD. *in tit. C. plus valere quod agitur.* dummodo ſimulatio per teſtes aliove modo ab excipiente probetur, ita tamen, ut etiam præſumptiones admittantur. *d. t. §. 118* ad Kirchov. *conſ. 28. num. 23.* Farinac. *de Falſit. & Simulat. q. 162. num. 121.* Trentac. *l. 1. tit. de ſimulat. Reſ. 1. num. 10.* Zanger. *d. l. n. 91. & ſeqq.* D. Coccejus *in Diſſ. de ſimulat.* Neque huic Exceptioni in Inſtrumento renunciari poteſt, niſi ex intervallo hoc ſit factum. Brunnem. *ad l. 2. C. de his, qui ven. ætat. in f.* Farinac. *d. l. n. 46.* add. Setſer. *de juram. l. 2. c. 17. in f.* DD. Harpprecht. *in Conſil. nov. 28.*

TIT. V.

QUARUM RERUM ACTIO NON DATUR.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 6. §. 11.* & *Tit. 13. §. 4.*

§. I.

IN hoc Titulo aliæ Exceptionum ſpecies, & quidem Tres proponuntur, nimirum Exceptio Jurisjurandi, Libertatis onerandæ cauſa, & quæ in odium Aleatorum eſt introducta. Ex Inſcriptione hujus Tituli quidam putant, hic agi de Exceptionibus facti ſeu intentionis, quam tamen ſententiam ipſa exempla h. t. propoſita non admittunt; nam juramentum vel conventio hæc ex delatione & præſtatione jurisjurandi orta, tanquam Juris Prætorii, priorem civilem obligationem & actionem, circa quam adjecta, non ipſo jure tollit; *§. 3. & 4. I. de except.* ſed tantum naturalem obligationem. *l. 95. §. 4. ff. de ſolut.* ſupra *ad tit. de jurejur. §. 61. in fin.* Vinnius, *ad d. §. 4.* Sicut autem in judicio per ſententiam prior actio revera non novatur; ſupra *ad tit. de re jud. §. 29.* ita nec hic principalis actio prorſus interit; ſed ope exceptionis ſaltem nova qualitate imbuitur. Franzkius, *ad §. 11. I. de act. num. 7. & ſeqq.* à Sande, *ad l. 13. ff. de R. I.* Hahn. *ad Weſ. h. t. N. 1.* Zanger. *de except. p. 3. c. 16. n. 8.* Idem dicendum de reliquis duabus ſpeciebus, Stipulatione ſcil. onerandæ libertatis cauſa facta: *l. 1. §. 5. ff. h. t.* Item, ſi res à colluſore vendita & evicta, venditio non eſt ipſo jure nulla, ſed exceptione emptor de evictione venditorem convenient ſubmovendus eſt. *l. 2. §. 1. ff. eod.* Proin dictæ inſcriptionis verba ad effectum, non vero ad ipſam formam reſpiciunt, ita, ut in h. t. non agatur de exceptionibus,

Quæ ratio Inſcriptionis?

bus, quarum actio ipſo jure non datur, ſed de illis, quarum actio à Prætore non datur. Dupliciter enim in Jure noſtro Actio non dari dicitur, (1.) Vel ipſo Jure, & tunc locum habet nuda Inficiatio. Vel (2.) quæ ipſo jure quidem competit, ſed à Prætore non datur, i. e. denegatur, ſi enim conſtet, actionem propter peremptoriam exceptionem iniquam eſſe, Prætor actionem ſtatim denegat, & actorem à judicio depellit, quæ Denegatio dicitur non datio in *l. 7. pr. junct. l. 9. pr ff de jurejur.* ſupra *ad eund. tit. d. §.* Sicque h. l. non ad jus ſed ad Prætorem reſpiciendum eſt, prout in aliis quoque Juris textibus non dare, denegare idem ſignificat; ita in *l. 4. §. 1 ff ſi quis caut. jud. ſiſt.* exceptio, quæ ipſo jure competit, & propter replicationem rejicitur, non dari dicitur. Eodem modo etiam actiones non dari dicuntur; quam ſententiam etiam defendit Meyer. *in C. J. A. ad h. t.*

Actio non dari dicitur vel ipſo Jure, vel à Prætore.

II. Prima Exceptio in h. tit. propoſita eſt Jurisjurandi, quæ datur illi, qui adverſario deferente, juravit, ſe nihil dare oportere, *l. 28 §. 4 ff. de jurej.* adverſus deferentem, ejusque ſucceſſores, ad excludendam actionem ſummo jure competentem. Hæc Exceptio Juris & Actionis eſt, non facti & intentionis, adeoque proprie ſic dicta, *d. §. 4. l. de except.* quare Hahnius *d. l.* inſcriptionem h. t. ex vulgari Editione ſupplendam eſſe putat, ita: *Quarum rerum actio non datur, & de Exceptione jurisjurandi.* Rat. C. E. R. Prætoria. Rat. Subjecti eſt Realis. *l. 7. § 1. ff de except.* Rat. adjuncti, temporis ſcil. Perpetua. *l. 40. ff de jurejur.* Rat Effectus Peremptoria.

Exceptio jurisjurandi quid?

III. Cauſa Efficiens Remota hujus Exceptionis eſt Prætor. Proxima eſt Jusjurandum, non omne, ſed ſaltem litis deciſorium, & quidem Voluntarium; id eſt illud, quod à parte parti extra judicium, vel in Jure apud Prætorem ante L. C. defertur. *d. l. 28 §. 5. l. 17 pr ff eod.* C. J. A. *tit. de jurejur. th. 5.* vid. ſupra *§. 62. de jurejur.* Ex Judiciali vero & Neceſſario hæc Exceptio non datur; ſed ſi vel pars parti in judicio, vel Judex etiam, in defectum probationum, Suppletorium detulerit, tunc ſemper ſequitur Judicis ſententia, & inde propterea non hæc, ſed rei judicatæ exceptio oritur. Franzk. *d. l. num. 14. 15 & 16.* Porro Argum. Ex quocunque juramento datur actio in factum ex jurejurando, ex eo etiam datur exceptio. Atqui ex voluntario, &c. Ergo. *ad tit. de jurejur. §. 57.*

C. E. Rem. Prox. eſt Jusjur. quale? Cur non judiciale?

IV. Datur Reo, qui juramentum præſtitit, (vel cui jurare parato per gratiam remiſſum fuit, *l. 5 § 5. l. 6. l. 9. §. 1 ff de jurejur.* Zanger. *d. l. num. 6.*) ejusque ſucceſſoribus, tam univerſalibus, quam ſingularibus, *l. 7. l. 8 ff. d. t.* Johann. Voetius. *num. 2. h. t.* etiam fidejuſſoribus; *l. 28. §. 1. ff. eod.*

Datur Reo, qui juram. præſtitit. Succeſſor. & quorum interest,

§. 1. ff. eod. l. 7. §. 1 ff. de rec. & quorum intereſt; hinc datur Reo ex fidejuſſoris juramento in rem præſtito. *d. l. 28 §. 1. l. 1. §. 3. ff. h. t.* Alteri ex duobus Reis promittendi. *d. l. 28. §. 3* Adverſus deferentem, ejusque Succeſſores: arg. *d. l. 9. §. ſ* & *d. l. 28. §. 4.* modo ille jus deferendi habeat; ut, ſi tutor pupilli detulerit, *l. 35. pr. ff. d. t.* non vero, ſi pupillus ſine tutoris auctoritate. *l. 17. §. 1. ff. eod. d. l. 1 §. 1 ff. h. t.* Zanger. *n. 45 & ſeqq.*

Contra deferentem, & ſucceſſ.

V. Objectum eſt illa ipſa quæſtio vel cauſa, propter quam Reus juramentum præſtitit, quod nihil dare teneatur, & poſtea de eadem denuò agatur; etiamſi aliâ actione, quia altera per alteram conſumitur, *d. l. 28. §. 4. & 6. l. 5. ff. de except. rei jud.* Zanger *num. 51.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.* nam jusjurandum vicem rei judicatæ obtinet. *l. 1 pr. ff. h. t.* Differentia enim Specifica in hoc conſiſtit, quod hæc actio excludatur propter juramentum præſtitum, nam eo ipſo, dum pars parti defert hoc juramentum, ſimul etiam promittere videtur: *Quòd, ſi Reus juraverit, ſe nihil debere, nihil etiam petere velit.* & ſic continet tacitum pactum remiſſorium, nihil enim amplius quæritur, quam an juratum ſit? *l. 5. §. 2. l. 9. §. 1 ff. de jurejur. §. 11. I. de act.* eaque propter à Prætore Reo datur hæc Exceptio, & Actori iterum petituro denegatur actio. *d. l. 9. pr.* Formulam hujus Exceptionis vid. apud Colerum, *de proc. execut. p. 2. c. 2. num. 14.* Plura de his vid. ſupra *ad d. tit. de jurejur. §. 52. & ſeqq.*

Objectum.

Diff. Spec.

Continet tacitum pactum remiſſorium.

VI. Secunda h. tit. propoſita Exceptio eſt ſtipulationis onerandæ libertatis cauſa, quæ datur liberto, contrà Patronum, ad excludendum illud, quod Patronus à liberto, onerandæ libertatis causâ, ſtipulatus eſt. v. gr. Quando Dominus ſponte ſua manumiſit & in continenti imponit liberto pecuniam promittere, non ad eam exigendam; ſed ut libertus eum timeat, & ſemper metui exactionis ſit ſubjectus, eaque propter quodvis ſuſtineat Patrono præcipiente. *l. 1. §. 5. l. 2. § ſ ff. h. t.* Vel ſi poſt intervallum quidem promiſerit, ſed cognitâ cauſa liquido appareat, libertum ſolò metu & nimia reverentia ita ſe ſubjeciſſe *d. l. 1. §. 6.* Et quamvis ſummo jure Patrono, ejusq; hæredibus competat actio, eam tamen petentibus Prætor non concedit, ſed illa à Liberto, ejusve ſucceſſoribus, & fidejuſſoribus hac exceptione eliditur, ut pecunia promiſſa exigi non poſſit. *d. l. 1. § 5. 8. & ſ* Sin Servus Domino pecuniam promiſerit, ut manumittatur, Patrono eam petenti dicta exceptio non obſtat. Alius caſus eſt in *d. l. § 4.* ſed in *§. 7.* hac exceptione opus non eſt, quia dolus cauſam dans contractui h. t. hunc ipſo jure nullum reddit. *l. 7. pr. ff. de dolo mal. l. 16. §. 1. ff. de minor.*

Exceptio Libertatis onerandæ cauſa, quid? v. gr.

VII.

VII. Tertia Exceptio eſt de eo, quod in Alea geſtum eſt. *d. l. 2. §. 1. ff. h. t.* Dicitur Condictio in *l. 19. §. 4 ff. de probat.* In odium ludentium introducta eſt, ut ſi ludere volens lucri gratia pecunia deſtituatur, rem aliquam vendat ſciens ſe pecuniam ad ludum expenſurum: Emptor autem, quia poſtea res evicta, velit convenire venditorem ad evictionem præſtandam, ille ſubmovebitur hac exceptione: *d. l. 2. §. 1.* & ſupra *ad tit. de evict. §. 9.* modo objiciens exceptionem probet. *l. 19. §. 4. ff. de prob.* Jungantur ea, quæ ſupra *ad tit. de Aleat. §. 16.* Exc. de eo, quod in alea geſtum.

TIT. VI.
DE LITIGIOSIS.
Cod. *Lib. 8. Tit. 37.* Nov. *112. c. 1.*
§. I.

IN hoc Titulo agitur de certa aliqua Exceptionum ſpecie, quæ vocatur Litigioſi. Non autem de hac tantum exceptione in hoc Titulo agitur; ſed in genere de rebus litigioſis, unde etiam in Pand. & Cod. inſcribitur de Litigioſis.

II. Litigioſum dicitur à lite, & nihil aliud eſt, quam res in litem deducta. Fz. *lib. 1. Reſol. 11.* Rei autem vocabulum hic late accipitur, ita, ut etiam actionem comprehendat. Unde hæc Res in Actionem & Rem litigioſam dividitur; ſicut enim duo ſunt litigantes, ita & duæ res ſunt litigioſæ. Rat. Actoris ipſa actio redditur litigioſa Rat. Rei rei res, quæ petitur. Actio itaque litigioſa eſt, quæ in judicium eſt deducta. Res litigioſa, de cujus dominio inter petitorem & poſſeſſorem contenditur, *l. 1. §. 1. ff. l. 2 l 4. pr. Cod. h. t.* & proinde, lite pendente, in alium transferri vel alienari prohibetur. *dd. ll.* Litigioſi Etymol. Quid hic ſignif. Res? Actio Res Litig. quid?

III. Cauſa Efficiens eſt Lis, qua aliquid litigioſum redditur. Litis vocabulum variè in Jure accipitur; Joh. Voet. *num. 1. h. t.* Interdum pro ipſa actione; *l. 36. ff de V. S.* hinc litem conteſtari, *l. un. C. de L. C* perire, *l. 1. §. 3. ff. de calumniat.* liti renunciare, *l. 10. ff. de jud.* *Interdum* pro re, quæ petitur: unde litem æſtimari, *l. 8. ff de eo, quod certo loco,* in condemnationem deducere. *l. 3. §. 3. ff. de A. E. V.* Interdum pro ipſa judiciali diſceptatione, quæ ultima ſignificatio eſt hujus loci, & ſic accipitur in *l. 7 ff. de inoff. teſtam. l. 2. C. de juram. propter calumn. l 31. §. 2. ff. de N. G.* Sed in hoc ultimo ſenſu Lis iterum dupliciter ſumitur, vel latè, ut lis incipiat à citatione, *§. f. I. de pæn. tem. litig.* vel ſtricte, quæ à litis conteſtatione initium capit, & finitur ſententia definitiva. *l. 5. pr. ff. de H. P. l. un. C. de lit. conteſt.* ſupra *ad tit. de in jus voc. § 2.* per *c. 50. X. de V. S.* D. D. Graſſ. *in Concl. Jurid. Juang. §. 5.* Num autem hoc in loco ſtricte, vel late accipiatur, h. e. Res litigioſa fiat per ſolam Citationem, an verò Litis conteſtatio ſit neceſſaria? Diſting. eſt inter actionem & rem ipſam, quæ petitur. C. E. eſt Lis. Ejus Homon. h. l. ſumitur pro judiciali diſceptatione. Res Litig. an fiat per Citat. an Lit. conteſt. diſt. inter Actionem, quæ incipit eſſe

IV. Actio, ut fiat litigioſa, requiritur lis in ſtricta ſignificatione, h. e. ut incho-

Litig. per L. C.

inchoata ſit per litis conteſtationem, quod probatur *l. 1. §. 1. ff. l. 1. C. h. t.* Lis autem poſt L. C. pendere dicitur de Jure Civ. idque de Jure Pand. & Cod. caret controverſia. *L. 2. l. 4. pr. C. tod.* ſupra *ad tit. de judic. §. 14.* & *ad tit. de re. jud. §. 10.* Franzk. *lib. 1 Reſ. 11. n. 4* Chriſtin *V. 4 dec 175. n. 4.* Sed quær. An Jur.

& J. Nov.

Nov. quoad actiones etiam litis conteſtatio ſit neceſſaria? Quod affirmandum videtur, quia Jus ff. & C. quoad has Jure Nov. mutatum non reperitur. Quamvis enim in *Nov. 112. c. 1.* dicatur, quod res litigioſa fiat per judiciariam conventionem, illud tamen, ſicut ex ipſis d. N. verbis apparet, non de actione litigioſa, ſed vitio reali, & quod ipſam rem afficit, accipiendum eſt. Mev. *p. 6. dec 17 n. 7.* Carpzov. *J. F. p. 1. C. 32. def. 22. n. 3. & 4.* Fab. in *Cod. l. 8. t. 30. def. 4.* & poſt alios, Joh. à Sande, *de prohib. rer. alien. p. 1. t. p. §. 1. n. 5.* Licet autem hæc ſententia de Jure ſit veriſſima, ab ea tamen Dd. communiter receſſerunt, diſtinguendo inter Actiones reales & perſonales, ita, ut hodie in Perſonalibus requiratur litis conteſtatio: in Realibus ſola ſufficiat Citatio cum libelli oblatione facta, ita, ut hodie actio realis per citationem emiſſam fiat litigioſa, & hoc per conſequentiam ex d. *Nov. 112. c. 1.* deductam, ita argumentantes. Si res per citationem fit litigioſa, ſequitur, quod in Realibus Judiciis etiam actio fieri debeat per Citationem litigioſa, ne Actoris conditio melior, Rei vero deterior fiat. Hartm. Piſtor. *l. 1. q. 40. n. 2.* Perez. in *C. h. t. n. 3.* Franzk. *d. l. n. 7.* Gail. *l. 1 O. 74. n. 16.* & *O. 118. n. 4.* Wurmſer. *L. 1. tit. 13. O. 7* Brunnem. *ad Auth. Litigioſa. n. 1. C. h. t.* Sichard. *ad d. Auth. n. 6. & 11.* Chriſtin. *n. 6.* Joh. Voet. *n. 1.* Beyerus *poſ. 2. h. t.*

Sed de praxi diſt. inter act. Perſonales & Reales.

V. Quoad Cauſſ. Eff. per quam Res fit litigioſa, de Jure Digeſt. & Cod. certum eſt, quod lis in ſtricta ſignificatione, h. e. per litis conteſtationem inchoata requiratur. Jure autem Novo quid dicendum ſit, controverſum eſt inter Dd. Umm. *de proc. Diſſ. 5 th. 13. n. 73* non ſine ratione defendit, quod etiam Jure Nov. ut res litigioſa fiat, lis in ſtricta ſignificatione requiratur, inquiens, Jus Digeſt. & Cod. non reperitur mutatum, neque per *d. Nov. 112. c. 1.* neque per *Auth. Litigioſa. C. h. t.* ibi enim dicitur, quod res litigioſa fiat per judiciariam conventionem, quæ ante litis conteſtationem non exiſtit, utpote, quæ ipſius judicii eſt initium, nec per ſolam citationem quis conveniri dici poteſt. Deinde neque reliqua verba probant aliquam Juris Dig. & Cod. mutationem: Preces enim Principi oblatæ litis conteſtationem faciunt, per *l. 1. C. quand. libell. Princ. obl.* Struv. *Exerc. 46 th. 44* ibique Mullerus. Ex hoc in praxi maximum habet effectum, ut ſcil. actiones temporales fiant perpetuæ, quod fit per litis conteſtationem. Attamen in Praxi aliter ſentiunt communiter ſtatuentes, quod Res per litem in ſenſu lato, ut ſolam quoque citationem ſignificat, fiat litigioſa, poſt alios, Umm. *d. l.* add. Thomas. *de Litig. poſ. 8. n. 17. & ſqq.*

& Rom. de Jure Dig. & Cod.

De praxi ſit Litig. per Citat.

.VI.

VI. Cauſa Efficiens eſt lis de dominio inter petitorem & poſſeſſorem coram Judice non calumnioſe mota. Ut itaque Res litigioſa fiat, ratione Cauſæ Effic. requiritur I. Lis, etiam per ſolam Citationem inchoata; per *d. Nov. 112 c. 1. & d. Auth. Litigioſa C. h. t.* cui, ſecundum hodiernam practicam, inſerta debet eſſe cauſa litis. *Clem. 2. ut lit. pend.* Ut autem citatio ſit valida, ejus requiſita vid. apud Trentacinq. *lib. 2 tit. de judic. reſol. 17 n. 19.* & ſupra *ad tit. de in jus voc. §. 56. & ſeqq.* Cum itaque Lis requiratur, ſequitur, quod ſola extrajudicialis Denunciatio, ne res alienetur, rem non faciat litigioſam, ſic Denunciatio creditoris debitori facta, ne pignus alienet, eapropter pignus non facit litigioſum, ſed lis ad minimum per citationem inchoata eſſe debet. *l. 1. § 1. ff. l. 1.* ibi Brunnem. *C. h. t.* Licet autem hæc denunciatio aliquando poſſeſſorem in m. f. conſtituat, *l. 20. § 11. ff. de H. P.* vid. Sichard. *ad d. l. 1. n. 2.* mala tamen fides ad vitium litigioſi non ſufficit, nec alienationem impedit. *§. 2. verſ. Quamvis ipſe I. de uſucap.* Franck. *n. 15.*

Rei Litig. Cauſ. Effic. Requir. I. Lis.

Non ſola denunciatio.

VII. II. Ut lis ſit de Dominio (principaliter ſcil. non incidenter) mota. Ergo Realis requiritur actio de dominio competens. Nec enim quælibet ſufficit actio, ut res fiat litigioſa. per *d. Nov. 112. c. 1. & d. Auth.* Jus equidem quacunque actione, Reali & Perſonali, in judicium deducta fit litigioſum; Carpz. *d. def. 22 n. 3.* Verum, ut Res ipſa fiat litigioſa, cauſa Dominii in quæſtione debet eſſe Joh. à Sande, *de prohib. rer. alien. p. 1 c. 9. § 1. n. 2.* Cum autem de Dominio tantum agatur actionibus realibus, conſequens eſt, per Perſonales Rem litigioſam non fieri; quia illis agitur de obligationibus, neque directo de Dominio & Proprietate, quod non tantum verum eſt de actionibus perſonalibus, quibus contenditur ſimpliciter pro quantitate aliqua, veluti ex mutuo, vel de opere aliquo ſeu facto in re, ſed & quæ moventur de rebus certis, & in ſpecie præſtandis, ut actione empti ad rei venditæ, actione ex ſtipulatu ad rei promiſſæ traditionem. Nec obſtant. *l. 2. & l. 4. C. h. t.* ubi in genere dicitur, quod res lite pendente non poſſit alienari. Reſp. enim quod in *dd. ll.* ratione Rei reales intelligantur actiones, quod ex ipſis *dd. ll.* verbis deduci poteſt, quia Imperator ibi loquitur de illis actionibus, quibus Reus convenitur tanquam poſſeſſor, *d. l. 2.* ibi: *a Reo detentas. d. l. 4.* ibi: *Quas poſſidet* quod requiſitum realium tantum actionum eſt. Et in *d. Auth. & d. Nov.* diſerte dicitur, litigioſam intelligi rem, de cujus dominio cauſa movetur. Hancque ceu veriorem, ita communiorem & receptiorem eſſe ſententiam, à qua in conſulendo & judicando non recedendum, poſt copioſe allegatos Dd. probat, ad contraria ſimul reſpondendo, Franck. *n. 25 & mult. ſeqq.* H. Piſtor. *d. q. 40. n. 7* Carpz. *d. def. n. 3.* Thomæ, *de Litigioſ. poſ. 7.* Menoch. *l. 2. præſ. 96. n. 13.* Quær. An per actio-

II. De Dominio. Per actionem realem.

non Perſonalium.

Obj.

Reſp.

An per act. in rem ſcriptas?

actiones perſonales in rem ſcriptas res fiat litigioſa, cum illis Reus qua poſſeſſor conveniatur? ſed negatur, quia in illis non agitur de Dominio rei; ſed de re exhibenda, ut Actor poſtmodum de illa experiundi copiam habere poſſit. Thomas. *d. l. num. 20.* Diſſent. Franzk. *n. 41.* Sicut etiam proprietas nihil commune habet cum poſſeſſione *l. 12. §. 1. ff. de A. vel A. P.* ita poſſeſſorium judicium non efficit rem litigioſam, reſpectu petitorii. Beſold. *p. 5. conſ. 232.* Gail. *d. O. n. 5.* H. Piſtor. *n. 9. & 10.* Faber. *d. l. def. 8.* Thomas. *ibid. l. n. 29. & ſeqq.* ubi *n. 30.* idem de Judiciis Criminalibus tradit Franzkius, *n. 50.*

Exclud. omnes Perſonales.

VIII. Excluduntur itaque (1.) in genere omnes actiones Perſonales, etiam in rem ſcriptæ; D. Frommann. *de act. real. & perſonal. quæ conſtituend. n. 2.* D. D. Graſſ. *in Concluſ. Jurid. Inaug. § 5.* utpote quæ ſua natura etiam revera ſunt perſonales, uti modo dictum. D. Bardili *in Diſſ. de ſucceſſ. ſingul. an & quatenus perſonal. act. ten. cap. 4. § 5.* (2.) Illæ actiones Reales, quibus non agitur de Dominio, ſed aliis Juris in re ſpecie, quales ſunt Actio Conſeſſoria, Negatoria, Hypothecaria, & hanc communiſſimam eſſe ſententiam, poſt plures alios, tradunt Franzkius, *d. l. n. 17.* Thomas. *poſ. 4. num. 6.* & *poſ. 6. num. 60.* Brunnem. *ad d. Auth. n. 2.* Sande, *d. §. 1. n. 4.*

Reales, quibus non agitur de Dominio.

IX. Requiritur itaque ad rem litigioſam faciendam, ut R. V. ſit inſtituta. Nihil autem refert, ſive Directa, ſive Utilis: ſive de vero, ſive ficto & quaſi Dominio lis mota ſit, unde etiam per Publicianam res litigioſa redditur, Carpz. *d. l. num. 3.* Sichard. *ad d. Auth. num. 5.* Franzk. *num. 19.* Thomas. *poſ. 6. num. 19.* Trentac. *num. 5.* Hoc etiam multi extendunt ad Actiones Mixtas. v. g. Hæreditatis petitionem, cum illa etiam agatur de Dominio Univerſitatis, in quo Actor ſe fundat. *l. 20. ff. de V. S.* Vinnius, *ad §. 11. I. de R. D. n. 1.* Judicium Finium Regundorum, per *l. 1. l. 4. pr. l. 8. pr. l. 12. ff. fin. reg.* Familiæ Erciſcundæ, quia in eo uterque ſe fundat in Dominio. & Diviſio hæreditatis petitur à cohæredibus, quia hæreditas pro partibus indiviſis eſt illarum propria. arg. *l. 13. ff. fam. erciſc.* Judicium Communi dividundo; nam & à ſociis diviſio petitur ex hoc fundamento, quia res communis ipſorum pro parte eſt propria. per *l. 4. l. 7. § 2. ff. l. 1. C. commun. div.* Thomas. *d. poſ. 6. num. 20. & ſeqq.* Bardili, *Diſſ. de Except. th. 10.* poſt alios, Brunnem. *ad d. Auth. n. 5.* H. Piſtor. *n. 10. & 11.* Diſſ. Franzk. *n. 14.*

Req. autem Rei vind. Ampl.

An Actiones Mixtæ? v. gr.

3. Per Citationem inchoata, modo Reus tunc poſſideat.

X. III. Ut Lis inter poſſeſſorem & petitorem ad minimum per Citationem inchoata ſit, & ſic requiritur, ut Reus rem, quæ petitur, poſſideat. Nec omnis Lis de Dominio ſufficit, ſi enim dolo quis rem poſſidere deſierit, & Dominus poſtea Rei Vindicationem contra illum inſtitueret, tunc quidem lis etiam de Dominio rei moveretur: quia tamen Reus rem non poſſidet vere, epropter illa

illa lis rem afficere, eamque litigioſam facere nequit; ſed tertius poſſeſſor liberam facultatem habet eam alienandi. *l. 1. §. 1. ff. h. t.*

4. Sit mota coram Judice compet.

XI. IV. Ut Lis dicto modo ſit mota in judicio, coram Judice, *d. Nov. c. 1.* & quidem competente. Si enim coram incompetente mota ſit, quia lis illa ipſo jure nulla eſt, nullum etiam poteſt producere effectum, nec rem litigioſam facere, *Clem. 2. ut lite pend.* Mevius, *p. 1. dec. 232.* ſupra *ad tit. de judic. § 41.* niſi prorogata juriſdictione conſenſu partium factus fuerit competens. *l. 1. C. de juriſdict. omn. jud.* Sin lis mota fuerit coram Arbitro, res non fit litigioſa. Arbitri enim Laudum propter vim judicialis ſententiæ non habet. *l. 13. §. 5. ff. de his, qui not. infam.* Thomæ, *poſ. 6. n. 47. & ſeqq.* Beyer. *poſ. 6. h. t.* add. tamen B. Dn. Parens, *de Arbitr. Compromiſſ. th. 39 & 40.*

Limit. Sin coram Arbitro.

5. Non calumnioſe.

XII. V. Ut Lis mota ſit non calumnioſe. Lis enim Calumnioſa & improba, verb. gr. ob non jus vel fraudem adverſarii, non inducit vitium litigioſi, nec proin impedit alienationem: Mev. *p. 4. dec. 394. num. 2.* modo de tali calumnia evidenter conſtet; quoniam in dubio non præſumitur. Franzk. *n. 85.* Thomæ, *d. poſ. num. 58.*

Subjectum ſunt Litigantes.

XIII. Ratione Perſonarum notandum eſt, quod hoc vitium tantum reſpiciat Litigantes; non tertium rei controverſæ Poſſeſſorem, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Carpzov. *p. C. 32. Def. Fin. 22.* qui nullam litem habet, & proin valide alienat. *d. l.* Unde Dd. ſuggerunt hanc Cautelam, ut rem litigioſam empturus, non à litigante; ſed à tertio emat; modo b. f. concurrat. Dn. Stryck. *de Caut. Contr. ſect. 1. c. 3. §. 25.* Aliam cautelam vid. apud Sichard. *ad l. 4. C. h. t. n. 20.* Si tamen cum procuratore, tutore, curatoreve alicujus judicium acceptum ſit, tunc quaſi cum Domino ipſo litigatur, & conſequens erit dicere, ad eum exceptionem pertinere. *in d. l. f.* Sic ergo ratione Actoris Actio, ratione Rei res, quam poſſidet, fit litigioſa.

Cautela.

Objectum eſt Actio, Res Litigioſa.

XIV. Objectum eſt ipſa Actio, vel Res Litigioſa, Corporalis, Mobilis, vel immobilis, *l. 3. C. h. t. d. N. c. 1.* etiam bona Emphyteutica, Feudalia, Beneficia Eccleſiaſtica, *c. 2. ut lite pendente in 6to Clem. 1. eod.* & ſimilia, quorum jus in utili dominio conſiſtit. Sichard. *ad d. Auth. n. 5.* Franzk. *n. 21.* & *prec. n. 20.* extendit ad res incorporales, v. g. Uſumfructum, quod reſtringit Sichard. dummodo jure dominii vel proprietatis vindicetur. *n. 12.* add. ſupra *ad tit. de uſufr. § 7. & ſeq.* Struv. *Exerc. 46. th. 48.* ibique Muller. Joh. Voët. *n. 1. h. t.* Si enim de dominio, vel quaſi non controvertatur, res litigioſa non fit. Auth. *Litigioſa C. h. t. d. N. c. 1. prin. § 8.*

An res Incorporales?

Finis. Effectus eſt prohibitio alienationis.

XV. Finis eſt, ne judicium reddatur illuſorium, & Actoris conditio deterior. Effectus conſiſtit I. in alienationis prohibitione. Actionem

enim

onem vel rem litigioſam Litigantes alienare prohibentur. Sic Actor prohibetur actionem litigioſam alii cedere: Reus rem litigioſam alienare, & in alium transferre, *l. ſ. & 1. ff. & C. h. t.* Idque ne, in fraudem Rei, durior Actor ſubſtituatur, vel Actor ad aliud judicium deducatur. DD. Graſſ. *dd. concl. & §. 4. & 8.* Sicuti rem non litigioſam alienans tenetur ad id, quod intereſt, ſupra *ad tit. de alien. jud. mut. cauſ. §. 10.* Sin contra hanc prohibitionem de facto Res vel Actio alienata fuerit, Jure quidem Digeſt. alienatio ſubſiſtit, & ope exceptionis demum infirmatur, *l. 61. ff. de R. V. l. 1. §. ſ. ff. quæ res pignor. vel hypoth.* Hahn. *ad W. h. t. N. 1.* Verum de novo Jure Cod. alienatio ipſo jure nulla cenſetur, per *l. 2.* ibi: *Tanquam ſi nihil factum ſit. l. 4. §. 1. C. h. t.* ibi: *Irritatis alienationis facta* & porro: *Omnibus Inſtrumentis ſuper hoc confectis nullam vim obtinentibus. C. h. t. junct. l. 5. pr. in f. C. de LL.* Franzk. *n. 61.* poſt alios Brunnem. *ad d. l. 2. n. 6.* Bardili, *Concluſ. Pract. Ex. 24. th. 18.* Et Alienationis nomen hoc loco generaliter ſumitur, ut non tantum comprehendat Emptionem Venditionem, ſed & quemcunque alium actum vel contractum, ex quo Dominium rei transfertur; *d. l. 2. d. l. 4. pr. & §. 1.* ibi Sichard. *n. 1.* Franzk. *n. 60.* niſi in ſpecie excipiatur. *ſeq. §. 8.*

Tum alienatio ipſo jure ſit nulla? Affirm.

Alienatio accip. lat.

XVI. Nec refert is, in quem alienatio facta, vitium litigioſi ſciverit, an ignoraverit; *d. l. 4. pr. & §. 1.* Gail. *de O. n. 2.* ſed quia translatio eſt nulla, actionem vel rem litigioſam ſtatim redhibere obligatur; *d. §. 1.* & quidem per Condictionem ſine cauſa, juxta Salicetum, vel per Condictionem ex lege. Sichard. *ad d. l. 4. n. 12.* Sin non reſtituerit, lis cœpta nihilominus contra alienantem ad ſententiam uſque peragatur, *d. l. 2.* & ſententia contra eundem lata, adverſus tertium illum poſſeſſorem (vel detentorem, vid. *Mev. p. 8. dec. 380. num. 5.*) habentem cauſam à condemnato, citra novum proceſſum, executioni mandari poteſt. Non obſt. *l. 4. ff. de exc. rei jud.* nam alias fruſtra ageretur cum alienatore, & lis ex lite oriretur? Franzk. *num. 91. & ſeqq.* Brunnem. *ad d. Laun. 51.* Sande *§. 2. num. 17. & 19.* Stryck. *in uſu modern. §. 19. de re jud.* Carpz. *p. 1. C. 32. def. 22.* ibique Eſbach. hinc dicta prohibitio non ſe extendit ad executionem proceſſus. Mevius *p. 6. dec. 17. & p. 8. dec. 380. n. 6.* add. *p. 4. dec. 28.*

Licet emptor vitium ignoraverit, tenetur redhibere. Si non fiat, lis contra alienantem peragitur, & adverſus dict. emptorem executioni mandatur. Obj. Reſp.

XVII. II. Si actio vel res ejuſmodi litigioſa contra prohibitionem fuerit alienata, tunc ſi Emptor, vel qui alio contractu eam acquiſivit, actionem alienantis nomine intentare velit, vel judicium ſuſcipere paratus ſit, ipſi actio denegatur, & rei litigioſæ exceptione repellitur: Exceptio autem litigioſi eſt, quæ datur adverſus illum, qui actionem vel rem litigioſam, quam ab eo, cui de ea cum altero lis fuit, comparavit, perſequitur. *l. 1. §. 1. ff. l. 4. C. h. t.* Struv. *Exerc. 46. th. 48.* ibique Mullerus.

a. Emptio litigioſi.

Quid ſit

XVIII.

XVIII. Dicta tamen prohibitio ſuas recipit exceptiones, & variis in caſibus rei litigioſæ Alienatio permittitur: ut (1.) quæ ſit ex cauſa Dotis, & (2.) Donationis propter nuptias, ubi non ad vexandum adverſarium, ſed affectione matrimonii alienatio facta præſumitur. *l. ſ. §. 1. C. h. t. verſ. Excepto.* Chriſtin. *d. dec. n. 9.* Franzk. *n. 76* (3.) quæ fit ex cauſa Tranſactionis, & (4.) Diviſionis rerum hæreditariarum. *d. § 1.* Hæ enim non videntur alienationes. Doctores communiter has cauſas Tranſactionis & Diviſionis non conjunctim pro uno negotio inter cohæredes accipiunt, ſed ſeparatim etiam de tranſactione cum extraneo. Franzk. *n. 80.* Sande. *n. 21.* Si actio vel res litigioſa teſtamento vel codicillis alicui relicta, *d. §. 1. l. 3. C. eod.* quia hujus alienationis cauſa eſt mors litigantis, non cupiditas vexandi adverſarium. Sed tunc periculum & lucrum ad Legatarium pertinet, adeoque poteſt ſe adjungere in lite, & jus defuncti tueri. *Auth. nunc ſi heres. C. h. t. d. nov. c. 1.* Franzk. *n. 75* Sande. *n. 20.* Sichard. *ad l. 4. C. h. t. n. 23.* ſupra *ad tit. de leg. §. 20.* His jungi poteſt (6.) Alienatio neceſſaria. verb. gr. per bonorum publicationem, maxime ſi habeat cauſam præcedentem, vel lite vetuſtiorem, & originem Juris neceſſariam: *l. 13. ff. fam. erciſc.* Sichard *l. 4. C. de jure emphyt. n. 36.* Trentacinq. *d. Reſ. 17. n. 20. & ſeqq.* modo non facta ſit in fraudem. Faber. *d. l. def. 3.* Vel ſi res litigioſa tempore peritura eſſet; tunc enim datur licentia alienandi ſub cautione idonea, quia victor hoc caſu rem alienatam perſequi nequit ab alienante, ſed pretio inde juxta æſtimationem peritorum redacto contentus eſſe debet; quod præjudicio Camerali firmat Gail. *l. 1. O. 148. num. 3.* Plures limitationes vid. apud Franzk. *n. 13. & ſeqq.* Trentacinq. *n. 25. & ſeqq.*

Licite & à prohib. alienationis excip. quæ fit ex cauſa Dot. & Donat. propt. nupt. Tranſact. Div. hæred. Si Act. vel Res Litig. ult. volunt. relicta.

Si Alienatio neceſſaria. Quæ talis habeatur.

XIX. Præter hanc prohibitionem Alienatio non tantum eſt irrita & ipſo jure nulla, ſed inſuper certa pœna definita eſt. Quoad proceſſus nullitatem non diſtinguendum eſt inter ſcientes, & ignorantes, *præc. §. 16.* quod tantum fit quoad pœnam, in qua infligenda quatuor diſtinguendi ſunt caſus. Primo in caſu, ſi actio vel res fuit litigioſa utroque ſciente tam alienante, quam accipiente; tunc hic illi rem ipſam reſtituere debet citra pretii ſoluti repetitionem, quod tamen alienans non lucratur; ſed Fiſco cum altero tanto de ſuo ſolvere tenetur. *L. 4. pr. C. h. t.* Beyer. *poſ. 12. h. t.* Secundo caſu, Si Alienator tantum ſciverit vitium litigioſi, Accipiens ſive ex Contractu, ſive donatione, (qui in dubio præſumitur in bona fide, & ſtatum cauſæ neſciviſſe. Sichard. *num. 9.*) rem quidem redhibere debet, ipſe vero alienans vitium ſciens pretium vel æſtimationem cum alia tertia parte de ſuo refundere tenetur. *d. l. ſ. §. 1.* ubi quidem non additur, quod Fiſco hoc in caſu aliquid præſtari debeat; & hæc

3. Jus exigendi pœnam; ſed diſt. ſunt caſus.

1. An uterque ſciverit litigioſi vitium? 2. Si tantum alienans ſciverit?

& hac pœna ex æquitate non contentos eſſe debere, cum aliis, putat Sichardus, cum noſtrum ſit, pœnas potius mollire quam exaſperare. *ad d. l. 4. n. 7. & 8.* Verum ex præced. caſu contrarium deſumitur, cum in hoc melior conditio eſſe non debeat, quia autem magis peccare videtur, qui ignoranti, quam qui ſcienti vendit, ideo Placentinus inſuper integram pretii quantitatem Fiſco adjudicat. Sed alii acutiſſimi Viri, Fiſco beſſem vel duas reliquas tertias deberi, tradunt, poſt AA. alleg. Franzk. *n. 100.* Brunnem. *ad d. l. 4. n. 5.* vid. Brunnem. *de. ceſſ. act. c. 4. n. 11.* Beyer. *poſ. 15. h. t.*

3. Si tantum ſciverit Accipiens?

XX. Tertio caſu, quo Accipiens tantum qualitatem rei ſcivit: (Sic hæres ignorare poteſt defuncto litem ea de re eſſe motam, quod tamen ſcivit accipiens?) tunc hic privatione pretii vel æſtimationis rei punitur; per *d. l. 4. pr.* Alienans vero, quia non deliquit, neque puniri poteſt. Quarto caſu,

4. Si uterque ignoravit?

ſi uterque ignoravit, (ex. gr. uterque hæres, *l. 42. §. 2. ff. de R. I.*) irrita quidem eſt alienatio; quia autem nullum adeſt delictum, nulla etiam locum habere poteſt pœna arg. *d. l. 4. pr.* Franzk. *n. 111* Beyer. *poſ. 11 h. t.* Hæc tamen

Ignorantia facti h. l. intell. Rem. litig. non licet in Sacrum dedicare.

omnia de ignorantia dicta, non de Juris, ſed facti ignorantia accipienda ſunt; quia Jus ignorans pro ſciente habetur, & licet putaverit, ſibi licere eam alienare vel comparare, propterea non excuſatur à pœna. ſupra *ad tit. de Juris & facti ignor. §. 11.* Neque in Sacrum rem litigioſam licet dedicare, ſub pœna dupli, in ſolatium adverſarii. *l. f. ff. h. t.*

Act. vel Res litigioſa deſinit 1. Sententia Judicis definitiva.

XXI. Vitium Litigioſi durat, donec ipſa Lis perimitur atque extinguitur; quod tribus accidit modis: Vel Judicis ſententia, Vel litigantium facto, Vel temporis lapſu. Deſinit autem Actio vel Res Litigioſa (1.) Sententia Judicis definitiva; quia ſublata cauſa tollitur effectus, dummodo ſententia tranſierit in rem judicatam, Interpoſito enim remedio quodam ſuſpenſivo, litigioſum plene deſiiſſe nondum intelligitur add. ſupra *ad tit. de exc. rei jud. §. 3.* Lite autem hoc modo ſopita nil impedit, licet adhuc in cauſa executionis contendatur. Cravetta, *Vol. 1 conſ. 182. n. 2* add. *præc. § 14. in fin.* (2.) Facto

2. Facto Litigantium. 3. Lapſu temporis.

Litigantium, ſi de lite tranſactum, *l. 10. C. de tranſact.* ſupra *ad eund. tit. § 27.* vel lis pacto aliave conventione remiſſa, ſupra *ad tit. de pact. §. 34.* vel cauſæ aut liti renunciatum ſit. Cravetta, *d. l. & conſ. 279 n. 1.* (3.) Præſcriptione, lapſu videlicet triennii: per *l. Properandum 13 §. 1. C. de judic.* hoc ultimum tamen neque de Jure Canonico, *Cap. 20. X de judic.* neque de Praxi hodierna obſervatur. Mynſ. *C. 2. O. 48* & *C. 3 O. 44. in f.* Gail. *l. 1 O. 101. n. 7.* & *de P. P. c. 9. n. 15.* H. Hartm. *l. 2. t 19. O. 2. n. 4.* Brunnem. *ad d. l. 13. n. 11. & ſeqq.* add. Menoch. *de præſumpt. 97. n. 60. & ſeqq.*

XXII.

XXII. Hic Titulus ab Edicto de Alienatione judicii mutandi cauſâ facta in his differt; quod ille tractet de Alienatione Actionis vel Rei in judicium jam deductæ. *prac. §. 10. & 11.* Hoc vero de alienatione intuitu futuri demum judicii facta, quæ ſubſiſtit, ſed alienans tenetur ad intereſſe. ſupra *ad tit. de alien. jud. mut. cauſ. §. 6. & 10.* Porrò præſentem Titulum hodiernis moribus abrogatum eſſe, ita, ut actio vel res litigioſa in alium transferri queat, ſalvo quidem Jure tertii, tradunt, cum aliis, Chriſtin. *d. l. num. 10.* Struv. *S. J. C. Ex. 45. theſ. 51.* Beyer. *poſ. 18. h. t.* Attamen pro obſervantia Juris præſumendum eſſe, rectè monet Dn. Stryck. *loc. cit.* & cum Gudelino Dn. Voetius: *Quoties utilitas vel neceſſitas rem in judicium deductam alienari urget, gratia Principis imploretur, quo ſine vitio vel pœna litigioſi alienatio procedat. ad ff. h. t. inf.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Quomodo diff. h. t. à tit. de Alienat. Jud. mut. cauſ? An hodie h. t. in uſu?

TIT. VII.

DE OBLIGATIONIBUS ET ACTIONIBUS.

Inſt. *Lib. 3. Tit. 14. 21. 29. 40.* & *Lib. 4. Tit. 6. & 12.*
Cod. *Lib. 4. Tit. 10.*

§. I.

COnſideravimus hactenus quamplurimas Obligationum, &, quæ exinde deſcendunt, Actionum ſpecies; quæ ut melius intelligantur, Compilatoribus in hoc Libro XLIV, in fine Coronidis loco generalem Obligationem & Actionum tractationem ſubjicere placuit hoc Titulo, qui inſcribitur De obligationibus & Actionibus. Unde patet, duas eſſe hujus Tituli partes. Continuatio.

II. De Obligationibus.

Vocabulum Obligationis ab ob & ligando deſcendit. Obligationes Vultejus refert ad Jus Perſonarum; ſed minus rectè. Licèt enim Perſonis ſubjective inſint, quia tamen ſtatum hominis ſaltem reſpiciunt, quatenus eſt creditor vel debitor, adeoque pro fine habent rerum præſtationem, proinde rectius pertinent ad Jus rerum, & quidem propriè ad Jus ad Rem, quo alter alteri ad dandum vel faciendum obligatur; Hinc per metaphoram ad perſonas transferuntur, ita, ut hæ obligatæ & conſtrictæ dicantur; nam verba ligant homines. Vinn. *ad rubr. I. de obligat. num. 2.* B. Dn. Bardili, *Concluſ. Theor. Ex. 25. th. 1.* De Obligationibus. Etymol. An pertin. ad Jus Perſonarum? Obligatio autem ſumitur vel Latiſſimè pro quolibet vinculo & adſtrictione. *§. 5. ibi: Obligatio durat, ſive in rem, ſive in perſonam actum ſit. J. de except.* Vel enim ex Jure Perſonarum deſcendit, quo ſpectat vinculum inter Imperantes & Parentes; arg. *l. 2. ff. de his, qui ſui vel alien. jur. l. 3. pr. ff. de cenſ.* Vel ipſa res dicitur obligata. *l. 4. l. 11. pr. l. 13. pr. l. 15. §. 1. & paſſim. ff. de pign. & hyp.* Homon. Sumitur Latiſſimè.

Late.

Vel Latè, generaliter & proprie, ut denotet adſtrictionem perſonæ ad aliquid præſtandum; *l. 3. pr. ff. h. t.* quod refertur ad varias cauſarum figuras, *l. 1. pr. ff. eod.* ac etiam ſub ſe comprehendit naturalem obligationem. *l. 10. l. 14. ff. h. t. l. 16. §. 4. ff. de fidejuſſ.* Strictè, ut civilem tantummodo ſignificet. *pr. I. h. t.*

Stricte.

Varie accipitur.

Vox Obligationis varias quoque recipit ſignificationes, ut per metonymiam effectus denotet Contractum, *§. 2. in fin. I. de J. N. G. & C. l. 1. ff. de J. & J.* aliquando ipſam actionem. *l. 3. §. 1. ff. de P. V.*

Definitio.

Analyſ. Oblig. & Jus ad rem.

III. Obligatio in genere nihil eſt aliud, quàm Juris vinculum, quo quis ad aliquid præſtandum adſtringitur *l. 3. pr. ff. h. t.* Et in hac ſignificatione Obligatio à DD. paſſim etiam Jus ad rem vocatur, id tamen magis reſpectu creditoris, quàm debitoris, eo, quod creditor jus ad rem habere videatur, dum perſonam habet obligatam ad aliquid præſtandum. Franck. *Exerc. 8. q. 1.*

Explicatur.

Dicitur autem vinculum, quod eſt vel Naturale, vel Civile. *ſeq. §. 4.* Per verbo adſtringitur, neceſſitas præſtandi injicitur, vel ut frænum aliquod morale libertati agendi, ut inquit Pufendorf. *de J. N. G. & C. l. 2. c. 6. §. 5.* Omnis enim obligatio adjunctam debet habere neceſſitatem quandam *l. 8. ff. h. t.* Definitio, quæ traditur in *pr. I. de oblig.* non omnium continet obligationum ſpecies. vid. *§. 12. inf.*

Divid. à Cauſa Effic.

Quæ omnium prima.

IV. Obligatio in genere conſiderata, pro diverſitate cauſarum, in diverſas diſtinguitur ſpecies, & quidem ratione Cauſæ Effic. in Simplicem & Mixtam. Cauſa enim Efficiens eſt Jus ad aliquid præſtandum adſtringens. Sicut autem diverſæ ſunt Juris ſpecies, ita & diverſæ exinde veniunt obligationes. Tres autem numerantur Juris ſpecies, Naturale ſcil. Gentium, & Civile. *§. 1. J. de J. N. G. & C.* Quod Obligationes vero JCti non diſtinguunt inter duas priores, ſed h. t. conjunctim pro una Juris ſpecie, & pro una obligationum cauſa accipiunt: Hinc eadem Obligatio interdum dicitur Juris Naturalis; interdum Juris Gentium, uti patet ex *l. 84. §. 1. ff. de R. J.* & ſic quoad Obligationum materiam duas tantum Juris ſpecies agnoſcunt DD. & JCti, Jus ſc. Naturale, ſub quo etiam Gentium primævum comprehenditur, *§. 1. I. de J. N. G. & C.* & Jus Civile, & hæ duæ etiam Obligationum ſpecies conſtituunt, Naturalem, & Civilem, quæ ut ſimplices conſtituunt tertiam, Mixtam ſcil. & ſic dicendum, quod Obligatio ſit vel Simplex, vel Mixta. Simplex iterum eſt vel Naturalis, vel Civilis.

In Simplicem & Mixtam. Simplex eſt vel Naturalis vel Civilis.

Veteres quidem JCti hiſce terminis uſi non ſunt, nec in Jure noſtro illi reperiuntur, docendi tamen & majoris perſpicuitatis gratia iis omnino uti poſſumus. licet enim vocabula illa in Jure non reperiantur, res tamen ipſa in eo fundamentum habet, & analogiæ juris convenit. Vinn. *ad l. 1. de oblig. n. 9. & ſq.* Franck. *d. q. 1.* Bach. *de actiou. D. 1. th. 17. &*

17. & ſeqq. J. O. Tabor. *potat. element. p. 3. ſoll. 5. th. 11.* Hahn. *ad W. h. t. N.* V. vid. Beyer. *h. t. pag. 547.*

V. Simplex Naturalis obligatio eſt vinculum Juris naturalis, quo quis, citra juris Civilis autoritatem, ad aliquid præſtandum adſtringitur; probatur ex *l. 10. ff. h. t.* dicitur vinculum æquitatis in *l. 95. §. 4. ff. de ſolut.* Subdiſtinguitur in Naturalem Perfectam ſive Plenam, & Imperfectam ſive Minus plenam. Hæc eſt, qua quis ex naturali ſolummodo æquitate ad aliquid præſtandum eſt obligatus, ſive, ubi obligatio quidem eſt in nobis; ſed alteri ad aliquid certum a nobis invitis exigendum jus nullum eſt conceſſum vel quæſitum. Grot. *l. J. B. & P. l. 2. c. 11. n. 3.* Ill. Dn. Parens, *in Diſſ. de Reſiduo. th. 5.* Talis eſt obligatio Naturalis repenendæ gratiæ ad ἀντίδωρον, *l. 25. §. 11. ff. de hered. pet. l. 10. §. 1. ff. de furt.* Stryck. *in uſ. mod. §. 1. h. t.* Beneficiatus quidem obligatur ex ratione honeſtatis ad remunerationem; ſed beneficium conferens jus non habet aliquid exigendi; unde Cicero inquit *Alia eſt gratia, alia pecuniæ debitio.* & Seneca *Res honeſtiſſima eſt gratias referre, ſed honeſta eſſe deſinit, ſi neceſſaria fiat lib. 3. de benef. c. 6. 7.* Obligatio miſericordiæ erga pauperes tam ex humanitatis ratione, quam Chriſtianæ charitate incumbit, quamvis pauperes jus exigendi non habeant. Item Venditor, qui rem immodico pretio vendidit, ad reſtitutionem pretii naturaliter obligatus cenſetur Mol. *de J. & J. D. 352 num. 5.* Fromm. *Diſſ. de obligat. natur. th. 9. & 16.* ſupra *ad tit. de C. E. §. 13.* Obligatio hæredis ad exſolvenda fideicommiſſa ante Auguſti tempora: nam tantum pudore (religione & probitate implendi voluntatem defuncti) eorum, qui rogabantur, continebantur, *§. 1. I. de fideic. hered.* Vel ad exſolvenda integra legata citra Falcidiæ detractionem ex præſumpta teſtatoris voluntate, *l. 1. l. 5. C. ad Leg. Falc.* Plura exempla collegit Hahn. *d. l.* Hæc dependet tantum à natura humana, & dici ſolet merè naturalis, quia eo nomine Jure civili nulla plane eſt actio. Puſendorf. *d. tr. l. 3. c. 4. §. 6.* J. O. Tabor. *d. l. th. 10.* Hinc, quandocunque in jure naturalis obligationis fit mentio non hæc imperfecta, ſed perfecta & plena intelligatur. *l. 38. l. 61. l. 64. ff. de cond. indeb. l. 95. §. 4. ff. de ſolut. l. 10. ff. h. t.*

Simplex Naturalis quid? — *Subdiv. in Plenam & Minus plenam. Quid?* — *ex. gr.* — *Hæc eſt mere naturalis. Qualis in Jure ſub voc. Naturalis veniat?*

VI. Perfecta vel Plena Naturalis eſt vinculum juris naturalis, quo quis ad aliquid præſtandum adſtringitur, & tertio etiam jus ad illud ab invito exigendum Jure Gentium (non autem Jure Civili) conceditur. *l. 1. pr. ff. de pact. l. 1. pr. ff. de conſt. pec. l. 20. C. de Tranſact.* Talis oritur ex conventione ſervorum, *l. 64. ff. de cond. ind. l. 14. ff. h. t.* ex locupletatione in pupillum ex contractu ab eo initio redundante, *l. 5. pr. ff. de autb. tut.* ſupra *ad tit. de pact. §. 40.* ex nudis pactis per *l. 5. §. 2. ff. de ſolut.* quicquid contradicat Cumnæus.

& in Plenam quid?

... Grot. *l.* 2. *c.* 11. §. 1. ſupra *ad d. tit. de pact.* §. 19 & 20. & *ad tit. de cond. ind.* §. 13. *vid.* Stryck. *in uſ. mod.* §. 1. *h. t.* Hanc plenam naturalem obligationem Jus civile non quidem plene recepit, unde etiam ex illa Actio de Jure Civili Rom. efficax non naſcitur, *l.* 7. §. 4. *ff. l.* 10. *C. de pact. l.* 16. *C. h. t.* Nec tamen plano ſuæ naturæ relinquit, ſed eam mox approbat, varios ipſi tribuendo effectus; mox etiam reprobat. Unde ſubdivid. in Approbatam & Reprobatam. Franzk. *d. q.* 1 *n.* 11.

Subdiv.

Eſt vel Approbata.

VII. Approbata dicitur, cui vel ob neceſſitatis rationem vel publicam utilitatem Jus Civile nonnullos effectus tribuit vel approbavit. B. Dn. Fromm. *Diſp. de Obl. Natur. th.* 7. Unde vocatur Legitima, §. 5. *I. de act.* Civilis, §. 1. *I. de obl.* & quodammodo Mixta propter effectum agendi. *Fr. d. l. n.* 10. Hi effectus alii ſunt Principales, inter quos referuntur Retentio indebiti civilis, ſed debiti naturalis, unde quidem Condictio indebiti locum non habet; verum Actor exceptione debiti naturalis repellitur. *l.* 10. *ff. h. t. l.* 13. *l.* 14. *l.* 41. *l.* 60. *ff. de cond. indeb.* ſupra *ad eund. tit.* §. 13. Sic etiam datur Exceptio, ſi pactum liberatorium ſit initum; §. 3. *I. de except. l.* 27. §. 2. add. *l.* 7. §. 4. *l.* 17. §. 1. *ff. de pact.* ſupra *ad eund. tit.* §. 34. It. Compenſatio, quia, quod ex hac naturali obligatione debetur, etiam cum mixto debito compenſatur. *l.* 6. *ff. de compenſ.* ſupra *ad eund. tit.* §. 19. Effectus etiam eſt, quod, ſi pupilli & minores curatorem habentes, ſine tutoris autoritate & curatoris conſenſu, contrahant, in certis quibusdam caſibus naturaliter obligentur, ſupra *ad tit. de pact.* §. 41. etiamſi quidem de Jure Civili non naſcatur actio, attamen propter eam Jus Civile concedit Actionem, quæ non tam ex obligatione illa, ceu cauſa tantummodo impulſiva, quam lege ipſa naſcitur. ſupra *ad tit. de act. & conſ. tit.* §. 14 & 15. Alii ſunt Acceſſorii, nam poſſunt accedere Pignoris conſtitutio, *l.* 14. §. 1. *ff. de pignor.* Fidejuſſio, *l.* 6. §. 2. *l.* 7. *l.* 16. §. 3. *ff.* §. 1. *I. de fidejuſſ.* In Conſtitutum deductio, *l.* 1. §. 7. & 7. *ff. de conſt. pec.* Novatio, *l.* 1. §. 1. *ff. de novat.* add. B. Dn. Parens, Diſp. *de Fidejuſſ. th.* 11.

Effectus Oblig. Nat. Plenæ & Approbatæ, Principales.

Acceſſorii.

VIII. Reprobata dicitur, quam JusCiv. propter ſpeciales rationes inefficacem reddit ad exigendum. Qualis obligatio naturalis eſt ex contractibus mulierum contra prohibitionem SCti, ſupra *ad tit. ad SCt. Vell.* §. 14. & *ad tit. de Compenſ.* §. 19. Item ſi contra SCtum Maced. peccatum ſit. *ad tit. de SC. Maced.* §. 15 & §. 11. & 13. *de condict. indeb.* Item ex Donatione inter Virum & Uxorem, *ad tit. de don. int. V. & U.* §. 10. inter patrem & filium *ad tit. de don.* §. 24. Franzk. *d. q.* 1. *n.* 16. jung. Fromm. *d. Diſp. de Oblig. Natur. per tot.*

Vel Reprobata, quid?

IX. Obligatio Simplex Civilis eſt Vinculum Juris Civilis, quo quis citra æquitatis naturalis rationem, ad aliquid præſtandum obligatur. Hinc dicitur merè & κατ' ἐξοχὴν Civilis, quia ex mero Juris Civilis

Simplex Civilis, quid?

lis apicibus oritur, omni vinculo naturali excluſo. *Puſendorfius, d. c. 4. §. 5.* Sic ex Mutuo deſcendit obligatio mixta: ſin poſtea pactum de non petendo à debitore acceſſerit, Naturalis obligatio ipſo jure tollitur, *l. 95 §. 4 ff. de ſolut.* manente nuda Civili obligatione, pacto enim convento non omnes obligationes diſſolvuntur, *§. 3 I. de except.* ſcil. ipſo jure, nam uti pactum nudum civilem obligationem non parit, ita nec eam, quæ conſtituta eſt, ipſo jure tollit. *l. 7. §. 4. l. 27. §. 2. ff. l. 5. l. 10 l. 13. C de Pact.* Hæc ſpecies etiam probatur ex *pr. I. de except.* verbis: *Sæpe enim accidit*, ubi Imp. agnoſcit actionem, & per conſequens obligationem, quæ actio ibi juſta dicitur, i. e. Jure civili competens, ſed iniqua eſt, i. e. quæ naturali vinculo deſtituitur. Item demonſtratur ex *l. 3. §. 1. ff. de pec. conſtit. l. 1. §. 1. ff. de doli mali exc.* eamque agnoſcit JCtus, in *l. 36. ff. de V. O.* quæ ſcil. in mera Juris ſubtilitate conſiſtit, nullum autem fundamentum in æquitate naturali habet. *Diſſert. Struv. Exerc. 6. th. 12. Beyer. h. t pag. 170.* Ejus Demonſtratio.

X. Hæc Obligatio Mere Civilis vel ab initio eſt talis, vel demum ex poſtfacto efficitur: Illa eſt, quæ deſcendit ex negotio doloſo, coacto, vel ex errore, aut ſpe futuræ numerationis inito & contracto. Si itaque dolo quis inductus metuve adactus ſtipulanti aliquid promiſerit, hæc obligatio producit actionem, ſed ex æquitate naturali effectu & exactione deſtituitur, utpote quæ perpetua exceptione eliditur. *d. l. 36. ff. de V. O. §. 1. & 2. I. de except.* add. ſupra *ad tit. de doli & metus except. §. 3 cum ſeqq.* Vinn. *ad §. 1. J. de except.* Ex poſtfacto obligatio mere civilis efficitur, ſi in mixta obligatione ex poſtfacto vinculum naturale fuerit extinctum, relicto Juris Civilis vinculo, ut ſi debitum pacto nudo remiſſum, *d. l. 95. § 4. d. §. 3 I. de except.* vel juramento, ſi creditor vero debitori juramentum voluntarium deſuper detulerit, tunc enim obligatio Civilis non tollitur ipſo jure atque directo per juramentum, ſed per exceptionem ex pacto conditionali remiſſorio reſultantem, cujus implemento eſt juramentum præſtitum vel remiſſum. *§. 4. I. d. t d. l. 95. §. 4.* ſupra *ad tit de Jurejur §. 61. & ad tit Quar. rer act. non datur §. 1.* 8. Civilis eſt vel ab initio. vel ex poſtfacto.

XI. Effectus obligationis hujus merè Civilis in eo conſiſtit, quod actio quidem ipſo jure ex ea deſcendat, quæ tamen quoad exactionem eſt inefficax, & per exceptionem repellitur, Cujus exempla habemus in *§. 1. I de exc. d. l. 36. ff. de V O.* & quoad effectum exactionis plane inutilis eſt hæc obligatio, quia deſtituta eſt fundamento & vinculo æquitatis naturalis. Unde paria, in Jure ſunt (ſcil. quoad effectum,) nullam habere actionem, vel habere actionem, cui perpetua obſtat exceptio. *l. 7. §. 8 ff de dolo l. 13 l. 66. l. 112 ff de R. J. d. Diſp. de Reſol. th. 9.* Quær. An huic obligationi fidejuſſor accedere poſſit? Ita, contra Diſſentientes diſerte probat *l. 12. de C. N. N. P.* add. *l. 19. ff. de except.* Ejus Effectus. An Fidejuſſor poſſit accedere?

ept. Intra biennium enim obligatio ſpe futuræ numerationis contracta mere civilis eſt, cui intra hoc tempus fidejuſſor accedere poteſt, qui etiam obligatur, quamvis ipſi eadem accommodetur exceptio N. N. P. quâ principalis ſe tuetur. d. Diſp. *de fidejuſſ. th. 12.* Porro hæc obligatio, ceu omni æquitatis naturalis fundamento & vinculo deſtituta, nec indebiti ſoluti repetitionem impedit, per *l. 26. §. 3. ff. de cond. indeb.* neque Compenſationem inducit, *l. 10. ff. de compenſ.* neque etiam conſtitui poteſt, per *l. 1. §. 1. ff. de pec. conſtit.* quia in his omnibus ad æquitatem naturalem reſpicimus, *l. 64. ff. de condict. indeb.* junct. *l. 1. pr. ff. de pec. conſt.* quæ in hac civili obligatione deficit.

An habeat effectum obligat.

XII. Obligatio Mixta eſt vinculum Juris naturalis & civilis, quo quis ad aliquid præſtandum adſtringitur. Vocatur Mixta, quia ad illam conſtituendam duæ concauſæ concurrunt, Jus naturale & civile, vel, quam & naturalis ſuſtinet æquitas, & ſimul Juris civilis firmat auctoritas. Puſendorf. *d. l.* Duplex itaq; cauſa non poteſt non duplicem effectum producere; ſicut enim *Actio*, quam duæ concauſæ, jus ſcil. in re & ad rem producunt, vocatur Mixta: ita & hæc Obligatio docendi cauſa Mixta appellari poteſt. Quamvis enim vocabulum hoc veteribus JCtis fuerit incognitum (unde Ungepaur, & Ludw. *ad l. D. 11 th. 1 lit. b.* eam agnoſcere nolunt) ſufficit tamen, quod res ipſa fundamentum in Jure habeat, juſtaque analogia ſic conveniens. Mixta autem quandoque in Jure κατ' ἐξοχὴν dicitur Civilis, & actionem civilem producit. *l. 7. §. 2. ff. de pact.* J. O. Tabor. *d. l. th. 24.* Et hæc principaliter deſcribitur ab Imper. *in pr. I. de obligat.* vid. Vinn. *ad d. l. n. 3* & Hahn, *d. l. N. IV.*

Obl. Mixta quid? Unde ſic dicatur? In Jure habet fundamentum.

XIII. Hæc Mixta vel vere & evidenter, vel ficte & præſumptive talis eſt. Duo enim vincula interdum concurrunt vere & evidenter, interdum præſumptive & per fictionem. Vere mixta eſt obligatio, in qua vinculum utriusque juris evidenter concurrit, quod fit in pluribus veris contractibus & negotiis Jure civili receptis, e. gr. Mutuo, Commodato, Depoſito, Empto, Locato, &c. æquiſſima enim vox eſt Juris gentium. Redde, quod debes, inquit Seneca. Præſumptiva eſt, in qua vinculum illud naturale tantum adeſſe fingitur vel præſumitur; talis eſt, quæ deſcendit ex re judicata, etſi non debitor ſententia Judicis condemnatus ſit; per *l. 25 ff. de ſtat. hom. l. 207 ff. de R. I.* ex confeſſione in jure facta. *l. 3. l. 6. ff. de confeſſ.* vel ſi chirographo ſe pecuniam accepiſſe confeſſus, poſt ſilentium biennii auctoritate Juris pro veritate habetur. *I. de lit. oblig.* it. ex jurejurando *l. 2. L. 31. L. 9. §. 1. ff. de jurejur.* Nam poſt rem judicatam, vel jurejurando, vel ſimiliter deciſam, non amplius quæritur, an juſte, vel injuſte: ſed tantum an judicatum vel deciſum

Subdivid. in Vere talem; & Præſumptivam.

ſum ſit : *l. 56. ff. de re jud.* quia tum fingitur, verum debitorem eſſe, & ex æquitate tamen ab obligari. d. Diſp. *de Fidejuſſ.* § 12.

XIV. Obligatio Mixta producit actionem de Jure civili Romano efficacem: hinc obligatio dicitur mater actionum, arg. *l. 42. §. 2. ff. de procur.* ſcil. perſonalium, Magon *Deciſ. 15 num. 17* & inde & actio deſcendit : niſi hæc exactio de Jure Civili, propter publicam utilitatem, impediatur, e. g. ſi filiusfam. mutuum acceperit contra SCtum Macedonianum, mutuum quidem ipſo jure ſubſiſtit, & filiusfam. obligatur quia contra ipſum datur actio ſed creditor ope exceptionis depellitur, quod præſupponit de jure validam obligationem & actionem civilem, *l. 7. pr. ff. de SCto Maced.* & quod filiusfam. etiam naturaliter obligetur, probatur ex *l. 10. ff. eod.* Actio tamen inde deſcendens quoad exactionem eſt ineſſicax & eliditur per exceptionem SCti Maced. ſupra *ad d. tit.* §. 15. [Obligatio Mixta efficax.]

XV. Mixta Obligatio porro ratione C. E. R. eſt vel Civilis, vel Prætoria. Civilis aliter ſumitur, ac in *præced.* §. 9. ſcil. in oppoſitione ad naturalem ſed eſt, quæ aut legibus (i. e. ſpecie quadam juris civilis, § 5. *I. de J. N. G. & C.*) conſtituta, ut Obligatio literarum & verborum, Pacti legitimi, Furti nec manifeſti, Doms injuria dati, &c. aut certo Jure Civili comprobata eſt, v. gr. Obligatio ex contractu Juris Gentium nata. *§. 1. I. d. t.* Prætoria eſt, quam Prætor ex ſua Juriſdictione conſtituit, quæ etiam Honoraria vocatur : *§. 1. ibique Vinn. I. de oblig.* ex qua juriſdictione ille æquitate motus etiam in perſonam actiones dedit. *§. 8 & ſeqq. I. de act.* [Mixta eſt vel Civilis, vel Prætoria,]

XVI. Ratione cauſæ efficientis prox. obligatio Civilis & Prætoria eſt vel Mediata, vel immediata. Hæc eſt, quæ deſcendit ex ſimplici legis præcepto, ſine ullo hominis facto, ſolo æquitatis naturalis intuitu. ſic Pater, & in ſubſidium Mater tenetur alere : & hi vice mutua Parentes *l. 4. l. 5. pr. §. 1. 2. 4. & 14. ff. de agn. & alend. lib.* Talis etiam Obligatio Parentum ad dotandum liberos *l. 19. ff. de R. N. l. 14. C. de jure dot. l. ſ. C. de dot. promiſſ.* Civium ad obſervationem legum, *L. 32. §. 4. ff. h. t.* ad ſuſtinenda onera publica : *L. 3. ff. de cenſ.* Ad exhibendum omnibus, quorum intereſt. *l. 3. §. 9. & 10. ff. ad exhib.* Aliud exemplum eſt in *l. 32. ff. de R. C.* item ex qua oritur actio redhibitoria & æſtimatoria ſupra *ad tit. de Ædil. Edict. §. 20. & 27.* Remedia, quibus has res perſequimur, ſunt vel extraordinariæ perſecutiones, vel actiones, quæ à DD. D. . . . . . vocantur. [à C. Eff. Pr. Civ. & Præt. eſt abſoluta vel immediata, ex. gr.]

XVII. Mediata eſt, quæ mediante & interveniente facto aliquo obligatorio conſtituitur ; quod eſt vel Licitum, vel Illicitum. Illud eſt vel Pollicitatio vid. infra *ad tit. de Pollicit.* vel Conventio, quæ fit vel per Pactum, vel Contractum. de quibus late ſupra *ad tit. de Pactis.* [alia Mediata. Per factum Licitum, vel Illicitum;]

Hoc

Hoc eſt delictum verum, vel quaſi, *§. 2. I. de Oblig. l. 4. h. t.* privatum, vel publicum, de quibus infra *lib. 47. & 48.* Regulariter autem intelligitur Factum proprium; nam ex alterius facto nemo obligatur. *l. 5 in f. C. ne uxor. pro mar.* Minus principaliter tamen deſcendit quoque ex facto alieno, v. gr. filiifamil. ſervi, quadrupedis, uti ſupra ſuis locis dictum. add. Franzk. *ad tit. ad exhib. n. 7.* Si factum eſt abſolutum, dicitur Actus *l. 19. ff. de V. S.* add. Franzk. *Exerc. annex. Diſſ. de Oblig. th. 14. & mult. ſeqq.*

Sed proprium. Limit.

Ratione Obj. Obligat. ſunt vel Dandi, Datio quid?

XVIII. Ratione Objecti Obligationes ſunt vel Rei, vel Facti; ſive Obligationes Dandi, & Faciendi. Illæ ſunt, quibus quis ad rem præſtandam præciſe obligatur. Nam Datio eſt ipſe actus, quo fit aliquid accipientis, & Dare idem eſt, ac Dominium transferre. *l. 75. §. 10. ff. de V. O. l. 65. §. 1. ff. de leg. 1. l. 167. pr. ff. de R. I.* Neque promiſſor liberatur præſtando intereſſe. Et hanc communem eſſe opinionem, poſt alios teſtatur Jul. à Beyma, *de oblig. dandi §. 1. p. 614.*

vel Faciendi. Quomodo invicem differant?

Hæ ſunt, quibus quis potiſſimum obligatur ad factum, ubi requiritur (1.) ut facta fieri queant, & (2.) Ut intelligatur, quid promiſſum ſit. In his tamen debitor non præciſe ad factum tenetur; ſed intereſſe præſtando liberatur. *l. 13. §. 1. inf. ff. de re jud. l. 68. l. 72. pr. l. 81. pr. l. 112. §. 1. ff. de V. O.* Beyer *poſ. 25 & ſeqq. de V. O. & pag. 570.* Servile enim Romanis videbatur civem Romanum compellere ad factum aliquod præſtandum. Jul. à Beyma, *p. 633. & ſeqq.* ubi explicat, quomodo utraque ſubdivid.

Utraque ſubdivid. in Dividuam, & Individuam.

in Dividuam, & individuam. add. Bardili, *Diſſ. de facienti obligat.* Hoſer, *de acquæſtu conjug. p. 2. loc. 4.* Alii dividunt obligationem in Realem, & Perſonalem, quam diviſionem tamen improbat Franzk. *l. 1. Reſol. 1. n. 94. & Reſol. 3. n. 17.*

Ab Eff. div. in Propriam & Impropriam. In Temporalem, & Perpetuam. In Tranſit. Non Tranſitoriam.

XIX. Ab Effectu divid. (1.) In Propriam, qualis eſt Civilis Mixta, & Impropriam, qualis eſt Civilis nuda. *præc. §. 11. & 12.* (2.) In Temporalem, quæ ad tempus, *§. 3. I. de V. O.* & Perpetuam, quæ in perpetuum durat, qualis in dubio conſtituta præſumitur. *l. 44. §. 1. ff. h. t. l. 56. §. 4. ff. de V. O.* add. Vinn. *ad d. §. 3. I.* (3.) In Tranſitoriam ad hæredes, & non Tranſitoriam. Illa in dubio per conventionem inita creditur. arg. *l. 12. l. 49. ff. h. t. l. 9. ff. de probat.*

Ab Adj. in Puram, & non puram.

XX. Ab Adjuncto in puram, cui nihil adjunctum; ſed ex qua ſtatim quid peti poteſt. *l. 14. ff. de R. I. l. 41. §. 1. ff. de V. O. l. 213. ff. de V. S.* & Non puram, quæ diem, locum, conditionem vel aliud quid habet adjectum, quod obligationem ſuſpendit. *d. l. 41. d. l. 213. l. 44. ff. h. t.* add. ſupra *ad tit. de pact. §. 70. ad finem uſque & ad tit. de contr. empt. §. 44. & ſeqq.*

XXI.

XXI. Subjectum ſunt perſonæ obligationis capaces, tam ſui, quam alieni Juris; *l. 14. l. 20. l. 39. ff. h. t. tit. I. per quas perſ. nob. obl. acq.* active ſunt Creditores, quibus ſcil. debetur ex quacunque actione, & qui ſine ulla exceptionis perpetuæ remotione exigere poſſunt; *l. 42. §. 1. ff. h. t. l. 10. l. 11. l. 12. l. 55. ff. de V. S.* & paſſive, ſeu quæ obligantur, ſunt Debitores, à quibus invitis aliquid exigi poteſt. *l. 108. l. 178. §. 3. ff. d. t.* Franzk. *d. Diſp. de oblig. th. 2.* Ut tamen cum effectu tales conſtituantur, non impediantur ob defectum conſenſus, neque prohibeantur ob Interdictam liberam bonorum adminiſtrationem. *l. 1. §. 12. & 13. l. 3. §. 1. l. 24. l. 43. l. 59. ff. h. t.* & late videre eſt ſupra *ad tit. de R. C. §. 13. & ſeqq.* Muti vero & Surdi non impediuntur; *l. 48. l. 52. §. 9. ff. h. t.* niſi ſit negotium, ubi utrinque verba ore prolata intervenire oportet. *L. 1. §. 14. & 15. ff. eod.* Porro excipiuntur caſus, ſi ex re veniat Actio, quia tunc nullus conſenſus requiritur *l. 46. l. 24. ff. eod. l. 12. ff. de R. C.* Vel ſi pupillus inde locupletior factus; vel in eodem negotio dolo verſatus, modo doli capax ſit. *l. 23. ff. de furt.* ſupra *ad tit. de auth. tut. §. 15.* Subj. Act. ſunt Creditores. Paſſ. Debitores. Qui non impediuntur nec prohibentur. Muti & Surdi. Limit. Caſus excepti.

XXII. Obligationes verſantur (1.) Circa Res omnes, exiſtentes, vel extituras, quæ ſunt in Commercio, nec alienari prohibentur. vid. ſupra *ad tit. de pact. §. 49. & ſeqq.* (2.) Circa facta regulariter propria, *prec. §. 17.* & quibus Natura vel Jus non obſtat. add. quæ ſupra *d. t. §. 33. & ſeqq.* (3.) Circa pœnas, quæ pertinent vel ad capitis periculum, vel ad exiſtimationem. *l. 8. pr. l. 28. pr. & §. 1. ff. de pœn.* vel ad intereſſe quoddam, ſi partes conveniant, ut promiſſor vel debitor, ſive principalis, ſive acceſſorius, à contractu vel pacto reſiliens, ad rem vel factum præſtandum pœnæ loco teneatur. *l. 4. §. 1. l. 38. §. 17. l. 137. §. 7. ff. de V. O.* ſupra *ad tit. de contr. empt. §. 73. & ſeqq.* Ad pœnam vero corporalem & infamiæ nemo ſeſe ſua conventione obligare poteſt. B. Dn. Parens, *Diſp. de pœna Convent. th. 22.* Objectum ſunt Res. Facta, & pœnæ. Non tamen corporales, & infamiæ.

XXIII. Forma eſt vel interna, & conſiſtit in illa ipſa adſtrictione & præſtandi neceſſitate; vel externa, quæ pro varietate negotiorum & accidentium varia eſt. *l. 44. ff. h. t.* Finis eſt, ut ſolvatur, quod promiſſum, ſicque fides ſervetur. *l. 1. pr. ff. de pact.* Effectus Generalis eſt neceſſitas præſtationis rei, vel facti, *l. 14. §. 1. ff. de R. I.* Obligatio autem, uti jam dictum, non eſt modus jus in re transferendi, vel ut jus aliquod noſtrum faciat; ſed ſaltem ſpectat ad jus ad rem, quatenus ſcil. perſonam adſtringit ad aliquid dandum vel faciendum, & ad hoc producit actionem perſonalem. *l. 3. l. 25. pr. ff. h. t.* Effectus autem obligationis Propriæ Primus eſt actio; Ortus eſt exactio & actionis executio. *l. un. §. 7. C. de R. U. A.* Quæ verò ſit Obligationis vel Na- Forma. Effectus Generalis. Specialis.

turalis, vel Civilis, vel Mixtæ Effectus, ex prædictis jam conſtat. add. Franzk. *d. D. de Obligat. th. 36. & ſeqq.*

Contractus Obligatio tollitur ipſo jure, vel ope exceptionis, Per modos generales, vel ſpeciales.

XXIV. Obligatio tollitur vel ipſo jure, ita ſcil. ut nec actio quidem ſuperſit; vel ope exceptionis, quando actio ſummo jure manet; ſed per exceptionem eliditur & infirmatur. *l. 34. §. 1. ff. h. t.* adde ſupra *ad tit. de except. §. 38.* Hujuſmodi ſunt vel Generales, de quibus agitur *tit. I. quib. mod. toll. oblig. & ſeqq. Lib. ff. 45. & 46.* vel Speciales, v. gr. Mutuo contrario conſenſu, *§. f. I. d. t. l. 35. ff. de R. I.* Compenſatione, *§. 30. I. de act. l. 4. l. 10. pr. ff. de compenſ.* & aliis plurimis, de quibus vid. infra *ad tit. de Acceptilat.*

XXV.
De Actionibus.

De Actionibus.

Obligationum filiæ ſunt Actiones, *l. 42. §. ff. de procur.* ideo nunc ſequitur materia Actionum per totum Corpus Juris diffuſa, & quæ præ aliis, tanquam gemma, ſplendet atque præfulget. Rittersh. *ad pr. I. de act.* Actionis autem vocabulum à latino verbo *agere* deducitur. Ludw. *ad I. Diſp. 16. th. 1. lit. b.*

Etymol. Homon ſumitur Vulgariter,

Eſtque ambiguum, & in ſenſu vulgari omnem omnino actum, tam animi, quam corporis, ſive naturalem, ſive artificialem ſignificat; & hoc ſenſu Contractus, Teſtationes, & ſimilia Actiones dicuntur. Franzk. *Exerc. 13. quæſt. 1. n. 2. & 3.* Sic lepide Martialis:

> *Semper agis cauſas, & res agis Attale ſemper.*
> *Eſt, non eſt, quod agas, Attale ſemper agis.*
> *Si res & cauſæ deſunt, agis Attale mulas,*
> *Attale, ne, quod agas, deſit, agas animam.*

vel Juridice.

XXVI. In ſenſu vero juridico, quo ſcil. ad uſum forenſem reſtringitur, plerumque ad ea, quæ contentioſæ jurisdictioni ſubjiciuntur, refertur; Franzk. *n. 9* & accipitur (1.) Latiſſime, ſicque denotat perſecutionem, & comprehendit omnia jura, omniaque remedia, quibus debitum publica autoritate coram ſuperiore perſequimur, *l. 28. ff. h. t. l. 10. l. 49. in fin. ff. de V. S.* in hac ſignificatione deſcribi poteſt Actio, quod ſit Jus illud, quod debetur, publica auctoritate perſequendi, & continet Civiles Actiones omnes, Præjudicia, Interdicta, Implorationes. *l. 37. pr. ff. h. t. l. 34. l. 178. §. 2. & 3. ff. de V. S.* Imo & Accuſationes vel Criminales perſecutiones; nam delinquentibus etiam pœnæ debentur. *L. un. C. quand. civ. act. crim. præjud.* Obligantur enim ex peccato. *l. 12. pr. ff. h. t.* (2.) Late, ut tantum Civiles perſecutiones comprehendat, ſic deſcribi poteſt per Jus publica auctoritate perſequendi, quod ſibi debetur. Vocab. ſibi excluduntur Criminales, quibus non petimus, quod nobis; ſed quod Reipubl. abeſt. Comprehendit autem omnes actiones Civiles

Latiſſime. Quid? Late. Quid?

ordi-

ordinarias, & extraordinarias, ſive in jure ſive judicio peragantur *d. l. 37. pr. d. l. 34.* Nam quæ in judicio peraguntur, Ordinariæ, quæ vero in Jure, Extraordinariæ de Jure Civili Romano veteri dicebantur, vid. ſupra *§. 3. de in jus voc. add.* Magiſtratus enim Romani Jus dicebant, quid Juris ſit, dictabant, & de Juſtitia cauſæ, non vero facti veritate judicabant ſupra *ad tit. de juriſd. §. 15.* Unde additur publica auctoritate, quod tam fit in jure, quàm judicio. *d. l. 178.* add. Franzk. *d. q. num. 12. & ſeqq.* Hujuſmodi perſecutione Extraordinaria petitur Fideicommiſſum univerſale. ſupra *ad tit. ad SC. Treb. §. 21.* Item Profeſſores, Advocati, Medici, Ludimagiſtri, &c. ſua petunt ſalaria. *l. 1. §. 1. 4. 5. 6. 10. ff. de extraord. cognit.* ſupra *ad tit. de poſtul. §. 19.* (3.) Strictè continet Ordinaria remedia, & quidem actiones in rem, & in perſonam. *§. 1. & 15. I. de act. l. 25. pr. l. 51. ff. h. t. d. l. 178. §. 2.* (4.) Strictiſſimè pro actione mere perſonali, excluſa reali. *l. 28. ff. h. t. l. 45. §. 2. ff. de procur.* B. Dn. Parens, *D. de Transf. action. th. 2.* Actio autem in Jure noſtro dicitur Judicium. *l. 1. §. 1. & 1. 1. ff. famil. erciſc. l. 1. & ſeqq. ff. commun. divid. & paſſim.* Perſecutio, *pr. I. de except. l. 28. ff. h. t. l. 10. l. 50. ff. de V. S.* Petitio, *t. t. C. de plus petit.* Lis, *l. 36. ff. de V. S.* in litem præſtare, *l. 28. ff. de N. G.* Conventio, *l. 45. ff. de R. V. l. 7. §. 5. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Arbitrium, imprimis h. t. Actio, *cit. C. Arbitr. tut.* Strictè. Strictiſſimè. Synon.

XXVII. Hoc loco Actio in ſtrictâ & propriâ ſignificatione accipitur & definitur, quod ſit jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur, ab Imp. *in pr. I. de act.* Et à JCto Celſo, in *l. 51. ff. h. t.* Generis loco ponitur vocabulum Juris. Putant quidem nonnulli, quod ibi per vocem juris Formula à Prætore præſcripta atque conceſſa intelligatur. Franzk. *d. Exerc. quæſt. 2. num. 10. & 11.* Equidem pro formula juris vocab. ſæpius accipi conſtat. Sed idem hoc in caſu admitti non poſſe, probatur (1.) quia Actio pro Prætoris formula ſumpta dividi nequiret in Civilem & Prætoriam, & ſic omnes actiones forent Prætoriæ, contra *§. 3. I. de act.* (2.) Actiones, quamprimum quis e. gr. contraxit, jam ſunt radicatæ in perſona actoris, antequam Prætorem adierit & formulam præſcriptam impetraverit. Formulæ enim erant diverſæ, quarum tamen uſum poſtea Imp. ſuſtulit. *t. t. C. de form. & impetr. act. ſubl.* (3.) Actio in *d. d. pr.* deſcripta in *ſeq. §. 1.* divid. in Realem & Perſonalem, quod de formula Prætoris ita prædicari non poteſt. Verius ergò vocab. Juris h. l. denotat facultatem moralem, ſive poteſtatem Jure conceſſam, & remedium Juris; quoties enim poſt vocab. Juris ponitur verbum faciendi, toties in dicto ſenſu accipi, obſervavit Vinnius, *ad rubr. I. de J. & J. n. 9. & ad pr. I. de uſufruct.* add. Id. *ad §. 1. I. de act.* Sumitur ergo in ea ſignificatione, in qua dicitur exceptio pro actionem Sumitur h. l. Strictè. Ejus Definitio. Explicatur. Dicitur Jus non Formula. Quid denotet Jus?

 exclu-

Jus perſequendi, excludendi. ſervitutis jus utendi. ita actio jus perſequendi: i. e. petendi. Hic enim Actio conſideratur quatenus eſt in creditore radicata, non debitore, & hac ratione differt ab exceptione, quæ eſt remedium jus ſuum defendendi. Vocab. autem *perſequendi* non hic denotat ſpeciem, ut in *l. 178. §. 2. ff. de V. S.* ſed latius patet, ejusque actiones tam in rem, quam in perſonam complectitur, arg. *§. 1. I. de act.* non tamen in ſecunda ſignificatu, quo extraordinariæ perſecutiones comprehenduntur. Sic enim Compilatores & JCti differentiam hujus noſtræ actionis ab extraordinaria, vel, ut hodie loquuntur, ab Imploratione officii Judicis nobilis indicare voluerunt.

In Judicio, In Judicio, per quod tantum intelligitur forenſis illa diſceptatio, quæ fit coram judice, add. ſupra *ad tit. de in jus voc. §. 5.* & *ad tit. de judic. §. 5. & 12.* nam qui id, quod ſibi deberi putat, non per Judicem, ſed privata auctoritate repoſcit, vim facere dicitur in *l. 13. ff. quod met. cauſ. l. 7. ff. ad Leg. Jul. de vi priv.* per rationem in *l. 176. pr. ff. de R. J.*

quod ſibi; Quod ſibi, i. e. proprium cujusque intereſſe, quo ipſo diſtinguitur à perſecutionibus criminalibus, quibus non quod nobis debetur, ſed intereſſe publicum, pœnam ſcil. corporalem aut pecuniariam fiſco applicandam perſequimur.

Quo excl. Act. Crim. An Populares? Rat. Dub. Rat. Decid. Quær. An etiam Populares excludantur? Ita primo intuitu videtur, propter *l. 1. ff. de pop. act.* his enim alterius Intereſſe, non quod ſibi debetur, defenditur. Verum dicta particula ſibi, eas non excludit, quamvis enim illarum finis Ultimus tendat ad publicam utilitatem & defenſionem Juris publici, Proximus tamen finis regulariter eſt utilitas actoris, & plerumque ipſius commodo cedit, quod illis Actionibus exigitur, nam Actor poſt L. C. fit creditor, ergo utique ipſi aliquid debetur. *l. 12. pr. ff. de V. S.* Aliud eſt, ſi id, quod Popularibus actionibus petitur, fiſco cedit.

Reſtit. in integrum. Huc quoque referuntur Reſtitutiones in integrum, maxime, quæ ordinariis actionibus expediuntur, v. gr. ex cauſa Metus, Doli, Ex quib. Majores, Alienationis judicii mutandi, Interdicta. *l. 37. pr. in f. ff. h. t.* Ludwell *d. l. in f.*

Debetur. Debetur; proprie illud dicitur debitum, quod ex obligatione deſcendit, & ad quod præſtandum perſona nobis eſt obligata, unde etiam Actionibus perſonalibus proprie petimus illud, quod nobis debetur. Realibus vero, quod jam noſtrum eſt, quæ enim noſtra ſunt nobis non debentur. *L. 27. §. 2. l. 34. pr. ff. de acq. & am. leg.* Sic in R. V. Dominus petit, ut reſtituatur, non id, ad quod perſona obligata eſt, ſed quod jam ſuum eſt. Unde nonnulli Interpp. exiſtimarunt hac definitione tantum perſonales Act. contineri, Vocabulum enim *debendi* late hic accipitur, & ſic rerum noſtrarum poſſeſſor obligatus eſt ad earundem reſtitutionem cum omni cauſa & Acceſſionibus *l. 9. l. 68.* & ſupra *tit. de R. V. §. 17.*

In ſenſu latiori. Hæc autem lata ſignificatio probatur ex *d. l. 178.*

§. 2.

§. 3. item ex *d. pr. I. de act.* & ſtatim ſubjecta diviſione in *ſeq. §. 1.* Sicque magis ad ſubjectam materiam, quam verborum proprietatem reſpiciendum eſt. *l. 13. §. 4. ff. Locati.*

XXVIII. Quoad Cauſam Efficientem Remotam diſtinguendum eſt inter actiones abſolute & in genere conſideratas, & in concreto & relative. Cauſa Effic. Rem. Actionum in genere & abſolute conſideratarum eſt Jus Gentium, Ex quo enim Jure Magiſtratus, Judicia, Leges, Obligationes, & Dominia originem habent, ex eo etiam deſcendunt Actiones. Atqui &c. Ergo Majoris conſeq. inde patet, quia Actiones oriuntur ex Obligatione & Dominio. Nec obſtat. *l. 2. §. 6. ff. de O. I.* ibi namque *Actionis* vocabulum non denotat ipſam formam eſſentialem atque originem, ſed accipitur pro ſolemnibus actionum formulis. Nam ſi originem actionum poneremus ad tempus, quo leges primum X, poſtea XII. Tabb. Romæ propoſitæ & comprobatæ fuere, ſequeretur, Romanos ab U. C. 300. annos abſque LL. vixiſſe; Cum tamen Romulus jam LL. tulerit, & ſecundum illas juſtitiam adminiſtraverit, quarum catalogum ex Balduino recenſet Roſin. *Antiq. Roman. l. 8 cap. 5.* Veriſſimum itaque eſt, Actiones in genere, materialiter & originaliter conſideratas, Juris Gentium eſſe. Sicuti apud omnes gentes uſu receptum fuit, ut Magiſtratus imploratus juſtitiam adminiſtret, late Bachov. *de Act. Diſp. 1. th. 12.* ubi diſſentienti Hunnio ſatisfacit. Quatenus vero conſiderantur, prout ſunt in Rom. Rep. & à Romanis receptæ, approbatæ, transformatæ, & novis qualitatibus auctæ, eatenus earum Cauſa Effic. eſt Jus Civile Romanum, non ratione formæ eſſentialis; ſicut tutela, patria poteſtas, teſtamentum, &c. Juris Civilis eſſe dicuntur. Cum autem Jus Civile ſit vel Scriptum, vel Non ſcriptum, & illud iterum ſuas habeat ſpecies; *§. 3. I. de J. N. G. & C.* ita & ſpeciales exinde productæ ſunt actiones, uti collegit B. Dn. Frommann in apprime utili *Diſſ. de Actionibus. cap. 2. th. 1. & 2.* Cauſa Eff. Pr. actionum eſt Jus perſonarum, vel rerum; hocque vel In re, vel Ad rem. modo dict. Diſp. *th. 3. & 4.* vid. D. D. Graſſ. *Diſſer. Receſſ. Imper. ſect. 10. §. 1.*

Ex quo jure deſcendat? Diſt. inter A. in genere & abſolute. C. E. R. eſt Jus Gent. Obs. Reſp.

In concreto & relative. Cauſ. Eff. R. eſt Jus Civile.

Cauſ. E. Pr.

XXIX. Inter plurimas in jure noſtro occurrentes Actionum Diviſiones I. eſt Ratione Cauſæ Efficientis Remotæ, quâ omnis actio vel Civilis eſt, vel Prætoria. *§ 3. I. de act.* arg. *§. 1. I. de perpet. & temp. act. l. 25. §. 2. l. 62. §. 1. ff. h. t.* Frommann. *de act. cap. 2.* Civilis dicitur, quæ non ex Magiſtratuum edicto, ſed aliâ quacunque Juris ſpecie proficiſcitur. *d. §. 3.* Huc pertinent Hæreditatis petitio, Subſidiaria, famil. hercisc. actio furti nec manifeſti & ſimiles. vid. in d. Diſp. *c. 2. th. 1.* Hæ in jure ſimpliciter dicuntur Directæ, quatenus Prætoriis opponuntur. *§. 4. I. de act. l. 46. §. 2. ff. de neg. act.*

Act. div. 1. à C. E. R. in Civiles,

 ubi

ubi per Directas Civiles intelliguntur. Item audiunt Legitimæ, ceu ex legitimis, i. e. Civilibus cauſis deſcendentes. *d. §. 3. l. 6. ff. de pact. l. 7. pr. ff. de cap. min.* Prætoria eſt, quæ ex edicto Prætoris (Magiſtratus) originem habet. *d. §. 3. l. 35. §. 1. ff. h. t.* in *d. §. 3.* dicitur, *ex ſua juriſdictione*, quia Prætoria alia eſt ratione introductionis, alia ratione Extenſionis, *l. 7. §. 1. ff. de J. & J.* D. D. Graſſ. *de act. prætor. & civil. ex reſponſ. prudent. cap. 1. §. 3. cum ſeqq.* Etiam Honorariæ vocantur in *d. l. 25. §. 2. d. l. 35. pr. d. l. 42. §. 1.* Ratio eſt in *§. 7. I. de J. N. G. & C.* Et hæ in genere, quatenus Civilibus opponuntur, omnes Utiles dicuntur. *l. 16. §. 5. ff. de pign. act. l. 1. pr. ff. de ſuperfic.* Bach. *d. tr. Diſp. 2. th. 18.* Sicut Jus Prætorium eſt duplex, vel Edictum Prætoris, vel Ædilitium, ita Actio Prætoria eſt vel in ſpecie talis, vel Ædilitia, ab Ædilibus Curulibus introducta. *d. §. 7.* Exempla ſunt actio Publiciana, Reſciſſoria, de Conſtituta pecunia, de Peculio, ex jurejurando, &c. *§. 8. uſque ad 12. I. de act.* Item Ædilitiæ, Æſtimatoria, Redhibitoria. *l. 5. §. 1. pr. ff. de V. O.* Quoad exſpirationis terminum multum intereſt, Civiliſne ſit actio, an Prætoria? *l. 35. ff. h. t.* vid. Stryck. *in uſu moderno §. 2.* & Beyer. *poſ. 112. h. t.*

Margin: & in Prætorias. — Vocantur Utiles. — Suntque vel in ſpecie, vel Ædilitiæ.

XXX. Quær. An Actiones & Conſtitutiones à Principibus, Comitibus, & ſimilibus in ſuis Provinciis introductæ Prætoriis, num Civilibus annumerandæ ſint? Multi prius affirmant, ſed rectius inter Civiles referuntur. Cum hodie jure Territorii gaudentes non ſint nudi Magiſtratus, ac olim Prætores Romani; ſed leges condant, & jura in ſuis terris conſtituant jure Superioritatis territorialis proprio, & in Hæredes vel Succeſſores tranſitorio. Bachov. *d. tr. Diſp. 1. th. 8.* Stryck. *in uſu moderno. §. 3. & 4.* & D. Graſſ. *cit. Diſſ. cap. 1. §. 9.* latè ſupra *ad tit. de LL. §. 5. & 6.*

Margin: An Conſtitutiones Princ. Imp. pro LL. Civ. habendæ? — Affirm.

XXXI. II. Actiones à C. E. R. dividuntur in Directas, Utiles & In factum. *l. 37. pr. ff. h. t. l. 47. §. 1. ff. de neg. geſt. § 5. I. ad Leg. Aquil.* Struv. *Exerc. 46. th. 77.* ibique Mullerus. Iſtæ dicuntur, quæ ex ipſis LL. verbis directò quaſi deſcendunt. Illæ, quæ non ex legis aut edicti verbis expreſſis; ſed ſententiâ & ratione illorum, per interpretationem & extenſionem, competunt. Hæc diviſio non tantum ad Civiles, ſed etiam Prætorias pertinet actiones. Nam quamvis Prætoriæ, quatenus Civilibus opponuntur, omnes vocentur Utiles, & Civiles Directæ, in quantum vero Prætoriæ ſibi invicem opponuntur, eatenus etiam ita dividi poſſunt, verb. gr. Actio Pignoratitia. *l. 1. pr. l. 22. ff. de pignor.* Conſtitutæ pecuniæ, *l. 5. §. 9. ff. de conſtit. pec.* Publiciana, *l. 70. ff. de R. V.* Inſtitoria, *l. 19. pr. ff. de inſtit. act.* D. Graſſ. *de act. direct. & util. ex mente ſolt. 2.* Hæc tamen diſtinctio inter Directas & Uti-

Margin: 2. Div. in Directas, — Utiles. — Imo etiam Prætoria divid.

& utiles quoad effectum parum utilitatis habet, ſed tantum ad LL. conciliandas & recte interpretandas adhibetur. D. Graſſ. *in Differ. Receſſ. Imp. ſect. 10. §. 1.* Utraque enim ejusdem poteſtatis eſt, eundemque habet effectum. *l. 47. §. 1. ff. de N. G.* Actio in factum dicitur, quæ in defectum aliarum actionum ex æquitate in ſubſidium conceditur; unde etiam vocatur Subſidiaria, ſive in factum actio. *§. ſ. J. ad L. Aquil. l. 11. ff. de P. V.* Exempla hujus habemus in *l. 23 §. 5. l. 52. ff. de R. V.* Quamvis vocabulum Actionis in factum varie in Jure accipiatur; nam & omnes Prætoriæ dicuntur In factum actiones. vid. ſupra *ad tit. de P. V. §. 22. & ſeq.* — *Hæc diviſio quem uſum habeat?* — *& in Factum.*

XXXII. III. Ratione C. E. Proximæ Immediatæ divid. à Dd. in Nativas & Dativas. Hi quidem termini expreſſe in Jure non reperiuntur, unde multi hanc diviſionem reprobant; quoniam tamen analogiæ juris eſt conveniens, & res ipſa fundamentum in Jure habet, cum Jus noſtrum Juſtinianeum Nativas actiones ubique exhibeat & Dativas pariter infinitas, ideo permulti & optimi commatis Authores hanc diviſionem agnoſcunt & propugnant. Bachov. *d. Diſp. 2. th. 14. & ad Tr. V. 1. Diſp. 22. th. 12. lit. B.* Salicet. *ad l. 1. C. h. t. num. 12* Gieſebertus eam ad percipiendam mentem Legum & DDrum, & in multis caſibus neceſſariam dicit in *Juſtin. Harm. ad tit. J. de perp. & temp. action. n. 44.* In hanc rem plures AA. & multos Juris textus collegit Frommann, *Diſſ. de Collat. Action. nativ. cum dativis. th. 5.* & D. Graſſ. *d. act. nativ. & diverſ. util. ex æquitate.* — à C. E. Prox. Immediata in Nativas & Dativas. — An hæc diviſio in Jure ſit fundata?

XXXIII. Nativæ non h. l. dicuntur, quæ naſcuntur; vel Dativæ, quæ dantur; cum olim apud Romanos, præſertim à Prætore, actiones dari ſolebant: Sed illæ ſunt, quæ ex cauſa & materia præexiſtente ad producendam actionem à jure habili deſcendunt; h. e. quæ per ſe ſufficientes ſunt ſine alio adminiculo actionem producendi. Vocantur Directæ, *l. 45. inf. ff. ſol. matrim.* Ordinariæ, *l. 5. C. ſi alien. res pignor.* Vulgares, *l. 1. pr. ff. de P. V. l. 42 ff. de H. I.* Tales ſunt, quæ deſcendunt ex jure Perſonarum, vel ex jure Rerum, vel Facto, eoque licito, vel illicito. Dn. Frommann, *dict. Diſſ. th. 10. & ſeqq.* — Nativa quæ?

XXXIV. Dativæ ſunt, quæ cauſa præexiſtente habili carent; ſed ſpeciali auxilio & munimento opus habent, vel quæ, ex certa æquitatis cauſa, à ſola Juris diſpoſitione immediate producuntur. Communiter appellantur Utiles actiones, ſcil. ex æquitate. *l. 30. ff. de don. mort. cauſ. l. 3. §. ſ. ff. de alien. jud. mut. cauſ.* d. Diſp. *th. 5. & 7.* Talis actio eſt, quæ datur ex Edicto D. Pii contra pupillum, qui ex contractu ſine tutoris auctoritate inito locupletior factus eſt, quia naturalis pupilli obligatio per ſe ſufficiens & ſatis effi- — Dativa quæ?

cax

cax non eſt. ſupra *ad tit. de Autorit. tut. §. 15.* Item in *l. 30. C. de jur. dot.* Uxori datur R. V. etiam quoad ſpecies æſtimatas in dotem datas. ſupra *ad tit. ſol. matr. §. 9. & 10.* Alia exempla occurrunt in *l. 1. §. 3. ff. de R. V. l. 55. in fin. ff. de donat. int. Vir. & Uxor.* & apud Bachov. *d. D. 2. th. 18.* & multa collegit Dn. Frommann. *d. Diſſ. th. 30. & ſeqq.* D. Harpprecht. *de act. utili de recept. contra poſſeſſ. magiſtros §. 14.*

4. à C. E. Pr. Mediata. Ex Jure perſonarum deſcend. Præjudiciales.

XXXV. IV. Diviſio deſumpta eſt à C. Effic. Prox. Mediata. Actiones enim deſcendunt vel ex Jure Perſonarum, vel ex Jure Rerum. Sicque Actiones Nativæ competunt ex jure præexiſtente vel ſtatus, vel rerum. Datæ vero à Jure nullæ dantur præjudiciales; ſed tantum, quæ ſunt ex jure circa res. Frommann, *d. Diſſ. th. 28.* Actiones ex jure Perſonarum deſcendentes vocantur Præjudiciales. *§. 13. I. de act.* Item præjudicium. *l. 37. pr. ff. h. t. l. 1. §. 2 ff. de R. V. l. 18. pr. ff. de probat.* D. Graſſ. *in prax. antiqua modern. act. forenſ. in ſpecie præjud. & non præjud. in Differ. principal. p. 4.* In lata quidem ſignificatione omnes actiones, quæ cognatis & conjunctis cauſis præjudicium faciunt, h. e. exemplum judicaturis afferunt, quod ſequantur, Præjudiciales audiunt.

Præjudicium quid?

Præjudicium autem nihil aliud eſt, quam quod prius judicatum ſequentibus judiciis exemplum aliquod allaturum eſt, quod judicaturi ſequantur; & hac ratione Confeſſoria reſpectu R. V. poteſt fieri præjudicialis. *l. 16. l. 18. l. 21. ff. de exc. l. 54. ff. de judic. l. 1. §. 1. ff famil. erciſc. l. un. C. quand. civ. act. crim.* add. *ſeq. §. 13.* & ſupra *ad tit. de except. §. 5.*

Præjudiciales propriè & h. l.

Sed propriè & κατ᾽ ἐξοχὴν illæ actiones tantum dicuntur Præjudiciales, quæ ex jure perſonarum deſcendunt, & de ſtatu agunt. Ita enim comparatæ ſunt, & eo fine in judicium deducuntur, ut ſemper per ſe & ſua natura multis aliis negotiis tam in præſens, quam futurum faciant præjudicium, ut ex iis decidantur. e. gr. Si judicatum fuerit, hunc eſſe Patrem vel filium, ſtatim ſequitur, deberi alimenta Vinn. *ad d. §. 13.* ſupra *ad tit. de agnoſc. & alend. liber. §. 2.*

Suntque triplices, ex ſtatu Libertatis. Civitatis, & Familiæ.

XXXVI. Sicut autem tres ſunt Status ſpecies, ita etiam tres ſunt Principales Præjudiciales actiones, quarum prima eſt de Libertate & Ingenuitate inter Dominum & ſervum, Patronum & Libertum. *d. §. 13. d. l. 18. pr. & t. t. de liberali cauſa.* Hodie extenditur ad homines proprios. Stamm. *de ſerv. perſon. l. 3 c. 26. & ſeqq.* Secunda ex ſtatu Civitatis. vid. infra *ad tit. ad Municip.* Tertia ex ſtatu familiæ inter Patrem & filium de partu agnoſcendo, & de Filiatione. ſupra *ad tit. de agnoſc. & alend. lib. §. 3. & ſeqq.* Uſus poſtea extenditur ad Maritum & Uxorem, fratres, cognatos. ſupra *d. tit. §. 11.* ſuperadd. *ad tit.*

de

& tit. de lib. quæ ſui vel alien. jur. Item datur Nobili adverſus Nobilem familiarem, ut ab eadem pars agnoſcatur: Abbati contra Monachum, qui ſe talem eſſe negat. Joh. à Felde, *de real act. c. 15. §. 12.* Struv. *Exerc. 46. th. 61.* ibique Muller. D. Graſſ. *de act. utd. & direct. §. 18. & 19.*

XXXVII. Hæ Præjudiciales ſunt vel Affirmatoriæ, vel Negatoriæ, quibus Actor ſtatum ſuum contra negantem aſſerit, vel contra alterius oppugnationem defendit. *add. B.* Sed quær. (1.) An ſint Actiones? quod affirmatur per *d. §. 13. & l. 37 pr. ff. de O. & A.* Nec obſt. quaſi Actionis definitio in *§. 1. I. de act.* iis non competat; ibi enim *Debiti* vocabulum ſumitur pro omni eo, quod ad aliquem pertinet quocunque jure. *prac. §. 27. in f.* Nec obſt. *l. 35. § 2 ff. de procur at.* ubi actio & præjudicium opponuntur quia actio ibi in ſenſu ſtrictiſſimo pro perſonali accipitur (2.) Quales ſint actiones, reales, an perſonales? Vultejus, *add. § 13.* eas Perſonales dicit, quia ex jure Perſonarum deſcendunt; ſed aliud eſt jus Perſonarum, aliud jus Rerum, & Perſonales dicuntur, non quæ ex jure Perſonarum, ſed ex jure ad rem, ſeu obligatione proveniunt. Reales eſſe exiſtimant Fek. *ad d. §. 13 n. 17.* Ludw. *d. D. th. 3 lit. A.* Val. Riemer. *dec. 13 quæſt. 13.* Sed ex veriori ſententia proprie loq. neque Perſonales neq; Reales ſunt; Nec enim ex ulla ſpecie juris in re, nec ex jure ad rem ſeu obligatione oriuntur. Sicut igitur jus rerum differt à jure Perſonarum, ita etiam hæ Actiones differunt ab Actionibus Realibus & Perſonalibus, unde ab illis, tanquam remedia diverſæ naturæ, ſeparantur in *d. l. 37. pr. ff. h. t.* add. Bachov. *ad Tr. V. 2. Diſp. 26. th. 4. lit. A.* D. Graſſ. *ſelt. 1. §. 10. & 11. de act. præjudic.* ſupra *ad tit. de liberali cauſa. §. 1.* Similitudinem tn. quodammodo cum Realibus habere, & propius ad earundem, quam perſonalium naturam accedere videntur? ſicut enim in Realibus juris alicujus declaratio petitur, ita & in Præjudicialibus; ſic in actione de filiatione petitur, ut unus Pater, alter filius declaretur. unde in *d. § 13. I de act.* dicitur, quod præjudiciales in rem eſſe videantur, & ſic nota improprietatis jungitur; Vere enim Reales non ſunt, differunt quippe, quod in his non tantum ad juris ſui declarationem; ſed & ad reſtitutionem & poſſeſſionem agatur, quæ in præjudicialibus non petitur. add. Hottecher *Diſp. de act. prejud.*

XXXVIII. V. Actiones, quæ ex jure Rerum deſcendunt, ſunt vel Simplices, vel Mixtæ; Simplices iterum ſunt vel Reales, vel Perſonales, Nam ſicuti jus rerum duplex eſt, in re, & ad rem, ita, quæcunque actiones oriuntur ex jure in re, dicuntur Reales, quæ ex jure ad rem ſeu obligatione, Perſonales, ſed quæ ex utroque, Mixtæ vocantur. *§. 18. & 20. I. de act. l. 38. pr. ff. h. t.* Falluntur ergo & falluntur, qui hanc actionum diviſionem ab Objecto.

Divid. in Affirmat. & Negatorias.
Quær. An ſint Actiones? Affirm.
Ob. Reſp.
Non ſunt Perſonales.
nec Reales.
Cum quibus tamen maxime conveniunt.
Quomodo differunt?
5. Act. quæ ex jure rer. deſcend. divid. in Simplices, & Mixtas.
Illæ ſunt Reales, vel Perſonales.

ctio, & non à C. E. P. deſumptam eſſe contendunt. add. ſupra *ad tit. de Rer. Div. §. 2 & ſeqq.*

Realis quid?

XXXIX. Actio itaque Realis eſt, quæ ex jure in re deſcendit, & qua adverſus poſſeſſorem juris, quod in re habemus, declarationem petimus. Pleniorem deſcriptionem vid. apud Dn. Frommann, *D. de Diff. act. Real. & Perſon. th. 2.* Fundamentum autem hujus actionis eſt in ipſa re, quam petimus, & jus hoc rem ipſam afficit, proinde adverſus quemlibet poſſeſſorem conceditur, & ſic quodammodo res convenitur, ſicuti loquitur JCtus in *l. 19. ff. de jure fiſci. l. 7. pr. ff. de publican. l. 2. C. ſi unus ex plur. hered.* Hæ actiones vocantur etiam Petitiones, in *l. 28. ff. h. t. l. 178. §. 2 ff. de V. S.* Vindicationes, in *l. 25. pr. ff. h. t. §. 15. I. de act.* Judicia realia, **dingliche Klagen**, & in ſpecie Actiones in rem. *§. 1. 15. 16. 17. 30. & 31. I. de act. l. 25. pr. ff. l. 65. ff. de R. V. &. l. 178. §. 2.* Et ſicuti V. juris in re ſpecies ſunt, ita ex ſingulis ſpeciales fluunt actiones. vid. Struv. *Exerc. 44. th. 63.* ibique Mullerus. Ex prima & principe, Dominio ſcil. & quidem vero, oritur Rei Vindicatio. *l. 25. pr. ff. de R. V.* Ex Utili Utilis, quæ datur Vaſallo, Emphyteuticario, Superficiario, ſupra *ad tit. de R. V. §. 9.* ex quaſi ſeu ficto Dominio actio Publiciana, Reſciſſoria, Pauliana. *§. 4. 5. & 6. I. de act.* Ex jure Hæred. Hæreditatis petitio; *l. 8. l. 9. l. 10. ff. l. 9. C. de H. P. l. 1. §. 1. & ſ. ff. ſi pars hered. pet.* quamvis hæc actio ſimul perſonalis ſit, quia præſtationes etiam perſonales petuntur, & ſic ratione C. E. eſt mixta, *l. 25. §. 18. ff. l. 7. C. de H. P.* ſupra *ad eund. tit. §. 4.* ex Servitute Actio Confeſſoria & Negatoria, *§. 2. I. de act.* & *t. t. ſi ſerv. vind.* ex Pignore Actio Hypothecaria in ſpecie, Serviana, & quaſi Serviana, *§. 7. I. de act.* ſupra *ad tit. de pignor. §. 64. & 65.* ex Poſſeſſione Interdicta retinendæ poſſeſſionis Uti poſſidetis & Utrubi & reliq. *§. 4. I. de interd. l. 1. §. f. l. 2. ff. uti poſſid.* de quo jungi meretur Joh. à Felde, *de Actionibus realibus.* Grave, *Diſſ. de Action. petit. & poſſ. Claſſ. 1.*

Ejus fundamentum. Synon.

Ex quavis ſpecie juris in re ſpecialis deſcendit Actio Realis.

Perſonalis. Ejus Synon.

XL. Perſonales Actiones propriè dicuntur, *l. f. C. h. t. l. 9. §. 3. ff. ad exhib.* aut in perſonam, *§. 1. I. de act. &. l. f. l. 25. pr. ff. eod. l. 68. ff. de R. V.* Item Judicia Perſonalia, Condictiones, in *§. 15. I. de act. &. l. 25. pr. l. 1. C. de donat. quæ ſub modo.* add. D. Graff *prax. antiquo moderna act. forenſ. in ſpecie act. in perſonam, ſ. perſonal. in ſpecie ſic dictarum, & condict. quoque in ſpecie talium ſect. 6.* hoc ſcil. vocab. late ſumpto, interdum enim ſtrictius accipitur, ut non omnes Perſonales, ſed eas tantum comprehendat, quæ dantur non Domino. *d. §. 15. l. f. ff. uſufr. quemad. cav.* Simpliciter & in ſenſu ſtrictiſſimo nominantur Actiones, *l. 178. §. 2. ff. de V. S.* & ſunt actiones, quæ ex jure ad rem ſeu obligatione deſcendunt, & competunt adverſus perſonas ad debiti præſta-

Definitio.

tio-

tionem, ſecundum obligationis naturam. *l. 3. pr. l. 25. pr. ff. h. t.* Fundamentum autem eſt in Obligatione inter debitorem & creditorem, & proin non rem ſequuntur, ſed perſonæ adhærent: D. Frommann. *in. Diſſ. de ſicla tradit. th. 41. & ſeqq. & in Differ. act. perſonal. & real. th. 14.* unde Imper. dicit in *§. 1. I. de act.* quod his actionibus agat unusquisque cum eo, qui ei obligatus eſt. Nec refert, undecunque ſit obligatio, an immediate ex Lege, *l. 52. §. 5. ff. h. t. l. un. ff. de cond. ex Leg.* an mediate ex Facto; eoque licito, vel illicito. *d. §. 1. l. 1. pr. ff. h. t. prac. §. 17.* Ubi vero nulla eſt obligatio, ibi nec perſonalis actio moveri poteſt. *d. l. 1. l. 62. & 1. ff. de procur.* vid. *prac. §. 25.* Joh. Voëtius, *num. 9. h. t.* — *Fundamentum.*

XLI. Quoniam autem Obligatio perſonis adhæret, ideo Actio perſonalis contra tertium, ſeu alium, quàm debitorem, vel qui eum repræſentat, hæredem ſcilicet, inſtitui nequit, vid. *Nov. 42. in præfat.* Non enim rem, ſed perſonam obligatam ſequitur. *d. l. 25. pr. l. 13. C. eod. l. 7. C. ſi cert. pet. l. 1. §. 16. ff. ad SCtum Trebell.* Gail. *l. 2. O. 146. num. 4.* Et quamvis perſonali agens interdum rei, quam petit, Dominus ſit, & reali agere queat? *l. 8. l. 9. ff. Commod. l. 17. §. 1. ff. l. 2. l. 8. C. depoſ.* Sufficit tamen, quod nunc agat ex obligatione perſonam adſtringente. Excipiuntur tamen quædam actiones Perſonales etiam adverſus tertium poſſeſſorem competentes, & quibus aliquid de Realium natura communicatum eſt, unde in Rem ſcriptæ vocantur, quæ ſuâ naturâ & ratione Cauſæ Effic. perſonales ſunt, ex facto quippe vel delicto naſcentes, ſed ex ſingulari favore cauſæ, & ratione æquitatis lege introductum eſt, ut ratione Subjecti Paſſ. Realium Actionum naturam in hoc imitari debeant, ut adverſus quemlibet poſſeſſorem inſtitui queant. *l. 9. §. 5. l. 14. §. 3. ff. quod met. cauſ. l. 3. §. 5. ff. ad exhib.* Cortrejus *in Diſſ. de act. in rem. ſcript.* add. *ſeq. §. 48.* — *Non compet. contra tertium.* — *Limit. in act. in rem. ſcriptis.*

XLII. Differunt ergo hæ Actiones Cauſa Effic. *prac. §. 38.* Sc. in Actione Reali ſufficit allegare cauſam propinquam, ex. gr. Dominium, Servitutem, &c. aliter in Perſonali. *l. 14. §. 2. ff. de except. rei jud.* Porro Subjecto Act. & Paſſivo, ut ex præced. patet. add. *l. 25. pr. & l. 13. l. 49. ff. h. t.* Objecto & Fine: Actio Realis eſt rei perſecutoria, & in ſimplum, non coercendi gratia, competit, unde nulla eſt pœnalis, At Perſonalis datur & rei & pœnæ perſequendæ gratia. *§. 17. & ſeqq. I. de act.* Adjunctis: Realis inſtituenda eſt regulariter in loco domicilii & rei ſitæ, Perſonalis in loco domicilii, contractus & delicti. *ſupra ad tit. de judic. §. 47. & ſeqq.* Contrariis: Reales regulariter active ad hæredes tranſeunt, Perſonales non omnes. *ſeq. §. 50. & 51.* Perſonales regulariter ſunt Perpetuæ; Reales vero breviori ſpatio præſcribuntur. vid. ſupra *ad tit. de div. temp. præſcript. §. 7.* De his omnibus vid. Frommann. *Diſſ. de Diff. act.* — *Reales & Perſonales quomodo differant?*

Real. & Perſon. & D. Graff. prax. antiquo tenderus aut forenſ. uſſer. real. & perſonal. ſect. 5.

Actiones Mixtæ.

Hujusmodi Actiones dari probatur.

XLIII. Actiones Mixtæ oriuntur partim ex jure in re, partim ex jure ad rem. Mixtæ quidem diverſimode dicuntur; ſed h. l. tales audiunt ratione Cauſæ Effic. Multi quidem hanc ſpeciem rejiciunt, ſed fruſtra. vid. Faber. *20. conject. 19.* Sicuti enim actiones, quæ tantum ex jure ad rem, ſeu obligatione oriuntur, rectè dicuntur ſimplices perſonales, & quæ tantum ex jure in re ortum habent, ſimplices reales vocantur: Ita actiones, quæ ſimul ex jure in re & ad rem deſcendunt, Mixtæ appellantur; ſic expreſſe talis dicitur Hæreditatis petitio, *l. 7. C.* add. *l. 25. §. 18. ff. de H. P.* Actio Finium regundorum, *l. 1. ff. fin. regund.* Communi dividundo, *l. 4. §. 3. ff. comm. div.* Familiæ erciſcundæ, *l. 22. §. 4. ff. famil. erciſc.* ibi: *Hoc judicium ex duobus conſtat, rebus atque præſtationibus, quæ ſunt perſonales actiones.* Hæ actiones expreſſe Mixtæ vocantur in *§. 20. I. de act.* & quamvis Imperator ibi utatur verbo *videri*, idque improprietatis nota eſſe ſoleat, hoc tamen in loco, ſicut & alibi in jure, talis non eſt. Nec inſuper obſtat: Actio: quæ venit ex quaſi contractu, eſt perſonalis, Atqui Actio famil. erciſc. *§. 4. I. quæ quaſi ex contr.* Ergo: Nam Major limit. Quæcunque actio tantum ex quaſi contractu, &c. & ſic Neg. Minor. Sic ſocius rerum communium diviſionem petens non ſe fundat in quaſi contractu: ſed dominio, quod pro parte indiviſa habet. vid. ſupra *ad hh. tit.* Claſen. *de Action. ad d. §. 20.* Boeckelm. *de Act. D. 3. Con. 5. & Diſp. 9.* Grav. *D. de act. pot. & poſſ. Claſſ. 3.* & ad Contrarias rationes late reſpondent Franck. *centr. 15. q. 3.* Bachov. *de act. Diſp. 2. th. 7. & ad Tr. V. 1. Diſp. 19. th. 1.*

Subj. Act. dicitur Actor.

Paſſ. dicitur Reus.

Quis conveniatur in Reali remiſſive.

In Perſonalib. obligatus vel ex ſua perſona.

XLIV. Subjectum Activum eſt perſona ad judicium provocans, & dicitur Actor, der Kläger, qui actionem intendit, & ab altero aliquid petit. *l. 62. ff. de judic.* Hæc facultas regulariter certæ tantum Perſonæ datur; Interdum vero cuivis de populo, quando ex cauſa delicti publici, vel quaſi talis diſceptatur, & ſic de perſonalibus accip. Nulla enim Realis eſt Popularis. Paſſivum dicitur Reus, der Beklagte, contra quem actio inſtituitur, & à quo Actor aliquid in judicio petit. *l. 3. pr. ff. de jurejur.* Accidit tamen, ut quandoque uterque ſit Actor & Reus. Cæterum de his, ceu perſonis judicii principalibus, vid. ſupra *ad tit. de judic. §. 23. & 30.* Diſtinguendum tamen inter Actiones Reales & Perſonales. In illis quis conveniatur, ex tit. ubi de Speciebus juris in re tractatum eſt, jam conſtat. In Perſonalibus convenitur, qui eſt obligatus vel ex ſua perſona, vel aliunde. Illo modo per Conven-

ventionem Pactum ſc. vel Contractum, aut Delictum proprium. *pr. tit. §. 17. & 40.* Contrahens autem ſtatim ab initio obligatur, ſicut in contractibus vel quaſi μονοπλεύροις, vel unilateralibus, v. gr. in Condictione certi ex mutuo, Indebiti, &c. unus tantum obſtringitur. Sed in nonnullis Bilateralibus contrahentes obligantur vel ab initio, vel ex poſtfacto, & proin conveniuntur Directa vel Contraria actione, licet ex alterius conventione vel delicto regulariter nemo obligetur *arg. l. 1 C. ne ux. pro mar. l. 22. C. de pact.* Aliunde tamen facultas aliquem conveniendi quandoque oritur vel ex Concurrentia voluntatis ipſius, qui convenitur: aut Verſionis in rem ex alterius contractu: Vel ex Poſſeſſione aut Delinquentis ſeu noxam dantis ſervi, unde actio Noxalis: vel Animalis, unde Quadrupedaria: aut Rei, circa quam ab alio quid peccatum vel factum eſt, unde actiones in rem ſcriptæ. De his omnibus videatur Dn. Frommann. *ſupra laudata Diſſ. de Actionibus. cap. 4. per tot.*

vel aliunde.

XLV. VI. Diviſio deſumpta eſt à Subjecto Activo eſt, in Actionem Privatam, quam privatus ad jus ſibi competens tuendum movet; & Popularem, cujus movendi facultatem quilibet de populo, ad jus ipſi competens tuendum, habet. *l. 1. ff. de pop. act.* Subdiv. in Publicam, quæ ex delicto publico deſcendit, quæ *l. 1. ff. de publ. jud.* propriè vocatur Accuſatio, & Popularem in ſpecie, quæ ex quaſi publico delicto provenit. De qua infra *ad tit. de popular. action. & de publ. judic.*

6. à Subj. Act. in Privatam, & Popularem.

Hæc ſubdiv. in Publicam & Popularem in ſpecie.

XLVI. VII. Ratione Subjecti Paſſivi dividitur in Directam, quæ contra ipſum contrahentem ex proprio contractu competit, & Adjectitia qualitate auctam, quæ competit ex alieno contractu, adverſus eum, cujus voluntas cum eo expreſſe vel tacite concurrit, ut in actione Exercitoria, Inſtitoria, Tributoria, de Peculio, quod Juſſu, vel quia in Rem ejus quid verſum ſit, unde actio de in rem verſo. vid. ſupra *ad mode dict. tit.*

7. à Subj. P. in Directam, & Adjectitia qualitate auctam.

XLVII. VIII. Actiones Perſonales ex Contractibus διπλεύροις, ſeu bilateralibus veris vel quaſi deſcendentes ſunt vel Directæ, vel Contrariæ. Quidam enim Contractus διπλευροι ejus ſunt naturæ, ut uterque contrahentium æque principaliter ab initio obligetur, & utrinque Directa naſcatur actio, ut Emphyteuſis, Societas, Emptio Venditio, Locatio Conductio. Quidam vero ejus ſunt naturæ, ut ab una parte ab initio & principaliter obligationem & ſic actionem Directam producant: ſed ex poſt facto & per conſequentiam alteram partem ab initio non obſtrictam, ad indemnitatem ex eodem negotio præſtandam, per actionem Contrariam obligent. Sunt itaque Actiones Directæ, (quatenus Contrariis opponuntur,) quæ adverſus primario

8. Actiones Perſonales ſubdiv. ex Contract. in Directas, & Contrarias.

rio ex contractibus *ἀνταλλακτικοῖς* obligatos diriguntur; unde etiam hæ vocantur principales; in *l. 17. §. 1 ff. commod.* Contrariæ vero, quæ adverſus ſecundario & ex poſtfacto exinde obligatos ad indemnitatem ab ipſis conſequendam competunt, ut in actione de Negotiis geſtis, Commodati, Depoſiti, Mandati, Tutelæ, &c. Nam ex. gr. accipiens commodatum ab initio ſtatim directe obligatur & commodanti ab initio datur actio ad rem commodatam juſto tempore repetendam: Commodatario ejus datur actio ex poſtfacto, ſi ſc. expenſas magnas vel neceſſarias in rem commodatam fecerit, quæ actio Contraria dicitur, utpote quæ contrariæ parti ex poſtfacto conceditur, ut indemnitatem rei commodatæ nomine conſequatur. *d. l. 17. §. 3. de uſu vide* Böhmerum *n. 15. h. t.*

9. Actiones Perſonales rat. Delicti vel proprii, vel alieni. XLVIII. IX. Actiones Perſonales ſubdividuntur ratione Delicti in Directas, quæ contra ipſum delinquentem ex proprio delicto; *§. 3. I. l. 20. ff. de nox. act.* Vel ex alterius delicto aut pauperie contra poſſeſſorem ejus competunt, quæ dicuntur Noxales, & quidem vel in ſpecie, vel quadrupedariæ, ſupra *ad tit. Si quadr. paup. & tit. de Nox. act.* Stryk. *in Diſp. de imputatione facti alieni* aut ex poſſeſſione rei, circa quam quid factum vel delictum aliquod commiſſum eſt, adeoque, ut is, ad quem res pervenit, conveniatur non tam ratione poſſeſſionis, quam quod lucrum ex delicto videatur facere, hinc

Actiones in rem ſcriptæ. Actiones in rem ſcriptæ, quæ ſua natura, (*i. e.* ratione Cauſæ Efficientis. præced. *§. 41.*) ſunt perſonales ex facto ſeu delicto quodam orientes, ex ſpeciali tamen legis diſpoſitione, ob juſtam cauſam, contra quemcunque rei iſtius poſſeſſorem dantur; quales ſunt Actio quod metus cauſa, *l. 9. §. 8. l. 14. §. 3. ff. quod met. cauſ.* de aqua pluvia arcenda, *l. 4. §. 3. l. 6. §. 5. l. 12. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* Interdict. quod legatorum, *l. 1. §. 13. ff quod legat.* Actio de Retractu. Gail. *l. 2. O. 19. n. 7.* Sande. *Deciſ. Friſic. 3. t. 5. def. 13. q. 2.* &c. *& plures apud* D. Majer *in Diſp. de Foro rei ſitæ theſ. 60.* D. Frommann. *in Differ. act. petit. & poſſeſſ. theſ. 18 & 47.* D. Graſs *in poſ. ad Inſtit. lib. 4. th. 10.* Dantur autem contra omnes, ad quos ratione cujusque actionis naturæ lucrum quoddam pervenit; *d. l. 9. §. 8. d. l. 14. §. 3.* etiam contra hæredes & ſucceſſores, quatenus ad eos pervenit. *l. 16. §. 2. l. 17. l. 19. ff. eod.*

XLIX. X. Dividuntur in Simplices & Duplices; Illæ dicuntur,

10. Div. in Simplices, & Duplices. in quibus unus ab altero petit, alter vero defendit; unus Actor, alter Reus eſt. Hæ, in quibus uterque petit & defendit uterque litigantium actoris vel rei partibus & officio fungi poteſt. Ita tamen, ut in hiſce ille quoad proceſſum & judicii ordinem pro Actore habeatur, qui

primus

prius ad judicem provocaſſet, *l. 13. ff. de judic. l. 2. §. 1. ff. comm. div.* & ſi ambo ſimul provocent, forte res diſcernitur, *l. 14. ff. d. t.* Interdum vocantur Mixtæ in *l. 37. §. 1. ff. h. t.* tales enim in Jure audiunt non tantum ratione Cauſæ Efficientis; *prec. §. 42.* ſed & ratione Subjecti. Sic uterque litigantium duplex jus habet in judiciis Diviſoriis, Finium regundorum, Familiæ erciſcundæ, Communi dividundo, *l. 10. ff. fin. regund. l. 44. §. 4. ff. famil. herciſc. l. 2. §. 1. ff. comm. div. d. l. 37. §. 1. ff. h. t.* Item in interdicto retinendæ poſſeſſionis. *§. 7. I. l. 2. pr. ff. de Interd. l. 47. de O. & A.*

Quia pro Actore in hiſce habeatur, Dicuntur etiam Mixtæ.

L. XI. Actiones ſunt Tranſitoriæ in hæredes, & Non tranſitoriæ. Illæ autem tales ſunt reſpectu vel Actoris, vel Rei. Reſp. Actoris regulariter omnes actiones ſunt in hæredes tranſitoriæ. Joh. Voetius *n. 15. h. t.* Hæres enim in omne jus defuncti ſuccedit, Ergo & in Actiones, *l. 37. ff. de A. vel O. H.* ita tamen, ut, ſi plures ſint hæredes, illæ tranſeant in ſingulos proportione hæreditaria. *l. 6. C. famil. erciſc. l. 2. C. de heredit. act.* Nec refert, Actiones ſint Reales, ſive Perſonales, & hæ ſive deſcendant ex facto Licito, veluti Pollicitatione, *l. 2. §. 5. l. 14. ff. de pollicit.* limit. vid. *l. 11. ff. eod.* Pacto, Diſp. *de Tranſit. act. th. 21.* Contractu vero, vel quaſi, *l. 15. C. d. Contrah. ſtipul.* d. Diſp. *th. 23.* vel Illicito, Delicto ſcil. privato. Nam actio ex delicto privato deſcendens & delictum vindicans per quod patrimonium deminutum active tranſit in hæredes & ſimiles ſucceſſores, *l. 1. §. 1. ff. de priv. del. §. 1. I. de perp. & temp. act.* quia per hoc delictum de bonis defuncti aliquid deminutum eſt. Bachov. *de action. Diſp. 2. th. 5.* Sive actio per L. C. in judicium deducta ſit, ſive non. *d. §. 1.* Sive rei perſecutoria tantum, ut actio rerum amotarum, *l. 21. §. 5. ff. rer. amot.* de alienatione judicii mutandi cauſa facta. *l. 4. §. 5. ff. de alien. jud. mut. cauſ.* Sive Mixta i. e. partim pœnalis, partim rei perſecutoria, ut actio L. Aquiliæ. *l. 23. ff. ad L. Aquil.* Vi bonorum raptorum, *l. 2. §. 5. ff. de vi bon. rapt.* Doli, *l. 13. pr. ff. de dolo malo.* quod Metus cauſa. *l. 16. §. 2. ff. quod met. cauſ.* Sive mere pœnales ſint, ut Actio furti *l. 1. §. 1. ff. de priv. del. l. 47. ff. de furt.* Cum & hæ in bonis computentur, propter damnum bonis illatum, proptereaque cum aliis bonis ad hæredes & ſucceſſores tranſeunt. *l. 32. pr. ff. ad L. Falcid.* Hancque veriſſimam eſſe ſententiam, cum Weſenbecio defendit d. Diſp. *de Tranſit. Act. th. 27.*

In Tranſitorias, reſpectu Actoris omnes act. tranſeunt.

Si plures hæredes ſint.

Act. reales & perſonales ex facto licito.

Ex delicto vel privato.

Ampl.

Ampl.

LI. Dicta Regula, quod actiones omnes regulariter in Actoris hæredes & ſucceſſores tranſeant, ſuas admittit limitationes: (1.) Si aliud inter partes conventum, tunc enim actiones ipſo quidem jure tranſeunt in hæredes, verum ſine effectu, eliduntur ſiquidem exceptione pacti conventi. *l. 44. §. 1. ff. h. t. l. 56. §. 4. ff. de V. O. §. 5. I. eod.* ita accip. Carpzov. *J. F. p. 2. C. 20. def.*

d. Regula Limit. ſi aliter conventum.

diſſ. 2. n. 1. Gail *l. 2 O. 2. n. 19. in f.* Struv. *Exerc. 46. th. 39.* ibique Müller. (2.) In

Si agitur ad jus perſonale.

actionibus, quæ competunt ad jus aliquod perſonale, v. g. ad uſumfructum vindicandum, item perſonalis ex promiſſo uſufructus, quia ipſum jus morte extinguitur, extinguuntur etiam actiones de illo jure competentes. *l. 3. §. f. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. § 3 I. L. 12. C. de uſufr.* Gail *d. l.* (3.) In Actionibus, quæ

Si actio ob delictum concurrens pœnalis.

ex contractu quidem veniunt, verum ob delictum concurrens ex parte pœnales ſunt, eo quod factum puniunt, & in dolum conceptæ ſunt: *§. 1. I. de perp. & temp. act. l. 7. §. 1. ff. depoſ.* talis eſt actio Tributoria. *l. 7. §. 2. l. 8. ff. de trib. act. d. Diſp. th. 20. vid. §. 35.* (4.) In Actionibus ex Delictis privatis pro vindicandis injuriis perſonis illatis competentibus; quia ad

Si act. pro vind. injur. perſonæ illatæ.

Lucub.

meram dantur vindictam, quam morientes remittere cenſentur, maxime, ſi injuriam paſſi ſemper tacuerint, arg. *l. f. in f. C. de rev. don.* ideo in actoris heredes non tranſeunt, niſi per litis Conteſtationem fuerint perpetuatæ, & in judicium deductæ. *l. 26. ff. [illegible] l. 13. pr. l. 28. ff. de injur. §. 1. I. de perp. & temp. act.* D. Frommann. *de act. quæ in bonis computantur th. 18.* Huc pertinent Actio in-

Act. injuriarum ad meram vindictam.

Alia exempla.

juriarum, quæ ad meram vindictam tendit, *l. 2. §. 4. ff. de collat.* nec per L. C. præparata eſt; *d. §. 1. l. 1. §. 1. ff. de priv. del. l. 32. pr. ff. ad L. Falc. l. 13. pr. l. 15. §. 14. l. 28. ff. de injur.* ſive ſit Prætoria, ſive Civilis ex L. Cornelia competens; *arg. dd. ll.* item Actio in factum ex edicto de non in jus vocando, quæ datur adverſus liberos vel libertos, qui obliti reverentiæ naturalis & honeſtatis Parentes vel Patronos ſine venia & permiſſu Prætoris in jus vocarunt. *l. 9. ff. de in jus voc.* Actio, qua donatarii ingratitudo arguitur, *l. 1. l. 7. l. f. C. de rev. donat.*

Excip. Actio ad Palinodiam.

ſupra *ad. tit. de donat. § 30.* tendunt enim ad meram vindictam. Aliud exemplum eſt in *l. 4. ff. de calumniat. l. 9. in f. ff. de relig. & ſumpt. fun. vid. ſupra §. 21. de relig.* Sed excipitur Actio ad Palinodiam, quippe non ad vindictam: ſed ad famæ opinione vulgi læſæ reſtitutionem, vel potius illæſæ famæ declara-

Act. injur. Collegio illatarum. Act. in jud. deductæ.

tionem comparata, & inde ad rei perſecutorias refertur. D. Lauterb. *de act. in jur. vocat. th. 4. & 29.* Item Actio injuriarum Corpori vel Collegio illatarum. Fromm. *de act. quæ in bonis comput. th. 18. & 19.* Denique omnes Actiones injuriarum per L. C. præparatæ & in judicium deductæ in ſucceſſores tranſeunt. *d. l. 26. d. l. 13.* poſt alios, d. Diſp. *de Tranſit. act. th. 28. 29. & 30.*

Vel ex Delicto publico, eoque vere tali, unde Actio Criminalis, quæ non tranſit.

Ampl.

LII. Quantum ad Actiones deſcendentes ex Delictis publicis, diſting. An ſint vere publica & producunt actiones Criminales: An quaſi talia, & pariunt Actiones Populares. Actio Criminalis vel accuſatio publica ad ſucceſſores non tranſit, quia non eſt in bonis, nec privatum intereſſe; ſed publicam vindictam intendit; adeo, ut, licet à defuncto Accuſatio inſtituta & lis conteſtata ſit, ipſa tamen accuſatione morte aboleatur; *l. 3.*

§. f.

l. 3. §. ſ. ff. de accuſat. l. 10. pr. ff. ad SC. Turp. l. ſ. C. ſi reus vel accuſ. mort. ibi Perez. ita, ut hæres alius ve illam reſtaurare volens, novo proceſſu, libello, & ſubſcriptione opus habeat. *d. l. 3. §. ſ.* d. Diſp. *de Tranſit. act. th. 25.* Frommann. *de act. civil. & crim. in actu ſignat. th. 41.* Actiones Populares in hæredes & ſucceſſores non dantur; *l. ſ. ff. de pop. act.* quia ante L. C. in bonis non ſunt. *l. 32 pr. ff. ad L. Falc.* junct. *L. 12. pr. ff. de V. S.* Non obſt. *l. 5. ſ. ff. de his, qui eff. ſud. l. 10. ff. de ſepulchr. viol.* ubi actiones hæredibus competunt, non jure hæreditario; ſed jure Civitatis, quatenus ejusdem Reipubl. cives ſunt; Aliis tamen præferuntur, ſi illis, quorum intereſt, ſucceſſerunt, quia hæredes ſunt. Oldendorp. *cl. 6. act. 20. num. 4.* d. Diſp. *th. 26.* Frommann. *de act. quæ. in bon. comput. th. 17.*

Vel quaſi tali, unde Act. Populares, quæ non tranſit. Obj. Reſp.

LIII. Ratione Rei diſtinguendum eſt inter actiones Reales, & Perſonales. Illæ ratione Rei in hæredes non ſunt tranſitoriæ; Non enim competunt adverſus hæredes qui tales; ſed poſſeſſores rerum ſequuntur. *l. 42. ff. de R. V.* & quodammodo contra rem ipſam diriguntur. *l. 25. pr. ff. h. t. l. 19. ff. de jur. fiſc. l. 2. C. de hered. act. l. 2. C. ſi unus ex plur. hered.* d. Diſp. *de Tranſit. act. th. 2.* Si tamen Defunctus dolo poſſidere deſierit, tunc in factum actio redditur adverſus hæredes, quanto locupletiores ex eâ re facti fuerint, *l. 52. ff. de R. V.* vel ſi defunctus poſt litem conteſtatam aliquid admiſerit. *l. 42. ff. de R. V.* Struv. *Exerc. 46. th. 71.* ibique Muller. ſupra *ad tit. de R. V. §. 14.*

Reſpectu Rei Act. Reales non ſunt tranſitoriæ. Limit.

LIV. Quoad Perſonales iterum diſting. An ex Conventione, an ex Delicto deſcendant? Illæ, ſive ex pactis, tàm nudis, juxta praxin hodiernam, quàm non nudis: quæ vel ex pacto legitimo, ut ſunt Actio conſtitutæ pecuniæ, *l. 1. l. 2. pr. C. de conſt. pec.* Actio, quæ datur ex donatione, *l. 35. §. 5. in f. C. de donat.* Vel ex cohærentia contractus deſcendunt; de Diſp. *de Tranſit. act. th. 21. & 22.* ſive ex contractu veniant, regulariter & activè, & paſſivè, in hæredes atque ſucceſſores tranſeunt. *l. 12. l. 59. l. 49. ff. h. t. §. 1. I. de perp. & temp. act.* ubi particula *aliquando* regulam præſupponit contrariam. Idque confirmatur exemplo actionis Commodati. *l. 3. §. 3. ff. commod.* Depoſiti, *l. 1. §. 19. l. 7. §. 1. l. 9. l. 25. pr. ff. depoſ.* Sequeſtrariæ. *l. 12. §. 2. ff. eod.* &c. add. d. Diſp. *de Tranſit. act. th. 23.* Et perinde eſt (1.) Actiones ex veris vel quaſi contractibus proveniant, *d. l. 59. ff. h. t.* e. gr. Actio Negotiorum geſtorum, *l. 3. §. 7. ff. l. 6. l. 7. l. 17. C. de N. G.* Condictio indebiti *l. 12. ff. de cond. indeb.* &c. (2.) Etiamſi ipſi contractus morte contrahentium extincti ſint, nihilominus Actiones ex illis jam natæ in hæredes tranſeunt. v. g. Actio pro ſocio. *l. 35. l. 36. l. 63. §. 8. ff. pro ſoc.* mandati & Tutelæ; *l. 1. §. 16. 17. l. 7. ff. de tut. & rat. diſtr.* vid. tamen ſupra *ad eundem tit. §. 5. & 6.* (3.) Licèt nulla

Sed Act. Perſonales, quæ deſcend. ex Conventione, ſive ex pactis, ſive ex contractu, in ſucceſſ. tranſeunt e. gr.

Ampl. licet Act. ex qu. contr. veniant; Contractus extincti morte contrahentium; Non necdum hæredum facta:

la hæredum mentio in contractibus ſit facta; *l. 38 pr. ff. de V. O. l. 13. C. de contrah. ſtip.* arg. *l. 9. ff. de probat.* Carpzov. *d. C. 20. def. 1. n. 1.* ut proinde quoad hunc effectum mentio hæredum ſupervacua ſit; *l. 38. §. 1. ff. de V. O.* quæ enim tacite inſunt, expreſſe adjecta nil operantur. Gail. *d. O. 2. n. 10.* Idem eſt, etſi perſona contrahentis duntaxat comprehenſa. *l. 8 §. 4. ff. de pign. act.* Carpz. *d. C def. 2.* (4.) Licet dolus defuncti intervenerit, quia actio non directo ex dolo, ſed ex contractu deſcendit, ideoque in hæredes datur, etiam in ſolidum. *d. l. 12. & l. 49. ff. h. t. l. 7. §. 1. ff. depoſ. l. 157 § 2 ff de R. I.* Sive contractus ſit b. f. ſive ſtricti juris, propter generalitatem in *d. l. 49.* & *d. l. 157. §. 2. diff.* Struv. *Exerc. 46. th. 79.* Joh. Voet. *n. 6. de fidejuſſ. & nominat.* (5.) Licet etiam hæ competant ad pœnam conventionalem; quia illa tanquam intereſſe exigitur. *l. 47. ff. de A. E. V.* De his omnibus vid. d. Diſp. *de Transfr. act. th. 23.*

Defuncti dolus intervenerit.

Agitur ad pœnam conventionalem.

LV. Dicta tamen Regula varias recipit limitationes: (1.) Si conventum ne actio adverſus ſucceſſores tranſeat. *l. 38. §. 3. ff. de V. O.* (2.) Si factum perſonæ adhæreat, ſicque ab hæredibus præſtari non debeat. *l. un. § 9. C. de cad. toll. l. 31. ff. de ſolut.* (3.) Si actio ex contractu quidem deſcendens, ſed ob delictum concurrens ex parte pœnalis habeatur; eò quod factum puniat, & in dolum concepta eſt. arg. *l. 7. §. 1. ff. depoſ. §. 1. de perpet. & temp. act.* Sic actio Tributoria tantum dolum domini coërcet *l. 7. §. ſ. l. 8 ff. de trib. act.* item in *l. 3. § 9. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. l. 9. §. 1 ff. quod falſo tutore.* d. Diſp. *th. 24.* Struv. *Exerc. 46. th. 49.* ibique Muller.

Limit. Si conventio contraria. Factum adhæreat perſonæ. Ad partem pœnalis.

LVI. Quantum ad Actiones ex Delicto deſcendentes reſpectu reorum eorundemque hæredum diſtinguendum eſt, an nondum in judicium deductæ: An verò à defuncto jamjam fuerint conteſtatæ? illo caſu Regula eſt: Actiones ex delicto deſcendentes ante L. conteſtatam adverſus hæredes & ſimiles ſucceſſores non tranſire, ſed morte delinquentis extingui; *§. 1. I. de perp. & temp. act. l. 1. §. 2. ff. de priv. del. l. 4. §. ſ. & l. ſeqq. ff. de alien. jud. mut. c. fact.* ut delictum & obligatio & actio inde deſcendens autorem ſuum ſequatur. *d. l. 1. § 2.* Bachov. *de act. Diſp. 5. th. 4.* ubi d. Reg. extendit ad quaſi delicta *§ ſ. in F. J. de obl. quæ ex quaſi del. l. 15. l. 16 ff. de judic. l. ult. § ſ. ff. naut. caup. & ſtab. l. 5. §. 5. ff. de his, qui eff. vel dej.* d. Diſp. *th. 31.*

Quoad actio. delic. ex Delicto. ante L.C. non tranſeunt.

LVII. Et dicta Regula procedit non tantum in actionibus merè Pœnalibus, *d. §. 1. d. l. 1. pr. ff. de priv. del. l. 38. l. 111. ff. de R. J. l. 22 ff. de N. O. N. l. 22. C. de pœn.* exemplo actionis furti *d. §. 1. d. l. 1. l. 15. C. de furt.* Injuriarum, *l. 13. pr. ff. de injur.* excepta actione ad palinodiam, *præced. §. 51. in f.* Actionis in factum de non in jus vocando *l. 24. ff. de in jus voc.* &c. etiamſi aliquid ad ſucceſ-

Ampliat. Licet act. ſint pœnales. Si quod ad ſucceſſorem pervenerit.

ſucceſſores pervenerit, utpote quod actione mere pœnali, ceu jam extincta, peti non poteſt, ſed actione ad exhibendum, vel R. V. vel Condictione furtiva erit agendum, *d. l. 1.* poſt alios d. Diſp. *th. 32.* D. Coccejus. *diſſ. de oblig. hered. ex delict. defunct. ſec. 3. §. 19. & ſeqq.* Sed etiam in Actionibus Mixtis. *d. §. 1. l. 23. §. 8. ff. ad L. Aquil. l. 13. ff. de ſerv. corr. l. 2. §. ſ. ff. de vi bon. rapt. l. 7. §. 6. ff. arb. furt. caſ. l. 111. §. 1. ff. de R. I.* Niſi aliquid ex delicto ad Succeſſores, ſive directe, ſive per conſequentiam, pervenerit, tunc tenentur, ſed pro ea ſolummodo quantitate, quatenus ad eos locupletior ex delicto hæreditas eſt delata, & hæc Mixta actio rei perſecutionem continet. *d. l. 23. §. 8. l. 5. ff. de calumniat. l. 4. in ſ. ff. de incend. ruin. naufrag. l. 26. ff. de dolo.* Bachov. *d. th. 4.* & *ad Tr. V. 2. D. 30. th. 4. lit. A.* Sed hoc ſublimit. in actione vi bonorum raptorum. *pr. L. 1. 2. §. ſ. ff. vi bon. rapt.* add. d. Diſp. *th. 33. & 34.* Imo & in Actionibus ex delicto Rei perſecutoriis tantùm, *l. 4. §. ſ. l. 7. ff. de al. jud. mut. cauſ. l. un. C. ex del. def. in quant. hered.* hinc actio rerum amotarum, licet ſit rei perſecutoria, quia tamen ex delicto oritur, contra ſucceſſores, niſi in quantum ex delicto ad illos pervenit, non datur. *l. ſ. C. rer. amot. l. 44. ff. de R. I.* Alia Exempla vid. in *l. 1. §. ſ. ff. l. 3. pr. & §. ſ. ff. de vi & vi arm. l. 17. §. ſ. l. 26. ff. de dolo. l. 16. §. ſ. ff. quod met. cauſ.* Non obſt. *l. 9.* ibi: *in ſolidum ff. de cond. furt.* eſt enim exemplum exceptum, ubi delictum eſt tantum cauſa ſine qua non, ſupra *ad tit. de cond. furt. §. 5.* Ad alias ll. Obſt. Reſp. in d. Diſp. *th. 35.*

Licet act. Mixtæ.
Limit.
ſi quid ad Succeſſ. pervenerit.

Sublimit.
item ſi act. rei perſecut. tantum.

Obſ.
Reſp.

LVIII. Sin Actiones ex Delicto privato deſcendentes vivo Reo per L. C. in judicium deductæ ſint, regula eſt: Illas tunc in ſolidum contra hæredes tranſire ſive ſint Civiles, ſive Prætoriæ: it. Pœnales, Mixtæ ſive Rei perſecutoriæ. *§. 1. de perp. & temp. act. l. 26. l. 58. ff. h. t. l. 13. pr. l. 28. ff. de injur. l. 87. l. 139. pr. l. 164. ff. de R. I. l. 20. ff. de accuſ. l. un. C. ex delict. defunct.* vid. D. Harpprecht. *in Conſil. tom. 4. num. 62. cum ſeqq.* Item ſi Reus defunctus ipſo jure in mulctam incidit Mev. *p. 5. dec. 392. n. 8.* Stryck. *Diſp. de eo, quod fit in ipſo jure.* Hic jungi meretur Deckherr. *ad B. um tit. 29. num. 69. & ſeqq.* Brunnemann. *ad l. 1. C. ſi Reus vel accuſ. mort.* Sive civiliter & ad pœnam parti applicandam, ſive criminaliter ad pœnam pecuniariam Fiſco applicandam agatur, tum ob dd. ll. generalitatem, tum quia nulla eſt diverſitatis ratio. Aliud eſt, ſi criminaliter ad pœnam corporis afflictivam agatur. Sichard. *ad d. l. un. n. 6.* Item ſive Litis conteſtatio vera, ſive quaſi intervenerit. Hartm. Piſtor. *p. 1. q. 27. n. 7. & 8.* vid. *L. 9. §. 3. de jurej.* D. Gaſſ. *in diſſer. receſſ. Imper. ſoll. 11. th. 1.* de his vid. late d. Diſp. *th. 36. 37. 38. & th. 39.* additur, quod de Jure Canonico hæres ex delicto defuncti uſque ad hæreditatis quantitatem & rei oblia-

Act. ex Delicto privato poſt L. C. tranſeunt.
Amplia. 1.

Amplia. 2.

Amplia. 3.

ablatæ reſtitutionem teneatur, etſi exinde nil ad eum pervenerit, nec lis cum defuncto conteſtata ſit, *C. ult. X. de ſepult. c. 5. X. de raptor. c. 9. X. de uſur.* ſed hanc Juris Canon. diſpoſitionem in dubium vocat J. O. Tab. *racem. crim. 1. th. 64. & rac. 7. th. 25. pag. 372.* D. Harpprecht. *in Reſp. 61. num. 98. cum ſeqq. & Reſp. 93. num. 68. cum ſeqq.* Cocccj. *alleg. Diſp. de obligat. hæred. ex delict. de funct. ſect. 3. §. 24.*

Non tranſitoriæ etiam ſunt Act. in rem ſcriptæ. Act. ex publ. delictis. Limit.

LIX. Non tranſitoriæ quæ ſint, ex antecedentibus patet. Nec Actiones in rem ſcriptæ paſſive in hæredes tranſeunt, cum rem ſequantur, & ſub qualitate vindicationis inſtituantur. *l. 9. §. ff. 14. §. 3. ff. quod met. c.* Idem regulariter dicendum eſt de Actionibus ex Delictis publicis, etiamſi à defuncto inchoatæ ſint, per *l. 3. l. 5. l. ſ. C. ſi reus vel accuſ. mort. l. ſ. ff. ad l. Jul. Maj. l. 3. l. 6. ff. de publ. jud.* Niſi, mortuo etiam Reo, criminis cognitio peragatur, ad hunc effectum, ut bona fiſco vindicentur, vel ab hæredibus turpia lucra extorqueantur, aut pœnæ pecuniariæ exigantur. Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 31. th. ult. lit. D.* Carpzov, *Pr. Crim. q. 3. q. 101. num. 11 ſeqq.* Perez. *in d. 1. Cod.* vid. *§. 12. de accuſat.* Similiter Actiones Populares ante L. C. adverſus ſucceſſores non tranſeunt, quia pœnales ſunt, & quidem ex delicto. *l. 5. §. 5. in med. ff. de his, qui effud.*

Populares ante L. C.

Obj. Act.

LX. Objectum *Actionum* in genere eſt illud, quod cuique ex quavis cauſa, quocunque modo debetur; ſive concernat univerſitatem bonorum ſive rem ſingularem, ejusve poſſeſſionem, ſive Acceſſoria, fructus ſcil. & uſuras. ſupra *ad tit. de uſur. & ad tit. de re jud. §. 15. & 31.*

10. Div. ab obj. in Univerſales.

LXI. XII. Et ab Objecto dividuntur Actiones in Univerſales, Generales, & Particulares, ſive ſingulares. Univerſales ſunt, quæ competunt ad Juris univerſitatem, vel Jure Civili, ut Hæreditatis petitione. *l. 18. §. ſ. ff. de H. P. l. 178. §. 1. ff. de V. S. L. 20. famil. hercisc.* vel à Prætore delatam, ut Bonorum poſſeſſione, *l. 1. l. 3. ff. de B. P. l. 138. ff. de V. S.* Interdicto Quorum bonorum *l. 1. ff. quor. bon.* &c. Generales, quæ ad plura rerum petendarum capita dantur, veluti Negot. Geſtorum, pro Socio, Tutelæ, Mandati, generalis ſcil. *l. 58. pr. pro ſocio.* Particulares vel Singulares ſunt, quibus agitur de re aliqua ſingulari, ſeu una ſpecie, talis eſt R. V. Actio Depoſiti, Commodati, &c. *d. l. 58. pr. l. 1. ff. de R. V. l. 1. ff. de N. G.* Hujus diviſionis maximus eſt uſus in libellis formandis; Libellus enim generaliter conceptus, regulariter non valet; Admittitur tamen ſi univerſalis vel generalis propoſita ſit actio. ſupra *ad tit. de edendo §. 20. & §. 9. de hæred. petit.*

Generales. & Particulares. *Hujus diviſ. uſus.*

LXII.

LXII. XIII. Div. in Petitorias, quibus principaliter de proprietate agimus, vel aliud quodcunque quam poſſeſſionis jus, perſequimur: & Poſſeſſorias vel interdicta, quibus principaliter de poſſeſſione vel quaſi agimus. *l. 14. §. 3. ff. de exc. rei jud.* vid. ad præced. *lib. ff. 43. add.* Fromm. *Diſp. de Differ. Action. Petit. & Poſſeſſ. vid. l. 24. de R. V. & §. 7. de judic.*

13. Div. in Petitorias & Poſſeſſorias.

LXIII. XIV. Ab Objecti Qualitate diſtinguuntur in Rei perſecutorias, Pœnales, & Mixtas, *§. 16. I. de act. l. 35. pr. ff. h. t.* Joh. Voet. *n. 11. h. t.* Rei perſecutoriæ in *d. l. 35.* à JCto deſcribuntur, quibus perſequimur, quod ex patrimonio nobis abeſt; quæ deſcriptio ita explicatur, quibus aliquid petitur principaliter propter patrimonium, ut ſc. illud augeatur, vel non diminuatur. Nam, ad externam verborum formam reſpiciendo, d. Deſcriptio etiam Pœnalibus competere videtur, quia & illis petimus, quod patrimonio noſtro abeſt, e. gr. quadruplum vel duplum actione furti, quæ tamen mere pœnalis eſt, Verum hic potius ad mentem JCti reſpiciendum eſt quod ſc. principaliter, propter patrimonium augendum, inſtituantur: Cum Pœnales potiſſimum ad Reum coercendum dentur. Et hic vocab. *rei*, quam h. t. perſequimur, denotat omne illud, quod Patrimonii cauſa principaliter petitur abſque ulla reum coercendi intentione.

14. ab Obj. qualitate in Rei perſecutorias. Deſcriptio explicatur.

Rei quid h. l. denotet?

LXIV. Tales Actiones Rei perſecutoriæ ſunt (1.) omnes Reales, utpote quæ ad patrimonium non diminuendum inſtituuntur. *§. 17. I. de act.* (2.) Omnes Perſonales ex contractu vel quaſi deſcendentes. Licet enim Actionibus ex Conventione oriundis interdum pœna conventionalis petatur; ita tamen non habet formalem pœnæ rationem, ſed potius eſt loco intereſſe; *l. 5. ff. de Prætor. ſtip.* unde etiam in hæredes tranſit; *§. 5. I. de V. O.* d. Diſp. *de Pœna convent. th. 80.* ſed in *d. §. 17.* dicitur *fere omnes*. excipitur enim Actio Depoſiti, quæ, licet ex contractu deſcendat & perſonalis ſit, in caſibus tamen Depoſiti neceſſarii ſive miſerabilis creſcit in duplum contra ipſum depoſitarium inficiantem, *d. §.* eoque in caſu tam ad rem ipſam, quam ad pœnam perſequendam competit, & ſic non amplius eſt mere rei perſecutoria, ſed mixta pœnalis, de qua in *l. 1. §. 1. & ſeqq. l. 18. ff. depoſ.* ſupra *ad eund. tit. §. 29. add. §. 19. & 26. I. de act.* (3.) Quædam Actiones ex Delicto venientes, ut Actio Rerum amotarum, *l. 21. §. 5. ff. de act. rer. amot.* Actio de Alienatione judicii mutandi cauſa facta, *l. 4. §. 5. ff. de alien. jud. mut. cauſ.* Actio quod metus cauſa, quæ per ſe & ſua natura etiam eſt rei perſecutoria, & per accidens, propter contumaciam ſcil. Rei, ſit Pœnalis mixta, *l. 16. § 2 ff. quod met. cauſa.* Actio ſi menſor falſum modum dixerit, ſupra *ad eund. t. §. 2. & 4.* Tributoria, *ad h. t. §. 5.* In factum, de vi & vi armata. *l. 1. pr. & §. ult. ff. de vi & vi arm.*

Tales ſunt Omnes Reales. Perſonales ex Contr. vel quaſi.

Exceptio.

Quædam ex Delicto, ex gr.

Pœnalis quid? LXV. Pœnalis actio eſt, qua perſequimur, quod noſtro patrimonio non abeſt; arg. *l. 35. pr. ff. h. t.* ſed pœna lege conſtituta propter delictum privatum infligenda exigitur. Pœna autem proprie dicitur omne illud, quod excedit rei perſecutionem, & quod principaliter ad reum coercendum exigitur. *l. 7. ff. de ſerv. export.* Talis eſt Actio Furti manifeſti, & non manifeſti. *§. 18. I. de act.* Injuriarum, & aliæ quamplurimæ, de quibus ſupra ſuis locis. Interdum tamen in lata ſignificatione & minus proprie Pœna denotat intereſſe, quod actor à Reo exigit, qui nihil accepit, ut reſpectu illius Actio ſit Rei perſecutoria, & ratione hujus Pœnalis, ut in caſu *l. 1. pr. §. 6. l. 5. pr. ff. de eo, per quem fact. erit, quo minus quis in jud.* add. *§. ſ. I. de legat.*

Pœna proprie quid?

Interdum exigitur à Reo, qui nil accepit.

& in Mixtam, LXVI. Mixtæ Actiones hic dicuntur, quibus partim res, partim pœna exigitur; & ſic tam patrimonii, quam Rei conveniendi coercendi gratia intenduntur. *§. 19. I. de act.* Suntque tales vel ſtatim ab initio, ut Actio vi bonorum raptorum; *d. §. 19. junct. pr. I. de vi bon. rapt.* vel ex poſt facto, adque ex Delicto, ut Actio L. Aquiliæ. *d. § 19. l. 23. § 10. ff. §. ſ. I. ad L. Aquil.* ſupra *ad eund. tit. § 23.* ex contractu vero, Actio Depoſiti miſerabilis, *præc. § 05.* vel quaſi, Actio ex teſtamento, de Legatis ad pias cauſas, *d. §. 19.* Actiones autem Simplariæ creſcunt, & ſiunt Mixtæ propter moram, vel propter inficiationem. *d. §. 19. §. 26. & 27. I. eod.*

vel ab initio, vel ex poſt facto.

15. Perſ. div. in Condict. Certi & Incerti. LXVII. XV. Ratione Qualitatis Objecti Actio Perſonalis dividitur in Condictionem Certi, & Incerti. Illa, qua certum; Hæc, qua incertum quid condicimus. *§. 32. I. de act.* vid. ſupra *ad tit. de R. C. §. 37.*

16. ab Obj. quantitate. LXVIII. XVI. Ab Objecti Quantitate Actiones divid. in Simplum, Duplum, Triplum & Quadruplum. Joh. Voet *n. 15 h. t.* Ultra autem nulla actio extenditur, *§. 21. I. de act.* ſcil. quoad pœnam legalem. Hinc non obſtant caſus à Gloſſ. notati, in quibus quadruplum exceditur, neque textus ab Accurſio obmoti *§. 10. I. de L. Aq. l. 5. §. ſ. ff. de calumn. l. 13. pr. ff. de A. E. V. l. 5. §. ſ. ff. de incend. ruin. naufr. l. 1. pr. ff. de vi & vi arm. l. 38. §. 17. ff. de V. O.* add. Diſp. *de Pœna Convent. th. 20. & ſeqq.* Quid ſint, ex ipſis verbis conſtat. Actio enim in ſimplum eſt actio ultra id, quod actori debetur, amplius nihil perſequens. Tales ſunt omnis actio Realis & regulariter omnis actio ex conventione: Item omnis actio ex Delicto Rei perſecutoria & Pœnalis, modo certam & lege determinatam pœnam habeat, ut neque dupli, &c. mentio fiat. *§. 22. I. eod. §. 1. I. de oblig. quæ ex del. l. 7. pr. ff. de juriſd. d. l. 20. ff. de in jus voc.*

Actio vel Simplaria

LXIX. Actio, quæ in Amplius ſive cum Augmento competit vel ab initio talis eſt, quando ſtatim ſua natura, dum naſcitur obligatio, actio in

in duplum, triplum, aut quadruplum datur, vel ex poſt facto, quando actio, in ſimplum competens, propter accedens delictum inficiationis, doloſæ procraſtinationis, vel contumaciæ, in duplum vel quadruplum datur. Fromm. *d. Diſp. de Action. c. 7.* Beyer. *de uſu act. pœnal.* D. Harppr. *in Conſil. nov. 1. n. 50. cum ſeqq.* Muller *Exerc. 44. th. 76. lit. e.* Stryck *in uſu moderno §. 3 cum ſeqq.* D. Thom. *Diſp. de non uſu act. pœnal.* Sic ab initio Duplum ſunt Actio Furti nec manifeſti, de Servo corrupto *d. §. 23.* & de Dejectis Effuſis, *l. 1. pr. §. 4. ff. de his, qui effud.* de Tigno juncto contra m. f. poſſeſſorem, *l. 23. § 6. ff de R. V.* Actio in factum adverſus Nautas, Caupones, & Stabularios, *l. 5 ff naut. caup.* &c. In Triplum eſt unica actio Condictitia de ſportulis, *deren Gerichts-Gebühren*, *§. 24. I. de act.* ibique Schneidewin. In quadruplum, ut Actio Furti manifeſti, Vi bonorum raptorum, de Calumniatoribus, intra annum ſcil. &c. *§. 26. I. de act.* Ex poſt facto creſcunt in Duplum, ob accedens Delictum inficiationis, Actio Legis Aquiliæ, Depoſiti miſerabilis, Actio perſonalis ex Teſtamento de Legato ad pias cauſas relicto, (& hæc eſt unicum exemplum propter delictum doloſæ procraſtinationis) *§. 26. I. d. t.* In Quadruplum, ob contumaciæ delictum, Actio quod metus cauſa, *§. 27. I. eod.*

Duplaria vel ab initio, In Triplum, In Quadruplum, vel ex poſt facto.

LXX. Forma Actionis Eſſentialis continetur in verbis: *In Judicio perſequendi. vid. præced. § 27.* Accidentalis tribus potiſſimum qualitatibus abſolvitur: Poteſtate Judicis æſtimandi, tum quantum Actori reſtituendum, *§. 30. I. h. t.* tum quemadmodum Actori ſatisfaciendum. *§. 31. I. eod.* Privilegio, quo actio, propter favorem perſonæ vel rei, æquitatis conſervandæ cauſa, exornari ſolet, proceſſu ſeu ordine judicii & forma pro negotiorum varietate de jure experiendi, ut late explicat Fromm. *d. Diſp. de act. c. 8.*

Forma Eſſentiil. Accidentalis conſiſtit in Judicis æſtimat. Privilegio, & Proceſſu.

LXXI. XVII. A qualitate & Forma Accidentali, & quidem ratione Poteſtatis Judicis decernendi Quantum Actori à Reo præſtari debeat, Actiones aliæ ſunt Bonæ Fidei, aliæ Stricti Juris. *§. 28. I. de act. v. L. 64. §. 5. de leg. 1.* Joh. Voet. *n. 13. h. t.* Hæc autem Diviſio non eſt generis; ſed certæ alicujus ſpeciei, actionum ſcil. perſonalium ex conventione deſcendentium ſubdiviſio. Riemer *de act. D. 9. th. 3.* quidem & alii hanc diviſionem generis eſſe putant, moti ultimo exemplo in *d. §. 28.* ubi Hæreditatis petitio etiam inter B. F. actiones refertur, quam tamen realem eſſe conſtat. At verior eſt ſententia, quod hæc ſit Perſonalium, uti dictum, ſubdiviſio. Imperator enim H. P. voluit eſſe b. f. quia in eadem præſtationes quædam perſonales habentur; *l. 25. §. 18. l. ult. §. 3. C. de H. P.* hinc Mixto-perſonalis dicitur in *l. 7. C. d. t.* Dicta ergo diviſio non pertinet ad actiones reales vel ex delicto venientes, Nam hæ actiones qualitatem iſtam accipiunt à ſua cauſa, negotio ſcilic. ex quibus deſcen-

17. à Forma Accid. rat. Judicis æſtimantis, Quantum debeatur in Judic. Bonæ Fidei & Str. Juris. quæ eſt Act. Perſon. ſubdiviſio. Obj. Reſp.

ſcendunt, per Regul. qualis cauſa, talis eſt effectus. Atqui Cauſæ, ex quibus deſcendunt actiones reales & ex delicto venientes, non ſunt bonæ fidei, nec ſtricti juris, tale enim negotium in toto jure eo nomine non inſignitur. Ergo. Ie. probatur ex *l. 1. pr. & §. 1. ff. de in lit. jur.* ubi actio B. F. & Realis ſibi invicem opponuntur. add. Bachov. *de act. D. 6. th. 1.* & *ad Tr. V. 1. D. 10. th. 4. lit. D.* Frantzk. *Exerc. 13. quæſt. 7. & 8.* Bacc. *ver. quotid. ſeſſ. 5. th. 18.* D. Graff. *in Collat. Reſol. Imp. ſeſſ. 6. th. 1.*

Act. B. F. quid? LXXII. Sunt autem B. F. actiones, in quibus Judex liberam habet æſtimandi vel judicandi poteſtatem, quantum alterum litigantium alteri ex æquo & bono præſtare oporteat. *§. 30. I. de act. l. 2. §. 3. l. 5. pr. ff. h. t. §. un. I. de oblig.* Et ſic Bona Fides h. l. non accipitur pro juſta opinione, qua quis credit rem ſuam eſſe, ſicuti in materia Uſucapionis, ubi agitur de dominio acquirendo, ſupra *ad tit. de uſurp. & uſuc. §. 11.* Nec pro illa ſana conſcientia & bono animo ab omni fraude ſejuncto, quatenus opponitur dolo & fraudi. & ita omnia Judicia atque Contractus debent eſſe B. F. *l. 59. §. 1. ff. mandati. l. 8. C. de judic. l. 4. C. h. t. de O. & A.* Sed pro benigna conventionum & actuum humanorum interpretatione, non verbis adhærente; ſed illos ex bono & æquo expendente. ſupra *ad tit. de pact. §. 27.* Adeo, ut, in quibus Conventionibus vel Actionibus hæc interpretatio locum habeat, illæ ſint bonæ fidei, in quibus vero non, illæ ſint ſtricti Juris, ſicque B. F. hic idem ſit, quod æquitas in LL. explanandis, ut Conanus inquit. *Frantzk. d. Exerc. quæſt. 6. n. 11. & 13.* In hiſce ergo negotiis Judex habet poteſtatem liberam, non tamen indeterminatam, ſed aliquo modo circumſcriptam, ut id demum, quod æquo & bono conveniat, adjudicare poſſit, licet nec verbis hoc ſit expreſſum, nec contrahentes tempore conventionis de eo veriſimiliter cogitaverint. Fromm. *Diſp. de D. ff. act. th. 5. & ſtrict. jur. th. 16.* unde in *l. 7. ff. de neg. geſt.* & *l. 24. in f. ff. depoſ.* dicitur, *quod tantundem in b. f. judiciis poteſtas judicis valeat, quantum in ſtipulatione expreſſa verba.* & in *l. 31. §. 20. ff. de ædil. edict.* *ea, quæ ſunt moris & conſuetudinis b. f. judiciis venire debere.*

Bona Fides quomodo accipiatur hoc loco.

Judicis h. l. poteſtas eſt libera, dummodo non contra æquum & bonum.

C. B. non eſt Prætoris formula. LXXIII. Actiones autem hanc qualitatem non acceperunt à formula Prætoris Judici Pedaneo præſcripta, v. gr. *ex bona fide. ex bono & æquo: quantum æquius melius ſit. l. 31. pr. ff. de ædil. edict. l. 6. §. 2. ff. de jur. dot. d. l. 2. §. 3. d. l. 5. ff. h. t. l. 9. §. 1. ff. ſol. matr. l. 82. ff. de ſolut.* quales clauſulæ non ſunt cauſa eſſ. hujus actionis, Nam Contractus dicuntur B. F. quibus tamen nulla à Prætore additur formula, & actiones quamprimum natæ, licet in judicium non ſunt deductæ, adeoque ante Prætoris formulam ſunt B. F. vel ſtricti juris, effectus autem non prior eſt cauſa. Oritur itaque hæc diverſa actionum qualitas ab

ab ipſa Conventionum qualitate, ita, ut, ſi Contractus, ex quo actio deſcendit benignam admittat interpretationem, actio ſit bonæ fidei; ſin minus, ſtricti juris. arg. §. un. I. de obl. quæ ex conſenſu l. 2. § ʃ. ff. h. t. Ipſa vero negotia hanc qualitatem habent ex Juris Civilis diſpoſitione, idque per d. § 28. I. de act. in f. ibi: *Noſtra tamen conſtitutio.* Item l. 22 ff de don donatio dicitur non eſſe bonæ fidei, quia b. f. contractibus non annumeratur Lud. ad I. D. 14. th 6 l. a. & b. Cur. a LL. Rom. quibusdam tantum negotiis hanc qualitatem conceſſerint, quidam reſpiciunt ad Antiquitatem, alii ad Frequentiam, alii ad Utilitatem; ſed neutrum procedit, nam Mutuum eſt inter Contractus vetaſtiſſimos, & tamen ſtricti juris, nec ejusdem minor frequentia vel utilitas eſt ac Depoſiti, Commodati, &c. Neoterici ut plurimum cauſam ponunt in Mutua contrahentium obligatione. Franzk. Vinn. Bach. quæ quidem ratio veroſimilis, ſed non univerſalis eſt. Licet enim hæc qualitas ab initio propter vinculi duplicitatem introducta habeatur: poſtea tamen extenſa eſt ad negotia ἀνώνυμα & actiones inde orientes, ex. gr. actio æſtimatoria, ex permutatione, item ex ſtipulatu, qua agitur ad dotem repetendam, d. §. 28. & ſeq 29. Hæc igitur propoſitio procedit, Omnes actiones ex negotiis ἀνωνύμοις deſcendentes ſunt B. F. ſed non eſt reciproca & convertibilis. Omnes Actiones B. F. deſcendunt ex negotiis ἀνωνύμοις add. Franzk. de Exerc. quæſt. 7. n. 6. 26. & 27. *Sed hanc qualitatem accip. à qualitate Conventionum.* *Cauſa Imp.*

LXXIV. Species actionum Bonæ Fidei recenſentur in d. §. 28. & 29. & quidem omnes, quotquot in Jure habentur, ubi Imperator non inſeruit particulam demonſtrativam *Velut*; ſed ἐρεςικῶς per particulam, *Ha*, loquitur, junctis ſimul iis, de quibus olim dubitatum fuit. Inſuper actiones ab Imp. in d. §. 28. non per definitionem, ſed per enumerationem recenſentur. Deinde, quia nulla in toto Jure noſtro reperitur Bonæ Fidei actio, quæ in d. §. 28. non expreſſe, vel implicite, per bonam conſequentiam, contineatur. Quædam enim actiones in d. §. in genere enumerantur, ita tamen ut omnes illarum ſpecies contineant Directas & Contrarias, Directas & utiles, & quæ ab enumeratis non ſpecie; ſed adjecta tantum qualitate differunt. Sic quando in d. §. ponitur actio Depoſiti, intelligitur Directa & Contraria, nec Specie differt actio Depoſiti, quæ datur in peculio. l. 3. §. 7. l. 38. ff. de pecul. add. Vinn. ad d. §. 28. n. 5. Bachov. de act. Diſp. 6. th. 5. *Quæ ſint B.F. actiones in genere?*

LXXV. Sunt autem Bonæ Fidei actiones (1.) Omnes ex Contractibus conſenſualibus deſcendentes: d. §. 28. §. un. I. de oblig. ex conſ. nempe Empti Venditi, dd. §§. l. 11. ʃ. 1. l. 13. § 20. ff. de A. E. V. Locati Conducti, dd. §§. l. 54. pr. ff. locati. & ſub hiſce continetur Actio Emphyteuticaria, arg. *Act. B. F. in ſpecie omnes ex Contract. Conſenſ.*

§. 5. I. locat. Ludwell. *d. l. fit. C.* Pro Socio, *dd. §§. l. 3. inf. l. 65. l. 60. ff. pro soc.* Mandati. *dd. §§ l. 10. pr. & §. 3. l. 34. pr. ff. mandati* add. *l. 2. pr. ff. h. t.*

Quædam ex Contr. Real. Nom.

(2.) Quæ ex tribus ultimis ſpeciebus Contractuum Realium Nominatorum deſcendunt, ut actio commodati, *d. §. 28. l. 3. §. 2. ff. Commodat.* Depoſiti, *d. §. 28. l. 1. §. 23 l. 29. §. 1 ff. depoſ.* ſub qua & Sequeſtraria continetur. *l. 5. §. 1 l. 12. §. 2. ff. eod.* Pignoratitia. *d. §. 28.*

Ex Contr. Innom.

(3.) ex Contractibus Innominatis duæ ſpecies, Actio ſcil. Præſcriptis verbis ex permutatione, & æſtimatoria, propter affinitatem cum emptione. *d. §. 28. l. 1. pr. ff. de C. E. l. 1. pr. ff. de æſtim. act.* Reliquæ ſpecies ex contractibus innominatis deſcendentes ſunt ſtricti juris; dum enim Imperator certas ſpecies enumerat, totum genus eo referre noluit.

Ex Quaſi Contract.

(4.) Quæ oriuntur ex quaſi contractibus *ἀνωνύμοις* ut actio negotiorum geſtorum, *d. §. 28. l. 7. l. 8. ff. de N. G.* ſub qua implicite continetur Actio funeraria, ſupra *ad tit. de Relig. §. 26.* Tutelæ, *d. §. 28.* Item Protutelæ, *l. 1. §. 1. ff. de eo, qui pro tut.* junct. *l. 32. §. 2. ff. de uſur.* Familiæ erciſcundæ, *d. §. 28. l. 9. C fam. erciſ.* Communi dividendo, *d. §. l. 4. §. 2. l. 14. §. 2. ff. comm. divid.* Hereditatis petitio, *præc. §. 70.*

Actio ex ſtipulatu pro dote.

(5.) Actio ex ſtipulatu, unus ex contractu *ὀνομαστικῷ* venit, ea ſcil. quæ datur uxori pro dote repetenda. *§. 29. I. de act. l. un. §. 2. C. de R. V. A.*

Actiones ſtricti juris quid?

LXXVI. Actiones ſtricti juris ſunt actiones, in quibus Judex de eo, quod actori Reum præſtare oportet, vel ex verbis conventionis, vel ex ſtricta actionis natura æſtimare oportet. *l. 3 ff. d. R. C. l. 99. l. 110. §. 2. inf. ff. de V. O.* Sicque benigna Juris interpretatio excluditur.

Quomodo ſtrict. Jus h. l. accip.

Strictum autem Jus alias varie accipitur: interdum pro ipſa lege, quatenus æquitati opponitur, & ſolis verbis nititur, neglecta mente & ſententia Legis; *l. 3. C. de judic.* ſed ita nulla actio eſt ſtricti juris. Verum hic ſumitur pro Judicis poteſtate naturæ negotiorum & partium expreſſæ conventioni adſtricta, ut eam judicando excedere nequeat; Sicuti vocabulum, *Jus,* in Jure noſtro ſæpius poteſtatem denotat, ſic homines alieni juris dicuntur, qui ſub Patria vel Dominica ſunt poteſtate.

Quæ ſint ſtricti juris?

LXXVII. Unde autem Actiones Stricti juris hanc qualitatem habeant, ex ante dictis apparet. Tales autem ſunt reliquæ actiones, quæ neque implicite, neque explicite continentur in *d. §. 28.*

ex Pact. Legit.

e. gr quæ oriuntur ex Pactis legitimis, ut Condictio ex lege de Donatione. *L. 35. ff. de donat.* Actio de Conſtituta pecunia, arg. *l. 16. § 1 ff. de conſt. pec.* junct. *l. 5. L 7 ff. de eo, quod cert. loc.* Condictio ex *l. 6. C. de dot. promiſ.*

Contr. Veris Real. Nom.

Ex Contractibus *ὀνομαστικοῖς*, Veris, & quidem Realibus, Nominatis, Condictio certi ex mutuo, arg. *l. 1. junct. l. 9 ff. de eo, quod cert.*

cert. loc. l. 17. pr. ff. de pact. l. 11. §. 1. ff. de R. C. Ex Innominatis, actio P. V. ex quatuor poſterioribus articulis vid. ſupra *ad tit. de P. V. §. 20.* & Frommann. *th. 6. de act. bonæ fidei & ſtricti juris.* Ex Verborum contractu, Actio ex ſtipulatu, & Condictio certi ex ſtipulatione. Nam loci demum adjectione arbitraria fit, *d. l. 7. §. 1.* excip. quæ de dote repetenda datur. *§. 29. I. de act. l. un. §. 2. C. de R. U. A.* Ex literarum obligatione, Condictio ex Literis. *ad tit. de R. C. §. 47.* Ex quaſi contractibus, e. gr. Actio ex teſtamento, quæ quamvis de natura actionum b. f. varia participet, ut in præſtandis ex mora uſuris, *l. 30. ff. de uſur.* fructibus, cautione, &c. ipſa tamen actio propterea non eſt bonæ fidei, ſed manet ſtricti juris. *arg. l. 5. junct. l. 7. ff. de eo, quod cert. loc. l. 5 pr. l. 6. ff. de in lit. jur.* Condictio Indebiti, quæ quidem ex bono & æquo oriri dicitur in *l. 66. ff. de condict. indeb.* ſtricti tamen juris eſt. *arg. l. 1. C. d. t. junct. l. 32. §. 2 ff. de uſur.* add. D. Graſſ. *ad Inſtitut. lib. 4. th. 9.* Diverſa autem ſunt, actionem eſſe bonæ fidei, & oriri ex æquo & bono, quod in omnibus ſtricti juris actionibus verum eſt. Item Actio de Precario. *arg. l. 14. ff. de precar. junct. l. 22. ff. de donat.* Non obſt. *l. 2. §. 2. ff. de precar.* ibi: ex bona fide, i. e. ex æquitate. vid. Frommann. *th. 6.*

Contr. Verb.

Contr. Literarum.

Q. Contr.

Condictio Indebiti.

LXXVIII. Ex dictis ſluit, quomodo differant Actiones Bonæ fidei & ſtricti Juris, v. gr. (1.) Illæ non naſcuntur, quando dolus cauſam dedit Contractui *ad tit. de dolo mal. §. 6. & 7.* (2.) In illis ex mora uſuræ debentur. *tit. de uſur. §. 17. & 18.* (3) Ratione juramenti in litem affectionis, vid. *ad tit. de in lit. jur. §. 27. & 29.* (4.) In iis ex B. F. licet adjudicare, quæ ſunt conſuetudinis. *l. 31. §. 20. ff. de ædil. edict.* (5.) Stricti juris loci adjectione fiunt arbitrariæ. *l. 7 ff. de eo, quod cert. loco.* Plures vid. ap. Vinn. *ad §. 28. I. de act.* & maxime in *d. Diſp. de diff. inter act. b. f. & ſtr. jur.* ubi *th. 6.* monet. Si actio aliqua inſtituatur ex alterius contractu adverſus nosmet, vel ob voluntatem concurrentem cum illo contractu, vel ob id, quod ex eo in rem noſtram verſum eſt, illaque b. f. ſit, actio quoque illa B. F. ſit, non ſtricti juris, ut eſt actio e. gr. Empti, Locati, Exercitoria, Inſtitoria, Tributoria, De in rem verſo, de Peculio, Quod juſſu, & contra, ut Condictio certi ex Mutuo, Exercitoria, Inſtitoria, &c. nam non novæ ſunt ejusmodi quoad fundamentum actiones ſed tantum quoad Subjectum paſſivum adjectitia qualitate auctæ. confer. Stryk. *in uſ. mod. §. 5.* & Beyer. *poſ. 185. cum ſeqq. h. t.*

Quomodo diff. Act. B. F. & ſtricti juris?

LXXIX. XVIII. A Forma Accidentali, & ratione facultatis judicandi quemadmodum Actori ſatisfaciendum, divid. actiones, in Arbitrarias & non arbitrarias. *§. 31. I. de act.* De earundem definitione nominis vid. Dn. Frommann. *Diſput. de Arbitr. act. nat. th. 5. & ſeqq.*

18. Rat. jud. æſtimant. quemadmodum ſatisfaciendum in

 Arbi-

Arbitrariæ, & Vere tales.

Arbitrariæ, & quidem vere tales, ſunt actiones, in quibus, ex ſpeciali legis diſpoſitione, Judex facultatem habet, ex æquo & bono arbitrium ſuum de ſolvendo, aut exhibendo, aut reſtituendo, aut noxæ dedendo interponendi, eum in finem, ut, ſi ei non ſatisfiat, gravior plerumque ab eodem condemnatio ſequatur. *d. §. 31* Franzk. *Ex. 13. q. 9. num. 4.*

vel ficte.

Fictè talis & anomala eſt, in qua Judex, ob loci adjectionem, vel pluris vel minoris condemnare, aut etiam abſolvere poteſt. *l. 2. §. ſ. l. 4. §. 1. ff. de eo, quod cert. loc.* Talis eſt Actio de eo, quod certo loco, ubi per loci adjectionem arbitrium interveniſſe fingitur. Franzk. *d. l. num. 17.*

& Non Arbitrariæ.

Non Arbitriæ ſunt actiones, quibus Judex una ſententia proceſſum definit. d. Diſp. *th. 8.*

Quæ ſit illarum qualitas?

Arbitrariæ ſunt reales, vel perſonales. *d. §. 31.* Unica eſt ſtricti juris, ſc. Actio de eo, quod certo loco, Bonæ fidei nulla. Aliæ nec B. F. ſunt, nec ſtricti juris. d. Diſp. *th. 9.* Actio autem arbitraria non eſt nomen ipſi negotio principali inhærens, vel ex propria actioni qualitate deſcendens, ſed quia Judicis juſſus vel arbitrium præceſſit, tunc ob culpam vel contumaciam non parentis gravior fit condemnatio. d. Diſp. *th. 15. 45. & 49.* Franzk. *n. 8.* ſupra *ad tit. de eo, quod certo loc. §. 2.*

Arbitrariæ ſunt, ex jure in re, ad rem.

LXXX. Tales ſunt, & ex jure in re deſcendentes, e. gr. nominantur in *dicto §. 31.* Actio Publiciana, Serviana, & quaſi, ſed dantur plures: Omnes enim, quotquot in rem ſunt, civiles & prætoriæ, Arbitrariæ ſunt. *l. 68. ff. de R. V.* Ex Jure ad Rem, Præparatoria ad exhibendum, *d. §. 31.* Subſidiaria de dolo. *d. §. l. 18. pr. §. 1. ff. de dolo.*

Ex perſonal. ex delictis.

E principalibus perſonalibus ex delictis, Actio quod metus cauſa, *d. §. 31.* Rerum amotarum, *l. 8. §. 1. ff. de act. rer. amot.* Noxales actiones. *d. §. 31.* Item actio Calviſiana, & Faviana, *l. 1. §. 12. l. 5. § 1 ff. ſi quid. in fraud. patron.* Actio in factum, de Alienatione judicii mutandi cauſa, *l. 4. § ſ. l. 8. pr. ff. de al. jud. mut. cauſ.* Adverſus publicanos, *l. 1. pr. §. 4. l. 5. pr. ff. de public.* de Rationibus diſtrahendis. d. Diſp. *th. 28. & ſeqq.* ubi reliquæ recenſentur actiones ex Contractibus & Mixtæ, quæ arbitrariæ ſunt.

Act. Arbitr. quomodo differant a B. F. act.?

LXXXI. Hæc diviſio diverſa eſt ſpecies à præced. & B. F. judicio atque Arbitraria, quamvis effectu fere conveniant, differunt tamen (1.) Quod in illis Judex magis laxam habeat poteſtatem. *l. 5. pr. ff. commod.* (2.) In illis Judex ex ipſa qualitate inhærente & natura actionum hanc liberam habeat judicandi facultatem. In his vero per accidens, vel propter præcedens ejus arbitrium, vel propter loci adjectionem *præc. § 77.* (3.) In illis Judex æſtimat quantum: In his quomodo Actori ſatisfaciendum. (4.) Illæ omnes ſunt perſonales, exceptis iis, quæ mixtæ, ut H.P. Famil. erciſc. & Comm. dividundo: In his multæ ſunt reales.

les, multæ perſonales. *præc. §. 60.* (5.) In illis æſtimatione à Reo, qui dolo rem poſſidere deſiit, ſoluta, Actor ei actionem cedere tenetur *l. 12. ff. de re jud.* In his non item. *l. 69. ff. de R.V.* (6.) His non videntur exceptiones ipſo jure ineſſe. *l. 14. ff. de Publ. in rem act.* add. *l. 3. ff. de reſc. vend.* Item diff. à ſtricti juris judiciis: (1.) In his ſtrictæ actionis naturæ & verbis contrahentium inhærendum. *præc. §. 75.* In Arbitr. interponitur arbitrium, quo Reus, ſi paruerit, etiam abſolvitur. (2.) Hæ puræ manent ſine accedente ob contumaciam qualitate; excepta actione de eo, quod certo loco, quæ ob loci adjectionem fit arbitraria, ſed in illis ob culpam vel contumaciam prior reſtrictio laxatur. (3.) In Arbitrariis in litem juratur; *l. 5. pr. ff. de in lit. jur.* non in ſtricti juris judiciis. *d. pr.* junct. *§. 4.* Plura vid. in d. Diſp. *th. 68. & ſeqq.* & apud Franzk. *d. l. num. 158. & ſeqq.* vid. Beyer. *poſ. 149. & lit. m. b. 1.* Quomodo à ſtricti juris judiciis?

LXXXII. XIX. Ratione Privilegii adjuncti Actio dividitur in Privilegiariam, quæ eſt actio ſingulari quodam æquitatis jure, contra Juris communis tenorem, à legislatore in uno & altero, maximè quantum ad concurſum Creditorum munita, v. gr. Actio Funeraria, *l. 45. ff. de relig. & ſumpt. funer.* Actio ex ſtipulatu de dote repetenda; *§. 29. I. de act.* &c. add. ſupra *ad tit. de reb. auth. jud. poſſ. de Privil. Credit. §. 13. & ſeqq.* & Simplicem vel Nudam, quæ communem juris diſpoſitionem ſequitur. Fromm. *Diſſ. de Action. cap. 9.* vid. ſupra *§. 70.* 19. Rat. Privilegii in Privilegiariam, & Simplicem.

LXXXIII. XX. Quoad Modum procedendi divid. in Actionem Ordinar. & Summar. Auth. *Offeratur. C. de lit. cont. C. Sæpe contingit. 2 circa fin. Clem. de V. S.* Illa eſt actio, ſeu Juris remedium in judicium deductum, ſolenni legibus & moribus recepto judiciorum ordine ventilandum. Summaria eſt actio ſeu juris remedium in judicium deductum de ſimplici & plano, non obſervatis judicii ſolennibus, obſervatis tamen iis, ſine quibus ſententia juſta ferri nequit, expediendum; ut in cauſis Alimentorum, Mercatorum, Perſonarum miſerabilium. vid. ſupra *ad tit. de jud. §. 9. 10. & 11. ad tit. de Re jud. §. 16. & ſeq.* jung. Dn. Frommann. *D. de Jud. ordin. & ſummar. natura. &c. & de act. pag. 31.* 20. Ratione Proceſſus in Ordinariam, & Summariam.

LXXXIV. XXI. Ratione Finis, ob quem actio moveri ſolet, Actio alia eſt Principalis, quæ propter ſe, non alterius actionis gratia, introducta eſt. ex. gr. Rei Vindicatio, Actio Æſtimatoria injuriarum &c. in jure etiam vocatur Actio Directa. *l. 3. §. 13. l. 17. ff. ad exhib.* Alia Non Principalis, quæ cum in finem introducta eſt, ut vel aliis actionibus competentibus viam præparet, vel non competentes ſuppleat. Unde hæc 21. à Fine in Principalem, & Non Principalem,

 ſubd.

Hæc ſubd. in Præparatoriam,

ſubd. in Præparatoriam, quâ aliis majoribus via ſternitur, ad hoc ut aliæ actiones vel ſimpliciter, vel ſaltem commodius inſtitui queant. Talis eſt Actio ad exhibendum, *l. 1. l. 3. §. 3. & 4. ff. ad exhib.* de Tabulis exhibendis, vid. ſupra *ad eund. tit.* Quædam Interdicta & Actiones Poſſeſſoriæ. *§. 4. I. l. 3. C. de Interd. l. 24. l. 36. ff. de R. V. l. 35. ff. de A. vel A. P. add. l. 1. §. 5. ff. de aq. quotid.* Vocatur etiam præjudicialis, quia præ alia concurrente dijudicanda, *d. ll. l. 2. l. f. C. de ord. cogn.* praeced. *§. 56.* & Subſidiariam, quæ

& Subſidiariam, quæ vel Generalis, vel Specialis.

deficientium aliarum actionum locum ſupplet. Eſtque vel Generalis, ut Actio in factum Prætoria, *l. 11. ff. de P. V.* vel ſpecialis, quæ à Jure Civili aut Prætorio certo in caſu introducta, ut Querela Inofficioſi, *§. 2. I. l. 25. ff. de inoff. teſt.* Actio de dolo, *l. 1. §. 4. & ſeqq. ff. de dol. mal.* Funeraria, *l. 14. §. 12. & 15. ff. de relig.* Subſidiaria adverſus Magiſtratum, ad tit. *de Magiſtr. conven.* Frommann. *d. Diſſ. de Actionibus. cap. 1. th. 1.*

22. Ratione Intereſſe in Civilem, & Criminalem.

LXXXV. XXII. Et quia quis agit vel ad ſuum, vel publicum intereſſe, ideo Actio alia eſt Civilis, *Bürgerliche Klag*, eſt jus perſequendi in judicio id, quod quavis ex cauſa intereſt, in Actoris commodum; *§. 10. I. de injur. l. 12. ff. de V. S. l. 1. C. quand. civ. actio.* Alia Criminalis, *Peinliche, Leibſtraffliche, oder Criminal Klag.* Accuſatio, *l. 3. pr. ff. ſellion. l. 15. §. 3. & t. t. ff. & C. de Accuſ.* eſt jus perſequendi in judicio, principaliter in commodum Reipubl. illud, quod ejusdem, ob crimen commiſſum, intereſt. *Sive*

Amplißimum.

agatur ex delicto privatis ordinariis, *l. f. ff. de priv. del.* ſive extraordinariis & publicis. *t. t. ff. de publ. jud.* Item, ſive ad pœnam corporis infligendam, ſive mulctam, ſive emendationem. vid. *l. 28. pr. & §. 1. ff. de pœn.* ſupra *ad tit. de judic. §. 10.* d. Diſp. *d. cap. 10. th. 2.* & Idem, Diſp. *de Diff. Act. Civ. & Crim. in actu ſignato, & in actu exercito.* D. Graſſ. *in Collat. Receſſ. Imper. ſect. 12. th. 3.* Civ-

Civ. ſubdiv. in Poſſeſſ. & Petitor.

vilis ſubdividitur in Poſſeſſoriam, & Petitoriam. vid. *praec. §. 65.*

23. Ab Eff. Quæ ſunt in bonis, vel extra bona.

LXXXVI. XXIII. Ab Effectu divid. in Actiones in Bonis computatas, quæ quamprimum natæ, etiamſi in judicium nondum deductæ, tamen creditoris facultates augent; & quæ non in bonis, vel Extra bona, ſunt Actiones, quæ demum poſt litem conteſtat. creditoris facultates augent; ut Actiones Populares, *l. 7. §. 1. ff. de pop. act. l. 12. pr. ff. de V. S.* Injuriarum, *l. 28. junct. l. 13. pr. l. 15. §. 14. ff. de injur.* In factum de in jus vocando, *l. p. l. f. ff. de in jus voc.* Actio Ingrati. *l. 7. C. de rev. don. &c.* vid. Dn. Frommann. *Diſſ. de Act. quæ in bonis comput. th. 16. & ſeqq.*

24. Divid. in Solidum

LXXXVII. XXIV. In Solidum eſt actio, quâ ſolidum ejus, quod nobis debetur, non tantum perſequimur; ſed etiam conſequimur;

§. 36.

§. 36. I. de act. vel Non in Solidum, qua ſolidum, quod nobis debetur, perſequimur, ſed non conſequimur, Joh. Voet. n. 14. h. t. idque vel ex natura actionis, dict. § 36. vel ſi lex perſonæ convenitæ certum privilegium competentiæ conceſſerit, §. 37. & 38 I. d. t. vid. Beyer. poſ 193. lit. b. ʒ de act. vel ex commiſerationis ratione, §. 40. I. eod. vel quia mutua obligatio compenſationi dat locum. §. 39. I d. t. vel Non in Solidum.

LXXXVIII. XXV. In quibusdam Judicus damnati ſunt ignominioſi; §. 2. I de pœn. tem. litig. Unde actiones quædam Famoſæ, in quibus, ob turpe factum condemnatum, infamia juris, lege ita diſponente, ſequitur; d. §. 2. l. 7. ff. de publ. jud. l. 1. ff. de his, qui not. infam. & ſupra ad eund. tit. §. 6. & ſeqq. Non Famoſæ ſunt, in quibus condemnatum, licet ob turpe factum, nulla juris infamia ſequitur. l. 36. ff. h. t. 25. Divid. in Famoſas. & Non famoſas.

LXXXIX. XXVI. Ab Adjuncto temporis actiones ſunt vel Perpetuæ, vel Temporales; pr. I de perpet. & temp. act. & ſic Actiones extinguuntur vel Temporis lapſu, ſeu Præſcriptione, de qua in praced. tit. de Diverſ. temp. præſcript. vel Morte, unde Actiones aliæ in hæredes tranſeunt, aliæ non. vid. præced. §. 51. & ſeqq. 26. Ab Adj. in Perpetuas, & Temporales.

XC. Cum autem ſæpe contingat, ut plures actiones de eadem re concurrant, videndum, an & quando iis experiri liceat. Concurſus autem Actionum eſt, cum duæ pluresve actiones, eidem Actori, adverſus eundem Reum, circa eandem rem (vel Objectum) competunt, ex una vel diverſis cauſis. vid. l. 18. l. 19. l. 32. l. 34. l. 53. l. 60. ff. h. t. l. 10. ff. de A. E. V. l. 43. §. 1. l. 130. ff. de R. I. & paſſim. Eggelin. de conc. & cumul. act. c. 1. n. 19. Joh. Voët. n. 16. cum ſeqq. h. t. Concurſus actionum quid?

XCI. Hic Concurſus communiter dividitur in Electivum, Succeſſivum, & Cumulativum. Eodem res redit, ſi, juxta Dn. Graſſ. Electio Actionum eſt vel Conſumptiva, vel Non Conſumptiva, hæcque datur in Concurſu Cumulativo, eoque vel ſimultaneo, vel ſucceſſivo. Diſp. de Elect. cumul. act. th. 7. & ſeqq. Concurſus Electivus eſt, quo, una actione experiundi gratia electa, nullus eſt regreſſus ad aliam, licet per electam non obtinuerit, quod intendebat. Si concurrit actio in factum contra Nautas & Furti vel L. Aquiliæ. l. 6. §. fin. ff. Naut. caup. Condictio Furtiva & Rei vindicatio. l. 7. §. 1. ff. de cond. furt. Actio Tributoria & de Peculio. l. 9. §. 1. ff. de trib. act. add. l. 34 l. 53. ff. h. t. l. 43. ff. de R. J. Plura exempla paſſim occurrunt, & collegit Eggelinus, cap. 2. per tot. & Dn. Graſſ. th. 27. vid. ſupra §. 23. & ſeqq. de interdict. Alius eſt Electivus. quid ſit ex. gr.

XCII. In hanc rem ſeqq. proponi ſolent Regulæ: I. Quotieſcunque plures Reg. 1.

plures Actiones ex una eademque cauſa generaliori ſeu communi ad idem competunt, toties una per alteram conſumitur, & una tantum licet experiri. *d. l. 43 §. 1* Struv. *Exerc. 46. th. 93 & 94.* ibique Mullerus. Quo pertinent Actiones (1.) Pœnales ex eodem facto ad eundem finem tendentes; *d. l. 6. §. f. l. 34. pr. l. 33 ff. h. t.* per rationem in *l. 14. ff. de accuſ. l. 41 in f. ff. de pœn.* Joh. Voet. *n. 20. h. t.* (2.) Rei perſecutoriæ. per *l. 14. §. 2. ff. de exc. rei jud. l. 57 ff. de R. J. e. gr. d. l. 34. §. 1. ff. h. t. d. l. 9. §. 1. L. 4. § 5. ff quod cum eo, qui in al. pot. l. 2. §. 1. ff. de tut. & rat. diſtr.* Joh. Voet. *n. 17. h. t.* Hinc P. Frider. generale dicit, ut actiones rei perſecutoriæ ſe invicem tollant. *de proc. l. 3. c. 10. n. 14.*

Reg. 2. II. Quotiescunque plures actiones ex diverſis cauſis lucrativis, uni eidemque competentes, ad idem numero tendunt, toties illæ electivè concurrunt. *l. 17. ff h. t. l. 83 §. 6. ff de V. O. §. 6. J. l. 108. §. 4 ff. de leg. 1.* vid D. Cocccj. *Diſſ. de Cumulat. petitor. & poſſeſſ. §. 4. & 5.*

Reg. 3. III. Quotiescunque plures actiones ſibi contrariæ concurrunt, toties, una electa, altera impeditur, *l. un. C. ſi ſerv. ext. ſe emi mand.* prout exemplis illuſtrat Dn. Graſſ. *d. l. th. 38.*

An ex actione concurrente de novo agi poſſit ad id, quod ex prima deeſt? Tandem Eggel, *d. c. 1. n. 42.* jungit limit. ſi ex eodem facto duæ competant actiones, & altera, qua non eſt actum, quid amplius peti poſſit, illa quoque poteſt moveri ad conſequendum id, quod in ea plus continetur *l. 34. pr. l. 41. § 1. ff. h. t. l. 43. l. 47. ff. pro ſoc. l. 18. ff. de A. E. V.* Dn. Graſſ. *th. 10.* ſupra *ad tit. de auctor. §. 24.*

Alius Succeſſivus, quid? XCIII. Concurſus Actionum Succeſſivus vel Subordinatus eſt, quo una actione electa, quod per eandem obtentum non eſt, poſtea peti poteſt per aliam. *l. 18 l. 32 l. 34. ff. h. t.*

Reg. 1. Quo pertinent I. Actiones rei perſecutoriæ ex diverſis factis ſeu cauſis (non lucrativis. *prae. §. 92.*) ſe invicem non tollunt, ſed ſuccedaneè competunt;

Limit. licet ad eundem finem tendant, *l. 11 §. 2. l. 14. ff de exc. rei jud.* imo una rejecta, altera uti permiſſum erit. *l. 10 ff. de A. E. V. l. 93. § 1. ff. de leg. 3. l. 28. § 5. ff. de lib. leg.* Joh. Voet. *num. 17 h. t.*

Reg. 2. II. Actio mixta concurrens cum mere pœnali non conſumitur per hanc, quatenus eſt rei perſecutoria; quia tendunt ad diverſum finem, ſed quoad pœnam, niſi ratione hujus in alterutra ſit quid amplius; nam leniore inſtituta, non in totum conſumitur durior & pinguior. *l. 14. §. 5. l. 13. ff. quod met. cauſ. l. 2. §. 3. ff. de priv. del. l. 1. ff vi bon. rapt. l. 88. ff. de furt. d. l. 41. §. 1. ff. h. t.* Joh. Voet. *n. 19. h. t.*

Reg. 3. III. Actio mixta concurrens cum rei perſecutoria non conſumitur per hanc, quatenus illa eſt pœnalis; ſed quoad ſimplum vel rem altera alteram conſumit. *l. 34. §. 5. ff h. t. l. 27 §. 11. l. 43. ff. ad L. Aquil. l. 50 ff. pro ſoc.* Joh. Voet. *n. 19. h. t.*

Limit. Sed hæ duæ poſteriores regulæ limitantur in Actionibus mixtis arbitrariis, ut, reſtituta

re, pœna evitetur. *§. 31. J. de act. l. 9. §. 6. l. 21. §. 5. ff. quod. met. cauſ.* ſupra *ad tit. de tut. & rat. §. 27.* vid. late Eggel. *d. tr. cap. 3.* Struv. *Exerc. 46. th. 98. & 99.* ibique Mullerus.

XCIV. Concurſus Actionum Cumulativus vel Simultaneus eſt, quando de eadem re plures competunt actiones, & ex omnibus commodum licet conſequi. *l. 34. pr. ff. h. t. l. 5. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Hinc Regula I. Actiones pœnales de eadem re concurrentes nunquam alia aliam conſumit; *l. 60. ff. h. t. l. 130. ff. de R. J.* ſed ſingulis licet in ſolidum experiri, modo ex diverſis factis vel delictis oriantur, Cocce. *in Diſſ. de Cumulat. petit. & poſſeſſ. §. 6.* Voet. *n. 20. & 21. h. t.* Nam diverſa delicta diverſas generant obligationes. *l. 2. pr. de priv. del.* e. gr. actio Furti & L. Aquiliæ, *l. 25. ff. de injur.* ſi quis hominem, (animal) ſubripuit, & occidit. *l. 2. §. 1. & 3. h. t. ff. de priv. del.* add. *l. 5. §. 1. l. 27. pr. l. 32. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 6. pr. ff. ad L. Jul. de adult.* Voet. *ad ff. h. t. n. 21.* vid. *§. 30. infra de privat. delict.* II. Actiones de una re, ſed ad diverſos fines (una ad rei perſecutionem, altera ad pœnam) tendentes cumulative concurrunt. Sic cum actione Furti Condictio rei furtivæ, Vindicatio, Actio pro Socio, &c. iſta ad pœnam, illæ ad rem dantur. *l. 34. §. 2. ff. h. t. §. 5. J. de obl. quæ ex del. l. 7. § 1. ff. de cond. furt.* junct. *l. 12. C. de furt.* add. *L. 1. §. 22. l. 2. §. 1. ff. de tut. & rat. diſtr. l. 29. ff. depoſ. l. 42. ff. locati l. 45. ff. pro ſocio. l. 9. §. 5. ff. de publ. & vectigal.* Struv. *Exerc. 46. th. 97.* ibique Mullerus. Non obſt. *l. 71. pr. ff. de furt.* quæ non de actione furti pœnali, ſed condictione furtiva intellig. III. Si duæ mixtæ ex duobus factis & ex duobus delictis concurrant, altera alteram conſumit, quatenus rei perſecutionem utraque continet; non vero, quatenus utraque pœnalis eſt. *d. l. 2. ff. de priv. del.* IV. Actiones Pœnales Civiles ex delicto privato, & Accuſationes publicæ vel Actiones Criminales ſi concurrant, nullum fit alterutri præjudicium; ſed utraque poteſt inſtitui; *§. 11. J. l. 23. §. 9. ff. l. 3. C. ad L. Aquil. §. 10. J. l. 7. §. 1. ff. de injur.* niſi utraque actio ad eundem tendat finem. *l. un. C. quand. civ. act. crim. præjud.* Eggelingus, *d. tr. cap. 4.* Struv. *Ex. 46. th. 93. & ſeqq.* vid. *§. 48. de furt. & §. 55. de injur.*

Et alius Cumulativus quid? — Reg. 1. — Reg. 2. — Obj. Reſp. — Reg. 3. — Reg. 4. — Limit.

XCV. Ab hoc Concurſu differt Actionum Cumulatio, etiam Combinatio dicta, Antiquis JCtis improbata. *l. 3. §. 5. ff. uti poſſ. l. 6. ff. de exc. rei jud. l. 76. §. 8. ff. de leg. 2. l. 41. § 1. ff. de R. J.* excepto caſu ſi incertum ſit, quæ potius actio teneat, proteſtandum tamen, ſe ex altera tantum velle conſequi, quod eum contingat. *l. 1. §. 4. quod legat. l. 16. C. de inoff. teſtam.* Jure tamen Canonico permittitur, *c. 5. & 6. X. de cauſ. poſſ. & propr.* & hodierno Uſu fori propter litigandi compendium communiter eſt recepta. vid. ſupra *ad tit. de Edend. §. 24.*

Cumulatio actionum Jure Civ. improbata, excepto caſu, ſed approbata Jure Can. & praxi communi.

Quid ſit? *§. 24. & tit. de Interd. 25.* Deſcribitur quod ſit plurium actionum compatibilium, vel ex eadem cauſa adverſus plures & diverſos, vel ex diverſa cauſa adverſus eandem perſonam, vel ad eandem rem in uno libello editio. P. Frid. *l. 3. de conven. cauſ. c. 10. th. 1. n. 2.* Eggel. *cap. 5. n. 11.*

Div. in Succeſſivam, XCVI. Hæcque ſolet diſtingui in Succeſſivam, quando duæ actiones in eodem libello proponuntur, ita, ut una poſt alteram eadem ſive diverſa ſententia decidi debeat. v. g. Actio ad exhibendum & R. V. ſupra *ad exhib. §. 12. in fin.* Poſſeſſorium & Petitorium, ſed ſecundum ea, quæ ſupra diximus *ad tit. de Interd. §. 25. & ſeqq.* Alternativam. Alternativam, quando quis ob incertitudinem duas in eodem libello alternatim proponit actiones, ut, ſi hæc non poſſit conſequi, altera conſequatur. e. gr. Actio perſonalis & Hypothecaria, ſupra *ad tit. de diſtr. pign. §. 11.* modo inde libellus non ſit ineptus. *ad tit. de edendo. §. 21.* Et ſi factum tale proponatur, ut plures inde competant actiones, Actor vero unicam tantum nominaverit, adjecta tamen Ob ſolam adjectam clauſ. ſalut. judex quamlibet act. ex competentibus eligere poteſt. clauſula ſalutari, *vel pero mihi jus & juſtitiam adminiſtrari omni meliori modo,* Judex utiliſſimam quamque eligere debet actionem, & ſecundum eam judicare, licet ineptum genus actionis ſit expreſſum, Gail. *l. 1. O. 61. num. 11. & ſeqq.* ibi Grœv. *ſelt. 2.* Myns. *C. 4. O. 55. n. 4.* Mev. *p. 8. dec. 154. n. 5.* add. ſupra *ad tit. de Re jud. §. 14. & ad tit. de Interd. §. 18.* Carpz. *l. 2. Reſp. 57. & in Proc. jur. tit. 16. art. 2. n. 45. & ſeqq.* Ampl. & Simultaneam, quando plures actiones in eodem Et in Simultaneam proponuntur libello, ut ſimul examinentur, & una eademque ſententia decidantur. e. gr. Actio Injuriarum, & ad Palinodiam. poſt alios, in Diſp. *de Act. injur. th. 45.*

Cumulatio ſi ceſſet XCVII. Hæc tamen Cumulatio locum non habet, I. Si Cauſa petendi eadem ſit, & una actio ad alteram ita ſe habeat, ut abſolutoria lata in Reg. 1. una exceptionem rei judicatæ in altera producat. *l. 30. l. 18. ff. de exc. l. 11.* Reg. 2. *§. 4. l. 22. l. 13. ff. de exc. rei jud.* II. Si actiones ſint diverſæ, ut una electa alteram tollat. e. gr. *l. 6. §. 5. ff. naut. caup. l. 9. §. 1. ff. de trib. act.* add. *prox. §. 91.* Reg. 3. III. Si cumulatio plane non cohæreat ratione ſive cauſæ, ſive perſonæ, erit inepta. Petr. Frider. *d. cap. th. 10. & 11.* Mev. *p. 7. dec. 379.* Reg. 4. IV. Si una vel altera actionum cumulandarum ſit præjudicialis. Frid. *d. l. th. 12.* De his & aliis Regulis, ut & de praxi per multa exempla circa Cumulationem actionum edocta, præter præjudicia paſſim occurrentia, vid. Myns. *C. 1. O. 25. & 58.* & *C. 2. O. 25.* Gail. *l. 1. O. 65.* Gylmann. *Præjud. Camer. ad verb. Actionum Cumulatio. pag. 7. 8. & 9.* Frid. *d. c. 10. & 11.* Bocer. *cl. 6. Diſp. 11. th. 41. usque ad fin.* Eggel. *c. 6. & ſeqq.* Joh. à Sande, *ad l. 43. ff. de R. J.* Joh. Voetium, *n. 22. cum ſeqq. h. t.*

PAN-

PANDECTARUM

PARS SEPTIMA.

LIBER XLV.

INter Obligationum vincula referuntur Verborum obligationes ſive Stipulationes. Tit. 1. *De Verborum Obligationibus.* Et non unus tantum; ſed & plures tum ſtipulandi ſeu credendi, tum promittendi ſeu debendi Rei fieri poſſunt. Tit. 2. *De duobus Reis conſtituendis.* Nec tantum Liberi homines; verum etiam Servi ex perſona videlicet Domini. Tit. 3. *De Stipulatione Servorum.*

Contextus Libri XLV. Tit. 1. 2. 3.

TIT. I.

DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS,

Inſt. *Lib. 3. Tit. 16. 19. & 20.* Cod. *Lib. 8. Tit. 38. & 39.*

§. I.

SUpra *ad tit. de Pact. §. 24.* dictum eſt, Contractus Nominatos in quatuor dividi Species, puta Reales, Literales, Conſenſuales, & Verbales. *§. ſ. J. de oblig.* Poſtquam itaque Compilatores tres priores ſpecies in ſuperioribus explicarunt, nunc quartam ſubjiciunt, Verbalem ſcil. Quia enim apud Romanos fere omnia negotia in ſtipulationem deducebantur, propter ejus firmitatem, ideoque multa reliquis contractibus communia huic inſeruntur. Quaſi nodus enim eſt omnium obligationum. Hahn *ad Weſemb. h. t. Num. I.*

Continuatio. Cur hic Tit. demum h. l. propon.

II. Inſcribitur hic titulus *de Verborum obligationibus*, quæ verba proprie denotant Stipulationis effectum, per metonymiam tamen verborum obligatio pro ipſa Stipulatione accipitur, ſicut & Literarum obligatio pro ipſo contractu literali. ſupra *ad tit. de R. C. §. 42.* Olim ap. Romanos duos Stipulationis modos fuiſſe, teſtatur Cajus, *l. 2. tit. 9.* quorum (1.) fieri ſolitus fuerit præcedente interrogatione & ſubſequente reſponſione. (2.) Sola promittentis promiſſione. Cujus exempla refert Dictionem dotis, qua uxor vel ſponſa marito vel ſponſo dotem promiſerit: & Jusjurandum liberti, quo libertus domino aliquid daturum vel operas juramento pollicitus ſit. Verum Jus Civile unam tantum agnoſcit ſpeciem, & vocatur Stipulatio, quæ fit per interrogationem & reſponſionem. *pr. J. l. 5. §. 1. ff. h. t. §. 5. J. de inut. ſtipul.* Dotis enim vel Operarum promiſſio non eſt Verborum obligatio, dos enim nudo pacto promittitur. *l. 6. C. de*

Inſcriptio h. tit.

An plures hujus obligationis caſus, quam Stipulatio?

C. de dot. promiſſ. Et dicta obligatio Liberti in *l. 7 ff. de oper. lib.* potius ex juramento, quam ex verbis deſcendit. Lud *d. ad Ẏ. D. 12. th. 1. lit. b* Vinn. *ad. Ẏ. inſt. 1. h. t. n. 2.* ubi *n. 4.* monſtrat, quam varius & magnus Stipulationum ſit uſus, & late Hahn. *d. l. & Num. II.* Quamvis de Praxi apud Germanos vix referat, an quis ſolenniter ſtipuletur, an aliter conveniat: cum & pactis ſimulis vis inſit, & ſufficiat voluntas debitorem pro debitore recipientis. Mev. *p. 1 dec. 241. n. 10. & p. 2. dec. 10. n. 3* Schilter *ad ff. Ex. 45 §. 4.* Joh. Voët. *n. 1.* & Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Wirt. *Landr. p. 2 tit. 21*

Stipulat. Etymol. III. Vocabulum Stipulationis, alias Stipulatur, *§. 2. Ẏ. quib. mod. toll. obl.* derivatur à ſtipulor, *pr. Ẏ. h. t.* ibi Harppr. *n. 3* Gœdd. *de contrah. & comm. ſtip. c. 1. concl. 1.* ex græco ϛυφελὸν quod Grammatici exponunt ϛερεὸν firmum, ſolidum. Salmas. *lib. de uſur. c. 6.* Proprie tantum denotat interrogantis actum, ſicque in ſtrictiore ſignificatu aliud eſt ſtipulari, aliud promittere, *pr. Ẏ. de duob. reis.*

Homon. Stricte, late. In uſu tamen juris hoc loco, propter correlationem, pro utroque & interrogantis & reſpondentis actu accipitur, id quod ſæpe fit in jure; Sic Depoſitum proprie deponentis actum: uſu tamen juris totum negotium ratione deponentis & recipientis denotat; ita etiam Stipulatio totam verborum complexionem in interrogatione & reſponſione conſiſtentem, ſicque totum V. O. contractum denotat. *l. 15. §. 1. ff. h. t.* Unde in jure promiſſor ſynecdochice ſtipulari dicitur. *l. 7. §. 1 ff. de eo, quod cert. loc.* & ſtipulatio pro promiſſione accipitur, in *l. 15. pr. & l. 27. §. 1. ff. de procurat.*

Definitio. **IV. Stipulatio eſt contractus, qui præcedente verbali interrogatione, & congrua incontinenti ſubſequente reſponſione perficitur.** *l. 5. §. 1 ff. h. t. l. 1. §. 7. l. 52. §. 2 ff. de O. & A. l. 32. ff. mandati,* Lodwel. *d. th.* 8. Dn. Parens m. *Diſſ. de Indemnit. fidej. th. 7* Joh. Voet. *n. 2 h. t.* Nonnulli addunt ob *d. l. 5 §. 1.* hæc verba: *de aliquo præſtando, dando, vel faciendo*: quæ tamen ſuperflua ſunt, utpote quæ in genere jam continentur, eaque propter, ut expreſ-

Ejus qualitas. ſis verbis adjiciantur, neceſſe non eſt. Generis loco in d. Deſcript. ponitur vocab. Contractus, & probatur per *l. 1. §. 1. ff. h. t. l. 1 §. 3 ff. de pact. l. 1. §. 1. ff. de O. & A. l. 9 § 3. ff. de R. C. §. 3 Ẏ. de oblig.* & licet in *d. l. 5. §. 1.* dicatur *conceptio verborum*, hinc forma tantum contrahendi denotatur. Hahn. *d. l. Num.*

Obj. Reſp. *III.* Struv. *Exerc. 47. th. 2.* ibiq. Muller. Nec obſt. *l. 19. ff. de V. S.* ubi Contractus dicitur ultro citroque obligatio, Stipulatio autem ex una tantum parte obligationem producit, ſed in *d. l. 19.* contractus ſtricte pro una tantum ſpecie accipitur, & ad diplevros reſtringitur. A ſpecie autem ad genus denegandum argumentum non procedit. Vinn. *d. l.* & *ad d. § 3. Ẏ. de oblig.* Et hic quidem contractus eſt Verus ac proprius, Sic veris annumeratur, *d. §. 3. d. l. 9. §. 3. d. l. 1. §. 1. ff. de O. & A.* quia vera conventione perficitur. *l. 1. §. 3. in f. ff. de pact.*

Bach.

Bach. *ad Treutl. V. 2. D. 27. th. 1. lit. B.* latè Gœdd. *d. c. 1. concl. 5. n. 27. ſeqq.* Rat. Adjuncti nominis ſcil. eſt Nominatus, quia certum nomen & formam habet, ſpecialemque ac nominatam producit actionem. *pr. J. h. t. l. 74. l. 75. ff. h. t.* Lauterb. *in Diſſ. de voluntate th. 4. & 5.* Rat. C. E. R. eſt Juris Civilis, non Gentium. *ſeq. §. 11* Rat. C. E. P. eſt Verbalis. *d. pr. J. d. l. 1. pr.* Rat. Formæ non eſt b. f. ſed ſtricti juris, quia actio inde deſcendens talis eſt. *§. 28. J. de act. l. 7. pr.* junct. *§. 1. ff. de eo, quod cert. loc.* Rat. Effectus eſt *μονοπλευρ@* ſupra *ad tit. de pact. §. 29.*

V. Stipulatio dividitur I. Rat. C. Eff. Prox. in Voluntariam, & Neceſſariam. Illa eſt, quæ fit ex libero contrahentium arbitrio, unde *κατ᾽ ἐξοχὴν* vocatur Conventionalis in *§. 3. I. de divſ. ſtipul.* in *l. 5. pr. ff. h. t.* dicitur, *quæ ex conventione reorum*; ſed intellig. de nuda & ſola partium voluntate; hinc, ſi hæc ſtipulatio ſit ambigua, etiam ex ſola contrahentium mente interpretationem accipit. *l. 52. pr. ff. h. t.* Hæc eſt, quæ non fit ex contrahentium arbitrio, ſed ex aliqua neceſſitate, non tamen abſoluta, verum hypothetica, D. Harppr. *in Diſſ. de jurat. th. 1.* & ſic quodammodo eſt Mixta, quia præcedit aliquod impellens, præceptum ſcil. Judicis, ex gr. ſi dominus ruinoſarum ædium juſſus fuerit præſtare cautionem damni infecti, ad hoc adſtringitur non abſolute; ſed ſub conditione, niſi adverſarii miſſionem in illas ædes pati velit. ſupra *ad tit. de damn. infect. §. 5.* Quamvis autem & hæc ſtipulatio fiat per conventionem, reſpectu tamen conventionalis propriè ſic dictæ hæc dicitur Neceſſaria, quam, ſi forte ſermo ſit ambiguus, Prætor vel Judex interpretatur. *d. l. 52 pr. l. 1. §. ſ. l. 9. ff. de prætor. ſtipulat.* 1. Div. Eſtque vel Voluntaria, vel Neceſſaria.

VI. Cum autem hæc Neceſſaria præſtetur vel jubente ſolo Prætore, vel Judice ſolo, vel utroque, Stip. Neceſſ. iterum divid. in Prætorias, Judiciales & Communes. Iſtæ ſunt, quæ fiunt ſolo Prætore jubente, vel à mero Prætoris officio proficiſcuntur *§. 2. I. de div. ſtipul. l. 5 pr. ff. h. t.* ut Damni infecti, Legatorum, *dd. ll.* Cautio fructuaria, *l. 1. l. 7. ff. uſufruct. quem. cav.* Judicio ſiſti; *l. 1. ff. de ſatisd.* nec L. C. neceſſaria eſt. *§. 5. I. d. t. l. 40. §. 9. ff. de procur.* Quomodo hæ ſubdiv. vid. infra *l. 1, pr. ff. de ſtipul. præt.* Illæ ſunt, quæ fiunt ſolo judice (pedaneo) jubente, vel officio Judicis. *d. l. 5. pr. ff. h. t. §. 1. I. de div. ſtip.* ubi duo exempla junguntur; ſed plura dantur ex. gr. *l. 16. l. 25. §. 10. ff. fam. erciſc. l. 7. l. 12. ff. ſi ſerv. vind.* Hiſque locus demum eſt poſt L. C. & hoc tantummodo reſpectu hodiernum inter has duas ſpecies eſt differentia. Vinn. *ad d. §. 1. n. 1. & §. 2. in f.* Communes, quæ fiunt interdum Prætore, interdum Judice jubente, (ſi ſcil. judicium vel res, de qua contenditur, aliter expediri non poteſt.) *§. 4. I. de div. ſtip. d. l. 5. pr.* v. gr. Cautio Hæc ſubdiv. Eſt Prætoria. ex gr. Judicial. ex. gr. vel Communis. v. gr.

 rem

nem pupilli ſalvam fore: & de rato: item Duplæ ſtipulatio. *d. l. 5. pr.* Duæ priores quidem inter Prætorias referuntur, *l. 1. §. 1. ff. de ſtip. præt.* ſed tantum à potiori & quod regulariter fieri ſolet; ſi autem debitor pupilli à tutore conventus demum poſt L. C. cognoverit, eum non caviſſe, ad hanc exceptionem confugiens erit audiendus. arg. *l. 5. C. de tut. qui ſat. non ded.* junct. *l. 1. C. de ord. jud.* Alio ſenſu Communes accip. in *l. 1. §. 5. ff. de ſtip. præt.* de quibus *ad eund. tit.*

6. Stipul. Dandi & Faciendi.

VII. II. Divid. ab Objecto in Stipulationes Rei ſeu Dandi, & Facti ſeu Faciendi. *§ f. l. 2. pr. l. 75. § f. ff. h. t. l. 13. C. de contr. ſtipul. §. 3. I. de inut. ſtip.* Non enim Res tantum, ſed & Facta in ſtipulationem deduci poſſunt. *d. § f.*

Dare h. l. quid?

Dare nihil aliud h. l. eſt, quam ipſum dominium, vel aliud jus in re quoquo modo transferre, *d. §. f. d. l. 75. §. ult.* & proprie dicitur Stipulatio rem dari, cui contradiſtinguitur Stipulatio rem tradi, quæ non rei proprietatem, ſed merum traditionis factum continet, *l. 28. ff. d. t.* & idem eſt ac poſſeſſionem tradere. Jul. à Beyma, *ad l. 4. ff. de uſur.*

Diff. Rem Dari, & Rem tradi.

Facere h. l. quid?

Facere hic non generaliter, ut in *l. 218. ff. de V. S.* ſed ſtricte accipitur, ut Dationi opponatur, & diſtinctam ſpeciem faciat. *d. l. 2. pr. d. l. 75. §. f.* Factum rei ſignificat facere, quod nondum eſt, v. gr. inſulam fabricare. *l. 72. pr. ff. h. t.* Verbo tn. Faciendi comprehenduntur etiam ea, quæ in non faciendo conſiſtunt. *d. § f. l. 75. §. 2. ff. h. t.* Qualia de cætero Facta eſſe debeant, & quis ſit effectus, vid. infra *§. 12. & 13.* Stipulationes vero, quæ partim in Dando, partim in faciendo conſiſtunt, Mixtæ audiunt. *d. l. 13. C. de contr. ſtipul.*

9. Eſt

VIII. III. In Dividuam, & Individuam. Et quia in ſtipulationem deducuntur Res & Facta, ideo utraque Stipulatio Dandi & Faciendi eſt vel Dividua vel Individua. *l. 2. § 1. l. 54. l. 72. l. 85. ff. h. t.* Nec non Dividuitas eſt rerum, quæ vel ſuâ naturâ, vel civiliter, aut juris intellectu, (i. e. animo potius, quam oculis) diviſionem recipiunt. *l. 66. §. 2. ff. de leg. 2.*

vel Dividua,

Eſt ergo Stipulatio Dividua, quæ continet rem aut factum, naturâ vel jure diviſionem & partium præſtationem recipiens. Sic Dividua naturaliter ſunt genera & quantitates; *d. l. 2. §. 1. d. l. 54.* civiliter ſunt ſpecies & corpora, *l. 9. §. 1. ff. de ſolut.* quo referuntur nomina & obligationes. *l. 6. pr. l. 25. §. 1. & 9. ff. fam. erc.* Beyma, *de oblig. dand. th. 5. & 6.* Facta autem quoties ſunt non nuda, vel juris dividui, ſtipulationem efficiunt dividuam. Franck. *Ex. 10. q. 5. num. 8.* Beyma, *de oblig. fac. th. 1.* Struv. *Exerc. 47. th. 15.* ibique Mullerus. Plura exempla Stipul. divid. vid. apud Freder. *l. 3. de contr. conſ. 12. & 13.*

vel Individua.

Individua eſt, quæ continet rem vel factum natura vel Jure diviſionem aut partium præſtationem non recipiens; quoad Res, ſunt ſervitutes reales & perſonales, ut uſus & habitatio excepto uſufructu; *l. 2. §. 1. l. 72. ff. h. t. l. 17. ff. de ſervit. l. 19. de uſu*

de uſu & habit. quoad Facta, quoties in ſtipulationem deducuntur nuda; quæ ſcil. Juris tantum ſunt, & ſecari non poſſunt. *l. 66. §. 1. ff. de leg. 2.* Permulta exempla Stipul. Individ. vid. apud Frider. *d. l. c. 14.*

IX. In ſtipulatione Dividua Dandi, etſi quantitas debeatur, ſinguli promiſſoris hæredes pro parte hæreditaria tenentur. *d. l. 9. §. 5. ff. de ſolut.* Faciendi, ſi plures ſint, factum unius contra promiſſum alteri non nocet, *l. 4. §. 1. in med. ff. h. t.* In Individua Dandi, ut hæredes promiſſoris ſinguli in ſolidum conveniantur, nec unus portionem ſuam ſolvendo liberetur. *l. 2. §. 2. add. l. 85. §. 4. ff. h. t.* Faciendi, ut ex parte plurium promiſſorum, vel unius plurium hæredum unius factum cæteris noceat, & ſtipulatio in ſolidum adverſus omnes committatur, per Reg. Conditio obligationis ex perſona hæredum non mutatur. *l. 2. §. 2. l. 4. §. 1. l. 85. §. 3. ff. h. t.* Manz. *deciſ. q. 20. §. 19.* Bach. *ad Tr. V. 2. Diſp. 27. th. 2. lit. D.* Ille tamen, qui ſolidum præſtiterit, à cohæredibus familiæ erciſcundæ judicio damnum repetit. *dd. ll.* Interdum vero unius perſonæ Induſtria eſt electa. Brunnem. *ad l. 13. C. h. t. num. 8.* De his omnibus fuſius tractant, & evolvi merentur poſt Molinæum, *tract. de Dividuo & Individuo*, à Beyma, Frider. *dd. ll.* Franzk. *d. Ex. quæſt. 4. & 5.* Hoffmann. *de jur. rer. indiv. c. 4. ſect. 2. per tot.* Hartew. à Daſſel. *ad l. 4. ff. h. t.* Goedd. *d. Diſp. th. 4. & 5.* Hahn. *ad Weſ. h. t. N. VI.* ubi addit Mixtam, quæ quidem ſua natura pro parte recipit præſtationem, ſed non cum effectu liberationis, ut totum ſit ſolvendum, *d. l. 2. §. 1.* & ſic ratione materiæ ſit Dividua, rat. effectus Individua. Giphan. in *d. l. 72. n. 17.* Ex hac Diviſ. decid. Quæſtio. An Creditor teneatur admittere particularem ſolutionem? An omnis obligatio defuncti dividatur inter cohæredes? de quibus Hahn. *d. l.* & amplius hujus Diviſ. utilitatem ac neceſſitatem demonſtrat Frider. *loc. cit.* — *Effect. Stip. Div. Dandi. Faciendi. Individ. Dandi. Faciendi. Mixta.*

X. IV. Divid. in Stipular. Certam & Incertam, quatenus Objectum ejus eſt vel Certum, vel Incertum. *l. 74. & l. 75. ff. h. t.* add. *infra §. 30.* V. In Judiciales, Cautionales, & Communes. De quibus *l. 1. §. 1. de ſtip. præt.* VI. Rat. Formæ Accid. & Adjunct. in Puram, & Non puram. Illa eſt, qua aliquid pure, ſine ulla, ſive expreſſa, ſive tacita adjectione, promittitur; proinde ſtatim ex ea peti poteſt. *§. 2. I. l. 41. §. 1. l. 50. §. 4. l. 73. pr. ff. h. t. l. 213. ff. de V. S. l. 14. ff. de R. I.* junct. *l. 105. ff. de ſolut.* Joh. Voet. *num. 19. h. t.* Non pura, vel ſuſpenſiva, vel quaſi modificata eſt, quæ habet Temporis, Conditionis, aut Loci adjectionem. *§. 2. & ſeqq. I. h. t.* ibi Franzk. *in ſuo Comment. l. 41. §. 1. l. 73. pr. l. 99. §. 1. l. 115. §. 1. & 2. ff. eod.* Bach. *d. l. th. 6.* late Struv. *Exerc. 47. th. 16. 17. & 18.* ubique Mollerus. Interdum apponitur pœna, unde Pœnalis. *l. 38. ff. de A. E. V.* vid. *ſeq. §. 25.* — *4. Certa, vel Incerta. 5. Judic. Cautional. & Communes. 6. Pura, & Non pura. Pœnalis.*

XI.

C. E. Rem. eſt Jus Civile, non Gentium.

XI. Cauſa Efficiens Remota Stipulationum eſt Jus Civile. Et quamvis et ſtipulatione, quatenus conſenſum utriusque partis continet, etiam de Jure Gentium naſcatur Obligatio, quia tamen J C. obligationes ex ſimplici conſenſu quovis modo declarato æſtimantur, Jure autem Civili ad ipſius Contractus perfectionem & validitatem certa verborum conceptio, cum quadam ſolennitate, præciſè requiratur, *pr. I. l. 1. §. 2. ff. h. t.* propterea hic contractus eſſe ſuum à Jure Civili accepiſſe cenſetur, idque probatur per *l. 1. ff. loc. cond.* argumento à ſenſu contrario deſumpto, quoniam contractus, qui verbis contrahitur, Juris Gentium non erit, ſed Juris Civilis. Accedit, quod Deportati, quos tamen omnes contractus J. Gent. celebrare poſſe conſtat, ex *l. 15. ff. de interd. & releg. l. 17. §. 1. ff. de pœn.* ſtipulari nequeant. *l. 14. §. 1. ff. de novat.* Licet enim Deportati amiſerint civitatem, & ita communionem Juris Civilis, libertatem tamen retinent, qua quis Communionis Juris Gent. particeps redditur. Hahn. *d. l. N. II. verb. Jure Civili.* Frantzk. *d. l. ad pr. I. h. t. num. 19.* Gudd. *cap. 2. concluſ. 1. 2. & 3.* Nec obſt. *l. 1. § 6. ff. de acceptil.* vid. infra *ad eund. tit. §. 3.*

Cauſ. Impuls. eſt Neceſſitas, ſed hypothetica.

XII. Cauſa Impulſiva propter quam Romani hunc Contractum introduxerunt, eſt partim Neceſſitas, non quidem abſoluta, ſed hypothetica; poſtquam enim LL. Rom. aliquem ex nudo pacto firmiter obligari noluerunt, *l. 7. §. 4. l. 45. ff. de pact.* & ſupra *ad d. t. § 19.* etſi donandi animus intervenerit, *l. 19. ff. de precar.* Hahn. *d. l. N. X verb. Ante ergo.* Mev. *p. 2. dec. 141. & p. 7. dec. 20.* ne quis ex quacunque inconſulta & indeliberata promiſſione obligetur, et eoque damno afficiatur, insimul Reſp. multitudine controverſiarum implicetur, propterea ſpecialem introduxerunt modum, quo ejuſmodi promiſſiones confirmentur, hanc ſcil. verborum conceptionem, quæ eſt animi deliberati nota. & ſic ex Neceſſitate quodammodo introductus eſt hic contractus. *l. 27. C. de pact. l. 3.*

Utilitas.

l. 4. C. de rer. permut. l. 17. C. de locat. Nec non cauſam dedit Utilitas, ut ſcil. negotia reliqua per ſe quidem ad obligandum idonea per ſtipulationem magis firmentur, & ſtabiliora reddantur, unde apud Romanos olim omnes fere contractus & omnia pacta in ſtipulationem deduci ſolebant; *l. 7. §. 12. ff. l. 27. C. de pact. l. 3. §. 1. ff. de A. E. V. l. 99. ff. h. t. & paſſim.* ſic in Contractibus innominatis ille, qui dedit, pœnitere, & rem datam per Condictionem cauſa data cauſa non ſecuta repetere poteſt, quæ pœnitentia per hunc Contractum excluditur. *l. 4. l. 7. C. de rer. permut.* Stryck. *in cautel. contract. ſect. 3. §. 4. & 5.* Struv. *Exerc. 47. th. 4.* ibique Mullerus. Unde tn. non ſequitur, quod hic Contractus non ſit verus; ſed ſaltem fulcimentum aliorum; namque licet nulla alia Civilis vel naturalis obligatio præceſſerit, per ſe tamen ipſo jure ſubſiſtit, & ſic quoad Actionem validus eſt; inefficax tamen quoad exactionem, quia actio per generalem

valens doli exceptionem eliditur. *l. 5. §. 2. ff. de doli except. l. 15. ff. de fidejuſſ.* add. Franck. *d. l. n. 6. & d. Ex. 10. q. 1.*

XIII. Cauſa Effic. Prox. eſt verborum conceptio, quæ conſtat præcedenti interrogatione, & congrua in continenti ſubſequente reſponſione. *pr. I. I. 3. §. 1. ff. h. t. L. 1. §. 7. l. 12. §. 2. ff. de O. & A.* Req. ergo I. Verborum conceptio, verba nempe ore prolata. Struv. *Exerc. 47. th. 3.* Licet enim in aliis negotiis ad voluntatem declarandam etiam verba interveniant, non tamen ſunt de neceſſitate, ſed & alia ad hanc declarationem idonea ſigna, ſcriptura, nutus, &c. ſufficiunt. Diſp. *de Voluntate th. 13.* Hic vero verba ore prolata neceſſario ad ipſam hujus Contractus validitatem & perfectionem requiruntur, *l. 1. pr. ff. h. t. d. l. 38. §. 2.* in tantum, ut voluntas aliis quibusvis ſignis declarari non poſſit. Hinc licet interrogatus literis, nutu, vel alio modo promittere voluerit, ſtipulatio ipſo jure nulla erit, ut nec naturalis ex ea oriatur actio. *d. l. 1. §. 2. ff. h. t.* Promiſſor vero non verbis reſpondens magis jocari videtur, quam ſerio annuere, & ſic ſerio conſenſu deficiente, ipſa etiam deficit ſtipulatio. Non obſt. *l. 57. ff. de donat. inter Vir. & Ux.* nam ſi ſtipulatio in inſtrumento ſcripta reperiatur, præſumptio eſt tam Veritatis, quam Solennitatis, ſtipulationem, utpote inter præſentes, verbis prius contractam, poſtea in Scripturam redactam, omniaque prius, quæ conſueverunt agi, ſolenniter acta eſſe, *l. 1. C. h. t. de contr. ſtipul. L. 30. ff. h. t.* cum tam diu creditur, donec ſpecialiter contrarium probetur. *§. 11. & 16. I. de inut. ſtip. L. 14. C. h. t. l. 7. §. 12. ff. de pact.* Diſp. *de Fidejuſſ. th. 5.* Diſp. *de Indemn. fidejuſſ. th. 7. & 8.* Nec obſtat *l. 10. C. h. t.* ubi tantum Leo Imper. ſuſtulit verba ſolennia & formulas Jure Vet. uſitatas, ſcil. Imperſonaliter facta interrogatione & ſimili reſponſione, ex. gr. *Spondes? Spondeo. Promittis? Promitto. Fidepromittis? Fidepromitto. Fidejubes? Fidejubeo. Dabis? Dabo. Facies? Faciam.* uti recenſentur in *§. 1. I. h. t.* ſed quorumvis verborum opportunitatem admiſit, quia alludens in verbis friget in ſenſu, Carpzov. *J. F. p. 2. C. 19. def. 17. num. 2.* Hinc etiam nihil intereſt, utrum latinâ, an Græcâ, vel qualibet aliâ linguâ, ſtipulatio concipiatur, vel quo quoque idiomate utatur, modò uterque alterius linguam intelligat, ſive per ſe, ſive per verum interpretem, id eſt, minime fallacem, nec imperitum linguæ loquantur. *§. 1. I. l. 1. §. 6. ff. h. t.* Cocc. *d. c. 3. concl. 10. num. 184.* add. *concl. 11. 12. & 13.* Stryck. *Diſſ. de negot. per interpretem geſtis.* Poteſt tamen conſuetudine ſpeciali declaratio quoquo modo approbari. *Würtemb. Landr. p. 2. tit. 21.* ibi: *Welcher dem andern etwas bedächtlich verſpricht, es ſeye mit bloſſen Worten, oder andern Zuſagungen.* Dn. Stryck. *de caut. contr. ſ. 2. cap. 5. §. 2.* add. *infra ad tit. de fidejuſſ. §. 10.*

Cauſ. Eff. Pr. & Formalis.

Ad quam Req. 1. verba ore prolata.

Nulla alia ſigna.

An ſtip. præſumatur, ſi in inſtrumento ſcripta?

Obj. Reſp.

Sufficiunt quævis verba

in qualibet lingua intelligibili, etiam per alium.

2. Interrogatio præcedens & Reſponſio ſubſequens.

XIV. II. Req. Præcedens Interrogatio & ſubſequens Reſponſio, ita, ut ordo inverſus hodienum vitiet ſtipulationem; *l. 52. §. 2. ibi: Verbis. Cum præcedit obligatio. l. 1. § 7 ff. de O. & A.* quæ enim ſub conditione requiruntur, de forma rei eſſe videntur. *§ 1. I. l. 5. § 1. ff.* & arg. *l. 1. C h. t.* Alias Promiſſor certus eſſe nequiret, quod alter accepturus ſit; nec ſtipulator, quod alter ſerio promiſerit.

3. Congrua Reſponſio.

XV. III. Reſponſio ſit congrua, h. e. eandem rem in eadem quantitate & qualitate, ſicque ſine adjectione vel detractione contineat. *l. 1. §. 4. ff. h. t. d. l. 52. §. 2. 5. & 22. I. de inut. ſtip.* Incongrua a. reſponſione ipſo jure vitiatur ſtipulatio. *dd. ll.* Reſponſionis vero Diverſitas vel incongruitas non judicatur ex verbis ſupervacuis, vel extrinſecus adjectis, *l. 65. pr. l. 134 §. 1. ff h. t. l. 94. ff. de R. I.* ſed Principaliter evenit in Re, Qualitate, & Quantitate. Ratione Rei diverſa eſt, ſi de alia Re Stipulator ſenſerit, de alia Promiſſor, & nulla erit ſtipulatio: *d. §. 22. I. l. 137. §. 1 ff. h. t.* Struv. *Exerc. 47. th. 15* ibique Müller. Non obſtat *l. 83. §. 1. ff. eod.* ubi eſt caſus ſpecialis, & *Reg. 11. de R. I. in 6to.* exceptus; fit enim in favorem judicii, ne ſit in ipſius Rei facultate tergiverſando judicium eludere. Aliud eſt, ſi quis florenum ſtipulanti 60. Crucig. promiſerit, Stipulatio hæc eſt quantitatis, in qua non ad nummorum ſpeciem, vel variam rei promiſſæ appellationem reſpicitur, modo reſponſio non diverſam contineat quantitatem. *d. l. 65. §. 1.* Congruentia enim non tàm ex verbis, quam ex re & ſententia verborum æſtimanda eſt. Si ergo Diverſitas non in re vel corpore contingat, ſed tantum in Nomine erratum ſit, de corpore vero conſtiterit, placet Stipulat. valere. *l. 32. ff d. t. §. 29 I. de leg. at.* Gœdd *cap 5. Concl 2 & 3.* Similiter, ſi partes in corpore conſenſerint, licèt in Materiam, vel bonitate erraverint, ex. gr. Si quis certam æris maſſam, quam auream putabat, ſtipulatus ſit, & alter b. f. promiſerit, ſubſiſtit ſtipulatio, *l. 22. ff h. t.* Sin promiſſor ſciens feſellerit, error exceptione doli purgatur, *d. l. 22. in f.* Hic tamen error qualitatis Emptionem & Locationem vitiat, quia in illis juſta proportio inter rem & pretium ſeu mercedem requiritur, ſupra *tit. de C. E. §. 55* & *tit. Locati §. 35.*

Stipulationem vitiat Diverſitas Rei.

Obj. Reſp.

Non Nominis.

vel Materiæ. Limit.

Diverſitas Qualitatis.

XVI Diverſitas in Qualitate reſponſionis vitiat contractum, *e. gr.* Si quis pure aliquid ſtipulatus ſit, alter ſub certo tempore vel conditione promiſerit, & vice verſa. Vitiata enim cenſetur Stipulatio, cum aliquid adjicitur vel detrahitur; *§. 5. I. de inut. ſtip. l. 1. §. 3. ff. t.* ubi in fine jungitur limitatio, niſi ſtipulatori diverſitas reſponſionis illicò placuerit, tunc enim alia ſtipulatio contracta eſſe videtur. Bachovius, *d. th. 1. lit. G.* Vinnius, *ad d. §. 5. num. 4.*

Niſi Reſponſio illico placeat.

Joh.

Joh. Voetius *num. 7. h. t.* Hanc qualitatem vel obligationis formam non mutat, ſi impersonaliter & indefinite ſine perſonæ adjectione reſpondeatur, v. gr. *Dabis? Dabitur*, vel quidni? *d. l. 1. §. 2. vid. l. 1. pr. l. 11. ff. de ſtip. ſerv. Promittis? ſatisfiet tibi.* Non obſt. *Auth. Si quando C. de conſt. pec.* nam in conſtituto nulla præcedit interrogatio, ad quam verba illa referantur, ut exinde promittentis perſona declaretur. Vinnius, *d. l. num. 1.* Stryck *d. l. § 4. & in uſu modern. §. 3. h. t.* & ſupra *§. 11. de conſtituta pecun.* Si ſtipulatio ſit Alternativa, e. gr. *Illud aut illud, quod voluero.* ſubſiſtit, & obligatio eſt perſonalis. *l. 76 pr. ff. h. t.* jung. *ſeq. §. 24. & 31.* add. Strauch *ad 50. decif. Ex. 6. c. 3. num. 11. & ſeqq.* Quid ſi ſtipulatio in Titii arbitrium ſit collata? ſtandum eſt ejus ſententiæ, modo non ſit iniqua. Titio vero non arbitrante, quia non vult, vel non poteſt, nihil valet ſtipulatio; ſimiliter, ſi ipſe ſtipulator moram fecerit. *l. 43. l. 44. ff. h. t.* Bachov *th. 7. lit. C & E.* Gœdd. *c. 8. concl. 8. n. 169.* Aliud eſt, ſi ſubſtantia obligationis promiſſoris arbitrio mere committatur, ſi voluerit, & ſtipulatio erit inutilis. *l. 46. § 3. ff. h. t. per rat. in l. 17. ff. eod. l. 8. ff. de O. & A.* A quo differt formula, Cum voluerit, *nach ſeiner guten Gelegenheit*, ſi, uti regulariter, tantum afficit circumſtantiam, v. gr. tempus ſolutionis, ſtipulatio eſt utilis, & obligat hæredes: ſin afficiat ſubſtantiam obligationis, non eſt utilis, niſi promiſſor declaret, ſe debere & ſolvere velle. *d. l. 46. §. 2.* ibi Brunnem. Carpzov. *J. F. p. 2. C. 28. def. 18.* Schilt. *h. t. §. 11. & 12.* Voet. *h. t. th. 20.* Si reſponſio ſit impersonalis? exſp. Reſp. Alternativa vel in tertii arbitrium collata? Quid vero ſi promiſſ. arbitrio committ. ſit? Diſt.

XVII. Diverſitas ratione Quantitatis, ſi ſcilicet plus vel minus, quam interrogatum, reſpondeatur, e. gr. ſi XX ſtipulanti X. promittantur, vel contra; etiam quidem ſtipulatio vitiatur, at non in totum: ſed tantum quoad ſummam excedentem, ad quam ſcilicet reſponſum non cenſetur, & ita accip. *§. 5. I. de inut. ſtip.* Verum quoad X. ſtipulatio ſubſiſtit, quia ab utroque in eam ſummam obligatio contracta cenſetur *l. 1. § 4. ff. h. t.* Cujacius quidem putat, etiam hoc in caſu ſtipulationem non aliter valere, quam ſi diverſitas illico contrahentibus placuerit, ſed hæc limitatio tantum aſſignatur ad caſum in *d. l. 1. § 3.* non vero ad *ſeq. §. 4.* ubi alia additur ratio, quia videlicet minor ſumma majori ineſt. Similiter, ſi quis de una re interrogatus promittat eam, & plures conjunctim, aut vice verſa, promiſſor ſaltem obligatur in eam rem, de qua & interrogatus eſt, & reſpondit. *l. 83. §. 4. ff. eod.* Vinn. *d. l. num. 24. & 7.* Bachov. *d. l. verb. Si plus.* Franzk. *d. Ex. 10. q. 6. & 7.* Stryck. *in uſu moderno §. 5. h. t.* Struv. *Exerc. 47. th. 5.* ibique Mullerus. add. infra *ad tit. de Fidejuſſ. §. 24.* Diverſitas Quantitatis. Vel plurium ſpecierum.

XVIII. IV. Actus ſtipulantis & promittentis ſit continuus, ut reſponſio in continenti ſubſequatur, in ſenſu ſcilicet civili, ut modicum interval- 4. Reſp. in continenti ſequatur.

Quomodo? intervallum, vel actus, qui plane non eſt extraneus, ſtipulationem non vitiet. *l. 1. §. 1. l. 137. pr. ff. h. t. l. 6. §. 3. l. 12. pr. ff. de dolo*. vid Bachovius. *d. tit. lit. H.* Gœdd. *3 concl. 3. num. 12.* & *c. 4. concl. 2.* Mevius, *p. 2. d. 141. n. 3.* D. Harpprecht. *Reſp. 97. n. 35. cum ſeqq. & Conſil. nov. 48. n. 14. cum ſeqq.* Dn. à Lyncker. 5. Animus ſtipulandi. *dec. 820. & Reſol. 316.* V. Hæc omnia ſtipulandi & verborum obligationem contrahendi animo fiant; quod in dubio ex ſolenni interrogatione Quando præſumatur? & ſubſequente congrua reſponſione præſumitur, niſi ſpecialiter probetur, partes id non ſtipulandi, ſed paciſcendi animo egiſſe, tunc enim nudum tantum pa- Diff. pactum & ſtipulation. ctum, non autem verborum contrahitur obligatio. *l. 7. §. 12. ff. de pact.* Nec obſt. Obj. *l. 1. C. h. t.* aciſi novo Jure ſtipulatio etiam literis fieri poſſet, quod in *d. l.* non di- Reſp. citur, ſed omnes ſolennitates interveniſſe ex ſcriptura præſumitur. *prac. §. 17.* Si vero quis per jocum interrogaverit, licet alter ſerio reſponderit, nihil actum erit. *l. 3. §. ſ. ff. de O. & A.*

Subjectum. XIX. Subjectum ſunt perſonæ Stipulantes & Promittentes, quibus ſc. acquiritur obligatio, & quæ obligantur: Stipulari autem poſſunt omnes, qui nec impediuntur, nec prohibentur. Tam ſervi quam liberi. vid. *ſeq. §. 21. Stipulari impediuntur Furioſi, Mente capti. & 22. & tit. ſq. de Stip. ſerv.* Gœdd. *c. 7. concl. 1.* Impediuntur autem, qui rationis uſu deſtituuntur, ut ſunt Furioſi, *l. 1. §. 12. ff. de O. & A. l. 5. l. 40. ff. de R. I.* & Mente capti. add. *d. l. 8.* Illis quidem in *d. l. 40.* comparantur Prodi- Prodigi non. gi, eorumque nulla dicitur voluntas, verum hi à ſtipulatione non excluduntur; ſed æque, ut ii, qui liberam rerum ſuarum habent adminiſtrationem, alium abſque curatoris conſenſu ſtipulando ſibi obligare poſſunt, nam comparatio illa in Ratio. *d. l. 40.* tantum procedit quoad propriæ perſonæ obligationem, & rerum ſuarum alienationem, ubi ſcil. conditionem ſuam faciunt deteriorem, non vero meliorem, ut in ſtipulatione *l. 6. l. 70. ff. de V. O.* add. *l. 5. §. 1. ff. de A. vel O. H.* Infantes. Porro Infantes, Infantia minores, licet poſt 4. 5. 6. annum completum verba eloqui poſſint, nullum tamen intellectum, præſertim quoad hæc civilia negotia, habere videntur. *§. 9. J. l. 1. C. de inut. ſtip. l. 1. pr. ff. h. t.* Ex benigna tamen An infantiæ proximi? æquitate Infantiæ proximi & Infantia majores, etiam ſine tutoris auctoritate, ſtipulando alios ſibi obligare poſſunt. *d. §. 9.* ibi Frantzk.

XX. Impediuntur etiam, qui rationis uſu quidem non deſtituuntur; ſed ſe invicem non exaudiunt, nec intelligunt; cum enim ad hujus contractus perfectionem verba ore & articulate prolata neceſſaria ſint, *d. l. 1. l. pr. & §. 2.* id- Muti, Surdi. circo impediuntur Muti, qui ſc. ſimpliciter loqui non poſſunt, *d. l. 1. pr. l. 70. ff. h. t. §. 7. J. de inut. ſtip. l. 1. §. 14. ff. de O. & A.* & Surdi, i. e. qui omnino non exaudiunt. *d. §. 7. d. l. 1. pr. d. l. 1. §. 5. ff. de O. & A.* vid. Stryck. *in uſu moderno*

§. 1.

ſ. 1. h. t. Item, qui propter loci diſtantiam ſe invicem audire nequeunt, unde Stip. inter Abſentes concepta eſt inutilis. *§. 12. J. l. 1 C de inut ſtip d. l. 1 pr. ff. h. t.* Struck. *in Diſſ. de Jure praeſentiae cap. 3 n. 77.* At ſi in inſtrumento vel ſcriptura inter praeſentes ſtipulatio facta dicatur, tunc fides quoque adhibeatur, dictum *prae. §. 13.* — Abſentes.

XXI. Legis diſpoſitione prohibentur (1.) omnes illi, qui non ſunt Cives Romani, quia hic contractus eſt Juris civilis. *prae. §. 11.* Tales ſunt Deportati, *l. 10. § 1 ff de interd.* Banniti Imperii & à Summis Imperii Tribunalibus, Gaild. *cap. 7. concl. 3. 4.* & omnes Hæretici, *l. 17. § 1 ff de poen.* quod tamen hodie non attenditur ob liberum commerciorum uſum. vid. Gaild. *d. l.* Grot. *de J B & P. l. 2. c. 6 inſ.* Servi ex ſua propria perſona. *l 32 ff de R. J.* Ex perſona enim Domini quaſi ejus inſtrumentum, ſicut multa alia, ita etiam jus ſtipulandi habere poſſunt, *pr. & § 1 I. de ſtip ſerv.* ſed quid hodie obtineat? vid. infra *ad eund. tit.* (2.) Invicem ſtipulari prohibentur Filius & Pater, qui tempore ſtipulationis filium habet in poteſtate, *§ 6. I. de inut ſtip.* idque propter unitatis fictionem, *l. ſ. C. de impub. ſubſt.* nam filius regulariter omnia acquirit Patri, quia vox filii tanquam vox Patris eſt, in rebus quæ Patri acquiri poſſunt. *§. 4. & 6. I. de inut ſtip* Sibi ipſi autem nemo obligari, ergo nec ſtipulari, vel unus & quidem ſimul Creditor & Debitor eſſe poteſt. *l 11 pr ff de leg. 1. l. 21. §. 1 ff de fidejuſſ.* Excip. tamen bona peculii caſtrenſia, vel quaſi *l 15. ff. h. t.* add. *l. 2 ff de SCto Maced. l. 4. ff. de jud.* vel ſi factum in perſonam filii conferatur. *l 130 ff. h t* Idem dicendum eſt de filio Emancipato, in quo ceſſat ratio prohibitionis, unitatis ſcil. fictio & acquiſitio, quæ per eam Patri fit, ergo ceſſat ipſa legis prohibitio, ſupra *ad tit. de adopt §. 12* modo tempore ſtipulationis ſit emancipatus. Aliud enim eſt, ſi talis factum, cum conditio ſtipulationi adjecta extiterit, quia in ſtipulationibus initium contractus inſpicitur. *l. 78. pr. ff. h t l. 18. ff. de R. J.* Bachov. *d. D. th. 2. lit D. verb. Filiusfamilias.* — Prohibentur, qui non Cives Rom. — Filius & Pater. — Limit.

XXII. (3.) Alius pro alio; nam quilibet ſibi, non alteri ſtipulatur. *§. 4. & 19. I. de inut ſtip* Nam obligationes introductæ ſunt, ut unusquisque ſibi acquirat, qui ſua intereſt, & conventiones in perſonis agentium radicari oportet. *l 38 §. 17 ff. h. t.* Et quod hic de ſtipulatione dicitur, regulariter pertinet ad omnes Contractus & Obligationes, propter generalem rationem *in d. l. 38. §. 17. & l. 126. §. 2 ff. eod. l. 11. ff. de O. & A l. 11 § 6. ff de pign. act. l. 73. in f. ff. de R. J.* Bachov. *d. l. verb. Alteri quoque. vid.* D. D. Harppecht *C. 30. n. 315. 330. cum ſeqq. & n. 344. cum ſeqq. ubi de uſu hodierno idem affirmat.* Hoc tamen non procedit; ſed tota ſubſiſtit ſtipulatio (1.) in perſonis alieno jure ſubjectis, ut in Filiofam. & ſervo, qui propter fictionem Juris, Patri & Domino — Alius pro alio. — Limit. 1. In perſonis alieno jure ſubjectis.

 mino

animo per ſtipulationem & alias conventiones obligationem acquirere poſſunt ; *§. 3. I. per quas perſon.* quia vox filii tanquam vox Patris ; vox ſervi tanquam vox Domini eſt. *d. l. 38. §. 17. d. l. 126. §. 2. l. 45. §. 4. ff. eod.* Hinc etiam Pater filio, vel Dominus ſervo ſtipulando ſibi acquirit ; *§. 4. I.* ibi Vinn. *num. 2. & 11. I. de inut. ſtip. l. 39. l. 56. §. 3. l. 130. ff. l. 2. C. h. t.*

Mater liberis non ſtipulatur.

proinde Mater liberis ſuis, cum eos in poteſtate non habeat, ſtipulari non poteſt. Carpzov. *J. F. p. 2. C. 33. def. 26 num. 10.* D. Frommann *de all. Dativ. & nativ. th. 46.*

2. In contrahent. rat. officii. ex. gr.

(2.) In perſonis, quæ ratione officii obligationem contrahendo aliis acquirunt ; ut ſunt Tutores, Curatores, Actores civitatum, *l. 5. §. 9. ff. de conſt. pec.* item Procurator militis. *l. 26. ff. de R. C.* D. Frommann *cit. D. ſ. th. 33.* Alii quoque Procuratores Domino ſæpe obligationem & actionem utilem acquirunt, imprimis, ſi ſtipulentur ex re Domini, *l. 68. ff. de procur.* vel Domino præſente non diſſentiente, *l. 79. ff. h. t.* vel ipſo mandante. *l. 13. §. 25. ff. de A. E. V.* add. *tit. de procur. §. 57. & tit. de Re jud. §. 13.*

3. Si tertio Obligatio videatur acquiri.

(3.) Aut ſi negotium, in quo per actum naturalem alteri obligatio acquiritur, ex. grat. per rei traditionem ſi quis Notario vel Procuratori ſuo pecuniam dederit, ut eam alteri daret mutuam. *l. 9. § 8 ff. de R. C. l. 126. §. 2. ff. h. t.* Nec non, ſi quis ſtipuletur cuilibet inſtrumenti Poſſeſſori, *allen getreuen Brieffs-Innhabern* ; Mevius *p. 4. dec. 112.* ſed tertio tum

Quomodo?

demum obligatio acquiritur, ſi obligationem iſtam acceptaverit vel probaverit. Dn. Stryck. *d. cap. 5. §. 3.* Schilter. *ad §. 4. I. de inut. ſtip. & ad ff. Ex. 8. §. 29.*

4. Si ſtipulantis interſit.

(4.) Si quis alii quidem ſtipuletur, ipſius tamen ſtipulantis interſit, Carpz. *d. p. 2. C. 18. def. 23. num. 6.* ut, ſi quis contutori cedens adminiſtrationem ſtipulatus ſit, rem pupilli ſalvam fore, *§. 19. I. l. 5. C. de inut. ſtip. l. 38. §. 20. ff. h. t.* add. Hahn. *h. t. N. IV.* Struv. *Exerc. 47 th 4.* ibique Mullerus. Notandum ta-

Quando?

men, cum quis ſui intereſſe gratia alteri quicquam dari fierive ſtipuletur, non aliter ſubſiſtere ſtipulationem, niſi quod ſtipulanti inde actio quæratur. per *l. 11 ff de O. & A.* Mevius, *p. 8. dec. 220.* Carpzovius, *d. p. 2. C. 33. def. 27.* Schilter *Exerc. 8. §. 29.*

5. Si pœna adjecta, licet non expreſſe; major ſit quam res.

XXIII. (5.) Si pœna ſtipulationi adjecta ; etiamſi pœnæ voc. non exprimatur ; modo aliunde de mente paciſcentium conſtet ; *§. 18. I. de inut. ſtip. l. 121. §. 1. ff. h. t.* à Beyma, *tr. de eo, quod intereſt. th. 1. p. 571 & de ſtip. pæn. th. 1. inſ.* & quamvis pœna major ſit, quam res, de qua agitur. *d. §. 18. l. 38. §. 17. ff. h. t. l. 32. pr. ff. de rec. arb.* Beyma, *d. tr. th. 4. ubi tamen diſtinct. opus eſt.*

Adjicitur.

Adjicitur vel Stipulationi, *d. §. 18. l. 3. § 1 d. l. 38 §. 17.* add. *l. 2. § 5. ff. h. t. l. 28. ff. de A. E. V.* vel Promiſſioni facti alieni *§. 20. I. d. t. d. l. 38. §. 2.* Alias enim facti alieni ſtipulatio foret inutilis, *l. 83. pr. ff. h. t. §. 3. I. de inut. ſtip.* add. Franzk.

d. Exc.

d. Exc. 10. q. 5. num. 15. & ſeqq. Adjicitur autem Conventionibus tam Dandi, quam Faciendi. d. §. 18. §. ſ. l. 6. 1 de V. O. l. ſ. ff. de ſtip. prat. Beyma. th. 2. Et in promiſſione ſive ſtipulatione Facti affirmativi pœna negative concipitur, verb. gr. *Promittis, te domum ædificaturum, & ſi ita factum non erit, decem dare ſpondes?* In promiſſionibus Facti Negativi pœna affirmative concipitur, verb. gr. *Promittis, te aream hoc in loco non ædificaturum, & ſi adverſus ea factum erit, vel ita factum non erit, too ſtar.* d. §. ſ. l. add. l. 137. § 7. ff. h. t. In conventionibus rerum vel Dandi quomodo adjiciatur, vid. d. §. 19. inſ. l. 71. pr. ff. pro ſoc. Sed diſtinctiones, ad unum alterumve caſum neceſſarias, & qualis ſit effectus hujus adjectionis, v. g. An obligatio novetur? An pœnam & factum ſimul petere liceat? An pœnitentiæ ſit locus? videre eſt ſupra ad tit. de C. E. §. 71. uſq. ad 80. & ibi cit. Diſp. de Pœna Convent. Jul. à Beyma, d. tr. de ſtip. pœn. Gædd. c. 12. concl. 5. Bachov. th. 2. lit. G. & H.

Quomodo in Stipulat. Facti affirmativ. Negativ.

In ſtipul. Dandi.

XXIV. Cum itaque regulariter nemo alteri extraneo ſtipulari poſſit, d. l. 38. §. 17. ad acquirendam ſcil. alteri obligationem, arg. l. 11. ff. de O. & A. l. 3. l. 6. C. de inut. ſtip. Mev. p. 8. dec. 439. num. 1. ſequitur, quod hæc ſtipulatio: *Mihi & Titio 100. dare ſpondes?* ſit dividua, & pro ea parte quam ſibi ſtipulatus eſt, valeat, pro altera vero vitietur & nulla ſit, §. 4. I. de inut. ſtip. ſicque in ſtipulatione copulativa & conjunctim facta, *Sibi & alii*, tantum dimidia pars ejus ſit quod quis ita ſtipulatus eſt, debetur d. §. 4. l. 110. pr. ff. de V. O. Sin quis alternative, *Sibi aut Titio* ſtipuletur, tota valet ſtipulatio, d. §. 4. idque ex natura particulæ disjunctivæ, quæ facit, non ut obligatio dividatur, ſicut copulativa, ſed ut ſtipulanti ſolummodo obligatio & actio acquiratur, & per conſequens, dummodo in propria ſtipulantis perſona ſubſiſtere poſſit, tota etiam valet Stipulatio, & ſtipulanti tota ſumma debetur. Vinnius, ad d. §. 4. num. 5. Extraneus vero Titius qui per disjunctivam adjicitur, in jure Adjectus vocatur, & eſt perſona obligationi conſenſu partium addita, ut ipſi, tanquam procuratori, duntaxat ſolutio fieri poſſit. l. 12. §. 1. & ſeqq. ff. de ſolut. Stryck. in uſu moderno §. 4. h. t. Beſold. Diſſ. de adjecto. Stipulator enim hanc perſonam non acquirendæ obligationis gratia, ſed ſolutionis cauſa apprehendiſſe intelligitur. Unde Titio nec obligatio, nec actio acquiritur, l. 56. §. 2. l. fin. §. 4. ff. h. t. nec petere, nec novare, nec acceptum ferre, l. 10. ff. de ſolut. nec fidejuſſorem accipere, l. 23. ff. de fidejuſſ. nec pignora capere, vel quicquam facere poteſt l. 33. ff. de pign. ſed ſolutione ipſi facta pecuniam principali reſtituere tenetur d. l. 12. §. 1. l. 131. §. 1. ff. h. t. Dum enim principalis adjicit, mandare videtur, ut pecuniam accipiat, & Adjectus dum accipit, in mandatum conſentire videtur, & proin Mandati actione tenetur. d. §. 4. & d. l. 131. §. 1.

Si in Stipul. adjectus extraneus. Diſt.

An partic. copulativa & valet pro dimidio.

An disjunctiva, & valet in totum.

Extraneus Adjectus quis?

Quam habeat facultatem?

XXV.

Adjecto libere poteſt ſolvi. XXV. Promiſſor autem liberam exinde habet facultatem Adjecto
æque ac principali ſolvendi; *d. §. 4.* etiamſi (1.) cujuscunque conditionis
Ampl. ſit Adjectus, liber, an ſervus, *l. 9. pr. ff. de ſol.* major, an minor, ita, ut promiſſor
1. 2. pupillo ſine tutoris autoritate ſolvendo liberetur, *l. 11. ff. d. t.* (2) Etiamſi
invito & prohibente ſtipulatore ſolvatur: hic enim conditionem ſtipulationi
3. adjectam immutare nequit. *l. 12. §. 3. ff. eod. l. 16. pr. ff. de fidejuſſ.* (3.) Quam-
Limit. vis partem debiti jam ſolverit creditori. *l. 71. pr. ff. de ſolut.* Vinn. *ad d. §. 4. n. 7.*
1. Sed d. Reg. limit. & Adjecto ſolvi nequit. (1.) Si Adjecti conditio in dete-
rius fuerit mutata, ut ſi Adjectus mutationem ſtatus ſui paſſus, verb. gr. depor-
tatus, vel ſervus factus ſit. *l. 38. pr. ff. h. t.* Huic n. ſtipulationi ſemper tacite
clauſula illa ineſt, rebus ſic ſtantibus, vel, ſi in eadem cauſa maneat; *l.*
38. pr. ff. de ſolut. quod tamen non involvit caſum melioris conditionis, arg. *l. 56.*
2. *§. 2. ff. h. t.* Vinn. *d. l. num. 8.* (2.) Si lis à principali Creditore fuerit conte-
ſtata, quia per L. C. de novo videtur quaſi contrahere, qua nova quaſi conven-
tione illa ſolvendi libertas promiſſori adimitur. *l. 3. § 11. ff de pecul. l. 57. §. 1 ff.*
3. *de ſolut l. 16 pr. ff. de fidejuſſ.* Et reſtringenda eſt hæc ſolvendi libertas (3.) ad
veram & naturalem ſolutionem; nam Ficta locum non habet, unde Adjectus
4. acceptum ferre, compenſare, &c. non poteſt, *præc. §. 20.* (4.) Ad ipſam Ad-
jecti perſonam, hinc, ſi ſervus alienus ſolutionis gratia ſit adjectus, Domino ipſi-
us non recte ſolvitur; *l. 9. pr. ff. de ſolut.* add. *l. 95. §. 7. ff. eod.* nec Adjecti ſuc-
ceſſoribus, *l. 55. l. 81 pr. ff. h. t.* quia Adjectus vicem procuratoris ſuſtinet;
Actus autem nudi miniſterii non tranſeunt in hæredem. *d. l.* add. *l. 27.*
§. 3. l. 57. ff. mand.

Promiſſor liberatur ipſo jure, vel ope except. XXVI. Facta ſic Adjecto ſolutione, Promiſſoris liberatio contingit vel ipſo
jure, *d. §. 4. I. de inut. ſtip.* puta, ſi in principali ſtipulatione & adjecta eadem
ſit res; vel ope exceptionis, ſi ſcil. diverſæ res in ſtipulatione & adjectione
ſint deſignatæ, ex. gr. *Mihi 100. aut Titio fundum dabis?* tunc re Adjecto tradita
obligatio non ipſo jure, ſed ope tantum exceptionis tollitur, & ita apparenter
obſtantes *l. 5. §. 3. ff. h. t. l. 44. §. 4. ff. de O. & A.* declarantur. De omnibus
memoratis formulis & ulterius de materia Adjecti, utpote inter Mercatores fre-
quentiſſima, vid. Benv. Stracchi, *tr. de Adject. ſub fin. tr. de Mercatura p. m. 560.*
Marquard. *de jure Mercat. l. 2. c. 14. n. 7. & ſeqq.*

Promittere poſſunt, qui non impediuntur, nec Prohibentur ſpecialiter. XXVII. Promittere per ſtipulationem poſſunt omnes, quicunque
alias ſeſe obligare queunt, niſi ſpecialiter impediantur, vel prohibean-
tur. Impediuntur autem, qui & ſtipulari impediuntur. *præc. §. 19. & 20.*
Prohibentur, qui non habent Juris Civilis communionem, *præc. §. 21.* &
qui obligari, huncque contractum celebrare nequeunt; ut Pupilli infantia
majores

infantiâ majores ſine tutoris authoritate, quia promittendo deteriorem ſuam faciunt conditionem. *§. 9. I. de inutil. ſtipulat.* add. *l. 59 ff de Oblig. & Action.* Vinn. *ad d. §. 9. num. 4.* & ibi Franzk. & *ad pr. I. de Auth. tut.* Juliann. Voet. *num. 4. h. t. & num. 12.* Idem dicendum de prodigo ſine curatore. *l. 6. ff. h. t.* ſupra *ad tit. de cur. fur. §. 38* & *ad tit. de A. vel O. H. § 16.* Nec propter Poteſtatem filius regulariter Patri, vel ſervus Domino valide promittit, *§. 6. de inut. ſtip.* junct. *l. 5. C. de impub. ſubſtit.* nemo enim ſibi ipſi obligari poteſt. *l. 11. ff. de leg. 3. l. 21. §. 3. ff. de fidej.* add. *l. 15. ff. de O. & A.* Vinn. *ad d. §. 6.* Gœdd. *c. 7. concl. 5. & ſeqq.*

XXVIII. Inſuper de Promittentibus notandum, quod de ſe ipſis quoque promittere debeant, ſicut enim ſibi, non aliis ſtipulari: ita nec de aliis, ſed de ſe promittere oportet; *l. 83. pr. ff. h. t.* quod etiam repetitur in *l. 65 ff. de fidej.* Hinc, ſi alienum factum vel donationem quis promittat, ipſo jure nulla eſt ſtipulatio, *§. 3. I. de inut. ſtipul.* adeo, ut neque ipſe promiſſor, neque is, cujus factum promittitur, obligetur. Non ille, utpote cujus perſona ſtipulationi non eſt inſerta, *d. l. 83. pr.* junct. *l. 11. ff. de O. & A.* in tantum, ut nec ad curam vel diligentiam, ut tertius factum præſtet, teneatur, nam talis ſtipulatio ipſo jure nulla eſt, nec ullum producere poteſt effectum. *d. l. 65* & *l. 38. pr. ff h. t.* Nec alius, cujus factum promiſſum eſt, obligatur; quia tertii conditio alieno facto deterior fieri nequit, unde in *l. 3. inſ. C. ne ux. pro mar.* generaliter dicitur, ex alterius contractu neminem obligari. Si tamen quis promiſerit, ſe effecturum, ut tertius det, vel faciat, ſubſiſtit ſtipulatio. Qui enim curaturum ſe promittit, non alienum; ſed ſuum proprium factum, curam ſcilic. & diligentiam promittit, *d. l. 83. pr. §. 3. I. de inut. ſtip.* & propterea tenebitur ad id, quod ſtipulatoris intereſt. *l 73. pr. ff. de leg. 1.* Sed communiter traditur, ſi promiſſor omnem debitam diligentiam; ſed fruſtra adhibuerit, eum liberari. poſt Weſenb. Barth. Boer. & Schurf. Vinnius, *ad d. §. 3 num. 2* Franzk. *ibid. num. 1.* Mev. *p. 6. dec. 406.* Struv. *Exerc. 47. th. 7.* ibique Mullerus. Stryck. *in uſu moderno §. 2.* & Joh. Voet. *n. 5. h. t.* Hertii *Diſſ. de obligat. alium daturum vel facturum.*

Qui promittit factum alienum, nil facit.

Et differt ab eo, qui ſe curaturum promittit, ut alius det.

Lenit.

XXIX. Interdum tamen factum alienum promittens obligatur, citra expreſſionem ſe curaturum, ut ſtipulatio valeat; licet explicite & quoad externam verborum conceptionem alienum factum contineat, quoad effectum tamen ex qualitate negotii & peculiari æquitate Factum, & cura promittentis implicatur, ex. gr. Si quis Titium pro ſe fidejuſſurum promittat, implicite ex negotii, Fidejuſſionis ſcilicet, natura factum promittentis continet, qui enim promittit, certam perſonam pro ſe fidejuſſuram, eo ipſo promittere videtur, ſe cu-

Promiſſor facti alieni tamen obligatur.

Fidejuſſionis.

ratiturum, ut fidejubeat, & propterea ſubſiſtit ſtipulatio. *l. 14. §. 2. ff. de conſt. pec.* Idem dicendum eſt de Procuratore, qui non plenum produxit Mandatum, ſed cavit, ratam rem Dominum, Hæredemve ejus habiturum *l. 18. & 1. 1. ff. rem rat. hab.* Alia exempla, in quibus Promiſſor ſub alieni facti promiſſione etiam de ſuo promittere intelligitur, vid. *l. 38. pr. l. 81. l. 83. pr. ff. h. t.* It. Promiſſio facti alieni per Pœnæ adjectionem valida redditur. ex. gr. *Titium illud vel illud facturum promitto, & ſi ipſe non fecerit, 100 dabo*: quia hoc ipſo proprium factum, pœnæ ſcil. ſolutio, promittitur. *§. 20. I. de inut. ſtip.* add. *prac. §. 23.* Stryk. *Cautel. contract. ſect. 1. cap. 3. §. 38. & 39. & ſect. 2. cap. 3. §. 8.* Struv. *in dec. ſabathin. cap. 14. Dec. 9.*

Mandando, Pœnam adjiciendo.

XXX. Objectum Stipulationis ſunt Res & Facta, *§. ſ. I. de V. O.* Unde & ab hac Objecti diverſitate Stipulationes dividuntur in Stipulationes Dandi & Faciendi. *l. 2. pr. ff. h. t.* ubi vocabulum, Dare, late ſumitur, ita, ut etiam omnem rerum traditionem ex juſta cauſa factam contineat; *l. 52. §. 1. ff. eod.* cum aliàs Dare proprie dominium transferre ſignificet. *l. 75. § ſ. ff. d. t.* add. *prac. §. 7.* Poſſunt autem in ſtipulationem deduci Res tam mobiles, quam immobiles, ſed vid. *Wurtemb. Landr. d. t. 23. §. Jedoch.* ſive corporales, ſive incorporales; *pr. I. de inutil. ſtipulat. §. 1. I. de uſufruct. §. ſ. I. de ſervitut.* & in in genere omnes quæ dari & præſtari poſſunt. *l. 1. §. 9. ff. de Obligat. & Action.* Gœdd. *c. 6. concl. 1.* Ergo Req. I. ut ſint exiſtentes, vel per rerum naturam exituræ, ut fructus. *l. 73. ff. h. t.* Sic, ſi quis 100. amphoras vini ex fundo ſtipulatus ſit, & vinum natum quidem; ſed ſine culpa promiſſoris conſumptum ſit, debeo expectare, donec iterum naſcatur. *l. 83. §. 5. ff. eod.* Rerum autem, quæ non ſunt, aut eſſe non poſſunt, vel futuræ non ſperantur, v. gr. ædes euſtæ, homo mortuus, hippocentaurus, Stipulatio ipſo jure nulla eſt, *§. 1. I. de inut. ſtip. d. l. 1. §. 9. l. 35. pr. l. 69. ff. h. t.* adeo, ut nec earum æſtimatio debeatur. *l. 103. ff. d. t.* nec pœna adjecta poſſit exigi. *d. l. 69. l. 185. ff. de R. J.* add. ſupra *ad tit. de C. E. §. 16.* Si tamen res promiſſa demum poſt mortem promiſſoris, vel culpa ejus perierit, aut is in re præſtanda moram fecerit, placet creditorem eas res, quamvis extinctas, utiliter adhuc ſtipulari, i. e. ut præſtetur id, quod intereſt. *l. 82. l. 83. §. 7. ff. h. t.* Culpa enim & mora debitoris obligationem perpetuant. *l. 23. l. 91. §. 3. ff. eod.*

Objectum ſunt vel Res, quæcunque: Modo ſint 1. Exiſtentes vel exituræ: Niſi poſt mortem promiſſoris perierint.

XXXI. II. Ut ſint res in Commercio, *§. 2. I. de inut. ſtip. l. 182. ff. de R. J.* præſertim ſtipulatoris, *l. 34. ff. h. t. l. 49. §. 2. ff. de leg. 2.* Bachov. *th. 3. lit. A.* & quidem tempore ſtipulationis. *l. 78. pr. ff. h. t. l. 140. §. 1. ff. de R. J.* Nec enim ſtipulatio ex poſtfacto convaleſcit. *d. §. 2. l. 83. §. 5. ff. h. t.* Gœdd. *c. 6. concl. 11.* Joh. Voet. *n. 6. h. t.* Nec ſtipulationem inutilem facit, ſi res ex poſt

2. In commercio. Tempore ſtipulationis, licet poſt exempta:

poſt, non tamen ſine facto promiſſoris, in commercio eſſe deſierit; *d. l. 83. §. 5. l. 91. §. 1 ff. h. t.* Struv. *Exerc. 47. th. 10.* ibique Mullerus. Si autem ſine facto ejus contigerit, extinguitur ſtipulatio, nec revocatur in obligationem, licet rurſum mutata conditione cœperit dari poſſe. *d. §. 2. ibi Vinn. num. 10. d. l. 83. §. 5. l. 98. §. 8. ff. de ſolut.* Excluduntur ergo Res commercio ſtipulatoris exemtæ, *d. §. 2. l. 1. §. 9. ff. de O. & A. d. l. 34. l. 69. l. 83. §. 5. l. 103. ff. h. t.* ita, ut pariter nec æſtimatio debeatur. *d. l.* Aliud vero eſt, ſi circa rem extra commercium ſtipulatio verſetur, ut ſi quis ædes ſacras vel locum religioſum ædificare promiſerit. *l. 58. §. f. l. 83. §. 1. ff. eod.* Quidam hoc requiſitum ad primum referunt, ſed perperam. In re enim, quæ eſt commercio exempta, præſupponitur exiſtentia; cum non entis nullæ ſint qualitates. Quæ autem res extra commercium eſſe dicantur, vid. ſupra *ad tit. de C. E. §. 18.*

Sed limit. Si ſine promiſſoris facto.

Ampl. Valet ea ſtipulatio circa rem extra commercium.

XXXII. III. Res non ſit Stipulantis propria, utpote, quæ in ſtipulationem dandi, vocabulo hoc propriè pro dominii translatione accepto, deduci non poteſt. Quod enim ſemel meum eſt, amplius meum fieri nequit, ut nec pretium rei ejuſdem debeatur. *d. §. 2. §. 14. I. de act. l. 82. pr. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 47. th. 11.* ibique Mullerus. Poteſt tamen Res propria in ſtipulationem traditionis deduci; ut ſi quis ſtipuletur pretium rei ſuæ vel ſub conditione, ſi tempore exiſtentis conditionis res mea non ſit, ut reſtituatur: *d. l. 82. pr. l. 31. l. 98. §. 4. l. 91. ff. h. t.* vel ut à fure reſtituatur. *d. §. 14.* add. Vinn. *ad d. §. 2. n. 12.*

3. Non ſtipulantis propria.

Niſi in ſtip. traditionis.

XXXIII. In ſtipulationem deduci poſſunt non tantum res ſingulæ; ſed etiam plures ſimul; ita, ut, ſi ad plurium ſtipulationem indefinitè promiſſor reſponderit & generaliter, omnes promittere videatur, omnesque teneatur præſtare. *§. 17. I. de inut. ſtip. l. 29. pr. l. 86. ff. h. t.* Indefinita autem æquipollet univerſali. *§. 5. I. d. t.* Sin de pluribus interrogatus non ita ſimpliciter reſponderit, diſt. An plures res copulativè in ſtipulationem deductæ ſint, ex. gr. *Fundum Tuſculanum, fundum Titianum, ſervum tuum dare ſpondes?* & ſi reſpondeat, *Servum tuum & fundum Tuſculanum dabo*, tunc ſubſiſtit ſtipulatio quoad ſpecies à promiſſore expreſſas, quia tot cenſentur ſtipulationes, quot res in ſtipulat. ſunt deductæ, *d. §. 17.* & videtur ad unam & alteram duntaxat reſpondiſſe. In cæteris vero, ſicque pro parte, ſtipulatio eſt inutilis. *d. l. 29. pr. inſ. l. 83. §. 4. l. 86. ff. h. t.* add. Gœdd. *c. 6. concl. 11. num. 209. & ſeqq.* Vel, An quis disjunctivè plures res ſtipulatus ſit, hoc modo *Titium, aut Pamphilum, aut Cajum dare ſpondes?* tunc, ſi non ſimpliciter reſponderit, nec omnes conjunctim, ſed unum tantum ex illis promiſerit, ſtipulatio propter interrogationis & reſponſionis diverſitatem nulla eſt. *d. l. 83. §. 4.* Ex iſta tamen reſponſione, quæ vim pacti habet, naſcitur condictio ex moribus. Harpp. *ad d.*

Plures res in ſtip. deduci poſſunt, & ſi reſpond. promiſſor ſimpliciter copulativè.

Si disjunctivè.

Cujus ſit electio in alternativis.

ſupra *ad tit. de pact. §. 65. & 98.* Aliud vero eſt, ſi quis duas res de ſimplici alternative vel disjunctim in ſtipulationem deduxerit, v. gr. *Stichum aut decem;* tunc ſufficit, alterutrum præſtari, *l. 65. l. 129. ff. h. t. l. 110 §. 3. ff. de R. I.* & electio regulariter eſt promiſſoris. *§. 33. I. de act. l. 44. §. 3. ff. de O. & A.* qui voluntatem mutare poteſt uſque ad ſolutionem, *l. 138 §. 1 ff. h. t.* niſi ſtipulatori in ſpecie fuerit reſervata *l. 76. pr. l. 112. pr. ff. h. t.* Bachov *d. l. th. 3. lit. B.* Altero vero mortuo, id tantum, quod ſupereſt, debetur, niſi mora commiſſa obſtet. *l. 95. pr. ff. de ſolut.* Struv. *Exerc. 47. th. 14.* ibique Mullerus.

Plures res deducuntur in ſtipulat. Collective, vel

XXXIV. Plures autem res in ſtipulationem deducuntur vel Collective, h. e. uno vocabulo generali, vel communi, e. gr. ſi quis *ſummam illam, aurum pecuniæ*, aut ſervos, quos habet, ſub nomine familiæ, ſtipulatus ſit, & alter reſpondeat: *Spondeo;* tunc unica tantum eſt ſtipulatio, quamvis plures ſint res, *l. 29. pr. ff. h. t.* vel

Nominatim;

Nominatim, ex. gr. *Illud & illud, Titium & Cajum dare ſpondes?* tunc tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt corpora. *d. l. 29. pr. in f. l. 86. ff. eod.* Vinn. *ad §. 17.*

vel Facta, & contra non facta Intell. h. l. Facta nuda.

XXXV. In ſtipulationem quoque deducuntur Facta; *§. ſ. I. l. 2. pr. ff. h. t.* ita, ut etiam comprehendantur ea, quæ in non faciendo conſiſtunt. *d. § ſ. d. l. 2 §. 5. l. 75. §. 7 ff. h. t.* Facta autem h. l. intelliguntur, quæ nuda & ſimplicia, ſeu, quæ in meris faciendi finibus, operaque hominis conſiſtunt, qualia nullum effectum Juris per ſe producunt, ut *inſulam fabricari*, foſſam fodiri, fundum, vacuam poſſeſſionem tradi. *l. 72. pr. l. 75. §. 7. ff. h. t.* Gœdd *c. 6. concl. 14.* nam in *dd. ll.* intelligitur traditio ex ſimplici obligatione, & per quam dominium non transfertur, ſicut in *l. 52. §. 1 ff. h. t.* ex cauſa venditionis. Franzk. *Ex. 11. q. 1. & ad tit. de A. E. V. n. 56.* Quamvis enim Rei ex juſta cauſa traditio etiam ſit Factum, hoc tamen non eſt nudum, quia non de manu in manum traditionem, ſed potius jus rei conſideramus; quod per factum transfertur, & ſic potius ad ſtipulationem dandi refertur. *d. l. 52. §. 1.* ſupra *ad tit. de pact. §. 13.*

Poſſibilia.

XXXVI. In ſtipulationem itaque deducuntur Facta omnia, quæ præſtari poſſunt; ſicque excluduntur, quæ vel natura, vel jure præſtari nequeunt, *l. 35. pr. & §. 1. ff. h. t.* ut ſunt (1.) Impoſſibilia; *l. 182. l. 185. ff. de R. I.* qualia cenſentur ex adjecta conditione impoſſibili, & turpi: *§. 11. & 23. I. de inut. ſtip. l. 26. l. 123. l. 126. §. 3. l. 137. § 6 ff. h. t.* vel, ſi contra bonus mores ſit, ex. gr. *Si [illegible] non feceris, tantum dare ſpondes? l. 61 ff. h. t.* Struv. *Exerc. 47 th. 8.* ibique Mullerus.

Obj. Reſp.

Non obſt. *l. 132. pr. ff. eod.* ubi agitur de conſervanda hæreditate. Bachov. *ad Tr. V. I. Diſp. 6. th. 8. lit. A.* add. ſupra *ad tit. de cond. inſtit. §. 9. & ſeqq.*

Propria.

(2.) Aliena, non propria, reſpectu

ſol.

ſcil. promiſſoris. Nemo enim factum alienum promittendo obligatur; *l. 38. pr. §. 1. ff. h. t.* quia de ſe non promittit, *l. 83. pr. ff. h. t.* nec alium ſua promiſſione obligat, per *l. 1. C. ne ux. pro marit.* Exceptiones tamen, quæ hic obtinent, vid. *§. 28. & 29.*

XXXVII. Forma & Diff. Specif. quâ hic verbalis contractus differt ab aliis, dependet à Cauſa Efficiente, de qua & de requiſitis vid. *præced. §. 13. & ſeqq.* Forma externa eſt, ſi ſtipulatio fit vel pure: & confeſtim peti poteſt. *§. 2. I. l. 41. §. 1. ff. h. t. l. 14. ff. de R. I. l. 213. ff. de V. S.* Vel in diem certum; & tunc quidem ſtatim, ſed non efficaciter debetur, quia peti prius, quam dies venerit, non poteſt; *d. §. 2. l. 42. ff. h. t. l. 44. §. 1. ff. de O. & A. d. l. 213.* & ſi ad Kalendas Januarii vel Februarii concipiatur, tempus longiſſimum intelligitur, *l. 12. l. 109. ff. h. t.* nam diei adjectio pro Reo eſt. *l. 41. §. 1. ff. eod.* Vel ſub Conditione, qua pendente, ſi mors contigerit, ſpes transmittitur in hæredem, *§. 4. I. l. 57. ff. h. t.* aliter ac in legatis conditionalibus: ſupra *ad tit. quand. dies leg. §. 9.* quia ſtipulationes conditionales ex præſenti vires accipiunt, quamvis petitio in ſuſpenſo ſit. *l. 26. ff. de ſtip. ſerv.* junct. *l. 144. §. 1. ff. de R. I.* Vinn. *ad d. §. 4. n. 6.* Ut autem ſtipulator, vel ejus hæredes, cum effectu petere queant, exiſtentiam conditionis probare debent *l. 10. ff. h. t.* Mev. *p. 4. dec. 371.* late Struv. *Exerc. 47. th. 15. cum ſeqq.* ibique Mullerus. Stipulatio vero captatoria vel contra bonos mores, v. gr. *ſi hæredem me non feceris, tantum dare ſpondes?* eſt inutilis, *l. 61. l. 134. pr. ff. eod. l. 4. C. de inut. ſtip.* Similiter conditione impoſſibili ſtipulatio vitiatur; *præc. §. 36.* niſi impoſſibilis natura negative adjiciatur. v. gr. *Si in Capitolium non aſcendero: Si digito cœlum non attigero;* proprie enim non eſt conditio; ſed ſtipulatio pure facta intelligitur. *d. §. 4. l. 7. l. 8. ff. h. t. §. 10. I. de inut. ſtip.* Nam cujus affirmatio eſt impoſſibilis, ejus negatio eſt neceſſaria. Vinnius *ad d. §. 10.* Vel cum inſertione loci; qualis ſtipulatio licet pura videatur, tacite tamen tempus complectitur, quo ad eum perveniri poteſt: *l. 41. §. 1. l. 73. pr. l. 137. §. 2. ff. h. t.* niſi impoſſibilis ſit repromiſſio, ex. gr. ſi Romæ quis ſtipuletur, hodie Carthagini dare ſpondes? *§. 5. I. de inut. ſtip.* niſi in caſu *l. fin. §. 4. ff. h. t.* Vel cum adjectione pœnæ. *præc. §. 23.*

XXXVIII. Finis & Effectus eſt ipſa obligatio, qua quis ad aliquid præſtandum adſtringitur: *pr. I. h. t. l. 1. §. 7. ff. de O. & A.* & ex hac obligatione poſtmodum deſcendit Secundus Effectus obligationis, ſc. Executio, *l. 83. pr. ff. h. t.* & eſt Actio, quæ in genere vocatur Condictio ex ſtipulatu. *d. l. 83. §. 6. l. 42. ff. profoc. l. 10. C. de pact. Nov. 162. c. 1. §. 1.* Eſtque actio perſonalis, civilis, rei perſecutoria, ſtricti juris, competens ſtipulanti,

Forma.

Stipulatio fit pure, in diem

vel ſub conditione.

Non ſit captatoria, nec impoſſibilis.

vel ſit cum inſertione loci.

Aut Adjectione pœnæ.

Effectus primus.

Ortus eſt Condictio ex ſtipulatu.

Quid ſit?

ejusque hæredibus, adverſus promiſſorem, ejusque hæredes, ad rem promiſſam dandam, factumve præſtandum. *Goedd. c. 9. concl. 1.* Ab Objecto divid. in Condictionem certi, ſi certum quid in ſtipulationem deductum ſit; quamvis naturaliter & ex ſtipulatu agere dicatur. *d. d. l.* Hæc communem naturam habet cum ea, quæ competit ex mutuo, *l. 9. l. 24. ff. de R. C.* & Actionem ex ſtipulatu in ſpecie ſic dictam, *d. l. 24.* (Actionem incerti ex ſtipulatu: *l. 4. ff. de uſur.*) ſi incerta ſit ſtipulatio. *pr. I. l. 75 ff. h. t.* Goedd. *c. 11.* Certum autem dicitur ratione rei in ſtipulationem deductæ, ſi appareat, quid, quale, quantumque ſit. *l. 74. §. 1. ff. h. t.* quod ſi non appareat, dicitur Incertum, *l. 75. pr. ff. eod.* quamvis tempore ſtipulationis Incertum ex poſtfacto fiat Certum, cujus exempla vid. in *d. l.* Unde hic non intelligitur, quod plane & toto genere eſt Incertum, ut ſi inſula ſine demonſtratione, triticum, vel vinum ſine pondere vel menſura, animal ſine denominatione promittatur, ſtipulatio eſt inutilis. *l. 94. l. 115. pr. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 47. th. 12.* ibique Mullerus. In utramque actionem venit id, quod eſt in obligatione, prout ex dictis conſtat, & late examinat Goedd. *c. 11. concl. 3. & ſeqq.*

Divid. in Cond. Certi, & Incerti. Certum & Incertum quid dicatur & h. l. intellig.

XXXIX. Diverſus porro eſt Effectus in Stipulatione *Dandi & Faciendi*, vid. *prae. §. 7.* Nam in Stipulatione Dandi ſive rerum promiſſor præciſe obligatur ad ipſam rem, quæ eſt in obligatione: *l. 52. §. 1. ff. h. t.* Franzk. *d. Ex. 11. q. 1.* nec intereſſe præſtando liberatur. *l. 75. §. 5. ff. h. t.* Unde etiam venditor, qui rem tradere promiſit, præciſe ad id obligatur. Franzk. *de oblig. th. 41.* In ſtipulatione vero Faciendi promiſſor præciſe ad factum non obligatur, nec ad id præſtandum cogi poteſt, ſed liberatur præſtando id, quod ſtipulatoris intereſt, factum non eſſe. *l. 68 l. 72. l. 81. l. 112. §. 1 ff. h. t. l. 13. pr & §. 1. ff. de re jud.* Goedd *c. 9. concl. 4* Dn. Stryk. *d. l. §. 5. ubi limit. & in uſu moderno §. 10. de pact.* Joh. Voet. *num. 8.* & Wiſſenbach. *th. 8. h. t.* Struv. *Exerc 47. th. 22.* Nam obligationis Facti natura eſt, ut Factum ab initio ſit in obligatione, ita tamen, ut promiſſor conveniri non poſſit, antequam tempus, quo factum præſtari debuit & potuit, tranſierit. Tempore autem præterlapſo, ſicque promiſſore in culpa vel mora conſtituto, de quo vid. *l. 84. §. 1. l. 91. l. 137. §. 2. & 3 ff. h. t.* in locum facti omiſſi ſuccedit intereſſe, ita, ut ad factum promiſſum amplius agi non poſſit, ſed per tacitam quaſi ac legalem novationem contineri & deberi incipit id quod intereſt: *l. 14. l. 72. §. 1. & 2 ff. h. t.* ita tamen, ut ante L. C. promiſſor factum præſtando moram purgare poſſit: *l. 14. ff. h. t. l. 11. ff. de re jud.* ſed poſt L. C. nec ſtipulator factum exigere, nec promiſſor illud præſtando ſe liberare poteſt. *d. l. 13. §. 1. l. 14.* & ibi

Effectus in Stip. Dandi, In ſtipulat. Faciendi. Quando promiſſor conveniendus? Moram purgare poteſt.

& ibi Brunnemann. *& ad l. 137. num. 6.* notat tria requiſita, ut moræ purgatio poſſit admitti. De his vid. late Jul. à Beyma, *de oblig. dand. & fac. pag. 623. & ſeqq.* & Bardili, *Diſp. de Faciendi Obligatione.* Vinn. *ad §. 7. I. h. t.* Thomaſ. *Diſp. an promiſſor facti liberetur, præſtando id, quod intereſt.*

XL. Præter actiones in *d. pr. I. h. t.* commemoratas datur etiam Condictio Triticaria, quippe quæ, excepta cauſa pecuniæ numeratæ, generalis eſt, & cum reliquis Condictionum ſpeciebus concurrit. *l. 1. pr. ff. de Condict. Trit.* ſupra *ad eund. tit. §. 1 in fine.* Adjuncta & Accidentia ſunt Conditionis, Diei, Loci & Pœnæ adjectio, de quibus, & quis ſit effectus, vid. *prec. §. 23. & 38.* & ſupra *ad tit. de pact. §. 71. & ſeqq.* ad tit. *de Cond. inſtit.* & latè Gœdd. *c. 7. concl. 5. & ſeqq.* Contraria quæ ſint, patet ex dictis, item ex tit. *I. de inutil. ſtip. & ſeq. Lib. ff. 46.* add. Gœdd. *cap. 12.* Affinia. Adjuncta. Contraria.

TIT. II.
DE DUOBUS REIS CONSTITUENDIS.
Inſt. *Lib. 3. Tit. 17.* Cod. *Lib. 8. Tit. 40.* Nov. *99.*

§. I.

IN præcedenti Titulo dictum eſt, quomodo ſingulæ perſonæ per ſtipulationem obligentur; Nunc ſubjicitur, quomodo plures ex uno eodemque contractu obligentur. Unde hic Titulus inſcribitur: *De Duobus Reis conſtituendis.* Dicuntur (1.) Duo, non quaſi duo præciſe requirantur, & hoc negotium in tali numero includatur, plures autem eſſe non poſſint: ſed ſicuti ſecundæ nuptiæ dicuntur, quæ primas ſequuntur, licet ſint tertiæ vel quartæ, & ſubſtitutus vocatur ſecundus hæres, licet tertio vel quarto loco ſit ſubſtitutus: ita etiam Duo Rei hic audiunt, quamvis plures ſint, poſito ſcil. numero definito pro indefinito, quod prob. *pr. I. h. t.* (2.) Rei hic non à reatu nominantur, ſed à Re, quæ una & eadem in obligationem deducitur. Si autem res inter eos agitur, communi nomine Rei audiunt. *l. 5. §. f. ff. Commod.* Jul. à Beyma. *ad l. 1. ff. h. t.* Exinde Judicia in foro Saxonico vocantur *Ding und Dingbanck*, i. e. *Gerichtsbanck, Dingstabe*, i. e. *die Richtere.* Apud Veteres autem vocab. Rei utrumque litigantium ſignificabat. Bachov. *ad Tr. V. 2 Diſp. 27. th. 9. lit. A.* Unde Cicero, *l. 2. de Oratore. c. 43. Reos appello non eos modo, qui arguuntur, ſed omnes, quorum de re diſceptatur.* Et in hoc ſenſu accip. in *l. 5. pr.* ibi: *ex conventione reorum*, i. e. utriusque partis. *ff. de V. O.* proin, qui ſtipulatur, Reus ſtipulandi dicitur: qui promittit, Reus promittendi habetur. *l. 1. ff. h. t.* Poſtea vero in ſenſu ſtrictiori Rei dicti ſunt ii, à quibus aliquid petitur, *l. 3. pr. ff. de jurejur.* ſed h. l. in prima & lata ſignificatione

Continuatio. Explicatur h. t. inſcriptio. Quid denot. Duo? Rei.

tione ſumitur. (3.) In Pand. h. t. generaliter inſcribitur de Duobus Reis Conſtituendis, quia agitur de Duobus Reis, qui non tantum Stipulatione, ſed aliis præterea contractibus, conſtituti ſunt. *l. 9. pr. ff. h. t.* in Inſt. & Cod. verò inſcribitur *De Duobus Reis Stipulandi, & Promittendi.* Nam in Inſt. agitur tantum de Duobus Reis per ſtipulationem conſtitutis.

Duo Rei unde conſtituantur.

II. Hi duo Rei in Jure ut plurimum vocantur Duo Rei ſtipulandi & promittendi, quorum illi V. O. quærunt, & hi ſuſcipiunt, nam Rei in foro Rom. plerumque per Stipul. conſtitui ſolebant. Cum verò non ſolum in omni obligatione, ſed inſuper aliis modis, quam ſola ſtipulatione, fieri queant, proinde latius Duo Rei Credendi & Debendi vocantur in *l. 34. pr. ff. de recept. qui arb.* Inter quos eſt Obligatio Correalis, quæ in genere eſt juris vinculum ad unius & ejuſdem rei præſtationem pluribus, aut à pluribus, ſingulis quidem in ſolidum faciendam adſtringens. *pr. I. l. 2. ff. h. t.* Dn. Fromm. *Diſp. de Correali Obligat. th. 1. in fin.* qui *ſeq. th. 2.* eam

Correalis Obligatio quid?

Divid.

divid. (1.) in Correal. oblig. ex Cauſa vel Lucrativa, vel Oneroſa, (2.) Quæ eſt Cum, vel Sine ſocietate. *l. 9. §. 1. ff. h. t. l. 11. §. 21. ff. de leg. 3. l. 3. §. 3. ff. de lib. leg. l. 62. pr. ad Leg. Falc. l. 71. pr. de Fidejuſſ.* (3.) In Voluntariam, & Neceſſariam. *vid. §. 10.* (4.) In Activam, & Paſſivam. (5.) Quæ conjuncta eſt cum fidejuſſione mutua, & Simplicem. *l. 11. pr. ff. h. t. N. 99. c. 1. pr.* add. *ſeq. §. 13.*

Duo Rei Credendi in genere.

III. Duo Rei Credendi in genere ſunt plures perſonæ. *pr. I. h. t.* quibus ab uno, *l. 9. ff. h. t.* eadem res, ſpecie ac numero *l. 2. l. 9. pr. ff. eod.* ex eadem cauſa, (diverſitas enim cauſæ diverſas inducit obligationes: *d. l. 9. pr. & §. 1.*) ſingulis in ſolidum, *§. 1. I. l. 2. l. 3. §. 1. ff. eod.* omnibus tamen una tantum res debetur. *d. §. 1. d. l. 3. §. 1.* Econtra Duo Rei

Debendi, quid?

Debendi ſunt plures perſonæ, quæ uni, eandem rem, ex eadem cauſa, & quidem ſingulæ in ſolidum, omnes tamen unam tantum æque principaliter debent. *d. §. 1. I. d. l. 2. d. l. 3. §. 1.* Vinnius, *ad pr. I. h. t. n. 1. & 2.* Joh. Voëtius, *num. 1. h. t.*

Corr. Obl. conſtit. vel per Conventionem, in contractibus.

IV. Cauſa Efficiens Duorum Reorum ſunt omnia Facta, quibus obligatio contrahitur. Suntque vel Conventiones, vel Delicta. Quod autem per Contractus, & quidem omnes, ſive Veros, ſive Quaſi, Duo Rei conſtitui poſſint, extra dubium eſt poſitum. *t. t. I. D. & C. h. t.* Rei Stipulandi & Promittendi quinam habeantur, dicitur *l. 1. ff. h. t.*

In ſpecie in V. O. Duo Rei ſtipulandi quomodo? Requiſita.

V. Ut vero in ſpecie per Contractum Verbalem Duo Rei ſtipulandi conſtituantur, præter ſolennia in genere ſtipulationi præſcripta, vel moribus recepta, vid. *tit. de V. O. §. 13. & ſeqq.* req. (1.) Ut pluribus, *pr. I. l. 2. ff. h. t.* (2.) Ab uno, *d. l. 9.* (3.) Eadem Res. *d. l. 2. d. l. 9.*

d. l. 9. pr. (4.) Omnibus & ſingulis in ſolidum, *§. 1. I. d. l. 2. §. 1. & l. ſeq. 3. §. 1.* quod tamen, ut verbis expreſſis adjiciatur, neceſſe non eſt, ſed ſufficit, ut id ex formula appareat, *pr. I. d. l. 2.* (6.) Una, unde etiam obligatio est. Objectu eſt una & individua; *§. 1. I. d. l. 3. §. 1.* (7.) Omnibus, nam ſi uni tantum ex pluribus ſtipulantibus promiſſum ſit, non conſtituuntur Duo Rei, *d. §. 1. l. 6. §. 2. ff. h. t.* (8.) Statim, ita tamen, ut modicum intervallum temporis, item modicus actus, haud tamen contrarius, non impediat; *d. l. 6. § 3 & l. 12. pr. ff. d. t.* quia videtur tantum deliberare, quid reſpondendum eſſet, niſi mox actus extraneus ſequatur. *d. §. 3. l. 137 pr. in f. ff. de V. O.* (9.) Simul promittatur; ſi enim disjunctim, e. gr. Si Titio ſtipulanti 100. & poſtmodum Cajo eandem ſummam petenti promiſſor reſpondeat: *100. Titio & Cajo 100. dabo*, non eſſent duo Rei; ſed diverſæ obligationes. Nam poſt omnium interrogationem promiſſor ſimpliciter & congrue reſpondeat: *Spondeo*; vel duobus ſeparatim ſtipulantibus, ita *Utrique veſtrum dare ſpondeo. pr. I. h. t.* Singuli autem ſtipulari debent, nec unus omnium, nec alter alterius nomine. *§. 18 I. de inut. ſtip.* Dein omnium interrogationes ſequi debet reſponſio. à Beyma, *ad l. 2. ff. h. t.* Quid vero, ſi unus fuerit abſens? Reſp. ratione hujus ſtipulationem eſſe inutilem, Sed videndum an actum, ut ſint Duo Rei Debendi, an non? illo caſu præſens in ſolidum manet obligatus, quia obligatio non pendet ex natura alterius; Hoc pro parte virili tenebitur. *l. 8. ff. h. t.*

Reſp. ſint conjunctim.

An unus nomine omnium poſſit ſtip.? ſi unus abſens.

VI. Duo Rei promittendi conſtituuntur, ſi plures ſimul, uni ſtipulanti, eandem rem, ex eadem cauſa, & quidem ſinguli ſolidum, omnes vero unam, ſtatim promittunt; *pr. I. l. 2. l. 3. §. 1. l. 9. pr. ff. h. t.* ita tamen, ut modicum intervallum & hoc in caſu non noceat. *d. l. 3. pr. l. 6. §. 3. ff. eod.* Sin unus ex promiſſuris hodie, alter cras reſpondeat, non videntur Duo Rei conſtituti. *l. 12. pr. ff. d. t.* Item ſi impar utriuſque obligatio, & alter durius obligatus ſit. *d. l. 6. §. 1.* ibique Beyma. Stryck. *in uſu moderno §. 4. h. t.* Nec tamen requiritur, ut conjunctim reſpondeant, prout in Reis ſtipulandi, *d. pr. I.* ſed ſufficit, licet ſeparatim, modo ſinguli illico & ſtatim reſpondiſſent: *Spondeo. d. pr. I. d. l. 3. pr.* vel etiam *Spondemus. l. 4. ff. eod.* junct. *l. 1 §. 1. d. l. 137 pr. ff. de V. O.* Beyma, *d. l. p. 431. & ſeq.* Neque neceſſe eſt, nominatim & verbis expreſſis adjici, *ut ſe tanquam correus, vel in ſolidum aſtringant*; ſed ſufficit, modo hæc voluntas ex formula verborum, vel ſtipulationis & promiſſionis aliisve circumſtantiis appareat; Vinn. *ad d. pr. I. num. 2.* ſi v. gr. uterque uni ſtipulanti eandem rem promittat. *dd. & l. 11. §. 5. ff. eod.* Sed permulti ſentiunt quod Correos Debendi novo Jure requiri, ut verbis exprimatur, omnes

Quinam promittendi?

Si alter hodie reſp. alter cras.

Si impar obligatio? Separatim poſſit reſp.

An exprimendum ſe in ſolidum aſtringi?

reos in ſolidum promiſiſſe, per *Nov. 99. c. 1 pr.* & inde deſumpt. *Auth. Hoc ita. C. h. t.* Hahn *ad W. h. t. N. VII.* Gudelin *de Jur. nov. l. 3. c. 11. circa fin.* Vinn. *d. l. num. 4.* Gail. *l. 2 O. 28. num. 6.* ita hodie ſervari teſtatur. Alii vero hanc ſententiam impugnant, quia d. N. non ſimpliciter de duobus reis loquatur, ſed de illis in ſpecie, qui pro ſe invicem mutua vice fidejuſſerunt. Franck. *Ex. 10 q. 5. num. 2.* Ronchegall. *de duob. reis. ad l. 11. §. 1 ff. h. t. n. 75* Sichard. *ad. l. 2. C. eod. num. 2.* ubi de communi. Bachov. *ad Tr. Vol. 2. Diſp. 27 th. 9. lit. E.* poſt alios, Brunnemann. *ad d. l 2 num. 5 6.* & *ad l 2. ff. num. 2* item *Cent. 5. dec. 13. num. 4.* Carpzov. *J. F. p. 2. C 17 def. 13. num. 10* Stryck. *de Caut. contr. ſ. 2. c. 5. §. 12.* Mantica. *de tac. & amb. conv. l. 15. t. 3. num. 15* Frommann. *d. Diſp. th. 12.* Mencken. *Gymn. Pol. D. 17. th. 6. add. ſeq. §. 13.* Sin ex verbis adjectis dubium ſit, an ut correi conſtituti, an ſecus? & hanc poſteriorem interpretationem potius ſequendam putat Bachov. *d. l.* ſcilicet in dubio non præſumi correalem obligationem. Frommann. *all. loc.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.*

Imo conſtituitur in Contractibus Verbis Realibus.

VII. Hæc obligatio Correalis conſtituitur non tantum in Verbalibus; ſed & in reliquis Contractibus, & quidem veris Nominatis Realibus: ut Mutuo, ſi duo vel plures eandem rem in hunc finem mutuo dederint, vel ita acceperint, *l. 1. l. 2. C h. t.* imo etſi unus tantum ex pluribus acceperit, cæteris tamen etiam promittendi reis factis, *l. 4. C. d. t.* Licet autem plures eandem rem ſimul in ſolidum accipere non poſſint, & nemo ex mutuo ultra id, quod accepit, obligetur; quia tamen omnes per unum ſolidum accepiſſe videntur; *l. 3. C. h. t.* proinde omnes etiam in ſolidum obligantur, ac ſi ſinguli ſolidum accepiſſent. *dd. ll.* It. in Commodato, *l. 9. pr. ff. h. t. l. 5. §. ſ.* junct. *l. 21. §. 1. ff. Commod.* add. ſupra *ad eund. tit. §. 15.* & Depoſito. *d. l. 9. pr.* jung. ad tit. *Depoſ. §. 21. & 22.*

Conſenſualibus.

Conſenſualibus: veluti Emptione, Venditione, *d. l. 9. pr. l. 13. §. 9. l. 47. ff. locati.* ſi ſc. plures ſimul conduxerint, ut ſinguli in ſolidum obligentur. *dd. ll. W. Landr. p. 2. t. 17 §. Begebe ſich auch, daß zweyen, oder mehrern ein Werckh vermietheb, der einem jeden inſonderheit, &c.* & ſic differt, ſi duo vel ſimpliciter, *ſchlechtlich, ohne zuſammenverbindung*, vel pro partibus locarent. Plebſt. *ad Jus prov. Wirt. d. l. num. 181.* ſupra *ad tit. Locati. §. 72.* quid de Societate dicendum vid. ſupra *ad tit. pro ſocio. §. 37 & ſeqq.* Mandato. *l. 59. §. 3. l 60. §. 2. ff. Mand.* ſupra *ad eund. tit. §. 20.*

Literali.

Literali. Non enim eſt dubitandum, quin etiam Duo Rei conſtitui queant per Literarum obligationem, utpote quæ cum ſtipulat. maximam habet affinitatem & conjunctionem. Sicut enim Duo verbis, ita & Duo in una Scriptura eandem rem promittere poſſunt. Ronchег. *ad. d. l. 9. pr. num. 288.*

VIII.

VIII. De Quaſi Contractibus patet ex *d. l. 9. verb. Teſtamento*, ubi ponitur cauſa remota pro proxima, Aditione ſcilicet hæreditatis. Hinc ſi duo vel plures in teſtamento honorati ejusdem rei legato vel fideicommiſſo præſtando alternative gravati ſint, ex. gr. *Lucius Titius hæres meus, aut Mævius hæres meus, decem Sejo dato*: ſi uterque poſtmodum adierit hæreditatem, duo conſtituuntur Rei promittendi. *L. 8. §. 1. ff. de leg. 1. l. 25. pr. ff. de leg. 3.* Sin Teſtator dixerit: *Titius hæres meus Cajo vel Sempronio centum dato*, tunc Duo Rei Credendi videntur conſtitui. *l. 16. ff. de leg. 2.* add. *L. 67. §. 7. ff. eod.* Stryck. *in uſu moderno §. 5. de legat.* Joh. Voet. *num. 5. h. t.* Verum, ſi duo copulative aliquid præſtare juſſi, vel duobus copulative aliquid relictum ſit, tunc regulariter Duo Rei non conſtituuntur, nec ſinguli in ſolidum obligantur, ſed uterque dimidiam partem præſtare debet. *L. 11. §. 1. L. 17. ff. h. t.* Ea enim eſt natura particulæ copulativæ, non ut in ſolidum obliget; ſed ut dividat obligationem *d. l. l. 2. §. 4. ff. de eo, quod cert. loc. l. 110. pr. ff. de V. O.* Vinn. *d. l. num. 5.* Sic, ſi quis X. Lipſiæ & Francofurti promiſerit, V. in uno & V. in altero loco præſtare debet: niſi expreſſe de alia Contrahentium voluntate appareat, & ita accip. *l. 9. pr. ff. h. t.* Item Duo Rei conſtitui poſſunt per Tutelæ vel Curæ adminiſtrationem, ſi ſcil. plures indiviſim tutelam adminiſtraverint, Duo Rei Debendi ſunt, *L. 38. l. 55. ff. de admin. & peric. tut.* & ſupra *ad eund. tit. §. 17. & ſeqq. l. 2. C. de div. tut. l. 6. C. arb. tut.* Et hæc plurimum voluntas ad Correalem Obligationem ſe exerit non tantum in propriis: ſed alterius contractibus, uti videre eſt ſupra *ad tit. de Exerc. act. §. 9.* & *ad tit. de inſtit. act. §. 22.* add. *l. 27. §. 1. ff. de pecul.* Inſuper non ſolum in obligationibus principalibus, ſed & Acceſſoriis, ſcilicet plurium Fidejuſſorum & Mandatorum ex *l. 3.* ibi Brunnem. *C. de Fidejuſſ.* Conſtituentium. arg. *l. 5. C. de conſt. pec.* Gaild. *de contr. & comm. ſtip. c. 5. concl. 10. n. 156.* Frommann. *d. Diſſ. th. 8. in f.*

In Quaſi Contr.

Partic. Et quid operetur.

...num Contractus, & oblig. Acceſſoriis.

IX. Correalis Obligatio contrahitur quoque per Delictum verum; ſed diſting. eſt inter Actiones Pœnales, Mixtas, & Rei perſecutorias. Quoad iſtas, duo Rei non conſtituuntur. Licet namque plures unum delictum commiſerint, & omnes exinde ad pœnam in ſolidum obligentur, non tamen correaliter tenentur ad numero eandem pœnam: ſed quod delinquentes, tot pœnæ veniunt præſtandæ, nec, quod unus præſtitit, alium relevat. *l. 7. §. 5.* & ibi Dd. *l. 1. ff. de jurisd. l. 11. §. 2.* ibi Bul. *l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil.* Carpzov. *Pr. Crim. q. 71. n. 54. & ſeqq.* Forma enim duorum reorum conſiſtit in eo, ut ſinguli in ſolidum, & ad unam numero rem obligentur. Quoad Rei perſecutorias per Delictum Duo Rei conſtituuntur, quia agitur ad id, quod intereſt.

Vel per Delictum, tum verum, non ad pœnam.

Sed ad reſtitutionem rei, circa quam delictum commiſſum.

tereſt. Hinc, ſi plures metum intulerint, omnes quidem in ſolidum obligantur; ſed unius præſtatio adverſus cæteros perimit actionem. *l. 14. §. 5. ff. quod met. cauſ. l. 1. §. 4. ff. de eo, per quem fact.* ubi vocabulum pœnæ abuſive & tantum reſp. Rei accipitur. *l. 17. pr. ff. de dolo malo. l. 3. pr. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix.* Fundamentum hujus Reg. eſt, quod res, quæ Patrimonio abeſt, ſemel præſtita amplius nequeat dici abeſſe. *d. l. 11.* & quod bonæ fidei contrarium ſit, unam eandemque rem bis exigere. *l. 57. ff. de R. I.* Quoad Mixtas actiones correalem oblig. ſubeſſe negari ſolet, per *d. l. 11. §. 2* ibi Buſ. Brunnemann. *d. l. 51. §. 1. & 2.* quod tamen accip. quatenus ſunt pœnales, non vero quatenus ſunt rei perſecutoriæ, uti docet Dn. Frommann, *d. Diſp. th. 9.* De Quaſi Delictis, quod per illa etiam Duo Rei conſtituantur, prob. ex *l. 1. §. 10. l. 2. l. 3. ff. de his, qui effud.*

Circa id, quod Mixta act. per Delict. Tum quaſ.

X. Subjectum ſunt duo, pluresve; *pr. I. l. 1. l. 5. C. & juxta inſcript. h. t.* & de cætero omnes perſonæ ad ſe obligandum habiles. Objectum ſunt Res & Facta, quæ in alios contractus deduci poſſunt; Gomez. *t. 2 var. reſol. 12. num. 1.* etiam Operæ. *l. 54. § 1. ff. de V. O.* modo correi promittentes artifices ſint ejuſdem peritiæ. *l. 5.* ibi Beyma *ff. h. t.* junct. *l. 51. pr. ff. de ſolut.* Hoc tamen ſpeciale eſt, ut ratione Subjecti pluralitas, ſcil. in perſonis debendi diverſæ ſint obligationes, & in correis ſtipulandi diverſæ ſtipulationes: ratione Objecti identitas aut unitas rei requiratur, & ſicut objective numero una & eadem res, ita una & individua correorum eſt obligatio. *§. 1. I. h. t. l. 3 §. 1. inſ. l. 9. pr. ff. h. t.* Hinc dicitur in *l. 5. in f. C. eod. cum ex una ſtirpe unoque fonte effluxerit contractus.* Sic duo delinquentes ad pœnam ſpecie quidem, ſed non numero eandem obligantur, proinde non ſufficit, unum eorum pœnam luere. *prac. §. 9.*

Subjectum. Objectum ſunt Res, Facta, Operæ. Quomodo obligatio h. t. ſit una & diverſa?

XI. Forma & D. S. Duorum Reorum Credendi potiſſimum in eo conſiſtit, (1.) Ut ſingulis ſolidum debeatur. (2.) Una eademque numero res in obligatione vertatur, qua uni præſtitâ, etiam quoad alterum liberatio contingit. *§. 1 I. l. 2. l. 3. §. 1. ff. h. t. prac. §. 5.* Forma Duorum Reorum Debendi in hoc conſiſtit: (1.) Ut duo vel plures in ſolidum ſint obligati, & quidem uterque æque principaliter, Gœdd. *c. 5. num. 132.* (2.) Ad numero eandem rem, ita, ut, ſi unus eam præſtet, alter quoque liberetur. *dd. ll. prac. § 6.* Ubi autem non eſt unitas; ſed diverſitas, inde diverſæ oriuntur obligationes; modo diverſitas ab initio adſit, & non demum ſequatur. *l. 9. § 1. h. t.*

Forma Reor. Cred. Reor. Deb.

XII. Dicta autem obligatio fit vel Explicitè; ſi nominatim id factum, ut ſingulis ſolidum debeatur; vel alias expreſſe actum, ut Duo ſint Rei ſtipulandi vel promittendi adſtricti; *l. 3. §. 1. l. 11. §. 1. ff. h. t.* cujus Formulam vid. apud Pruckm.

Obl. Corr. fit vel Explicite.

Prockm. *V. 1. conſ. 7. num. 5.* vel Implicitè, quoties ex formula verborum, aliiſque circumſtantiis in ſolidum promiſſe videntur, etiamſi Solidi vel Correalis obligationis mentio facta non ſit, quod fit, ſi in inſtrumento uterque eandem rem ex eadem cauſa promittat Alternative, aut Disjunctive. *l. 8. §. 1. ff. de leg. 1. praeced. §. 8.* Talis enim dictio cuique actum in ſolidum tribuit. Item per Diſtributivam, *quilibet, quiſque*: vel ſi ſe obligarunt *Samptlich und Sonderlich. d. l. 11. §. 2.* Toming. *dec. 47. num. 1.* Wehner. *pract. obſ. verb. Samptlich, Sampt und Sonders*: Item *Unvertheilt, Unverſcheiden, mit ungeſcheidener Hand, Unzertrennt.* Beſold. *th. pr. voc. Sampt und Sonders.* Ruding. *Cent. 4. O. 2. voc. Samtlich.* Diſſ. Mev. *p. 6. dec. 112.* quibus conveniunt verba: *Einer fur alle, und Alle fur einen.* Hahn. *h. t. N. V. verb. Diverſum.* Schilter. *ad ff. Ex. 48. §. 15.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. & 2. h. t.* Item per ejuſdem Rei in obligationem deductionem, & per diverſas de eadem à ſingulis factas interrogationes ſubſecuta una reſponſione: Aut per diverſas à duobus vel pluribus ab uno interrogatis reſponſiones. *pr. I. l. 3. pr. ff. h. t.* add. *praec. §. 6.* Aliud eſt, & propterea non fiunt Correi Debendi, qui ſe pro eadem ſumma in eodem inſtrumento conjunctim obligarunt; ſed non *ſamt und ſonders*, tunc quilibet pro ſua rata tenetur. Hahn. *d. l.* Stryck. *d. l. §. 11. & 12.*

vel Implicite, — Sampt und Sonders, — Einer für alle, und Alle für einen.

XIII. Finis & Effectus Generalis eſt ipſa Obligatio, quâ duo in ſolidum ad unam rem: ſeu quâ unus pluribus ad unam rem praeſtandam adſtringitur, ita, ut, ſolutione uni aut ab uno facta, tota obligatio ſolvatur, *§. 1. I. l. 2. l. 3. §. 1. ff. & paſſim h. t. l. 31. §. 1. ff. de novat.* quamvis enim ſolida ſingulis, aut à ſingulis, debeatur, una tamen omnibus. Gaeil. *d. t. 6. concl. 10 num. 118.* Sicque objective eſt una, & hujus reſpectu Correi Debendi vel Credendi dicuntur. Sed reſpiciendo ad perſonas, plures potius obligationes videntur. per Reg. Philoſ. Unum numero accidens non poteſt eſſe in pluribus ſubjectis. *praec. §. 10.* Bach. *d. th. 9. lit. D.*

Effectus Generalis.

XIV. Adjuncta ſunt Conditio, Dies, & Locus, quae etiam Duobus Reis & eorum obligationi accedere queunt, adeo, ut unus pure, alter in diem promittere, vel ſub conditione obligari poſſit; *§. 5. I. l. 7. ff. h. t.* dummodo eadem res ſit in cujuſque perſona & cauſa eadem. *l. 9. §. 1. l. 15. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 47. th. 26.* ibique Muller. Voet *n. 1. h. t.* Aliàs impar ſuſcepta obligatio impedit correalitatis conſtitutionem; ut ſi circa unam eandemque rem alter doli tantum, alter etiam culpae praeſtationem promiſerit, Correalis non eſt quoad culpam; ſed tantum quoad rem ipſam, & dolum. *d. l. 9. §. 1.* Hoc tamen non impedit diverſitas qualitatis, quoad conditionis, diei, locique adjectionem; hinc ſi unus Lipſiae, alter Tubingae eandem ſummam vel rem dare promiſerit, nihilo-

Adjuncta Conditio, Dies, Locus.

minus Duo Rei recte conſtituti videntur; quia non eſt neceſſe, ut idem ſit tempus aut locus ſolutionis. *d. l. 7. d. l. 9. §. 5. ff. §. 5. I. h. t.* Inſuper diverſitas culpæ & doli eſt perpetua, & proin recte impedit correalitatem: Conditionis vero & diei non eſt perpetua, ſed exiſtente conditione vel die retrotrahitur ad tempus contractus, & par redditur promittentium conditio. *l. 11. §. 1. ff. qui pot. in pign.* Porro quandoque accedit Mutua fidejuſſio, ſi ſcil. illud inter Correos nominatum ſit actum; *l. 11. pr. ff. h. t.* Franzk. *d. q. 3. num. 2.* Mev. *p. 6. dec. 297. num. 5.* quia natura obligationis correorum eſt, quemlibet in ſolidum obligari reis ſtipulandi, non vero invicem fidejubere; *pr. & §. 1. I. h. t.* & fidejuſſio non niſi expreſſa ſtipulatione conſtituitur; *l. 12. C. de fidejuſſ.* Hahn. *h. t. N. IX.* vid. *ad tit. de fidejuſſ. §. 9.* & tunc dicitur Correalis obligatio cum fidejuſſione conjuncta. *prec. §. 2. in f.* Fit autem, cum unus primo & principaliter promittens alterum fidejuſſorem dat, & idem fidejuſſor ſe quoque principaliter obſtringit, alterumque correum pro ſe fidejubere jubet. *l. 11. pr. ff. h. t.* Cujus effectus eſt, ut unus ex ipſis ſolidum ſolvens habeat actionem Mandati ad repetendum à cæteris portiones pro rata. Sichard. *ad l. 2. C. h. t. num. 15.* Hahn, *d. l. N. V. verb. Porro in f.* Mev. *d. l. num. 6.* Frommann. *d. Diſp. th. 13. in f.* Cæterum inter Reos debendi & Fidejuſſores plurimum intereſſe, vid. Beyma, *ad d. l. 11.*

Mutua Fidejuſſio, quomodo?

XV. Effectus Specialis quoad Reos Stipulandi vel Credendi in eo conſiſtit, quod ſingulis res in ſolidum debeatur; ſingulis enim obligatio ejusque perſecutio vel actio in ſolidum acquiritur, per *§. 1. I. l. 2. l. 3. §. 1. ff. l. 1. C. h. t.* & quidem ea, quam cauſa obligationis proxima, aliàs etiam extra correalitatem, producere ſolet. *d. l. 2. l. 9. ff. eod.* Joh. Voetius *num. 4. h. t.* Poteſt autem unus ex illis, altero ignorante atque invito, contra promiſſorem communem, in ſolidum, *d. l. 2.* vel partem, ſeu pro virili, *d. l. 3. §. 1. l. 11. §. 21. ff. de leg. 3.* agere & debitum exigere. *d. l. 2.* Nam per unius conventionem tota res in litem deducta videtur, & per hanc actor jus ſuum confirmat, ac ſi ſolus ſtipulans eſſet. per *l. 31. §. 1. ff. de novat. d. l. 11. §. 21. in f.* Sicque tota re judicialiter petitâ poſtea promiſſor alteri offerendo pecuniam nihil agit; *l. 16. ff. h. t. l. 9. ff. de V. O.* quia una res eſt in utraque obligatione. *d. §. 1.* Et quamvis ab initio utrique obligatio in ſolidum acquiſita ſit, unus tamen agendo alterum prævenire eique viam debitum accipiendi præcludere poteſt; *d. l. 16. l. 9. ff. de V. O. l. 57. §. 1. ff. de ſolut.* modo lis jam ſit conteſtata; *d. l. 9. d. l. 57. §. 1.* ubi quidem de Adjecto agitur, verùm eadem ratio in Correo obtinet; ſicut enim promiſſor ante L. C. liberam habet facultatem ſolvendi principali vel adjecto, ita

Eff. Spec. Correorum Credendi eſt jus agendi, & debitum exigendi pro parte vel totum.

Alterum præveniendi.

ita & in hoc negotio, judicium enim incipit à L. C. & ante illam nemo petere, ſed petere tantùm velle videtur, *d. l. 16. junct. l. 15. ff. rem rat. hab.* Si vero lis de parte tantum ſit conteſtata, tunc quoad reſiduum cæteris correis gratificari poteſt. *arg. d. l. 3 §. 1 l. 1 §. 44. ff. depoſiti.* Si tamen omnes correi credendi contra debitorem experiantur, ſinguli pro rata, & in ſolidum quoque petere poſſunt, ſed hoc caſu cum proteſtatione, quod una ſolutione contenti eſſe velint. *arg. d. l. 1. l. 3. §. 1.* Dn. Frommann. *d. Diſſ. th. 14.* Si omnes experiantur, ſinguli pro rata.

XVI. Sin unus tota actione in judicium deducta, rem ipſam exegerit, & totius ſolutionem acceperit, *d. l. 31. §. 1. ff. de novat.* in totum extinguitur obligatio,, ita, ut Correus ſtipulandi ſuam amittat. *§. 1 I. l. 2 ff h. t. add. ſeq. §. 18.* Hocque procedit non tantum in vera, ſed & ficta ſolutione, ut Compenſatione, quæ quidem imaginaria ſolutio, effectum tamen veræ ſolutionis habet *l. 4. l. 10 pr. ff. l. 4. l. 5 pr. C de Compenſ.* Acceptilatione; nam ſi unus ex Reis ſtipulandi rem acceptam tulerit, tota etiam quoad correum obligatio extinguitur, atque ac per ſolutionem veram. *l. 2 ff h. t. d. l. 31. § 1. l. 16. l. 18. ff. de acceptil.* Delegatione debitoris communis ab uno ex correis ſuo creditori facta. *d. l. 31 § 1 in f.* An vero Novatione in ſpecie ab uno facta obligatio in totum etiam quoad alterum extinguatur? maxime inter DDres controvertitur. Alii negant per *l. 27. pr in f ff. de pact.* Alii affirmant, per *d. l. 31. §. 1.* ut Roncheg. *ad l. 3. ff. h. t. n. 22.* Perez. *in C. h. t. n. 14.* idque propterea, quia Novationis ea eſt natura, ut per eam ipſo jure prior obligatio extinguatur, ſic obligationem per unum ſublatam extingui etiam quoad alterum, *d. l. 2. d. l. 31. §. 1.* rati *d. l. 27.* non obſtare, cum ibi hæc quæſtio non principaliter, ſed incidenter tantum tractetur, hancque ſententiam veriorem eſſe, late propugnat Bachov. *d. th. 9. lit. D.* & approbat Frommann. *d. l.* quamvis ab ea DDres communiter recedant, diſting. An Correi ſocii ſint, an non? Si illud, locum habere *d. l. 27* ubi expreſſe de argentariis ſociis agitur, Sin non ſint ſocii, procedere putant diſpoſitionem *d. l. 31. § 1* quod ſcil. tunc Novatio unius alteri quoque noceat, & hanc diſtinct. receptam eſſe teſtantur Weſenb. & ibi Hahn. *h. t. N. IX. in f.* Porro vim ſolutionis habet Jurisjurandi ab uno correorum credendi delati a promiſſore præſtatio. *l. 27. l. 28. pr ff. de jurejur.* Sicut ſolutio uni facta totam obligationem tollit, *d. l. 2.* ita juramenti delatione & præſtatione non quidem ipſo jure, ſed ope exceptionis alterius obligatio eliditur. *§. 4. I. de except.* Perez. *h. t. num. 11.* Vinn. *ad §. 1. I. h. t. n. 2. 3.* ubi de ſingulis hiſce modis correalem obligationem vice ſolutionis tollendi.

Totius ſolutionem acceperit. Etiam fictæ. An Correi novatio alteri obſit?

XVII Sed unus ex Correis cæteris non præjudicat, paciſcendo, ſi debitum per pactum de non petendo remiſerit. *d. l. 27. pr. & §. 4. in f ff. de pact.* Pactum unius alteri non prodeſt.

Nam

Nec nocet.

Non obſt. *l. 18. ff. h. t.* ubi intellig. factum ipſam obligationem extinguens, ut in *prec. §. 16.* Hahn. *d. l. verb. Et ſi quid.* hocque ampliat Bach. *d. l. verb. At idem.* *Confer.* Vinn. *lib. 1. q. 6.* Lauterb. *Diſſ. de tacito pacto remiſſ. ex reddit. chirographi præſumpto th. 16.* ſive ſint ſocii ſive non: quod tamen hodie moderandum eſſe tradit Schilterus, ut tale pactum pro rata paciſcentis naturalem obligationem extinguat, & debitori pro ea parte exceptionem tribuat. *ad ff. Ex. 8. §. 41.* Aliam limit. addit Vinn. ſi quis nominatim quoque correo ſuo paciſcatur. *ad §. 1. I. h. t. num. 3.*

Nec Compromiſſum.

Item ſi unus ex Correis Credendi ſub pœna compromiſerit in arbitros, & promiſſor laudo abſolutus, ſicque compromittens petere vetitus ſit, id alteri correo petenti non nocet, nec pœna peti poterit, niſi correi ſint ſocii. *l. 34. pr. ff. de rec. qui arb.* Bachov. *d. l.*

Unius interpellatio activa omnibus prodeſt.

Si tamen unus ex Correis credendi præſcriptionem per interpellationem interruperit, tunc illa interruptio etiam prodeſt alteri, licet non interpellaverit ipſe. *l. 5. C. h. t.*

Unus Corr. totum accipiens oblig. extinguit & nil communicat.

XVIII. Dictum eſt *prec. §. 16.* quod ſolutio uni facta totam extinguat obligationem: quod ita accipiendum, ut unus ex Correis totum accipiens eo nomine nil quicquam communicare, nec partem reſtituere debeat; cum utique ſolidum debitum adeptus nil amplius habeat, quam quod ſibi debitum eſt. Et hæc eſt communis Ddrum ſententia, quia una eſt obligatio, quæ unius petitione ſolvitur; *l. 2. l. 16. ff. l. 2. C. h. t. l. 62. pr. ff. ad L. F. l. 31. §. 1. ff. de novat.* ſic præoccupantis actio & conditio melior fieri poteſt *l. 19. ff. de re jud. l. 24. ff. quæ in fraud. cred. l. 9. ff. de V. O.* Weſemb. *h. t. num. 7.* Perez. *d. l. num. 15.* Bachov. *d. th. 9. lit. C.*

Limit.

Excip. tamen caſus: Niſi aliud inter ipſos actum, i. e. expreſſe conventum ſit, ut communicetur, ſi alterutri eorum ſolutio facta. Dn. Stryck. *de Caut. contr. ſ. 4. c. 5. §. 13.* Vel correi credendi ſint ſocii: tunc enim hoc actum cenſetur, ut invicem ſiat communicatio; *d. l. 62. pr.* Bach. *d. l.* Hahn. *N. VIII.* Brunnemann. *ad d. l. 16.* vel natura obligationis & rei id ſecum ferat; ut ſi ex cauſa Oneroſa Correi Stipulandi facti, tunc etiam ſocii eſſe videntur, v. gr. ſi duo pecuniam mutuam dederint, & poſtea ſinguli ſolidum ſtipulati ſint, Mev. *p. 6. dec. 113.* Struv. *Exerc. 47. th. 26.* ibique Mullerus. Stryck. *in uſu moderno § 2.* & Joh. Voet. *n. 7. h. t.* proin accepta invicem communicare tenentur; *d. l. 62.* quam ſententiam ex æquitate probatam & receptam eſſe teſtatur Bachov. *d. l.* Perez. *d. l. n. 15* Weſemb. *n. 8.* ſed Hahn. ibidem æquum putat, ut, quod ad unum pervenit, ſemper dividatur inter correos credendi etiam ex cauſa lucrativa, donatione ſc. tales, & licet ſocii non ſint, idque per *l. 31 ff. de R. C.* quæ tamen non pertinet ad d. caſum, ubi nihil ex correi pecunia ad accipientem pervenit. Item omnes correos indiſtincte pro ſociis hodie habe-

habeti ſentit Roncheg. *ad l. 11. ff. h. t. n. 44.* quod de obſervantia particulari potius accipiendum. Heig. *p. 1. q. 27. n. 14.*

Eff. Corr. Debendi.

Creditor libere eligit, quem ex iis velit conveniere in ſolidum.

XIX. Sequitur Effectus Duorum Reorum Debendi ſive Promittendi. Duo Rei Debendi ſinguli in ſolidum obligantur, & ſinguli in ſolidum conveniri poſſunt, adeo, ut ipſe creditor electionem habet, quem vel quos ex illis convenire velit; neque enim obligationem & actionem dividere cogendus eſt. *§. 1. I. l. 2. l. 3. §. 1. l. 9. §. ſ. l. 11. pr. ff. l. 1. l. 3. C. h. t.* Hocque jus eligendi creditori nec reſcripto adimi poteſt, *l. 2. l. 2. C. d. t.* quod multum utilitatis habet, ſi unus ex correis debendi ſit inops, vel abſens, *Auth. Hoc ita. C. h. t.* vel potens. *l. 3. pr. ff. de alien. jud. mut. cauſ.* Sichard. *ad d. l. 2. n. 6.* Limit. tamen vid. *ſeq. §. 22.*

Except. in muliere.

Item peculiare eſt in Muliere, quod ipſa ex Correali obligatione non in ſolidum obligetur, ut Viri; ſed pro ea parte, quatenus ſuum geſſit negotium, poteſt conveniri atque obligatur. Carpzov. *J. F. p. 2. C. 16. def. 4.* Schilter. *ad ff. Ex. 48. §. 13. lit. a.* add. ſupra *ad tit. ad SCt. Vellej. §. 18.* Et ita in Cam. Imp. d. 14. Dec. 1698. judicatum fuit *in cauſa Schneiderin contra Hennefeld.*

Ex correis electus non poteſt Exc. Ordinis opponere.

XX. Neque ex duobus Reis debendi electus opponere poteſt exceptionem Ordinis ſive Excuſſionis ejus, qui ſolus pecuniam e. gr. mutuam realiter, ſicque correalis obligationis emolumentum, accepit, quia hoc forte omnium voluntate factum, interim uterque juris fictione accepiſſe videtur, & propterea æque principalis eſt debitor, unaque omnium obligatio. *l. 4.* ibi Brunnemann. *C. h. t. l. 5. C. ſi cert. pet.* Faber. *in C. l. 8. tit. 26. def. 11. num. 3.* Stryck. *d. l. §. 10.* Berlich. *p. 2. C. 24. n. 2. & ſeqq.* Lyncker. *Reſol. 108.*

Limit.

Hoc tamen limit. in Correali Neceſſaria, ubi, qui adminiſtravit, prius excuti debet, per *l. 5. C. de divid. tut.* v. gr. plures Tutores, *ad tit. de tut. & rat. §. 7.* Magiſtratus Civitatum, *l. 11. pr. ad Munic.* ad tit. *de Magiſtr. conv. §. 8.* Adminiſtratores rerum Eccleſiaſticarum, cujus præjudicium vid. apud Struvium, *in Jur. Sacr. ad l. 42. C. de Epiſcop. & Cleric.* item Mandatarii. ad tit. *Mandati §. 20.* Frommann, *diſſ. Diſput. th. 16. p. 34. & 35.*

Quid in pecun.

Imo æquitati conſonam eſſe ſententiam, ut primo loco is excutiatur, ad cujus manus pecunia pervenit, & in cujus utilitatem illa proxime verſa ſit, aſſerit Dn. Stryckius, *d. l. in f.* teſtatur Val. Franc. *de Fidejuſſ. cap. 4. num. 174. & cap. 5. num. 171.* Mevius, *p. 6. dec. 297. n. 6.* B. Dn. Parens meus, *in Diſput. de Benef. Excuſſ. theſ. 25.* & præjudicio firmat Carpzovius, *diſſ. p. 2. C. 18. def. 10.* & in hoc Doctores communiter conſentire, tradit Dn. Stryckius, *Diſſert. de Benef. Excuſſ. c. 2. n. 29.*

Sin ab uno partem tantum

XXI. Creditor itaque habet electionem, an ab uno ex correis ſolidum petere,

[illegible] acceperit, reliquum ab eodem poteſt peti?

tere, an à ſingulis partes, vel quomodo, & quantum ipſi placuerit, exigere velit, *§. 1. I. h. t. l. 2. l. 3. §. 1. l. 11. pr. ff. l. 1. l. 2. C. h. t. l. 51. §. 2. ff. de fidejuſſ.* Sed quær. Si ab uno partem petierit, aut ſolutionem partis ab uno ſimpliciter acceperit, an eo ipſo obligationem dividere videatur, ita, ut poſtea reliquum non ab eodem exigere, ſed neceſſario ab altero petere debeat? Quod regulariter negatur, nam ab initio partem exigens juri ſuo aut reliquæ ſummæ renunciare, vel totam obligationem remittere in dubio nemo præſumitur; verum potius debiti minuendi gratia id feciſſe, *l. 7. §. 1. ff. de leg. 1.* & per *l. 23.* ibi Brunn. *C. de fidej.* aut alios gratificandi. Perez. *num. 2.* Struvius *Exerc. 47. th. 29.* ibique Mullerus.

Niſi aliter expreſſum.

Excip. tamen caſus, quo partem ſolvens expreſſe dixit, *ſe hoc pro ſua ſolvere perſona, vel portione, vel rata, aut nomine ſuo, hiemit will ich dieſes für mich, für meinen antheil, bezahlt haben,* & ſimilibus, & ipſe creditor ex libera voluntate citra neceſſitatem beneficii *Auth. Hoc ita* ſine proteſtatione illam ſolutionem acceperit, tunc dividere obligationem videtur, & reliquum de ſolido non niſi à cæteris petere poteſt juxta *l. 18* ibi Brunn. & Dd. *C. de pact.* Perez. *h. t. n. 7.* Robert. *lib. 4. rer. jud. c. 7.* poſt multos Berlich. *dec. 336. num. 69. & ſeqq.* Bachov. *d. th. lit. E. verb. unde & hoc.*

Obj.
Reſp.

Nec obſt. *l. 10. C. de fidejuſſ.* quæ loq. de caſu, ubi creditor non unum ex pluribus elegit, ſed contra omnes correos ſimul in partes viriles actionem dictavit, ſic etiam diviſio facta cenſetur, proin ſi poſtea unus ex iis non ſolvendo factus ſit, hoc erit periculo creditoris. Bach. *d. l.* & *D. 27. th. 9. lit. B. verb. Differt igitur.* Quamvis a. ſuprad. ſententia de jure ſit veriſſima, ab ea tamen in praxi nonnunquam receditur, & propter *d. l. 18.* ſimplici petitione & acceptione partis ab uno, hunc non amplius conveniri poſſe, poſt alios, præjudicio firmat Carpz. *1. F. p. 2. C. 17. def. 11.*

An Correi Debendi de Jure Nov. teneantur in ſolidum?

XXII. Duos vel plures Debendi correos de Jure Juſtinianeo Vet. in ſolidum teneri probatum eſt, *pr. & §. 10.* Sed an Jure Novellarum idem obtineat, multum diſputatur, & affirmativam tenent Franzk. *Ex. 10. q. 3.* Arum. *Ex. 21. th. 9.* Perez. *num. 16.* Donell. *ad d. Auth. Hoc ita.* D. Graſs. *ad Inſtit. l. 3. poſit. poſ. 8.* & multi alii accipientes *Nov. 99. c. 1.* non de duobus reis ſimpliciter, ſed de iis, qui ſimul pro ſe invicem fidejuſſerunt. Contraria tamen ſententia, quòd ſcil. Antiquum Jus per *d. N. c. 1.* & inde deſumptam *Auth. Hoc ita. C. h. t.* mutatum, & à Juſtiniano Beneficium Diviſionis ad Correos ſit extenſum, eſt communior, & in praxi, ceu verior, recepta atque approbata; ſive correi mutua vice fidejuſſerint, ſive non; & hoc d. Imperatorem æquitate motum, ad exemplum fidejuſſorum, feciſſe expreſſe dicitur *in d. N.* ne commune debitum proprium cujuſpiam onus fieret; & conſentire Mynſing. Schneidevvin. Vul. Franzk. Gomez. Gaild. Bachov. Ruttersh. Sichard. Pacium. Gudelin. Vinn. Schulz.

Neg. ſed competit Benefic. Diviſ.

Schulz, Weſemb. Hahn. Thoming. Roncheg. teſtatur Dn. Parens, *Diſſ. de Benef. Diviſ. th. 20.* Gail. *l. 2. O. 14. num. 5.* cum Cujacio, Fabro, Zangero, Coleto, Carpzov. *d. C. 27. def. 13. num. 9.* & *L. 6. Reſp. 64. num. 11.* Mev. *d. dec. 297. num. 2.* & *p. 3. dec. 4.* Coch. *prax. for. Germ. p. 2. pag. m. 174.* Brunnem. *ad l. 2. num. 9. l. 3. num. 3. C. h. t.* & *Cent. 3. Dec. 13. num. 4.* Stryck. *d. l. § 12. & in uſu moderno § 3. h. t.* Bardili, *Concl. Ex. 26. th. 6.* Beyma. *ad l. 2. ff. h. t. p. 435.* poſt Richter. Struvium, *Exerc. 47. th. 27.* ibique Mullerus. & alios Frommann, *d. Diſſ. p. 37.* Schilt. *ad ff. Ex. 48. §. 15.* Idem de Hollandia teſtatur Voet. *h. t. n. 4. inf.* add. Chriſtin. *V. 4. dec. 178. n. 14.*

XXIII. Sed dicta Exceptio Diviſionis in Correis quandoque ceſſat. (1.) Si unus vel alter ex iis ſit abſens. *d. N. 99. c. 1.* & *Auth. Hoc ita. C. h. t.* Abſens autem dicitur, non qui à loco domicilii aliquantulum abeſt, & forte peregre profectus, quia adhuc in loco domicilii conveniri, ac per procuratorem ſe defendere poteſt; ſed ille, qui domicilium habet extra territorium, & juriſdictioni alterius eſt ſubjectus. Ne ergo Actor ad aliud forum rem deferre, & majoribus ſumptibus atque moleſtiis petere cogatur. Sichard. *ad d. Auth. n. 1.* (2.) Si alter correus debendi præſens quidem; ſed inidoneus, vel non ſolvendo ſit, tunc alter in ſolidum conveniri poteſt, *d. Auth.* & *d. Nov.* ſed inſolventiam Actor probare debet; hic enim primo actionem in judicium deducit, & ab uno ſolidum petit, cui Reus opponit Exceptionem Diviſionis, contra quam Actor replicando opponit, quod correus non ſit ſolvendo: ſicuti autem Reus tenetur probare, quod excipiendo affirmat; *l. 1. l. 18. §. 1. l. 19. pr. ff. de prob.* l. 9. C. *de except.* ita etiam Actor omne illud, quod replicando affirmat. arg. *pr. I. de replic.* jungat. *l. 1. l. 2. ff. de except.* ſupra *ad tit. de probat. §. 17. & 18.* Quidam objic. *l. 10. ff. de Fidejuſſ.* ubi quod Fidejuſſores, non Actores probare debeant, confidejuſſores non eſſe ſolvendo, verum id ex dict. l. plane non probatur. D. Harppr. *C. 11. n. 175. & 200.* (3.) Si correus huic beneficio renunciaverit, quæ quidem non habetur in *d. N. 99.* quia tamen quilibet favori pro ſe introducto renunciare poteſt, per *l. 29. C. de pact.* dubium non eſt, quin & in his ad exemplum fidejuſſorum locum habeat, Beyma, *d. l.* ſive renunciatum ſit expreſſe, ſive tacite, vel verbis æquipollentibus; Sichard. *ad l. 2. C. h. t. num. 8.* Hering. *de fidej. c. 17. n. 50. & ſeqq.* quod tn. non cenſetur, etiamſi invicem in ſolidum, *Einer für alle, und alle für einen*, ſe obligaverint. arg. *l. 3. C. de Fidej.* add. *l. 51. pr. ff. eod.* Hering. *num. 51.* Brunn. *C. 2. dec. 35.* Carpzov. *d. C. 17. def. 9.* Aliter ſe habet Jure Wurt. *Landr. p. 2. t. 3. §. Wann für eine,* ibi Parens, *th. 5.* item Jure Lubecenſi. *l. 3. tit. 3. art. 2.* Quær. An d. Benef. etiam eſſet, ſi unus pure, alter ſub conditione promiſerit? hoc primo intuitu affirm.

Limit. & Ben. Diviſ. ceſſat, ſi alter ex Corr. ſit 1. Abſens.

Quis h. l. dicatur ſ 2. Inidoneus.

Quod Actor probet.

3. ſi renunciatum.

Quod non involvit obligatio in ſolidum.

Nec refert, ſi alter ſub condit. promiſerit.

aſſirm. videtur, quia alter ante conditionis vel diei exiſtentiam cum effectu plane conveniri nequit, & ſic major in hoc videtur eſſe difficultas, quam in abſente, qui tamen in ſui domicilii loco conveniri poteſt. Negativa tamen verior eſt, arg. *l. 27 ff. de fidejuſſ.* vid. Struv. *Exerc. 47. th. 27* ibique Muller. (4.) Excip.

4. inter Mercatores ſocios. Mercatores ſocii, qui adhuc hodie in ſolidum obligantur, ita, ut, nec moribus noſtris beneficio Diviſ. uti queant. Perez. *h. t. num. 17.* Carpz. *d. C. 17. def. 12. num. 4. 5.* Berlich. *dec. 366.* Mev. *p. 4. dec. 169.* Vinn. *ad § 1. I. h. t. n. 1. in f.* Diſp. *de Benef. Div. th. 21.* D. Harpprecht. *Conſil. 11. num. 202.* ſupra *ad tit. pro Soc. §. 44. in f.*

Correus excipe. petit Diviſionem. XXIV. Nec propter ea, quæ *prec. §. 22.* dicta, hodie ipſo jure diviſa eſt obligatio; ſed correus debendi ope Exceptionis ſe defendere & petere poteſt, ut pro rata conveniatur. add. *d. Diſp. de Benef. Div. th. 31.* Cum ergo hodiernum ſinguli in ſolidum conveniri queant, & unus ex correis ſolidum, ſive vere, ſive ficte præſtiterit, reliqui omnes à tota obligatione, utpote quæ objective una tantum fuit, liberantur. *§. 1 I. l. 2. l. 3. §. 1 ff. h. t.* An verò ſolidum

Solidum præſtans an habeat regreſſum adv. corr. Diſt. Socii ſint, præſtans à cæteris correis partes repetere poſſit? maxima inter Dd. eſt controverſia. Stricto jure diſting. eſt. An correi Socii fuerint, an non? illo caſu utique dicendum, quod ille, qui ſolidum præſtitit, pro rata poſſit à ſocio, vel actione Mandati, ſi vice mutua fidejuſſerunt, vel pro Socio, vel Communi dividundo repetere; per *l. 62 pr. ff. ad L. F. l. 2. C. h. t. l. 3 ff. de curr. add. l. 15. § 5. l. 14. ff. de inſt. act.* ſupra *ad eund. tit. § 22 ad tit. pro ſoc. §. 21. & ſeqq.* late Perez. *h. t. n. 12 & ſeqq.* Bachov. *d. th. 9. lit. F. in f.* Hahn. *N. 7.* verb. *Qui tamen ſolidum. in f.* modo ſocius contra formam & legem ſocietatis non peccaverit. *l. 1. § 10 ff. de tut. & rat. diſtr.* add. d. tit. *pro ſoc. §. 47 & 48* Socii autem eſſe videntur, qui ex cauſa reſpectu creditoris Onero'a duo Rei debendi conſtituti ſunt *prec. §. 18*

an non? Sin tales non fuerint, tunc ſolvens, quia ſuum præſtitit, ſtricto jure à correo nil repetere, nec eum ulla actione convenire poteſt: Non Act. pro ſocio, quia nulla inter illos contracta eſt ſocietas, Non Act. Mandati, quod nec interceſſit, Non Negot. geſt. quia non alienum, ſed proprium geſſit negotium, & quamvis alter Reus per hujus ſolutionem etiam liberetur, id tamen non fit directe; ſed tantum per accidens. Quidam putant, huic ſolventi conſuli, ſi creditor ipſi actiones ſuas ceſſerit, de quo vid. Sichard. *ad l. 13. C. locat.* Brunn. *de ceſſ. act. c. 2. n. 43 & ſeqq.* Ex æquitate tamen Dd. com-

Hoc caſu æquo conceditur. muniter admittunt, quod totum ſolvens indifferenter partem Subſidiaria & utili negotiorum geſtorum actione etiam abſque ceſſione repetere poſſit, quia totum ſolvendo quodammodo alienum negotium gerere videtur. *ſeq. § 27.* Et ſic ſubſidiaria multis in caſibus conceditur, ubi alia quidem actio, æqui-

tas

tas autem non deficit. Bachov. *ad W. h. t.* Carpzov. *d. C. 17. def. 14. & 15. n. 1.* Hancque ſententiam communem, ac Dd. eandem ſæpe in pronunciando ſecutos eſſe, teſtatur alibi diſſentiens Faber. *in C. h. t. def. 1.* add. Frommann, *d. Diſſ. th. 16. circa fin.* Chriſtin. *V. 3. dec. 114. V. 4. dec. 178.* Vinn. *ad §. 1. I. h. t. num. 4.* Struv. *Exerc. 47. th. 28.* ibi Mullerus, Stryck. *in uſu moderno § 3. h. t.* Sic ergo Correus condemnatus regreſſum ſumit contra reliquos pro virilibus partibus condemnationis non obligationis, etiam quoad uſuras, Faber *in C. l. 7. t. 26. def. 1. 2. & 10.* damna & intereſſe. Chriſtin. *d. dec. n. 10.* ſed non Expenſas litis temerariæ ab uno ex correis debendi ſuſceptæ. Faber. *d. l. def. 8.*

Etiam ad uſuras, damna, & intereſſe.

XXV. Dictum eſt, uno ſolidum ſolvente & reliquos liberari. Sed Quæſi unus correorum non ſolverit, quia obligatione exemptus, an propterea & reliqui liberentur? e. gr. Si unus ex correis minor reſtitutionem contra hanc obligationem impetraverit, vid. ſupra *ad tit. de Minor. 25. ann. §. 19.* vel unus exceptione moratoria tutus Sich. *d. l. num. 5.* vel capite minutus, ex. gr. deportatus ſit? &c. negatur per *l. 5. ff. h. t.* Licet enim una perſona obligatione eximatur, res tamen non ſolvitur, & obligatio in reliquis durat. Ex eadem ratione, ſi creditor uni reorum debendi ſuccedat, alter debendi reus haud liberatur, cum obligatio non ſit diſſoluta, niſi duo rei ſimul ſocii fuerint: tunc ſuperſtes ſucceſſori rei defuncti non ultra, quam in debiti ſemiſſem tenetur. *l. 71. pr. ff. de fidejuſſ.* Lauterbach. *Diſſ. de Confuſione th. 9.*

An cæteris proſit, ſi unus exemptus?

Item ſi Creditor uni ſuccedat.

XXVI. Quod autem ipſo Jure de vera Solutione dictum eſt, etiam hic loci procedit in Ficta, ut alter liberetur, licet unus debitum obtulerit, arg. *l. 72. pr. & §. 2. ff. de ſolut.* etiamſi non expreſſerint, ſe omnium nomine offerre; Roncheg. *ad l. 18. h. t. num. 9.* vel creditor ab uno debitum acceptum tulerit. *l. 2. ff. h. t.* ibi Ronch. *num. 94. & ſeqq.* quærit, an ita liberatus partem à correo repetere poſſit? & Diſt. inter cauſam acceptilationis lucrativam reſpectu rogantis & Onerosam. Idem de Novatione dicendum videtur, utpote per quam tota prior extinguitur obligatio, tam reſpectu unius, quam alterius correi. *l. 20. ff. ad SC. Vell.* Perez. *num. 7.* Joh. Voet. *num. 5. h. t.* Compenſatione, ſi creditor uni ex correis obligatus; ſed non aliter, niſi correi & ſimul ſocii ſint, *l. 10. ff. h. t.* ibi Beyma *l. 10. ff. de comp.* aut mutuo fidejuſſerint. *l. 11. pr. ff. h. t.* Mev. *p. 2. dec. 217. num. 2.* Confuſione, an tollatur ſi correus debendi alteri correo debendi, vel unus credendi alteri credendi reo, ſicque ſaltem ex una vel altera parte ſibi invicem ſuccedant? vid. *l. 13. ff. h. t. l. 71. pr. ff. de fidejuſſ.* add. Diſp. *de Confuſione. th. 33. 49. & ſeqq.* Beyma, *ad d. l. 13.*

Tollitur ipſo Jure Solutione, Oblatione, Acceptilatione.

Novatione,

Compenſat.

an Confuſione?

XXVII. Vel infirmatur Correalis obligatio Ope Exceptionis, quod fit

Delatione juramenti. *præc. §. 16.* Sed quær. An pactum de non petendo unius ex correis debendi etiam proſit alteri? & dicendum, ſi in perſonam pactum ſit, regulariter non prodeſſe, item ſi in rem. *l. 21. §. 1. l. 25. §. 1. l. 25. §. 1. l. 27. §. 4. ff. de pact. l. 9. §. 1. ff. h. t. l. 3. §. 3. ff. de lib. leg.* Hoc tamen recipit limitationem, niſi fuerint ſocii; tunc enim unius pactum & alteri prodeſt; ratio, quia paciſcentis intereſt, ne ab altero petatur, utpote qui partem

Regula. actione pro ſocio à correo repetere poteſt. Unde generalis regula: Quandocunque paciſcentis intereſt, ne à correo totum petatur, tunc pactum unius alteri prodeſt. *d. l. 9. §. 1.* ibi Roncheg. *num. 27. d. l. 25. §. ſ. d. l. 3. §. 3.* & per ea, quæ tradit Vinn. *ad §. 1. I. h. t.* Perez. *num. 6.* Et hæc ita de Jure Civ. vera ſunt; admiſſa tamen & præſuppoſita illa ſententia *in præc. §. 14. inſ.* quod ſolidum ſolvens ex æquitate partem à correo repetere poſſit, neceſſario ex eadem æquitatis ratione dicendum eſt, quod pactum unius liberatorium etiam ſemper alteri proſit, quia ſic ſemper paciſcentis intereſt, ne ab altero ſolidum petatur. per *d. l. 21. §. ſ.*

An unius Conventio alteri proſit? XXVIII. Quid vero ſi ſolidum ab uno petitum; ſed nondum exactum, An reliqui Correi per ſolam Conventionem & Actionem in judicium deductam liberentur? ut creditor, quamdiu realis ſolutio non acceſſit, contra alium correum debendi venire non poſſit? quod Negatur per *l. ſ. C. h. t.* & *l. ſ. C. de ſidej. l. 5. §. ſ. ff. commod.* Faber. *h. t. def. 11. num. 3.* Brunnem. *ad l. 2. ff. h. t. num. 3.* ubi vocab. *petitione*, in *d. l. 2.* cum effectu perceptionis ad exemplum *l. 4. ff. de his, qui effud.* accipiendum monet. Sed quoad correum ſtipulandi per L. C. ſublata poteſt dici obligatio. *præc. §. 15.* Beyma, *ad l. 2. ff. h. t. p. 034. & ſeq. ubi ſimul rat. differentiæ notat.*

An ſententia Judicis proſit Correo? Si Abſolutoria, diſt. XXIX. Sin unus Reorum non tantum fuerit conventus; ſed & à Judice abſolutus vel condemnatus, quær. An unius abſolutio alteri proſit vel condemnatio noceat? Reſp. quoad Abſolutionem diſt. an facta ſit propter cauſam ejus perſonæ adhærentem, e. g. ſi propterea quod miles eſt, in integrum reſtituitur, tunc illa reſtitutio alteri non prodeſt. arg. *l. 12. §. 1.* junct. *l. ſ. ff. h. t.* Verùm ſi abſolutus ſit propter cauſam ex ipſa obligatione deſcendentem, e. g. quod contractus ſit ipſo jure nullus, tunc etiam illa ſententia alteri prodeſt. Item, ſi Reus deferente judice juravit, illum contractum nunquam interveniſſe. *d. l. ſ. l. 28. §. 1. ff. de jurejur.*

Si condemnatoria. Sed Condemnatoria contra unum lata adverſus alterum non condemnatum executioni mandari haud poteſt. per *rat. in leg. 63. ff. de re jud.* Et ſic Abſolutoria interdum prodeſt; interdum non. Condemnatoria vero nunquam nocet. vid. ſupra *ad tit. de Re jud. §. 12. & ad tit. de except. rei judic. §. 3. 4.*

Sin

Sin omnes conventi & unâ ſententiâ condemnati ſint, non opus eſt, ut ſinguli appellationem interponant; ſed una appellatione tota ſententia ſuſpenditur. *l. 10. ff. de appell.* Sichard. *d. §. num 13.* Si omnes condemnati, unius app. ſufficit.

XXX. Quær. An Mora unius Rei alteri noceat? quod negatur. Sic ſi unus correorum interpellatus in b. f. judiciis debitum non præſtiterit, ad uſuras ex hac mora alterius correi debitas alter minime obligatur; cum unius mora alteri non debeat nocere ad obligationem augendam, quod & in duobus reis promittendi obſervatur; *l. 32. §. 4. ff. de uſur. l. 173. §. 2. ff. de R. I.* Struv. *Exerc. 47. th. 30.* ibique Mullerus. Joh. Voet. *n. 6. h. t.* quoniam naturalis ſimul & civilis ratio ſuadet alienam conditionem meliorem quidem, etiam ignorantis & inviti, nos facere poſſe, deteriorem non poſſe. *l. 39. ff. de N. G.* Bene tamen Factum alterius ad retinendam & purificandam obligationem nocere poteſt; per *l. 18. ff. h. t.* ſi ſcil. ſit factum, quod obligationis terminos non excedit, nec eam auget, e. gr. ſi unus correorum debitum intra tempus præſcriptionis agnoverit, interrumpit præſcriptionem, etiam reſpectu alterius, licet ignorantis; *l. f. C. h. t.* quia obligationis unitas ex una ſtirpe unoque fonte effluxit. *d. l. f. in fin.* Chriſtin. *4. dec. 178. num. 4.* Ergo. *d. l. 18.* refertur ad factum unius ex correis jam conſtitutis, ut ſic obligationem ſequatur atque perpetuet; non vero quod obligationem inducat vel augeat, quod variis exemplis illuſtrat Beyma. *ad d. l. 18.* Cæterum obligationem correalem per Præſcriptionem tolli poſſe extra dubium eſt, modo nulla penitus interpellatio intra tempus præſcriptioni implendæ præſtitutum facta ſit. *d. l. f. C. h. t.* An Mora? Interpellatio paſſiva interrumpit præſcriptionem.

TIT. III.

DE STIPULATIONE SERVORUM.

Inſtit. *Lib. III. Tit. 18.*

§. I.

Dictum eſt ſupra *ad tit. de V. O. §. 21.* ſtipulari prohiberi, qui non habent communionem Juris Civilis, & qui ſunt in poteſtate, ut Servi; quod tamen accipiendum eſt de ſtipulatione ex propria perſona, vel ſibi facta, propter *l. 32. l. 209. ff. de R. I.* ſed ex perſona Domini perſonantur, ut, ſicuti eum ſervis teſtamenti factio eſt, *§. 2. I. l. 31. pr. ff. de H. I.* ita jus quoque ſtipulandi habeant. *pr. I. h. t.* Unde Stipulationes Servorum. *I. & ff. h. t.* Joh. Voet. *n. 1. & ſeqq. h. t.* Servi etiam ſtipulantur: Sed ex perſona Domini,

II. Quicquid autem ſervis ſtipulantibus promittitur, etiamſi conditionaliter, *l. f. ff. h. t.* per ipſos, ceu inſtrumenta, Dominis acquiratur, *§. 1. d. t.* Sive Servus proprius, ſive communis ſit, adhibita tamen diſtinctione ex *§. 3. I. l. 4.* Cui acquiritur Etiam per ſervum communem:

Sed tantum pro parte. Quando uni Domino in ſolidum?

l. 4. & ſeqq. l. 37. ff. h. t. ut quandoque partes dominicæ, vel pro portione dominii, quandoque partes viriles debeantur, prout ſcil. Appellativum, vel nomen cujusvis dominorum Proprium expreſſum eſt. *Id. l.* Excipitur tamen, & uni in ſolidum adquiritur, ſi Servus communis juſſu unius ex Dominis, aut nominatim uni tantum ſtipulatus ſit, *d. §. 3. I. l. 5. l. 28. §. 3. ff. eod.* aut res in ſtipulationem deducta ad unum tantum pertinere poſſit, *l. 1. §. 4. inſ. l. 7. §. 1. in f. l. 9. pr. ff. h. t.* vel ex re unius proveniat, *l. 27. l. 28. §. 1. & 3. ff. eod.* Cæterum hoc non refert, ſive Domino, ſive ſibi, ſive conſervo ſuo, ſive impersonaliter ſervus ſtipuletur, obligatio & actio Domino acquiritur, acſi ipſe ſtipulatus eſſet. *§. 1. I. l. 1. pr. l. 15. ff. h. t.* Quid vero ſi Factum in ſtipulatione contineatur, omnimodo perſonam ſtipulantis contineri dicitur; *§. 2. I. h. t. l. 38. §. 6. ff. de V. O.* quia, quæ facti ſunt, non tranſeunt ad dominum. *l. 44. pr. ff. de C. & D. l. 6. §. 7. ff. de ſtatu lib.* At nihilominus ex perſona Domini ſubſiſtit: Licet enim ipſe ſervus ſolus, non etiam Dominus, ex mente promiſſoris, facti illius exercitium præſtare debeat, Dominus tamen jus habet & utilitatem, ſicque pro commodo ſuo ſervum jubendi facere, ire, agere. Vinnius, *ad d. §. 2.* Sed ſi Factum, ſcil. viam, iter ad fundum ſtipuletur, non ſimplex factum; ſed & jus ſervitutis continetur. *d. l. 17.*

Etſi ſervus ſibi vel conſervo ſtipuletur. Sin factum ſit in ſtipulatione.

An ſervus hæreditar. recte ſtipuletur?

III. Etſi autem ſervus ex perſona Domini jus ſtipulandi habere dicatur, nihilominus ſervus hæreditarius recte ſtipulatur. *pr. I. h. t.* quia jacens hæreditas, quoad eventum aditæ hæreditatis, perſonam hæredis, & quoad multos alios caſus, ex. gr. actum ſtipulationis, defuncti Domini perſonam repræſentare dicitur, uti explicat Vinnius, *ad §. 2. I. de H. I. n. 1.* add. *l. 34. l. 61. pr. ff. de A. R. D.* Stipulatur ergo atque acquirit, & hæreditati jacenti, ſcil. ante aditam hæreditatem, *d. pr.* & per hoc hæredi futuro; *d. pr. l. 35. ff. eod.* vel ſi generaliter ſtipuletur hæredi futuro; quia, qui poſtea hæres extiterit, videtur jam ex mortis tempore defuncto ſucceſſiſſe. *l. 28. § 4. ff. h. t.* Sed nihil agit Servus, ſi ſtipuletur hæredi futuro nominatim, quia tum temporis hæres Dominus ejus non fuit; *l. 16. ff. eod.* vel ſi uſumfructum ſtipuletur, utpote qui ſine perſona eſſe non poteſt. *l. 26. ff. d. t.*

Qualem uſum h. t. habeat?

IV. Hæc uſum hodiernum præſtare poſſunt in Mancipiis Turcicis. vid. ſupra *ad tit. de ſtat. hom. §. 13.* Non vero pertinent ad Agricolas, Homines proprios; licet in iis imaginaria quædam ſervitus dicatur, ſunt tamen revera liberi, Jurisque Civilis communionem habent, & proinde per ſtipulationem alios ſibi obligare; atque aliis aliquid promittere: tam pro Dominis ſuis, quam pro quibusvis aliis fidejubere poſſunt. Herm. Stamm. *de ſerv. perſ. l. 3. c. 17.*

LIBER.

LIBER XLVI.

STipulationes aliæ fiunt Principaliter aliæ Acceſſoriè per Fidejuſſores. Tit. 1. *De Fidejuſſoribus & Mandatoribus.* Sequuntur nunc Contraria & Modi, quibus tam Stipulationes, quam Obligationes in genere diſſolvuntur; quod fit vel priorem obligationem ita tollendo, ut aut Nova obligatio, aut alius Debitor ſubſtituatur; illud fit Novando, hoc Delegando. Hinc Tit. 2. *De Novationibus & Delegationibus.* Vel illam ſimpliciter tollendo per Solutionem, aut Liberationem quoquo modo factam. Tit. 3. *De Solutionibus & Liberationibus*, item per Acceptilationem, quæ imaginaria ſolutio. Tit. 4. *De Acceptilatione.* Stipulationibus in genere ſubjunguntur aliæ ex Edicto Prætoris. Tit. 5. *De Stipulationibus Prætoriis.* Cujusmodi tres hic in ſpecie proponuntur. Tit. 6. *Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore.* Tit. 7. *Judicatum ſolvi.* & Tit. 8. *Rem ratam haberi, & de Ratihabitione.*

Connexiones Libri XLVI, Tit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

TIT. I.

DE FIDEJUSSORIBUS ET MANDATORIBUS.

Inſt. *Lib. 3. Tit. 21.* Cod. *Lib. 8. Tit. 41.* & *Lib. 5. Tit. 20.* Nov. 4. Cauſa. 23. *quæſt. 5. c. 19.* Extra. *Lib. 3. Tit. 22.*

§. I.

PEr Stipulationem vel proprio nomine obligamur, vel alieno, docente JCto in *l. 1. §. 1. ff. de O. & A.* Illa Principalis, de qua in præced. Libro actum. Hæc Acceſſoria & propriè Fidejuſſio dicitur, quæ nihil aliud eſt, quam ſtipulatio, ſive contractus verbis initus, quo quis alienam obligationem ob majorem creditoris ſecuritatem, ita in fidem ſuam recipit, ut principalis debitor nihilominus maneat obligatus. *pr. l. l. 5. C. h. t.* Et qui hoc modo alieno nomine obligatur, Fidejuſſor vocatur, *d. l. 1. §. 1.* de quo agitur *in hoc titulo*, qui inſcribitur *de Fidejuſſoribus & Mandatoribus*, propter magnam cognationem, cum multa de illis in h. t. propoſita de his quoque locum habeant.

Continuatio. Fidejuſſio quid?

II. Fidejuſſ. vocab. compoſitum eſt à Fide & Juſſione, de quo late Hering. *de Fidej. c. 2. per tot.* Et ſumitur vel Latè pro omni, qui alterius obligationem principalem licet ſuſcipit, & fide ſua jubet, quales etiam ſunt Mandatores, vid. Beyer.

Fidejuſſoris, Etymol. Homon. Latè

Beyer. *poſ. 2. h. t.* Conſtitutores, Expromiſſores, Sponſores. *l. ult. C. de Conſt. per. Nov. 4. c. 1. pr.* add. *ſeq. §. 3.* Sic quoque Fidejuſſores apud DEUM dicuntur de ſacro fonte ſuſceptores; *Diſt. 4. de Conſecrat. c. 105.* vel Propriè, quo ſenſu Fidejuſſor eſt perſona, quæ per ſtipulationem alterius obligationem in fidem ſuam recipit, ob majorem creditoris ſecuritatem, ita, ut principalis debitor adhuc maneat obligatus. Hi in Jure etiam vocantur Adpromiſſores. in *l. 5. §. 2. ff. de V. O. l. 43. ff. de ſolut. l. 60. §. 4. ff. ſol. matr.* quia ſcil. ad alterius obligationem accedunt. *l. 5. l. 5. l. 52. ff. h. t.* Auctores ſecundi. *l. 4. pr. ff. de evict.* Prædes, Vades, Voet. *h. t. num. 1.* Hering. *d. tr. c. 3. n. 41. & 42.* Germ. *Bürge.*

Stricte quid? Synon.

III. In Defin. Fidejuſſorum per verbum, Stipulationis, non intelligitur actus ſtipulationis tantum; ſed totus verbalis contractus, interrogatione & reſponſione perfectus, prout ſæpius in Jure accipitur. Reſpicimus autem hoc vocab. ad Cauſam Efficientem, qua Fidejuſſor differt (1.) à Mandatore, ut vocatur in *l. 12. §. 14. l. 28. ff. mand.* qui alterius obligationem etiam in fidem ſuam recipit, & per conſeq. ſuo periculo mandat. *d. l. 12.* Unde Mandator etiam inter Interceſſores refertur. in *l. ſ. C. de conſt. per.* Quamvis autem magna ſit affinitas, & in permultis conveniant, diverſimode tamen invicem differunt. Fidejuſſor enim & præcedere obligationem & ſequi poteſt, *§. 3. I. h. t.* Mandator vero ſemper præcedit, *d. l. 12. §. 14.* Ille contrahit per ſtipulationem, *l. 1. §. 2. ff. de V. O.* Hic ſolo conſenſu, ſupra *ad tit. mand. §. 7.* In illo exigitur præſentia, *§. ſ. I. l. 12. C. h. t. l. 1. §. 1. ff. de V. O.* quæ in hoc non ſpectatur, unde contractus Mandati conſtituitur per nuncium, epiſtolam. *l. 1. §. 1. ff. mand.* add. Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 28. th. 1 lit. B. verb. Differt.* Chriſtin. *V. 4. dec. 179. num. 3. 4.* Sichard. *ad rubr. h. t. num. 9.* Voet. *n. 1. & ſ. h. t.* D. Harpprecht. *C. 11. n. 79.* Bohmer. *n. 6. h. t.* (2.) à Conſtitutore, qui ſæpe etiam alienam obligationem in fidem ſuam recipit, at non per ſtipulationem; ſed ex pacto legitimo, per nutum, epiſtolam, &c. adſtringitur. *l. 5. §. 1. l. 14. §. 3. l. 28. ff. de conſt. per.* ſupra *ad eund. tit. §. 3.* (3.) à Sponſore, non quidem in hoc, ut quidam volunt, quod Sponſor non rogatus ſua ſponte alienæ obligationi accedat: Fidejuſſor vero rogatus; quia & hic pro ignorante poteſt accedere; *l. 30. ff. h. t. l. 3. pr. ff. de N. G.* ſed differunt, ut anguſtius & latius, cum omnis fidejuſſor ſit ſponſor, at non vice verſa, Sponſio quippe tam ad ſtipulationem, quam pactum, aliaque negotia & contractus refertur. *l. 7. §. 12. ff. de pact. l. 19. §. 2. ff. de ædil. ed. l. 7. ff. de V. S.* ſupra *ad tit. de Alim. §. 22. & ſeqq.* Verba: Alterius obligationem, Objectum reſpiciunt, quo Fidejuſſor differt (1.) à Debitore

Definitio explic.

Quomodo differant Fidejuſſor & Mandator,

Conſtitutor,

Sponſor,

tore principali, & Correo, qui non alienam obligationem in fidem ſuam recipit; ſed ipſe Principalis eſt. *ut. praeced.* Unde Principalis & Fidejuſſor non ſunt duo rei debendi, quia unus tantum principaliter, alter acceſſorie obligatur (2.) à Conſtitutore, qui non tantum alienam obligationem in fidem ſuam recipit: ſed & proprium ipſius debitum conſtituit. *l. 5. §. 2. l. 13. ff. de conſt. pec.* Fidejuſſor autem ſemper & tantum alienæ accedit obligationi. *pr. I. l. 21. §. 2. ff. h. t.* Ita, ut principalis adhuc maneat obligatus: quæ verba differentiam inter Fidejuſſorem & Expromiſſorem inſinuant, Illa enim eſt negotium, acceſſorium, quo principalis obligatio manet ſalva, *l. 4. l. 5. l. 23. C. h. t.* ſitque per adpromiſſionem. Expromiſſio autem fit per Novationem, qua præexiſtens obligatio extinguitur, ſed Expromiſſor ſe principalem debitorem conſtituit. *d. l. 4. l. fin. ff. de SCto. Maced. l. 2. §. 5. l. 22. ff. ad SCtum Velle. l. 7. §. 8. ff. de dolo malo. l. 37. §. 5. ff. de oper. libert.* & quandoque ſuæ obligationi accedit. *l. 11. §. 1. ff. de pec. ol. add. d. l. 21. §. 2. ff. h. t.* German. vocatur *ein freywilliger Selbſtſchuldner.* Hering. *d. tr. c. 4. num. 11. & ſeqq.* B. Parens. *Diſſ. de Indemnit. fidejuſſ. th. 2.* De hisce Fidejuſſ. Affinibus vid. Manz. *de fidejuſſ. cap. 1. n. 17. & ſeqq.* Finem reſpiciunt verba In majorem crediti ſecuritatem: Pignora enim & Fidejuſſores ſunt vincula atque munimenta obligationum, ideoque Fidejuſſores accipimus, ut tutius nobis debeatur. *l. 1. §. 9. ff. de collat. l. 1. §. 8. ff. de O. & A.* B. Dn. Parens. *Diſſ. de Fidejuſſ. th. 2.* Wirt. *Landr. p. 2. t. 5. §. Wiewol der.*

IV. Fidejuſſorum Dd. varias produnt Diviſiones, uti videre eſt ap. Hering. *d. tr. c. 4.* Maxime uſitatæ ſunt, quæ Div. I. in Voluntarios, qui liberâ partium voluntate dantur *l. 7. §. 1. l. 10. §. 1. ff. qui ſatisd. cog.* & Neceſſarios, qui à lege vel Magiſtratu ad fidejuſſionem præſtandam adſtringuntur; *d. l. 7. §. 1. l. 1. §. 4. ff. eod.* Mev. *p. 3. dec. 138.* quæ tamen neceſſitas non eſt abſoluta; ſed hypothetica, niſi quis eis non præſtitis, aliud damnum vel moleſtiam pati pertimeſcat. ſupra *ad tit. qui ſatisd. cog. §. 3.* Exempla vid. in *l. 13. pr. ff. de uſufr. l. 7. ff. de damn. infect.* vid. ſupra *§. 1. & ſeqq. uſufruct. quemad. cav.* item ſi quis indulto moratorio gaudere velit. *l. 4. C. de prec. Imp. offer.* Sic ſi fidejuſſor neceſſarius medio tempore facultatibus ſit lapſus, alius magis idoneus erit ſubſtituendus; *d. l. 10. §. 1.* nec ſufficient pignora. ſupra *ad d. tit. §. 12.*

V. II. In Judiciales, qui in judicio: & hæc fidejuſſio propriè ſatisdatio appellatur, itemque in *Nov. 113.* Confirmatio perſonarum; *§. 4. I. de ſatisd.* & Extrajudiciales, qui extra judicium conſtituuntur; quales in contractibus valde frequentantur. *W. L. d. l.* Hering. *d. c. n. 11.*

Debitor principalis.

Expromiſſor.

Div. 1. in Voluntarios & Neceſſar.

Neceſſitas hypothetica.

2. In Judicial. & Extrajudiciales.

5. In Principales & Succedaneos.

VI. III. In Principales, qui principalis debitoris obligationem in fidem ſuam recipiunt; *l. 27. § 2. & 4. ff. h. t.* & Succedaneos, qui fidejuſſoris obligationi accedunt, eamque fide ſua eſſe jubent. Et quia talis eſt Fidejuſſor fidejuſſoris, *d. l. & l. 8 § 5 ff. eod.* vocatur Subalternus, Vicarius. Germ. *Nachbürge*, ut primi fidem ſuffulciat; & ſi primus ad inopiam redactus, ad hunc habeatur regreſſus, *add. H.* Hering. *d. c. num. 46.* Gail. *L. 2. O. 27 n. 13* eundem facit cum fidejuſſore Indemnitatis, qui tamen ratione modi fidejubendi ita dicitur, & multum differt ab illo, qui talis vocatur ratione perſonæ, pro qua interceditur, *d. Diſſ. de Fidej. th. 4.* Diſp. *de Indemn. fid. th. 3.* Hering. *d. l. num. 62* Thomas. *Diſſ. de Fidejuſſ. indemnitatis.* D. Harpprecht. *Conſil. nov. 91* Stryk. *in uſ. mod. § 2 h. t.*

Qualis vocetur.

Simplices. Indemnitatis.

VII. IV. In Simplices, qui ſimpliciter idem, quod principalis debet, in fidem ſuam recipiunt, pro eoque ſeſe obligant: & Indemnitatis, qui ſub conditione, & eum in caſum, quo creditor debitum ſuum, vel omnino non, *l. 52. ff. de V. S.* vel non in totum, conſequi poteſt, ad reliquum præſtandum ſeſe obligant. *l. 5. pr. ff. de R. C. l. 116. ff. de V. O. l. 6. pr. ff. de novat. l. 21 ff. de ſolut. l. 41. § 11 ff. de jure fiſci l. 2. C. de fidejuſſ.* Germ. *Schadloßbürg, als welcher den Glaubiger von dem daraus entſtehenden Schaden frey ledig und loß machet.* Harpp. C. 11. n. 188 *& ſeqq.*

Ad Fidejuſſ. Indemnit. req. 1.

VIII. Ad ſubſtantiam Fidejuſſ. Indemnitatis (1.) requiritur, ut ſub conditione fidejuſſerit, non enim eo animo accedit, ut ſtatim æque ac principalis debitor in ſolidum obligetur, & de Jure Digeſt. & Cod. ſicut alii Fidejuſſ. pro lubitu creditoris conveniri poſſit; ſed tunc demum, ſi aliquid ſecutum: hinc ejus obligatio in caſum futurum incertum differtur, & ante principalis debitoris excuſſionem ipſo jure eſt tutus: nec abſente principali ante illum conveniri poteſt; *add. l.* & ante ſolutum Condictione indebiti repetit. per *l. 16. pr. & l. 18. l. 46. ff. de cond. ind.* (2) ut ipſe in eum caſum indemnitatem promiſerit: Si debitum à principali debitore ſervari non poſſit, & debitor in executione idoneus non inveniatur. ex. gr. *Dabo quanto minus à debitore tuo conſequi poteris: reliquum non ex ſoluta quantitate præſtabo: te hujus debiti indemnem ſervabo. add. l. ſupra § 7. Wann der Creditor von dem Principal-Debitore nicht könnte befriediget werden, ſoll er alsdann ohne Schaden ſeyn, und von mir die Bezahlung zu fordern haben.* Vel, ſi quis ſimpliciter ſtipulanti promiſerit, aut hæc ſcripſerit: *Ich will für die 100 Rthl. Schadloßbürg ſeyn.* Nec tamen ſemper ſufficit promittentem Indemnitatis Fidejuſſorem, *Schadloßbürgen*, in inſtrumento appellatum eſſe: vel qui debitum ita fide ſua eſſe juſſit: *So Reus debendi non ſolverit: Wann er nicht zahlt, ſo will ich zahlen.* Ad modum enim obligandi reſpi-

req. 2.

reſpiciendum eſt, an quis ſe pure tanquam fidejuſſor obligare voluerit? Carpz. *p. 1. dec. 14. num. 18.* vel teneatur, quamprimum debitor moram admiſerit, etſi nulla debitoris excuſſio præceſſerit? *l. 16. §. 5. ff. h. t.* Indemnitatis autem Fidejuſſor non obligatur, niſi excuſſo principali. *d. l. 6. d. l. 116.* add. d. Diſp. *de Indemn. fidej. cap. 6. & per tot.* Joh. Schilter. *Exerc. 48. §. 28.* Stryck. *C. C. ſect. 2. cap. 6. §. 29.*

Cauſ. Effic. de J. C. eſt Stipulatio. *Quibusc. verbis.*

IX. Cauſa Efficiens, qua fidejuſſores conſtituuntur, de Jure Civili, eſt Stipulatio, h. e. contractus verbalis. *§. 5. I. h. t. l. 8. pr. ff. l. 12. C. h. t. l. 5. §. 2. ff. de V. O.* ſupra *ad d. t. de V. O. §. 4.* Jure enim Civili nudo conſenſu fidejuſſor non conſtituitur. *l. 27. C. de locat.* Hering. *cap. 11. n. 1. & ſeqq.* Græcis, an Latinis verbis fiat; nihil intereſt. *d. l. 8. pr. d. l. 12. §. 7. 8. ff. h. t.* Et Novo Juſtiniani Jure quælibet verba ad fidejuſſionem contrahendam ſufficiunt; ut, ſi quis interroganti: *Centum, quæ Titius mihi debet, fide tua eſſe jubes?* reſponderit: *Fidejubeo, Spondeo, Volo, Cupio, Affirmo, Dico, Præſto, Periculo meo credo,* Item, *Quidni.* vel *Omnimodo. Warum nicht? In alleweg,* vel *der Herr ſehe auf mich, ich will der Mann darfür gehalten ſeyn.* &c. Hering. *d. c. n. 104. & 163.* Stryck. *in uſu moderno §. 6. & 7. h. t.* Sine verbis autem; ſed Literis ſolis inter abſentes, vel per nuncium, vel nutu, vel facto, aliisve ſignis voluntatem declarantibus de Jure Civili fieri non poteſt. arg. *l. 1. §. 2. ff. de V. O.* At vero ſi in inſtrumento ſcriptum reperiatur *aliquem fidejuſſiſſe,* licet de præſentia partium nil dicatur, omnia tamen rite facta creduntur. *§. 8. I. h. t. l. 30. ff. de V. O.* Unit enim per ſcripturam fieri non queat, facta tamen per eam probari poteſt; *d. l.* nam duæ præſumtiones, Veritatis ſcil. & Solennitatis, pro inſtrumento pugnant; *l. 1. & l. 14. C. de contr. ſtip.* quæ tamen non ſunt juris, & de jure: ſed juris tantum, ſicque probationes in contrarium admittuntur. *d. l. 14.* d. Diſp. *de Fidej. th. 5.* ſupra *ad tit. de V. O. §. 13.*

Non abſent. Per ſcripturam tamen probatur.

Jure hodierno. Quovis modo fieri poteſt.

X. Noſtris tamen moribus dicta ſolennitas neceſſaria non eſt, ut fidejuſſio inter abſentes & præſentes, etiam extra ſolennem ſtipulationem, nuda voluntate, vel pacto, vel conſenſu, quoquo modo aut facto declarato, fieri queat. Speidel. Beſold. *Th. pr. voc. Bürgen. n. 81.* Carpzov. *I. F. p. 2 C. 19. def. 17. n. 5. ubi in fin. præjudicium.* Stryck. *in uſu moderno §. 1 h. t.* Struv. *Exerc. 47 th. 37.* ibique Muller. Hering. *d. c. 11. num. 41. & ſeqq.* qui num. *52. & 56.* teſtatur, ita communi Germaniæ practica & ſtylo, ut & alibi receptum eſſe; ſimiliter in Cam. in pronunciando obſervari firmat præjudicio num. *100.* add. Deckh. *Relat. Cam. 13. n. 63. & 81.* prout etiam docet praxis quotidiana. Hinc ſi quis creditori h. m. ſtipulanti: *Quod à Titio debitore meo conſequi non poteris dare ſpondes;* ſine *cit. pr.*

verbis

verbis annueret porrecta vel ſtipulata manu, *mit handgebener Treu*, aliisve ſignis ad voluntatem declarandam ſufficientibus, hodie obligabitur tanquam fidejuſſor: manus enim evidens perfecti conſenſus atque fidei eſt ſignum, poſt alios, Hering. *d. c. n. 165.* Proinde & porro, ſi Titius inſtrumentum vel chirographum, in quo debitor illo ſciente ſcripſit, *ſe Titium, aſſertis ſuum chirographum, fidejuſſorem dediſſe*, ſua manu ſubſcripſerit, hoc ipſo conſenſiſſe, atque fidejuſſorem ſe conſtituiſſe cenſetur. per *pr. l. de empt. vend. l. 26. §. 1. ff. de pign. l. 8. §. 15. ff. quib. mod. pign. l. 5. §. 2. in med. C. de jure delib.* Carpzov. *d. p. 2. C. 20. def. 9.* d. Diſp. *de Indem. fidejuſſ. th. 10. & 11.* Schilter. *ad ff. Ex. 48. §. 27.* Varias Formulas Fidejuſſ. Obligat. vid. ap. Dn. Stryck. *de caut. contr. ſect. 2. cap. 6. §. 16. & 17.* junge. Obligationem tamen *bey Scheltenſchreiben*, non excludere actionem injuriarum, ſi creditor, in caſum quendam moræ, debitorem tali injuria afficere velit; foret enim pactum ſuper materia illicita; Gylman. *lib. 1. deciſ. 9. num. 56.* quamvis in tali caſu moroſum infamiæ notam ex opinione hominum incurrere dicat Hering. *c. 19. num. 118.* Sed vid. P. Muller. *Diſſ. de bon. mor. ſect. 2. §. 6.* D. Graſs *in Diſſ. de promiſſ. ſub amiſſ. honor. exiſtimat. & fide §. 4.*

Obligatio ſub formulæ infamandi.

XI. Quamvis autem hodie, uti dictum, Stipulatio non ſit neceſſaria, quia tamen Fidejuſſio eſt contractus, liber conſenſus ſemper requiritur, & ſigna ad declarandam voluntatem idonea atque ſufficientia. Unde etiam *invitus* nemo ad fidejubendum compelli, vel neſciens ſcribi poteſt. arg. *l. 1. ff. de pact. l. 5. C. de O. & A.* Hering. *c. 7. num. 24. 30. & ſeqq.* Hinc metu illicito ad fidejuſſionem compulſus in integrum reſtituitur. *L. 14. §. 6. ff. quod met. cauſ.* Ex quo Dd. recte inferunt, quod filius, pro Patre fidejubere recuſans, propterea exhæredari non poſſit; per *d. l. 5.* & quia filius æs Patris alienum jure ſtricto ſolvere, vel ad illud exſolvendum ſe obligare non tenetur. *l. 5. §. 16. ff. de agn. & al. lib. l. 4. C. ne fil. pro patre.* vid tamen ſupra *ad tit. de inoff. teſtam. §. 16. & de exh. par. §. 3.* Aliud eſt, ſi filius Patrem (vel Matrem, Avum, Aviam,) carcere incluſum fidejuſſione ſua, vel pro perſona, vel pro debito ſuſcipere atque liberare nolit. *Nov. 115. c. 3. §. 9.* Et ita reſpondiſſe Dnn. JCtos Lipſ. refert Finckelth. *O. 99. in fin.* Hering. *num. 540. & ſeqq.* ubi idem multis authoritatibus firmat.

Conſenſus liber req. Invitus fidej. nemo cogitur.

Niſi filius pro Parentibus incarceratis.

XII. Circa Subjectum Fidejuſſionis conſiderandæ ſunt Perſonæ (1.) Fidejubentes, (2.) Fidejuſſores accipientes, & (3.) quæ Fidejuſſores dare tenentur. Fidejuſſores ſeſe conſtituunt omnes habiles, i. e. qui ſtipulanti promittendo ſeſe obligare poſſunt; *l. 3. ff. h. t.* Hering. *c. 7. n. 88.* Joh. Voetius *n. 5. h. t.* etiam Filiusfam. ſive pro Patre, ſive pro extraneo; *l. 10. §. 1. ff. l. 8. C. eod. l. 3. C. quod cum eo.* Hering. *n. 327. & ſeqq.* modo ſint idonei,

Subject. Fidejuſſores fieri poſſunt habiles & idonei.

nei, *d. l. 3.* nec ſpecialiter prohibeantur; quod fit vel Natura, vel Lege. Illo modo Impediuntur Infantes, *l. 1. pr. ff. de V. O.* Furioſi, *l. 70. §. 4. ff. h. t.* & ſimiles rationis uſu deſtituti; *ſupra tit. de V. O. §. 19.* item Muti, Surdi, Abſentes ſc. de Jure Civ. *prac. § 9.* At hodie Fidejuſſionem quavis nuda conventione fieri poſſe dictum eſt *prac. §. 10.* Stryck. *§. 1.* Voetius *n. 3. h. t.* Struv. *Exerc. 47 th. 37.* ibique Mullerus. add. Val. Franc. *de fidejuſſ. c. 2. n. 16.* Hering. *n. 109. & ſeqq.* Impedimenta.

XIII. Lege prohibentur (1.) Milites, armatæ ſcil. militiæ, per *l. 31. C. de locat.* Stryck *in uſu moderno §. 5.* & Joh. Voetius *n. 5. h. t.* & quamvis *d. l.* de certa ſpecie, ſcil. de fidejuſſoribus conductorum loquatur, ex ſubjecta tamen generali ratione etiam generaliter hactenus à Dd. eſt accepta. add. *l. 8. §. 1. ff. qui ſatisd. cog.* L. B. ab Enenckel, *de priv. mil. l. 2. pr. 22. num. 1. junct. pr. 11. n. 3.* Sed *d. l.* reſtringi vult. Franc. *d. c. 2 num. 17.* ad milites in expeditione verſantes, Verum ex textu patet, Imp. non tam ad actum fidejuſſionis, quam ad ea, quæ exinde ſequuntur & diſciplinam militarem magis impediunt, reſpexiſſe. Cum autem illa armorum impedimenta, lites ſcil. civiles, non minus veniant ex fidejuſſione extra expeditionem, ideo neque hic diſt. eſt, utrum illa in, vel extra expeditionem contracta ſit. Carocc. *de locat. p. 1. tit. quib. non eſt perm. cond. num. 8.* ſcribit, *d. l. 31.* hodie non amplius obſervari, quod Hering. *d. c. n. 162.* reſtringit ad illos, qui vano ſaltem militiæ nomine lucra ſectantur. An vero *d. l.* in totum vel pro parte ab uſu receſſerit, facti eſt, proin aſſerenti incumbit probatio. Gœdd. *de contr. ſtip. c. 7. concl. 17.* Joh. à Sande, *dec. Friſ. l. 3. tit. 10. def. 1.* allegat exemplum, quo Capitanei licet locupletis fidejuſſio non admiſſa. De Jure tamen Civili interdum admittuntur Milites, ſi ſcil. in rem ſuam, hoc eſt, in utilitatem ſuam fidejubeant. *d. l. 8. §. 1. l. 8. §. 2. ff. de procur.* Enenckel. *d. pr. 22. num. 4.* add. dict. Diſput. *de Fidej. th. 4. & de indemn. vel J. theſ. 19.* Ad horum imitationem (2.) prohibentur Milites cœleſtis militiæ, ſive Clerici, & Monachi, per *c. 1. & 2. X. h. t. can. 29. c. 11. q. 1.* & de Jure Civ. per *N. 123. c. 6.* ubi tamen prohibitio non eſt generalis; ſed ad certa negotia reſtricta. Verum ex ibi juncta ratione Dd. *d. c. 6.* generaliter accipiunt Hering. *c. 7. num. 259. & ſeqq.* ubi varie limitat, v. gr. annon ſi Clericus fidejuſſerit, & contra ipſius perſonam nil exceptum ſit, fidejuſſio ſubſiſtat? Gœdd. *d. l. concl. 18.* Perez. *in C. h. t. num. 8.* & Hering. *n. 269.* addit hanc prohibitionem in noſtris Parochis & Sacerdotibus Aug. Confeſſ. ceſſare Rittersh. *de diff. I. C. & Can. l. 7. c. 13.* Lyncker *dec. 257. in U. M. §. 3. h. t.* Böhmer *in Diſp. de cleric. 10. arbitris cap. 3. § 6. cum ſeqq.*

Prohibentur, Milites, etiam extra expeditionem. De J. Civ. Clerici.

XIV. (3.) Curiales, h. e. Curiæ adſcripti, Decuriones, *l. 30. C. de locat.* Et quamvis *d. l.* etiam de ſpeciali ſit caſu, à Dd. tamen communiter indefinite accipi- Curiales.

accipitur Hering. *d. c. n. 175.* Sed hæc prohibitio hodie nullum uſum habere videtur, cum tales Curiales non amplius habeamus. Etſi enim illis Decurionibus hodie Senatores Civitatum in multis comparentur, Zahn *de Jur. & Jurisd. munic. cap. 14. num. 4.* hoc tamen non obtinet, ſed illos fidejubendo valide ſeſe obligare poſſe dubio caret. Zahn. *d. l.* Hering. *num. 180* & *num. 191. & ſeqq.* probat Vaſallum quoque recte fidejubere.

Fœminæ. (4) Fœminæ, *l. 3. l. 48. pr. ff. h. t.* idque ob beneficium SCti Vellejani *l. 2. §. 1 ff. ad SCtum Vellej. l. 8. §. 1. ff. qui ſatisd. cog.* Fidejuſſio enim eſt interceſſio, quando autem ceſſet? vid. ſupra *tit. ad SCtum Vellej. §. 21. & ſeqq.* Gaedd. *concl. 10.* Dn. Stryck. *de caut. contr. ſect. 2. c. 6. §. 2. uſque ad 14.* Harpypr. *Conſil. nov. 71.*

Pupilli. (5.) Pupilli infantia majores, ſine tutoris authoritate. *l. 9. pr. ff. de aut. tut. l. 189. ff. de R. J.* Hering. *num. 70. & ſeqq.*

Minores. (6) Minores curatorem habentes, ſine illo, nulliter contrahunt, Si non habeant, gaudent beneficio reſtitutionis in integrum, *l. 3. C. de in integr. reſtit.* Mev. *ad Jus Lub. l. 1. tit. 7. art. 6.* & ſi cum Fidejuſſore alio ſimul fidejuſſerit Minor, perſona ejus ſubtracta pro viril ille tenebitur. *l. 48. §. 1. ff. h. t.* Aliter vero ſe res habet, ſi conſenſus curatoris accedat: Minor ſe pro majore gerat, &c. vid. Joh. Voetius *n. 7.* Oecerj *Diſſ. de lubrico ætatis §. 22.* Plures limit. vid. ap. Hering. *num. 105. & ſeq.* ſupra *tit. de aut. & conſ. tut. §. 11.* add. *tit. de Min. 25 ann. §. 20.*

Servi. (7.) Servi, extra cauſam peculiarem, inſcio Domino de Jure Civili, *l. 3. l. 19. l. 20. ff. h. t.* quod tamen hodie ſecus ſe habet. d. Diſp. *de Indemnit. fid. th. 25.* Sed quomodo hæc circa ſingulas perſonas multifariam ampl. & limit. vid. Mant. *d. l. cap. 2. n. 16. ad fin. uſque.*

Fidejuſſores accip. Creditores. XV. Fidejuſſores accipere poſſunt omnes Creditores, qui ſpecialiter non impediuntur, nec prohibentur. Stryck. *in uſu moderno §. 4. h. t.* Requiritur ergo, ut Fidejuſſorem accipiens (1) ſit Creditor, h. e. ut ipſi aliquid

non Adjectus. debeatur. *l. 10. pr. ff. h. t.* Hinc Adjecto fidejubendo fruſtra promittitur, quia non eſt creditor, nec ullum habet obligatum, ſed debitor facultatem tantum habet ipſi ſolvendi. *l. 23 ff. h. t. l. 56. §. 2. ff. de V. O.* add. ſupra *ad eund. tit. §. 14. & ſeq.*

Qui non impediuntur, n. 15. (2.) Ut Creditor neque natura impediatur, nec lege prohibeatur. Impediuntur autem de Jure Civili omnes Fidejuſſorem accipere, qui ſtipulari non poſſunt, ut rationis uſu deſtituti, item muti, ſurdi, abſentes. *l. 1. pr. ff. de V. O.* ſupra *ad d. tit. §. 19. & 26.* Sed hodie abſentia & alia quædam vitia, quæ ſtipulationem in ſpecie impediunt, non tamen impediunt fidejuſſionem. juxta *præced. §. 10.*

nec prohibentur. XVI. Prohibentur, qui de Jure Civili ſtipulari prohibentur, qui non ſunt Cives Romani, ut Deportati, Servi, &c. vid. *ad tit. de V. O. §. 21.* Uxorem

tem etiam à Marito aut patre ejus pro dote repetenda vel conſervanda Fidejuſſorem accipere prohiberi, per *rubr. & tit. C. ne fidej. vel mand. d. t. dent.* late propugnat Hering. *c. 6. n. 147. & mult. ſeqq.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 7. th. 4. in f.* ſed *ad §. 1. h. t. num. 2.* hoc vult accipi tantum de eo caſu, ſi dos per ſtipulationem reddenda ſit ipſi mulieri, vel ejus Patri, ne perfidia inter conjuges generetur. Cui enim creditum eſt corpus uxoris, ei & credi poteſt modicum dotis, *c. 7. x. de don. int. vir. & ux.* quæ ratio ceſſat, ſi Extraneus dotem ſibi reddi ſtipuletur, & tunc recte intervenit Fidejuſſor. Diſp. *de Fidejuſſ. th. 10.* D. Graſs *ad ff. lib. 3. poſter. th. 7. & 8.* Joh. Voetius. *n. 11. &* Stryck. *in uſu moderno §. 10. h. t.* Beyer *poſ. 7. uſque ad 16. h. t.* Aliter quidem ſentiunt Ludwell. *Ex. 12. th. 7. lit. b.* Carpzov. *I F p. 2. c. 42. def. 17.* rati, quòd Uxor Fidejuſſorem ab invito Marito exigere prohibeatur, à volente vero poſſit accipere, vel cautionem à Sponſo promiſſam matrimonio contracto exigere. vid. Perez. *ad tit. C. ne fidejuſſ. dot.* Maritum tamen quandoque exactione cautionis onerari poſſe, ſentit Mevius, ſi cauſa exigendi juſta adſit, ob dotis ſcil. periculum, quia Maritus de fuga ſuſpectus, aut dilapidator, aut alias ad inopiam divergat. Mev. *p. 5. dec. 236. num. 5. & 7.* Fab. *in C. l. 5. t. 14. def. 5.* add. *tit. ſolut. matr. §. 2.* Manz. *c. 3. num. 11. & ſeqq.* Item, ſi uſu aliter obtineat, & Fidejuſſores pro dote conſervanda accedi ſoleant, uti de Pomerania teſtatur Mevius *part. 2. dec. 2. num. 367.* In Ducatu Wurtemb. omnes prohibentur Judæis pro ſubditis d. Ducatus fidejubendo ſeſe obligare, alias totus contractus foret nullus, & recipiens carcere, vel interdum etiam relegatione puniretur. *Lands-Ordn. tit. 25. §. 25. & 26. Es ſoll auch keiner.* Reliqui omnes, qui naturâ contractus, vel legis diſpoſitione non excluduntur, fidejuſſores ſibi jure obligant: ſive ſunt maſculi, ſive fœminæ: ſive Patresfamilias, ſive filiifamilias; ætate majores, vel minores, ita, ut & pupilli infantiam egreſſi, minores curatorem habentes, & prodigi ſine tutorum auctoritate, & Curatoris conſenſu, Fidejuſſorem recte accipiant. *l. 6. ff. de V. O. §. 9. I. de inut. ſtip.* d. Diſp. *de Indemn. fidejuſſ. th. 24.* Struv. *Ex. 47. th. 38.* ibique Muller.

XVII. Fidejuſſorem Debitor dare ſolet; & tenetur, ſi Creditor expoſcat, cujuscunque ille ſit dignitatis & conditionis, etiam ditiſſimus & ſine omni ſuſpicione, *l. 1. §. 1. ff. ut leg. nom. cav. l. 3. §. 5. ff. ſi cui plus quam per Leg. Falc.* Dd. *ad l. 12. ff. qui ſatisd. cog.* multo magis, ſi ſuſpectus ſit de fuga: vel futura inopia, dolove: vel bonis ceſſerit: Hering. *c. 5. num. 44. 79.* Vel ſi Creditor ex errore peregrinum, vel aliquem acceperit, qui fidejubere quodammodo prohibetur, ſucceſſive alium petere poteſt; ſecus ſi facultatibus idoneum Fidejuſſorem dat Debitor.

Etiam plures. ſit. Bach. *th. 2. lit. F.* Voet. *h. t. th. 2.* De cætero Debitor quoque alium idoneum ſubſtituere poteſt. Mevius, *p. 3. dec. 6.* Quod autem Fidejuſſores dare opus ſit, vel contrahentium voluntati, vel Judicis arbitrio relinquendum eſt; cum modo unus idoneus ſufficiat: modo plures requirantur, *l. 1. l. 2. §. 3. l. 3. §. 2. l. 9. l. 10. ff. qui ſatisd. cog. l. 3. §. 5. ff. jud. ſolvi. add. §. 4. I. h. t. l. 10. l. 26. l. 27. l. 56. & paſſim ff. h. t.* & Duo Debitores unum Fidejuſſorem dare queunt. *l. 40. ff. h. t. l. 53. ff. mand.* Locutio tamen, *Datis Fidejuſſoribus*, etiam in uno verificari poteſt, arg. *l. 148. l. 158. ff. de V. S.* Hertog. *c. 9. num. 38.* In Criminalibus vero pro qualitate delicti & perſonarum plures exiguntur. *l. 1. l. 3. ff. de cuſtod. reor.*

Objectum eſt 1. Obligatio præcedens. XVIII. Objectum ſunt Obligationes alienæ, quas Fidejuſſores in ſuam fidem recipiunt. Sic Req. (1.) Obligatio præcedens, cui accedere poſſit. *§. 1. 3. 5. I. h. t. d. §. 2. ibi: Dummodo ſit aliqua l. 11. l. 16. pr. ff. h. t. pr. I. quib. mod. toll. oblig.* Nulla ergo præexiſtente, nulla etiam erit fidejuſſio, quæ eſt contractus acceſſorius ſine principali conſiſtere nequiens: Nec obſt. *d. §. 3. I. h. t. & d. l. 6. §. 2. ff. ibi:* quod Fidejuſſor quoque obligationi futuræ adhiberi, eandemque ſequi poſſit: Nam eo in caſu Fidejuſſor, antequam principalis obligatio exiſtat, revera non eſt Fidejuſſor, nec obligatus, ſed omnia ſunt in pendenti, & fidejuſſio demum in actum ſecundum deducitur, quando principalis obligatio in eſſe conſtituta eſt. *l. 35. ff. de jud. l. 57. ff. h. t.* Brunnemann. *ad d. l. 6. num. 2.* *2. Aliena.* (2.) Aliena, *l. 110. ff. de V. O. l. 5. ff. de R. C. l. 21. ff. de ſolut. pr. I. h. t. l. 41. pr. ff. h. t.* Nemo enim pro ſe ipſo fidejubet. *d. pr. I. h. t. l. 21. §. 2. ff. h. t.*

Obj. Reſp.

Simplex, & Mixta. XIX. Hæc principalis obligatio, ſive Simplex ſit, & quidem vel naturalis tantum, vel civilis tantum: ſive Mixta, Joh. Voet. *n. 8. & 9. h. t.* nihil intereſt: modo non improbata ſit legibus, vel ſub conditione impoſſibili: *l. 29. l. 46. l. 70. ff. h. t.* Bach. *d. Diſp. th. 3. lit. A.* Dn. Voet. *h. t. n. 11.* Mantzius, *c. 3. num. 72. & ſeqq.* *Popularis.* vel Popularis actio; *d. l. 70. §. 5.* quia in ea nullus cenſetur Creditor ante L. C. *l. 12. ff. de V. S. l. 6. ff. de pop. act.* Fidejuſſio enim tantum fit apud Creditorem *l. 10. pr. ff. h. t.* *Naturalis tantum.* Quod autem ad Naturalem tantum accedere poſſit Fidejuſſ. probatur *§. 1. I. h. t. l. 6. §. 2. ff. l. 7. l. 8. §. 1. & d. l. 16. §. 3. ff. h. t.* modo plena atque perfecta ſit, *d. l. 7.* qualis in Jure ſub voce naturalis obligationis intelligitur, utpote quæ ſuos quoque habet effectus, & hoc in ſpecie condictionem indebiti impedit. *d. l. 7. d. l. 16. §. 4.* ſupra *ad tit. de O. & A. §. 6. 7. & 8.* *Obj. Reſp.* Non obſt. *l. 25. ff. h. t.* Licet enim Fidejuſſor pro naturaliter obligato per Mandati actionem ſuum conſequi non poſſit, hoc tamen non facit, quo minus fidejuſſio ejus valeat, ſic filius pro Patre recte fidejubet. *l. 8. C. h. t.* & tamen judicium inter hos non conſiſtit. *l. 4. ff. de judic.* Bach. *d. th. lit. B.* Diſp. de

Fide-

Fidejuſſ. th. 11. Quod Civili tantum poſſit accedere Fidejuſſor, prob. *§. 1. l. 1. §. 9. 2. ff. h. t.* & per *l. 12. C. de N. N. P.* pro illo intervenire licet, qui ſpe futuræ numerationis ſe debere ſcripſit: hic autem civiliter tantum obligatur; ſed eadem exceptio accommodatur Fidejuſſori, quia principalis intra biennium ſe tuetur. Fidejuſſio enim eſt contractus Juris Civilis, proinde ſufficit vinculum Jur. Civ. adeſſe. Bach. *lit.* C add. ſupra *ad tit. de O. & A. §. 11.* & d. Diſp. *th. 12.* Mixtæ obligationi quin accedere poſſit fidejuſſio dubium non eſt; Excepta ſpecie obligationis, qua pro Marito dotem accipiente Fidejuſſores intervenire prohibentur. *pract. §. 16.* Hæc mixta autem per Civilem intelligitur in *l. 16. §. 3. ff. h. t.* utpote quæ *κατ' ἐξοχὴν* civilis dicitur. *l. 7. §. 2. ff. de pact.* add. *tit. de O. & A. §. 12. & ſeqq.*

Civilis tantum.

Mixta. Oblig.

XX. Ex hactenus dictis fluit: Si filiusfam. mutuam pecuniam contra SCt. Maced. acceperit, contra eum ipſo jure datur actio; *l. 10. ff. de SCto Maced.* ergo & Fidejuſſor pro illo poterit intervenire, ita tamen, ut, niſi donandi animo acceſſerit, æque ac filiusfamilias ipſe, & ſeſe defendere poſſit exceptione SCti Maced. *l. 7. §. 1. ff. de except. l. 9. §. 3. ff. de SCto Maced.* ſupra *ad eund. tit. §. 13. & 18. inſ.* Brunn. *ad l. 2. de pign. inſ.* Pariter pro Fœmina, quæ contra SCtum Vellej. intercedens obligatur, etiam Fidejuſſor intervenire poteſt, ita tamen, ut & fidejuſſor eo in caſu, æque ac mulier, actorem exceptione SCti Vellejani repellere queat. *d. l. 7. §. 1. l. 8. §. 4. l. 16. §. ff. l. 14. l. 15. C. ad. SCtum Vell.* ſupra *ad tit. §. 14. 15. & 18.* Sed quæritur, an pro pupillo ſine tutoris auctoritate contrahente, & inde locupletiore non facto fidejuſſio valeat? quod primo intuitu negandum videtur. *per l. 41. ff. de cond. indeb.* & *l. 59. ff. de O. & A.* Nulla enim præexiſtente principali obligatione etiam nulla poteſt accedere. Hoc tamen non obſtante, Fidejuſſor prædicto in caſu utique obligatur, quia pupillus infantia major ſine tutoris authoritate contrahens nec locupletior factus, naturaliter non obligatur; (alias vid. *l. 1. §. 1. ff. de auth. tut.*) non propter defectum voluntatis, ſed facultatis, quæ ipſi Jure Romano adempta eſt, ne pupillus conditionem ſuam faceret deteriorem. Stryck. *in uſu moderno §. 8.* & Voet. *num. 9. h. t. ubi de prodigo agitur.* Ergo Juris Civilis diſpoſitio procedit tantum in illis caſibus, in quibus agitur de præjudicio pupilli. Hinc à contrario ſenſu argum. In quibus non agitur de ipſius pupilli, ſed de tertii præjudicio, regreſſus fit ad Jus commune, & pupillus naturaliter ex ſua conventione obligatur: Atqui hoc in caſu non de pupilli, ſed de fidejuſſoris agitur præjudicio. Pupillus hoc loco, reſpectu Fidejuſſoris, pro naturaliter obligato habetur. *l. 127. ff. de V. O.* add. ſupra *ad tit. de Auth. tut. §. 15.* & jung. *ad tit. de min. 25. ann. §. 20.*

An Fidejuſſ. pro filiuſf. intervenire poſſit?

An pro Fœmina?

An pro Pupillo?

Obj. Reſp.

An hodie pro Fœmina.

XXI. Quær. An pro Fœmina hodie ſine curatoris conſenſu contrahente Fidejuſſor obligetur? primo videtur negandum, quia etiam fœminæ hodie plerumque ſine Curatoris conſenſu ſeſe obligandi facultas adempta eſt: Deficiente autem alterutro actionum humanarum principio deficit ipſum negotium. Unde Fœmina cuipiam aliquid ſine Curatoris conſenſu promittens nec naturaliter obligatur, & ſi quid ita ſolverit, tanquam indebite ſolutum repetere poteſt. arg. *l. 13. §. 1. l. 14. l. 40. pr. l. 64. ff. de cond. indeb.* Carpzov. *J. F. p. 2. C. 15. def. 1. & 2. ſupra ad tit. de pact. §. 47. ad tit. de R. C. §. 19. & tit. de cond. ind. §. 12.* Idem concludit Berlichius, *p. 2. concl. 17. num. 101.* quod nec Fidejuſſor pro fœmina dicto in caſu intercedens obligetur. Verum contrarium docet Carpzovius, Fidejuſſorem ſcil. hoc caſu firmiter & efficaciter obligari, quia Fœminis hodie facultas ſeſe obligandi adempta eſt, non in illarum præjudicium, ſed commoditatem, ut Imp. loquitur in *l. un. §. 15. C. de R. V. A.* per fragilitatem naturæ ſuæ in repentinam incidant inopiam. Si autem deficiente ratione, deficiat etiam Jus conſuetudinarium, ſequitur & hoc loco ceſſare diſpoſitionem, & per omnia recedendum eſſe ad Jus commune. Carpz. *d. C. def. 7.*

Datur pro obligat. ex quovis contractu. Item ex Acceſſoria.

XXII. Neque refert, præexiſtens obligatio, ex qua cauſa conventionis, vel facto obligatorio, ſive licito, ſive illicito deſcendat, aut cujus perſonæ ſit. *§. 1. I. h. t. l. 1. l. 2. l. 8. §. 1. & 6. l. 60. ff. h. t.* Joh. Voetius. *n. 7. h. t.* Principalis ſit, an Acceſſoria, nam & huic fidejuſſio accedere, & Fidejuſſor primo, ſecundo, & ſic deinceps Fidejuſſorem accipere poteſt, quia Acceſſor in hoc reſpectu fidejuſſionis principalis locum obtinere videtur. *d. l. 8. §. ſ. l. 4. l. 27. §. 2. & 4. ff. h. t.* add. *§. 6. & 7.* Sive obligatio ſit pura, in diem, vel ſub conditione. *l. 6. §. 1. l. 70. pr. ff. h. t.* vid. Struv. *Exerc. 47. th. 40.* ibique Mullerus.

In conditionali.

Item in delictis. Sed cum diſtinct.

XXIII. Modo dictum, nihil intereſſe, etſi principalis obligatio oriatur ex facto illicito, nimirum delicto, vel quaſi *l. 8. §. 5. l. 56. §. ſ. ff. h. t.* Cum hac diſtinctione tamen accipiendum, modo ex delicto agatur civiliter, vel criminaliter, ſed ad pœnam pecuniariam. Sin agatur ad pœnam corporis afflictivam, communiter maleficiorum Fidejuſſor accipi non poteſt, quia nemo eſt membrorum ſuorum dominus, & talis pœna ibi eſſe debet ubi eſt delictum. *l. 70. §. ſ. ff. h. t. l. 1. ff. de cuſtod. reor. l. 6. §. 1. ff. de man. & ton.* Joh. Voet. *num. 7. h. t.* Interdum tamen etiam in delictis, quorum pœna eſt corporalis, admittitur Fidejuſſor, non quidem de judicato ſolvendo, vel pœna luenda; ſed tantum de judicio ſiſti, ut ſcil. Judex, pro qualitate criminis, vel conditione perſonæ, reum vel in carcerem recipere, vel militibus tradere, vel Fidejuſſori committere poſſit. *leg. 1. leg. 2. ff. de cuſtod. reor.* Menochius. *A. I. Q. caſ. 303. & seq.* Judex vero prius æſtimare, debet, num delictum ſit manifeſtum & notorium:

rium: an dubium & obſcurum? Si hoc, an ſit grave, vel atrox, an leve? In notoriis enim, ut & gravioribus non admittuntur Fidejuſſores; per *l. 1. l. 3. ff. de cuſtod. reor.* Carpzov. *Pr. Crim. p. 3. q. 112. num. 30. & ſeqq.* nemo enim ſe poteſt obligare ad pœnam corporis afflictivam, cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum. Sichard. *ad rubr.* num. 3. & *l. 13 C. h. t. num. 11.* Manz. *c. 3. n. 44. & ſeqq.* Struv. *Exerc. 47. th. 39.* ibique Mullerus. Stryck. *in uſu moderno §. 31. cum ſeqq.* Quando autem fidejuſſor pro reo ſiſtendo intervenit, hoc indefinite non accipitur; ſed plerumque certa pecuniæ quantitas in cautione comprehenditur. Sin ſimpliciter ſe obligaverit, Judex pro conditione delinquentis ſummam, vel ab initio præſcribit, vel, ſi reus non ſiſtatur, ex poſtfacto per ſententiam determinat; *l. 4. ff. de cuſtod. reor.* quæ in foro Sax. hoc caſu non eſt ultra totum *Wehr-Geld*, hoc eſt 24. *alte Schock*, ſive 10. thal. Hæc tamen ſumma non ſtatim eſt exigenda; ſed ſufficiens ſpatium denuo indulgendum, intra quod poſſit perſonam exhibere. *l. 26. l. 27 C. h. t.* De cætero hic admiſſus fidejuſſor non tenetur, niſi uſque ad ſententiam latam, niſi aliter conventum *d. l. 4. §. 3.* Si autem Fidejuſſor dolo malo reum non ſiſterit, promiſſam ſummam ſolvendo non liberabitur, ſed inſuper arbitrarie & extraordinarie puniri poteſt per *d. l. 4.* Carpz. *d. l.* vid. ſupra *§. 16. qui potiores d. tit.* & *§. 37. de pign. & hypoth.*

Quomodo pro reo ſiſtendo?

XXIV. Cum vero fidejuſſio ſit negotium acceſſorium, & obligatio Fidejuſſoris in principalem obligationem referenda, ſua ſponte ſequitur, quod acceptus Fidejuſſor in plus, quam principalis, teneri non poſſit, non enim plus poteſt eſſe in acceſſione, quam in re principali. *§. 5 I. h. t.* & *§. 7 l. 16. §. 1. l. 34. l. 49. §. 2. l. 70. pr. ff. h. t.* Ad plus autem obligamur quatuor modis, re, tempore, loco, & cauſa. *§. 33. I. de act.* Si fidejuſſor in duriorem cauſam ſeſe obligaverit, omnino non, id eſt, plane, prorſus non, nec ad concurrentem ſummam obligatur, ut fidejuſſio in totum ſit nulla; & hoc verum eſt, etſi ratione quantitatis Fidejuſſor in deteriorem cauſam ſeſe obligaverit. *add.* B. Vinnius, *ad d. §. 5.* Franzk. *Ex. 10. q. 7.* Bachov. *d. D. 28 th. 4. lit. B.* Piſt. *l. 3 q. 10. n. 20.* d. Diſp. *de Fidejuſſ. th. 14.* Modo obligatio revera ſit in duriorem cauſam: Nam Fidejuſſor, dum Creditor X. quæ reus principalis debet, ab eo ſtipulatur, ſi in XX. reſponderit, proprie in duriorem cauſam non obligatur, & fidejuſſio tantum valet in X. ceu minorem & concurrentem ſummam, *l. 33 ff. mand.* add. ſupra *ad tit. de V. O. §. 17.* Struv. *Exerc. 47. th. 40.* ibique Mullerus. Joh. Voet. *n. 5. h. t.* Verum ſi creditor debitâ ſummâ majorem ſtipulatus ſit, v. gr. debitum ſit X. & Creditor ſtipuletur XX. quia tunc revera in duriorem cauſam accipitur Fidejuſſor, contractus ipſo jure nullus eſt, quod Creditor ſibi ipſi imputare

Fidejuſſor ſe non poteſt obligare in majorem ſummam. Nec in duriorem cauſam.

tare debet: & hanc ſententiam de Jure veriſſimam eſſe teſtatur Carpzovius, *l. F. p. 2. C. 19. def. 9. num. 3.* Sed moribus noſtris, etiamſi Fidejuſſor in duriorem cauſam ratione quantitatis ſeſe obligaverit, tamen quoad concurrentem ſubſiſtere fidejuſſionem, & in judicando obſervari, cum aliis docet Carpzov. *d. def. num. 13.* & late Dn. Voet. *n. 4.* Beyer. *poſ. 29.* Stryck. *in uſu mod. §. 9. h. t.*

Hodie quoad concurrentem ſummam.

Bene tamen arctius. v. gr.

XXV. Poteſt tamen Fidejuſſor arctius & efficacius ſeſe obſtringere, quam principalis, ex. gr. ſub nexu juramenti, vel pignoris, *l. 59. ff. h. t.* ut pro naturaliter tantum obligato etiam civiliter obligetur *l. 7. l. 16. §. 4. l. 25. ff. h. t.* ſub pacto executivo, vel adjectione pœnæ, ſupra *ad tit. de V. O. §. 23.* Sic etiam ad Obſtagium, *zum Einlager, zur Leiſtung,* ſe obligare poteſt, ſcil. in iis locis, ubi hic modus quodammodo adhuc viget, vid. *Receſſ. Imper. de A. 1577. tit. 17. §. 10.* eſt enim efficacior tantum obligatio. Hering. *c. 24. n. 10.* Franck. *d. tr. c. 3. n. 105.* add. ſupra *ad tit. de Ceſſ. bonor. §. 22.* Bachov. *d. D. th. 4. lit. F.* Stryck. *in uſu mod. §. 15. h. t. & C. ſect. 2. cap. 1. §. 37.* Struv. *Exerc. 47. theſ. 41.* ibique Müller. Lauterbach. *in Diſſ. de fidejuſſ. th. 15. & de pœna convent. th. 20. & 21.*

Forma.

XXVI. Forma ſubſtantialis conſiſtit in Stipulatione, qua quis ſe eidem Creditori aliquid daturum facturumve pro alio acceſſorie promittit, ita tamen, ut principalis quoque maneat obligatus. Requiritur itaque h. l. (1.) ut Fidejuſſor ſe pro alio obliget, & ſe pro eodem aliquid præſtiturum promittat. per *l. 65. ff. l. 5. C. h. t.* (2.) Ut ſe obliget eidem Creditori, cui principalis debet *pr. I. l. 16. pr. ff. h. t.* Unde excluditur ſolutionis gratia adjectus, cui debitum, invito etiam vero creditore ante L. C. ſolvi poteſt. *d. §. 1.* (3.) Acceſſorie, h. e. ut principalis maneat obligatus, *§. 5. I. l. 4. l. 5. l. 25. C. h. t.* & ex communi acceſſionum natura, ſublata obligatione principali, fidejuſſio quoque tollitur. *l. 18. ff. de novat. l. 43. ff. de ſolut. l. 178. ff. de R. J.* Formulam fidejuſſionis vid. ap. Dn. Stryck. *de caut. contr. ſect. 2. c. 6. §. 35.* & potiſſimum Hering. *c. 30.*

Req. 1.

2.

3.

Formula.

XXVII. Finis eſt ſecuritas Creditoris, *pr. §. 5. I. h. t. l. 1. §. 8. ff. de O. & A.* Effectus eſt, quod Fidejuſſor Creditori obligetur, æque ac principalis in ſolidum; ita, ut Jure D. & C. in arbitrio ſit Creditoris, an malit principalem prius, an Fidejuſſorem convenire? *l. 5. C. h. t.* niſi initio contractus aliud ſpecialiter placitum eſſe doceatur. *l. 5. l. 19. C. d. t.* At ſi pro eodem debito Creditori pignoribus ſimul cautum ſit, diſt. An debitor illa poſſideat? & idem obtinet, quod jam dictum: *l. 51. §. 3. ff. h. t. l. 56. pr. ff. mand.* An ipſe Creditor? & pignora prius debent diſtrahi; vel, illis omiſſis, etiam Fide-

Finis, Effectus. Creditori Fidejuſſor eſt obligatus, ut Jure D. & C. etiam prius poſſit conveniri.

Quid ſi & pi-

Fidejuſſorem eligere poteſt; *l. 2. l. 7. C. d. t.* ita tamen, ut hoc prius cedantur pignora. *l. 2. l. 21. C. eod.* Sin tertius poſſideat, hypothec. non habet locum niſi Creditor nec à debitore, nec à Fidejuſſore ſuum conſequi poſſit. d. Diſp. *de Fidej. th. 20. inſ.* vid. *ſeq. §. 36.* Electa vero in primo caſu prius pignoribus, liberatio tamen Fidejuſſoribus non ſtatim contingit, uti videre eſt ex *l. 17. l. 18. C. h. t.* Novo quidem Jure Beneficium Ordinis Fidejuſſ. conceſſum eſt, infra *§. 30. & ſeqq.* Si plures Fidejuſſ. ſint conſtituti, ſinguli ipſo jure in ſolidum obligantur, *l. 3. C. h. t.* ut liberum ſit Creditori, à quo velit ſolidum petere. *§. 4. I. eod.* Quo ipſo tamen nec Reus, nec reliqui Fidejuſſores, nec pignora liberantur, donec per omnia ſatisfactum. *l. 28. C. h. t.* add. Bachov. *d. Diſp. 28. th. 1. lit. B.* Novo etiam Jure Beneficium Diviſ. ipſis eſt conceſſum. *ſeq. §. 40. & ſeqq.* Sed Qr. ſi Fidejuſſor pro uno tantum ex duobus correis fidejuſſerit, *l. 16. pr. ff. h. t.* an nihilominus in ſolidum ſit obligatus? & affirm. *l. 40. ff. de eod.* quia in ſolidum obligatus eſt, cujus obligationem fide ſuâ recepit. Beyma, *ad l. 6. §. 1. ff. de duob. reis.*

XXVIII. Obligantur autem non tantum Fidejuſſores ipſi; ſed & illorum hæredes; *§. 2. I. h. t. l. 4. §. 1. l. 5. ff. l. 24. C. h. t.* per Reg. in *l. 12. l. 49. ff. de O. & A. l. 152. §. 3. ff. de R. I.* Item de Foro Sax. teſtatur Carpzovius, *p. 2. C. 20. def. 1.* Utcunque horum nulla expreſſe facta ſit mentio: idque ex natura omnium contractuum, & quia in ſpecie omnis ſtipulatio ad hæredes transmittitur. *l. 13. C. de contr. ſtip.* Carpzov. *d. l. ubi prejud.* Imo, ex recepta DDrum ſententia, licet particula taxativa adjecta ſit, ex gr. ſi Fidejuſſor dixerit: *Quod ſolus, tantum, duntaxat, obligari velit;* quia hoc modo non tam perſonas hæredum contrahentium quam extraneos potius excluſiſſe videatur. per *l. 8. §. 4. ff. de pign. act. 38. pr. ff. de V. O.* Hering. *c. 20. §. 10. n. 54.* Berl. *p. 2. concl. 26. n. 19.* Carpz. *d. C. def. 2. n. 27. & p. 2. c. 25. def. 5. n. 9.* Barboſ. *Theſ. locupl. voc. Taxativa dict. 11.* Brunnem. *ad l. 8. ff. de pact. n. 9.* & per multas rationes Menoch. *Conſ. 705. n. 8. & ſeqq.* Tiraquell. *de Retr. conv. §. 1. gl. 6. num. 10. inſ.* Stryck. *in uſu moderno §. 22. h. t.* Sed aliud eſt, ſi Fidejuſſoris hæredes expreſſis verbis excepti, & cautum ſit, quod ipſe ſolus, non etiam ejus hæredes obligentur, tunc morte illius obligatio extinguitur, pactum n. dat legem contractui, per *l. 23. ff. de R. I.* vel ſi tacite ſint ab obligatione liberati: ut ſi conventum, ut loco Fidejuſſoris mortui alius Fidejuſſor ſubſtituatur. arg. *l. 219. ff. de V. S.* d. Diſp. *de Fidejuſſ. th. 19.* Hering. *d. c. §. 11. num. 62.* Carpzov. *def. 5. & ſeq.* ubi *num. 2.* limit. niſi executio in bona vivi Fidejuſſoris facta. Et perbene monet Brunnem. *d. l. n. 8.* quantum poteſt, indagandum eſſe, quo ſine particula taxativa appoſita videatur. Idem eſt in Fidejuſſore pro delicto actione pœnali, ut tamdiu teneatur, quam-

[Margin notes: pignora excutiantur ſec. Diſſ. — Ex pluribus unus potest eligi. — Oblig. Fidejuſſ. hæredes. — Licet nulla ſit mentio, — vel adjecta ſit particula taxativa. — Niſi expreſſe excepti, — vel tacite liberati. — ſi oblig. ex delicto.]

quamdiu vivit, & tenetur is, qui deliquit: poſt ejus mortem, niſi ante liscontestata fuerit, debitor liberabitur. *l. 10. §. 2. ff. ſi quis caut. in jud. ſiſt. vid. infra §. 62.* Interdum etiam ſpeciali conſuetudine hæredes eximuntur, uti teſtantur Perlich *d. t. num. 11.* Carpzov *deſ. 4. ſeq. § 62.* Stryck *in uſu moderno §. 13. h. t.*

Plures hæredes non tenentur in ſolidum.

Si vero plures hæredes uni Fidejuſſori ſucceſſerint, ſinguli in ſolidum non tenentur; ſed quilibet pro rata, parte ſcil. hæreditaria. *l. 24. l. 49. § 1. ff. h. t. l. 1. l. 7. C. de hæred. act. l. 1. C. ſi cert. pet.* Nec obſt. quod Fidejuſſ. obligatio ſit individua; nam reſpectu vero defuncti omnes hæredes ſimul ſumti in ſolidum tenentur. Reſpectu vero regulariter obligationes & actiones tam active, quam paſſive, ipſo jure dividuntur; *l. 6. C. famil. erciſc.* cum unusquisque defunctum repræſentet pro ea parte, pro qua hæres eſt. Gomez. *tom. 2. var. reſol. c. 10. num. 5.* d. Diſp. *d. th. 19.* Mev *p. 6. dec. 94. junct. p. 5. dec. 66.* Joh. Voet. *n. 12. h. t.*

Obj. Reſp.

XXIX. Fidejuſſores cum hæredibus tenentur, ad quod illi ſeſe obligarunt; ubi tamen tres diſtinguendi ſunt caſus, quomodo obligatio facta ſit: (1.) Ad certam ſummam. (2.) An ſimpliciter pro debitore principali. (3.) An expreſsè in omnem cauſam.

Si Fidejuſſor ſe oblig. ad certam ſummam?

Primo in caſu, ſi ad certam ſummam, vel ad ſortem tantum ſe obligarint, ad illam ſolummodo tenentur, *l. 68. §. 1. ff. h. t.* etiamſi principalis debitor majorem ſummam vel uſuras debeat *d. l.* Sande. *d. l. 3. t. 10. def. 4.* Nam Fidejuſſor quidem in majorem ſummam, quam principalis debet, ſe obligare nequit: bene tamen in minorem. *l. 8. §. 7. ff. h. t. pr. §. 24.* Si autem principali debito ex poſtfacto aliquid accedit, ad illud non obligatur Fidejuſſor, ſed tantum ad id, quod tum temporis dari oportet; *l. 76. §. 1. l. 89. ff. de V. O.* niſi verba in futurum ſint concepta, *quod jam dari oportet, oportebitve. d. l.* add. *l. 23. pr. ff. de S. P. V.*

An Fidejuſſ. noceat mora princip. debitoris

Hinc, ſi obligatio principalis ex mora vel culpa fuerit aucta, ſicque debitor principalis ex ſua mora ad uſuras obligetur, ad illas tamen hic Fidejuſſor haud tenetur, *d. l. 68. §. 1.* add. *l. ſ. ff. eod.* niſi ipſe moram commiſerit, aut ſe expreſsè ad uſuras obligaverit, *l. 10. C. h. t.* vel tacite. vid. *ſeqq. §§.* Beyma, *ad l. 24. ff. de uſur. p. 277. in med.* Sic Fidejuſſor pro judicato ſolvendo ſi victus ſit, expenſas non repetit, quia defenſionem rei non ex neceſſitate; ſed ultro ſuſcepit, ſin obtineat, eas repetit, quia hoc mandatum cenſetur. *l. 5. §. 6.* ibi Brunnem. *ff. jud. ſolvi.* Hering. *c. 26. n. 16.*

Obj. Reſp.

Nec obſt. *l. 88. ff. de V. O.* ubi mora principalis Fidejuſſori quoque nocere dicitur; Reſp. enim, hoc ita ſe habere, quoad obligationem tantum perpetuandam, non vero quoad eam augendam, *l. 1. §. 4. in f. ff. de V. O.* Beyer. *poſ. 21.* & Stryck. *in uſ. mod. §. 11. h. t.* Ideo, ſi debitor moram fecerit in ſervo Sticho ſolvendo, & hic deceſſerit, tunc perpetuatur non tantum principalis; ſed etiam fidejuſſoria obli-

Verum augere Fidejuſſoris obligationem mora vel culpa debitoris nequit, *l. 8. ff. de eo, quod certo loco. d. l. 91. §. 4.* & *d. l. 68. h. ſ. ff. h. t.* Hering. *c. 20. n. 134.* Carpz. *d. p. 2. C. 19. def. 8.* nam fidejuſſio eſt ſtricti juris. *l. 99 pr. ff. de V. O.*

XXX. Secundo in caſu, ſi Fidejuſſor ſeſe ſimpliciter, neque ad certam ſummam, neque in omnem cauſam obligavit, ex gr. *fidejubeo pro Titio*, obligabitur ad omne, quod tempore fidejuſſionis eſt in obligatione, ſive ſors ſit, ſive uſura. *d. l. 68. §. 1. l. 10. C. h. t.* Carpzov. *d. C. 19. def. 8.* Sande. *d. l. in addit.* Stryck. *d. §. 11. & 12. h. t.* Indefinita etiam in Jure æquipollet univerſali, & inſuper ſimpliciter fidejubens etiam fidejubere videtur in omnem cauſam ex natura illius negotii deſcendentem. *l. 56. §. 2. & l. 52. §. 2. ff. h. t.* Hinc in contractibus b. f. obligatur ad uſuras poſtea ex mora principalis venientes, etiamſi de iis nil dictum ſit. *l. 52. §. 2. ff. l. 15. C. de uſur.* Similiter ex ſolo perſonarum aut cauſæ favore aliquando Fidejuſſor ſeſe in omnem cauſam obligaſſe cenſetur. *l. 9. l. 10. l. 11. ff. rem pupill. ſalv. fore l. 3. ff. de fidejuſſ. & nom. tut. l. 1. §. 5. ff. de uſur.* Hering. *c. 20. n. 68. & 233.* Carpzov. *d. l. n. 6.* Dn. Voet. *n. 15.*

XXXI. In tertio caſu, ſi Fidejuſſor expreſſe ſe in omnem cauſam obligavit, dubium non eſt, quin obligetur non tantum ad ea, quæ tempore fidejuſſionis in obligatione fuerunt, ſed &, quæ ex poſtfacto acceſſerunt, uſuras ſcil. & omne intereſſe: *l. 54. pr. ff. loc. cond. d. l. 10. l. 7. C. de pact. inter empt.* Bachov. *ad Tr. V. 1. D. 25. th. 5. lit. B. & E.* Vinn. *ſel. quæſt. l. 2. c. 10.* Sed Francus, *c. 5. n. 65.* hiſce difficultatibus præſcribit cautelam, ſi Creditores ab initio inſeri curent inſtrumentis: Fidejuſſorem velle teneri in omnem cauſam atque eventum ad uſuras & acceſſiones. Hahn. *ad Wes. h. t. n. 6. verb. Non etiam.* De hoc Effectu primo ſive Obligatione fidejuſſoris add. Manzius, *cap. 5.*

XXXII. Secundus effectus ex primo ortus eſt Actio, quæ adverſus Fidejuſſores competit. Datur autem adverſus illos vel Condictio certi, ſi certum quid in obligationem ſit deductum: vel Actio ex ſtipulatu, ſi incertum aliquod debeatur, de quibus Actionibus ſupra *ad tit. de V. O. §. 38.* & late Manzius, *d. tr. c. 6.* vel hodie condictio ex moribus Stryck. *de act. for. inveſtig. ſect. 1. m. 5. §. 42. & m. 7. §. 1.*

XXXIII. Effectus Fidejuſſorem reſpiciens conſiſtit in Beneficiis ipſi competentibus. Tria namque Fidejuſſoribus conceſſa in Jure leguntur: (1.) Beneficium Ordinis, ſive Excuſſionis. (2.) Diviſionis. (3.) Cedendarum actionum.

XXXIV. Dictum eſt *prox. §. 27.* Fidejuſſorem æque obligari ac principalem, & Creditorem liberam habere electionem, utrum ex iis prius convenire velit, etiamſi pignora acceperit, juxta diſtinct. in *d. §. 27.* Imp. tamen Juſti-

Si ſimpliciter ſe obligaverit.

Si ſe obligaverit in omnem cauſam?

Cautela.

Competit Cond. certi, vel Actio ex ſtipulatu.

Effect. ult. Fidejuſſ. conſiſtit in Beneficiis.

J. Eſt Excuſſionis. nianus æquiſſimum judicavit, ut ſubveniatur Fidejuſſoribus, & excutiatur prius debitor principalis, qui ſolus utilitatem ex contractu ſenſit, vel qui aurum, id eſt, pecuniam accepit, debitumque contraxit, quam ad Fidejuſſorem vel ſimilem interceſſorem eatur, *Nov. 4. cap. 1.* quod vocatur Beneficium Ordinis, ſive Excuſſionis, item Juſtiniani, ab Authore ſuo, licet jam ante apud Rom. de ea Lex extiterit, non tamen fuit recepta, *d. Nov. 4. pr.* niſi in certis caſibus. *l. f. C. de div. tut. l. 1. §. 9. ff. de mag. conv. l. 2. §. 1. ff. ſi quis om. cauſ. teſt. l. 3. § 2. ff. de adm. tut. l. 3. pr. ff. de adm. rer. ad civ. pertin.* Sed Juſtin. & Fidejuſſoribus & aliis hoc beneficium conceſſit. *d. N. 4. c. 1. & ſeqq.*

Conſ. Illic. — Ejus deſcriptum. Eſt autem privilegium, in favorem Reorum, qui minus principaliter tenentur, conceſſum, ne, bonis principalis debitoris nondum excuſſis, ipſi cum effectu conveniantur. B. Dn. Parens in *Diſp. de Benef. excuſ. th. 5.* Ejus Defin. nominis vid. *th. 3. & 4.*

Excutere quid h. l. Excutere aliquem h. l. nihil aliud eſt, quam in facultates alicujus inquirere, ut ſciatur, an ſit ſolvendo, nec ne. *l. 1. §. 9. ff. de mag. conv. l. 2. ff. ſi quis om. cauſ. teſt.*

Conſ. Imp. XXXV. Hoc Beneficium non de apicibus Juris; ſed exigente ipſiſſima æquitate introductum. Franzk. *l. 1. reſ. 12. num. 2.* Bach. *d. Diſp. 28. th. 5. lit. C. & D.*

Competit omnibus Fidejuſſ. Ideoque competit Fidejuſſoribus, ſive ſimplicibus, *d. Nov. cap. 1.* Auth. *Præſente C. h. t.* ſive ſuccedaneis. Nam principalis Fidejuſſor reſpectu ſuccedanei loco Rei eſt. *l. 27. §. 4. ff. h. t. pr. §. 6.*

Sed non Indemnitatis. Ratio. Ampl. Fidejuſſor vero Indemnitatis ſua natura hoc auxilio non indiget, utpote qui, nondum excuſſo principali, conveniri nequit; *l. 116. ff. de V. O. pr. § 7. & 8.* etiamſi de præſtandis promiſſis juramentum præſtiterit: Nam juramentum imitatur naturam contractûs, illiusque conditiones recipit. *l. f. C. de N. N. P. l. f. ff. qui ſatisd. cog.* Struv. *Exerc. 47. th. 43.* ibique Muller. Stryck. *in uſu moderno §. 19. h. t. & C. C. ſel. 2. cap. 6. §. 20.* Vel omni legum auxilio renunciaverit, & in ſpecie Excuſſ. beneficio; quia, quod quis non habet, et renunciare nequit, poſt multos, & varia præjudicia, Finckelth. *O. 107.* *Roding. C. 4. O. 45.* Carpzov. *d. p. 2. C. 17. def. 7. n. 3.* Franc. *de fidejuſſ. c. 5. n. 169.* Hahn *h. t. N. 6. verb. Aut excuſſis.*

Ampl. Licet adſit Clauſula: Alles treulich. Vel juramentum adhibuerit. Neque ſuperadd. Fidejuſſoribus officit, licet (1.) fidejuſſioni adjecta ſit clauſula. *Alles treulich, ſonder Argeliſt, und ohne Gefehrde,* quod nihil importat aliud, quam dolum & fraudem abeſſe debere. Carpzov. *d. p. C. 18. def. 5.* vel (2.) de Jure, ſi juramento interpoſito ſe obligârint, per d. Reg. ex *d. l. f. C. de N. N. P.* Natura autem promiſſionis acceſſoriæ eſt, ut Fidejuſſor, ante excuſſionem principalis, regulariter cum effectu non conveniatur; ſed in ſubſidium reſervari debet. *d. Auth. d. N. c. 1.* Non enim juratum eſt, ſe remediis à Jure conceſſis uti nolle; ſed ſaltem contractum ſe firmiter ſervaturum. Dn. Stryck. *D. de Benef.*

Benef. Excuſſ. c. 2. n. 12. & 13. Sed quamvis hæc ſententia de Jure ſit verior, contrariam tamen in foro eſſe receptam, ubique approbatam teſtantur Franc. *d. c. 3. n. 361.* Hering. *c. 27 part. 1. n. 51.* Gail. *l. 2. O. 27 n. 22.* Conſil Marpurg. *V. 2. conſ. 12. n. 118.* Carpzov. *d. p c. 17. def. 5.* Berlich. *p. 2. concl. 22 n. 23.* vel (3.) Fidejuſſor ſemet ut principalem debitorem conſtituerit. *der ſich als einen Bürgen und Selbſtſchuldner verſchrieben hat* quæ adjectio non alterat contractum, nec ordinem Juris evertit, ſed enixum ſe obligandi animum potius declarat. arg. *l. 3 C. h. t. d. N. 4. c. 1.* Franzkius, *Ex. 10. q. 8.* poſt multos, Carpzov. *C. 18. def. 2.* Schnob. *ad ff. Diſp. 23. th. 12.* Franc. *num. 192.* qui æque ac Cothm. *l. 1. Reſp. 22.* & *l. 2. reſp. 76.* docent, hanc ſententiam ut veriorem, ita communem, & pleroſque eum ſecutos eſſe. late d. Diſp. *de Benef. Exc. th. 22.* Böhmer *n. 17.* & Stryck. *in ſ. m. § 19. h. t.* Attamen in multis aliis locis contrarium obſervari demonſtrat Hering. *d. c. n. 18. & ſeqq.* ita de Camera Imperiali teſtatur Gail. *l. 2. O. 28. n. 6.* & de foro Wurt. Wurt. Landr. *p. 2. t. 3. §. Es hetten ſich &c.* ibi Parens meus, *th. 4.* **vel Fidejuſſ. ſe ut principalem oblig.**

XXXVI. Hoc beneficio ſuccurritur non tantum Fidejuſſoribus; ſed & Mandatoribus, atque in genere omnibus Interceſſoribus: *d. N. 4. c. 1.* per conſequens etiam ſimpliciter Conſtituentibus. *l. 28. ff. l. f. C. de pec. conſt.* ſupra *ad eund. tit. §. ult.* Gail. *l. 2. O. 28. n. 1.* Carpzov *d. p. 2. C. 18 def. 2.* Sed non Expromiſſori, per ea, quæ *præc. §. 3. in fin.* Nec regulariter duobus reis debendi, niſi ad unum omnis pecunia pervenerit. ſupra *ad tit. de duob. reis. § 20.* **& comp. Mandatoribus. Conſtit.**

Verum porro hoc beneficio gaudet Tertius poſſeſſor hypothecæ, ſive generalis, ſive ſpecialis, ut contra eum hodie hypothecaria agi non poſſit, priusquam omnes debitoris & Fidejuſſorum (ſi qui ſint) facultates excuſſæ fuerint. *d. N. 4. c. 2.* Auth. *Sed hodie. C. de O. & A.* Auth. *Hoc ſi debitor. C de pign.* Gail. *l. 2. O. 27. n. 7.* Carpzov. *d. C. 18. def. 17.* Franzk. *l. 1. Reſ. 12. n. 11. & ſeqq.* Excep. ſi agatur ex Interd. Salviano, ſupra *ad tit de Salvian. Interdict. § 6.* **Tertio poſſ. hypothecæ,**

Tutores & Curatores; *l. f. C. de div. tut.* ſed diſtinguendi ſunt caſus, de quibus dictum *ad tit. de tut. & rat. § 7. & ſeqq.* item in d. Diſp. *de Benefic. Excuſſ. § 28. & ſeqq.* **Tutori & Curatori,**

Magiſtratus. *l. 1. §. 9. ff. l. 4. C. de Mag. conv. l. 13. ff. ad Munic. l. 3. pr. de adminiſtr. rer. ad civ. pert.* d. Diſp. *th. 34.* vid. Harpprecht. *C. 91. n. 617. cum ſeqq.* **Magiſtratui,**

Et quia hoc Benef. non Perſonale, ſed Reale eſt, proin hæredes quoque & Succeſſores prædict. perſonarum eodem ſe tueri, & antequam ad illos tranſitus fiat, excuſſionem principaliter obligati debitoris impetrare poterunt. Hering. *num. 192.* Carpzov. *C. 20. def. 3.* Et ſi non amplius ſit in vivis, ejus hæredes vel Succeſſores eandem pati tenentur: *d. N. 4. c. 2. in f.* Auth. *Hoc ſi C. de pign.* **Hæredibus & Succeſſoribus. Contra quem excutiatur?**

l. 47. pr. ff. de jure fiſci. l. 6. in med. C. arb. tut. l. 3. C. de div. tut. Licet ſint pupilli. *l. 4. C. de hered. act.* limit. vero *l. 1. §. 7. l. 4. l. 6. ff. l. 2. C. de mag. conv. l. 1. C. de hered. tut.* Id extenditur contra hæreditatem jacentem, Gail. *d. O. 27. n. 12.* Quomodo? vid. Hering. *n. 175.* contra Fiſcum. *l. 51. §. 5. ff. h. t. l. 22. §. 1. ff. de jure fiſci. l. 2. C. de fiſc. uſur.* Gail. *d. l. 2. O. 86. n. 6.* d. Diſp. *de Benef. Exc. th. 36.* Joh. Voet. *n. 17. h. t.*

Ubi ſitum ſunt bona debitoris,

XXXVII. In Excuſſionem veniunt omnia debitoris principalis bona ad ſaccum & peram usque; niſi Competentiæ privilegio gaudeat ſupra *ad tit. de re jud. §. 37. & ſeq.* Quo tamen privilegio, ceu perſonali, non utuntur Fidejuſſores, aliique minus principales Rei, ſed debitoris hæres Novo Jure non ultra vires hæreditatis, inventario deſuper confecto tenetur *ad tit. de jure delib. §. 14. & 16.*

Si quæ ſint extra territorium.

Cæterum, ſi bona ſint extra territorium, diſt. An ſint ſub eodem Principe, an ſub diverſis? Illo caſu, Exceptio excuſſionis locum habet; hoc non item *l. 50. §. 1. ff. de Jud. l. 7. §. 1. ff. qui ſatisd. cog.* Carpzovius *d. p. C. 18. def. 14.* Hering. *num. 205.* Berlichius, *p. 2. concl. 24. num. 20.* Dn. Stryck. *d. D. c. 5. num. 60.* add. ſupra *ad tit. de re jud. §. 33.*

Si alienatio à teſtatore prohibita.

Nec impedimento eſt bonorum alienatio à teſtatore prohibita, quia alienatio ex tali alieni cauſa eſt neceſſaria: *l. 114. §. 14. ff. de leg. 1. l. 6. & 12. C. de præd. min.* modo cauſa alienationis neceſſaria à teſtatore prohibente originem trahat. Sin ab hærede venit, diſtractio tantum durat, quoad vivit, eo autem mortuo, Familiæ, cujus gratia prohibitio facta, datur fideicommiſſi perſecutio. ſupra *ad tit. ad SC. Treb. §. 25.* d. Diſp. *th. 40.*

An ſufficiat notorium debitoris inſolventia?

Quæritur: An ſufficiat, ſi notorium ſit, debitorem non ſolvendo eſſe? Reſp. dubitandum, quia non liquet, niſi excutiatur, *L. 2. C. Quando & quib. quart.* Diſp. *de Inſolvent. ſolut. th. 40.* vel notorietas prohibeatur. Quomodo vid. Hering. *n. 200.* Gail. *n. 10. & ſeqq.* Carpzovius, *d. C. def. 19.*

Effectus.

XXXVIII. Fidejuſſores autem & ſimiles, debitoribus principalibus nondum excuſſis, ope Exceptionis liberantur, *d. Nov. 4. c. 1. & 2.* quæ dicitur Exceptio

Exceptio Excuſſionis. Ejus natura.

Excuſſionis, & quia tantum differt judicium, eſt Dilatoria; ſupra *ad tit. de Except. §. 31.* quæ proin regulariter ante L. C. opponi debet, *modo d. tit. §. 35.* Joh. Voetius *n. 15. h. t.* W. *Lauterb. p. 2. c. 5. §. Et hæc de ...* Sin Fidejuſſor, abſente principali conventus, litem ſimpliciter conteſtatus ſit, Reo poſtea reverſo nihilominus d. Exceptionem poterit opponere, cum prius non habuerit facultatem d. Diſp. *de Benef. Exc. th. 48.* Dn. Stryck. *c. 4. n. 9.* Sæpe & multis locis hanc Except. etiam poſt L. C. ex æquitate usque ad concluſionem cauſæ admitti, probant Gailius, Franzius, Heringius, Berlichius, Colerus, Carpzovius in d. Diſp. *th. 47.* vid. *§. 5. de pign. & hypothec.*

XXXIX.

Contraria. Si fidejuſſ. expreſſe renunciavit,

XXXIX. Ceſſat hoc Beneſic. (1.) Si Fidejuſſor huic beneficio expreſſe atque ſpecialiter renunciaverit; arg. *l. 29. C. de pact. N. 136. c. 1.* Hering. *d. l. num. 188.* Joh. Voet. *num. 16. h. t.* etiam in Camera Imp. Mynſ. *D. 2. O. 15. num. 6.* Gail. *l. 2. O. 27. num. 21.* ubi tamen ſufficit, ſi ſe obligaverit ut principalem, *als Selbſt-ſchuldner*, Gail. *2. O. 28. in fin. excip. Indemnitatis, cujus natura Fidejuſſ. renunciationem non admittit*, Gail. *d. O. 27. num. 15.* Quamvis multis in locis ſubalternis Renunciatio omnibus Fidejuſſorum Beneficiis facta, *Er begebe ſich aller Rechts-Wohlthaten, ſo jemahls einem Bürgern zu ſtatten kommen*, valida ſit. vid. Mev. *p. 9. dec. 186.* Schilter *Ex. 48. §. 29.* Struv. *Exerc. 47. th. 43.* ibique Muller. vid. Stryck. *in uſu moderno. §. 17. h. t.*

Doloſe inficiatus.

(2.) Fidejuſſor doloſe inficiatus ſit, ſe fidejuſſiſſe, poſt mendacii convictus. arg. *l. 16. §. 1. ff h. t.* Heringius, *num. 210. & ſeqq.* ubi varie limit. Carpzov. *d. C. 18. def. 6. num. 1.* Joh. Voet. *n. 18.* & Stryck. *§. 25. h. t.*

Doloſe imped. excuſſ. inter Mercatores.

(3.) Si doloſe impedivit excuſſionem contra debitorem inſtituere. *l. 3. C. de exact. trib.* Hering. *num. 200.* (4.) de conſuetudine inter Mercatores, Campſores, Bancherios, Nam in tali foro, curia nempe mercatorum, non ordinario judicio D. Harpprecht. *C. 11. 202. & ſeqq. & Reſp. 98. num. 190. cum ſeqq.* ob liberiorem commerciorum uſum, ſummarie ex æquitate procedendum. Mynſ. *d. l. num. 5.* Bachov. *d. Diſp. 28. th. 5. lit. L.* Mev. *ad J. Lub. l. 3. t. 5. art. 1.* Hering. *n. 282.* & poſt multos, in Diſp. *de jur. in cur. Merc. uſit. th. 124.* Marquard. *de jur. Merc. l. 3. c. 8. num. 5.* Stryck. *in uſu moderno §. 22. h. t.* Ludovici *in der Einleitung zum Wechſel-Proceſs c. 10. §. 10.* Licet fidejuſſor non ſit Mercator. d. Diſp. *th. 126.*

Si debitor principal. non poſſit conveniri. Reſp.

(5.) Si pro debitore naturaliter tantum obligatio intervenerit; ubi enim nulla principalis debitoris locum habet conventio, ibi fruſtra ejusdem petitur excuſſio. *l. 25. ff h. t.* Mynſ. *d. l. n. 11.* Gail. *d. O. n. 20.* Carpzov. *def. 8.* J. Voet. *n. 18. h. t.* Idem eſt, ſi principalis ex ordinario quodam remedio exemptus ſit. *l. 4. pr. ff. de minor. l. 15. ff. de* [illegible] *l. 1. C. ſi adv. fiſc.* vel ſi propter abſentiam in longinquis regionibus conveniri nequeat, niſi ipſi tempus petitum præfinitum ſit ad principalem ſiſtendum. *d. N. c. 1.* Mynſ. *n. 12.* Gail. *n. 5.* Item, ſi ex alia cauſa ſit conventionis difficillimæ: Hering. *n. 275.* Carpzov. *d. l. c. 3. & def. 11.* vel impoſſibilis: Ubi enim nulla eſt bonorum poſſeſſio, ibi fruſtra illorum petitur Excuſſio. *prec. §. 37. in f.* Voet. *d. l. n. 17. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 21. h. t.*

Reſp.

Si Fidejuſſ. pro Princ. pr. Fiſco, Communitate.

(5.) Qui pro principe, Fiſco, aliave Communitate fidejuſſit, quia talis ſemper ſolvendo præſumitur; Ne autem manus ſit hæc Fidejuſſio, huic beneficio tacite renunciatum videtur. Hering. *n. 308.* Carpzov. *def. 9.* Stryck. *§. 23. h. t.* (6.) Si Fidejuſſor reo principali ſuccedens hæreditatem adierit ſine inventario, cum obligatio fidejuſſoria con-

 fuſione

Ob confuſionem. ſuſione ſit extincta *l. 13. de duobus reis.* Sin cum inventario, prius bona hæreditaria excutienda, quibus non ſufficientibus, ad propria ipſius bona deveniendum, quia tunc ex propria convenitur obligatione. Carpz. *def 13.* Hæc ſingula uberius explicantur *ff* Diſp. *de Benef. Excuſ. th 41. ad fin uſque.* Alios vero plures caſus, in quibus hoc beneficium ceſſat collegit Heringius, *num. 186. & mult. ſeq.* Carpz. *def. 6. & ſeqq.* Mantzius, *d. tr. cap. 7. num. 30. ad fin.* Berlich. *p. 1. concl. 20.* ubi 94. caſus recenſet. Stryck. *§. 21.* Joh. Voet. *n. 18. & 19. h. t.*

II. Div. diviſionis, quid? XL. Secundum Fidejuſſoribus competens Beneficium vocatur Diviſionis. quod in genere eſt privilegium certis Creditoribus in ſolidum obligatis conceſſum, neq, ab uno ſolidum: ſed à ſingulis præſentibus, & tempore litis conteſtatæ ſolvendo exiſtentibus, viriles portiones exigantur. *§. 4. I. l. 51 pr. ff l. 10. §. 1. C. h. t. l. ſ. C. de conſt. pec.* B. Dn Parens. *Diſp. de Benef. &c. th. 2.*

Quale? Eſtque privilegium non perſonale, ſed reale, cui qualitas cauſæ inhæret, locum facit *L. 68. L. 196. de R. I.* proinde tranſit in hæredes, & fidejuſſorum quoque hæredibus competit. *l. 27. § 3. ff. d. t.*

Cauſ. Effic. XLI. Cauſa Efficiens hujus Beneficii eſt Ælius Hadrianus Imp. qui illud introduxit per epiſtolam, cujus mentio fit in *d. §. 4. l. 26. ff. h. t. d. l. ſ.* & poſtea Edicto perpetuo, illius authoritate per Salvium Julianum compoſito, inſeri juſſit. Bicc. *in Aur. Sel. 4. th. 73.* add. Dn Voet. *h. t. num. 21.* Cauſa Impulſ. eſt Æquitas; *d. l. ſ.* cum n. Divus Hadrianus videret, confidejuſſores

Imp. de Jure in ſolidum obligatos nimis premi, *§. 4. I. L. 51. §. 1. ff. l. 3. inſ. l. 21. C. h. t.* voluit æquales obligatione, & æquales ſolutione partes præſtare, atque ſingulos, qui tempore L. C. ſunt ſolvendo, pro virilibus vel rata conveniri *d. §. 4. l. 26. l. 27. pr. l. 51. §. 1. & 4. ff l. 3. l. 10. §. 1. C. h. t.*

Competit Fidejuſſor. XLII. Imp. Hadr. hoc Benef. introduxit in gratiam fidejuſſorum, & competit omni, etiam indemnitatis fidejuſſori, qui ſolus ſolvendo ex pluribus, cum creditor ſolutionem exigit, ſive tempore L. C. ſolvendo exiſtentibus in ſolidum conventus eſt. *dd. ll.*

omnibus, ſed ejusdem generis. Et regulariter omnibus datur, modo ejusdem, non diverſi ſint generis, e. g. ſi quis à principali debitore acceperit fidejuſſorem, & ab hoc ſuccedaneum, inter illos duos Benef. hoc locum non habet, *l. 27 § 3 ff. h. t.* quia primus fidejuſſor reſpectu ſuccedanei eſt principalis, & ille loco rei; Reus autem non poteſt deſiderare, ut inter ſe, tanquam acceſſorium & principalem, obligatio dividatur *d. l.* Vinn. *ſel. qq. l. 2. cap. 21.* Hering. *d. C. 27. p. 2. num. 26.* Et quamvis duo principales fidejuſſores conſtituti ſint, & alter ſuccedaneum dederit, atq; ſic tres ſint fidejuſſores, non tamen hoc Beneficio impetrari poteſt, ut actio in tres partes dividatur, ſed tantum in duas

duas; *d. l. in f.* Franc. *d. c. 5. num. 412.* ſed aliter ſe res habet, ſi Titius, Mevius & Cajus confide juſſerint; ſed pro Cajo interceſſerit Succedaneus Aurelius, *l. 8. §. f. ff. h. t.* mortuo Cajo inope Aurelius in totam ſummam convenitur: hic poteſt opponere Except. Diviſ. petens, ut inter ſe, Titium & Mevium obligatio dividatur, & is pro rata tantum conveniatur. *d. l. 27. §. 1.* Hering. *n. 25.*

XLIII. Cæterum hoc Beneficio gaudent plures Fidejuſſores, licet conventum ſit, ut ſinguli in ſolidum teneantur vel conveniantur. *l. 3. C. h. t.* Hæc enim verba non habent vim alterativam; ſed explicatoriam. Bachov. *d. Diſp. th. 5. lit. C. & D.* ſupra *ad tit. de Duob. reis. §. 23. num. 3.* Joh. Voetius. *n. 25.* & Böhmer. *n. 20. h. t.* Modo plures ſe non indiviſim in ſolidum obligaverint. ad *d. tit. de Duobus reis §. 12.* Nec de jure obſtat, etſi juramentum intervenerit, per ea, quæ *præced. §. 35.* quamvis de praxi ſimiliter contrarium obtineat. Gail. *l. 2. O. 27. num. 12.* Carpzov. *d. p. 2. C. 17. def. 5.* Berlich. *p. 2. concl. 12. n. 25.* & poſt alios, d. Diſp. *de Benef. Div. th. 12.* Porro & qui ignorans ſimul cum Minore fidejuſſit; non enim per reſtitutionem in integrum, qua minor obligationi eximitur, major damno afficiendus eſt; maxime, ſi minor dolo inductus fidejuſſit. *l. 48. §. 1. ff. h. t.* Aliud eſt, ſi natu Major ſolus prior fidejuſſit, & minor poſtea: illa obligatio in ſolidum non debet deteriorari per ſubſecutam minoris fidejuſſ. *d. l.* Bachov. *lit. G.* Hering. *num. 65.* Nec impeditur hoc Beneficium, ſi Fidej. diverſæ ſint qualitatis: ſcilicet unus pure, alter in diem, vel ſub conditione ſe obligaverit: ille enim interim in virilem tantum convenitur: ſed ſi alter conditione exiſtente non ſit ſolvendo, in pure acceptum reſtituetur actio. *l. 27. pr. ff. h. t.*

Etiamſi plures ſint.

Si non indiviſim obligati?

Si juramentum intervenerit?

Si minor confidej.

Sin major prius fidej.

Si fidejuſſ. diverſæ qualitatis?

XLIV. Neque tantum fidejuſſoribus: ſed & ipſorum hæredibus hoc benef. ſuccurritur. *l. 27. §. 3. l. 49. §. 1. ff. h. t.* Joh. Voet. *n. 26. h. t.* Sin fidejuſſor plures reliquerit hæredes, inter ſe hoc beneficio non indigent, quia ipſo jure tantum pro rata tenentur. *l. 26. l. 49. §. 1. ff. d. t.* At ſi loco hæredis Fiſcus ſuccedat, etiam hoc benef. frui poteſt *l. 51. §. f. ff. l. 3. C. h. t.* Hering. *num. 27. & ſeqq.* Tandem hoc Benef. pluribus fidej. non conceditur, niſi omnes tempore L. C. ſolvendo ſint. *§. 4. I. l. 26. ff. l. 10. §. 1. C. h. t.* Qui enim talis non exiſtit, illius pars vel quota cæteris omnibus pro rata adcreſcit. *d. §. 4. d. l. 26.* Carpzov. *c. 17. def. 20.* Würtemb. *Landr. p. 2. t. 5. §. Wo aber.* Attamen qui partem ſuam extra judicium ſolvit & ſi tempore L. C. reliqui ſolvendo ſint, ipſi ex æquitate ſuccurritur; *l. 51. §. 1. in f. ff. d. t.* econtra ſolvendo non exiſtentibus, in illorum defectum tenetur. *l. 23. C. d. t.* Hancque communem eſſe opinionem, teſtantur Hartm. Piſtor. Köpen. Hering. *num. 24.*

Et datur hæredibus.

Fiſco.

Fidej. ſi plures, tempore L. C. omnes ſolvendo eſſe debent.

XLV.

Datur & aliis Interceſſorib.

XLV. Quamvis h. t. Subjectum hujus Benef. propriè ſint Fidejuſſores, quibus per epiſtolam D. Hadriani conceſſum, illud tamen nec aliis Interceſſoribus atque perſonis conceditur, ut ſunt Mandatores. *l. 41. §. 1. ff. h. t. l. ſ. C. de conſt. pec.* qui æque ac fidejuſſores in ſolidum tenentur *l. 59. §. 3. ff. Mand.* Conſtituentes, ex æquitate Juſtiniani *in d. l. ſ.* Jure Novo Duo Rei debendi. Supra *ad tit. de duob. reis §. 22.* Plures Commodatarii & Depoſitarii non gaudent Jure D. & C. ſed ſinguli in ſolidum tenentur; unius tamen præſtatione reliqui liberantur. vid. *ad tit. Commod. §. 13.* & ad *tit. Depoſ. §. 20.* At ſi Novo Jure hoc benef. & Correis datur, his per omnia denegari vix debet. d. Diſp. *de Benef. Div. th. 22.* Tutores & Curatores jam ante Juſtin. vid. ad *tit. de tut. & rat. §. 8. & 10.* & ad *tit. de fid. & nom. §. 3.* Magiſtratus. *tit. de mag. conv. §. 7.* add. d. Diſp. *th. 23 & ſeqq.* Mant. *cap. 8 n. 8. & ſeqq.*

Objectum eſt Exactio. In partes viriles.

XLVI. Objectum hujus benef. non eſt obligatio & actio; ſed potius Exactio, quæ inter plures fidejuſſores, (& alios æqualiter in ſolidum obligatos reos,) dividenda. *d. l. ſ.* & *d. §. 4.* Hoc enim Beneficium non efficit, ut actio & obligatio ipſo Jure in partes dividatur: *l. 26. ff.* & *l. 3. C. h. t.* Sed in ſolidum competit, & effectum obtinet; niſi in hypotheſi, Exceptione hujus remedii oppoſitâ, ad aliud reduceretur effectum. Vult. *d. Ind. l. 2. c. 7. n. 507.* Forma & D. S. dependet à Fine, & in eo conſiſtit, ut actio adverſus plures fidejuſſores & ſimiles in ſolidum competens, ex æquitate, in partes viriles quoad exactionem dividatur, *§. 4. l. 26. l. 27. ff. l. 10. §. 1. C. h. t.* modo tempore L. C. ſolvendo exiſtant. *prox. §. 42. inf.*

Effect. eſt Exceptio diviſionis oppoſita.

XLVII. Effectus eſt Exceptio Diviſionis, quâ actio contra unum ex pluribus fidejuſſoribus in ſolidum conventum inſtituta eliditur. Hinc ſi conventus eam non oppoſuerit, à Judice in ſolidum condemnari poteſt, ita, ut poſtea adverſus Confidejuſſores regulariter actionem habeat nullam; ſibi enim imputet, cum potuerit juvari. *§. 4. inſ. J. h. t.* Hering. *n. 25* Carpz. *d. p. 2. C. 17. def. 15.* Hertii *Diſſ. de ſolut. pro alio fact. 2. §. 5.* Hæc autem Exceptio

Quando opponenda.

eſt Peremptoria, quia opponitur ad actionem quoad partem in perpetuum excludendam. Mev. *p. 6. dec. 95. n. 2.* & ſupra *ad tit. de Except. §. 31.* Diviſione enim per hanc Exceptionem ſemel impetrata, licet unus vel alter poſtea ſolvendo eſſe deſierit, non datur redintegratio. Nec deceptus videtur creditor Jure communi uſus. *l. 51. §. 4. ff. l. 16. C. h. t. l. 26. ff. de R. V.* Hinc non tantum ante ſed etiam poſt L. C. opponi poteſt, *d. l. 10. §. 1.* vid. omnino Lauterb. *Diſſ. de benef. diviſ. th. 33.* Quid vero hodie obtineat? vid. R. I. *de anno 1654. §. Eſſol. auch. 5.* ſupra *d. tit. de Except. §. 40.* Poſt condemnationem autem non opponitur; *d. l.* niſi ſententia per Appellationem ſuſpenſa, tunc enim in ſecunda in-

ſtantia

ſtantia recte obmovetur *ad tit. de Exc. rei jud.* § 5. Item illam in executivo proceſſu ex inſtrumento guarentigiato admitti debere, ſentit Hering. *n.* 89. Berlich. *p.* 1. *concl.* 14. *num.* 24. & praxi jud. firmat Carpzov. *C.* 18 *def.* 4.

Contraria. Renunciatio Specialis.

XLVIII. Tollitur hoc Benefic. (1.) Renunciatione, per arg. *l. 3. C. de pact.* & quidem ſpeciali, uti etiam in praxi ſervatur. Poſt alios, Hering. *c.* 17. *num.* 36. ubi idem in Cam. Imp. obſervari præjudicio firmat. Carpzov. *d. p. C.* 17. *def.* 1. 3. *& ſeqq.* Joh. Voet. *n.* 20. *h. t.* Modò certioratio hu is Beneficii præceſſerit. d. Diſp. *th.* 38. *in f.* Non refert, expreſſe renunciatum ſit, an etiam tacite, illam Exc. in judicio non opponendo. § 4. *I. h. t. prax.* § 65. (2.) Ceſſat hoc benefic. ſi quis doloſè inficiatus eſt ſe fidejuſſiſſe, *l.* 10. § 1. *ff. h. t.* in pœnam mendacii doloſi, qui enim contra LL. peccat, indignus eſt LL. beneficio *l.* 37. *ff. de minor.* Hering. *cap.* 27 *p.* 2 *num.* 55. Stryck. *in uſu mod.* § 20. *h. t.*

Doloſa Inficiatio.

(3.) Si alter Fidejuſſorum ſine herede deceſſerit *l.* 26. *ff. h. t.* (4.) Vel unus vel plures ex illis tempore L. C. ſolvendo non ſint, quod reliquorum onus auget. § 4. *I. L.* 26. *l.* 51 § 4 *ff. h. t. prax.* § 62. *in f.* (5.) In Fidejuſſoribus, qui pro uno tutore, rem pupilli ſalvam fore, promiſerunt; idque in ſingularem pupillorum favorem *l.* 12. *in f. ff. rem pup. ſalv. fore l.* 6. *ff. de tutor.*

Tempus.

Perſonæ conditio.

(6.) Si Mas cum Fœmina ſimul fidejuſſerit, hæc enim per Benefic. SCti Vellej. ab obligatione eximitur, & Confidejuſſor in ſolidum tenetur; *l.* 48. *pr. ff. h. t.* quia ſexus ignorari non potuit. Bachov. *th.* 5 *lit. G.* à Sande, *dec. l.* 3. *tit.* 10. *def.* 2. Joh. Voet. *n.* 23. *h. t.* quod tamen limit. niſi ſint ſocii. ſupra *tit. ad SCtum Vellej.* § 18. (7.) Si quis Confidejuſſorem habeat minorem. juncta *l.* 48. § 1. *ff. h. t.* & *prax.* § 14. *& 65. in med.* (8.) Ob diverſitatem obligationis. *l.* 27. *i. f. ff. h. t.* (9.) Qui ſe ad factum individuum obligarunt. *l.* 2 § 2. *ff. de V. O. l.* 21 § 9. *ff. ſatiſ. cogi.* plures caſus deſumi poſſunt ex præced. & variis limit. atque ampl. vid. ap. Hering. *d. l. n.* 50. *& ſeqq.* Manz. *d. c.* 8. *n.* 24. *ad fin.*

Remedium ex L. 28. ff. h. t.

Ejus usus & vis.

XLIX. Aliud adhuc competit Remedium ex L. Si contendat. 28. ff. h. t. cujus ſententia ſecundum Juris Romani analogiam eſt. Si unus ex pluribus Fidejuſſoribus à Creditore in Jus vocatus contendat, cæteros quoque ſolvendo eſſe, non tantum, uti modo dictum, ex Epiſtola D. Hadriani ſtatim Creditor compellitur à ſingulis partes petere, actione in ſolidum contra unum denegata, ſi ſcil. conſtat omnes ſolvendo eſſe: ſed eidem etiam Exceptio, ſi non & illi ſolvendo ſint, datur contra actionem adverſus ipſum in ſolidum competentem, & à Judice ita conceſſam; ſi ſcil. ambiguum, an omnes ſolvendo ſint. Sed Gloſſa & Bartolus d. L. ex particula implicativa, etiam, ita interpretantur, quod unus ex pluribus Fidejuſſoribus, cui competit Benefic. Diviſionis, illud proponere poſſit, & per modum Actionis Judicis officium implorando & per modum Exceptionis, actioni adverſus illum à creditore

inſtituta eandem opponendo. Et hæc interpretatio communiter à Dd. tribus, & in praxi eſt recepta, poſt multos AA. B. Parens in. *Diſſ. ad d. l. 28. th. 15.* & ſecundum hanc ſententiam communem hoc Remedium definitur, quod ſit jus

Quid ſit?

Reo competens, Exceptionem, quam habet, Actore agere ceſſante, coram Judice principaliter proponendi, & petendi, ut Judex, ſua ſententia, ſibi exceptionem competere, & ſe contra illius actionem tutum eſſe, declaret. d. Diſp. *th. 4.* Stryck. *in uſu mod. §. 30. h. t.* & *CC. ſeſſ. 2. c. 6. § 32.*

Req. 1. Actoris ceſſatio.

L. Ad hoc ergo Remedium requiritur (1.) ut actor, vel qui jus perſequendi contra aliquem habere dicitur, agere ceſſet. Dd. in d. l. Mynſ. *C. 4. O. 72. num. 7.* Hering. *cap. 21. n. 133.* Quævis autem Actoris cunctatio h. l. ſufficit. (2.) Ut Reo vel ſit, vel eſſe poſſit damnoſa. Gilhauſ. *arb. jud. crim. c. 1. p. 2. §. 5. n. 8.* ibi: *Vel timeret veriſimiliter moleſtari.* Mynſ. Hering. *dd. ll.* v. gr. Si ſuſpicetur amittere poſſit competentem Exceptionem Diviſionis, vel Ordinis, vel probationem, & ſimiliter d. Diſp. *th. 18. & ſeqq.* Et quamvis *d. L. Si contendat* expreſſe tantum de Diviſionis Exceptione agat, Dd. tamen communiter hoc Remedium in aliis ſimilibus exceptionibus locum habere docent. Mynſ. *d. l.* Zanger. *de Except. p. 3. c. 20. n. 192. & ſeqq.* Proprius hujus Remedii intentus eſt, ut Reus Exceptiones ſuas per Judicis declarationem ſalvas retineat, & illius defenſio, Actore cunctante, non difficilior vel deterior reddatur. Multi quidem putant, in libello ſimul petendum, ut Actori terminus præfigatur ad agendum, eoque illo non faciente perpetuum ipſi imponatur ſilentium, ſed hoc tantum venit per conſequentiam, & in Exceptionibus peremptoriis d. Diſp. *th. 54.* Qui autem hoc remedio vult experiri, Judici, cujus jurisdictioni cauſa ſubjecta, & coram quo Reus forum ſortitur, offerat ſupplicationem pro impetranda Actoris citatione, Actore legitimè & peremptoriè citato non comparente, accuſata ejus contumacia, in cauſa exceptionis proceditur. Actore vero comparente, & actionem inſtituente, proceſſus ex d. L. Si contendat differtur, vel potius extinguitur, & proceditur in cauſa actionis ſecundum formam proceſſus. Prout hæc & alia hoc ſpectantia latè explicantur in d. Diſp. & ibi: *cap. 8. de uſu & praxi hujus Remedii.* Brunnem. *ad d. l. n. 5. 9. & ſeqq.* ubi in quibus conveniat, vel differat Remedium h. L. cum Rem. L. Diffam. Jungat. Chriſt. *Wamesk, Commentar. ad d. l. 28.* In Camera Imp. multoties ex hoc capite Citationes peti atque decerni experientia docet, modo juriſdictio ratione Citati fundata ſit, & cauſa non in alio judicio forte jam pendeat. Ejus modi formulas vid. ap. Blum *Suppl. Cam. tit. 13. N. 32. & 33.* Hoffm. *Suppl. Cam. tit. 18. N. 2. 6. 7. & 8.* & Sententias in tali cauſa latas apud Roding. *Pand. Cam. l. 1. tit. 14. n. 4.*

Datur in aliis etiam exceptionibus.

2. Quæ Reo damnoſa.

Finis.

Formula ſupplicandi ſuper d. L.

LI. Tertium Beneficium vocatur Cedendarum actionum, eſt que privi-

privilegium fidejuſſori integrum debitum ſolvere parato conceſſum, adverſus Creditorem, ut ipſi omnes actiones contra debitorem principalem & fidejuſſores competentes præſtet ad illud, quod pro iis ſolvit, viciſſim repetendum. *L. 13. l. 17. l. 36. l. 39. ff. l. 11. l. 14. l. 21. C. h. t. l. 76. ff. de ſolut.* D. Harpp. *C. 11. 32. & ſeqq. & 82 & ſeqq.* Cedere autem actionem eſt mandare alii actionem eo fine, ut in ſuam utilitatem exigat debitum, vel Procuratorem in rem ſuam facere. Hinc in *d. l. 76.* eædem actiones modo ceſſæ modo mandatæ dicuntur. *ſupra ad tit. de Her. Pet. §. 13.* Brunnem. *de ceſſ. act. c. 1. n. 2.* III. Cedendarum actionum, quid? Cedere actionem quid?

LII. Hoc Beneficium originem habet ex Jure Civili, à quo autem, an à Prætore, num à JCtis introductum ſit, nil certi habemus. Impulſiva eſt æquitas, per reg. general. quod mihi non nocet, & alteri prodeſt, id ipſi, ut concedam, æquitas ſuggerit. *l. 2. §. 5. in fin. ff. de aq. & aq. pluv.* Brunn. *ad l. 17. ff. h. t. n. 1.* Stryck. *in uſ. mod. §. 20. h. t.* Hoc namque caſu reſpectu Creditoris, & quatenus ſuum recipit, actiones ipſo jure extinguuntur. Fidejuſſor autem totum ſolvens, & ſi forte adverſus Confidejuſſores diviſionis beneficium locum non inveniret, nullas haberet actiones, niſi à Creditore ceſſæ fuerint. *§. 4. I. h. t. l. 39. ff. l. 11. C. h. t.* Nam Fidejuſſores invicem non contraxerunt, nec eorum negotium principaliter geritur, prout hanc ſententiam defend. Heig. *p. 1. q. 18. n. 1.* & cum Colero Schneidew. H. Piſtor. Franck. *de Fidejuſſ. c. 5. n. 288.* Koppen. *dec. 51. n. 2.* Carpz. *de p. 2. C. 17. def. 15.* ubi *in f. prejud. Dn. JCti Lipſienſ.* Idem approb. Jure Wurt. *IV. art. Landr. p. 2. tit. 5. §. Und ſo ferner.* Et quamvis Bach. *ad Wſ. n. 6.* hoc caſu utilem ſive ſubſidiariam N. G. actionem concedat; *arg. l. 1. §. 13. ff. de tut. & rat.* & quia, licet Fidejuſſor ſolidum ſolvens ſuum negotium principaliter gerere videatur, tamen etiam Confidejuſſores liberantur; quare æquum ducitur, ut ipſi d. Actio concedatur: cujuſmodi plures æquitatis rationes allegat Mev. *p. 6. dec. 117.* & *p. 2. dec. 218.* ita in praxi obſervaſſe teſtatur, ad exemplum correorum, *ſupra ad tit. de duob. reis §. 24. in f.* Ratio equidem hic eſt diverſa, quia Fidejuſſor ſolvens præcipue gerit negotium debitoris, in Jure autem ſemper inſpicitur, quod fit principaliter, non quod ex conſequentia ſequitur. *d. Diſp. de Fidej. th. 17.* Maxime ergo intereſt Fidejuſſoris ſolidum ſolventis, ipſique tam neceſſaria eſt hæc Ceſſio actionum, ut regreſſum habeat contra Confidejuſſores, quam utilis reſpectu debitoris principalis, contra quem licet alias habeat actionem, *ſeq. §. 55.* utile tamen eſt, ſi pluribus ſit munitus. Stryk. *de Cautel. Contr. ſ. 2. c. 6. §. 27.* Voet *h. t. n. 28.* Struv. *Exerc. 47. th. 46.* ibiq. Muller. Cauſ. Effic. Imp. tot. Creditorum æquitas. tot. Fidej. ex ceſſion. Rat. Dubit. Rat. Decid.

LIII. Competit quidem hoc Beneficium in genere Fidejuſſoribus & ſimilibus perſonis, prout variis locis jam occurrit. Sed hic loci conſideratur, & Subjectum conſtituunt Fidejuſſores omne debitum exſolvere parati. *Ad. & Mev.* Subjectum h. Benefic. ſunt Fidejuſſores

totum ſolvere putat. — Mev. *p. 3. dec. 395.* Nec ſufficit, ſi non integra ſumma; ſed pars tantum ſolvatur. *l. 2. C. h. t.* Carpz. *d. C. def. 22.* Sed quæritur: An Fidejuſſor, qui beneficio huic renunciavit, illud nihilominus adhuc petere poſſit? Obſtare videtur *l. 9. C. de pact.* Verum rectius communiter ſtatuitur, hanc renunciationem eò tantum modo prodeſſe, ut Creditor hoc caſu poſſit gratificari amico, conveniendo in ſolidum alterum ex obligatis, & omittendo amicum, ne cogatur contra hunc jura ſua cedere; Mev. *p. 1. dec. 125. n. 8.* & quod Fidejuſſor exceptione hâc ſolutionem remorari non poſſit. Quoniam vero hoc modo Creditoris nihil amplius intereſt, eo magis compelli poteſt ad ceſſionem, licet renunciatum ſit. Cui enim non æquum videbitur, vel hoc ſaltem conſequi Fidejuſſorem, quod ſine diſpendio Creditoris tutuum eſt? *l. 38. ff. de R. vid.* In dolo ergo videtur eſſe, qui id facere renuit, & adverſus ipſum doli exceptio datur; Manz. *d. c. p. n. 102.* Heig. *d. q. n. 37. & ſeqq.* Carpz. *d. C. def. 17. ubi prajud.* Berlich. *p. 2. concl. 22. n. 69.* Hering. *d. c. 27. p. 3. n. 23.* Brunnem. *de ceſſ. act. c. 5. n. 28.* d. Diſp. *de fidejuſſ. th. 27. in f.* Harpprecht. *C. 11. n. 87. & 88.* Struv. *Exerc. 47. th. 45.* ibique Mullerus. Datur autem hoc Beneficium adverſus Creditorem. *L. 17. l. 36. l. 39. ff. l. 11. C. h. t.* add. Carpz. *lib. 2. Reſp. 70.* Strauch. *Diſſert. 14. 3. th. 18.* Fibig. *Colleg. leg. feud. 10. q. 4.*

An qui renunciavit? Aff. De id.

Subj. Paſſ.

Finis. — LIV. Forma & Differentia Specifica dependet à Fine, ut Fidejuſſor à Creditore petere poſſit Ceſſionem, etiamſi ultro debitum obtulerit. Brunnem. *d. c. n. 16.*

Effectus. — Et Creditor ipſi cedat actiones tam reales, quam perſonales, cum omnibus qualitatibus, & exceptiones rei adhærentes, quatenus apud Creditorem ſunt, *L. 11. l. 14. l. 21. C. h. t.* Sich. *ad L. 1. n. 14. & 4.* ut ille ceſſis non ſolum adverſus principalem reum; *L. 2. C. h. t.* verum etiam adverſus Confidejuſſores, *L. 17. l. 36. l. 39. ff. l. 11. C. h. t.* ſed ad partes viriles repetendas utatur, quia enim in effectu ſinguli pro parte virili ſunt obligati, *l. 3. C. h. t.* ideo juris & æquitatis ratio non patitur, ut quis ejus portionis, pro qua ipſemet propria obligatione obſtrictus fuerat, ceſſionem impetret, & quod ſe aliquis liberaturus ſolvit, repetat ab alio, qui eſt in pari cauſa. Carpz. *def. 18.* d. Diſp. *th. 28.* Nam quod quis proprium debitum agnoſcendo ſolvit, ejus adverſus alium actio cedenda non eſt. *l. 38. §. 5. ff. de admin. tut.* Bartol. *ad l. 76. ff. de ſolut. n. 9.* Brunn. *d. c. n. 29.* Manz. *c. 9. n. 49.* Sin Confidejuſſor ſolvendo eſſe deſierit, prodeſt tamen Ceſſio, ſi ad pinguiorem fortunam pervenerit, Zanger. *p. 2. c. 26. n. 29.* Manz. *n. 8.* Cæterum, ſicut Creditor Fidejuſſori, ita hic ſolidum ſolvens, ſi ceſſam ſibi actionem contra unum ex Confidejuſſoribus intendat, ipſi eandem, dempta ſua parte, cedere debet Hartm. Piſtor. *p. 1. q. 48. in f.* Manz. *n. 52.* Mev. *p. 9. dec. 31.* Voet. *n. 29. & 40.* Proinde Jus habet debitum principale pro rata à Confidejuſſore repetendi; non vero Damna & Expenſas litis, quas ipſe fecit

An Fidejuſſ. ſolidum per actionem ceſſam à Credit. conſequatur? Neg.

An Expenſas

fecit. Siquidem contra hunc non niſi ex Jure ceſſo agere poteſt *l. 39. ff. l. 11. C. h. t.* Creditor autem ſuis actionibus expenſas Fidejuſſoris petere haud poteſt: ergò nec Fidejuſſor. Olea *de ceſſ. jur. t. 5. q. 5. n. 33.* Carpzov. *def. 23.* Stryck. *in uſu moderno §. 29. h. t. ubi dum.* Si creditor Pignoribus quoque ſibi caverit, ea in Fidejuſſorem debet transferre, modò pro eodem debito accepta ſint: *l. 2. C. h. t.* Chriſtinæ. *V. 4. dec. 179. num. 9.* Sande, *d. tit. 10. def. 6.* (ſi enim pignus pro alio non expreſſè obligato debito retineri poteſt, hoc tanto magis procedit inter Creditorem & Debitorem principalem. Mant. *d. c. num. 24.* ſupra *ad tit. de pign. §. ult.*) dict. Diſp. *de Fidejuſſ. th. 28. in medio.* Propterea tamen contra Fidejuſſorem non datur actio pignoratitia. *l. 2. & l. 26.* Jul. à Beyma, *th. 2. ff. de pign.* ſupra *ad tit. de pign. act. § 10.* An Pignus?

LV. Neque actiones ipſo Jure in Fidejuſſorem ſolidum ſolventem transferuntur, ſed eas per modum Exceptionis impetrare debet, quæ Exceptio tantum eſt Dilatoria. *l. 11. l. 14. l. 21. C. h. t.* Neque ſolum ante; ſed etiam poſt L. C. imo poſt ſententiam, & in ipſo executionis termino opponi poteſt, quia non tendit ad ſententiam evertendam, ſed tantum moderandam. *l. 41. §. 1. h. t.* Zanger. *de exc. p. 3. c. 20. n. 110.* & ita judicatum eſſe refert Hart. *q. 38. n. 7.* D. Harppecht. *C. 11. n. 86.* An vero etiam poſt ſolutionem jam factam hæc ceſſio peti queat? DDres non conveniunt. Carpz. *d. C. def. 16.* putat ſufficere, ſi Fidejuſſor ſolutione facta petat ſibi cedi actiones, etiam poſt aliquod intervallum. *l. 36. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 47. th. 43.* Verum ad rationes Juris & Textus ſi reſpiciamus, magis eſt, ut ante ſolutionem petantur; Fruſtra enim de cedendis actionibus diſputatur, quas nullas amplius habet Creditor utpote, quæ ſolutione facta planè ſunt ſublatæ, *l. 76. ff. de ſolut.* Dn. Stryck. *d. l. §. 28.* ſed hoc ita ſe habet, ſi ſolutio ſimpliciter ſit facta, ſecus eſt ſi proteſtatio de cedendis actionibus fuerit interpoſita, tunc enim non ad extinguendum, ſed pro pretio ceſſarum actionum ſolutio facta videtur. *d. l. 76. in f.* Proin contra Creditorem habebit actionem ex empto, arg. *d. l.* ad hoc facit *l. 39. ff. h. t.* Nec obſt. *d. l. 36.* quoniam ceſſio ſolutione jam facta fieri poteſt, modo pactum, vel proteſtatio, vel reſervatio de poſtea cedendis actionibus intervenerit; tunc enim nil factum, ut actio extinguatur; ſed potius, ut cedatur, ſicut patet ex ipſa ratione à JCto Paulo juncta, ergo de emptione illa ex circumſtantiis conſtare debet. Aliud eſt in Mandatore, qui ceſſionem poſt ſolutionem petere poteſt, quia ejus ſolutione principalis liberatus non eſt. *l. 28. ff. mand.* Bach. *d. Diſſ. th. 6.* d. Diſp. *de Fidej. th. 28.* Ex æquitate tamen iſtam emendi mentem præſumi, & plerumque ita in judicando obſervari, ut proin Ceſſio quovis tempore & poſt ſolutionem licite petatur, teſtantur Zang. *p. 6. c. 16. n. 32.* Carpz. *d. c. 17. def. 16.* & *p. 2. dec. 231. n. 26.* Hart. *d. quæſt. 38. n. 13.* Mant. *c. 9. n. 95.* Brunn. *d. c. 2. n. 27.* &

Actiones cedi ſi petantur ope exceptionis, quæ Dilatoria.

An etiam poſt ſolutionem?

Neg. de J. C.

Obj. Diſſ.

Aſſum. de praxi.

Cent. 3. dec. 14. Struv. *S. I. C. Exerc. 47. th. 45.* Stryck. *in uſu mod. §. 27.* Beyer. *p. 181.* Joh. Voet. *n. 30. h. t.* add D. Cocceji. *Diſſ. de ceſſione actionum poſt ſolutionem occaſione l. 39. de fidej. junct. l. 28. mand.*

Contra in. Dolo ſe inficiantem.

LVI. Hoc beneficium ceſſat, ſi Fidejuſſor doloſè fidejuſſionem inficietur arg. *l. 10. §. 1. ff. h. t.* Nam qui negat fundamentum privilegii, etiam privilegium amittit. Enenckel. *de priv. l. 3. c. 17. n. 45.* Olea. *t. 5. q. 3. n. 20. & ſeqq.* Jungi ſolet Renunciatio ſpecialis; ſed quomodo illa reſpectum tantum ad Creditorem habet, dictum eſt *praec. §. 55.*

Culpa Creditoris.

Si vero per Creditorem ſteterit, quo minus cedere actiones poſſit Fidejuſſori, vel ob pactum perſonale cum debitore de debito non ſolvendo, aut cauſam ſua culpa amiſerit, vel Confidejuſſorem liberaverit gratis, aut parte accepta, vel Creditor liberaſſet pignora, quorum intuitu fidejuſſum. His & ſimilibus caſibus Fidejuſſor ad ſolutionem adigi nequit, ſemper Creditori obſtante Exceptione Cedendarum actionum. arg. *l. 95. §. 9. ff. de ſolut.* junct. *l. 74. ff. de R. I.* & ita communiter pronuntiari, docent Hering. *num. 13.* Faber *in C. l. 8. tit. 27. def. 17.* Olea, *d. t. 3. q. 2. n. 26. & ſeqq.* Manzius, *d. c. 9. num. 31.* poſt alios, Brunnem. *d. c. 5. num. 38.* Struv. *Exerc. 47. th. 45.* ibique Muller. D. Harpprecht *C. 11. n. 23. 42. 82. & 105 cum ſeqq.* Hinc & Confidejuſſor conventus abſolvendus erit, ſi d. Exceptione oppoſita, alter ſua culpa cedere nequeat. Mevius, *p. 7. dec. 25.* Olea. *d. t. q. 1. n. 11.* Nec non Fidejuſſori contra Confidejuſſorem ex neglecta contra Creditorem exceptione ſolventem juſta eſt exceptio. Mev. *p. 4. d. 295.*

III. Confidejuſſorum Fidejuſſori contra Debitorem principal. Act. Mand. & N. G. Solutione vel facta.

LVII. Ceſſione non facta, Fidejuſſor, uti dictum, nullam habet actionem contra Confidejuſſores, bene tamen adverſus Debitorem principalem, *L. 4. pr. ff. h. t.* ſcil. Negotiorum geſtorum, vel Mandati, ſi Fidejuſſor mandato rei principalis ſe obligarit. per *l. 10. §. 11. ff. mand.* Nec refert, expreſſum vel tacitum mandatum intervenerit. *l. 6. §. 2. l. 18. l. 64. ff. l. 6. C. eod. l. 60. ff. de R. I.* Beyma, *ad l. 2. ff. de pign. th. 1.* Stryck *in uſu moderno §. 28. h. t.* Struv. *Exerc. 47. th. 44.* ibique Muller. Quando fidejuſſor ſolvit pro abſente amico abſque mandato, habet actionem N. G. *d. l. 4. pr. d. l. 6. §. 2. l. 20. §. 1. ff. eod.* ſin pro Debitore præſente, ſed invito intercedat vel ſolvat, nullam habet actionem, quia donare videtur, *l. 40. ff. d. t.* arg. *l. 24. C. de N. G.* Niſi Fidejuſſor ipſe fuerit conventus, & Reus ex cauſa vel nulla, vel frivola, vel parum honeſta prohibeat. Mev. *p. 2. dec. 288. n. 2.* Joh. Voet. *n. 33. h. t.*

Quæ probanda.

LVIII. Has actiones Fidejuſſor tunc demum regulariter intentare poteſt, ſi ab eo pro debitore aliquid ſolutum eſſe, veroſimiliter doceatur. Mevius, *p. 2. dec. 307.* & quidem citra ejus culpam. *L. 29. pr. §. 2. ff. d. t.* Si enim exceptionem honeſtam, qua ſe defendere poſſet, ex ſua culpa omittat, vel juſtam appellationem legitime non interponat, aut ita ſolverit, ut ſolutio debitori non

profu-

profuerit, &c. cadet actione ſua. *l. 10. §. 12. l. 29. pr. §. 2. ff. l. 10. ff. C. eod.* Carpzov. *p. 5. dec. 215.* Mev. *p. 1. dec. 189.* Voet. *h. t. num. 35.* Hoc de Exceptionibus realibus ſicque cum debitore communibus intelligendum. Perſonales vero ipſe debitor opponere tenetur. Frantzk. *l. 5. reſol. 9.*

LIX. Interdum tamen Fidejuſſor poteſt agere, licet nihil ſolverit: ſi (1.) Creditor remunerandi vel donandi animo Fidejuſſori debitum acceptum tulerit, quo in caſu id à debitore nihilominus petere licet, ac ſi revera ſolverit, *l. 10. §. 13. ff. mand.* vel ad exonerationem agit Mev. *p. 5. d. 302.* Stryck. *in uſu moderno §. 30. h. t.* Struv. *Exerc. 47. th. 46.* ibique Mullerus. (2.) Si ipſe Debitor bona ſua dilapidare incipiat. *l. 10. C. mandat. c. ſ. x. h. t.* Aliud autem eſt, ſi tempore fidejuſſionis bona ſint diſſipata. Gail. *l. 2. O. 29. n. 9.* (3.) Item ſi principalis diu (quod Judex determinat, Menoch. *A. I. Q. l. 2. caſ. 40.*) ſolutionem diſtulerit, tunc etiam petere poteſt, ut ab obligatione liberetur. *l. 38. §. 1. ff. mand. d. c. ſ.* Et hi duo caſus expreſſi etiam ſunt in J. P. Wurt. *d. t. 5. §. Damit aber auch.* Non tamen ſufficit, ſi Fidejuſſor nude proteſtetur, vel declaret, ſe nolle amplius teneri. Brunn. *C. 5 dec. 14.* Sed debitorem conveniat, oportet. *d. c. ſ.* (4.) Si Fidejuſſor ante principalem conventus & condemnatus, vel pro condemnato habeatur, propter obligationem ex inſtrumento authentico & guarentigiato, poteſt convenire debitorem non ad ſolutionem, ſed ad liberationem. *d. c. ſ. d. l. 10. C.* ibi Brunn. *num. 2.* Gail. *d. l. num. 12.* Faber. *in C. l. 4. tit. 26. def. 26.* d. Diſp. *de Fidejuſſ. th. 21.* Sicque jure petit, ut Debitoris bona capiantur, ex quibus Creditori ſatisfiat. Faber. *def. 24.* Vel ad minimum dilationem petit, intra quam Reo principali denunciet, & requirat, ut ſolvat. Sichard. *ad Auth. Præſente. C. h. t. n. 10.* Menoch. *d. l. caſ. 40.* Plures caſus vid. ap. Dn. Voet. *n. 34.*

vel non ſolvit. Creditore Fidejuſſori remittente. Ex culpa Debitoris. Si Fidejuſſ. condemnatus.

LX. Dictæ autem Actiones Fidejuſſori contra reum principalem dantur, ad conſequendum omne illud, quod ipſi Fidejuſſoris nomine abeſt, non tantum ratione ſortis; ſed etiam quoad expenſas, neceſſarias puta & utiles, Mev. *p. 6. dec. 329.* atque uſuras. per *§. 6. J. c. 2. & 3. x. h. t.* Imo Fidejuſſor ſolutæ pecuniæ uſuras etiam ſine mora poteſt ex æquitate petere, ex. gr. ſi illam pecuniam exegerit à proprio Debitore, à quo uſuras conſequebatur; *l. 12. §. 9. ff. mand. l. 19. §. 4. ff. de N. G.* Frommann. *Diſſ. de anatociſmo th. 20.* Mevius, *p. 6. dec. 328. & p. 8. dec. 240.* ſed ſi Fidejuſſor ad ſolvendum condemnatus, pecuniam iſtam à Judæo, vel ſimili, ſub maximis vel gravibus uſuris, *auf Juden-Zinß* acceperit, ultra ſolutas legitimas à principali repetere nequit. Nec ipſi propterea officium ſuum ſit damnoſum, quia ſummam legitimum uſura um modum excedentem præſtare non tenetur; ſed deſuper agentem exceptione uſurarum

Fidejuſſ. indemnis ſervatur quoad ſortem, expenſas, & uſuras etiam ſine mora. Si ſunt legitimæ, Non Judaicæ.

tariæ pravitatis repellere poteſt. Sin exceſſum ſolverit, ſibi imputet, quod citra neceſſitatem honeſtam exceptionem omiſerit; arg. *l. 10. §. 12. & l. 29. ff. mand.* Franck. *l. 2. reſ. 10. ubi num. 112. ſeqq. ad contraria.* Carpzov. *d. p. 2. C. 30. def. 16.* haud enim admittenda ſunt mala intuitu boni finis. *C. 10. cauſ. 32. q. 4.* add. ſupra *ad tit. de uſur.*

Contraria Fidejuſſ. *Solutio.* *Novatio.* *Culpa Creditoris.*

LXI. Fidejuſſio variis modis factiſque tollitur. Extincta ſcilicet principali obligatione, etiam acceſſoria, ipſo jure, extinguitur. *l. 129. §. 1. l. 178. ff. de R. I.* Quod fit ſolutione debiti; *l. 43. l. 65. ff. de ſolut.* Novatione à principali facta. *l. 60. ff. l. 4. C. h. t. l. 18. ff. de Novat.* Item Creditor à debitore, donec ſolvendo eſſe deſinat, creditum ſua culpa petere ceſſans, illud poſtea à Fidejuſſore conſequi nequit. *l. 95. §. 9. ff. de ſolut.* Carpzov. *C. 19. def. in prac. §. 29.* Joh. Voet. *n. 38. h. t.* Imo, ſi debitor nimis in ſolvendo ceſſaverit, vel Creditor in exigendo ob commodum uſurarum, Fidejuſſor pro liberatione ſua poteſt agere. Sande, *d. tit. 10. def. 7.*

Non ſi pro Minore Fidejuſſ.

Sed ſi quis pro Minore, curatorem non habente, ætatis facilitate lapſo fidejuſſerit, licet Minor poſtea in integrum reſtitutus, ſicque obligatio principalis ſublata videatur, Fidejuſſor tamen manet obligatus. *l. 13. pr. ff. de minor.* Nam per Prætoris auxilium non plane tollitur obligatio, quæ civilis eſt; ſed perſona minoris tantum eximitur obligatione. *l. 1. ff. de duob. reis.*

Niſi dolus intervenerit. *An capitis deminut.?*

Verum, ſi dolus adverſarii intervenerit, etiam Fidejuſſori dabitur exceptio: cum æquius ſit, adverſarium doloſum damnum pati, quam Fidejuſſorem, qui bona fide intercessit. *l. 2. C. de Fidejuſſ. min.* Idem dicendum, ſi principalis deportatus, & ſic per Capitis deminutionem obligatione exemptus ſit. *d. l. f.* Sed ſi Principalis beneficio Conſtitutionis Imperii fruatur, etiam Fidejuſſor eo gaudere poteſt. Mev. *p. 4. dec. 150.* D. D. Schweder, *in Jur. publ. part. Spec. ſect. 1. cap. 10. n. 2.* Si principalis in una inſtantia fuerit abſolutus, Fidejuſſor pro judicato ſolvendo liberatus eſt, licet Reus poſtea, mutato actionis genere, in alia inſtantia condemnatus ſit. *l. 13. §. 1. ff. judic. ſolvi.* Sande, *dec. l. 3. t. 10. def. 3.* Hinc Regula: Mutatio Judicis liberat Fidejuſſorem. Hering. *d. tract. cap. 20. §. 26.*

Lapſu temporis definiti.

LXII. Porro extinguitur Fidejuſſio Lapſu temporis definiti, ſi ſcil. tempus adjectum ſit obligationi, ex. gr. Si quis ad certum tempus ſe pro alio obligaverit, cum expreſſo pacto, vel proteſtatione, quod ultra id obligatus eſſe nolit, tunc quidem illo elapſo non ipſo jure extinguitur obligatio; ſed Fidejuſſori datur Pacti exceptio. *l. 44. §. 1. ff. de O. & A.* vid. Struv. *Exerc. 47. th. 61.*

Limit.

Modo Creditor Debitorem vel Fidejuſſorem non interpellaverit; quia mora perpetuatur obligatio, *l. 58. §. 1. ff. h. t. l. 91. §. 4. ff. de V. O.* vel Fidejuſſor non conſenſerit. Carpzov. *d. p. 2. C. 19. def. 6. & 7.* Joh. Voet. *n. 56. h. t.* At vero tempore

pore fidejuſſioni ſimpliciter adjecto, & quidem tantum ſolutionis gratia, *ut, poſt terminum ſol. am.* vel in locatione per biennium: tempore licet elapſo, Fidejuſſor adhuc obligatus manet; cum per hanc prorogationem vinculum obligationis non diſſolvatur, ſed executio tantum differatur. *l. 12. §. 14. ff mand.* Niſi proteſtatione in inſtrumento ſibi proſpexerit, ſe poſt tempus ſolutioni præfixum amplius nolle teneri; Hering. *c. 20. §. 50.* id tamen, quod à tempore prorogationis in obligationem venit, Fidejuſſorem citra ejus conſenſum onerare non poteſt. *l. 50. ff h. t. l. 7. C locati.* Sic etiam uſuras futuri temporis recte recuſat. *L. 50. ff locati.* Carpzov. *d. C. def. 1. & ſeqq.* Berlich. *p. 2. concl. 25.* Sande, *d. tit. 10. def. 5.* Item Præſcriptione, ſi intra XXX. annorum ſpatium Creditor neque debitum, neque uſuras exegerit, remiſiſſe debitum cenſetur. *l. 3. l. 7. §. 4. C. d. præſcript. 30. vel. 40. ann.* Hering. *c. 20. §. 18. num. 12.* Mevius, *p. 4. dec. 180.* Et ſi ex. gr. plures ſint Fidejuſſores, ſufficit, ſi unus ex illis interpelletur. *l. 5. C. de duob. reis.* Hering. *d. l. num. 16.* Joh. Voet. *n. 36. h. t.* Struv *th. 47.* Schulter. *Exerc. 45. th. 61. & 62.* Brunnemann. *cent. 3. dec 65. n. 3. & Dec. 70.*

Prorogatio Debitori termino non liberat Fidejuſſor.

Præſcriptio.

LXIII. Si plures obligationes in unam perſonam concurrant, diſting. An ſint diverſi, an ejuſdem generis? Hoc caſu, veluti ſi Fidejuſſor Confidejuſſori ſuo: Vel Reus credendi alteri Correo ſuccedat, quia non concurrunt duo jura reſpectum mutuum inter ſe habentia, neutra perimitur aut confunditur. *l. 21. §. 1. ff. h. t. d. l. 5. l. 13. ff de duob. reis.* Non obſt. *l. 93. §. 1 ff. de ſolut.* ubi in editione Florentina, per incuriam amanuenſium, facta eſt tranſpoſitio particulæ negativæ ex §. 1. in §. 2. ideo ſecundum Haloandri edit. particula, non, ex §. 2. in §. 1. transferenda, ita: *Item ſi duo rei promittendi ſint, & alter alterum heredem ſcripſerit, non confunditur obligatio.* cum Cujacio, Bachovio, Dn. Parent. p. m. *Diſp. de Confuſ. th. 50* Beyma, *ad d. l. 13 p. 449.* Voet. *ad tit. de ſolut. th. 24.* Si ſint diverſi generis, & Fidejuſſor Creditori, vel vice verſa ſuccedat, ſola Fidejuſſoris obligatio perimitur. *l. 21. §. 3 ff. h. t.* junct. *l. 71. pr. eod. l. 93. in f. ff de ſolut.* Hering. *d. c. §. 16.* Item ſi Debitor Fidejuſſoris, vel contra hæres extiterit, duabus obligationibus in unius perſona concurrentibus Acceſſoria perimitur; *l. 5. l. 14. ff h. t.* major enim tollit minorem, *l. 50. ff. eod.* & nemo pro ſe fidejubet. *d. l. 21 §. 2. l 11. ff. de leg. 1.* Pignus tamen à Fidejuſſore datum nihilominus adhuc obligatum manet, *l. 38. § 5. ff. de ſolut.* Freyer *de ſolut. c. 7. m 7 n. 226.* niſi alium fidejuſſorem dederit. *d. l.* add. *l. 27 §. 5 ff. h. t. d. Diſp. de Confuſ. d. th. & ſeqq.* Porro finitur, ſi Fidejuſſor Debitorem ſuum, etiamſi minus idoneum, Creditori delegaverit. *l 18 ff. h. t.* Hering. *d. c. §. 4.* In Criminalibus, ſi Reus deceſſerit intra terminum, quo à Fidejuſſore erat ſiſtendus. Vinn. *ad §. 2. I. h. t.* Stryck. *in uſu moderno §. 11.* & Joh. Voet. *n. 17.*

Fidejuſſ ſuccedens debitori, vel vice verſa, tollitur Obl. Fidej. Confuſione. Lectio l. 93. §. 1. & 2. ff. de ſolut.

Delegatio. In Criminalibus.

h. t. & n. 3. ſi quis caut. in jud. ſiſt. cauſa. vid. ſupra §. 28. Plures modos vid. apud Manz. *d. tr. cap. 10.* & Heringium, qui *d. cap. 20.* ad XL. congeſſit. Alias, Debitore licet mortuo, fidejuſſio regulariter non extinguitur: niſi ſtatuto locali, ut in Ducatu Luneburgico, Megapolitano, item Regno Bohemiæ ita receptum. Hering. *d. c. §. 10.* Vivius, *dec. 481.* Hahn. *h. t. N. 6. circa fin.* Interdum Familiæ illuſtres, ob nimias Majorum ſuorum fidejuſſiones, pacto ſibi proſpiciunt, ne ulli licentia ſit, fidejuſſoriis obligationibus bona ſua diminuere; quod fidejuſſionem quidem non reddit nullam; ſed efficitur, ne afficiat ea, quæ à tali familia obvenerunt. Dn. Stryck. *de caut. contr. ſect. 2. c. 6. §. 31. & in uſu moderno §. 3. & 4. h. t.*

An Debitore mortuo obligatio extinguatur? Pactum familiæ de non fidejubendo.

Si fidejuſſoria plenior principali.

LXIV. Dicta tamen Regula de Confuſione obligationis principalis & acceſſoriæ limit. ſi fidejuſſoria principali ſit plenior; *l. 21. §. 2. ff. h. t.* ut, ſi Fidejuſſor ſucceſſerit ei, qui naturaliter tantum obligatus eſt, tunc enim in ſtatu ſuo manet. *d. l. 95. §. 3. ff. de ſolut.* Cujac. *lib. 11. obſ. c. 34.* Carpzov. *J. F. p. 2. C. 18. def. 3.* Bachov. *Diſp. 28. th. 7. lit. C.* Briſſon. *de ſolut. l. 2. tit. de ſolut. p. m. 112.* Tandem addendum, quod ante obligationem finitam Fidejuſſor Debitorem pro liberatione convenire nequeat; *l. 38. §. 1. ff. l. 10. C. mand.* niſi debitor in ſolutione diu ceſſaverit, vel ſi prodigus, vel Fidejuſſor condemnatus, vel ab initio aliter conventum ſit. *dd. ll. & c. ult. x. h. t.* Gail. *l. 2. O. 29.* Ludw. *Ex. 12 th. 8.* Joh. Voëtius, *n. 39. h. t.* Hinc in Camera imper. ſolet ſupplicari pro Citatione ad videndum ſe exonerari vel liberari à fidejuſſione; & ſi forſan Fidejuſſor creditori ſatisfecerit, decerni ſolet Mandatum de reſtituendo & indemniſando CC. vid. Blum. *Supplic. Cam. tit. 13. N. 30. & 31.* Nec obſtat exceptio Debitoris litem ſibi non denuntiatam, & ſolutionem ſe inſcio à Fidejuſſore factam eſſe. Mevius, *p. 3. dec. 339.*

Quando Fidejuſſor Debitorem convenire poſſit?

De praxi in Camera Imperiali.

TIT. II.

DE NOVATIONIBUS ET DELEGATIONIBUS,

Inſtit. *Lib. 3. Tit. 30. §. 3.* Cod. *Lib. 8. Tit. 42.*

§. I.

Continuatio. Modi Oblig. tollendi. Aliam ſubſtituendo per Novationem. Ejus Etym. Definitio.

CONſideratis modis, quibus Obligationes conſtituuntur, nunc ſubjiciuntur Modi, quibus diſſolvuntur. Suntque duplicis generis: Vel enim Obligationem tollunt, ita, ut alia ſubſtituatur: Vel eam tollunt ſimpliciter; Illud fit per Novationem: Hoc per Solutionem, Acceptilationem, Compenſationem, & alios modos. De priori modo agitur in *hoc tit.*

II. Novatio à novo, ſive novâ obligatione nomen accepit, *l. 11. pr. ff. h. t.* eſtque nihil aliud, quam actus, quo vetus obligatio aboletur, & prius debitum in aliam novam obligationem transfunditur. *L. 1. pr. ff. h. t. §. 3. I.*

§. 1. I. quib. mod. toll. obl. Zang. *de Except. p. 2. c. 5 n. 9.* Novatio in ſpecie ſic dicta communiter divid. in Voluntariam, & Neceſſariam *l. 29. ff. h. t.*

Divid. in Voluntar. & Neceſſ. hæc fit per L. C. qua prior Obligatio novas quaſi aſſumit qualitates.

III. Voluntaria dicitur, quæ fit per ſolam ſtipulationem. *d. l. 1. §. 1 l. 2. l. 7. & 8. §. 1. ff. eod. vid. ſeq. §. 5.* Neceſſaria, quæ fit per litis conteſtationem. Litem enim conteſtando partes de novo conſentire, & quaſi contrahere videntur. *l. 3. §. 11. ff. de pecul.* Prior quoque obligatio novas ſtatim accepit qualitates, ita, ut ex actione temporali fiat perpetua, inque hæredes tranſitoria. *l. 26. ff. de O. & A.* Nova & priori utilior competit actio, rei ſcilicet judicatæ. *l. 16 ff. de re jud.* Unde dicitur, priorem obligationem novari per L. C. actione judicati. *l. 3. C. de uſur. rei jud.* Item per L. C. delegationem fieri. *l. 11. §. 1 ff. h. t.* Porro ſi alius pro alio litem ſuſceperit, per alterius L. C. prior debitor liberatus dicitur, *l. 23 de ſolut. l. 10. §. 1. ff. de in rem verſ.* Attamen hæc liberatio, ſive delegatio, & ea, quæ de L. C. dicta ſunt non fiunt ipſo jure, ſed tantum ope exceptionis. Manet enim priſtina Actio adhuc ſalva. *l. 28. ff. h. t. l. 2. C. de pact. l. 2. C. de Jud. l. 61. §. 1. ff. de fidejuſſ. l. 10 ff. de pign. act. l. 16. §. 1. ff. de pignor. l. 26. §. 5.* junct. *l. 27. 28 & 30. ff. de jurejur.* una cum qualitatibus & privilegiis ſuis. *l. 29. ff. h. t.* Quemadmodum per L. C. nec curſus uſurarum inhibetur; *l. 35. ff. de uſur. l. 90. ff. de V. O. l. 1. C. de judic.* nec pignora & Fidejuſſores liberantur, *l. 13. §. 4. ff. de pign. l. 8. §. 3 ff. de fidejuſſ.* nec ejus conditio fit deterior, *d. l. 29. l. 86. & ſeq. ff. de R. J.* (quæ omnia aliter ſe habent in Voluntaria. *l. 18. l. 24. l. 27. l. 29 ff. h. t.*) ſed effectum litis conteſtatæ accedit. *Add. E.* Zanger. *d. c. n. 76. & ſeqq.* vid. Bachov. *ad Tr. V. 2. Diſp. 29. th. 5. lit. E.* Struyck. *in ſyn. moderno §. 4.* Beyer. *poſ. 4. h. t.*

Ipſa tamen non tollitur.

IV. Ex modo dictis apparet, quod Neceſſaria non ſit vera; ſed impropriè ſic dicta Novatio. Per veram enim ex præcedenti cauſa ita conſtituitur obligatio, ut prior cum omnibus acceſſoriis tollatur, *d. l. 1. pr. ff. h. t.* translata in poſteriorem. *d. §. 3. I. quib. mod. obl. toll.* Unde Neceſſaria à Dd. etiam vocatur Cumulativa, quia per eandem priori obligationi novæ tantum qualitates adjiciuntur per *add. l. in pr. et. §.* Dicta ergo Diviſio non eſt generis in ſuas ſpecies; ſed tantum æquivoci in ſua æquivocata. Hahn. *ad W. h. t. N. 5.* Hoc autem tit. principaliter agitur de propriè ſic dicta, Voluntaria ſcil. Novatione. Schwartzenthal. *de Novat. & Deleg. cap. 1. n. 12.*

Neceſſ. eſt impropriè dicta Nov.

Hoc tit. agitur de Voluntaria.

V. Voluntaria Novatio in genere eſt actus, quo per præcedentem interrogationem & ſubſequentem congruam reſponſionem, animo novandi factam, prior obligatio ipſo jure tollitur, & nova in ejus locum ſubſtituitur. *d. §. 3. I. & d. l. 1. pr.* Fitque vel interventu novæ perſonæ, vel non interveniente tali perſona. *d. §. 3.* Hoc fit inter eundem Creditorem & Debitorem nullo extraneo interveniente, animo novandi; quæ eſt

Quid ſit?

Fit vel non interveniente nova perſona vel illa interveniente.

eſt Novatio propriè ſic dicta. Illud fit, ſi nova perſona interveniens priorem obligationem expromittendo in ſe recipiat atque transferat; ita, ut debitor ille liberetur, & novus expromiſſor obligetur. d. §. 1. Hoc iterum contingit, priore Debitore ſciente atque volente, & dicitur Delegatio; l. 11. pr. l. 6. ff. h. t. (& quidem Debitoris, ad diſtinctionem Delegationis Nominis, quæ alias Ceſſio vocatur. ſupra ad tit. de H. vel A. V.) vel ignorante & invito, Cum etiam inviti obligationem expromittendo in nos recipere, ſicque illum liberare queamus. l. 8. §. 5. ff. h. t. junct. pr. I. quib. mod. toll. obl. l. 23. l. 40. l. 91. ff. de ſolut. l. 39. ff. de N. G.

& quidem vel mandante, vel invito.

VI. Delegatio eſt actus, quo Debitor Creditori ſuo alium Debitorem expromittentem in locum ſuum ſubſtituit. *Eine Uberweiſung oder Anweiſung an ſtatt Zahlung.* Delegare verò eſt vice ſuâ alium reum dare Creditori, vel cui juſſerit; *d. l. 11. pr. l. 1. l. 6. C. eod.* Unde vulg. *Anweiſung iſt eine Zahlung. l. 18. ff. de fidejuſſ. l. 37. §. 4. ff. de op. lib. l. 8. §. 3. ad SCtum Vellejan. l. 187. de V. S.* Finckelthaus. *obſ. 91.* Delegationi ſemper ineſt Novatio *l. 1. C. h. t.* (ſc. materialiter & effective, non formaliter, alias ſpecialiter exprimi deberet obligationem animo novandi fieri *ſeqq. §. 11.*) ſed non vice verſa. Bach. *d. Diſp. 16. th. 6. lit. A.* Divid. ad Exemplum Novationis, in Voluntariam & Neceſſariam. *d. l. 11. §. 1.* Hæcque ſimiliter impropriè dicitur. Zanger. *d. p. 3. c. 6. n. 14. 31. & ſeqq.* Illa vero propria, cujus exemplum. *Titius* Mevio debet mille, & Titio totidem Cajus, Titius inſtar creditore mandat Cajo, ut Mevio ſolutionem promittat, Delegato & Creditore in id conſentientibus, Mevius ſummam ſibi à Titio debitam à Cajo ſtipulatur, eamque Cajus promittit. Zanger. *n. 51.*

Hæc dicitur Delegatio. Quid ſit?

Ei ineſt Novatio. Quomodo?

Div. in Voluntar. & Neceſſar.

Exemplum.

VII. Non ergo omnis Novatio, quæ fit interventu novæ perſonæ, eſt Delegatio; Si enim promiſſio fiat pro ignorante vel invito, & ſic abſque mandato, eſt Expromiſſio, nec dici poteſt, quod à debitore ſubſtitutio fiat. Sicut autem Novatio ſine animo novandi fieri nequit, ita & Delegatio perficitur conſenſu illorum, quorum negotium principaliter agitur. *d. l. 11. pr. ff. d. l. 1. l. 6. C. junct. l. 55. l. 57. ff. de O & A.* Duo namque actus in Delegatione interveniunt. Hahn. *h. t. n. IX.* Primus eſt inter Debitorem priorem, Delegantem, & novum Delegandum, qui fit nudo conſenſu quovis modo, ſcriptura, vel nutu, ſc. à muto declarato. *l. 17. ff. h. t.* Zang. *d. c. 6. n. 47.* Nec de Jure Civ. ſtipulationem habet neceſſariam, ſed ſolo mandato Delegantis, qui jubet Delegatum alteri ſolvere, perficitur. D. Harppr. *C. 16. n. 50. & ſeqq.* Unde etiam conſenſus vel ſtatim intervenire poteſt, vel ex poſtfacto ſequi, per ratihabitionem. *l. 22. ff. h. t.* arg. *l. 5. C. ad ff. Maced.* Gœdd. *de contr. ſtip. c. 3. concl. 9. n. 106. & ſeqq.* Inſuper tamen requiritur, ut non tantum is, qui delegatur, ſed

Ad Deleg. non ſufficit interventus novæ perſonæ, ſed req. 1. Voluntas, quorum intereſt, i. e. Delegantis,

Etiam ex poſt facto.

Delegandi

qui

qui tanquam alius ejus vice Debitoris creditori datur, conſentiat; cum invitus debitor non delegetur; *l. 11. l. 6. C. h. t.* vid. tn. Sich. *ad d. l. 1. n. 4.* Schwarzenthal. *d. tr. c. 3. n. 2.* in quo differt à Ceſſione. *d. l. 1.* Sed & Creditor, cui delegatur, utpote cujus acceptatio eſt neceſſaria; *d. l. 1.* Zanger. *n. 21. & ſeqq.* etiamſi Princeps forte Fiſcus, aut Camera ei delegari velit. Carpzov *l. 5. Reſp. 107. n. 9. & ſeqq.* Struvch. *diſſ. Juſtin. 17 th. 9.* Dn. Bardili, *Diſſ. de Deleg. th. 9.* & Creditoris.

VIII. Secundus actus fit inter Delegatum, & eum, cui delegatur, Creditorem nempe; qui actus propriè dicitur Novatio, & de Jure Civ. non aliter fit, quàm per ſtipulationem. *d. l. 11. §. 1 ff. d. L. 1 C. h. t.* Mev. *p. 7. dec. 22.* Moribus tamen noſtris & hic actus nudo pacto vel conſenſu fieri poteſt. Franck. *ad §. 3 I. quib. mod. toll. obl.* Carpz. *L. F. p. 2. C. 19. def. 7. n. 4.* Mev. *p. 5. dec. 306.* Si ergò Cajus, ignorante vel contradicente priore Debitore, Creditori promitteret, nulla pluiè foret delegatio, *prac. §. 7.* utpote quæ pro toto negotio accepta duobus actibus fieri debet. Aliàs enim Delegationis vocabulum tantùm pro primo actu, quo ſcil. Debitor delegans alium ſua vice ſubſtituit, accipitur. *l. 11. l. 17 ff. h. t.* Interdum ut utrumque actum comprehendat, quæ incipitur mandato, & perficitur ſubſecutâ novatione. Gail. *l. 2. O. 30. num. 8.* D. Harpprecht, *C. 16. n. 29. & ſeqq.* 2. Declaratio inter Delegatum & Creditorem.

IX. Conſtituitur autem Novatio per Stipulationem, h. e. ſolennem verborum conceptionem, animo novandi factam. Et ſic ratione Cauſæ Efficientis requiritur (1.) de Jure Civ. interrogatio & ſubſecuta congrua Reſponſio *§. 3. I. quib. mod. toll. obl. l. 1. l. 6. & 7. ff. l. 3. C. h. t.* Quæ tn. hodie non eſt neceſſaria, cùm etiam nudo pacto & ſolo conſenſu, quovis modo declarato, fieri poſſit Novatio. Vinn. *ad d. §. 3 num. 1.* Franck. *d. l.* Giphan. *in d. l. 3.* Hahn. *ad W. h. t. num. 4.* Carpzov. *l. 5. Reſp. 105. num. 13.* Stryck. *§. 1 h. t. in U. M.* Treutl. *V. 2. D. 29. th. 5.* ibi quidem Bachov. *lit. A.* dubitat, dicens, quod ad Novationem requiratur, ut prior obligatio ipſo jure tollatur, ideo pacto eandem tolli ope tantum exceptionis. Verum cum moribus noſtris pactum ſit efficax ad obligationem conſtituendam, ſequitur, etiam eſſe ad extinguendam. Gudelin *de Jure Nov. l. 3. cap. 12. p. m. 132.* ſupra *ad tit. de pact. §. 46.* Nil enim tam naturale eſt, quam eo modo aliquid diſſolvi, quo conſtitutum eſt: modo id ſpecialiter inter partes actum ſit, Ad animum enim contrahentium reſpiciendum eſt. Maſc. *de prob. V. 2. concl. 1113. n. 25.* Novationis Cauſ. Effic. eſt Stipulatio, Hodie pactum. Obſ. Reſp.

X. (2.) Ut Declaratio animo novandi facta ſit. Non enim quævis interrogatio & reſponſio facit Novationem. *l. 2. in f. ff. h. t.* Et ſi hoc non agatur, ut novetur, duæ erunt obligationes, & fit Adpromiſſio, non Expromiſſio. *l. 2. l. 6. pr. l. 8. §. 2. l. 28. l. 30. ff. h. t.* Unde autem hic conſtare poſſit animus, olim maximo Fiat animo novandi. Unde conſtet

ximè controvertebatur. Veteres JCti ad diverſas circumſtantias recurrebant; ſed ad tot deſuper in judicio motas quæſtiones evitandas Juſtinian. Imp. in l. ſ. C. h. t. generaliter conſtituit, *non lege eſſe novandum*, i. e. conjecturis ex lege aliqua petitis; *ſed voluntate*; i. e. tunc ſolum Novationem prioris obligationis fieri, quoties hoc ipſum inter contrahentes fuerit expreſſum, *ſe novandi animo*, &c. Stryck. *in U. M.* §. 2. h. t. Cujus Conſtitutionis ſummam repetit Imp. in *d.* §. 3 *I.* An autem hodie plane Novatio in ſpecie fieri nequeat, niſi animus verbis exprimatur, ita, ut nec evidentiſſimis præſumptionibus & conjecturis locus ſit? magna eſt inter Dd. controverſia, quam Imperatoria deciſione dignam dicit Carpzov. *l.* 5 *Reſp.* 105. *num.* 18. Manifeſtas & urgentiſſimas conjecturas admittunt Fachin. *l.* 3. *contr. c.* 92. Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 134. Franzk. *Exerc.* 11. *q.* 10. Chriſtin. *V.* 4. *dec.* 180. *n.* 9. *&* 16. Bach. *th.* 5. *lit. F.* & quod hanc, ceu veriorem, opinionem Camera Imp. ſecuta ſit, teſtatur Gail. *l.* 2. *O.* 30. *num.* 4. *ſeq.* Vinn. *ad d.* §. 3 Brunn. C. 5. *dec.* 35. *num.* 3 & multas hujuſmodi Conjecturas allegat Maſcard. *d. concl.* De Jure tamen certiorem eſſe contrariam ſententiam, quia nullum iſta Conſtitutio haberet effectum, probant, & partim præjud. firmant Carpzovius, *d. Reſp.* 105. *n.* 10. *& ſeqq.* J. F. *p.* 2. *C.* 19. *def.* 10. Gryphian. *ad d. l. ſ.* Goedd. *d. concl.* 9. *n.* 105. poſt Schurz. Zaſ. Schifferd. Weſ. Fabrot. *ad Gail. d. l.* Hahn. *d. Num. VI. verb. Hodie autem.* Mev. *p.* 2. *dec.* 338. *n.* 1. nec obſt. *p.* 5. *dec.* 444. ubi caſum intelligit ſingularem, quo manifeſta eſt ſublatio prioris, & incompatibilitas poſterioris obligationis. *n.* 3. in Brunn. *ad l. ſ. C. h. t. num.* 3. add. *num.* 11 & C. 3. *dec.* 53. Struv. *h. t. th.* 37. Stryck. *de Caut. Contr. ſect.* 4. *c.* 2. §. 2. & *c.* 3. §. 1. Mencken. *Gymn. polem. th.* 12. Ludwell. *Diſp.* 14. *th.* 2. *lit. b.* Schwarzh. *c.* 5. *n.* 4. Strauch. *Diſſ. Juſtin.* 17. *aph.* 7. B. Parens. D. *de Fidejuſſ. th.* 22 D. Harppr. C. 11 *n.* 52 C. 43 *n.* 157. *ſqq.* Dn. à Lyncker. *dec.* 821. *&* 1040. Frbach. *ad Ox. p.* 2. *C.* 19. *def.* 14. *n.* 8.

An verbis exprimi debeat? vel etiam Conjecturæ ſufficiant?

XI. Verùm, an etiam in Delegatione opus ſit, ut juxta *d. l. ſ.* animus novandi expreſſis verbis declaretur? inter Dd. valde controvertitur. Affirm. Sichard. *ad d. l. ſ. num.* 5. Carpzov. *d. Reſp. num.* 6. *& ſeqq. d. C.* 19. *def.* 16. *ubi præjud.* poſt alios Dn. Voet. *h. t. num.* 3. Stryck. *C. C. ſect.* 4. *c.* 2. §. 2. Sed negat Bachov. *d. D. th.* 6. *lit. A.* idque propter *d.* §. 3. Cujus prior pars Novationem continet, quæ fit interventu novæ perſonæ, uſque ad illa verba, *ſed ſi eadem perſona.* In ſecunda parte, quæ à dictis verbis incipit, agitur de Novatione in ſpecie ſic dicta, quæ fit non interventu novæ perſonæ. In illa imperator ſimpliciter affirmat, novam fieri obligationem; cum ex ſurrogatione novi Debitoris animus ſatis abunde colligatur. At in poſteriore tantum modum præſcribit neceſſarium. Lex autem correctoria ſtrictè eſt accipienda. Nec obſtat, quod in *d. l. ſ.*

An etiam in Delegat. animus novandi expreſſe declarandus? Affirm. *Reſpl.* §. 3. *I. quib. mod. toll. obl.*

Obj. Reſp.

l. f. etiam mentio fiat novæ perſonæ. Illa enim verba Bachovius accipi vult non de nova perſona principali, ſed acceſſoria, Fidejuſſore ſcilicet. Et hanc ſententiam veriorem & communiorem probant Gail. *d. O. n. 9.* Perez. *h. t. n. 12.* Hahn. *N. 8.* Zaſ. *h. t. n. 16.* poſt multos alleg. Bardili. *d. Diſſ. de Deleg. th. 11* & *Cousloſ. For. Ex. 27. th. 7.* Mev *p. 2. dec. 200.* add. *dec. 201. 204.* ubi caſus unde Delegatio facta credatur. & *p. 7. dec. 11. & 12.* Brunn. *ad d. l. f.* Mencken. *d. l. th. 13.* B. Parens meus. *Diſſ. de Benef. Excuſſ. th. 24.*

XII. Subjectum ſunt Perſonæ Stipulantes & promittentes. Priorem autem obligationem remittere, & novam conſtituere atque acquirere poſſunt Creditores, liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habentes. Sic req. (1.) Ut perſona novans ſit Creditor; Alterius enim obligationem nemo remittere poteſt. Sic quod fratri meo debetur, ego, ipſo ignorante vel invito, novare non poſſum. Hinc, qui ſolutionis gratiâ adjectus, quia Creditor non eſt, novare nequit. *l. 10. ff. h. t.* ubi propoſitio ita accip. Cui recte, ſuo ſcil. Jure, ſolvitur, i. e. qui Creditor, nec in alterius poteſtate eſt, is novare poteſt. add. *l. 25. ff. eod.* Buſ. Brunn. *ad d. l. 10.* Nec filius, quod Patri debetur, ignorante eo, ſtipulando novare poteſt, *l. 25. l. 21. ff. h. t.* poteſt tamen promittendo, quod Pater debet, per *l. 56. ff. de O. & A.* quæ duo probè diſting. Idem prohibetur Servus, etiam in peculiari causa, ubi obligatio ſtatim acquiritur Domino. *l. 16. ff. h. t.* Nec tamen refert, ſive Creditor ipſe novet, ſive per ipſum repræſentantem, *l. 20. pr. ff. h. t.* veluti Tutores, Curatores, qui omnes pupillorum, minorum, furioſorum obligationes, maxime quibus alii ipſis tenentur, novare poſſunt; *d. l. 20. §. 1.* junct. *l. 7. §. 3. ff. pro empt.* potiſſimum, ſi hoc expediat. *d. l. 20. §. 1.* & *l. 3. §. 1. ff. eod.* Nam Tutor Domini loco tunc habetur, ſi in pupilli commodum aliquid agit. ſupra *ad tit. de admin. tut. §. 25.* Item Procurator non ſpecialis; *l. 4. C. h. t.* ſed omnium bonorum, aut expreſſum ad hoc mandatum habens. *l. 8. §. f. d. l. 20. pr. & §. 1. ff. h. t.* Hinc mandatum ad ſolutionem recipiendam non involvit poteſtatem mutandæ obligationis. *l. 21. ff. l. 4. C. h. t.* Si tamen quis pro abſente, citra mandatum, animo novandi ſtipulatus ſit, Novatio per ratihabitionem perficitur. *l. 22. ff. eod.* Bardili, *d. Diſſ. th. 12.*

Subjectum Novat. qui vel pr. oblig. remittunt, ut ſunt Creditores ipſi. *Expl. l. 10. ff. h. t.*

Illorum repræſentantes.

Item Procuratores.

& ratihabendo.

XIII. (2.) Ut Creditor, vel cujus officium id poſtulat, ut Tutor, Curator, *ad tit. de admin. tut. §. 24.* ad *tit. de Curat. §. 31.* vel cui hoc in ſpecie eſt mandatum liberâ adminiſtrandi facultate gaudeat; quia remittere eſt ſpecies alienationis. Hinc ſtipulando Novare non poteſt Pupillus ſine tutoris authoritate *d. l. 20. §. 1.* Nec Prodigus; *l. 3. ff. h. t.* niſi hæ perſonæ novando meliorem ſuam conditionem fecerint, tunc enim ceſſat ratio prohibitæ adminiſtrationis: Ergo & ſti-

2. Liberam adminiſtrationem habentes.

Unus ex correis an poſſit novare.

eis diſpoſitio. [illegible] ſupra ad tit. de Curat. §. 37. Item Deportatus. l. [illegible] ff. h. t. & ſimiles. Quær. An unus ex duobus reis ſtipulandi communem obligationem novare poſſit? Affirm. [illegible] ff. h. t. ſupra ad tit. de duob. reis §. [illegible] Schwarzenb. [illegible] add. Bach. [illegible] D. [illegible] D.

Vel qui novam obligationem promittunt. v. gr. Pupillus.

XIV. Promittendo novare poſſunt omnes, qui ſtipulantibus poſſunt promittere, vid. ſupra ad tit. de V. O. §. 27. Nec ſemper requiritur, ut habeant rerum ſuarum adminiſtrationem liberam; modo uſu rationis non deſtituantur, & verba (de Jure Civ.) eloqui poſſint. Hinc Pupillus ſine tutoris authoritate promittendo novare poteſt. [illegible] ff. h. t. Quamvis enim requiratur, ut extincta veteri obligatione nova ſubſtituatur: pupillus autem ſine tutoris authoritate ſeſe obligare non queat, hoc tamen caſo, ſi Pupillus infantia ſit major, & quia ſuam conditionem non facit deteriorem, inſimul de tertii agitur præjudicio, ceſſat illa poteſtatis ademptio, & pupillus naturaliter obligatur. [illegible] ff. [illegible] l. quib. mod. toll. obl. ubi poſterior ſtipulatio inutilis dicitur, non ratione formæ, ſed effectus. Formalis enim ratio Novationis eſt, ut nova obligatio valeat, atque priorem tollat, quod per plane inutilem, vel ſimpliciter nullam fieri nequit. l. [illegible] ff. h. t. Mev. [illegible] ſed pupillus h. l. naturaliter tenetur, quod ad novandum ſufficit. Sichard. ad rubr. C. h. t. [illegible] Puſ. ad l. 9. ff. de auth. tut. [illegible] & ſupra ad eund. tit. §. 15. Cui & Fidejuſſor cum effectu accedere poteſt. l. 127. ff. de V. O. Idem dicendum de Minore, Prodigo, & ſimilibus, ſine Curatoris conſenſu. [illegible] Carpz. J. F. [illegible] D. Bard. [illegible] Diſſ.

Subjectum Delegationis eſt 1. Delegans Debitor, qui alterum repræſentans. Liberam adminiſtr. habens. Exempl. 2. Delegatus. Etiam Extraneus.

XV. In Delegatione vero tres interveniunt perſonæ. I. Delegans, ſive Mandans. Ad quem req. (1.) Ut ſit Debitor illius, cui fit delegatio, Zang. [illegible] licèt acceſſorius, tamen non refert, nam & Fidejuſſor Creditori recte delegat. [illegible] ff. de fidejuſſ. Nec intereſt, ſive ipſe, ſive qui ejus loco eſt, vel ipſum repræſentet, delegeſt. arg. [illegible] ff. h. t. [illegible] (2.) Ut liberam habeat rerum adminiſtrationem; vel proprio, vel alieno nomine; arg. [illegible] ff. de ſolut. Sic Pupillus ſine tutore poteſt cum ipſius incremento delegare, ad hoc, ut ipſe, ceu prior debitor, liberetur, nec ipſe conveniri queat. [illegible] arg. [illegible] ff. de ſolut. Bach. [illegible] C. II. Delegatus ſeu Mandatarius eſt Debitor. [illegible] ff. [illegible] C. h. t. ſed non ſemper Delegantis, cum & Extraneus, & non Debitor qui talis, & qui perpetua exceptione tutus eſt, delegari queat. [illegible] ff. h. t. l. [illegible] ff. de ſolut. Bach. [illegible] D. Zang. [illegible] Molin. de J. & J. [illegible] modo conſentiat. [illegible] C. h. t. & de cætero ad contrahendum ſit idoneus. Etiam Mulier, (de Jure Civ.) ſi ſe delegetur ut debitrix, licet talis non ſit. [illegible] punct. [illegible] ff. ad SCtum Vellejan. Sin non debitrix promiſerit, tanquam intercedens SCto adjuvabitur: & ita interpret. [illegible] ff. h. t. add. ad SCtum Velley. [illegible]

Mulier.

Sed

Sed Mutos, Surdos, Furioſus, &c. non recte delegantur, Zang. *n. 26.* ad hunc ſc. effectum, ut in ipſorum perſona nova obligatio conſtituatur; Nam ad id, ut prior Debitor liberetur, nil refert *d. §. 3.* Ubi tamen excipitur perſona Servi, quia Jure Civili non eſt idoneus Expromiſſor, & omnino novationis & delegationis extra cauſam peculiarem incapax. *l. ſ. pr. ff. h. t. l. 30. §. 1. ff. de pact.* Vinn. *ad d. §. 3.* III. Creditor, cui delegatur. *l. 11. pr. ff. h. t.* Modo conſentire poſſit, & liberam habeat rerum adminiſtrationem. Nec refert, ſive ipſi, ſive eum repræſentanti, aut alii, cui juſſit, vel actiones mandavit, delegatio fiat. *d. l. 11.* Zang. *n. 14.* juxta dicta in *præc. §. 12. & 13.* add. d. Diſp. *de Deleg. th. 17. & ſeqq.*

Non mutus, Furioſus.

3. Creditor.

XVI. Objectum ſunt Obligationes ex quacunque cauſa, *l. 1. ff. h. t.* cujusvis generis, Naturales, Civiles, Honorariæ, Mixtæ, *l. 1. pr. §. 1. l. 2. ff. h. t.* etiam Futuræ. *l. 8. §. 2. pr. ff. h. t.* Ita tamen, ut Novatio futuræ obligationis tum demum in effectum deducatur, atque perfecta videatur, ſi principalis obligatio nata, & in eſſe producta, ex. gr. *Quod Titius promiſit, ego dabo*, tunc, quamprimum obligatio naſcitur, ſtatim etiam per novationem extinguitur, & ſic obligatio, eo momento, quo naſcitur, ſtatim etiam per novationem extinguitur atque perimitur. *d. l. 8. §. 2.* Tam Puræ, quam Conditionales. Et quidem in Diem novatio ſtatim perfecta videtur, priusquam ille advenerit, licet non ſtatim ex ea ſtipulatione agi poſſit. *l. 5. ff. h. t. l. 47. ff. de V. O.* Sed ſub Conditione facta & ante ejus exiſtentiam non propriè eſt obligatio, ſed ſpe tantum; ideo Novatio, ſive Delegatio, illâ pendente, facta, prius perfecta non videtur, niſi conditio extiterit, tunc demum enim prior obligatio tollitur, & nova ſubſtituitur. *d. l. 8. §. 1. l. 14. ff. eod.* Mev. *p. 7. dec. 47.* Et quæcunque obligatio poteſt novari, pro illa quoque alius debitor per delegationem regulariter poteſt ſubſtitui.

Objectum ſunt quævis Obligationes, etiam futuræ, Quomodo? Conditionales.

XVII. Forma & Differentia Specifica Novationis in ſpecie in eo conſiſtit, ut prior obligatio innovetur, & per Stipulationem, hodie pactum, aliumve contractum, in aliam novandi animo transfundatur, *d. §. 3. l. 1. l. 2. ff. l. ſ. C. h. t.* Delegationis eſt, ut Debitor quali quali declaratione, vice ſua alium Debitorem expromittentem ſubſtituat, *l. 11. pr. ff.* cumque Creditor aſſumat. *l. 6. C. h. t.* Quæ omnia ab allegante probari debent. Quomodo? vid. Mev. *p. 5. dec. 305.* Bardili. *Concl. Forenſ. Exerc. 27. th. 18.* & d. *Diſp. th. ult.* Finis eſt, ut prior obligatio ipſo jure tollatur: vel prior Debitor ab obligatione liberetur: & ex præcedenti cauſa nova obligatio, vel alius Debitor in prioris locum ſubſtituatur. *d. §. 3. d. l. 1. pr. d. l. 11. pr.* Mev. *p. 5. dec. 404.* Sic multis modis differt à Ceſſione Nominum, uti videre eſt ſupra *ad tit. de H. vel A. V. §. 18. & ſeqq.* Beyer. *poſ. 10. cum ſeqq. h. t.* Accidentia ſunt Locus, Dies, Conditio. *præc. §. 6.*

Forma Novationis.

Delegationis.

Finis.

Effectus Novat. eſt ut prior oblig. ipſo jure perimatur.

XVIII. Effectus duplex eſt, (1.) Ut Prior obligatio perimatur & quidem ipſo jure arg. *d. §. 3. I. d. l. 1. pr. ff. h. t. l. 27. §. 2. ff. de pact.* Unde etiam omnes acceſſiones privilegia, qualitates atque incommoda tolluntur, v. gr. fidejuſſores *l. 43. ff. de ſolut. l. 4. C. de Fidej.* Hering. *de Fidej. p. 3. c. 20. §. 3. n. 1.* hypothecæ pignora, utut *z. l. 18. l. 27. l. 30. ff. h. t. d. l. 43.* mora, periculum interitus rei debitæ, *l. 8. pr. l. 28. ff. eod.* pœna; *l. 15. ff. d. t.* Schwarzb. *c. 1. n. 40. & ſeqq.* dummodo non aliter de novo conventum, v. gr. ut pignora reſtituantur, *l. 11. §. 1. ff. de p. a.* tunc etiam retinetur prioritas temporis. Neguſ. *de pign. p. 5. m. 2. n. 13.* Myns. *C. 2. O. 19.* Gail. *2. O. 30. n. 1.* add. *d. l. 4. C. h. t. l. 45. §. 7. ff. mand.* Item ſufficit, ſi addita ſit clauſula. Citra præjudicium priorum jurium. Hering. *d. §. 3. n. 13.* (2.) Ut Nova obligatio conſtituatur. *d. §. 3. d. l. 1. pr.* Si ergo Creditor in priore habuerit ſpeciale privilegium, vel jus prælationis, exinde poſt Novationem non amplius poteſt agere, quia illud cum Veteri obligatione regulariter extinctum eſt. *l. 29. ff. h. t.* Quid vero, ſi is, cui Titius & Sejus aliquid debebat, ſtipuletur disjunctivè à Cajo, *Dari ſibi, q. ab illo aut illo deberi* alterutra tantum obligatio tollitur, & illius fit novatio, quam promiſſor elegerit. *l. 26. ff. h. t.* Nec obſt. *l. 32. ff. eod.* ubi per verba: *Utramque in poſteriorem deduci ſtipulationem*: colligi volunt, Stipulatorem particula disjunctivâ, *aut*, uſum eſſe pro copulativa, *Et*. cum Accurſ. Schwarzb. *c. 1. n. 31.* quem ſeq. Dn. Voet *h. t. n. 15.* arg. *l. 53. pr. ff. l. 4. C. de V. S.* Supradicta tamen de vera & propriè ſic dicta, Voluntaria ſc. novatione accipienda ſunt, Secus eſt in Neceſſaria, quia Litis Conteſtatione nemo conditionem ſuam facit deteriorem. *d. l. 29.* Manent namque pignora, *l. 11. §. 1. ff. de pign.* & fidejuſſores. *l. 8. §. 3. ff. de fidej.* &c. *prec. §. 5.*

de 2. nova conſtituatur.

In ſtipul. disjunct. alterutra obligatio tollitur.

Obj.

Reſp.

XIX. Similiter in Delegatione in ſpecie prior Debitor delegans ab obligatione, ejuſq; acceſſionibus, ipſo jure liberatur, ut à Creditore amplius conveniri nequeat, *d. §. 3. l. 18. l. 27. ff. h. t.* ibi Brunn. *n. 3. C. h. t.* etiamſi poſterior ſtipulatio inutilis, vel Delegatus fortunis ſuis ſit exutus, *d. §. 3. l. 2. l. 3. C. h. t.* quia bonum nomen facit Creditor admittens debitorem delegatum; *l. 26. §. 2. ff. mand.* junct. *l. 203. ff. de R. I.* Schwarzb. *c. 3. n. 19.* quo differt à Ceſſione, ubi cedens obligationem tantum transfert, *l. 3. C. h. t.* item ab Aſſignatione nominis, in qua aſſignanti nulla liberatio contingit, ſi non ſolutio ſecuta, *l. 27. §. 5. ff. de leg. 1. l. 18. §. 13. ff. de leg. 3.* ſupra *ad tit. de H. vel A. V. §. 43. in f.* vel niſi Creditor nomen aſſignatum in ſolutum acceperit. Fab. in *C. l. 4. t. 3. def. 1.* D. Happ. *Diſſ. de aſſignat. nom.* Supradicta limit. (1.) Si Delegans callidè & falsò laudaverit, delegatum eſſe idoneum. *l. 7. §. 5. l. 8. ff. de dol. mal.* (2.) Si Delegans in culpa ſit vel po-

Eff. Deleg. est. Delegantem ipſo jure ab oblig. liberari.

Limit. 1.

2.

riculum in ſe ſuſceperit, repromittendo ſe ſoluturum ſi Delegatus intra certum tempus ſolvere nolit, vel non poſſit. *l. 45. § 7. ff. mand.* add. *l. 31. pr. ff. h. t.* Perez. in *C. h. t. n. 15* (3.) Si Delegatio ea lege facta, vel Debitoris inſtrumentum obligationis datum, ut Creditori ſolvatur; ſed Delegatus ſit moroſus. Hering. *d. c. §. 4. num. 1.* Mevius, *p. 3. dec. 197.* add. *p. 7. dec. 46.* Voet. *d. tr. n. 13.* 3.

XX. Quoad Delegantem & Delegatum, ſi à Delegato promiſſio facta ſit, ea tam firma eſt, ut Delegans non poſſit revocare, vel deinceps agere, arg. *c. 21. de R. I. in 6to.* Giphan. *in l. 5. C. h. t.* nec amplius inhibere, ne Creditori ſolvatur. Sed ſi Cajus mandaverit Titio, ut ſolvat Mevio, Titius hunc deſuper certificet, & libro ſuo inferat, quod & Mevius ratificet, vel acceptaverit, Cajus plane liberatus erit, Bartolus in *l. 15 ff. de R. C. n. 14.* quod vocat Vice-Novationem Heringius, *d. l. §. 1. n. 4.* Sic Delegatio perimit obligationem inter Delegantem ac Creditorem, & qua Delegatus tenebatur Deleganti (aliter ac in Ceſſione, re adhuc integra. *l. 23. § 1. ff. de H. vel A. V.*) Sin Extraneus non debitor ſcienter delegatus ſit & ſolverit, habebit Mandati actionem contrariam contra delegantem. *l. 45. §. 4.* junct. *l. 20. pr. ff. mand.* At, ſi Putativus, aut exceptione tutus Debitor ſe delegari paſſus ſit, & ſolvat ſciens ſimilis habebitur ei qui donat. *l. 12. ff. h. t.* junct. *l. 53. ff. de R. I.* Solutione vero vel Promiſſione per errorem aut ignorantiam facta, Condictio indebiti competit contra Delegantem. *l. 12. l. 13. ff. h. t.* Zanger. *d. c. 6. n. 65. & ſeqq.* vid. ſupra *ad tit. de cond. ind. §. 17.* d. Diſp. *de Deleg. th. 37. & 38.* Rat. Delegantis & Delegati. Vice novatio. Si Delegatus ſit non Debitor, vel Putativus. Sin per errorem ſolutum, vel promiſſum.

XXI. Quoad Delegatum & Creditorem nova naſcitur obligatio & actio, & quidem, ſi ſtipulatione res certa promiſſa, Condictio Certi; Si incerta, Incerti ex ſtipulatu, Zang. *num. 54.* Si nudo pacto Condictio ex conſuetudine vel moribus. Carpz. *J. F. p. 2. C. 19. def. 17.* Hinc Exceptiones, quæ Deleganti opponi poterant à Delegato, verbi gr. Doli mali, *l. 19. ff. h. t.* SCti Maced. *l. 19. ff. eod.* Competentiæ, *l. 33. ff. d. t.* Rei judicatæ, Pacti, & ſimiles, regulariter ceſſant in Creditore, cui Delegatio facta eſt. *d. l. 19.* arg. *l. 2. pr. ff. de except.* Sibi enim imputet Delegatus, quod ſe delegari, & ſua promiſſione priorem actionem cum ſuis qualitatibus extingui, atque in novam plane transfundi paſſus ſit. Sichard. *ad l. 1. C. h. t.* Zanger *d. c. 6. num. 57. & ſeqq.* Hæc tamen limit. (1.) in Muliere contra SCtum Vellej. ſecundo Creditori ſtipulanti promittente, ſicque revera intercedente. *d. l. 19.* Quomodo autem Creditori ſuccurratur? vid. tit. *ad SCtum Vellej. §. 26.* (2.) In Minore. *d. l. 19.* D. Bardili, *th. 41. de delegat.* Rat. Delegati & Creditoris. Limit. 1. 2.

TIT. III.
DE SOLUTIONIBUS ET LIBERATIONIBUS.

Inſtit. *Lib. 3. Tit. 30.* Cod. *Lib. 8. Tit. 43.* Nov. *4. c. 3.* Extra. *Lib. 3. Tit. 23.*

§. I.

Inter modos oblig. ſimpliciter diſſolvendi eſt Solutio.

SEquuntur alii Modi, quibus obligatio ſimpliciter tollitur, quos inter principem locum tenet Solutio. Hoc vocabulum in Jure dupliciter accipitur: (1.) In ſenſu ſtricto, & habito reſpectu ad ipſam rem debitam, ſicque denotat ipſam naturalem rei debitæ præſtationem, *l. 46. l. 49. pr. l. 67. l. 107. ff. h. t. l. 4. §. 3. ff. de re jud.* ſic dicitur *Anweiſung iſt keine Zahlung.* Finckelth. *O. pr.* Carpzov *J. F. p. 2. C. 28. def. 23. num. 1.* Sumitur Late, reſpiciendo ad ipſam obligationis ſubſtantiam, quæ eſt ipſius vinculi juris ſive obligationis diſſolutio, quoquo modo facta. Et ita pertinet ad omnem Liberationem. *l. 54. ff. h. t. d. l. 4. §. 7. ff. de re jud. l. 47. l. 176. ff. de V. S.* Sive fiat ope Exceptionis, ut pacto de non petendo, jurejurando, *l. 95. § 4. ff. h. t. l. 2. §. 1. ff. de pall. §. 3. & 4. I. de except.* Sive ipſo jure, prout ſpecies quædam ſolutionis eſt Acceptilatio, *l. 16. pr. ff. de acceptil.* Novatio, *l. 1. pr. ff. de novat. l. 21. §. 3. ff. de ann. leg.* Compenſatio, *l. 4. C. de Compenſ.* Delegatio, & ita recte dicitur *Anweiſung iſt eine Zahlung.* ad tit. *de Novat. § 6.* & quævis Satisfactio. *l. 52. ff. h. t. d. l. 176.* Beſſon. *de ſolut. & liberat. l. 1. p. m. 2. & 3.*

Ejus Nomen. Stricte. Late. Liberatio quid?

Solutio ſtricte ſumpta quid ſit?

II. Hoc titulo accipitur in prima ſignificatione, quod ex inſcript. apparet, ubi jungitur *& Liberationibus* quod vocabulum ad reliquos obligationes diſſolvendi modos reſpicere videtur. Solutio autem ita accepta nihil aliud eſt, quam naturalis, ſive actualis rei debitæ præſtatio, animo obligationem tollendi rite & legitime facta, *d. l. 49. ff. h. t. pr. I. quib. mod. toll. obl.* Vel poteſt dici, quod ſit modus obligationem diſſolvendi per naturalem & actualem rei debitæ præſtationem, animo ſolvendi factam. Divid. à DD. in Veram & Fictam ſive Imaginariam, qualis eſt Acceptilatio. *l. 5. l. 16. pr. ff. de acceptil.* Sed hic de Vera tantum agitur.

Cauſ. Effic. eſt Voluntas utriuſque. Datio.

III. Solutionis, quatenus totum ſignificat negotium, Cauſa Efficiens eſt Voluntas Dantis, vel Debitoris, & accipientis, vel Creditoris. Nam ut ſolutio perfecta, & obligatio per ſolutionem ſublata videatur, rei in ſolutum datæ dominium debet eſſe translatum, *l. 17. l. 46. pr. l. 53. ff. h. t.* & maxime *§. 2. in ſ. quib. al. licet. l. 9. § 2. ff. de adq. rer. l. pen. ff. de R. C.* Ex quo ſequitur, quod utriuſque voluntas omnino ad ſolutionem requiratur. per *ød. textt.* junct. *l. 53.*

l. 55. ff. de O. & A. Hinc Creditori nec ante nec poſt diem ſolutioni adjectum, res debita ſolvi poteſt. *l. 11. C. h. t.* Alias ſolutio in ſenſu lato ſumpta, vel ad ipſam obligationem relata, etiam invito fieri poteſt. *ſeq. §. 6. & 8.*

IV. Præter Voluntatem etiam requiritur Poteſtas, tam in Solvente, quam ſolutum Accipiente. *d. §. 2. I. quib. mod. toll. obl.* Solvere autem poſſunt omnes, qui liberam habent rerum ſuarum adminiſtrationem. Cum enim per Solutionem & alienatio & dominii translatio fiat, idcirco in ſolvere volentibus facultas alienandi & dominium transferendi præſupponitur. *d. §.* Hinc pupillus ſine tutoris authoritate ſolvere nequit, *l. 14. §. 8. ff. h. t. d. l. 9. §. 2. ff. de auct. tut.* ſin de facto ſolvat, nihil agit; ſed Dominus rei traditæ manet, eamque vindicare poteſt. *d. §.* Iſta vero re à Creditore b. f. conſumta, liberatio ex poſtfacto ſequitur. *d. §. L. 28 h. t.* Sin apud eundem Creditorem caſu perierit, licet pupillus maneat rei illius dominus, uti dictum, & periculum regulariter ad rei dominum pertineat, *l. 9. C. de pign. act.* hoc tamen caſu ad Creditorem ſpectat; ne pupillus lædatur, eique dominium ex ſingulari jure ſervetur. Quod enim favore alicujus conſtitutum eſt, non trahendum eſt ad ejus læſionem, *L. 6. C. de LL.* & Minoribus ætas in damnis ſubvenire ſolet, *l. 14. C. de procurat.* quoniam autem pupillus in iis tantum Dominus manere videtur, in quibus de ipſius commodo agitur, ideo hoc caſu poteſtas alienandi non videri debet adempta. Vinn. *ad d. §. 2. I. quib. alien. lic. num. 6.* Ceſſat enim ratio, propter quam dominium ipſi reſervandum.

Subjectum ſunt Solventes Debitores, qui habent liberam adminiſtrationem. & Pupillus ſine Tutore ſolvat, & res conſumatur, Sin pereat, periculum ad Credit. pertinet. Ratio,

V. Idem dicendum de Minoribus Curat. habentibus. arg. *l. 3.* ibi Sichard. *C. de in integr. reſtit. l. 1. §. 3. ff. de Minor.* Furioſis & mente captis continuam ſcil. mentis alienationem patientibus. *l. 124. §. 1. ff. de R. I. l. 14. ff. de off. præſ.* Prodigis. *l. 10. pr. ff. de curat. fur. l. 6. ff. de V. O. & l. 3.* In his enim perſonis, ſi de facto ſolverint, Dominium non transferri, ſed repetitioni locum eſſe, non ambigitur. *l. 29. ff. de cond. indeb.* Tutores tamen & Curatores, ut dictarum & ſimilium perſonarum debita rectè ſolvantur, intercedere debent; imo & hi ſoli earum nomine ſolvere poſſunt, non tantum aliis Creditoribus, ſed & ſibi ipſis. *l. 9. §. 5. 6. & 7. ff. de admin. & peric. tut.* add. ſupra *ad eund. tit. §. 27. & 28.* ubi limit. ad tit. *de Tut. §. 18. & ſeqq.* Freyer, *cap. 2. n. 61. & ſeqq.* Hanc etiam ſolvendi poteſtatem habet Procurator, non ſolum, cui hoc ſpecialiter mandatum, ſed & univerſalis. *l. 87. ff. h. t.* arg. *l. 20. §. 1. ff. de novat. l. 10. §. 5. ff. de pact.* Nec impedit, licet ſolvens ſit Reus Criminis capitalis, arg. *l. 41. ff. h. t.* ſed communiter excipiunt perduellionis & repetundarum. *l. 20. ff. de accuſ. l. 5. C. ad L. Jul. maj.* Sed hoc accip. de alienatione in fraudem fiſci facta; cum

Nec minores curat. hab. Furioſi, prodigi, at illorum Curatores tam ſibi, quam aliis ſolvunt.

Item Procuratores. An Reus Criminis capitalis,

 & Fi-

Etiam Tertius, modo ſolvat nomine Debitoris.

& Fiſcus Creditoribus ejus, cui ſucceſſit, ſatisfacere debeat. Zanger. *de Except. p. 3. c. 1. n. 40. & ſeqq.* add. Mev. *p. 1. dec. 187.* Struv. *th. 69. Exerc. 47.*

VI. Solvere hic poſſunt non tantum ipſi Debitores; ſed & illorum nomine Tutores, Curatores, Procuratores, imo & Tertii, res ſuas proprias tradentes; *l. 5. l. 17. C. h. t.* modo tertius ille Debitoris nomine ſolvat. *d. l. 5. in f.* Alias verus Debitor non liberatur, & tertius, quod dedit, per Condictionem indebiti repetere poteſt. *l. 19. §. 1. l. 65. §. 5. ff. de cond. ind.* add. ſupra *ad eund. tit. §. 17. & 18.* At ſolutione Debitoris nomine facta, ſive illo ſciente, ſive ignorante, vel invito, obligatio evaneſcit. *pr. I. quib. mod. toll. obl. l. 23. l. 40. l. 53.* add. *l. 56. l. 60. ff. h. t.* Nam & naturalis, & civilis ratio ſuadet, alienam conditionem meliorem quidem, etiam ignorantis & inviti, nos facere poſſe, deteriorem non poſſe. *l. 39. in f. ff. de N. G. d. l. 23. & 53.*

Licet ignorante & invito.

Obj.

Nec obſt. regula, quod invito non detur beneficium, *l. 69. ff. d. R. J.* nam ſolutio, quæ Debitori non eſt grata, formalem beneficii rationem amittit: utpote quæ eſt benevola actio gaudium afferens accipienti. Seneca, *de Benef. l. 1. c. 6.*

Reſp.

Quoniam vero Creditor debitum recipiens talis eſſe deſinit, ergo ejus correlatum Debitor ſcil. ex Juris neceſſitate à vinculo liberatur, ſicque fruitur beneficio naturaliter accepto, & per conſequentiam; nam beneficio affici hominem intereſt hominis. *l. 7. in f. ff. de ſerv. export.* Freyer. *d. c. 2. n. 37.* B. Dn. Parens meus, *Diſſ. de Solut. th. 9. & de Depoſito Juris, th. 10. in fin.* add. *ſeq. §. 12.*

Sed Tertius habet regreſſum ſi ſolverit Debitore ſciente vel patiente, item pro abſente ſine mandato.

VII. Hæc quidem ita ſe habent quoad effectum Liberationis, ſed quoad Regreſſum adverſus Debitorem, Diſting. eſt: (1.) An quis ſolverit pro ſciente & volente, ſive mandante, vel præſente & patiente: tunc ipſi contra Debitorem datur Actio Mandati, ad ſolutum illud repetendum. *l. 6. §. 2. l. 18. l. 28. ff. mand.* (2.) An pro ignorante, vel abſente, nec mandante, tunc datur Actio Negotiorum Geſtorum; *l. 41. l. 43. ff. de N. G. l. 20. §. 1. ff. mand.* Hic iterum diſtinguit Chriſtinæus: An quis ultro plane, atque ex liberalitate: num ex neceſſitate, ut fidejuſſor, correus, &c. ſolverit? Illo modo donandi: hoc vero repetendi animo ſolutio facta præſumatur. *d. l. 20. §. 1. l. 4. l. 6. §. 4. ff. de N. G.* Chriſtin. *V. 3. dec. 14. num. 6. & 8.* add. *prac. §. 7.* Beiſſon. *d. tr. p. 7.*

Secus ſi pro invito.

(3.) An pro invito? quia tunc donare videtur, regreſſum adverſus Debitorem habet nullum. *l. 40. ff. mand. l. ſ. C. de N. G.* Stryck. *C. C. Sect. 4. cap. 1. §. 4.*

Et Accipientes Creditores.

VIII. Solutionem accipere poſſunt Creditores liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habentes. Sic requir. (1.) Ut Accipiens ſit Creditor, quia huic tantum quæſita eſt obligatio: Ergo & ille ſolus eam poteſt remittere, Tertius autem regulariter recipere, & per hoc obligationem extingue-

an Tertius?

re non-

re nequit. *l. 34. §. 4. ff. h. t.* junct. *l. 11. ff. de R. I.* add. Dn. Graſſ. *Diſp. de Solut. vert. vel extr. facta.* Si duo vel plures unius debiti ſint Creditores, quomodo ſolutione uni facta obligatio extinguatur? vid. ſupra *ad tit. de duob. reis §. 15. & 16.*

Si unus ex pluribus.

IX. Creditor autem non tantum ipſe ſolutionem recipere poteſt, ſed & per alium, qui nimirum vel ex Legis diſpoſitione Creditorem repræſentat, ut Tutor, Curator. *l. 49. ff. h. t. l. 46. §. 5. & f. ff. de admin. & peric. tut.* Servus. *l. 4. l. 19. C. h. t.* vel à Creditore mandatum habet, ut Procurator, *l. 12. pr. ff. h. t.* etiam ſi tacitum habeat mandatum, v. gr. de vendendo Mevius, *p. 3. dec. 361. p. 5. dec. 173. ſeqq.* Diſt. tamen eſt: An ſit in rem ſuam, ſive Ceſſionarius, & hic indiſtincte accipere, & Debitorem liberare poteſt arg. *l. 13. §. 1. ff. de pact. l. 25. in f. ff. de procur.* Adeo, ut ille, ſi cum principali Creditore concurrat, huic præferatur *l. 55. ff. de procur.* Debitor enim, quam primum ipſi ceſſionem factam eſſe denunciatum erit, non principali, ſed procuratori in rem ſuam ſolvere debet. *l. 3. C. de Novat.* add. ſupra *ad tit. de H. vel A. V. §. 10. & 12.* An ſit in rem alienam? & iterum diſting. eſt: An conſtitutus ſit ad negotia, an ad litem? Illo caſu, ſi ſit generalis, & ad omnia negotia datus, ſolutionem omnino accipere poteſt, quamvis non habeat ſpeciale mandatum. *l. 12. pr. ff. h. t. l. 11. ff. de pact.* Nam is, qui omnibus negotiis ſuis aliquem præponit, intelligitur etiam Debitoribus ſuis mandare ut huic procuratori ſolvant. *l. 34. §. 3. ff. h. t.* Mev. *p. 3. dec. 19.* Stryck. *§. 2. h. t.* Specialis vero ſolutum accipere nequit, niſi & hoc ſpecialiter ipſi mandatum fuerit. *d. l. 12. pr.* Cui comparatur Diſpenſator, *Emmeriter l. 51. l. 62. ff. l. 19. C. h. t.* Adjectus ſolutionis gratia, verb. gr. *Mihi aut Titio ſpondes.* Ei i, ſo enim mandatum videtur, ut hujusmodi perſonis ſolvatur, & his, ut ſolutum recipiant. *l. 10. l. 12. §. 1. l. 59. ff. h. t.* Nec refert, Adjectus ſit ſervus, minor, &c. *l. 9. pr. l. 11. ff. h. t.* modo in eodem ſtatu manſerit. *l. 38. pr. ff. h. t.* Briſſon. *p. 20.* Alias ampliat. & limit. vid. ſupra *ad tit. de V. O. §. 20. & ſeqq.* & d. Diſp. *de Solut. th. 14.* Dn. Graſſ. *d. D. §. 8. per tot.*

Accipere etiam per alium. Qualis Tutor, &c. Procurator. in rem ſuam. & alienam, ſi ad negotia datus, & generalis. Non ſpecialis, niſi ad hoc ſpeciale habeat mandatum. Diſpenſator, Adjectus.

X. Procurator ſi ad litem ſit conſtitutus, ipſi non recte ſolvitur. *l. 13. pr. ff. pact.* Nam & abſurdum eſt, cui judicati actio non datur, ei ante rem judicatam ſolvi poſſe. Si tamen hoc ſpecialiter ipſi mandatum ſit, Debitor ei ſolvendo liberabitur *l. 68. ff. h. t.* Mevius, *p. 5. dec. 293. & ſeq.*

Non ſi ad litem datus. Limit.

XI. Quicunque itaque Creditor non eſt, nec ex legis diſpoſitione eum repræſentat, nec mandatum ab eodem habet, licet de cætero ejus ſit negotiorum geſtor, illi non recte ſolvitur. *§. 10. I. mand. l. 8. §. 3. ff. de novat. l. 11. ff. de R. I.* Hinc, ſi quis falſo exiſtimaverit, voluntate Creditoris pecuniam ſe numerare, non liberabitur. *l. 34. §. 4. l. 49. ff. l. 13. C. h. t.* Niſi Creditor talem ſolutionem poſtea, expreſſe, vel tacite, ſcilic. non contradicendo, ratam habuerit. Rati enim habitio mandato comparatur. *l. 12. §. 4. l. 15. l. 49. l. 58. pr. ff. l. 12. C. h. t.* add.

Non recte ſolvitur Tertio, etiam N. G. Falſo Procuratori. Niſi Creditor ratihabeat.

ff. mand. l. 5. ff. rem rat. hab. Mev. *p. 2. dec. 260. p. 3. dec. 360. & ſeq. p. 5. dec. 19.* Debitor autem eousque pecuniam ſolutam repetere poteſt, niſi ſolutio facta, ut ſtatim liberetur; quo caſu expectare debet, an Dominus ratam habiturus ſit, *d. l. 58. pr.* Attamen Debitor Creditori & negotiorum Geſtori Creditoris ſui recte ſolvit: licet hic ratum non habuerit, iſte nihilominus liberatur, & Creditor doli mali exceptione repellitur. *l. 6. ff. de dol. mal. exc.* Bach. *ad Tr. Vol. 2. D. 29. th. 5. lit. A.* Mev. *p. 3. dec. 360. n. 5.* Dn. Graſſ. *d. Diſſ. §. 11.* Idem eſt ſi Debitor alii juſſu Superioris vel Judicis ſolverit. Freyer, *cap. 5. num. 65.* add. Monoch. *A. I. Q. l. 2. caſ. 137.* Voet. *n. 7. h. t.*

Sed recte ſolvitur Creditoris Creditori, & neg. geſt. & juſſu Superioris.

XII. Cum vero Dominus veri quidem ſui procuratoris mandatum revocaverit, & debitor hoc ſciens poſtea tamen ſolverit, obligatio non tollitur. Sin juſte ignorans prohibitum eſſe, b. f. ſolverit, ex æquitate liberatur. *l. 12. §. 2. l. 38. §. 1. l. 106. ff. h. t. §. 10. I. mand.* Niſi procurator ille furandi animo pecuniam acceperit, tunc n. nummi manent debitoris; & ideo ipſi liberatio ipſo jure non contingit, Si tamen paratus ſit Condictionem furtivam, ſibi contra falſum illum procuratorem competentem, Creditori præſtare; tunc ex æquo illi exceptione ſuccurritur. *d. l. 18. §. 1.* Quod de mandato revocato dictum, idem eſt, ſi mandatum morte extinctum ſit. *d. §. 10. I. 58. ff. h. t.*

Si mandatum ab accip. revocatum. Limit. Dubium.

XIII. (4.) Req. ut Creditor liberam habeat rerum ſuarum adminiſtrationem, quia n. non ſimpliciter lucrum adquirit, ſed ſimul *obligationem* ſibi competentem remittere debet: proinde in ipſo quoque alienandi poteſtas requiritur. Hinc neque Pupillus ſine tutoris, neque Minor ſine curatoris, quem habet, authoritate vel conſenſu, ſolutionem accipere poſſunt, & ſolutione facta obligatio non extinguitur. *§. 2. I. quib. al. lic. l. 15. ff. h. t.* Si tamen nummi adhuc ſalvi exiſtant apud pupillum, minorem, vel ſimilem, aut illi exinde locupletiores facti ſint, tunc debitor petentem debitum exceptione doli mali ſubmovere poteſt. *d. §. 2. d. l. 15. l. 47.* ubi explicatur, quando pupillus locupletior factus videatur. *l. 66. ff. h. t. l. 4. ff. de except. l. 4. §. 4. A. de dol. mal. exc.* Sin acceptum m. f. conſumptum, aut furto vel vi amiſſum, nihil proderit debitori dicta exceptio; ſed nihilominus condemnabitur; qui temere ſine tutoris authoritate ſolvit. *d. §. 2.*

4. Creditor habeat alienandi poteſtatem. In pupillo req. tut. authoritas. & nummi adhuc extent. Sin minus?

XIV. Novo Jure, ut pupilli debitor per ſolutionem ipſo jure liberetur, non ſufficit ſola tutoris authoritas; ſed inſuper ex Conſtit. Juſtiniani req. ut prius ſententia judicialis hoc permiſerit, *l. 25. C. de admin. tut. d. §. 2. I.* Schulz. *de oblat. obſign. pec. c. 2. num. 11.* Berlich. *p. 1. dec. 78. num. 2.* Carpzov. *J. F. p. 2. C. 11. def. 05.* ſupra *ad tit. de adm. tut. §. 27.* ita, ut nec judicialis quantum

& N. J. Decretum Judicis præcedat.

tamen ſine decreto & juſſu præcedente ad pleniſſimam liberationem conſequendam ſufficiat. *d. l. 25. d. §. 2. l.* Carpz. *d. C. def. 46.* At ſolutione pupillo cum tutoris auctoritate, ſine decreto Judicis, facta, obligationem ipſo jure extingui, ſed pupillo in integrum reſtitutionem dari, putat Carpzovius. *d. def. 45.* Verum Juſtinianus Imp. in *d. §. 2. verſ. Quæ depoſitam.* aliter diſponit, quod ſcil. pupillus, ſi facta non præcedente decreto ſolutione locupletior ex ea factus, vel pecuniam ſalvam habet, & adhuc eandem petat, tunc exceptione doli ſubmovetur. Exceptio enim præſupponit actionem adhuc ſalvam. *l. 2. pr. ff. de except.* Ubi autem actio adhuc eſt ſalva, ibi in integr. reſtitutio non eſt neceſſaria. Hinc ſi pupillus eandem pecuniam male conſumpſerit, vid. *d. §. 2.* Unde pupillus, qui debitum tutore authore, ſed ſine decreto accepit, majorennitate licet completa, & quadriennio reſtitutioni in integrum præfinito elapſo, priore tamen actione ſibi competente contra Debitorem ſuum jure agit. cum Schulzio, d. Diſp. *de Solut. th. 21.* Forma enim rei eſſentiali omiſſa ipſum negotium eſt nullum. Atqui hodie ad eandem req. Judicis ſententia. Ergo. — Solutione ſine decreto facta obl. 'tamen' ipſo jure non extinguitur.

XV. Nec non Tutor & Curator, pupillo vel minore non interveniente, debitum pupillare vel minoris ſolutum recte accipit, *l. 46. ff. h. t. l. 46. §. 5. & §. ff. de admin. tut.* Et tunc ne quidem Judicis decretum requiri, imo nec in integrum reſtitutionem contra dict. ſolutionem competere, ſentit Carpz. *l. 5. Reſp. 67. n. 9. & ſeqq.* idque per *d. l. 46.* Verum non ſolum reſtitutioni in integrum contra talem ſolutionem locum eſſe, probat. *l. 1. C. ſi advers. ſolut.* ſed etiam quod Judicis decretum præcedere debeat, & identitatis ratio ſuadet, & textus expreſſe docent in *d. §. 2.* ibi *Diſpoſitum eſt, ita licere* (i. e. permitti) *tutori vel curatori debitorem pupillarem ſolvere,* (i. e. numerare, quod debetur) *ut prius judicialis ſententia, ſine omni damno celebrata hoc permittat. l. quib. alien. lic.* & in *d. l. 25. d.* Diſp. *th. 20.* Nec obſt. *d. l. 46.* utpote quæ decretum Judicis expreſſe non excludit; quamvis & ibi jus vetus contineatur, nova vero conſtitutio Judicis ſententiam prius exigens in *d. l. 25.* Excipitur tamen à d. regula Solutio annuarum penſionum & uſurarum; modò non ſummatim ex multis annis collectæ, & centum ſolidorum quantitatem excedant. *d. l. 25. verſ. Non autem l. 27. C. eod.* Cæterum ſi Debitor pupillaris obſervatis dd. requiſitis ſolverit, plene liberatur, etiamſi pecunia male conſumpta, vel furto aut vi amiſſa, contra Debitorem tamen non datur reſtitutio in integrum. arg. *d. §. 2.* arg. *L. 26. §. 4. de min.* Carpzov. *de reſp. 67. n. 8.* & *d. def. 45. n. 5.* — Ex quo Tutori vel Curatori ſolvatur. — Obj. Reſp. — Limit.

XVI. Creditori, licet Reo criminis poſtulato, debita pecunia recte ſolvitur, *l. 41. l. 45. § 1. ff. h. t.* quia bona ſua adminiſtrare poteſt. *L. 46. §. 6. ff. de jure fiſc.* Sed ex ſpeciali ratione aliter diſpoſitum eſt in Reo criminis læſæ Majeſtatis. *L. 5.* — Credit. rei criminis etc. recte ſolvitur. Limit.

 L. 8.

An miles chirogr. in bello occupans jus habeat debitum exigendi?

l. 1. C. ad L. Jul. Maj. *Briſſon. pag. 11.* Quæritur ſi Miles in bello chirographum Creditoris occupaverit, an ipſi ſtatim per §. 17 *I. de R. D. l. 5 §. 7. ff. de A R. D.* jus debitum exigendi, & ſolutum accipiendi acquiratur? Reſp. Neg. quia tantum cenſetur acquiſitum, quantum occupatum; Chirographo autem occupato, non ſtatim eſt occupatum jus debitum exigendi, quod perſonæ adhæret, & per chirographum tantum probatur, *l. 4. ff. de pign.* & de Jure Rom. licet ipſa Creditoris perſona ſimul à milite ſit capta; quia fictione L. Corneliæ ex illo ipſo tempore mortuus eſſe cenſetur *l. 22. §. 1. ff. de A. vel A. P. l. 12. §. 1. ff. de capt. & poſtl. rev.* Lauterb. *Diſp. de ſolut. th. 24.* Nec liberatur Debitor, licet milia vi coactus debitum ſolverit. arg. *l. 51 pr. ff. de evict.* Aliud vero eſt, ſi debitum ſit certæ ſpeciei, & nulla culpa vel mora Debitoris præceſſerit. *l. 23. l. 82. ff. de V. O.* Item, ſi ipſe Creditor loco lytri chirographum pro liberatione ſua dederit. d. Diſp. 24. Hodie per Inſtrum. Pacis Oſnabr. Cæſ. Suec. hujusmodi caſibus proviſum eſt Art. IV. *§. 46. & 47.* D. Graſſ. *de ſolut. tertio facta §. 6. cum ſeqq. & Diſſer. Receſſ. Imper. ſect. 10 §. 3.*

Obj. eſt res debita ſolvenda.

Non aliud pro alio.

Niſi 1. Creditore volente.

XVII. Objectum eſt res debita ſolvenda. Debitor itaque ut ſolutione liberetur, ipſam rem debitam ſolvere debet; quia regulariter invito (item ignoranti, *l. 50. ff. h. t.*) Creditori aliud pro alio ſolvi non poteſt. *l. 2. §. 1. ff. de R. C. l. 16. C. de ſolut.* Wirt. *Landr. p. 2. t. 1. §. Und wer es ſoll bezahlen mit gleichem Ding.* Adeo ut Creditor pro pecunia nec debitum fiſcale, vel Principis Camerale in ſolutum recipere cogatur Carpzov. *l. 1. Reſp. 117.* Limit. tamen. & (1) Sponte Creditor aliud pro alio poteſt accipere *d. pr. l. quib. mod. toll. l. 17 C. h. t.* quæ poſtulatio non in ſpecie Solutio; ſed propriè dicitur Datio in ſolutum voluntaria, ex utriusque ſcil. partis conſenſu. *l. 13 C. de pign.*

Pignus emendo.

Huc poteſt referri, ſi Creditor fundum pignoratitium vendiderit & receperit, quantum ei debetur. *l. 26. ff. h. t.* Vel in quam ex pluribus velit cauſam. *l. 73. 101. §. 1. ff. h. t.* Vel ipſe pignus à Debitore emerit, ſicque uno momento duæ obligationes tollerentur. *l. 44. ff. eod.* add. ſupra *ad tit. de diſtr. pign.*

2. Interdum & invito, unde Datio in ſolutum Neceſſaria.

XVIII. (2.) Interdum invito etiam Creditori aliud pro alio ſolvi poteſt: ſi ſcil. res debita præſtari non queat. *l. 8. pr. ff. de cond. furt.* Auth. *Hoc niſi C. h. t.* Hertz *Diſp. de ſolutione pro alio.* Huc facit, ſi res aliena ſit legata, & Dominus illam æquo pretio vendere nolit, hæres legatario etiam invito æſtimationem præſtando liberatur. *l. 71. § 3. ff. de leg. 1. l. 14 § 2. l. 30. § 6. ff. de leg. 3.* ſupra *ad tit. de legat. §. 30.* Si ergo quis non ſit idoneus pecuniarum debitor, nec ullus emptor ſit bonorum, id Imperator Juſtinianus clementer ſimul ac legaliter decidens, ita ut infelicibus debitoribus auxilium, & acerbis Creditoribus non appareat durum, Remedio Dationis in ſolutum ſuccurrere voluit; *N. 4. c. 3. & d. Auth. Hoc niſi.* D. Harpprecht. *Reſp. 88. num. 11.*

qua

quid ſit

quæ h. l. Legalis vel Neceſſaria dicitur, nihilque aliud eſt, quàm beneficium Debitori pecuniâ deſtituto à Juſtiniano Imp. conceſſum, quo oblatis bonis ſuis, urgenti Creditori, etiam invito, pro ſolutione à rigidiore executione citra injuriam liberatur Dn. Stryk. *Diſſ. de Benef. Auth. in ſol.* c. 1. n. 21. Germ. *Geben und annehmen an Zahlungs ſtatt*. Datur ergo

Datur contra Creditorem urgentem ad accipiendum.

hoc Beneficium contra Creditorem quidem invitum ſed ſatisfactionem urgentem. Mant. *parte de pap. deb.* q. 19. *dec.* 2. n. 22. Quique rem ex pluribus optimam, prævia ſubtili æſtimatione à probis viris facta, ubi temporis & loci ratio habenda, Mev. *p.* 6. *dec.* 310. *& ſeqq.* in ſolutum eligere poteſt. *d. N.* c. 3. Rec. Imp. Nov. §. *So viel anb.* 166. Modo Debitori neceſſarius vivendi modus inde non deſtituatur. Mev. *p.* 4. *dec.* 272.

Et ad dandum adverſus Debitores ex contr. pauperes.

XIX. Sicut Creditores ad accipiendum, ita Debitores etiam inviti ad dandum cogi poſſunt. Dn. Stryck. *d. l.* c. 2. n. 45. *& ſeqq.* Modo tales ſint ex contractu quodam, & pauperes, qui h. l. dicuntur pecunia parata vel numerata deſtituti, licet ſubſtantiam mobilem vel immobilem habeant. *d. N.* Et ſi Nomina offerantur, exigibilia eſſe debent. Creditor autem ut bona prævia æqua æſtimatione, ita & nomina meliora eligere poteſt. *d. N.* Et quoad hanc formam

Diſpoſitio R. I. Nov.

diſpoſitio legitur in d. Rec. Imp. *de anno* 1654. *d.* §. 172. ibi. *Oder auf den Fall er* (*Debitor*) *bey dieſen Geld-klemmen Zeiten keine baare Mittel hätte, noch erlangen könnte, durch Dargebung anderer beweg- und unbeweglicher Güther, anſtatt baarer Bezahlung, (jedoch daß dem Creditori die Wahl nach beſag gemeiner Rechten frey ſtehe) auf derſelben vorhergehende zwiſchen den vorigen und gegenwärtigen Zeiten, auf das Mittel geſtellte billige Schatzung abzulegen, der Creditor aber ſolche anzunehmen ſchuldig ſeyn.* Obſervari & hic debet ordo alias in executione rei judicatæ uſitatus, *l.* 15. §. 2. *ff. de re jud.* ut Creditori primo res mobiles offerantur, poſt immobiles. *d. Nov.* & *d. Auth.* Stryck. *in uſu moderno* §. 12. h. t. Struv. *Exerc.* 47. *th.* 73. ibique Mullerus. Si adſit emptor juſtum pretium offerens, bona illa vendenda ad ſatisfaciendum Creditori, Sin minus, bona Creditori obtrudenda, qui cum eadem accipere nolit, in Camera Imperiali, jurisdictione de cætero fundata, add. Deckherr *in Memor. Lect. Cam. ad Auth. ord.* O. 30. per viam Mandati ſolet adigi, vel etiam debitori decernitur Citatio ad videndum ſe admitti ad beneficium Auth. *Hoc niſi. C. de ſolut.* Blum. *Supplic. Cam. tit.* 13. *N.* 59. modo allegaverit atque probaverit requiſita Authenticæ (1.) Se non habere pecuniam, (2.) Emptorem bonorum, juſtum ſcil. pretium offerentem reperire non poſſe, (3.) Obtuliſſe res optimas atque præſtantiſſimas (4.) A Judice æquo pretio æſtimatas eſſe, (5.) Sub cautione poſſibili de evictione Creditori præſtandâ. De quibus ſingulis vid. Dn. Stryck. *d. l.* c. 4. Trentacinq. *lib.* 3.

De praxi Cam. Imp.

Præſtanda req. Auth. Hoc niſi C. h. t.

tit. de ſolut. Reſ. 56. Plura requiſita vid. apud Mevium, *p. 4. dec. 370.* Sic impetrato à W. d. 19. Febr. Ann. 1658. per ſententiam in Camera Imp. latam permiſſum fuit bona in ſolutum dare, ſed d. 13. Dec. d. anni in cauſa von *Helmſtatt* improbatum fuit, *Alle dem Gläubiger zu ſeiner election offerirte Subſtanz an ligend- und fahrenden Güthern und Einkünfften zu ſpecificiren.* Econtra in cauſa *Sulzer* contra *Sulzeriſche* Creditores, probato, in Except. dictæ Auth. in ſuis requiſitis ſatisfactum non eſſe: d. 10. Octobr. Anno 1657. Citatio per ſententiam caſſata fuit, Debitore in expenſas condemnato. Blum. *Proc. Cam. tit. 54. n. 217. & ſeq.* add. ſupra ad *tit. de Uſur. § 33.*

Liberatio autem ſit juxta proportionem datorum.

Translatio Dominii.

XX. In quantum autem bona data pro debito exſolvendo ſufficiunt, eatenus Liberatio contingit tam principalis, quam acceſſoriæ obligationis; v.g. Fidejuſſorum arg. *l. 2. ff. de lib. leg. l. 10. C. de O. & A.* niſi ſpecies pro ſpecie data & evicta ſit, tunc enim manet priſtina obligatio. *l. 46. pr. l. 98. pr. ff. h. t. L. 29. §. 3. ff. de leg. 3.* Et Debitor dominium rerum in ſolutum acceptarum, quod habuit, in Creditorem transfert. Brunnem. *ad l. 4. C. quib. bon. ced.* Ut illam rem poſtea Creditor pluris vel minoris, ſuo commodo vel periculo, vendere poſſit. *l. 9.* ibi Brunn. *C. h. t. l. 2. ff. de reſcind. vend.* Vel etiam uſucapiendi facultas transfertur *l. 4. § 17. l. 46. ff. de uſucap.* Si vero Cajo prædium à Titio in ſolutum datum aliis jam Creditoribus fuerit obligatum, cauſa pignoris mutata non eſt. Igitur ſi hoc jure fuerit evictum, utilis Cajo actio contra Titium *Debitorem* competit. Nam hujuſmodi contractus vicem venditionis obtinet. *l. 4. C. de evict.* add. B. Dn. Frommann. *Analyſi d. l. 4. th. 34. & ſeqq.* ubi rationes competentis actionis variè diſtinguit.

Niſi res data evicta.

3. In oblig. faciendi.

XXI. (3.) Exceptio eſt in Obligationibus Faciendi, ubi etiam aliud pro alio præſtatur, & promiſſor præſtando id, quod Stipulatoris intereſt, liberatur. ſupra *ad tit. de V. O. §. 7. & 39.*

Solut. fiat in eadem quantitate.

An & in eodem genere? Aff. ſi ita conventum.

XXII. Cum itaque aliud pro alio invito Creditori regulariter ſolvi nequeat: Quær. An Creditor debitam pecuniam oblatam in alio nummorum genere, quam dedit, recipere teneatur? & Reſp. poſſe quidem reſtitutionem in alia uſuali forma, ejusdem tamen quantitatis fieri, quia regulariter non tam corpora, quam nummorum æſtimatio credita cenſetur *l. 65. §. 1. ff. de V. O. L. 1. pr. ff. de C. E. V. l. 19. §. 1. ff. de cond. ind.* Schultz. *d. tr. c. 4. num. 18.* Carpz. *J. F. p. 2. C. 29. def. 2.* & *L. 5. Reſp. 95. n. 2.* vid. tamen Jus Hamb. *p. 1. tit. 1. art. 9.* Sed limit. (1.) Niſi in ſpecie aliter fuerit conventum ſcilicet de certo nummorum genere reſtituendo, ſc. *auf gantze harte Reichsthaler, vollwichtige Ducaten, item Gülden gut an Gold, und ſchwer genug an Gewichte,* in Specie, *Stück vor Stück,* Carpzov. *de Reſp. n. 14. & d. C. def. 4. Mev. p. 6. dec. 319. n. 12. Freyer, d. tr. c. 7. per tot.*

tur. Conſt. Imp. Ferd. *de Monet.* A. 1559. §. *Die pragemelder* 11. Schulz. *d. l.* (2.) Niſi Creditor alio monetæ genere damnum aliquod paſſurus ſit. *l. 99. ff. l. 16. C. h. t.* Berlich. *p. 2. concl. 58. n. 8.* Hinc Creditor ad evitandum incommodum in ſolutione magnæ ſummæ de minuta pecunia ultra 25. florenos per d. Conſt. Imp. invitus accipere non tenetur, tametſi eâ de re ſpecialiter nil conventum ſit, quod præjudic. firmat Schulz. *d. l.* Coler. *d. proc. exec. p. 1. c. 10. n. 7.* Placet addere, quod interdum minor quantitas ſolvi poſſit, ſi nimirum major pars Creditorum Debitori partem debiti remiſerit. *l. 7. §. 17. & ſ. l. 9. l. 10. ff. de pact.* Cujus principaliora requiſita ſunt, ut omnes Creditores intra certum terminum ſint citati, omnes in unum conveniant, & ſimul deliberent: omnia bona in quantitate & qualitate b. f. indicentur, pars debiti uniformis & certa remittatur, v. gr. tertia, quarta: ſuper ejuſmodi pacto decretum Judicis interponatur, & tunc major pars minori præjudicat, ſi nimirum hæc non potiora habeat jura vel privilegia. *d. l. 10. pr.* Et hæc uſuveniunt, ſi hæreditas ære alieno nimis gravata. *d. l. 8.* In Mercatoribus accordantibus Marq. *l. 2. c. 8. n. 10.* De hac materia vid. Freyer. *cap. 9. n. 21. & ſeqq.* Berlich. *p. 2. dec. 235. & ſeqq.* Trentacinq. *d. tit. Reſ. 3.* Mev. *diſc. levam. inop. deb. c. 3.* & poſt multos, Dn. Patens b. m. *Diſſ. de præjudiciali pacto remiſſorum majoris partis Creditorum exhib.*

XXIII. Porro res debita in eadem bonitate & qualitate, quæ fuit tempore contractûs, reſtituatur. Hinc & monetæ qualitas intrinſeca, ſc. in materia & pondere, *Schrot und Korn*, melioretur vel deterioretur, eapropter vel etiam ex alia ratione, valor extrinſecus augeatur vel minuatur, indiſtinctè tempus contractûs conſiderari, & juxta illud ſolvi debet. *l. 3. ff. de R. C.* arg. *l. 69. ff. de C. E. V. l. 22. ff. de O. & A.* ſicuti reſcripſit Imp. Ferd. II. anno 1620. die 23. Febr. ad Senatum T. & Camera Imp. ab antiquo ad noſtra uſq. tempore in caſibus Mutui & Annuorum redituum ſemper obſervavit, ita teſtantibus infinitis quotidianis præjudiciis. add. d. Diſp. *theſ. 27.* & Diſp. *de Depoſ. jur. th. 5. inſ.* Carpzov. *d. p. 2. C. 28. def. 3. & ſeqq.* & L. 5. *Reſſ. 93.* ſupra *ad tit. de R. C. §. 11.* junct. *§. 35.* Blum. *proc. Camer. tit. 54. num. 114. & ſeqq.* Roding. *Pand. Cam. l. 1. t. 12. n. 49. & ſeqq.* Add. Cothmann *V. 1. Reſp. 30. V. 4. Reſp. 69. n. 33.* & *Reſp. 50.* Berl. *Dec. 2. 102. 152. & 156.* Klock. *Rel. Cam. 60. 102. & ſeq.* Dn. Mauritt. *p. 2. Conſ. 4.* Dn. à Lyncker *Dec. Jur. 155. & 1284.* Et proin, licet antiqua moneta amplius haberi non poſſit, ad ejus tamen æſtimationem ſolutio eſt facienda. Trentac. *Reſ. 11. num. 4.*

XXIV. Solvenda etiam eſt res debita tota, particularis enim ſolutio regulariter non admittitur. *l. 120. pr. ibi: Integram ſummam. ff. de V. O. l. 9. C. h. t.*

Margin notes: vel Creditor damnum aliquod paſſurus ſit. Quantitas pot. minor ex majoris partis Creditorum remiſſione. Ejus requiſ. In eadem qualitate ex temp. contractûs. In totum non particulariter. Obj. Diſſ.

C. h. t. l. 41 §. 1. ff. de uſur. Non obſt. *l. 9. §. 1. ff. h. t.* ubi conſentiente Creditore pars ſoluta cenſetur; Roemer. *dec. 12 n. 8.* quæ alias non minima habet incommoda *l. 3 ff. famil. erciſc.* Carpz. *d. C. 28 def. 14.* Schultz. *d. t. c. n. 3 & ſeqq.*

Limit. 1. Fit tamen in variis caſibus (1.) Si ita conventum, ut liceret & particulatim exſolvere, *d. l. 41 § 1.*

2. (2.) Si pars debiti ſit liquida, altera contentioſa, vel illiquida. *l. 21. ff. de R. C.* Wurt. *Land. p. 2. t. 1. §. Wo aber.*

3. (3.) In publicis annuis penſionibus. *l. 4. C. de coll. et fund. patr.*

4. (4.) Si ſolutio in duobus locis promiſſa. *l. 2. §. 4. ff. de eo, quod cert. loc.*

5. (5.) Si favor libertatis vel alimentorum hoc ſuadeat. *l. 4. § 4. ff. de ſtat. liber.*

6. (6.) Judex id ex cauſa præcipiat. Mev. *p. 3. dec. 296 p. 5. dec. 105 & p. 6. dec. 384.* Plures exceptiones vid. apud Schultz. *d. t. n. 6.* C. 1 A. h. t. *th. 11.* Carpz. *l. 5 Reſp. 99. num. 8 & ſeqq.* Quibus add. Difficultas præſtationis in

Si Debitor ſine culpa depauperatus juxta Rec. Imp. Debitoribus belli calamitate depauperatis, à quibus Creditor tribus demum annis elapſis debitum renunciare, & ſummam particulariter intra aliquot annos expectare debet; niſi in pari cauſa exiſtat juxta Rec. Imp. Nov. *de anno 1654. §. So viel nun die Capitalia. 166.* Ubi tamen Beneficium hoc particularis ſolutionis denegatur iis, qui bona ſua dilapidant; vel ex propria negligentia ſpem melioris fortunæ non præbent, niſi ſufficienti cautione Creditorem ſecurum reddant. *d. §.* add. ſupra *ad tit. de uſur. §. 12 & 13.*

Secundum naturam obligationis. XXV. Tandem Debitor, præſertim in obligatione dandi, rem propriam ſolvere debet. Alienam enim ſolvendo non liberatur; *l. 17. l. 60. pr. l. 78 ff. h. t.* Niſi ſolutio facta ex nummis partim propriis, partim alienis, & hi ab illis diſcerni haud queant. *d. l.* Item niſi res ſoluta à Creditore fuerit uſucapta. *l. 60 ff. eod.* ſupra *ad tit. de A. E. V. § 10 & ad tit. de uſucap. § 30.* Aut b. f. conſumta. *d. l. 17.* vid. *l. 94 pr. & §§. ſeqq. eod. l. 19. in f. ff. de R. C.*

In Alternativa. In Obligatione Alternativa regulariter Debitoris eſt electio, utrum præſtet *l. 10. §. 6 ff. de jur. dot. l. 138. §. 1 ff. de V. O. l. 10 C. de cond. ind. l. 34. § 6 ff. de C. E. V. § 33 I. de act.* Niſi una ex iis facto Debitoris perierit, tunc altera res præciſè eſt præſtanda: minime autem æſtimatio. *l. 95 §. 1 ff. h. t.* vid. *l. 47. § 3. ff. de leg. 1.* & ſupra *ad tit. de Legat. §. 35.* add. Carpz. *l. 9. 2. C. 29. def. 18.*

Forma. XXVI. Forma & Diff. Specif. conſiſtit in naturali & actuali rei debitæ præſtatione, animo obligationem ſolvendi facta. Non enim quælibet ſufficit traditio, ex. gr. cuſtodiæ, commodati, pignoris, &c. gratia; *l. 55. ff. h. t.* ſed ad agentis intentionem reſpiciendum eſt. *l. 19. pr. ff. de R. C.*

Accidens ſolutionis. Non tempore opportuno. XXVII. Accidentia ſolutionis ſunt Tempus, & Locus. Hinc importuno tempore v. gr. in convivio, Creditori ſacra facienti, uxorem ducenti, cauſam agenti, die feriato, aut noctis tempore debitum offerens audiendus non eſt. arg. *d. l. 39. l. 72. pr. ff. eod.* Schultz. *d. t. c. n. 22.* Si ergo aliquid pure, ſine lo-

ei adjectione, vel temporis ſpatio, ſit promiſſum, ſtatim debetur; *l. 41. §. 1. ff. de V. O.* Quia tamen Creditor cum ſacco adire non debet, ſed moderatum atque humanum ſe præbeat, *l. 33. pr. ff. de uſur.* ideo juris & æquitatis temperamento quodam opus eſt. *L. 13.* (*ubi ex verb. ſin. collig. nonnullas res ita comparatas eſſe, ut verbis expreſſis non egeant. Rohrg. Lex. Cont. lit. 2. c. 2.*) *l. 105. ff. h. t. l. 186. ff. de R. I. ſupra ad tit. de uſur. §. 12. junct. §. 10. & ſeqq.* ubi quando princeps Debitori dilationem ad ſolvendum concedere poſſit. Tractatum. *d. tit. Reſ. 1.* In debito puro.

XXVIII. Si vero ſolutio certo tempore promiſſa, Creditor lapſum temporis regulariter expectare debet; *l. 137. §. 2. ff. de V. O.* add. *l. 10. ff. de pigner. l. 6. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* niſi inopia ſuperveniens probetur. *Mev. ad Jus Lub. p. 3. t. 3. art. 8.* Debitor autem regulariter debitum ante diem offerre, idque ſi Creditor ſine juſta cauſa accipere recuſet, etiam in loco publico deponere, ſeque ab obligatione liberare poteſt. *l. 19. C. de uſur. l. 9. C. h. t. leg. §. 16.* Licet autem res debita, nec ante nec poſt diem invito Creditori ſolvi queat, Obligatio tn. etiam ante diem poteſt extingui. *d. l. 41. §. 1. ff. de V. O.* Cum n. diei adjectio regulariter pro Reo ſit. *d. l. 41. §. 1. l. 17. ff. de R. I.* ideo favori ſuo renunciare, & per totum medium tempus ſolvere poteſt. *l. 70. l. 98. §. 4. ff. h. t. l. 38. §. 16. l. 137. §. 2. ff. de V. O. l. 10. ff. de O. & A. Carpz. d. p. 2. C. 28. Def. 21.* Soluturus tamen ſimul, quod intereſt, & futuras uſuras ad deſtinatum uſque ſolutionis diem offerre debet. *Richter. p. 2. dec. 73. n. 5. Stryck. § 10. h. t.* Sed hoc limit. Niſi (1) dies Creditoris gratia adjectus ſit in conventione ultima voluntate, &c. *l. 15. ff. de ann. leg. l. 43. §. 3. ff. de leg. 2.* add. *l. 3. §. 5. ff. de uſur. Fab. in C. l. 8. t. 29. def. 14. Carpz. d. t. def. 22.* prout factum creditur in Obligatione ſub uſuris conſtituta *l. 122. ff. de V. O. Berlich. dec. 153. n. 8. & ſeq. Mev. p. 8. dec. 100. n. 1. 2.* (2) Vel conventum ut ſolutionem præcedat prævia Reſignatio, vel Interpellatio, *Loſ oder Aufkündigung* certi temporis utrique parti permiſſa. *§. 33. I. de act. Mev. p. 5. dec. 144. & ad Jus Lub. p. 3. t. 8. art. 12. n. 11. Richt. p. 2. dec. 73.* Quæ tamen ceſſat, ſi ab altera parte non ſervatum pactum, aut periculum ſit in mora. *Mev. p. 1. dec. 73. & ad Jus Lub. l. 3. t. 1. art. 8. n. 11.* (3.) Si ex alia juſta cauſa Creditoris interſit, v. gr. devalvatio monetæ oblatæ immineat. *Wann ſie auf dem Sprung ſtehet. Brunn. C. 4. dec. 10. Freyer. c. 3. n. 23. & ſeqq. Stryck. §. 10. & Beyer. poſ. 23. h. t.* add. *Diſp. de Depoſ. jur. th. 9.* Limit. 1. 2. 3.

XXIX. Sed ſi obligatio contracta, ut Creditori, quocunque velit tempore debitum exigere liceat, *nach ſeinem Gefallen die Schuld wieder zu fordern,* Debitor etiam non interpellatus debitum offerre, & Creditore ſine juſta cauſa illud recuſante per legitimam Depoſitionem ſeſe liberare poteſt. Nam hoc in caſu dies ſolutionis eſt dies interpellationis. *Carpz. d. l. 3. Reſp. 104.* Sed ſi tempus ſolu- Si ſolutio collata in arbitrium Creditoris.

vel Debitoris. ſolutionis Debitoris arbitrio fuerit relictum, *nach ſeinem Gelegenheit oder Belieben zu zahlen*, Hic quidem omni tempore debitum offerre, Creditor vero illud ante Debitoris moram petere & exigere nequit. Berlich. *dec. 195.* Debitore verò mortuo, ſicque voluntate ejus extinctâ, *l. 4. ff. locati.* ab ejus hæredibus, licet invitis, exigitur. Carpz. *d. C. deſ. 18. ubi prejud.* D. Harppr. *C. 10. n. 289. & ſeqq.*

Fiat loco quoque congruo, XXX. Dein etiam congruo & opportuno loco ſolutio fieri debet. *d. l. 39. ff. l. 9. C. h. t. l. 32. pr. ff. de uſur.* Non ergo in theatro, balneo, &c. Bach. *V. 2. D. 29. th. 2. lit. H.* Videndum tamen, an de certo loco inter partes fuerit conventum, & conventioni ſtandum. convento. *l. 9. ff. de eo, quod cert. loc. d. l. 9. d. l. 122. pr. ff. de V. O. §. 33. I. de act.* Menoch. *de A. I. Q. l. 2. caſ. 132. n. 30. & ſeqq.* Mev. *p. 2. dec. 200. num. 8.* Et ſi duo loca ſint expreſſa: Diſting. An Copulativè? tunc dividitur ſolutio pro rata. Si duo loca expreſſa. Diſt. *l. 2. §. 4. ff. quod cert. loc. add. l. 11. §. 2. ff. de duobus reis.* an Alternativè? & Debitoris eſt electio arg. *d. l. 2. §. 3. l. 10. §. 6. ff. de jur. dot. & §. 33.* Alio tamen, quàm convento loco, offerri poteſt: Limit. & extra locum conventum ſit 1. (1.) Si juſta ſubſit cauſa. *l. 8. C. h. t.* v. gr. locus ſit à mari vel flumine occupatus, chaſmate vaſtatus, vel aliàs difficilis aditûs ob metum hoſtium, peſtis, &c. Brunn. *ad d. l. 8.* Bocer. *cl. 4. Diſp. 19. th. 37. lit. b.* Richt. *p. 2. conſ. 310. n. 15.* Freyer. *c. 6. n. 11.* 2. (2.) Vel Creditoris nihil interſit, eo loco ſolvi. Malitioſa enim eſt poſtulatio, ex qua nihil lucri ſunt Creditores, niſi ut moleſtiam exhibeant, & officiant reo. arg. *l. 38. ff. de R. V. l. 38. §. 17. ff. de V. O.* Bocer. Brunn. Freyer. *ad ll.* Schultz. *d. c. 4. n. 20. d. Diſp. de Depoſ. jur. th. 8.* Interdum Locus etiam tacite ex natura contractus appoſitus cenſetur. *l. 21. ff. de O. & A. l. 3. ff. de reb. auth. jud. poſſ.* quod exemplificat Freyer in Cambiis, item, ſi merces prius conſignandæ vel menſurandæ. *d. l. n. 13. & 15.* add. *l. 19. §. 2. ff. de jud.* & ſupra *ad d. t. §. 47.* Voet. *h. t. n. 8.* Si non adjectus locus. Sin Locus adjectus non ſit, regulariter locus domicilii eſt ordinarius. Res tamen fungibiles ibi ſolvi debent, ubi petuntur. arg. *l. 22. in f. ff. de R. C.* ſupra *ad eund. tit. §. 33.* Species vero, ubi ſine dolo Debitoris extſtunt, *l. 38. ff. de jud. l. 47. pr. ff. de leg. 1.* Bocer. *d. l. th. 38.* quod Freyer limit. in Decimis, & in Legato in ſubſidium ſtudiorum. *n. 21. 22.* & *n. 23.* addit. ſi debitum procedat à cauſa mere oneroſa, Debitor debeat accedere ad domum Creditoris. Sed in his ſingulis cujusvis loci conſuetudo attendi debet.

Effect. Creditoris. XXXI. Effectus ſolutionis reſpicit vel Creditorem, vel Debitorem. Solutione ex obligatione dandi factâ, ſi ſolvens fuerit Dominus, in Creditorem accipientem transfertur dominium; ſin minus, conditio uſucapiendi *pr. I. §. 21. l. 46. ff. de uſur.* Quoad Debitorem vero & obligationem, ipſa regulariter tam naturalis, quam civilis ipſo jure extinguitur, ſolutione rite factâ. Re. Debitoris Obligatio ipſo jure extinguitur, *pr. I. quib. mod. toll. obl. l. 95. §. 4. ff. h. t.* Unde apparet, Solutionem

Ext-

Exceptionem non veram, ſive actionis; ſed intentionis vel facti exceptionem eſſe. add. ſupra *ad tit. de Except.* §. 4. Hinc ſolutionis allegatio ante L. C. ad litis ingreſſum impediendum opponi, & illa in continenti probata, Judex ab inſtantia abſolvere poteſt. ſupra *ad d. tit. de Except.* §. 10. Obligatio vero ſic per ſolutionem ipſo jure extincta Debitor chirographum eo non reddito, nec Condictionem ſine cauſa recte repetit. *l. ſ. C. h. t. l. 2. C. de cond. ex l. l. 9. C. ad exhib.* Dd. *ad dd. ll.* Ad majorem tamen ſecuritatem Apocham quoque petit, *l. 14. C. h. t.* à Creditore, Frommann, *Diſſ. de Apoch. th. 23.* vel ſi ſcribere non valeat, a tertio ejus mandato; vel in majorem cautelam, ſi non in judicio tamen coram Notario, vel à duobus teſtibus ſubſcriptam. Maſcard. *de prob. V. 1. concl. 110.* Dn. Stryck. *de Caut. Contr. S. 4. c. 3. §. 8.* Et ſi Inſtrumentum obligationis reſtitui non poſſit, quia tempore belli vel incendii forte amiſſum, aut in loco ſit remoto, præter apocham Creditor dare debet ſchedulam mortificationis, cujus formulam exhibet Stryck. *d. l. §. 10.* Sic etiam apocha amiſſa alia peti poteſt, in qua tamen ut amiſſa caſſetur, tutum erit. Sichard. *ad d. l. 2. n. 6.*

Prius chirographum, Apocham. Si Creditor ſcribere nequit. Si chirogr. reddi nequeat.

XXXII. Nec tantum obligatio principalis, ſed omnes etiam acceſſoriæ, tam rerum quam perſonarum ſolvuntur. Sicque Fidejuſſores, mandatores, pignora, hypothecæ liberantur. *d. pr. I. quib. mod. toll. obl. l. 43. ff. h. t.* Et quidem principalis Debitor ipſo jure liberatur, licet Fidejuſſor debitum ſolverit, *d. pr. I.* quia & hic rei principalis obligationem in ſe recepit. *d. pr.* ibi Vinn. & Bachovius, Faber *in C. tit. de Fidejuſſ. def. 17.* ſupra *ad tit. de Fidejuſſ. §. 27.* Diſſentit quidem Carpzovius, *J. F. p. 2. C. 17. def. 16. num. 13.* eatus h. m. tantum Fidejuſſoris obligationem acceſſoriam tolli idque per *l. 38. §. 2. l. 43. ff. h. t.* ſed recepto debito & Creditor & Debitor eſſe deſinit. uti *prec. §. 6.* jam dictum. Si enim Debitor liberatur ſolutione ab alio facta, multo magis, ſi à Fidejuſſore fiat; utpote, qui principalem obligationem in fidem ſuam recepit, tam ſui, quam principalis nomine ſolviſſe cenſetur, quod expreſſe prob. *d. pr. I.* add. *ad tit. de Fidejuſſ. §. 18. & 20.* Nec quicquam in contrarium probat *d. l. 38. §. 2.* neque *d. l. 43.* ubi in ſin. intellig. caſus, quo Creditore Fidejuſſori ſuccedente per confuſionem acceſſoria obligatio extinguitur, & Debitor nihilominus talis manet. ſupra *ad tit. de Fidejuſſ. §. 40.* Secus tamen eſt in Mandatario ſuo nomine ſolvente, tunc principalis Ope exceptionis tantum liberatur. *L. 28. ff. mand.* Vinn. *d. l.* d. Diſp. *de Solut. th. 36.* Tertius vero ſolvens quando & qualem habeat regreſſum? vid. *prec. §. 7.*

Obligat. Princip. & Acceſſoriæ extinguntur. Fidejuſſor ſolvente.

Obj. Reſp.

XXXIII. Quoties Debitor ex pluribus cauſis obligatus unum debitum ſolvit, ab initio in arbitrio eſt ſolventis dicere quodnam prius voluerit ſolutum, *l. 1. pr. ff. l. 1. C. h. t.* Mevius, *p. 4. dec. 116.* ita tamen, ut Creditori liberum

Si ex pluribus debitis unum ſolutum.

Sine determinatione. ſit, ex illa cauſa non accipere. *d. l. 1. pr. l. 2. ff. d. l. 1. C.* Bachov. *d. Diſp. 29. th. 3. lit. C.* Stryck. *in uſu moderno §. 20. h. t.* Struv. *Exerc. 47. th. 74.* ibique Muller. Sin Creditor pignus diſtrahendo ſibi ipſi ſolverit, poteſt pro lubitu in cauſam imputare. *l. 101. §. 1. ff. h. t.* Si vero Debitor generaliter ſolverit ſine determinatione, in arbitrio eſt accipientis, cui potius debito ſolutum acceptum ferat; dummodo officio boni viri fungatur, & in id conſtituat ſolutum, in quod ipſe, ſi deberet, eſſet ſoluturus, id eſt, in id debitum, quod non eſt in controverſia, aut in illud, quod pro alio quis fidejuſſerat, &c. *d. l. 1. ff.* Si neuter dixerit, in quod nomen velit ſolutum, in liquidum ſolutio facta videtur. *l. 3. §. 1. ff. h. t.* *Imo cenſetur in cauſam duriorem, & gr.* Si plura ſint, ſemper in duriorem vel graviorem cauſam; *d. l. 3. pr. l. 5. pr. ff. h. t.* Ludwell. *ad J. Diſp. 14. th. 7.* i. e. pro qua intervenerunt fidejuſſores, pignora, vel quæ pœnam continet, vel ſub infamia, vel ex cauſa judicati debetur, vel proprio quis obligatus eſt nomine. *l. 4. l. 5. pr. l. 7. l. 97. ff. h. t.* Freyer. *c. 12. n. 18. & ſeqq.* H. Piſtor. *p. 3. q. 21. num. 16.* Carpz. *l. 3. Reſp. 99. num. 20.* *vel antiquiorem.* Si nulla prægravet, ſed omnia nomina ſimilia fuerint, in antiquiorem facta cenſetur. *d. l. 5. pr.* Si par & dierum & contractuum cauſa ſit, pro portione cujuslibet debiti videtur ſolutum. *l. 8. ff. de eod.*

Si ſors & uſuræ debeantur. XXXIV. Et hæc dicta procedunt, ſi omnia debita ſint principalia. Carpz. *d. p. 2. C. 29. def. 16.* H. Piſtor. *d. q. num. 7. & ſeqq.* Menoch. *l. 3. præſ. 130.* Si vero ſolvens obligatus ſit in ſortem & uſuras, ſicque uſuræ liquidæ ſint *Prius ſolutum cenſetur in uſuram. Si Sors ſimpliciter ſoluta & accepta, an uſuræ adhuc peti queant?* & debitæ, *d. l. 5. §. 2.* Sande, *l. 3. tit. 16. def. ult.* id quod ſolvitur, prius in uſuras, deinde ſi quid ſuperfuerit, in ſortem accepto fertur. *d. l. 5. §. 2. & 3. l. 48. ff. l. 1. C. h. t.* Carpzov. *d. C. def. 17. & l. 1. Reſp. 103.* Mevius. *p. 7. dec. 210.* add. ſupra *ad tit. de uſur. §. 31.* Soluta vero & ſimpliciter acceptata ſorte, Judicis tantum officio debitæ uſuræ de jure peti non poſſunt. *l. 49. §. 1. ff. de A. E. V. l. 4. C. de poſ.* Sin ex ſtipulatione & jure obligationis debeantur, ſorte licet ſine reſervatione ſoluta, adhuc tamen peti queunt. Carpz. *d. p. 2. C. 30. def. 13.* Mevius, *p. 1. dec. 219.* ſupra *ad tit. de uſur. §. 37.* Quod hodie dubio caret ex diſpoſitione d. Rec. Imp. *§. Die verſeſſene 167.* quam propter generalitatem ad uſuras ex mora Dd. extendi volunt. Conſultius tamen hoc caſu faciunt Creditores ſortem accipientes, ſi proteſtando petitionem uſurarum ſibi reſervent. Petrus m. *Diſp. de Reſidua. th. 22. & 23.* Freyer, *d. c. 12. num. 16. & ſeqq.* add. Trentacinq. *Reſ. 9.*

Solutio debet probari. XXXV. Solutio autem, cum ſit facti, *l. 7. §. 3. ff. de cur. fur.* illam allegans probare debet; *l. ſ. C. h. t. l. 1. pr. ff. de prob.* Reuſn. *l. 2. Conſ. 3. n. 1.* cum in foro paria ſint non eſſe, & non apparere. *l. 77. ff. de C. E. V.* Struv. *Exerc. 47. th. 76.* ibique Mullerum. Stryck. *in uſu moderno §. 3. h. t.* Vulgatis & pro-

& præcipui probandi Modi ſunt per Apochas & alia Inſtrumenta, quibus pecuniæ ſolutæ profeſſio continetur; *l. 14. C. h. t.* ſupra *ad tit. de fid. inſtr. §. 15.* Freyer, *c. 11. n. 1.* per Teſtes regulariter duos ſummæ atque integræ opinionis. ſupra *ad tit. de prob. §. 5.* Sande, *Dec. Friſ. l. 1. t. 10. def. 1.* Groenew. *de LL. abrog. ad l. 18. C. de teſt.* Nec obſt. *d. l. 18.* ubi V teſtes requiruntur, nam *dict.* L. loquitur de caſu, quo debitum ſolenniter in ſcriptis contractum; non vero probationis gr. tantum inſtrumentum confectum. *N. 90. cap. 2.* Sande, *d. l.* Faber. in *C. l. 4. t. 15. def. 22. & 23.* Mynſ. *C. 1. O. 5. n. 5.* poſt alios Brunnem. *add. l. 18.* Stryck. *d. c. 5. §. 11.* Et hæc ſufficiunt, licet chirographum non ſit redditum, *l. 14.* ibi Brunn. *num. 5. add. l. 4. l. 19. l. ſ. C. h. t.* niſi illud recipere multum intereſt, Mev. *p. 6. dec. 119. & 194.* Etiam per Conjecturas & Præſumptiones. Carpzov. *d. C. 29. def. 11.* v. gr. Si Debitor chirographum à Creditore reſtitutum penes ſe haberet; *l. 2. §. 1. ff. de pact.* arg. *l. 14. C. h. t.* Perez. *h. t. num. 16.* Beſold. *V. 2. conſ. 59. num. 5.* Quomodo hoc caſu procedendum? vid. Mevium, *p. 7. dec. 284.* Sin ab alio acceperit, non ſufficit. *l. 15. C. h. t.* Interim chirographi poſſeſſio magnam facit præſumptionem pro Debitore, maxime ſi ſit integræ exiſtimationis & vel aliæ circumſtantiæ concurrant; ut vel onus probandi in Creditorem transferatur, vel Debitori juramentum ſuppletorium deferri queat. Mevium, *p. 2. dec. 242. num. 4. p. 8. dec. 366.* Trentac. *l. 3. tit. de ſolut. reſ. 17. num. 12.* Parens m. *Diſſ. de Cancellat. th. 66.* & maxime *Diſſ. de Tacito pacto remiſſorio ex redditione chirographi th. 11.* Freyer, *c. 11. m. num. 19.* Præſumptionem tamen non auget etiamſi chirographum ſit cancellatum. Carpzov. *d. C. def. 12.* ſupra *ad tit. de fid. inſtr. §. 27.* Sed ſolutio porro facta præſumitur, ſi chirographum apud ipſum Creditorem cancellatum reperiatur, *l. 24. ff. de prob.* Freyer, *d. l. n. 18.* Faber. *l. 8. t. 29. def. 28. n. 12.* quod tamen probationem admittit in contrarium. d. Diſp. *de Cancellat. th. 65.* Item, ſi Creditor per multos annos creditum petere diſtulerit, & de cætero non admodum ſit dives. Freyer *d. c. m. 4. n. 24. & ſeqq.* Vir. *dec. 481. n. 1.* Menoch. *l. 3. præſ. 135. n. 5.* plures vid. ap. Monach. *deciſ. Florent. 2.* Surd. *dec. 105.* & XXXVII hujuſmodi collegit atque examinavit Dn. Harppr. *Diſſ. de Solut. Conjectur. C. 93. n. 92. & ſeqq. & Reſp. 11.* Attamen licet una vel altera Conjectura locum habeat, illa de ſola factæ ſolutionis præſumptione intellig. minime vero de ipſius actionis extinctiva vel peremptiva præſcriptione, prout per XI. caſus ſolide demonſtrat Dn. Harppr. *Diſp. Conj. [illegible] Solutionis & Præſcriptionis in effectibus differentia.*

XXXVI. Inter Solutionis Affinia, aliosque Modos, quibus obligatio ipſo jure extinguitur, haud ultimum locum obtinet Solennis Oblatio, Obſignatio, & Depoſitio pecuniæ debitæ, *l. 9. C. h. t. l. 46. §. 1. ff. l. 19. C. de uſur.*

Marginalia: per Apocham teſtium. — Teſtes duos, — *Obj. Reſp.* — Amplius, — etiam per Conjecturas, *v. gr.* — Inter Solutionis Affinia

Et Depoſitum juris, quid ſit?

de uſur. l. 1. §. 36. ff. depoſ. Freyer, *c. 7. m. 7. n. 196.* quæ à Dd. teſte Mozzio, *de contr. tit. de Depoſito, rubr. de Diverſ. num. 14.* vocatur Depoſitum juris, quod nihil aliud eſt, quam actus quo res debita Creditori juſte oblata, & ab ipſo injuſte recuſata, rite & legitime, cum in finem, ut Debitor ab obligatione liberetur, deponitur: ſive Modus, quo per ſolennem & legalem rei debitæ depoſitionem, obligatio ipſo jure tollitur. Germ. *Hinterlegung, Gerichtliche Hinterlegung* Dn. Parens. b.m. *Diſp. de Depoſ. jur. th. 1. & 2.* Struv. *Exerc. 47 th. 29* ibique Mullerus.

C. Eff. Rem. proxi. Impulſ.

XXXVII. Cauſa Effic. Rem. eſt Legis diſpoſitio. *d. l. 8.* Proxima eſt Voluntas Debitoris, vel alterius, Debitoris nomine rem debitam deponentis. Si autem hic debitum legitime obtulerit, & Creditor recuſaverit, injuſte recuſaſſe dicitur, & Debitor hoc remedio uti poterit. Grave enim tormentum eſt debere, cui nolis. Seneca. *lib. 2. de benef. c. 18.*

Subjectum Perſonæ, quibus offertur.

XXXVIII. Subjectum ſunt perſonæ, quibus offertur, & quæ offerunt. Oblatio autem hæc fieri poteſt omnibus, quibus recte ſolvitur. Briſſon. *d. tr. de ſolut. lib. 1. tit. de obſign.* Unde etiam Adjecto recte offertur. Schulz. *d. tr. de Obl. Obſign. c. 2. num. 6. & 8.* Abſente vero Creditore, nec Curatore vel Procuratore conſtituto, Debitor Magiſtratum adire poteſt, *l. 6. C. de uſur.* & petere, ut Creditor citetur ad accipiendum rem debitam, vel videndum illam deponi. Schulz. *c. 4. num. 28.* Liberam vero rerum ſuarum adminiſtrationem non habentibus, uti non ſolvi, ita nec offerri poteſt; verb. gr. Pupillo, Minori, Prodigo, item moribus noſtris Mulieri abſque Tutorum & Curatorum conſenſu vel authoritate Schultz. *d. c. 2. n. 14.*

& quæ offerunt.

XXXIX. Offerre & Deponere Debitum poſſunt omnes, qui recte ſolvere. Sicut autem non tantum Debitor ipſe, ſed & Extraneus pro principali ignorante & invito recte ſolvere: ita & Tertius ſolenniter debitum deponere, atque obligationem diſſolvere poteſt, juxta communem ſententiam. teſte Schultzio, *d. c. 2. n. 3.* Sichard. *ad l. 9. C. h. t. n. 12.* Donell. qui alibi ſibi contrarius, *ad d. l. 19. C. de uſur. n. 7.*

Objectum.

XL. Objectum eſt Res ex quacunque cauſa debita quæ obſignari poteſt. *l. 9. C. h. t. l. 6. C. de uſur. l. 2. C. de jur. emph. l. 1. §. 36. ff. de poſ.* Et quamvis alias nomine pecuniæ omnes res comprehendantur: *l. 178. l. 222. ff. de V. S.*

An res immobiles?

Incorporales tamen & Immobiles hic non continentur, quæ ſolenniter obſignari & deponi nequeunt. Gl. *ad l. 19. C. de uſur.* cum Donello, Paulo de Caſtro & Bartolo, d. Diſp. *de Depoſ. jur. th. 16.* Quomodo autem harum rerum oblatio fieri debeat, vid. Schulz. *d. tr. c. 8. n. 2. & ſeqq.* Bocerus, *d. 4. Diſp. 19. th. 17.*

Req. Oblatio rei debitæ.

Ratione Objecti req. (1.) Ut res ipſa debita offeratur; arg. *l. 9. C. h. t.*

l. 2.

l. 2. pr. ff. de R. C. Attamen ſicuti quandoque aliud pro alio ſolvi, ita in iiſdem caſibus aliud etiam pro alio offerri poteſt. *praeced. §. 17. & 18.* Schultz. *c. 3. n. 5.* (2.) In debita quantitate, vel totius debiti, *d. l. 9.* ſc. liquidi. Briſſon. *d. l. circa fin.* Richt. *p. 2. dec. 75. n. 16. 17.* Et quidem ſortis una cum intereſſe vel uſuris licitis. *L. 41. §. 1. ff. h. t. l. 6. l. 19. C. de uſur.* Freyer. *c. 7. m. 7. num. 202. & ſeqq.* At prout in certis caſibus exceptis Particularis Solutio locum habet, *prae. §. 24.* Ita idem de Oblatione dicendum. Schulz. *c. 4. n. 5. & ſeqq.* Carpzov. *l. 5. Reſp. 99.* Sichard. *ad. d. l. 9. num. 9.* (3.) In eadem qualitate & bonitate, *arg. l. 3. ff. de R. C.* quae ſcil. fuit tempore contractus. Schulz. *d. c. 4. n. 7. & ſeqq.* add. Mev. *p. 2. dec. 200. praeced. §. 25.* — in quanto, & quali.

XLI. Forma & Diff. Spec. in eo conſiſtit, ut hoc Depoſitum fiat non ſimpliciter cuſtodiae; ſed principaliter obligationis diſſolvendae gratia. In ſolutione enim tollitur per naturalem & actualem rei debitae praeſtationem: in Acceptilatione per factam praeſtationem, mediante interrogatione & reſponſione: Hic vero per ſolennem & legalem oblationem, obſignationem & depoſitionem. Sicque tres ſimul requiruntur actus, qui omnes & ſinguli, ut legitimo modo ſint facti, neceſſe eſt. Mev. *p. 2. dec. 201.* — Forma. Requir. tres actus.

XLII. Oblatio autem debet eſſe juſta. Ad quam req. (1.) Ut debitum offeratur realiter & actualiter. Verbalis enim oblatio non ſufficit. *l. 9. C. h. t. d. l. 19.* Schultz. *d. c. 4. num. 2.* Nec pecuniae praeſentatio in folle, *i. e.* pera vel marſupio, *arg. l. 8. 2. ff. de C. & D. l. 2. C. de uſur.* Quia conſtare debet, an ſumma oblata congruat cum debito, Niſi Creditor ſtatim expreſſis verbis ſolutionem recuſet, tunc & adnumeratione opus non eſſe, cum Scaccia, Gratiano, Mareſchotto, Richtero ſentit Freyer, *d. l. num. 201.* Carpzov. *d. Reſp. 99. num. 4.* & 5. Trentac. *d. tit. de ſolut. Reſ. 22. num. 2.* ubi addit, quod Depoſitio pure ſine conditione fieri debeat. (2.) Ut fiat congruo & opportuno loco. *l. 39. ff. l. 9. C. h. t. de ſolut. l. 32. ff. de uſur.* Carpzov. *d. Reſp. num. 12. & 13.* Schultz. *d. c. n. 19. & ſeqq. prae. §. 30.* (3.) Tempore opportuno. *arg. d. l. 39.* Carpzov. Schultz. *dd. ll.* jung. ea, quae dicta *prae. §. 27. 28. & 29.* (4.) Fiat teſtato. *l. 6. l. 19. C. de uſur. l. 2. in f. C. de jur. emph.* i. e. teſtibus praeſentibus, *dd. ll.* regulariter duobus. *arg. l. 12. ff. de teſtib.* Ut ſi neget Creditor pecuniam aut totam probamve ſummam juſto tempore & loco ſibi oblatam eſſe, Debitor in iſta teſtatione probationem habeat paratam. Zanger. *de exc. p. 3. c. 2. num. 71.* Schultz. *num 26.* Teſtibus vero abſentibus vel mortuis Debitor Creditori juramentum deferre: hic tamen illud Debitori referre poteſt. per *l. 34. §. 6. l. 36. l. 38. ff. de jurejur.* Creditore vero nil diffi- — 1. Oblatio juſta, i. e. ut fiat realiter, Loco, congruo loco & tempore opportuno, teſtato.

tente

ſente nec teſtibus opus erit. Hanc enim præſentiam non tam ſolennitatis, quam probationis ergo requiri, docet Carpzovius, *d. Reſp. num. 21.*

Creditor ſi ſine cauſa juſta non accipiat. ſeq. 2. Obſignatio legitima. i. e. Creditore præſente, vel citato.

XLIII. Facta autem legitima rei debitæ Oblatione, ſi Creditor illam ſine juſta cauſa accipere recuſet, ſequitur Secundus actus, juſta & legitima Obſignatio, ad quam req. ut fiat (1.) Præſente Creditore, vel ſi abſens ſit, illo legitime citato ad videndum pecuniam legitime obſignari atque deponi. Quod quidem de Jure Communi non requiritur, arg. *l. 6. l. 19. C. de uſur.* Richterus, *d. dec. num. 24. & ſeqq.* Ita tamen hodie plerumque obtinet, arg. *l. 47. ff. de re jud.* ut ſi plures ſint Creditores, omnes citari debeant, ne inutiliter depoſuiſſe videatur. Richter. *num. 26.* Schultz. *n. 28.* Carpzov. *num. 24.* Freyer, *num. 211.* d. Diſp. *de Depoſ. jur. th. 17.* Trentac. *dd. l.* Mevius, *p. 6. dec. 121.* ubi late.

Coram Judice competente.

(2.) Præſente Judice competente, prout communiter obſervatur. Freyer, *num. 212.* Schultz. *num. 30.* Carpzov. *n. 25.* Ubi vero Judicis non eſt copia, Debitorem offerre & proteſtari debere coram honeſtis perſonis, poſt alios tradit Barboſa, *ad d. l. 19. n. 30.*

Pecunia teſtibus prænumeretur,

(3.) Ut pecunia coram eodem, vel teſtibus numeretur, ut ſcil. conſtet totum debitum deponi. De Jure quidem communi hæc ſolennis prænumeratio non requiritur, utilis tamen eſt, ſi depoſitum forte periret, d. Diſp. *th. 19.* & communiter obſervatur Carpzov. *num. 30.* Schulz. *num. 30.* Freyer, *num. 213.* *W. Landr. part. 2. tit. 14. Von Oblation. §. Wo aber.* ibi: *Oder ſonſten zweyen erbarn Mannern darzehlen.*

& immiſſa obſignetur.

(4.) Pecunia in crumenam, ſacculum aut ciſtam immiſſa obſignetur vel annulo ſignatorio, vel ſigillo, *Innſigel. Petſchafft.* vel ſigno, *mit einem Handzeichen*, à deponente, aliisve ſignatoribus i. e. honeſtis teſtibus adhibitis *l. 1. §. 36. ff. depoſ.* Schultz. *num. 30.* Carpzov. *num. 27.* Zanger. *d. l. n. 27.* In nonnullis judiciis à ſolo Judice. Freyer, *n. 214.*

3. Depoſitio publica.

XLIV. Oblationem & Obſignationem legitimam, uti dictum, ſequitur Tertius actus, ipſa ſcil. Depoſitio legitime facta, *d. l. 6.* ſcil. publice. *l. 56. §. 1. ff. mand.* in loco tuto. *l. 28. in f. ff. de admin. & peric. tut.* olim apud officium, *l. 7. §. 2. ff. qui ſatisd. cog.* in æde ſacra, *d. l. 1. §. 36. l. 73. ff. de procur. l. 4. pr. ff. de ſtatu liber. l. 20. § 1. C. de agric. & cenſ.* quandoque apud virum idoneum. *l. ſ. ff. de tab. exhib.* vel certo loco publico à Judice competente aſſignato *l. 64. ff. de fidejuſſ. d. l. 19. C. de uſur.* Briſſon. *d. l. p. 116.* Hodie plerumque in loco judicii, per *d. l. 1. § 36. d. l. 19.* minime vero privatum, aut ad privatum, Schulz. *num. 31. ubi prajud.* Carpz. *n. 28* niſi hoc fiat prævia Judicis competentis adictione, aut adhibitis Notario & teſtibus Zanger. *d. l. n. 81. & ſeq.* *W. Landr. d. l.* D. Happrecht. *C. 56. n. 58. & ſeqq.*

Dicta requiſita cumulative concurrant.

XLV. Prædicta ergo requiſita cumulative concurrant oportet, ut ſi unicum ex iis deficiat, nec obligatio ipſo jure tollatur; ſed uſuræ adhuc currant.

videtur. Cum paria ſint non deponere, & non legitime deponere. arg. *l. 6. ff. qui ſatisd. cog. l. 25. ff. de pign.* Trentacinq. *l. 3. tit. de Oblat. Reſ. 1. n. 3. & 4.* add. *d. Reſ. 99. n. 3.* Quamvis minus ſolennis ſuos quoque habeat effectus *ſeq. §. 50.*

XLVI. Finis eſt, ut obligatio tollatur. Effectus ratione Debitoris eſt, ut ipſe liberetur, & quidem ipſo jure. Comparatur namque ſolutioni, ad effectum ſc. liberationis; *d. l. 9. C. h. t. d. l. 19. C. de uſur.* Zanger. *n. 91.* non vero ope tantum exceptionis, uti ſenſit Bach. *ad W. h. t. de ſolut. princ.* Haecque ſententia ut communior, ita & verior eſt, ipſo fatente Bach. *ad Tr. V. 2. D. 29. th. 1. lit. K. circa fin.* (1.) per *d. l. 9.* (2.) per *d. l. 19.* ubi *in fin.* dicitur: Creditori non competere actionem contra Debitorem; quod ipſum ſublatam indigitat obligationem. (3.) per text. expreſſ. in *d. l. 1. §. 30. ff. depoſ.* quam ſententiam etiam defendit Carpz. *l. 3. Reſp. 100. n. 2.* & Schultz. *d. tr. c. 5. n. 3.* d. Diſp. *de Depoſ. per. th. 23.* & ſupra *ad tit. quib. mod. pign. ſolv. §. 1.*

Finis. Effect. rat. Debitoris, liberat a debito ipſo jure.

XLVII. Sublata autem principali obligatione etiam tolluntur ejus Acceſſoria. Sic curſus qualiumcunque Uſurarum, ſive ex mora, ſive ex pacto, ſiſtitur atque inhibetur. *d. l. 19.* Purgatur enim mora, tollitur poena. *l. 72. ff. h. t.* liberantur fidejuſſores, & ſi hi ipſi deponant, ſtatim agere poſſunt Mandati. *l. 56. §. 1. ff. mand. l. 64. de fidej.* vel Neg. Geſt. arg. *l. 43. §. 3. ff. de N. G.* ſupra *ad tit. de fidej. 33.* liberantur pignora, *l. 8. C. de diſtr. pign. l. 5. C. de luit. pign.* & Debitor ad ea conſequenda recte Actionem Pignoratitiam intentat. *d. l. 5.* Vel ad reſtituendum chirographum in ſecuritatem crediti datum Condictione ſine cauſa agit. *l. 2. C. de Cond. ex L. l. 9. C. ad exhib.* Stryck *in uſ. mod. §. 18. h. t.* Et ſi Creditor neutrum horum acceperit, à Judice tamen poteſt cogi ad dandam quitantiam ſolutionis factae. Sichard. *ad d. l. 9. C. h. t.* Freyer. *n. 319.*

Et ejus acceſſoria, v. gr.

XLVIII. Hinc Debitor liberatur à rei depoſitae periculo, quia ipſi nihil amplius imputari debet; Trentac. *d. l. in fin.* ſed hoc tanquam ex propria culpa & mora pertinet ad Creditorem *d. l. 19. l. 72. ff. h. t. l. 105. ff. de V. O.* junct. *cap. un. x. Commod.* Sive res depoſita fuerit diminuta, vel deteriorata, ſive amiſſa, *dd. ll.* Zanger. *n. 123.* Chriſtin. *V. S. dec. 56. n. 4.* Carpz. *d. Reſp. 100. n. 9. ubi praejud.* ſive à Judice, vel Principe reſignata atque erogata, & contra hunc Creditor inſtituere debet actionem. Mev. *p. 3. dec. 15.* & *p. 5. dec. 244.* quo facit ſententia Cam. Imp. in cauſa *von Orenz contra Ep. & C. Sp. d. 9. Junii 1671. & d. 23. Dec. 1701.*

Transfert periculum in Creditorem, etiam ſi amiſſa, vel à Judice reſignata & erogata.

XLIX. Ratione Creditoris injuſtè recuſantis (aliud enim eſt, ſi juſtam habeat cauſam. Zanger. *d. c. n. 4. & ſeqq.* Mev. *p. 6. dec. 203.*) Effectus eſt, ut ipſe actiones contra Debitorem, ejus pignora & fidejuſſiones amittat;

Effect. rat. Creditoris injuſte recuſantis.

ut mittat a- ſumet con- tra debito- rem, ſed pot- eſt depoſitum ejuſque do- minium ac- quirere.

tat; *d. l. 1. §. 36. d. l. 19. prae. §. 47.* Sed habet facultatem, quandocunque velit, rem depoſitam, tanquam ſuam, accipiendi, & ejus dominium acquirendi. Mevius, *d. p. dec. 315.* quamvis Carpz. *d. Reſp. num. 11.* & Sichard. *ad d. l. 9.* putent, Dominium, quamprimum depoſitio facta, in Creditorem tranſire; Sed contrarium verius eſſe patet, cum ad dominium transferendum utriusque requiratur voluntas, *l. 55 ff. de O. & A.* quæ hic ex parte Creditoris recuſantis deficit: Dominium autem invito non acquiritur, licet periculum ex alia cauſa ad eum ſpectet. *prae. §. 48.* Et ſi Dominus eſſet, contra Judicem depoſitarium, aliosve poſſeſſores Directam haberet Rei Vindicationem, *l. 8. C. ad exhib.* cum tamen ipſi in *d. l. 19.* Utilis tantum concedatur. Donell. in *d. l. 19. num. 26.* Schulzius, *c. 5. num. 10.* d. Diſp. *de Depoſ. per th. 19.*

Utili Rei Vindic. & Depoſiti.

Et quidem ex æquitate, quia ejus cauſa Depoſitio facta, datur Utilis Rei Vindicatio, ad res depoſitas à quovis poſſeſſore conſequendas; & inſuper contra Depoſitarium Utilis actio Depoſiti. *l. 8. in f. C. ad* [illegible] Schulzius. *d. l.* Mevius, *d. l. num. 1.* Brunnem. *ad d. l. 19. n. 5.* d. Diſp. *th. 30.* Si vero Debitor, qui per depoſitionem factam hactenus liberatus, depoſitum re integrâ repoſcat atque recipiat, *l. 1. §. 22. ff. de poſ.*

Quid ſi Depoſitum re integra recipiatur?

Depoſitio in tantum nunquam facta fingitur, ut illa ipſa actio utilis contra Depoſitarium ad res depoſitas repetendas competens, contra deponentem hoc caſu concedatur. *d. l. 19.* Donellus, *num. 17.* d. Diſput. *th. ult.* Item pignora ab extraneo data, & fidejuſſores non incipiunt iterum obligati eſſe, ne mora Creditoris iis noceat. Dn. Voët. *h. t. th. 18. in med.* add. Menoch. *A. J. Q. l. 2. caſ. 232. per tot.*

Quandoque intervenit tantum Verbalis oblatio, vel minus ſolennis. Ejus Effect. Exempla.

L. Quandoque fieri ſolet, ut Verbalis tantum Oblatio interveniat: Si quis ſe paratum ſolvere dicat, idque potiſſimum in rebus immobilibus & animatis contingere, probat Trentacinq. *d. Reſ. 1 num. 1.* Aliove modo unum aut alterum requiſitum deficiat: qualis dicitur Minus ſolennis. Quæ quidem etiam liberat ab obligatione, transfert periculum, purgat moram, &c. ſed non liberat à curſu uſurarum cœpto. *l. 28. §. 1. ff. de adminiſtr. & peric. tut. l. 9. C. de uſur.* uti notat Hahnius, *ad W. h. t. N. 9.* Mevius, *p. 2. dec. 199. & 201.* Caſus autem, in quibus ſola Oblatio ſufficiat, ut in *l. 122. §. 5. ff de V. O. l. f. C. de Cond. inſert. l. 1. C. de ſuſcept. l 6. §. 1. ff l. 6. C. de uſur.* Item Obſignatio & Depoſitio ſine Oblatione. ut in *l. 17. §. 3. ff de uſur.* junct. *l. 7 §. 1 ff. de minor.* & in *l. 9. §. 1. ff. de uſur.* explicat Zanger. *d. c. 2. num. 147. & ſeqq.* De Verbali & Reali minus ſolenni Oblatione, earumque effectibus, latius vid. Schultz. *d. tr. c. 6. & 7.*

TIT. IV.

TIT. IV.

DE ACCEPTILATIONE.

Inſt. *Lib. 3. Tit. 30.* Cod. *Lib. 8. Tit. 45.*

§. I.

CUm Solutione magnam affinitatem habet Acceptilatio, per quam æquè ac per illam ipſo jure obligatio extinguitur, hinc ſolutio imaginaria dicitur. *§. 1. I. quib. mod. toll. obl. l. 5. l. 6. l. 16. pr. ff. h. t. l. 31. § 1. ff. de novat. l. 9. ff. de ſolut. l. 7 §. 1. ff. de lib. leg.* Nomen habet ab accepto ferre, i. e. Debitores liberare. Schneidewin. *ad d. §. 1. num. 4.* Germ. *Schenkablung.* Convenientia. Acceptilationis Synonym.

II. Deſcriptionem Acceptilationis à JCto Modeſtino, *l. 1. ff. h. t.* quod ſit liberatio per mutuam interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu abſolutio, multi impugnant; & quidem (1) Quia non fiat per mutuam, ſed unius tantum interrogationem, & alterius reſponſionem. (2) Quia per Acceptilationem non uterque, ſed unus tantum liberetur. Alii e contra Reſp. quod per mutuam interrogationem intelligatur interrogatio & reſponſio. *Et ad verb. alt.* quod uterque liberetur, quia vinculum Creditori activè, Debitori paſſivè ineſt. Alii, quod hic certa tantum ſpecies Acceptilationis deſcribatur, quâ ſcil. mutua tollitur obligatio. Hahn. *ad W. h. t. N. 1.* vid. Bach. *ad Tr. V. 2. D. 29. th. 4. lit. B.* Sed placet hanc ſubſtituere Deſcriptionem: *Quòd Acceptilatio ſit modus, quo Debitori interroganti verborum obligatio, à Creditore, per ſubſequentem congruam reſponſionem, atque ac ſi ſolutio facta eſſet, remittitur.* vid. Vinn. *ad d. § 1. num. 2.* In *l. 77. ff. de R. I.* dicitur actus legitimus. Quidam loco generis ponunt ſtipulationem; ſed Stipulatio eſt contractus & modus obligandi, *l. 1. §. 1. & 7. ff. de O. & A.* Acceptilatio autem eſt modus obligationem tollendi *d. §. 1.* Nec obſt. *l. 27. §. 2. ff. de pact.* ubi per Stipulationis vocab. non acceptilatio, ſed novatio intelligitur per verba anneza. *ſi hoc actum eſt;* quibus JCti in Novationibus, non in Acceptilationibus uti ſolent. Vinn. *d. l. l.* Deſcriptio JCti Modeſt. Alia Definitio. Explic.

III. Cauſa Effic. Rem. eſt Jus civile. Eſt enim ſpecies liberationis civilis; *l. 107. ff. de ſolut.* arg. *l. 1. ff. loc. cond.* quia verba h. l. requiruntur. Jure verò Gent. & communi ſufficit conſenſus, quibuscunque verbis declaratus. Nec obſt. *l. 8. § 5. ff. h. t.* ubi acceptilatio dicitur Juris gentium, non ratione C. Eff. ſed ratione uſûs & effectûs, quatenus perſonæ ratione ſui incapaces Juris civilis & acceptilationem ineunt. Buſ. *ad d. l.* Proxima eſt voluntas verbis declarata, & quidem per præcedentem interrogationem, & ſubſequentem congruam reſponſionem. *l. 6. l. 7. l. 8. §. 3. ff. l. 1. C. h. t.* Hodiernis tamen C. E. R. eſt Jus civ. non Gent. Proximæ.

moribus fieri poteſt voluntate & conſenſu quovis modo declarato. Sicut enim in conſtituenda ſtipulatione illa ſolennia non ſunt neceſſaria, *ſupra ad tit. de V. O. §. 13.* Ita nec in obligationibus diſſolvendis. Carpzov. *l. F. p. 2. C. 19. def. 17.* Hahn. *h. t. Num. 4.*

Subjectum. Acceptum rogare Debitores, ipſi per ſe, non alio.

IV. Subjectum ſunt Perſonæ acceptum Rogantes, & Ferentes. Acceptum Rogare poſſunt Debitores, & quidem ipſi per ſe; nec per alium. Requir. enim, ut ille ipſe rogans ſit debitor, *l. 8. §. 5. ff. h. t.* Nam acceptilatio eſt actus legitimus qualis per alium, vel alieno nomine expediri nequit. *l. 77. l. 123. pr. ff. de R. I.* ibi Sande. Unde per Tutorem, Curatorem, Procuratorem, etiam cum ſpeciali mandato, debitor acceptum ferre nequit. *l. 13. §. 10. ff. h. t.* Attamen quod non per directum, fieri poteſt per indirectum, ut ſc. tutor, procurator, vel alius novando prius obligationem debitoris in ſe recipiat, & poſtmodum acceptum roget, ut ita principalis debitor per novationem, & ille poſtea per acceptilationem liberetur, juxta caſum in *d. l. 13. §. 10.* Berlich. *de ſolut. lib. 2. p. m. 66. & ſeqq.*

Non per alium, niſi per indirectum.

Et hæredibus quivis pro parte.

Debitor autem acceptum rogare poteſt, ejusque hæredes & ſucceſſores, *d. l. 13. §. 11.* unus vel plures, *l. 10. inſ. ff. h. t.* Ita tamen, ut ex his ſua duntaxat parte exoneretur is, qui accepto rogavit. *d. l. 2. §. 3. ff. de V. O.* Sin unus ex pluribus debendi reis accepto feratur, cæteri quoque liberantur, quia ſolviſſe videtur *l. 16. pr. ff. h. t.* Uſufructuarius. *l. 11. pr. ff. eod.* Filiusfam. vel Servum. *l. 8. §. 2. & 4. ff. h. t.* Et cujuscunque ſit conditionis, modo de Jure ea verba eloqui poſſit; Etiamſi liberam rerum ſuarum adminiſtrationem non habeat. Per hanc n. ſpeciem adquirendi meliorem ſuam facit conditionem *l. 11. pr. ff. h. t.* Unde etiam pupillus ſine tutoris authoritate recte acceptum rogat. *l. 2. ff. h. t.*

Nec correi. Nec ſolvere. Cujus conditionis ſit debitor.

Acceptum fert ipſe Creditor. Et unus ex pluribus.

V. Acceptum ferre vel facere poſſunt Creditores, liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habentes, eorumque hæredes & ſucceſſores. *d. l. 13. §. 11.* Unus ex pluribus reis ſtipulandi, cum in unoquoque eorum ſolida reſideat obligatio, *l. 2. ff. de duob. reis.* ut unius acceptilatione liberatio contingat in ſolidum. *d. l. 13. §. 12. l. 31. §. 1. ff. de novat.* Requir. autem (1.) Ut ſit ipſe Creditor, hinc etiam Tutores, Curatores, Procuratores acceptum ferre non queunt, licet enim Creditorum loco ſint, non tamen ſunt ipſi Creditores. *d. l. §. 10.* Ex qua ratione Adjectus acceptum ferre non poteſt, quamvis ipſi recte ſolvatur. Zanger *de Exc. p. 3. c. 7. n. 19. & 17.* Freyer. *de ſolut. c. 7. n. 6. ann. 182.* Nec Servus, quia ipſi non debetur, *l. 9. ff. h. t.* Dn. Voët. *h. t. num. 1. inſin.* Acceptilatio enim per intermedium perſonam expediri nequit. *d. l. 77. d. l. 123. ff. de R. I.* Per indirectum tamen, ſicut tertia perſona acceptum rogare, ita & ferre poteſt, mediante ſcil. novatione. *d. l. 13. §. 10.* Sic Procurator ſpeciale mandatum, ſed in novationem directum habens, facere poteſt, ita intell. *l. 3. ff. h. t.*

Non per alium, niſi per indirectum.

ibi Gothofr. lit. t Bachov. d. th. 4. lit. B. in fin. (2.) Ut Creditor liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habeat. unde pupillus, minor, prodigus, &c. abſque Tutoris vel Curatoris authoritate acceptum ferre haud queunt. l. 1. C. h. t. Et liberam habeat adminiſtrationem.

VI. Objectum ſunt Obligationes verbis contractæ. d. §. 1. l. 8. §. 3. l. 19. pr. ff. h. t. Sic requir. (1.) Ut præexiſtat obligatio. Nam privatio præſupponit habitum. Illa autem pura, vel non pura ſit, nil refert l. 12 pr. ff. h. t. Licet enim conditio obligationem ſuſpendat, & ante ejus impletionem non exiſtat; debitum tamen, quod in diem vel ſub conditione debetur, nihilominus acceptum ferri poteſt, ſed ita, quia Acceptilatio pure fieri debet, l. 4. l. 5. ff. h. t. ut tunc demum ejus vis obtineat, & perfecta videatur, ſi conditio ſtipulationis exſtiterit, vel dies venerit. [illegible] l. 77. (2.) Ut obligatio verbis ſit contracta, d. § 1. d. l. 8 §. 3. vel ex quacunque cauſa per Aquilianam ſtipulationem transfuſa § 2. I. d. t. l. 18 § 1 ff. l. 15 C. h. t. junct. l. 31 ff. de R. J. Aquiliana autem non eſt ſpecies Acceptilationis, ſed ejus cauſa præparatoria. Si tamen alia obligatio acceptilata fuerit, de J. C. non valet ut acceptilatio, nec obligatio ipſo jure extinguitur, ſed Debitor exceptione doli mali vel pacti conventi ſe tueri poteſt, l. 19 pr. ff. h. t. quia Acceptilatio ratione materiæ vel formæ inutilis, vim taciti pacti (de non petendo) habet, d. l. 8 pr. ff. eod. l. 27. § 9 de pact. niſi animus paciſcendi in remittente defecerit. d. l. 8 pr. ibi Gothofr. lit. 4. Secus eſt in Stipulatione inutili, quæ nec vim pacti habet, nec naturalem producit obligationem, l. 1. § 2 ff. de V. O. l. 1 § 4 ff. de conſt. pec. l. 30 § 1 ff. de pact. cum ſit modus obligationem contrahendi, Acceptilatio vero diſſolvendi, propenſiores autem eſſe debemus, ſi habeamus occaſionem ad liberandum, quam ad obligandum. l. 47 ff. de O. & A. l. 99 pr. ff. de V. O. Hahn. h. t. N. 4. verb. Vim pacti. Sic hodie, ſi quis præciſe Acceptilatione uti nolit, non opus eſt Aquiliana ſtipulatione, ut alius contractus in ſtipulatum deducatur, ſed debitum ex quovis contractu per pactum liberatorium tolli poteſt Dn. Stryck de caut. contr. S 4. c 3 § 2. Cæterum accepto fertur, quod debetur, non aliud pro alio. l. 13. § 3 ff. h. t. Zanger. n. 46. Nec plus, quam debetur, ita, ut ſuperflua adjectio negotium non vitiet. l. 15 ff. eod. l. 94 ff. de R. J. add. Beſſon. p. 74. & ſeq. Poteſt tamen pars ſtipulationis accepto ferri, d. § 1. l. 9 l. 10 l. 13. § 2 l. 17 ff. h. t. niſi in ſtipulationem deductum diviſionem non recipiat. d. l. 13. § 1. l. 17 ff. de ſervit. add. Bach. d. l. lit. E. Joh. Voet n. 5 h. t.

Objectum eſt Obligatio præexiſtens. Quæ ſi ſit non pura &c.

verbis contracta, aut in ſtipulationem transfuſa.

De Stipul. Aquiliana.

Non plus, ac debetur, [illegible]

VII. Forma in eo conſiſtit, ut fiat verbis ſolennibus, l. 1. C. h. t. v. gr. Debitore interrogante *Quod ego tibi promiſi, habesne acceptum? Accepta ſunt dicam: ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα?* Creditore reſpondente: *Habeo, Facio.* ἔχω

Forma.

ἔγγυ λαβὼν d. §. 1. l. 1. & l. 7. l. 8. §. 5 ff. h. t. modò uterque, licet per interpretem, linguam intelligat. Sed hodie ſolemnia hæc non amplius obſervari, dictum *præc. § 3 in fin.*

Differt à Solutione.

Differentia Specifica in eo eſt, quòd obligatio æque remittatur, quaſi ſolutio interveniſſet, cùm tamen imaginaria tantum ſit. *præc. §. 1.* Namque ad Solutionem requirit naturalis & actualis rei debitæ præſtatio quæ in Acceptilatione fingitur. Item differt ab Apocha, quâ Creditor debitum accepiſſe tantum fatetur ſupra *ad tit. de fide inſtr. §. 15.* Unde etiam

Apocha.

Apochæ exceptio N. N. P. intra 30 ſcil. dies, opponi poteſt. *l. 14. §. 2 & ſeqq.* ibi Sichard *C. de N. N. P.* poſt alios Dn. Frommann. *Diſſ. de Apoch. th. 45* Dn. Stryck. *d. l. §. 5.* add. ſupra *ad tit. de R. C. § . 65.* Acceptilatione autem omnimoda liberatio contingit, licet ſolutio facta non ſit. *l. 19. §. 1. ff. h. t.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.*

Finis & Effectus. Perimitur ipſo jure obligatio.

VIII. Finis & Effectus eſt, ut obligationem in perpetuum perimat, & liberatio ipſo Jure contingat *d. § 1. I. d. l. 3. C. h. t. l. 27. § . 6 ff. de pact. l. 73. ff. de ſolut.* Unde quoad hunc effectum ſolutioni comparatur, & imaginaria dicitur per *l. in præc. § 1.* Nam plerumque ſubeſt donatio, *l. 17 ff. de donat.* cum remiſſio ſit gratuita. Quandoque tamen etiam fit tranſigendi, *l. 2 ff l. 15 C. de tranſact.* dotis conſtituendæ, *l. 43 pr. ff. de jur. dot.* voluntatis defuncti adimplendæ cauſa, *l. 7 § 1 ff. de lib. leg.* & ut aliud nobis detur vel fiat. *l. 9 ff. de P. V.* Freyer. *n. 195.* Si unus ex correis credendi accepto ferat, vel uni correo debendi feratur, quis ſit effectus? dictum *præc. § 4 & 5* Et ſicut debitum principale extinguitur,

Cum acceſſ.

ita & Acceſſoria, fidejuſſores, pignora liberantur Zang. *n. 95.* Imo, ſi fidejuſſori acceptum feratur, Reo quoque, qui efficaciter fuit obligatus, liberatio contingit *l 16 § 1 ff. h. t.* Briſſon *p 70 & 71* Joh Voet. *n. 4 h. t.*

Dies & Conditio per accept. tolli poſſ.

IX. Accidentia quod attinet, Acceptilatio expreſsè nec ſub conditione, *l. 4 ff h t.* nec in diem fieri poteſt, *l. 5 ff. eod.* quia eſt actus legitimus. *l 77 ff. de R. J.* & Dn. Parens m. *D. de Volunt. th. 17 n. 3.* Quamvis autem talia expreſſe adjici nequeant, nonnunquam tamen acceptilatione tolli poſſunt, ob tacitam, quæ ineſt, conditionem, juxta *l 12. & l. 11 ff. h t præc § 6.* Nam ſæpe in Jure fit, ut, quæ expreſſe adjecta nocent, tacite, ſalvo negotio, adeſſe queant. *d. l 77.* add. *l. 195. ff eod.* Hodie tamen Acceptilationem, quæ fit ſub conditione, vel etiam per intermediam perſonam, efficacem putat Dn. Stryck. *d. l.* Dn. Voet *th. 6 inf.* quatenus ſc. ut utile pactum ſuſtinetur Cum inter pactum liberatorium & acceptilationem in foro non ſit diſcrimen cum Struv. *Exerc. 47 th. 40.* ibiq. Muller. Wiſſenb. Hahn Brunn. *ad l 8 ff h t. n 2* Ob dolum vero & immodicam Læſionem reſcindi acceptilationem, per *l. ult C. h t* explicat Cravett. *p. 3. conſ. 394.*

Mutilum noſtrum.

Quando reſcindatur.

Porro Modi oblig. toll. ſunt Mutuus

X. Porro ipſo jure tollitur obligatio Contrariâ mutuâ voluntate, ſive Mutuo Diſſenſu, de quo in *§. f. I. quib. mod. toll. obl.* & eſt modus, quo,

per

per contrariam Creditoris & Debitoris voluntatem, obligatio conſenſu contracta, ipſo jure, tollitur. *d. §. ſ. l. 3. l. 5. §. 1. ff. de reſc. vend.*

Diſſenſus quid?

C. Effic. eſt mutua cred. & deb. voluntas.

XI. C. Effic. eſt mutua & contraria voluntas Creditoris & Debitoris. Unius non ſufficit, cum contractus ex poſtfacto ſit neceſſitatis. *l. 5. C. de O. & A.* Quia alteri per obligationem jus eſt quæſitum, quod unius pœnitentia adimi nequit, Nec ex reſcripto Principis una pars ad contrariam voluntatem cogi poteſt, *l. 5. C. de reſc. vend.* etiamſi altera pars duplum offerat. *l. 6. C. d. t.*

Obj. Reſp.

Nec obſt. exemplum ſocietatis, quæ quidem unius contraria voluntate ſolvitur: non tamen obligatio ex ſocietate contracta; notanter autem dicitur in *d. l. 5.* quod renunciare ſemel conſtitutæ obligationi altero invito nemo poſſit: at Socius non obligatur, ut perpetuo maneat in ſocietate.

Limit.

Dantur tamen caſus, in quibus, invito altero, ab obligatione recedi poteſt, Sic in ſocietate ad tempus contracta Renunciatio, ex neceſſaria vel juſta cauſa, permittitur. *l. 14. & ſeqq. l. 65. §. 6. ff. pro ſoc. l. 14. C. de reſc. vend.* ſupra *ad d. t. §. 34.* Item in Mandato extinguitur obligatio Revocatione Mandantis, re adhuc integra, *§. 9. I. mand.* & Mandatarii Renunciatione, ſed tempeſtiva, *§. 11. l. 22. §. ſ. ff. eod.* niſi juſtæ ſubſint cauſæ, *l. 23. & ſeqq. ff. eod.* & ſupra *ad d. tit. mand. §. 18. & ſeq.* add. Berlich *p. 1. dec. 132.* Mevius, *p. 8. dec. 215.*

Obj. ſunt Oblig. conſenſu ſolo.

XII. Objectum ſunt Obligationes ſolo conſenſu contractæ. Quæ enim ita contractæ non ſunt, nec mutua voluntate diſſolvi queunt; juxta regulam: Nihil tam naturale, &c. *d. §. ſ. l. 80. ff. h. t. l. 35. ff. de R. J.* modo res adhuc ſit integra. *d. §. ſ. l. 7. §. 6. ff. de pact. d. l. 3. l. 5. §. 1. ff. de reſc. vend. l. 1. l. 2. C. quand. lic. ab empt. diſced.* Aut facta utrinque reſtitutione in priorem ſtatum reducta. *l. 58. in ſ. ff. de pact. d. l. 1.* Arrhæ autem datio, quia non tendit ad contractus impletionem, rem integram eſſe non impedit. *d. l. 2.* add. ſupra *ad tit. de reſc. vend. §. 61. & 65.*

Etiam naturales.

XIII. Sunt tamen adhuc aliæ quædam obligationes, quæ contraria nuda voluntate diſſolvuntur, & mutuo diſſenſu ipſo jure tolluntur; ut ſunt Obligationes naturales tantum, quia ſolo æquitatis vinculo nituntur. *l. 95. §. 4. ff. de ſolut.* Quædam Obligationes ex delicto venientes, ex. gr. actio injuriarum, *l. 17. §. 1. l. 27. §. 2. ff. de pact. l. 11. §. 1. l. 17. §. 6. ff. de injur.* furti, *d. l. 17. §. 1. l. 54. §. ſ. l. 56. §. 4. ff. de furt.* vid. ſupra *§. 50. de pact.*

Confuſio.

XIV. Confuſio etiam eſt modus, per quem obligatio, perinde ac per ſolutionem, extinguitur. *l. 21. §. 1. ff. de lib. leg. l. 5. C. de H. vel A. V.* In nativo ſuo ſenſu denotat conjunctionem corporum liquidorum. *§. 27. I. de R. D.* ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 18. & ſeqq.*

Quid ſit abſolute.

Abſolute conſiderata eſt actus, quo duo jura ſibi invicem relative oppoſita in unam eandemque perſonam concurrunt,

vel relative, conſiderata? — currunt, & per hoc ipſum ſe invicem tollunt. Relative vero tanquam modus jus ad rem ſive obligationum diſſolvendi, habito ſcilicet reſpectu ad effectum, eſt modus jus circa rem competens, propter alterius Juris relative priori oppoſiti advenientiam, & in idem ſubjectum concurrentiam, tollendi. B. Dn. Parens meus, *Diſp. de confuſ. th. 6.*

Quot modis fiat? 1. Si relatum & correlatum, i. e. jura cred. & deb. concurrunt. — XV. Contingit ergo (1.) Si relatum & correlatum concurrant; vel, ſi jura Creditoris & Debitoris in unam perſonam concidant, & quidem per ſucceſſionem tum univerſalem, tum particularem, v. gr. Si Creditor debitori, vel vice verſa ſuccedat. *l. 71. l. 75. l. 95. §. 2. ff. de ſolut. l. 58. pr. l. 59. pr. l. 60. in f. ff. ad SCtum Treb.* Sicut enim actio & paſſio in uno ſubjecto eodemque reſpectu ſubſiſtere nequeunt: Ita nemo ſui ipſius Creditor & Debitor eſſe poteſt. *l. 30. §. 2. ff. de …* *ff. de leg. 1.* Mantica, *de conj. ult. vol. l. 7. t. 2. n. 19.* Hinc, ſi heres fiduciarius, per fideicommiſſum rogatus ſit, reſtituere hereditatem deducta quarta Trebellianica, antequam voluntati teſtatoris ſatisfaciat, Debitori hereditario ſucceſſerit, ita confunditur obligatio, ut, licet poſtea hereditatem heredi fideicommiſſario reſtituerit, confuſa obligatio non redintegretur. *d. l. 60. ad SCtum Trebell.* Briſſon. *d. l. 2 tit. de confuſ. p. 109.* At ſi fiduciarius ſponte vel coactus adierit, & ſine detractione hereditatem reſtituerit, ex æquitate tamen actiones ſibi competentes per aditionem ipſo jure confuſas ſalvas retinet. *l. 2. §. 18. & 19. ff. de H. vel A. V.* ſupra *ad eund. tit. §. 12. & ſeq.* d. Diſp. *th. 11. & ſeqq.* Sic non obſt. *l. 4. l. 8. C. ad L. Falcid.* Nam ſi defunctus heredi fiduciario vel hereditatem alienam alii vendenti quod debuit, obligatio tamen quoad effectum reſtauratur, ac ſi confuſa non fuiſſet, quia ratio bonorum, quæ tempore aditionis fuerunt, habetur, ut nec plus, nec minus præſtetur, proinde quia credita & debita computatione, retentione, deductione & reparatione ita poſſit. *d. l. 2. §. 18.* d. Diſp. *th. 20.* Freyer. *de ſolut. c. 7. n. 7. n. 25.* & late Tanger. *de exc. p. 3. c. 9. num. 20. & ſeqq.* E contra, ſi dictus heres defuncto fuerit Debitor, ex paritate rationis, in alterius præjudicium, nec lucrum ſentire debet. *l. 27. §. 6. & 10. l. 11. §. 1. ff. ad SCtum Trebell.* Quomodo confuſio in aliis quoque ſuccedendi modis & ſingulis ſpeciebus Juris in re fiat, exemplificatur in d. Diſp. *th. 21. & ſeqq.* Notandum tamen hodie, propter Beneficium inventarii, ſalvas manere actiones inter defunctum & creditorem ſuccedentem, ita, ut hic æque ac reliqui Creditoribus ex maſſa hereditaria ſit ſatisfaciendum. E contra ſi Debitor ſucceſſerit, ejus debitum auget hereditatem. *l. f. §. 4. & ſeqq. C. de jure delib.* ſupra *ad eund. tit. §. 14. & 15.*

2. Si Obligat. in eandem perſonam concurrant. — XVI. (2.) Si Obligationes in eandem perſonam concurrant, intereſt, an concurſus fiat in una obligatione, cui utrumque jus, ſcil. Creditoris

alteri

activè, & Debitori paſſivè adhæret, & Creditor ſuccedat Debitori, Confuſio inducitur, & obligatio perimitur in principali, & acceſſorio. *l. 34. §. 8. l. 95. l. 91. §. 2. ff. de ſolut. l. 21. §. 3. l. 50. de fidejuſſ.* Sin ſuccedat Fidejuſſori, hic, non principalis liberatur, *d. l. 21. §. 2. d. l. 93. in f.* Si uni ex correis debendi, alter tamen manet obligatus. *l. 71. pr. ff. de fidejuſſ. l. f. ff. de duob. reis.* Briſſon. *d. l. 3. p. m. 112.* An vero Concurſus fiat in pluribus obligationibus in unam perſonam; & diſt. An ſint unius generis, & ambæ ſubſiſtunt: An diverſi: ſcilicet una principalis, altera acceſſoria, ut ſi acceſſoria & jus Creditoris, vel illa & principalis Debitoris obligatio concurrat, acceſſoria tollitur, & principalis manet, uti jam dictum, ſupra *ad tit. de fidejuſſ. §. 60.* Sed hæc intellig. Si ſucceſſor ſit ex aſſe: Namque exiſtentibus cohæredibus, actiones in ſingulis ultra eam portionem, qua unusquisque ſucceſſit, non confunduntur; ſed cohæredibus, & in cohæredes pro rata portione ſalvæ manent. *l. 50 ff. de fidej. l. 1. l. 6. C. de hered. act. l. 7. C. de N. G. l. 14. C. ad L. Falc. l. 7 C. de bon. auct. jud. l. 10. C. de R. V. l. f. C. de contr. jud. tut.* Limit. vid. in *l. 123. pr. ff. de leg. 1.* Plura de hac Confuſionis materia videri poſſunt in d. Diſput. *ad tit. 49. & §. 25. de correis debendi.* Si unius generis. Si diverſi.

XVII. Compenſatio prout eſt debiti & crediti inter ſe contributio ipſo jure mutuum debitum tollendi gratia facta, *l. 1. ff. l. 4. C. de compenſ. § 30. I. de act.* ita effectum veræ ſolutionis habet, & debita per eandem ipſo jure extinguuntur *d. l. 1. l. 4. l. 10. pr. l. 21. ff. l. 4. l. f. C. d. t. l. 4. ff. qui pot. in pign. l. 19. ff. de lib. cauſ.* late ſupra *ad tit. de Compenſ. § 25.* Compenſatio.

XVIII. Liberationis ſpecies porro eſt, & ipſo jure extinguitur obligatio, Interitu Rei in ſpecie debitæ, ſine mora, culpa & facto Debitoris. *l. 23. ff. de V. O.* Ex quo textu tria h. l. requiri apparet. (1.) Ut certa aliqua ſpecies debeatur, *d. l. & l. 33. ff. eod. l. 92 ff. de ſolut.* quia enim genus perire nequit, proinde ejus Debitor ſpeciei interitu non liberatur. *l. 11. C. ſi cert. pet. l. 1 § 4 ff. de O. & A. § 2. I. quib. mod. re contr.* Idem eſt in iis, quæ non in corpore, ſed in quantitate conſiſtunt. *l. 30. § 2 ff. ad L. Falcid.* Briſſon. *d. l. 3. p. m. 119.* ſupra *ad tit. de peric. & comm. rei vend. § 13.* (2.) Ut Debitoris mora non intervenerit, quæ omnino continuat obligationem. per *d. l. 23. l. 49 pr. l. 82. § 1. l. 85 § 7. l. 105 ff. eod.* (3.) Nec ipſius culpa vel factum; alias Debitor etiam ante moram non liberatur *d. l. 23. in fin. l. 91. pr. ff. eod. l. 36. ff. de rei vind.* niſi ex g. merentem juſta cauſa occiderit. *l. 96 ff. de V. O. l. 95. § 1 ff. de leg. 1. l. 95. pr. ff. de ſolut.* Aliam addit limitationem Briſſonius, ſi eo caſu interierit res, quo omnino inciſdiſſet, etſi res Creditori præſtita fuiſſet. *l. 15. § f. ff. de R. V. l. 14. § 1 ff. depoſ.* Briſſon *p. 120.* add. ſup. *ad tit. de peric. & comm. rei vend. § 2. 6 & ſeqq.* Huic ſpeciei periculum eſt, ſi res promiſſa, citra moram, culpam, factumve Debitoris, commercio ſubducatur. *l. 98. pr. ff.* Interitu rei debitæ. Req. 1. 2. 3. Exemptio à commercio.

de

de ſolut. l. 46. pr. ff. de furt. Si ſuperveniens caſus vim effectumque negotii pendentis tollat, aut etiam rem ipſam ſubtrahat, quemadmodum incipere non potuit re ita conſtituta, ita nec remanebit obligatio. *l. 71. pr. ff. de fidejuſſ.* Briſſon. *tr. de Exemptione à commercio.*

Concurſus duarum lucrat. cauſ.

XIX. Liberatio quoque ipſo jure fit Concurſu duarum lucrativarum cauſarum unius rei in unam perſonam; ut ſi ex. gr. Legatarius rem legatam ex donatione, aliave ſimili cauſa, conſecutus ſit, obligatio ad ejus æſtimationem petendam ceſſat. *§. 6. I. de leg. l. 108. §. 4. ff de leg. 1. l. 66. §. 1 ff. de leg. 2. l. 17. ff. de O. & A. l. 83. §. 6. ff. de V. O. l 61. ff. de ſolut.* Obligatio enim in eum devenit caſum, a quo incipere non potuit. *§. 10. I. de leg. §. 2. I. de inut. ſtip. §. 14. I. de act.* ſupra *ad tit. de leg. §. 29.* Bocer. *cl. 4. D. 19. th. 23.*

Decurſu temporis.
Capitis Diminutio.
Mors.

XX. Decurſu temporis. *l. 37. ff. de fidejuſſ. l. 3. C. de præſc. 30. vel 40. ann.* add. ſupra *ad tit. de div. temp. præſcr.* Maxima & Media Capitis Diminutione. *l. 1. pr. ff. de cap. minut.* & ſupra *ad eund. tit.* Interdum etiam ipſo jure extinguuntur Morte Debitoris regulariter omnes obligationes & actiones ex delicto venientes, niſi lis cum defuncto fuerit conteſtata; *§. 1. I. de perp. & temp. act. L. 1. §. 2. ff. de priv. del. l. 4. § 5. & 8 ſeqq. ff. de al. jud. mut. cauſ.* vel Creditoris, actiones ex injuria aliisque delictis privatis ad meram vindictam competentibus, niſi per L. C. in judicium deductæ ſint. *d. §. 1. l. 26. ff. de O. & A. l. 13. pr. l. 15. §. 4. l. 28. ff. de injur.* De quibus omnibus late *ſupra ad tit. de O. & A. §. 32. & ſeqq.*

Ceſſio.

Ceſſione non quidem obligatio expirat, ſed tamen transfertur. ſupra *ad tit. de ceſſ. bon. §. 19.* & *ad tit. de H. vel A. V. §. 32. & ſeqq.*

Contraria ſolutioni.

XXI. Ad Solutionem tamen partim differendam, partim impediendam, & ab obligationis nexu abſolvendam variæ dantur Exceptiones; ut ſunt Beneficii paragraphi de Indaganda Moratorii. *ad tit. de uſur. §. 32. & ſeqq.* Competentiæ. *ad tit. de re jud. §. 37.* Exceptio liberationis legatæ *ad tit. de lib. leg.* Pacti de non petendo. *ad tit. quib. mod. pign. ſolv. §. 6.* Briſſon. *d. tr. lib. 3.* & de his ſingulis vid. Freyer *de ſolut. cap. 9.*

TIT. V.
DE STIPULATIONIBUS PRÆTORIIS.

§. I.

Continentia. Stipulat. Prætoriæ quid ſint?

SUpra *ad tit. de V. O. §. 6.* dictum eſt, Stipulationes neceſſarias à Cauſa Efficiente dividi in Judiciales, Prætorias, & Communes. Hoc & ſeqq. titt. agitur de Prætoriis, & ſunt, quæ à mero Prætoris officio proficiſcuntur, *l. 5. pr. ff. de V. O. §. 2. I. de div. ſtip.* ex ejusque Edicto interponi jubentur, ac inde certam formam accipiunt. *l. 3. l. 4. l. 15. ff. de juriſdict.* Nam ſi

in

in iis quid addi, vel detrahi, vel immutari oportet. Vel, ſi in iisdem ambiguus ſermo acciderit: Prætoriæ eſt juriſdictionis, ex ejusque mente interpretatio tantum æſtimanda eſt, ne ſcil. beneficium ſuum alteri captioſum ſit. *l. 1. §. 9. & ult. l. 9. ff. h. t. l. 52. pr. ff. de V. O.*

II. A Fine divid. in tres ſpecies: Judiciales, Cautionales, & Communes. *l. 1. pr. ff. h. t.* Judicialis h. l. eſt, quæ propter Judicium interponitur; ſicque dicitur non à Judice; ſed à judicio. Nam Prætor cautionem, ob firmitatem futuri judicii, interponit. *d. l. 1. §. 1.* ubi duæ ejus ſpecies enumerantur; ut judicatum ſolvi, *l. 19. pr. ff. jud. ſolv.* & ex operis novi nunciatione. *l. 20. §. 9. l. 21. §. 2. ff. de N. O. N.* Joh. Voët. *n. 3. h. t.* Divid. in Judiciales.

III. Cautionalis quidem in genere ſui natura omnis eſt Stipulatio, ut quis hac interpoſita cautior & ſecurior ſit; *d. l. 1. §. 4.* ſed & h. l. & in ſpecie eſt, quæ inſtar actionis ſe habet, & ut ſit nova actio, intercedit. *d. l. 1. §. 2. l. 37. pr. ff. de O. & A. l. 10. §. 3. ff. de compenſ. l. 5. §. 2. ff. de V. O.* junct. *l. 57. §. 1. ff. de V. S.* Juxta Struvium eſt, quæ ipſam rem cautiorem reddit, & inſtar actionis ſe habet, quatenus nimirum à Magiſtratu quaſi per actionem impetratur, & veluti novum remedium ad veterem aliam actionem accedit. *S. J. C. Ex. 47. th. 98.* quamvis verba *d. l. 1. §. 2.* & nova actio aliquando negative accipiatur, etſi nulla alia præceſſerit *l. 92. l. 155. l. 162. pr. ff. de V. S.* veluti Damni infecti. *d. l. 37. l. 6. l. 13. l. 44. §. 2. ff. de damn. infect.* Legatorum nomine, ſi cui plus quam per L. Falc. licuerit, legatum ſit. *l. 1. & t. t. ff. ſi cui plus.* Cautio de collatione facienda. *l. 1. §. 9. ff. de collat.* Vel poſitive, veteri actione ex ipſo negotio præexiſtente, quæ per novationem evertitur. Sic quaſi novant actionem ex teſtamento Stipulatio legatorum; *l. 21. ff. de acceptil.* add. *l. 8. §. 1. l. 9. ff. de novat.* actionem tutelæ Cautio rem pupilli ſalv. fore. *l. 4. §. 1. & 6. l. 11. l. 12. ff. rem. pup. ſalv.* condictionem ante competentem cautio rem ratam haberi; *l. 10. l. 20. l. 25. in f. ff. rem. rat. hab.* item Stipulatio duplæ ob evictionem. *l. 4. pr. l. 11. §. 12. ff. de A. E. V. l. 31. §. 20. ff. de ædil. edict.* Cautio ſubſtituto facienda. *l. 8. pr. ff. h. t.* Cautio Ædilitia de rebus morboſis & vitioſis. *l. 28. l. 38. ff. de ædil. edict.* Cautio uſufructuaria. *t. t. ff. Uſufruct. quem. cav. &c.* Cautionales.

IV. Communes ſunt, quæ partim judicii firmandi cauſa, partim propter rem ipſam fiunt: ut ſunt ſtipulationes judicio ſiſtendi cauſa. *d. l. 1. §. 3. l. 3. ff. ſi quis in jus voc. non ier. l. 10. §. 2. l. 14. ff. ſi quis caut. in jud. ſiſt.* Joh. Voetius num. *4. h. t.* ſupra *ad d. tit.* Alio ergo ſenſu audiunt Communes in *l. 5. pr. ff. de V. O.* vid. Cujac. *ad d. l.* & ſupra *ad d. tit. de V. O. §. 6.* & communes.

Forma.
Si Satisdatio in ſpecie,
vel Cautio in genere exigatur.
quid hodie?

V. In hiſce Stipulationibus aliquid fieri convenit; *l. 6. ff. h. t.* & ſi ſatisdatio in ſpecie exigitur, uti generaliter hic loci. *l. 3. ff. eod.* & in quantitate incerta, regulariter requiruntur perſonæ, i. e. fidejuſſores. *l. 7. ff. d. t.* add. *l. 2. §. 2. ff. eod.* Nec ſufficiunt pignora, *d. l. 7.* ratio videatur ſupra *ad tit. qui ſatisd. cog. §. 9. & 12.* Mevius *p. 3. dec. 238.* Sin Prætor cautionem in genere exigat, vel de certa quantitate, tunc quoque pignora admittuntur, *l. 1. §. 9. ff. de collat. l. 2. §. 3. ff. quod legat.* Interdum nuda promiſſio ſufficit, ex. gr. in *l. 1. §. 6. 7. & 8. ff. h. t. l. 61. ff. de V. S.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.* Et hodie, niſi ſpecialis lex, vel conſuetudo loci, aut impoſſibilitas aliud poſtulet, rei potius, quam perſonis inſiſti, tradunt Groenew. *h. t.* Brunnem. *ad d. l. 7. num. 4.* Schilter. *ad ff. Ex. 48. §. 42.* Mev. *p. 2. dec. 256. p. 3. dec. 76. n. 1. p. 5. dec. 347. p. 8. dec. 353.* Stryck. *in uſu moderno h. t.* add. ſupra *ad d. tit. qui ſatisd. cog. §. 12. & ſ.* & *ad tit. de evict. §. 6.*

Finis. Effectus.
Si promiſſum quod intereſt.
An Cautio ſæpius interponenda?

VI. Finis & Effectus conſtat ex *d. l. 1. §. 4.* Et prætor. Stipul. continent aut rei reſtitutionem, aut incertam quantitatem. *l. 2. pr. ff. eod.* Si promiſſionem habent, quanti res eſt: vel quod intereſt: quia plerumque difficilis eſt probationis, & ad exiguam ſummam deducitur, Creditor certa ſumma ſibi poteſt conſulere *l. f. ff. h. t.* vel uſuris ordinariis. Joh. à Sande. *dec. Friſ. l. 3. t. 14. def. 3.* Carpzov. *J. F. p. 2. C. 30. def. 8.* Brunnem. ad *l. ult. ff. h. t.* Satisdatio vero durare debet. Ideo, ſi citra culpam creditoris cautum eſſe deſierit, v. g. ob ſecutam fidejuſſoris paupertatem, idque probetur, nova cautio interponitur. *l. 4. ff. h. t. l. 10. §. 1. ff. qui ſatisd. cog. l. 3. §. f. l. 4. ff. ut in poſſ. legat.* Mev. *p. 5. dec. 8. & 9.* ſupra *§. 10. qui ſatisd. cog.*

TIT. VI.

REM PUPILLI VEL ADOLESCENTIS SALVAM FORE.

Inſtit. *Lib. 1. Tit. 24.* Cod. *Lib. 5. Tit. 42.*

§. I.

Continuatio.
Species Prætor. Stip. eſt Satisdatio rem pup. ſalv. fore
quid ſit?

NUnc quædam Stipulationes Prætoriæ in ſpecie ſubjiciuntur. Quamvis de pluribus jam locis convenientibus ſit tractatum. Hoc tit. agitur de Satisdatione rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore: quæ eſt ſtipulatio, quâ Tutores vel Curatores cavent, rem pupilli vel minoris ſalvam fore, id eſt, ut non diminuatur; ſed quod ex tutela curave dare fieri oportet, præſtetur. *l. 4. §. 1. l. 11. ff. h. t. pr. I. de ſatisd.* Hacque cautione nondum præſtita, quæ à Tutore vel Curatore geſta ſunt, nullam firmitatem habent. *l. 3. C. de tut. vel cur. qui ſat. non ded.*

II.

II. Hancque præſtant Tutores, & pro iis negotia gerentes: *d. l. 4. §. 2. & 3.* item Curatores; *d. l. 4. §. 5.* etiamsi ad ſpecies dati. *l. 1. ff. eod.* De Jure quidem Civili non omnes indiſtinctè, quod tamen hodie per Ord. Imp. Polit. de anno 1548. & 1577. mutatum. Stryck *in uſ. mod. §. 2. h. t.* vid. ſupr. *ad tit. de adminiſtr. & peric. tut. §. 14.* cavent autem ſtipulanti Minori, ut & Pupillo ipſi, ſi præſens ſit, & fari queat, *l. 2. l. 6. ff. h. t.* licet non intelligat, quod agitur quia ipſius intereſt, *d. l. 6.* ſin abſit, aut fari non poſſit, pro ipſo ſervus pupillaris, perſona publica, aut quem prætor dabit, ſtipulatur, per quem Utilis actio ipſi acquiritur. *d. l. 2. d. l. 3. l. 4. pr. ff. eod.* Item, Prodigis, Furioſis, propter infirmitatem ætatis, & aliis Debitoribus. *d. l. 4. §. 5. l. 3. ff. eod. l. 19. §. 1. ff. de reb. auth. jud.* Hodie ex officio Magiſtratus. d. Rec. Imp. *tit. 32.* Subj. Act. Subj. Paſſ.

III. In hac ſtipulatione continetur omne, quod in tutelæ vel curatelæ judicium venit. *l. 1. l. 9. l. 11. ff. h. t. d. pr. I. de ſatisd.* Et ex mora Tutoris vel Curatoris fidejuſſores etiam fructuum & uſurarum ratione tenentur. *l. 10. ff. h. t.* Nam qui intervenerunt pro tutore, in omnem cauſam ſpopondiſſe videntur. add. *ad d. tit. de admin. tut. §. 25. & ad tit. de fidejuſſ. tut. §. 1.* Eaque cavetur pupillo, &c. non niſi per Satisdationem, i. e. datis fidejuſſoribus. *§. 1. I. d. t. l. 1. l. 4. §. 1. ff. h. t. l. 7. ff. de præt. ſtip.* junct. *l. 1. in f. ff. qui ſatisd. cog.* Moribus tamen hodiernis hoc mutatum eſſe Stryck. *in uſ. mod. §. 1. h. t.* vid. *ad tit. de admin. tut. §. 16.* Objectum. Forma.

IV. Committitur hæc ſtipulatio, ſi res non ſalva ſit, i. e. omne, quod etiam ex tutela curave dari vel fieri oportet, non præſtetur: ſicque pupillus, minor, &c. damnum quoddam ex adminiſtratione ſentiat. *d. l. 9. l. 10. l. 11.* Atque ex ea, finitâ (quovis modo) tutelâ, curave, demum agi poteſt; *l. 1. l. 4. §. 4. ff. h. t. l. 1. §. fin. l. 4. pr. l. 9. §. 2. & 4. ubi ratio ff. de tut. & rat. diſtr.* Sed in Protutore ſtatim, quamprimum res non ſalva eſſe cœpit. *d. l. 4. §. 4. ff. h. t.* Idem dicitur de Curatore; *d. l. 4. §. 4. & 7.* quod tamen non de generali: utpote contra eum æque finito demum officio agitur; ſupra *ad tit. de curat. §. 44.* ſed de ſpeciali actione accip. ſi nimirum, manente adminiſtratione contra eum de certa re, quæ ex rebus minoris ſalva eſſe deſiit: aut, actione N. G. agatur. *l. 26. ff. de adm. tut. l. 4. §. 3. l. 16. §. 1. ff. de tut. & rat. diſtr.* Hodie tamen ex d. Rec. Imp. ſingulis annis rationes eſſe reddendas, dictum ſupra *ad tit. de tut. & rat. diſtr. §. 19.* Stryck. *de act. for. inveſtig. ſect. 1. m. 9. §. 1. & 11.* Quando hæc cautio committatur?

V. Contra Tutorum Curatorumve Fidejuſſores, etiam tutelâ demum finitâ, agitur; & quidem licet plures fidejuſſores ab uno tutore Contra fidejuſſ. Si plures ſine benef. diviſionis.

 dati

dati fuerint, tamen non gaudent Diviſionis beneficio, ne una cauſa in plures & varias apud diverſos Judices diſtrahatur controverſias; *l. 5. ff. h. t.* add. *l. 6. ff. h. t.* add. *l. 6. l. 7. ff. de fidejuſſ. tut.* & ne pupilli vel minores litibus & ſumptibus vexentur. *l. 6. ff. de minor.* ſupra *ad tit. de fidejuſſ. tut. §. 3.* & *ad tit. de fidejuſſ. §. 46.* Actio autem, quæ exinde ipſo jure datur contra Tutores, Curatores, eorumque hæredes & fidejuſſores, eſt Actio ex ſtipulatu. *d. l. 4. §. 2. & 4. l. 3. l. 5. l. 6. ff. de fidejuſſ. tut.* Et ſi alius nomine pupilli ſtipulatus ſit, ipſi Actio utilis adquiritur, præc. *§. 2.* add. ſupra *ad tit. de fidejuſſ. & nom. tut.* Si verò Tutores & Curatores nihil geſſerint, cum gerere debuiſſent, nec ipſi, nec eorum fidejuſſores tenentur, ſed utili actione tutelæ conveniendi erunt, & compellendi ad adminiſtrationem, ut ad eam accedentes ſtipulatione quoque iſta poſſint teneri. *d. l. 4. §. 3. & 7.*

Effectus.

TIT. VII.

JUDICATUM SOLVI.

Inſtit. *Lib. 4. Tit. 11.* Cod. *Lib. 2. Tit. 57.*

§. I.

Cautio Judicatum ſolvi, quid?

CAutio Judicatum ſolvi fit, ut ſolveretur ſibi, quod fuiſſet judicatum, *pr. I. de ſatisd.* Eſtque Stipulatio prætoria, judicialis, *l. 1. §. 1. ff. de ſtip. præt.* quà Reus per Procuratorem comparens, *§. 4. I. de ſatisd. l. 61. ff. de procur.* vel abſentis Rei Defenſor, mandato deſtitutus, *§. 5. I. d. t. l. un. C. eod. l. 46. §. 2. ff. de procur.* cavet, judicatum iri ſolutum, *l. 9. ff. h. t.*

Cui præſtetur, & quomodo?

II. Præſtatur hæc Stipulatio Actori, etiam Procuratori, Tutori, Curatori, *l. 3. §. 1. ff. h. t.* in ipſo litis exordio: *d. l. un.* datis Fidejuſſoribus. *d. l. 5. §. f.* Si verò Reus principalis, (in judicio) Procuratoris perſonam ſtipulatione legitimet: aut (extra judicium) ſatisdationem pro eo unà cum mandato exponat, ipſe Procuratoris ſui, (utpote qui regulariter de judicato ſolvendo non cavet, *l. 10. ff. h. t.*) fidejuſſor exiſtit, ſupra *ad tit. de procur. §. 71.* & inſuper, ſub hypothecâ ſuarum rerum, pro ſe & hæredibus ſuis cavet. *d. l. §. f.* Attamen fidejuſſoribus datis promittere debet, ſe tempore ſententiæ recitandæ in judicium venturum, &c. *d. §. 4. in f.*

Habet tres clauſulas:

III. Hæc Stipulatio tres Clauſulas in unum collatas continet: (1.) De Re
1. Judicata, i. e. ſolutum iri, quantum Judex pronunciaverit. *l. 6. l. 9. l. 15. pr. ff. h. t.* Dummodo ſententia in rem judicatam tranſierit, *l. 1. ff. h. t.* ſupra *ad tit. de re jud. §. 25.* & quidem in cauſa principali; quia fidejuſſor de cæteris re-
2. gulariter non tenetur. ſupra *ad tit. de fidej. §. 24. & 29.* (2.) De Re Defendenda. *l. 5. §. f. l. 6. l. 13. pr. ff. h. t.* cui locus eſt, ſi boni viri arbitratu non

defen-

defendatur Reus; quo nomine Actor, quanti ipſius intereſt, exiget à Reo, ejusque fidejuſſore. *d. l. 5. §. ſ. d. l. 15.* Defendi autem non dicitur, quod in ſolidum non defenditur. *l. 17. ff. h. t. l. 21. ff. de damn. infect. l. 139. ff. de V. O.* (3.) 3.
De Dolo malo abſuturo. *l. 6. l. 19. ff. h. t.*

IV. Committitur hæc Stipulatio ob rem judicatam, ſcil. à Judice, cujus ſententiæ fidejuſſores ſe ſubdiderunt, *l. 5. l. 20. ff. h. t.* & poſt rem judicatam ſtatim dies cedit: ſed non venit; quia exactio in tempus reo principali condemnato indultum, (*vid.* ſupra *ad tit. de re jud. §. 30.*) differtur, *l. 2. ff. h. t. l. 29. ff. de re jud.* Reus enim cautionem judicatum ſolvi præſtitit. *d. l. 5. §. 6.* Et quia Fidejuſſor Novo Jure gaudet beneficio ordinis, *ad tit. de fidej. §. 30. & ſeq.* idem etiam ad hunc caſum extendit, cum aliis, Berlichius, quamvis diſſent. Mev. *p. 1. dec. 209. n. 4.* Hering. Boët. apud Brunnem. *ad l. 9. ff. h. t.* qui in toto omnino audiendum putat fidejuſſorem, modo media ſolutionis in bonis Debitoris oſtendat. vid. Joh. Voetius *n. 14. & 16. qui ſatisd. cog.* Sententia quantitatem ſtipulationis expeditam & certam reddit; *l. 9. ff. h. t.* quæ tempore ſtipulationis, & antequam committeretur fuit incerta. *l. 2. § 2. ff. de ſtip. præt.* Appellatione vero interpoſita, & Reo in hac ſecunda inſtantia condemnato ſtipulatio non committitur, quia certi Judicis mentio facta; niſi adjiciatur: Quive in ejus locum ſubſtitutus erit. *l. 5. pr. l. 20. ff. h. t.* add. *l. 76. ff. de judic. l. 15. C. de procur.*

V. Committitur ob rem non defenſam. Si ex eadem ſtipulatione ob rem non defenſam conventus litem ſit conteſtatus, tunc demum fidejuſſoribus dies cedit. *l. 15. pr. ff. h. t.* Quamdiu enim poteſt exiſtere, qui defendat, hæc ſtipul. non committitur. *l. 5. §. 4. ff. h. t.* Si autem cum uno ex pluribus fidejuſſoribus lis conteſtata, poteſt hic ipſe defenſionem ſuſcipere: *l. 5. §. 1. ff. eod.* vel reus principalis, *d. l. 5. §. ſ.* niſi fidejuſſor jam condemnatus fuerit. *d. l. 5. pr.* Sin lis, ad quam defenſio neceſſaria eſt, non duret, ſed mortua, vel quovis modo finita ſit, ſtipulatio ob hanc clauſulam evaneſcit. *l. 2. l. 15. pr. inſ. l. 15. ff. h. t.* add. ſupra *ad tit. de fidej. § 18. & 19.* Item notandum, quod ſemel tantum, & ex uno caſu ſtipulatio committi poſſit. Nam & in ejusdem perſona non poteſt committi ex duabus clauſulis, hac ſcil. & præcedenti; quia id, quod intereſt, non utrique ſed alteri tantum ſtipulationi inhæret. *l. 5. §. 2. l. 15. pr. l. ſ. ff. h. t.* add. *l. 57. ff. de R. I.*

VI. Tertia Clauſula, Dolum malum abeſſe, abfuturumque eſſe, ſemper committitur, & ad principium ſtipulationis, tempus præſens atque futurum refertur, *l. 19. pr. & §. 2. ff. h. t.* & ad id, quod intereſt, præſtandum obligat. *l. 19. ff. rem. rat. hab. l. 38. §. 13. ff. de V. O.*

Cautio ob rem judicatam.

Cautio ob rem non defenſam.

Cautio de Dolo.

Quomodo in Camera Imperiali caveatur?

VII. Jure Noviori, quando & quomodo vel Actor vel Reus cavere debeat, dictum eſt ſupra *ad tit. qui ſatisd. cog.* ubi *§. 23* quid obtineat in foro Saxon. & Wurt. De ſtylo Cameræ Imp. Actor & Reus ſemper per Procuratorem comparentes pro ſe & ſuis hæredibus cavent, quod velint omnia in judicio geſta rata habere, & procuratorem, præſertim ſadisdationibus judicio ſiſti & judicatum ſolvi ſublevare, ac indemnem præſtare, ſub hypotheca omnium bonorum, quatenus opus vid. Concept. *Cammerg. Ordn. p. 3. t. 14. in f.*

Si Actor extraneus?

Actor extraneus ſubditum Imperii in d. Camera conventurus Reo idoneam cautionem præſtare debet. Concept. *d. p. tit. 38. §. fin.* Sic d. 30. Jan. Ann. 1661. *in cauſa van Merode contra van Vercken* Cit. ad vid. ſe immitti & condemnari, judicatum fuit: *Iſt Klagern in Imperio Cautionem de judicio ſiſti & judicatum ſolvi in dieſer Sach zu leiſten,* &c. jung. Deckherr. *Vot Cam. Rel. 1.* Ad partes quippe Judicis pertinet, præſertim petente parte & exiſtente ratione probabili, ſecurum præſtare judicium, ne ſit eluſorium. Mev. *p. 1. dec. 177.* Böhmer. *n. 4. h. t.*

TIT. VIII.

RATAM REM HABERI, ET DE RATIHABITIONE.

§. I.

Cautio de rato. Ejus Synon.

RAtam rem haberi idem denotat ac comprobare agnoſcereque, quod geſtum eſt. *l. 12. §. 1. ff. h. t. l. 9. ff. de N. G. l. 33. §. 3. ff. de procur.* Hinc cautio rati, quæ in ll. vocatur Cautio de rato. *l. 39. §. 7. l. 40. §. 2. & 4. ff. de procur. l. 6. §. 3. ff. quod cuj. univ. nom. & paſſim h. t.* Cautio ratihabitionis. *l. 1. C. de procur.* De ratihabitione. *l. 4. ff. h. t.* Satisdatio vel Stipulatio de rato, ratam rem dominum habiturum. *l. 22. §. 3. ff. ſol. matr. l. 23. ff. de adm. tut. l. 1. l. 10. l. 12. §. 3. l. 21. & paſſim. ff. h. t.* Germ. *Genehmhaltung.*

Definitio.

Eſtque hæc Cautio ſtipulatio prætoria, *l. 1. §. 2. ff. de ſtip. præt.* interdum conventionalis, *l. 10. l. 11 ff. h. t.* qua procurator, vel alius, nomine abſentis, abſque mandato, vel abſque vero mandato agens cavet, actionis dominum, hæredemve ejus, omne, quod a ſe geſtum erit, ratum habiturum. *dd. ll. l. 12. §. 1. l. 18. ff. eod.* Herold. *de Ratificat. vel ratihab. cap. 7. n. 9.* D. Bardili *Diſp. de ratihabit.* Joh. Godofredi Meieri, *de jur. ratihabit. Schedion.*

Præſtatur à Procurat. Actoris, de cujus mandato dubitatur?

II. Hæc præſtatur, ut tutior ſit, qui cum alieno nomine contrahente agit. *l. 12. pr. ff. h. t.* Eamque promittit Procurator actoris, quoties incertum eſt, an ei negotium demandatum ſit; *l. 1. C. de procur. § 3. I. de ſatisd.* quia habet mandatum ex parte mancum: deque eo dubitatur, ideo cautione de rato confirmari debet. *l. 9. l. 13. §. 1. ff. h. t. l. 6. §. 3. ff. quod cujusc. univ. nom. l. f. §. 1.*

§ 3 *C. de adm tut.* Carpz. *J. F. p. 1. C. 1. def. 29. n. 6.* Berlich *p. 1. concl. 14. n. 5.* Si enim illud mandatum certum ſit, hæc ſatisdatio non exigitur, *d. l. 1. l. 21. ff. h. t.* nec ratihabitio quicquam operatur. *l. un. C. de ſatisd. l. 6. pr. ff. de cond. ind.* Idem eſt, ſi ſpecialiter mandatum & pro forma ſit neceſſarium. Carpzov. *l. 5. Reſp. 8. n. 12* Mev. *p. 7 dec. 76.* Econtra Procurator absque mandato comparens, nec probans: ſibi a domino litis hoc commiſſum eſſe, vid. *l. 65 ff. de procur.* à Judice ex officio repellitur, ſupra *ad tit. de procur. §. 27.* Hoc tamen limit. in Perſonis conjunctis, quæ, ſi volunt, pro litigantibus abſentibus, ſine mandato admittuntur, ſub cautione rati. *l. 35. pr. l. 40. §. ult. ff. l. 12. l. 21. C. de procur. Wurt. Landr. p. 1. tit. 16.* Quales ſint? vid. ſupra *ad tit. de procur. §. 20. & ſeqq.* & B. Dn. parens m. *Diſp. de Cautione Rati a Conjunctis præſtari ſolita th. 5. & ſeqq.* Rei vero procurator vel defenſor non hanc, ſed de judicato ſolvendo præſtat; *prec. tit. §. 1. l. 45. §. f. ff. de procur.* niſi in judicio reali. *l. 40. §. 2. ff d. t.* Adhuc alius caſus vid. in *l. 15. §. 1. l. 39. §. 5. 6. 7. l. 35. §. f. ff. eod.* Joh. Voetius *n. 2. h. t.* Et hodie Procurator indiſtincte ſub cautione admittitur. Roding. *Pand. Cam. l. 3. tit. 29. th. 3.* Blum. *P. C. tit. 70. §. 11.*

Sed perſonæ conjunctæ ſine mandato admittuntur.

Rei proc. cavet de judicato ſolvendo.

Limit.

III. Præſtatur tam in cauſis extrajudicialibus, *l. 10. l. 11. ff. h. t.* quam judicialibus: & quidem ante L. C. *l. 40. § 3. ff. de procur.* Cum enim præſtatio cautionis de rato ſit coadjumentum quoddam legitimationis in hoc quaſi procuratore, quemcunque actum, quem vult exercere in judicio, antecedere debet. *l. 24. C. d. t.* Berlich. *d. concl. num. 2. & ſeqq.* Attamen à Conjunctis, ut & Conſortibus litis poſt L. C. admittitur; quia Procurator poſt L. C. demum comparet. *l. 2. C. de conſort. ejusd. lit.* & late d. Diſp. *de caut. rati. th. 28. & ſeqq.* Herold. *d. tr. n. 92. & ſeqq.* In Cam. Imp. Procurator in ipſa ſtatim ſupplica pro proceſſibus obtinentis, ſi Procuratorio originali adhuc deſtituitur, de rato & mandato cavere debet: Concept. *p. 1. t. 30. §. 2.* quibus obtentis Mandatum in primo Reproductionis termino in cauſis S. Q. ſub præiudicio circumductionis: in cauſis Appell. maxime Fatalibus nondum lapſis, ſub præjudicio abſolutionis à Citatione produci debet, *Gem. Beſch. de anno 1659. d. 13. Dec. §. 2.* Sin Mandatum non ſit ſufficiens, quomodo ex parte tam Actoris, quam Rei hæc præſtatio fiat, ulterius vid. apud Blum. *proc. Cam. tit. 67. n. 58. & ſeqq. tit. 76. n. 42. & ſeqq.* Roding. *d. t. n. 38. 39.* Hæc cautio de J. C. præſtanda eſt datis fidejuſſoribus. *l. 4. l. 22. pr. §. 2. & ſeqq. ff. h. t. l. 40. §. 3. ff. l. 21. C. de procur.* junct. *l. 1. ff. qui ſatisd. cog.* Berlich. *n. 66.* Sed hodie etiam ſub obligatione bonorum fieri, dictum *ad tit. de procur. §. 18.* & de Jure Wurt. Judicis

Caut. rati præſtatur ante L. C.

Limit.

Quid de pr. Cam.

Quomodo

dicis arbitrio relinquitur. *d. tr. 14. §. Und ſeq.* add. d. Diſp. *th. 5.* Et fieri ſolet manu ſtipulata ad baculum judiciarium. *ad tit. de procur. §. 16.*

Committitur non facta ratihabitione, expreſſa, vel tacita.

IV. Committitur hæc ſtipulatio, quando dominus ejusve hæres à falſo vel quaſi procuratore geſtum ratum non habuit, *l. 3. §. 1. l. 8. §. 1. l. 18. l. 12. §. 6. ff. h. t.* i. e. non comprobaverit vel agnoverit, neque expreſſe, verbis ſcil. *l. 5 l. 12 §. 1 ff. h. t.* neque tacite, actum ſcil. qualemcunque in cauſa faciendo, ex quo ratihabitio colligenda, *d. l. 5. d. l. 12. §. 3.* Ratihabitio enim alia eſt Expreſſa, quæ verbis vel aliis ſignis; alia Tacita, quæ ex factis & actibus inducitur. Grot. *de J. B. & P. l. 3. c. 22. n. 5.* Tiraq. *de Conſtit. lim. 30. n. 12.* C. J. A. *h. t. th. 25.*

Si geſtum tantum pro parte ratum habuerit.

Sin dominus vel plures ipſius hæredes pro parte tantum ratum habuerint: pars obligationis erit conſumta, cujus interea ratihabitio retrotrahitur, niſi impedimentum intervenerit; Mev. *p. 4. dec. 377.* & ſtipulatio pro ea parte, qua ratum non habitum, committitur. *l. 17. l. 18. ff. h. t.* Sicut contra procuratorem condictio competeret, ſi quidem nulla de rato cautio fuiſſet præſtita, *l. ult. § 1. ff. h. t.*

Vel ex poſt factis.

Si vero dominus, quod primo ratum non habuit, poſtea mutata voluntate ratum habeat, ſummo quidem jure ſtipulatio eſt commiſſa, promiſſor tamen Exceptione doli mali tutus erit. *d. l. 12. §. 2.* Joh. Voet. *n. 5. h. t.* item in caſu *d. l. 8. §. 1. ff. eod.* ad ſupra *ad tit. de procur. §. 28.* Alias quidem nihil intereſt, quando dominus ratum habeat, modo ex eo tempore post aliquod tamen laxamentum, ex quo is certior factus eſſet, *d. l. 12. §. 2. l. 13. ff. de ſolut.* niſi dies à lege ſit præfinitus, *l. 24. pr. ff. h. t.* Unde ratihabitio poſt tempus facta nil operatur. Sand. *dec. Friſ. l. 3. t. 5. def. 1.* Carpzov. *1. C. 19. def. 6.*

Effectus.

V. Commiſſa ſtipulatione datur Actio ex ſtipulatu, tam contra perſonam quaſi procuratoris: quam contra ejus fidejuſſores, ſi qui intervenerint, ad conſequendum id, quod, ratihabitione non ſecuta, ſtipulatoris intereſt, illam fuiſſe ſecutam. *l. 15 pr. l. 19 ff. h. t.* Certo ergo adpareat, (1.) Dominum, cujus nomine quaſi procurator egit, geſtum non habere ratum, & quidem, juxta communem ſententiam, ob non adhibitam quaſi procuratoris diligentiam; ſi enim fecit, quod potuit, non tenetur. Brunn. *ad l. 19. ff. h. t. n. 1.* Berlich. *p. 2. dec. 230.* poſt alios, d. Diſp. *th. 40.* modo non alia mens probetur, v. gr. ſi animo expromittendi promiſerit. Mev. *p. 6. dec. 406.* (2.) Ut damnum ſtipulatori datum, aut lucrum ceſſans emerſerit. *d. l. 15.* Nec obſt. *l. 16. pr. ff. h. t.* ubi videtur dari hæc actio ſtipulatione nondum commiſſa ſed ſaltem ad hoc, ut eo citius de ratihabentis voluntate certior factus dignoſcere poſſit ſtipulator, utri, caventine, an ratihabenti indebitum ſit ſolutum, condicendum. *l. 22. pr. ff. h. t.* Datur etiam adverſus quaſi procuratoris ſucceſſores;

ſores; *l. 4. §. 1. ff. de V. O. l. 44. §. 6. ff fam. erc.* Si tamen unus ex iis in cauſa fuerit, quo minus ratum ſit habitum, is ſolus tenebitur. *dd. ll.* Ad quantitatem ſtipulatione expreſſam, vel, ſi de ea non convenit, quanti agentis exinde intereſt; *l. 2. l. 13. l. 19.* add. *l. 3. §. 1. l. 22. §. 3. ff. h. t.* C. J. A *h. t. th. 29.* Mev. *p. 4. dec. 365.* ita tamen, ut Dominus plus, quam quaſi procurator petiit, petere non valeat, *l. 4. ff. h. t.* ratione ſcil. actionis. Nam litis impendia computari quoque ſolent. *l. 8. §. 2. l. 22. pr. ff. eod.* Stryck. *in uſu moderno h. t.*

VI. Finitur præter modos, quos ex dictis colligere licet, Reſtitutione minoris in integrum. *l. 3. pr. ff. h. t.* Defecta vel Impedimento ſuperveniente ex parte ratum habentis. *l. 24. ff. h. t.* quo refertur, ſi de cætero res in eodem ſtatu non manſerit, ex. gr. ob ſupervenientiam liberorum. Herold. *d. cap. circa fin.* De Ratihabitione, præter ea, quæ diverſis locis jam tradita, plura vid. apud Herold. *d. tr.* Ziegler. & Bardili, *de Ratihab. ejusque effect.* Contraria.

LIBER XLVII.

§. I.

EXpeditis Judiciis Civilibus & Prætoriis ſequuntur Pœnalia, nomine Delictorum; quæ ex varia perſecutione varia habent nomina, & in IV. ſpecies dividuntur; ut ſunt: Privata Delicta, Extraordinaria Crimina, Populares Actiones, & Publica Judicia. Connexiones Libri XLVII. Judicia Civ. ſequuntur Pœnalia. Privata Delicta.

II. Primum agitur de Delictis privatis in genere Tit. 1. *De Privatis Delictis.* Suntque ratione dictandæ pœnæ vel Ordinaria; quadriga hujusmodi delictorum nominatur ex *l. 4. ff. de O. & A.* in *pr. J. de obl. quæ ex del.* ſcil. Furtum, Rapina, Damnum, Injuria, tanquam frequentiora. Oritur autem Privatum Criminale judicium ex Furto, de quo in genere agitur Tit. 2. *De Furtis.* 2. Tit. 1. Ordinaria.
Succedunt ſpeciales Furti actiones: Tit. 3. *De Tigno juncto.* Tit. 4. *Si is, qui* 3. 4.
teſtamento liber eſſe juſſus erit, poſt mortem Domini ante aditam hereditatem ſubripuiſſe
aut corrupiſſe quid dicatur. Tit. 5. *Furti adverſus Nautas, Caupones, Stabularios.* 5.
Tit. 6. *Si familia furtum feciſſe dicatur.* Tit. 7. *Arborum furtim cæſarum.* Ex 6. 7.
Rapina & Damno. Tit. 8. *Vi Bonorum Raptorum, & de Turba,* quo etiam per- 8.
tinet actio peculiaris in Tit. 9. *De Incendio, Ruina, Naufragio, rate, nave expu-* 9.
gnata. Ex Injuria. Tit. 10. *De Injuriis & Famoſis libellis.* 10.

III. Vel Extraordinaria, de quibus in genere Tit. 11. *De Extraordi-* vel Extraord. 11.

variis criminibus. Cujuſmodi variæ ſequuntur ſpecies, partim Religionem,
11. 12. partim Communem uſum ſpectantes, ut ſunt: Tit. 12. *De Sepulchro violato.*
13. 14. 15. Tit. 13. *De Concuſſione.* Tit. 14. *De Abigeis.* Tit. 15. *De Prævaricatione.*
16. 17. 18. Tit. 16. *De Receptatoribus.* Tit. 17. *De Furibus balneariis.* Tit. 18. *De Effractoribus & Expilatoribus.* Tit. 19. *Expilatæ hereditatis.* Tit. 20. *Stellionatus.*
19. 20.
21. 22. Tit. 21. *De Termino moto.* Tandem jungitur crimen Collegii illiciti. Tit. 22. *De Collegiis & Corporibus.*

Populares actiones, 23.

IV. Quaſi publica judicia ſunt Actiones Populares, quia cuivis de populo permittuntur. Tit. 23. *De Popularibus actionibus.*

TIT. I.

DE PRIVATIS DELICTIS.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 1. pr.* Cod. *Lib. 2. Tit. 35.* Extra *Lib. 5. Tit. 23.*

§. I.

Continuatio. Libri terribiles continent Criminalia. Delicti Etymol.

HIc Liber 47. cum ſequenti terribiles ab Imp. Juſtin. vocantur in *l. 2. §. 8. C. de V. I. E.* quoad Objectum, Formam & Effectum, quia ſcil. in illis de Delictis illorumque Pœnis agitur. J. O. Tabor, *Racem. Crimin. 1. th. 1.* Expeditis enim Judiciis Civilibus, nunc ſequuntur Criminalia, quæ in ſenſu lato de quibuscunque ſunt Delictis. *l. 1. pr. & §. 1. l. 5. pr. & §. 2. ff. de pœn.* Hic titulus inſcribitur De Privatis Delictis. Et Delictum derivatur à linquendo, quod norma recti relicta quis in enormitatem deflectat; unde delinquere vel deficere eſt præceptis legum non obtemperare. *l. 41. ff. de pœn.* J. O. Tab. *d. l. th. 5.* Hahn. *ad Weſ. h. t. N. 3.*

Homon.

Sumitur etiam pro genere generaliſſimo, & pro quovis maleficio, teſte Gl. in *l. 1. C. ſi adv. del.* Parik. *Litig. l. 1. cap. 14. num. 5.* Sed in ſenſu ſtricto & ſpeciali voc. Delicti denotat Privatum, ſeu noxam: Crimen vero publicum delictum, *l. 17. §. 18. ff. de edil. edict.* vel peccatum atrocius; *can. 1. diſt. 81.* Juriſconſulti tamen his vocibus interdum promiſcue utuntur. *§. 7. I. de obl. quæ ex del. l. 131. §. 1. ff. de V. S. l. 7. l. 19. C. de pœn. l. 1. C. ſi adv. delict. l. 16. ff. de dolo. l. 7. C. ad. L. Jul. de adult.*

Synon.

Sic etiam Delictum in Jure quandoque vocatur Maleficium, *pr. I. de obl. quæ ex del. pr. & §. 2. I. de obl. quæ qs. ex contr. l. f. ff. h. t. l. 4. ff. de O. & A. l. 51. §. 2. ff. ad Leg. Aquil. l. 31. ff. depoſ. l. 70. §. f. ff. de fidejuſſ.* Germ. *Malefiz-Sachen.* Bl. *in l. f. C. de crim. ſtellion.* Noxa. *d. l. 17. §. 18. l. 200. ff. de V. S.* Flagitium. *l. 123. ff. de V. O.* Facinus. *l. 20. ff. de O. & A.* Factum. *l. 25. §. 1. ff. d. t.* Crimen, ſupra *dd. ll.* Peccatum. *l. 52. pr. & §. 8. ff. de O. & A. d. l. 131. §. 1.*

Definitio.

Ex variis DDrum Definitionibus nobis placet; quod Delictum in genere acceptum, ſit factum illicitum, ſponte admiſ-

admiſſum, honeſtati & juri contrarium, eoque animadverſione dignum. J. O. Tabor. *d. l. th. 6.* B. Dn. Parens *Diſput. de del. priv. poſ. 1.*

II. Dicitur (1.) Factum, h. e. externus hominis actus, qui ad delictum requiritur per *l. 25. §. 1. & l. 52. ff. de O. & A.* Et continet tam Commiſſionem, quam Omiſſionem, *l. 121 ff. de R. I.* ſicque non factum, *l. 1. § 18 ff. de SCt. Silan. l. 45. pr. ff. ad L. Aq. l. 2. §. 1. ff. de nov. act. l. 2. l. 6. ff. de L. Pomp. de Parric. l. 9. §. 1. ff. ad L. Corn. de falſ. l. 6. §. 9. ff. de re mil. N. 115. c. 3 §. 8.* quod etiam lege coërcetur, ſi ex culpa vel dolo proficiſcatur. *dd. ll. l. 4. ff. de agn. & al. lib. ſeq. §. 6.* Alias enim non omne Omiſſionis peccatum punitur. *l. 15. §. 2. in f. ff. de uſufruct. l. 2. §. 5. ff. de aq. & aq. pluv. l. 91. pr. in f. ff. de V. O.* ſupra *ad tit. ad L. Aquil. §. 10. & ſeq.* Requit. factum. Quod auct. non factum.

III. Quoniam autem actio hominis extrinſecus ſe exerit, ideo ſola propoſitio vel actus animi internus excluditur ad Delictum in foro ſoli conſtituendum. *l. 1. §. 1. ff de furt. l. 18. ff. de pœn. l. 225. ff. de V. S.* Struv. *Exerc. 48. th. 4.* ibique Mullerus. Stryck. *in uſu moderno §. 4. h. t.* Sin actus ille internus ad externum quendam pervenerit; ſed nondum conſummatus atque perfectus fuerit, ſicque mentis agitatio cum approbatione ad effectum quendam ulteriorem producatur, tunc dicitur Conatus, qui eſt delictum imperfectum; & interdum etiam in levioribus delictis impunitus relinquitur, *l. 1. in f. ff. quod quisque jur. in alt. l. 3. ff. de his, qui not. in f. ubi per conſilium conatus intelligitur;* idem confirmatur per *l. 15. §. 10. ff de injur.* Aliud exemplum eſt in *l. 6 pr. l. 22. §. 4. ff. ad L. Corn. de falſ.* Interdum tamen coercetur, ne ex impunitate malum ſuboriatur exemplum, v. gr. ſi conſilium ad corrumpendum ſervum datum ſit: licet effectum nonniſi opinione pernicioſi ſuaſoris habuerit. *§. 8. I. de obl. quæ ex del. l. 20. C. de furt* junct. *l. 7. ff. de extr. ord. crim.* Si autem ſervus re ipſa corruptus fuiſſet, in duplum, quanti ea res eſt, in corruptorem judicium daretur. *L. 1. pr. l. 9. §. 2. ff. de ſerv. corrupt.* ſupra *ad d. t. §. 8.* & add. J. O. Tabor. *tr. de Conatu. c. 3. per tot.* bene DD. Harppr. *in Differ. Jur. Civil. & Marchic. Baden. p. 7. th. 62.* Dn. à Lyncker *Reſp. 127.* Conatus non punitur in levioribus. Limit.

IV. In gravioribus vero, e. gr. ſollicitatione alienarum nuptiarum, interpellatione vel perſuaſione de ſtupro: affectus regulariter ſemper punitur, ſed extra ordinem *l. 1. pr. & §. ſ. ff. de extr. ord. crim.* infra ad *d. t. §. 3.* Quamvis enim idem vitium morale ſit in conatu, ut dicunt Philoſophi, & actu externo: ſive ad effectum pervenerit, ſive externo impedimento injecto impeditus ſit; quia tamen attentans humanam ſocietatem & Rempublicam minus lædit, quam qui perfecit; ideoque ille mitius punitur, & DDres Sed in gravioribus, extra ordinem. Ratio.

Videndum in primis, an quis devenerit ad actum proximum, an remotum?

communiter tradunt: Conatum regulariter extraordinaria & arbitraria pœna eſſe coercendum. Sed in ea determinanda Judex reſpiciat, (1.) An quis devenerit ad actum proximum, an remotum à conſummatione delicti? Hoc caſu tanta correctione ac pœna opus non eſt; verum illo, quia major eſt malitia, ideo graviori, extraordinaria tamen, afficiatur pœna. *l. 21. §. 7. ff. de furt.* Conſtit. Criminal. Car. V. *art. 178.* Carpzov. *Prax. Crim. q. 2. num. 35. q. 17. num. 6. & 13. quæſt. 61. num. 3. & ſeqq. q. 71. num. 46. q. 88. n. 3. & 9. q. 91. num. 31.* Jul. Clar. *in pract. ad § fin. q. 92 circa fin.* Stryck. *in uſu moderno § 7. h. t.* Struv. *Exerc. 46 th. 5 & 6.* ibique Mullerus.

An pœnitentia, ante vel poſt delictum?

(2.) An Reus pœnitentia ductus, vel externe impeditus delictum non perfecerit? *c. 4. X. de bigam. non ordin. c. 6. § fin. X. de homicid.* Illo caſu in totum excuſatur, & nulla aut leviori correctione afficiendus erit. *l. 1. C. de Crim. ſtell.* Jul. Clarus, *d. l. q. 92. verſ. 21.* Sed delicto jam perpetrato pœnitens, verb. gr. ablatum ſpontaneè reſtituendo, vel Magiſtratui ultrò ſe offerendo: hac ſuâ pœnitentiâ haud innocens eſſe deſinit, *l. 17. §. 1 ff. de adil. edict. l. 1. §. 25. ff. de poſ. l. 65. ff. de furt. l. 19 ff. ad L. Corn. de falſ.* neque à facto excuſatur; Chriſtin. *V. 5 dec. 98. n. 3.* Mitius tamen punitur. *l. 13. §. 5 ff. de jure fiſc. l. un. C. de his, qui ſe def.* Modo ante incarcerationem & accuſationem confeſſus ſit. Clar. *d. quæſt. 60. num. 26.* Heig *p. 2. quæſt. 32. num. 33.* Carpzov. *d. tr. quæſt. 49. num. 77.* D. D. Harppr. *in Reſp. 94. n. 116. & 131. cum ſeqq.*

An externe impeditus ſit?

Sin invitus externo accidente prohibeatur, in d. Ord. Caroli V. diſponitur: *So ſich jemand einer Miſſethat mit etlichen* (vel potius *gefährlichen*, ſicque per errorem, ſicut & in Art. 28. legitur *etlichen*. J. O. Tabor. *d. tr. c. 4. th. 14 & 15.* Dn. Hert. *tract. de Sup. territ. th. 45 in f.*) *ſcheinlichen Wercken, &c. unterſtehet, und doch an Vollbringung derſelben Miſſethat durch andere mittel, wider ſeinen willen, verhindert wird, ſolcher böſer Will, daraus gefährliche Wercke folgen, iſt peinlich zu ſtraffen, aber in einem Fall herter, dann in dem andern; angeſehen Gelegenheit und Geſtalt der Sachen.* Struv. *Diſſ. de pœnitentia, cap. 25* J. O. Tab. *d. c. th. 25* Tiraq. *de pœn. temp. cauſ. 32* add. Joh. Heinrich Pottmus. *de pœna conatus.* Roſener. *de conatu puniendo* Engelbrecht. *Diſſ. de maleſic. [illegible].* Spitz. *Diſſ. de conat. penal.* Jacobus Brandmuller. *de conat. delict. atroc. [illegible].*

Interdum ordinaria.

V. A dicta tamen regula quædam crimina atrociora excipiuntur, in quibus etiam pœna delicti conſummati ordinaria ad Conatum ſancita eſt, quia in magnis criminibus non exitus, ſed voluntas inſpicitur. Jacobus de Belloviſ. *Pr. Cr. l. 3. c. 28. n. 10.* Sic (1.) Homicidium attentatum, Jure Civili ordinaria L. Corn. pœnâ coercetur; *L. 1. pr. ff. l. 7. C. ad L. Corn. de Sicar.* quod tamen moribus noſtris non obſervatur, niſi effectus ſecutus fuerit, poſt alios.

Carpz.

Carpz. *Pr. Crim. q. 2. n. 51. & 54.* (2.) Parricidium attentatum. *l. 1. pr. ff. ad L. Pomp. de parr. l. un. C. de his, qui par. vel lib. occid.* Sed nec hodie indifferenter obſervatur, Carpz. *d. tr. q. 17. per tot.* Gomez. *Var. Reſol. tom. 3. c. 3. n. 30.* (3.) Crimen perduellionis per *l. 5. pr.* ibi: *Eadem enim ſeveritate voluntatem ſceleris quâ effectum puniri jura voluerunt. C. ad L. Jul. Maj.* ubi tamen internus animi motus atque conſilium non ſufficiunt; ſed exterior quidam actus vel ſignum accedat, ex. gr. alios deſuper conſulendo. Stryck. *in uſu modern. § 6. h. t.* Hinc nimis rigida Bodino videtur ſententia Curiæ Pariſiorum capite damnantis Nobilem, qui ſodali Franciſcano religioſe confeſſus erat, ſe Franciſcum I. Regem occidere voluiſſe, nihil tamen auſum eſſe, & flagitioſæ voluntatis ſponte pœnitere. *de Rep. l. 4. c. 7. num. 469.* Dn. Parens. *Diſſ. de Volunt. th. 6. n. 8.* add. ſupra *ad tit. de Confeſſ. §. 10.* & infra *§. 16. ad L. Jul. majeſt.* & poſt alios, J. O. Tabor, *d. tr. c. 2. th. 9. & 10.* Ex dictam Juris Civilis diſpoſitionem obtinere, poſt alios docet Carpzov. *q. 41. num. 4. & 15.* & *q. 38. num. 28. & 29. ubi ex attentato crimine fractæ pacis publicæ prajud. firmat.* (4.) Aſſaſſinium, ſive homicidium, quod pecunia conductus promiſit. *c. 1. de homic. in 6.* cujus diſpoſitio etiam hodie obſervatur, teſte Carpzovio, *q. 19. num. 33.* & *J. F. p. 4. C. 6. def. ult. num. 4.* Damhud. *Pr. Crim. c. 85. num. 1.* Gilhauſ. *arb. crim. c. 6. part. 1. § 17.* Doloſa ſervi corruptio. *§. 8. I. de obl. quæ ex del. l. 20. C. de furt.* B. Parens, *D. de Aſſaſſin. th. 15. & 18.* Addunt quidam Hæreſin ſolo animo retentam; ſed vid. Ziegler. *ad Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 20. §. 39. verb. Quatenus res divinas.* Aliud eſt, ſi injungatur pœnitentia, vel ſatisfactio Canonica. Dn. Stryck. *de jure ſenſ. Diſſ. 10. c. 6. th. 18.* Tandem jungi poteſt, ſi lex vel ſtatutum loci expreſſe in Conatum ordinariam conſummati delicti pœnam ſanciverit. *l. 1. C. de Sicar. l. 8. C. de falſ. l. 5. C. de Ep. & Cler. l. 1. §. 1. ff. de calumn.* add. J. O. Tabor. *d. tr. c. 4. theſ. 25. & 26.* D. Harpprecht. *in Diſſer. Marb. Bodenſ. p. 7. th. 62.* Pro Regula tamen probe tenendum, quod conſcientiæ magis conſulat in mitiorem partem ſemper inclinans. Carpzov. *q. 17. n. 13.* & juxta Poetam:

Parricidio attentato. Non hodie. Crimine Perduellionis. Quo uſque? — Aſſaſſinio. — Monitum.

Aſperitas ſemper peccat, ſed gratia rarò:
Hic jus eſt, ubi jus quo moderetur erit.

VI. De Delicto (1.) dicitur, quòd ſit factum ſponte admiſſum, h. e. vel ex propoſito, aut dolo: *§. 18. I. de obl. quæ ex del. l. 11. §. 2. ff. de pœn. l. 7. ff. ad L. Corn. de Sicar.* vel ex impetu iræ: *d. l. 11. §. 2. l. 16. § 2. ff. eod.* vel culpa ex imprudentia, aut negligentia. *d. l. 16. §. 1. ff. ad Leg. Aq.* Hinc excluduntur facta quæ caſu fortuito eveniunt. *d. l. 11. §. 2. l. 1. l. 5. C. ad Leg. Cornel. de Sicar. L. 31. ff. ad Leg. Aquil.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.* add. ſupra *d. t. ad Leg. Aquil. §. 12. & ſeqq.* (3.) Admiſſum continet tàm Omiſſionem, quàm Commiſſionem;

Factum ſit ſponte. — non caſu, — admiſſum, Commiſſio

& Committendo. Quomodo?

l. 121. ff. de R. I. praec. §. 2. ſive fiat immediatè & per ſe, ſive mediatè mandando: *l. 11. §. 3. & 5. l. 17. §. 7. ff. de injur. l. 4. pr. l. 15. §. 1. ff. ad L. Corn. de ſic. l. 1. §. 12. ff. de vi & vi arm. l. 152. §. 1. l. 169. pr. ff. de R. I.* Struv. *Exerc. 48. th. 12.* ibique Mullerus. Stryck. *in Diſp. de mandato delinquendi.* conſentiendo. *d. l. 152. §. 2. l. 60. ff. eod.* permittendo, vel ſcienter non prohibendo: *l. 2. pr. & §. 1. l. 3. ff. de nox. act. l. 2. l. 6. ff. de L. Pomp. de parric. l. 9. §. 1. ff. de L. Corn. de falſ. l. 19. l. 60. l. 109. ff. de R. I.* auxilium quovis modo ferendo: *l. 54. §. 4. ff. l. 14. C. de furt. l. 9. §. 2. ff. ad L. Jul. de adult. l. un. §. 2. C. de rapt. virg.* malignum dando conſilium: *l. 36. pr. l. 52. pr. & §. 19. ff. de furt. l. 12. ff. ad L. Jul. de adult. l. 16. pr. ff. de poen. l. 53. §. 1. ff. de V. S.* laudando malitiam. *l. 1. §. 4. de ſerv. corrupt.* Theod. *Coll. Crim. D. 1. th. 26. 27.* Jac. de Bellovi*ſ. d. l. 3. c. 27. & 28.* Coccej. *Diſp. de ſocio crim. ſect. 1. §. 20.* Apud Moraliſtas his verbis ſolet exprimi: vid. J. O. Tab. *Rat. Crim. 4. th. 29.*

Juſſio, Conſilium, Conſenſus, Palpo. (*d. l. 1. §. 4.*) Recurſus, Participans, Mutus, Non Obſtans, Non Manifeſtans. (*l. 1. ff. de receptat.*)

Div. 1. in Del. Eccleſiaſtica.

VII. Delicta à Dd. variè divid. uti videre eſt apud Theod. *d. D. 1.* I. In Eccleſiaſtica, quorum cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ut ſunt Apoſtaſia, Hæreſis, Simonia, vid. *c. 3. X. de ord. cogn. c. 9. 13. X. de haeret.* Brunnem. *in Jur. Eccleſ. lib. 3. c. 1. §. 22. & 27.* Sed hodie apud Evangelicos ex Transactione Paſſav. & Pace Religioſa quomodo exerceatur, dictum ſupra *ad tit. de jurisd. §. 49.* Carpz. *d. tr. q. 110. num. 85. & ſeqq.*

Secularia,

Secularia, quorum cognitio ad Secularem Judicem ſpectat; ut Crimen læſæ Majeſtatis, Furtum, Rapinæ, &c. & continent vel Civilem tantum turpitudinem, vel etiam naturalem. J. O. Tabor. *d. l. th. 7.*

& Mixta.

& Mixta, in quorum cognitione uterque Judex concurrit; verb. gr. Adulterium, Inceſtus, &c. ſcil. forum Eccleſiaſticum ratione poenitentiæ & poenæ Eccleſiaſticæ: Seculare ratione poenæ ſecularis. Carpzov. *Jur. Conſ. l. 2. def. 1.* Theod. *d. D. 1. th. 19.*

2. In Nominata,

Subdiv.

II. In Nominata, quæ certam ſimplicemque agendi formam & poenam certam, eoque & nomen certum obtinent; qualia ſunt non tantum privata, ſed & publica delicta. Hæc ſubdiv. J. O. Tabor in Magis talia, ut ſunt ordinaria: & Minus talia, quò referuntur delicta extraordinaria *dict. l. theſ. 8.*

& innominata.

Et Innominata quæ ſunt facta media, quæ aliàs in delictum incidunt, cum ſc. lege prohibita inveniantur; ſic facta aliàs indifferentia; ſed dolo commiſſa delicti formam aſſumunt. J. O. Tab. *d. Rat. 1. th. 9. & 10.*

3. In Communia & Propria.

III. In Communia, & Propria, hæc tantum in certæ conditionis homines cadunt, ut Clericorum, Militaria, *l. 2. l. 3. ff. de re milit.*

VIII.

VIII. IV. In Vera, quæ ex electione ſeu proæreſi: ut furtum, rapina, damnum, injuria. *pr. I. de obl. quæ ex del.* add. *l. 15. §. 1 ff. de judic.* & Quaſi, quæ ex culpa, imprudentia ſcil. vel negligentia, committuntur. *pr. I. de obl. quæ quaſi ex del. l. 5. § ſ. l. 11. §. 9. ff. de pæn.* add. *l. 1.* ibi: *Vel ignorantia contrahuntur. ff. de LL. l. 4. §. 1.* ibi: *Per laſciviam ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 15. pr. ff. de L. Corn. de falſ. l. 38 §. 6. ff. ad L. Jul. de adult. l. 9 ff. de incend. ruin. naufr. l. 16. §. 10 ff. de publ. & vect.* Ubi tamen notandum, quod Damnum injuria datum, ad vera referatur delicta, ſive dolo ſive culpa tantum ſit datum, quia in illo principaliter reſpicitur ad damnum reſarciendum; cujus intuitu non refert dolo, an culpa datum ſit. Minus vero principaliter ad pœnam, & quidem mitiorem infligendam datur, vid. Struv. *Exerc. 48. th. 8.* In reliquis delictis ſecus eſt, in quibus omnibus dolus, h. e. malitioſum propoſitum requiritur. vid. ſupra *§. 5. ad L. Aquil.* 4. In Vera, & Quaſi.

IX. V. Vera Delicta ſunt vel Privata, vel Publica. Hæc ſunt, quibus Reſpubl. principaliter læditur, & propterea ſolenni lege publica notantur, poteſtate accuſandi regulariter cuivis de populo conceſſâ *§. 1. I. l. 1. l. 3. ff. de publ. jud. l. 30. pr. C. ad L. Jul. de Adult.* Joh. Voët. *num. 2. h. t.* De his agetur Libro ſequenti XLVIII. Privata Delicta, de quibus agitur hoc Libro, ſunt, quæ committuntur in privatam perſonam, nec LL. publicorum Judiciorum, & à quocunque de populo, ſed privata & civili actione, à læſo, ſeu ad quem res principaliter pertinet, vindicantur. B. Parens m. *Diſp. de Tranſact. adl. th. 27.* Sed multa obſtare videntur exempla publicorum judiciorum, quæ etiam in privatum committuntur; Sic adulterio alter conjugum læditur: verum, quando publicum dicitur delictum, non conſideratur ex læſione privati; ſed quatenus ſeminarium publicum violatur. Idem dicendum de reliquis, in quibus non privati, ſed publici intereſſe reſpectus habetur, vid. infra *tit. vi bon. rapt. §. 2.* Sicque diff. ratione Subjecti, quod in publ. cuilibet è populo jus perſequendi conceſſum. Rat. Objecti, quod in privatis læſio & intereſſe privatum: in publicis judiciis publicum eſt, & exemplum in cæteros. J. O. Tabor. *d. l. th. 12.* Hanc diviſ. quidam de Jure Can. ſublatam, nec hodie judicia privata dari putant. Sed hodienùm manet adhuc differentia, adeo, ut ex eodem delicto ad intereſſe privatum & pecuniarum, & publico judicio ad intereſſe publicum agi queat *cap. 1 de teſtib. in 6to.* Exempla vid. in *l. 23. §. 9. ff. ad L. Aquil. l. 2. § 1. ff. vi bon. rapt. l. 7. §. 1. ff. de injur. l. 15. ff. de accuſ.* Harpprecht. *ad pr. I. de publ. jud. num. 11.* Schilter. *ad ff. Ex. 49. th. 3.* Mev. *p. 4. dec. 245. n. 2.* B. Dn. Parens. m. *Diſp. de Agnat. th. 3.* Joh. Voet. *n. 3.* Stryck. *in uſ. mod. §. 1. h. t.*

5. Vera ſubdiv. in Publica, & privata.

Mixta Delicta diverſo reſpectu eſt publ. & priv.

Sed alibi differunt.

actio-

Priv. ſunt vel Ordinaria. X. Privata ſubdiv. in Ordinaria, quæ tribuunt ordinariam civilem actionem, læſo competentem, ad damnum reſarciendum, vel ad certam & determinatam pœnam ipſi præſtandam. *l. 7. §. 1. ff. de injur.* & vel Extraordinaria. Extraordinaria, quæ talem certam & determinatam pœnam non habent. *l. 11. ff. de extraord. crim.* Sed agitur extra ordinem ſive criminaliter. *l. ſ. ff. h. t. l. ſ. ff. de furt. l. ſ. ff. de injur.* Electa tamen actione criminali, Civilis, quatenus pœnalis eſt, tollitur. *l. 56. §. 1. ff. de furt. l. 6. ff. de injur.*

6. Aliæ Diviſiones. XI. VI. Diviſ. in Delicta, quæ committuntur vel Faciendo, vel
Omittendo, præc. *§. 2.* VII. In Notoria & Occulta. VIII. In Levia
7. 8. & Minora, *l. 9. §. 3. ff. de offic. proc. l. 44. ff. ad L. Aq.* & Gravia vel Majora & Atrocia, quæ vel ſuâ naturâ, vel ob concurrentes qualitates & circum-
9. ſtantias, de quibus *l. ff. de pœn.* talia evenuunt. *l. 3. §. 8. C. de V. I. E.* IX. In
Capitalia, quibus vel vita, vel libertas, vel civitas adimitur; & Non Capitalia. *l. 2. ff. de publ. jud. l. 6. §. 2. l. 28. pr. §. 1. ff. de pœn.* De his Diviſ. ſingulis latè vid. Theod. *d. D. 1.*

Cauſ. Effic. Eſt Legis Prohibitio & Notatio. XII. Cauſa Efficiens Delictorum in genere conſideratorum duplex eſt, quarum una latet in Llatore, altera in homine delinquente. Theod. *d. D. 1. th. 25.* Nam, ut Delictum dicatur, requiritur (1.) Legis prohibitio, in ordine ſcil. ad irrogandam pœnam legalem, unde in *l. 41. ff. de pœn.* delinquere dicitur, qui præceptis legis non obtemperat. Nonnum enim eſt, dari facta quædam ſua natura turpia & probroſa, quæ tamen, cum à LL. non notentur, nec jure coërceantur, ad Delicta non referuntur, verb. gr. in *l. 3. §. 1. ff. de concub. l. 14. §. 14. ff. de relig. l. 3. §. 4. ff. de ſep. viol. l. 12. ff. de uſufr. leg. 20. §. 3. ff. ſol. matrim. l. 39. ff. de furt.* Econtra quædam facta per ſe & ſuâ naturâ non ſunt probroſa, legis tamen notatione talia fiunt. *l. ſ. C. ſi adv. deliſt. l. 42. ff. de V. S.*

Facta media. Hinc veniunt Facta quædam Media, quæ certo demum tempore locoque in vitio reponuntur, ut ſaltare, &c. J. O. Tab. *th. 18.* Ut autem aliquid Delictum ſit in foro ſoli, legis prohibitio & notatio neceſſaria eſt.

& malitioſa delinq. voluntas. XIII. (2.) Req. Malitioſa Hominis delinquentis voluntas. *l. 53. pr. ff. de furt. l. 14. ff. l. 1. C. ad L. Corn. de Sicar.* add. Geneſ. *c. 6. v. 5. c. 8. v. 21.* Matth. *c. 15. v. 19.* Non nuda; præc. *§. 2.* ſed θέλημα θελητὸν, ſeu actus voluntatis imperatus, quatenus exterius profluit. Meiſner. *p. 1. phil. ſobr. diſp. 3. th. 3.* ut quis ſua voluntate pœnæ ſe obligaſſe videatur. Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 5. §. 2. l. 34. ff. de jure fiſc. l. ſ. C. ad L. Jul. Maj.* Struv. *Exerc. 48. th. 3.* ibique Muller. Stryck *in uſu mod. §. 3. & 9. & de J. S. diſſ. 10. c. 6. n. 41. & ſeqq.* Propterea dicitur, quod obligatio in delictis deſcendat ex conſenſu; ſicut etiam delicta contractus in jure quandoque vocantur; *l. 52. ff. de re jud. l. 15. l. 31. §. 5. ff. de donat.*

l. 20. ff. l. 10. C. de accuſ. ſed hæc impropriè intelligenda ſunt. Nam omnia delicta ur ius ſunt generis, & ex re tantum, i.e. ipſo maleficio, vel facto illicito naſcuntur; *pr. I. de oblig. quæ ex del. l. 4. ff. de O. & A.* obligatio vero inde proveniens æquitati & communi utilitati, quæ delicta punienda eſſe ſuadet, potius adſcribi debet. Frantz. *Ex. 12. q. 1. num. 23.* Ziegler. *ad Grot. l. 2. cap. 20. §. 29.* Sic in Delictis voluntas regulariter non ſumitur pro facto, ſed factum à voluntate profectum requiritur. d. Diſp. *de Volunt. th. 6. num. 8.* Quo ipſo excluduntur Facta Invita; ſic metu delinquens excuſatur in tantum. ſupra *ad tit. quod met. cauſ. §. 2.* Item per ignorantiam invincibilem. ſupra *ad tit. de jur. & fact. ign. §. 4. & ſeqq.* Struv. *Exerc. 48. th. 9.* ibique Mullerus. Exclud. facta Invita.

XIV. Subjectum ſunt perſonæ delinquentes. juxta *præc. §. 6.* quoniam Delicta hic conſiderantur, quatenus ex iis delinquentes obligantur ad pœnam vel rei alicujus præſtationem, & obligatio ex iis proveniens perſonis adhæret. Delinquere autem, & ex delicto obligari propterea que puniri poſſunt omnes homines delinquendi voluntate & facultate præditi: prout rationis uſu non deſtituti; ſed doli vel culpæ capaces eſſe debent. *§. 18. I. de obl. quæ ex del. l. 13. §. 1. ff. de dolo l. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil.* Sicque etiam Univerſitas delinquit, & omnes in delictum conſentientes vel ratihabentes tenentur. *L. 9. §. 1. ff. quod met. cauſ.* Auth. *Item nulla C. de Ep. & Cler.* ſupra *ad tit. de Mag. conv. §. 7.* De hac quæſt. vid. latè Beſold. *de lib. jur. l. 3. q. 26.* B. Dn. Parens. *Diſp. de Synd. th. 58. & ſeqq.* Poſſunt delinquere. Omnes doli capaces. Univerſitas.

XV. Differentia Sexus hic non attenditur, Maſculi ſint, vel Fœminæ. Nam & has ex delicto ad pœnam obligari, prob. *l. 7. §. 1. ff. de jurisd. l. 2. l. 9. pr. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. 28. & 32. ff. de SCt. Silan.* ſine Curatore Frommann. *de act. civ. & crim. in aliis exercit. th. 21.* Quamvis in pœnis determinandis aliquando ſexûs habeatur ratio, ita, ut fœminæ leviori pœna coërceantur. *l. 38. §. 1 & 2. l. 39. §. 4. ff. ad L. Jul. de adult.* Tiraq. *de pœn. temp. cauſ. 9.* Nec porrò refert, Sui, an Alieni juris ſint, ut Servi. *l. 14. ff. de O. & A. l. 12. §. 4. ff. de accuſ. l. 4. C. ad L. Jul. de vi publ.* Nec hodie Dominus ex delicto famuli tenetur. Carpzov. *Pr. Crim. q. 131. n. 4.* Niſi hic deliquerit in officio ſuo: aut extra illud, ſed Dominus conſenſerit; aut paſſus ſit, quod potuit prohibere; *L. 9. §. 1. ff. ad L. Corn. de falſ.* aliove modo ejus culpa acceſſerit. Plures limit. vid. apud H. Stamm. *de ſervo perſ. l. 2. c. 14. & 15.* Carpzov. *I. F. p. 4. C. 17. def. 13. 14.* Mev. *ad J. Lub. l. 3. t. 8. art. 1 num. 26. add. P. 7. dec. 258.* Filiifam. *d. l. 7. §. 1. & l. 9. ff. de Jurisd. §. ult. inſ. I l. 35. & ſeqq. ff. de noxal. act. l. 1.* Fœminæ. Sui & Alieni Juris. An Dominus ex delicto famuli teneatur?

§. 2 ff. de his, qui eff'ud. l 5. p ff. de O & A. D. Bardili *Exerc. 29. Concl. ſot. 9.* DD. Fromm. *cit. Diſſ. th. 23.* Nec propterea regulariter contra Patrem datur actio. vid. Deut. *c. 24. v. 16 l. 26. ff. l. 22. C. de pœn.* Enenck. *de priv. par. pr. 9. num. 2. & 18.* neque de peculio; *add. B. l. 58 ff. de R. I. l. 1. C. ne. fil. pro patre;* Carpzov. *d. q. n. 5. & 6.* niſi inde locupletior ſit factus. *l 3. §. 12. ff. de pecul. l. 9. ff. de cond. furt. l. 16 ff. de vi & vi arm.* item in caſu *l 37. ff. de judic.* & *d l. 3. C. §. 11.* add. ſupra *ad tit. ſi quadr. paup. §. 8. & §. 16. de pœn.* Nec tandem intereſt, cujuscunque ſit condicionis, ſtatûsve. In dignitate poſiti, vel plebeji. *l. 10. l. 16. §. 3. ff. de pœn.* Famoſi, vel integræ famæ homines. *l. 28. §. 5. ff. d. t.* Quamvis dictæ perſonæ non eadem pœnâ afficiendæ ſint. *Add. B.* Mutus & Surdus, modò rationis uſu non deſtituatur, & de delicto ejusque circumſtantiis teſtibus convictus ſit. Carpzov. *Pr. Crim. q 147. num. 13. & ſeqq.* Struv. *Exerc. 48. th. 11.* ibique Mullerus. Neque excludendus eſt Prodigus; *nam* comparatio cum furioſo in *l. 40 ff. de R. I.* & defectus voluntatis tantum concernit contractus, & bonorum adminiſtrationem; *l. 1 pr ff. de curat. fur. l. 12. in f.* ibi. *Quod ad bona ipſorum pertinet ff. de tut. & cur. dat.* quia autem rationis uſu non deſtituitur, ideo verè delinquere, & exinde rectè obligari poteſt. Carpzov. *d. tr. q. 118. num. 27. & ſeqq.* J. O. Tab. *Rat. 1. th. 20.* d. Diſp. *de Aſſeſſ. th. 22.*

Cujuscunque conditionis & ſtatûs. Mutus, & Surdus, Prodigus.

XVI. Cùm autem malitioſa hominis voluntas tanquam C. E. in delictis neceſſaria ſit, ſua ſponte fluit, uſu rationis deſtitutos nec delinquere, nec ex delictis obligari. vid. Ord. Crim. Car. V. *art. 179.* Proin Delicta non cadunt, (1.) In Animalia Bruta. *l. 1. §. 3. ff. ſi quadr. paup.* Quoties igitur occiduntur, ut juxta LL. Moſaicas, Gen. *c. 9. v. 5.* Exod. *cap. 21. v. 28.* & hodienum in omnium nefandiſſimo crimine Sodomiæ, Levit. *cap. 20. v. 15.* non formaliter puniuntur, ſed ut inſtrumenta perpetrati ſceleris tantum oculis hominum ſubducuntur, ut inquit Auguſtin. *in Lev. d. c. q. 74.* ne tali flagitio, contaminata indignam refricent facti memoriam. *c. 4. caus. 15. q. 1.* Carpzov. *Pr. Cr. q. 76. num. 31. & q. 131. n. 16.* Glœckner. *de delictis brutorum.* (2.) Homines voluntate aut poteſtate delinquendi deſtituti per ætatem ut Infantes, i. e. ſeptennio minores, *l. 18. pr. C. d. jur. delib.* qui non multum diſtant à furioſis, quia non intelligunt, quid agant. *§. 9. junct. §. 8. I. de inut. ſtip.* unde in *l. 9. in f. ff. de ſu'ur. libert.* in genere dicitur, *in parvulis nulla deprehenditur culpa.* Sic infantem, qui committit, quod aliàs per ſe & ſua natura delictum eſt, innocentia conſilii à pœna excuſat atque tuetur. *l. 12. ff. ad L. Corn. de ſicar.* & æquitatis imbecillitas. *l. 1. circa fin. C. de fals. mon.* Nam pro regula ponitur:

Non delinqu. Bruta,

Infantes,

ex. gr.

Infans

Infans neque relinquit, nec ex delicto obligatur, nec pœnam incurrit. *l. 111. pr. ff. de R. I.* Carpzov. *q. 143. n. 9. & ſeqq.* Quod prob. per inductionem; Infans quippe non obligatur ex L. Aquilia, *l. 5. §. 2. ff. ad L. Aq.* Furti, *l. 23. ff. de furt.* Injuriarum, *l. 3. §. 1 ff. de injur.* nec ex rapina. *l. 2. §. 19. ff. vi bon. rapt.* De Sepulchro violato, *l. 3. §. 1 ff. de ſep. viol.* ex Homicidio, *d. l. 12. ff. ad L. Corn. de Sicar.* Quæ tamen omnia de pœna judiciali & legali accipienda; quod autem propter facta illicita caſtigari queant, imo judex hoc mandare ſoleat, dubio caret, ac præjud. firmat Carpzov. *d. q. num. 20.* Stryck. *in uſu moderno §. 10. h. t.*

XVII. Idem procedit (3.) in Infantiæ proximis, qui ſimiliter incapaces doli audiunt. *ad l. 111. d. §. 9. I. de inut. ſtip.* Et quamvis infantia atque Pubertas in jure definita ſint, non tamen determinatur, qui Infantiæ vel Pubertati proximi. Illos dicit Gloſſa, ſi ſeptennium egreſſi adhuc conſiſtant intra annum decimum & dimidium, aut pupilla intra annum nonum & dimidium, *ad d. §. 9.* (quod tamen in Civilibus eſt intelligendum,) ſed judicis determinationi relinquitur, qui non tàm annos, quàm facti circumſtantias reſpicere debet, num inde malitia quædam adpareat. ſupra *ad tit. de Tutel. § 27.* D. Harpprecht. *C. 7. num. 312. & 314.* Nam Damhoud. conqueritur, Infantiam noſtræ ætatis priſca nequiorem, & vitiis magis deditam eſſe. *Prax. Rer. Crim. c. 84. num. 5.* Delinquens ergo infantiæ proximus legalem pœnam non incurrit; Bene tamen ſi pro pubertati proximo habeatur. Quia enim doli eſt capax, per conſeq. & delinquere poteſt. *d. l. 111. ff. de R. I. d. § 9.* v. gr. damnum dare, *l. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil.* furtum committere, *l. 23. ff. de furt.* injuriam facere, *l. 3. § 1. ff. de injur.* &c. Unde traditur regula ex *l. 7. C. de pœn.* Ætas delictum non reddit impunitum, modò non impediat rationis uſum.

Infantiæ proximi.

Quinam tales ſint, Judicis arbitrio relinquitur.

Limit.

Regula.

XVIII. Attamen Pubertati proximi, quia habent intellectum, ſed adhuc imperfectum, proin non tanta in illis eſt malitia ac in majoribus: hinc non ordinaria, ex gr. mortis, ſed extraordinaria & mitiori regulariter à Judice determinanda pœna afficiuntur, *l. 108. ff. de R. I* carceris, modò Relegationis. *c. 2. X. de del. puer.* Carpz. *d. q. 143. n. 35. & ſeqq.* Damhoud. *d. c. n. 3.* Stryck. *in uſ. mod. §. 11. h. t.* Interdum, ob delicti atrocitatem, ad fuſtigationem, aliamve pœnam corporis afflictivam deveniri poteſt. arg. Ord. Crim. *art. 164.* ſicuti in caſu ſtupri violenti à tali impubere commiſſi dictatum teſtatur Cpz. *d. q. n. 45.* Imò interdum ultimo ſupplicio plecti poſſe docet *d. art. 164.* ad quod tn. tarò deveniendum; *l. 23. §. 2. ff. edil. edict.* ſed (1.) Impubes proximè accedit ad pubertatem: (2.) Supina malitia ætatem ſupplens concurrat & correctior non

Pubertati proximi puniuntur, ſed extraordinarie.

Interdum fuſtigat.

Ultimo ſupplicio: ſed tum req.
1.
2.

3\. non ſperanda; (3.) Circumſtantiæ aggravantes concurrant, & crimen perpetratum ſit ex atrociſſimis. *l. 10. ff. d. SCto Silan.* Carpz. *d. q. n. 48. & ſeqq. n. 56. & 57. ubi varia præjud.* Diſp. *de Aſſaſ. th. 19.* Brunnem. C. *4. dec. 2.* Beſold *p. 2. conſ. 90.* Metzger *Conſ. Crim. 7.* D. Harpprecht. *C. 7. n. 315. cum ſeqq.* Inſignem caſum refert Wiguleius Hundt. *Deſcript. Nob. Bavar. p. 2. pag. 116.* add. Stryck. *in Diſſ. de pœnis impuberum* Schultz. *Diſſ. de Delictis puerorum.*

Puberes adhuc minores ordinaria.

XIX. Puberes adhuc Minores ex delicto obligari, nec à pœna ordinaria regulariter excuſari, dubio caret; *l. 9. §. 2. l. 37. §. 1. ff. de minor.* Carpz. *d. quæſt. n. 59. & ſeqq.* ut nec in integrum reſtitutione gaudeant. *d. l. 37. l. 1. l. 2. C. ſi adv. del.* Merend *l. 5. contr. 15.* Et quamvis in aliis negotiis ſexus differentia teneatur: Pubertas tamen in materia Criminum, & in dictando pœnam ordinariam, in fœminis æque ac in maſculis, anno decimo quarto expleto, æſtimatur. *c. 1. 2. de del. puer. d. art 164.* Carpz. *num. 56.* Stryck. *in uſu moderno §. 11.* Beyer *poſ. 18. h. t.* ſed Jure Wurt. ad annum decimum ſextum extenditur. *Land-Ord. tit. 97. §. 2.* Interdum tamen Miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam Minoribus imponendam Judicem perducere poteſt. *d. l. 37. §. 1.* Merend. *d. c. 15. & ſeqq.* Tiraq. *de pœn. temp. c. 7.* Sic mitigationem ſuadet, ſi delinquens nuper factus ſit pubes, aliove modo ſupinam malitiam purgaverit; præjudicia notat Carpzovius, *d. q. n. 80. & ſeqq. & quæſt. 144.* Stryck. *in uſu moderno §. 12. h. t.* idem trade de Senibus, repueraſcere ſol. incipientibus. Tiraq. *d. tr. cauſ. 8. n. 4. add.* Farin. *Pr. Crim. p. 5. q. 92. n. 25. & 26.* Brunnem. jungit limit. niſi pœna jure Divino certa poſita ſit. *ad. L. 1. C. ſi adv. delict. n. 10.*

Pubertas quo anno?

pœna ſæpe mitigatur.

Item in Senibus.

Non Furioſi,

XX. (4.) Non delinquere dicuntur per morbum Furioſi, Mente capti; nam quia intellectu ac προαιρέσει carent, *l. 40. ff. de R. I.* ipſiſque animus vel mens deeſt, *l. 2. ff. de procur.* ideo ex delictis non obligantur; *l. 5. §. 2. ff. ad L. Aq. l. 3. §. 1. ff. de injur.* ſed fati infelicitas illos excuſat. *l. 12. ff. ad L. Corn. de ſic.* & in *l. 14. ff. de off. præſ.* ſatis ipſo furore puniri dicuntur. D. Frommann. *Hypotyp. jur. furioſ. ſingular. pag. 60. & ſeqq.* Nec diſt. An habeant intervalla, nec ne? modo delictum in ipſo furore commiſſum ſit; tuncque habendum, ac ſi caſu aliquo, ſine facto perſonæ, accidiſſet, *l. ult. in f. ff. ad L. Aquil.* ut nec recedente furore ulla pœna affici queant; Menoch. *A. I. Q. l. 2. caſ. 325. n. 2. & 3.* Carpzov. *q. 145. per. tot.* ſed cuſtodiantur, ne quid pernicioſum amplius moliantur. *d. l. 14.* Delictum vero extra furorem commiſſum puniendum eſſe dubio caret. Non tamen in ipſo furore ſecuto, uti per *d. l. 14.* ſentit Damhoud. *d. c. n. 8.* ſed tempus intervalli expectandum eſt propter ſpem emendationis, & ut con-

Ampl.

Extra furorem delinq. quando puniendi?

conſulator animæ. Ita tenet praxis. Gail. *l. 2. O. 110. n. 22.* Theod. *d. tract. c. 10. th. 4. lit. h.* late Carpzov. *d. q. n. 22. & ſeqq.* Math. *de crim. in proleg. c. 2. n. 7.* Stryck. *in uſu moderno §. 13. & ſeqq. h. t.* Aliud eſt, ſi qui ſint Stupidi, vel perturbatæ mentis, vel Melancholici, qui delinquere poſſunt, mitiori tamen pœna afficiendi erunt. Carpzovius. *d. q. num. 53.* Heig. *p. 2. q. 38. ubi num. 48.* caſus ſingularis de matre infanticida. Stryck. *Diſſ. de melanchol.* D. D. Harpprecht *Reſp. 26. 50. & ſeqq. & Reſp. 27.* D. Ludovici *& Kreſſ. ad ordinat. Crim. art.* Wernher. *p. 6. vel. 4. Obſerv. 335. pag. 548. & ſeqq.* Furioſis aſſimilantur Muti & Surdi, rationis uſu deſtituti. *l. 65. §. 3. in f. ff. ad SCtum Trebell.* Aliud vero eſt, ſi intellectum habeant, & teſtibus de crimine plene convicti ſint, vel in ſcriptis confeſſionem propoſuerint. *l. 16. C. de pœn.* Farin. *Op. Crim. p. 5. q. 98. num. 159. & ſeqq.* Carpzov. *q. 147.* It. Dormientes. *Clem. un. de homicid. c. 3. §. f. x. de Baptism.* Jac. de Belloviſu, *d. tr. l. 1. c. 3. num. 14.* poſt Theod. Bocer. & I. O. Tab. *d. Rat. 1. th. 21.* Thomaſii *Diſp. de Jure circa ſomnum & ſomnium cap. 5. §. 15. & ſeqq.* ut ſi Noctambulus hominem occiderit, cujuſmodi varia exempla recenſet Damhood. *c. 84. num. 12.* ſed *num. 13.* talem ex culpa tunc demum teneri tradit, ſi ſciret, ſe in ſomnis alias ſolere perniciosum eſſe, nec curaret, ne tale quid fieri queat. Bart. in *l. 9. ff. de Leg. Pomp. de Parric.* Struv. *Exerc. 48. th. 10.* ibique Mullerus. Stryck. *in uſu moderno §. 18. h. t.* Stupidi. Melancholici. Muti, Surdi. *Lunat.* Dormientes. Noctambuli.

XXI. Porro excuſantur extremi Ebrii; *l. 11. §. 2. ff. de pœn.* nam ebrietas mentis inducit exilium vel alienationem. *c. 14. x. de vita & hon. cler. c. 5. diſt. 35.* Interim hi delinquentes, quia culpandi ſunt, ideo pœna non ordinaria; ſed quadam arbitraria afficiuntur. *l. 6. §. 7. ff. de pœn. c. 9. cauſ. 15. q. 1.* Damhoud. *d. c. n. 17. & ſeqq.* cum & Ebrietas pœnam mereatur. juxta R. I. *de anno 1512.* Ref. Pol. *de A. 1530.* R. I. *de anno 1548. de anno 1570. art. 46. & ſeqq.* Wirt. *Hofger. Ordn. p. 3. tit. 25. § ſ.* diſponitur: *Und ſolle dergeſtalt geſtrafft werden, daß männiglich verſtehen möge, daß die Trunckenheit nicht die vornehmſte Urſach der erkannten Straff geweſen.* Verum ab Ordinaria pœna non eximuntur, ſi ebrietas fuerit modica & levis: Brunnem. *c. 2. dec. 21.* vel ad malum patrandum captata, ut eo audaciores ad facinus fiant: Damhoud. *d. l. num. 16.* nec illos delicti commiſſi pœniteat. Theod. *D. 10. theſ. 4. lit. I.* aut Ebrioſi ſuam in ebrietate delinquendi conſuetudinem ſciverint. prout hæc ſingula, poſt alios docet & præjudicio firmat Carpz. *q. 146. n. 48. & ſeqq.* Farin. *q. 93.* Gail. *d. O. 110. num. 26.* Bocer. *cl. 4. D. 4. th. 22.* Wehner. *voc. Zutrincken.* ex Simlero refert, quod in quibusdam Helvetiæ partibus ebrius peccans non modo punitur carcere; ſed & vinum bibere per annum prohibeatur, poſtea vero homi- Ebrii extraordinarie puniuntur. *Limit.*

tis vinum redhibendi à tota communione concedi debeat. add. D. Harpprecht. *Reſp. 20. n. 60. & 77. cum ſeqq.* Stryck *in Uſu moderno §. 17. & h. t.* Brunn. *c. 8. dec. 21.* Bodinus *de eo, quod juſtum eſt circa ebrietatem Sitmon. Diſp. de jure pocul.*

Item Iræ. Quod de Ebriis, idem dicendum de Iracundiæ calore commodis delinquentibus. Ord. Carol. V. *artic. 137.* Modo ira ſit vel ex cauſa juſta, vel licet injuſta, adeo tamen vehemens ut delinquens in totum à mente alienatus fuerit, modo & durante ira delictum in continenti ſit commiſſum, poſteaque pœnitentiam habeat comitem. *l. 48. ff. de R. J.* Hi æque à pœna; ſed tantum ordinaria excuſantur. *l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult. l. 6. §. 7. ff. de re milit. l. 2. C. de R. C. l. 2. C. de abolit. c. 5. cauſ. 2. q. 3.* Damhoud. *c. 61. n. 23.* Nam ira ut comite, non ut duce uti debent, inquit Theod. *d. th. 4. lit. A. B.* Parens meus, *Diſp. de Ira. th. 40. & 41.* Gail. *l. 2. O. 108. n. 9.* Metzger. *Conſ. Crim. 8. num. 10.*

Limit. in homicidio. Sed ab hac mitigatione communiter excipitur homicidium, quod vix ſine iracundiæ calore committitur, & propterea pœna capitali nihilominus punitur prob. *l. 7. §. 5. ff. ad L. Jul. repet.* Carpzov. *Q. 6. & Q. 147. num. 47. & ſeqq.* Mev. *p. 3. dec. 358.* Brunnemann. *c. 4. dec. 45.*

Sublimit. Hæc tamen de ſola iræ injuſtæ exceptione intelligenda. Sin Ira fuerit juſta, ob factum occiſi injuſtum, quale plurimos homines ita commovere potuiſſet, facit ad pœnam mortis mitigandam, uti late explicatur d. Diſp. *de ira. th. 38. & ſeqq.* Brunnem. *cent. 4. dec. 45.* Stryck. *in uſu moderno §. 5. h. t.*

Objectum ſunt Res publ. & privatæ. Perſonæ etiam ratione deſtitutæ. XXII. Objectum ſunt Perſonæ & Res, circa quas delictum committitur. Res tam publicæ, quàm privatæ; peccando contra juſtitiam tam commutativam in bonis fortunæ & animi, quam diſtributivam. Perſonæ tam liberæ, quam ſerviles, & rationis uſu deſtitutæ, *l. 2. §. 1. & ſeqq. ff. h. t. l. 3. §. 2. l. 26. ff. de injur.* imo delinquitur in Defunctum: *l. 1. §. 4. & 6. ff. d. t. l. 1. pr. ff. de rel. & ſumpt. fun.* in Rempublicam, ut in delictis publicis. J. O. Tab. *th. 23.* Porro contra ſe ipſum, in delictis carnis, *αὐτοχειρία*, &c. Tandem in ordine ad DEUM, ut blaſphemia, hæreſi, perjurio, &c. add. Hahn. *ad W. h. t. N. 3. in med.*

Forma delicti. XXIII. Forma Delictorum in genere eſt (1.) Actus voluntarius, (2.) Juri & æquitati contrarius. præc. *§. 12. & 13.* Actus autem IV. perpetratur modis: Facto, Dicto, Scripto, & Conſilio. *l. 16. pr. de pœn.* prout late explicat J. O. Tab. *th. 28. & ſeqq.*

Finis. Finis pro diverſitate ſpecierum diverſus eſt, vel lucrum, vel vindicta, vel libido. *l. 1. pr. l. 39. ff. de furt. l. 16. §. 2. ff. de pœn.* Ideo delicto vacant ea, quæ fiunt defenſionis. *l. 4. pr. l. 5. pr. ff. ad L. Aquil.* vel emendationis gratia, *d. l. 16. §. 2. l. un. Codic. de emend. prop.* infra *tit. de injur. §. 3.*

XXIV.

XXIV. Ut autem factum aliquod pro delicto in foro ſoli habeatur, de eo conſtare, idque probari debet. Hoc quomodo fiat explicatur in *l. f. C. de probat.* Nemo enim ex ſuſpicionibus aliquem damnare debet: Sed probatio ſit plena, h. e. talis, quæ neceſſario concludit, ut inde ſententia ferri queat. *l. 5. pr. ff. l. 16. C. de pœn. d. l. f.* Gail. *l. 1. O. 101. num. 13. & de P. P. l. 1. c. 15. n. 7.* ſupra *ad tit. de probat. § 5.* Fitque vel directo, vel per indirectum. Probatio directa ac ſtricte ſic dicta eſt, quæ fit vel per Teſtes duos idoneos, i. e. omni exceptione majores. *d. l. f.* add. *l. 9. C. de teſtib.* & ſupra *ad eund. tit. § 2. & ſeqq.* Deuter. *c. 17. v. 6. & c. 19. v. 15.* Ord. Crim. *art. 66. & ſeq.* Farinac. *l. 2. q. 63. n. 4. & 20.* Carpzov. *q. 114. num. 20. & num. 30.* addit, quod etiam inhabiles, admittantur, ſi veritas aliter haberi nequeat, i. e. quia de natura delicti, vel ratione loci & temporis alii teſtes intervenire non potuerint. Maſcard. *de Prob. Concl. 1364. n. 9.* Farin. *n. 28.*

Forma probandi delictum, **directo, per teſtes idoneos,** **Quando admittantur inhabiles?**

XXV. Vel per inſtrumenta, ſed apertiſſima per *d. l. f. l. 2. C. quor. app. non recip. l. 15. C. de fid. inſtrum.* ubi fides inſtrumentorum eandem vim obtinere dicitur, quam habent depoſitiones teſtium; quamvis Dd. communiter diſſentiant, teſte Brunnem. *Proc. Inq. c. 8. n. 3. & ſeqq.* Nec obſt. *l. 3. § 3. ff. de teſtib.* quam Cujac. intelligi vult de teſtimoniis tralatitiis, vel populi dicteriis atque rumuſculis, in cauſis gravibus nil probantibus, *l. 12. § 1. C. de pœn.* & Pacius vult, ibi per teſtimonia non inſtrumenta denotari, ſed ſcriptas teſtium depoſitiones, quas in judicio proferre non debeat, qui teſtibus rem probare velit. ad *d. l. f. n. 7.* poſt Matth. *ad lib. ff. 48. t. 15. cap. 3.* J. O. Tab. *& Rac. 1. th. 57. & 60.* d. Diſp. *de priv. del. th. 7.* Wiſſemb. *p. 1. Diſſ. 45. th. 19.* Diſſ. Clar. *l. 5. ſent. § f. q. 50.* Quatenus vero & quando delictum per Inſtrumenta probari queat? alia eſt quæſtio, ubi ſemper termini habiles præſupponendi ſunt. Fitque non ſolum per ſcripturam delinquendo, ut in crimine perduellionis. *l. 1. § 1. ff. ad L. Jul. Maj.* falſi, *l. 6. pr. ff. l. 22. C. ad L. Corn. de falſ.* famoſi libelli, &c. ſed &, ſi quis ſcripto vel literis delictum perpetraſſe fateatur. *l. 2. Cod. quorum appel. l. 16. C. de pœn.* At omnium nobiliſſima eſt probatio, quæ fit per Confeſſionem Reorum. *l. un. C. de Confeſſ.* quæ prom in *dict. l. f.* præſupponitur, modo ſit certa, ſpecifica, iteratoque, ſi cauſa capitalis & ultimi ſupplicii ſit, de corpore delicti conſtet, propter *l. 1. § 27.* junct. *§ 17. ff. de quæſt.* add. ſupra *ad tit. de Confeſſ. § 21. & ſeqq.* Carpzov. *Pr. Crim. q. 126.*

Per Inſtrumenta, **Obj.** **Reſp.** **Quomodo & quando?** **Per Confeſſionem.**

XXVI. Per Indirectum Delicta probantur per Præſumptiones, Conjecturas, Indicia indubitata, & luce meridiana clariora. *d. l. f.* Sæpe enim agitur de fama & vita hominis, re pretioſiſſima & irrecuperabili. De iis

Per Indirectum.

agetur

agetur infra ad *tit. de Quæſt.* §. 12 & 51. & *ſupra §. 44. & 51. de probat.* & vid. late Carpzov. *quæſt. 120. & ſeqq.* Voet. *n. 18. de probat.* Joh. à Sande *in Dec. Friſic. lib. 5. tit. 9. Def. 15* D. Harppecht. *Reſp. 1. n. 189. cum ſeqq. & Reſp. 65. & Conſil. nov. 70. n. 39. & ſeqq.*

Effectus Primus eſt obligatio ad pœnam vel rem.

XXVII. Si autem de delicto commiſſo conſtet, ſequitur Effectus, qui eſt vel Primus, vel Ortus. ille eſt obligatio, qua delinquentes obligantur, vel ad pœnam, eamque civilem, vel criminalem *l. 5 ff. h. t. §. 10. l. de injur.* vel rem præſtandam: *l 4. l. 25. §. 1. ff. de O. & A. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil.* Hæcque obligatio ex delicto ſuos tenere debet authores, ut eorum ſint pœnæ, quorum ſunt peccata. *l. 1 pr. §. 2. ff. h. t. l. 26. ff. l. 22. C. de pœn. l. 6. §. 2. & 7. ff. de decur. l. 9. ff. de Senat. t. t. C. Ne fil. pro patre. Ne uxor. pro mar.* Deut. *c. 24. v. 16.* Ezech. *c. 18 v. 19. 20.* 2. Reg. *14. v. 6.* B. Parens *in. Delib. jur. ex l. ff. 48 th. 24.* ſupra *ad tit. de O. & A. §. 57.*

Si plures, an Beneſ. Diviſ. habeat locum?

Unde, ſi plures ex noxa ad intereſſe & rei reſtitutionem in ſolidum obligati ſint, ipſis Beneſ. Diviſ. non datur, ſed ſinguli in ſolidum conveniendi erunt: ita tamen, ut unius præſtatio reliquos liberet. *l. 1. §. 4. ff de eo, per quem fact. l. 14. §. 5. ff. quod met. cauſ.* Sed quoad pœnam, proprie non ſunt correi, verum quot delinquentes, tot ſunt delicta, obligationes, & pœnæ. *l. 7. §. 5. ff. de jurisdict. l. 11. §. 2 ff. ad L. Aquil. l. 2. ff. ne quis eum, qui in jus. l. 34. ff. de injur. Diſp. de Beneſ. diviſ. th. 22.*

II. Ortus ſunt Remedia Ordinaria.

XXVIII. Effectus ſunt Remedia privata, quibus delinquentes propter delictum admiſſum conveniri poſſunt. Suntque Ordinaria, vel Extraordinaria, & quidem ratione pœnæ. Illa ſunt Actiones, quibus jure ordinario rem vel pœnam jure conſtitutam perſequimur. Sic judicium ordinarium privatum eſt Furti, Rapinæ &c.

& Extraordinaria.

Hæc ſunt Actiones, quibus extra ordinem ad pœnam, vel fiſco applicandam, vel corpori infligendam agimus. De quibus *ad tit. de Extraord. Crim.* Ratione Accuſationis Ordinarium dicitur judicium, ubi civiliter agitur, vel pecuniariter. Extraordinarium vero, ubi criminaliter. *l. 5 ff. h. t. l. 5 ff. de furt.*

Quomodo hodie agatur?

§. 10. L l. 5. ff. de injur. Hahn. *ad W. h. t. N. 3. in f.* Moribus noſtris ex delictis privatis plerumque Fiſcus agit ad pœnas, ſicut in criminibus publicis: Privati verò ex delicto læſi ad proprium tantum damnum perſequendum actionem habent. Grœnew. *ad rubr. h. t.* Dn. Voet. *h. t. th. 5.* De Delationibus & Inquiſitionibus vid. infra *ad tit. de Accuſat.*

Quibus dentur.

XXIX. Hæ autem Actiones ex obligatione venientes ſua natura ſunt perſonales, nam delictum eſt modus obligandi. Dantur læſis, ut quorum intereſt, & regulariter eorum hæredibus. *§. 13. I. de obl. quæ ex del. l 1. §. de*

I. de perp. & temp. act. l. 1. §. 1 ff h. t. add. l. 49 § 4 l. 69 § 2 ff de leg. 2. Exceptis actionibus, quæ meram vindictam ſapiunt. *d. §. 1.* Competunt adverſus Delinquentes, ſecundum *præc. §. 6.* Non contra alios, neque regulariter contra hæredes. *d. §. 1 l. 1. pr. ff. h. t.* & per *LL. in præc. §. 28. cit.* Sicque Actiones ex delicto active quidem ſunt tranſitoriæ ad hæredes, non vero paſſive, Niſi lis cum defuncto conteſtata, & agatur civiliter, vel ex delicto defuncti aliquid ad hæredem pervenerit. Mev. *p. 5. dec. 39. & 192.* Vel de Jure Can. hæres damna per defunctum illata juxta facultates ſuas reſarciat, ut defunctus citius à peccato & pœnis liberetur, *c. 5. cauſ. 16. q. 5. c. 5. x. de rapt.* quo tamen jure in foro ſeculari non utimur, ſicut ipſi Ca oniſtæ fatentur. Fachin. *l. 9. contr. c. 5. num. 3.* Utut etiam dicta ratio Proteſtantes non relevet, de conſcientia nihilominus magis conſultum eſt, ut hæres damna à defuncto data quoad vires hæreditatis reſarciat, uti bene ſuadet Brunnem. *ad d. l. 1. ff. h. t. num. 7.* Dicta cum ſuis ampliat. & limitat. latius tradita ſunt ſupra *ad tit. de O. & A. §. 57. 58. & 59.* add. Hahn. *b. t. N. 4.* Diſp. *de Tranſit. act. th. 27 & ſeqq.* & maxime J.O.Tabor. *Rat. crim. 7. th. 23. & 24. pag. 570.* Conſ. Klock. *Tom. 4. Conſil. 47.*

Adverſus quos? An & quando contra hæredes? Conſilium Brunnem.

XXX. Hæ actiones dantur vel ad pœnam ſolam vel etiam ad rem perſequendam. Cum ex maleficiis actiones quoque rei perſecutoriæ oriantur. *§. 18. I. de act. l. 2 §. 3. ff. h. t.* Nec una alteram tollit, quia utraque ad diverſum tendit effectum: *l. 34. §. 2. ff. de O. & A. 54. §. 3 l. 14. C. de furt.* Licet Reus ad mortem condemnatus. Mynſ. C. *2. O. 29.* Gail. *de P. P. l. 2. c. 4. num. 7.* Cammerger. Ordn. *p. 2 t. 9. §. 1. verſ. So bald.* Idem obtinet, ſi plures actiones pœnales inter ſe ex diverſis factis concurrant, *l. 2. pr. §. 1. & 2. ff. h. t.* maxime, ſi diverſa habeant objecta. *d. l. 2. §. 5. & 6. l. 32. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 21. pr. ff. de furt. l. 60. ff. de O. & A. l. 130. ff. de R. I.* Brunnem. *de Cumulat. act. c. 4. ſect. 1. §. 20. & ſeqq.* Aliud eſt, ſi ex eadem cauſa veniant, & ad eundem tendant finem, ut ſi quis in diverſis territoriis cum ſua ancilla adulterium ſæpius commiſerit, non poteſt ab utroque Magiſtratu puniri. Carpz. *q. 62. n. 65.* J. O. Tab. *th. 76.* niſi leviter punitus antea Carpz. *in prax. crim. q. 54. n. 22. & q. 69. num. 4. p. 4. C. 48. Def. Fw. 9.* D. D. Harpprecht. *49. n. 65. & ſeqq.* Item ſi pœnæ non ſint compatibiles, verb. gr. laquei & exilii: Carpz. *q. 132. n. 14. & 21.* & J F. *p. 4. C. 32. def. 21.* Vel ſeverior præceſſerit, tunc abſorbebitur minor. *l. 32. §. 1. vers. ff ad L. Aq.* De his & aliis cog. jung. poſſ. ea, quæ ſupra *ad tit. de O. & A. §. 91. & ſeqq.* Hahn. *d. l. verb. Uno Libello.* & J. O. Tab. *th. 68. ad finem uſque.* (Tandem Not. quod in *d. l. 2. §. 5.* per verba *judicii accipiendi*, tempus delicti commiſſi vel obligationis natæ intelli-

Ad pœnam, vel rem. Una alteram non tollit. Amplia. Limit.

 intelli-

telligatur; Nunquam enim JCti tempus litis conteſtatæ tempus accipiendi, ſed accepti judicii appellare ſolent. Bachov. *ad Treutl. V. 1. Diſp. 22. th. 13. lit. G.* & *ad W. tit. de Cond. furt. lit. L.* Brunnem. *ad d. l. 2. §. 3. n. 10.*)

Contraria ſunt Mors delinq. XXXI. Delicta & exinde competentes actiones pœnales, regulariter tolluntur Morte delinquentis, *§. 1. I. de perp. & temp. act. l. 1. pr. ff. h. t. l. 31. l. 111. §. 1. ff. de R. I. l. 26. ff. de pœn. l. 6. ff. de publ. jud.* Carpz. *quæſt. 141. n. 1.* Seb. Medices. *tract. Mors omnia ſolvit. p. 2. concl. 32.* ubi variè limit. Transactione. Transactio. *l. 17. §. 1. l. 27. §. 2. ff. de pact. l. 54. §. f. l. 56. §. 4. ff. de furt.* Gail. *l. 2. O. 102. num. 17.* vid. ſupra *ad Tit. de Transact. §. 22. & 25. tit. de his, qui not. infam. §. 17.* add. Carpz. *quæſt. 149.* Præſcriptio. Præſcriptione, ſecundùm jam dicta *ad tit. de div. & temp. præſcript. §. 10. & ſeqq.* Carpzov. *d. q. 141. num. 6. & ſeqq.* Ita, ut, ſi perſecutio pœnarum privatis conſtituta ſemel amiſſa vel omiſſa fuerit, reſtitutio in integrum non concedatur; *l. 7. §. 1. ff. de injur.* neque minori. *l. 1. C. ſi adv. del. l. 37. §. 1. ff. de minor.* & ſupra *ad eund. tit. §. 29.* Item ignoſcitur ſervo ob parendi neceſſitatem, niſi atrocitas facinoris vel ſceleris concurrat. *l. 2. §. 1. ff. de nox. act. l. 11. §. 7. ff. quod vi aut clam. l. 15. §. 3. ff. de L. Corn. de falſ. l. 157. pr. ff. de R. I.* Mandatum Domini. Limit. Nam in facinoribus dicto Domini nemo ſine pœna audiens eſſe debet. *l. 21. ff. rer. amot. l. 20. ff. de O. & A.*

TIT. II.

DE FURTIS.

Inſtit. *Lib. 4. Tit. 1.* Cod. *Lib. 6. Tit. 2.* Nov. *134. c. 13.* Feud. *Lib. 2. Tit. 27. §. 1.* & *Tit. 53. §. 1.* Extra *Lib. 5. Tit. 18.*

§. I.

Continuatio. CONſideratis Delictis in genere eorumque natura, nunc veniamus ad ſpecies Delictorum privatorum. De quorum numero controvertunt Quot ſint Delict. priv. ordinar. ſpecies? Ddres. Nonnulli IV. Delicta Ordinaria privata taxativè & excluſivè inveniri, reliqua vero Extraordinaria eſſe docent; idque, quia Imp. IV. tantum ſpecies in Inſtit. explicat, ut Furtum, Rapinam, Damnum injuriâ datum, & injuriam. add. *pr. I. de obl. quæ ex del. l. 4. ff. de O. & A.* & hanc perfectam quadrigam obligationum ex maleficio vocant Cujac. *ad d. l. 4.* Hottom. Vinn. *ad d. pr.* Ludw. *ad J. D. 13. th. 1. lit. f.* Bocer. *Cl. 4. D. 1. th. 7.* addit quidem plura eſſe; ſed innominata. Verum, cum ordinaria delicta dicantur, quæ habent certam pœnam jure determinatam authori applicandam, dicendum, quod Imp. dd. IV. ſpecies in Inſt. explicaverit tanquam præcipuas, & ad exemplum tantum poſitas; Exempla autem regulam non reſtringunt. J. O. Tab. *Rat. Crim. 1. th. 17.* O. J. A. *ad tit. de priv. del. th. ult.* ubi ultra 30. ſpecies recenſentur. vid. *l. 7. pr. ff. de Jurisdict. l. 9. ff. de in jus voc. l. 3. §. 1. ff. ne quis eum. l. un. §. 4. ff. ſi quis*

jus

jus dic. l. 1. pr. de calumn. l. 13. ff. quod met. cauſ. l. 1. pr ff. de ſerv. corr. l. 1. pr. ff. de aleat. l. 3. §. 1. ff. ſi menſ. falſ. &c.

II. Inter Delicta Privata primo loco ponitur Furtum, quia ejus correctio eſt antiquiſſima, ſcil. ex Lege XII. Tabb. Cum reliqua delicta privata Edicto, vel Plebiſcito & L. Aquilia ſint reprehenſa. *§. 4. I. de nox. act.* Mev. *p. 4. dec. 205. n. 2.* Hoc tit. agitur de Furto, Cujus vocab. notationem explicat Labeo à furvo, i. e. nigro, quod clam & obſcure fiat, & plerumque nocte; Sabinus à fraude; ſed Paulus à Græco ſermone φωρας à ferendo & auferendo. *§. 2. I. de obl. quæ ex del. l. 1. pr. ff. h. t.* habito ſcil. reſpectu ad rem ipſam. *l. 52. §. 19. ff. eod.* Veteres per furem in bono ſenſu ferentem bajulum, vel ſervum notarunt; Sic Virg. *Eclog. 3. v. 16.* Furti.

Quid Domini faciant, audent cum talia Fures? Etymol.

Hoc vocabulum ſumitur vel metaphorice, & dicitur de omnibus, quæ clam vel occulte fiunt, ut ſtratagemata; it. omnis illicita uſurpatio rei alienæ: *c. 11. q. 2. cauſ. 32.* vel proprie, & tum formaliter denotat ipſum delictum: in quo ſenſu ut plurimum accipitur, materialiter vero rem ipſam furto ablatam ſignificat. *l. 3. pr. l. 4. ff. h. t.* Synonyma ſunt ſurripere, ſubtrahere, intercipere, intervertere, *paſſim h. t.* item amovere, *t. t. ff. rer. amot.* avertere, *l. 7. §. 3. ff. de tribut. act.* add. J. O. Tab. *Rat. 2. th. 4. & ſeqq.* Homon. Synon.

III. Furtum, pro ipſo delicto acceptum, aut conſideratur ut factum, ſive actus furandi, & tunc recte definitur per contrectationem. *l. 1. §. 1. ff. §. 1. I. h. t.* Vel, ut delictum obligationem & actionem producens, quæ ſignificatio hujus eſt loci, inque ea deſcrib. quod ſit delictum privatum, quo res aliena, invito Domino, lucri cauſa, fraudulenter contrectatur. *§. 6. I. d. t.* add. *d. l. 1. l. 46. § 7. ff. h. t.* d. Diſp. *de priv. del. poſ. 9.* J. O. Tab. *th. 8.* Dicitur Delictum Privatum, quod de Jur. Civ. omni caret dubio; ſed hodie inter crimina publica quoque referri tradit Brunnem. *proc. inq. c. 9. n. 86.* add. infra *ad tit. vi bon. rapt. §. 2.* quo res aliena; *d. §. 6.* quod tamen late hic accipitur, infra *ſeq. §. 20.* invito Domino, *d. §. 6. & ſeq. 7. I. l. 46. §. 7. l. 48. §. 2.* ibi: *Qui, voluntatem Domini habens, fur dici poteſt? ff. h. t.* lucri gratia, quæ verba ad finem reſpiciunt, *§. 1. I. h. t.* alioqui in aliud genus delicti cadit. verb. gr. *l. 39. l. 53. pr. ff. h. t.* add. *l. 27. §. 1. ff. ad L. Aq. l. 16. ff. de L. Corn. de falſ.* fraudulenter; nam ſine affectu vel dolo malo furtum non committitur; *§. 1. 7. & 18. I. l. 1. §. ſ. l. 30. §. 2. l. 53. pr. ff. h. t. §. 2. I. l. 37. pr. ff. de uſucap.* contrectatur. *l. 1. §. ſ. l. 67. pr. ff. h. t. l. 3. §. 18. ff. de A. vel A. P.* vid. late *ſeqq. §. 29.* Definitio. explicatur.

IV. Furtum varie in Jure, & à Dd. diſtinguitur. 1. Olim à Modo Inquiſitionis, Inſinuationis, Impeditæ inquiſitionis, & Denegatæ exhibitionis 1. Div. in Conceptum, &c.

 divide-

Modus antiq. inquirendi per lancem & licium.

dividebatur in Conceptum, Oblatum, Prohibitum, & non exhibitum; Quid ſint? & de Actionib. inde conſtitutis vid. §. 4. *I. h. t.* Modus inquirendi Veteribus uſitatus erat per lancem & licium, de quo Roſino probabilior videtur ſententia Revardi, ita: Furtum in alicujus ædes deportatum quærere volens accedebat nudus, licio vel cincticulo amictus, lancem ante oculos tenens, & petebat, ut liceret ipſi rem ablatam quærere, jurabatque Deos LL. cuſtodes, ſe reperiendi ſpe quærere; alter vero domum ſuam aperire, & in obſignatis atque non obſignatis locis liberam furti inquirendi poteſtatem facere cogebatur. Roſin. *Antiq. Rom. l. 8. c. 6. pag. 1294. D. & E.* Stryck. *in uſu moderno §. 24. h. t.* Verum d. Diviſio cum more iſto in deſuetudinem abiit, & ſucceſſit, ut teſtibus præſentibus furtum in aliena domo perquireretur. *d. §. 4.* quod, tanquam durum, etiam poſtea exolevit, ut hodie regulariter nemini liceat privata authoritate rem furto ablatam apud aliquem inquirere. Germ. *Die Hausſuchung iſt niemand nicht erlaubt* per rationes in *l. 18. ff. de in jus voc. l. 15. §. 5. l. 23. ff. de inj. l. 1. C. de abol. pup. praeſ. l. 2. pr. verſ. Quod autem tandiu tam. C. qu. & quib. quart. part. add. l. 176. pr. ff. de R. I.* Schoendew. Harppr. Vinn. *ad d. §. 4.* J. O. Tab. *Res. 3. th. 8.* Harſolt. *de action. p. 7. aſſ. 9. per tot.*

Inquiſitio quando hodie permiſſa.

V. Si vero plura adſint indicia certa vel probabilia, rem furtivam apud hunc vel illum eſſe: vel etiam, non prævus indiciis, publica utilitas *ſuadeat*, ut antea inquiratur, vel cauſa ſit publica, tunc non quidem *privata*, ſed publica Magiſtratus authoritate, per publicos miniſtros, & eum, cui furtum factum, fieri poteſt inquiſitio. *arg. l. 19. pr. ff. de off. praeſ. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil.* P. Theod. *in Coll. Crim. D. 2. th. 2. lit. A.* J. O. Tab. *d. th. 8.* Hancque ſententiam in praxi obtinere inſuper teſtantur Beſold. Wehner. *voc. Hausſuchung* Mev. *ad J. Lub. l. 4. tit. 1. art. 1. in f.* Harpprecht. *ad §. 4. I. h. t. num. 24.* Schilter. *ad ff. Ex. 11. §. 18.* d. Diſp. *de prov. del. poſ. 12.* Et Dominus aut inhabitator ædium inquiri non permittens pœnam incurreret. per *l. 3. ff. de fugit. add.* Leipold. *Diſſ. de perſcrutatione domeſtica. Hausſuchungs-Recht.* Frommann, *Diſput. de rei furt. inquiſ. & deprehenſ. th. 5. & 7.* Indiciis vero deficientibus res proclamari ſolet. vid. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 40.* Klein. *Diſſ. de demonſtrat. auth. in delict.*

Inventio non facit ſuſpectum.

VI. Si Res furtiva, quando de fure nondum conſtat, perquiſita apud aliquem inventa ſit, olim in eum Furti concepti actio conſtituta erat, ſed ab uſu receſſit. *d. §. 4. I. h. t.* Nec quidquam operatur, ſi is, apud quem deprehenſio facta, non ſit ſuſpectus, ſed bonæ exiſtimationis, & tanto minus, ſi & probatæ vitæ teſtimonio munitus ſit, cum Claro, Caroccio, Oldekopio, Dn. Frommanno, *d. Diſſ. th. 24.* Stryck. *in uſu moderno §. 25. h. t.* Ex æquitate tamen Autho-

Authorem indicare debet, *per l. 51. §. 1. ff. ad L. Aq. l. 3. §. 11. ff. ad exhib. l. 2. §. 5. ff. de aq. & aq. pluv.* At poſſeſſor rem ab ignoto accepiſſe aſſerens juranto dicat, ſe neſciviſſe, eam eſſe furtivam. *l. 5. C. h. t.* Ord. Crim. *art. 207.* Richt. *dec. 96. num. 19.* Carpz. *J. F. p. 1. C. 22. def. 7.* item *p. 4. C. 40. def. 8.* & *Pr. Crim. q. 87. num. 65.* Attamen poſſeſſor rei furtivæ quandoque in criminis ſuſpicionem incidit, eamque contrectaſſe præſumitur; *l. 1. C. h. t.* concurrentibus ſc. in id conjecturis. Authorem vero nominando & indicando ſe mox à ſuſpicione (non proin à reſtitutione) purgare poteſt, imo tenetur; *d. l. 5.* ibi Dd. & J.O. Tab. *Rat. 2. num. 51.* & *ad d. l. p. 303.* niſi in mercatu publico emerit, tunc enim individuum producere nequit. Brunnemann. *ad d. l. 5.* Quod ſi facere nolit, aut ignotum tranſeuntem, vel mortuum nominaverit, tunc ad torturam ſufficienter gravatus, juxta communem opinionem, habetur, præſertim, ſi ſit homo malæ fidei, & ſæpius emat res furtivas, Ord. Crim. *art. 43.* ibi Criminaliſtæ, & Dd. *ad d. l. 5.* Brunnem. *d. l. num. 4.* & *ad d. l. 1. n. 6.* Carpzov. *Pr. Cr. q. 123. num. 42.* poſt alios, B. Frommann. *d. l. th. 22.* Verùm hæc non ita de ſimplici accipienda ſunt; ſed alia indicia ſimul concurrant oportet, v. gr. ædium inhabitator homo ſit malæ famæ: pluries apud eum res furtivæ fuerint deprehenſæ: res illa non in parte domus, quam & alii domeſtici tranſire ſolent; ſed penes ipſum cuſtodita, vel in loco inſolito & ſecretiori inveniatur: rem illam penes ſe exſtere negaverit, donec perquiſita & reperta ſit: titulum emptionis ſimilemve, quo eam acquiſierit, nec in ſpecie nec in genere indicare queat: vel eandem clàm, aut nimis vili pretio emerit. Cujusmodi plura indicia tàm ab ipſa re furtiva, quàm ab Adjuncto, & ex Conſequentibus, vid. apud Menoch. *l. 5. praeſ. 29.* Richter. *d. dec.* Carpz. *q. 122. n. 30. & ſeqq.* J. O. Tab. *Rat. 3. th. 12. & ſeqq. & de actione injuriarum an competat.* vid. Muller. *ad Struv. Exerc. 48. th. 35. p. 831.*

VII. II. Ab eventu deprehenſionis in Manifeſtum, & Nec manifeſtum. *§. 3. I. l. 2. ff. h. t.* Illud eſt, in quo fur cum re furtiva, antequam ad eum locum, quo eà die permanere deſtinavit, pervenerit, deprehenſus eſt, *welcher auf friſcher That ergriffen. d. §. 3. I. l. 3. pr. & §. 2. l. 5. ff. eod.* Ord. Crim. *art. 157. & 158.* alias *in flagranti deliƈto*, in admiſſo. *l. 8. ff. de R. V. l. 29. pr. ff. ad L. Jul. de Adult.* Requir. ergo (1) ut ipſe fur ſit, qui cum re deprehenditur; *d. l. 3.* ideo qui conſilium & opem furtum facienti fert, *§. 11. I. l. 50. §. 1. ff. h. t.* quia ipſe non contrectat, fur quidem, ſed manifeſtus non eſt; *d. §. 11. l. 50. ff. eod.* niſi fuerit auxiliat[illegible] ita, ut bajulus ſciens rem furtivam ad perferendam acceperit, & eodem die, priusquam ad locum deſtinatum pertulerit, deprehenſus ſit. *l. 35. ff. d. t.* Nec refert, ſive in faciendo, ſivo

ſed Author indicari debet

Limit.

Interdum tortura locum habet.

ſcilicet, ſi concurrant indicia, v. gr.

2. Div. in Manifeſtum, quid?

Req. 1. ut.

ſive alibi extra locum furti deprehendatur. *d. §. 3. d. l. 3. §. 2.* Locus publicus ſit, num privatus. *l. 5. pr. ff. eod.* Item parvi refert ratione deprehendentis, an dominus rei, an alius, *d. l. 3. §. 1.* vicinus, an quilibet tranſiens apprehendat. *l. 7. §. 5. ff. d. t.* (2.) Cum re furtiva. *d. §. 3. l. 2. l. 3. pr. & §. 2. l. 5. l. 6. ff. eod.* Licèt, cum ad eum comprehendendum accurriſſet, abjecto furto effugerit. *d. l. 7. §. 2.* Aliud eſt, ſi fur in conclavi ante contrectationem deprehenſus; *l. 21. §. 7. ff. d. t.* aut furtum alibi jam occultaverit: *d. l. 7. §. 1.* vel jam vendiderit, & cum pretio deprehendatur. *l. 48. §. 5. ff. d. t.* Carpz. *P. I. p. 4. C. 91. def. 20.*

2. Rat. Obj.

3. Modi ſufficit acclamatio. VIII. (3.) Apprehenſio. *d. l. 3. pr. §. 2.* puta, ſi manuum injectione, vel quamprimum ſubripientem vidiſſet, vociferatione, vel accurſu, aut alio conatu deprehendendi animum executus. *d. l. 7. §. 1. & 2.* Ord. Crim. *art. 157* ibi: *Und er mit dem Diebſtahl beſchrieben, berüchtiget, oder betreten:* & *art. 158.* ibi: *So er betreten, oder ein Geſchrey oder Nacheyl machte.* Hahn. *h. t. N. 8.* Sola autem viſio non ſufficit, ut, ſi Dominus metu majoris mali ſe celaverit. *d. l. 7. §. 1.* Nec obſt. *d. §. 3. J.* ibi alternative dicitur *viſus vel deprehenſus*. Sed ex antecedentibus & ſequentibus apparet, quod ibi non agatur de modo deprehenſionis, ſed tantum de loco, qualis nempe requiratur, ut furtum dicatur manifeſtum, Imp. n. modum ſufficientem præſupponit, & intelligit viſionem metu vacuam, cum qua concurrit vel clamor, vel accurſus, vel alius deprehendendi externus conatus. Atque ſic, quod d. §. deeſt, ex aliis LL. eſt ſupplendum. J. O. Tabor. *Rat. 2. th. 17.* (4.) Fiat eo die, quo furtum commiſſum. *d. l. 4.* Nam ut manifeſtum dicatur, initium & origo inſpicitur *l. 6. l. 7. pr. ff. eod.* vel ut inflagranti & nondum pernoctato crimine deprehendatur. Oldenkop. *tr. 2. contra Carpzov. q. 9.* J. O. Tab. *d. l. th. 15.* (5.) Ut apprehenſus prius, quàm eo loci pervenerit, quo rem differre vel deponere deſtinaſſet *d. §. 3. J. l. 3. §. 5. l. 4. l. 5. ff. h. t.* *Ehe er mit dem Diebſtal an ſeine gewahrſam kommt.* Ord. Crim. *d. art. 157. & ſeqq.* Sed ſi pertulit, ſicque actus furti jam ſit perfectus, tametſi cum re furtiva deprehendatur, non eſt fur manifeſtus. *d. §. 3. l. d. l. 5. §. 1. l. 6. ff. eod.* Idem eſt, ſi conditio furis ante deprehenſionem mutata. *l. 7. pr. ff. d. t.*

non ſola viſio.

Obj.

Reſp.

4. Rat. Rom.

5.

Et nec Manifeſtum. IX. Nec Manifeſtum eſt, in quo fur prius, quàm cum re furtiva ad locum eo die deſtinatum pervenit, non eſt inclamatus, vel diffamatus, aut deprehenſus. *d. §. 3. inſ. l. 8. ff. h. t.* *Wann der Dieb mit ſolchem Diebſtal, ehe er damit in ſein gewarſam kommt, nicht beſchrieben, berüchtiget, oder betreten, iſt ein heimlicher Diebſtal.* Ord. Crim. *d. art. 157.* add. *prae. §. 7. num. 1.* Et fieri poteſt, ut unus idemque fur, reſpectu unius ejusdemque rei, manifeſtus ſit,

fit, & nec manifeſtus; in *l. 21.* add. *l. 55. §. 1. ff. h. t.* ut ſi quis ex capſula, 1000. ducatis repleta 100. aufert, & reverſus denuò 100. auferens deprehenditur. Hicq; ſimul de tota re, cujus partem abſtulit, totum tamen auferre potuerit, actione furti tenetur; *d. l. 21. pr. §. 5. & 9.* non Condictione, ut quæ de rebus non ablatis haud datur. *d. l. §. f.* Aliud eſt, ſi totum involucrum tollere non potuerit, tunc non de toto, ſed de ſingulis rebus ablatis tantum tenetur. *d. l. pr. & §. 8. c. 16. de pœnitentia. diſt. 1.* J. O. T. *d. l. th. 41.* d. Diſp. *de priv. del. poſ. 14.* Dn. Stryck. *de Jure ſenſ. D. 7. c. 5. §. 23.* Schöpffer. *n. 8. & 9. h. t.* Partem auferens an de toto teneatur? Diſt.

X. Quanta ratione pœnæ, inter utramque furti hujus ſpeciem in Jure Juſtinianeo ſit differentia, patet ex *§. 5. J. h. t. l. 18. 23. 25. & 26. J. de action.* Sed illam noſtris moribus exigui uſus eſſe, nec attendi poſt alios, ſentiunt Grœnew. *ad d. §. 5.* Mynſ. Schultz. *ad §. 5. J. eod.* Obrecht. *D 30. th. 17.* & de foro Saxon. Carpz. *Pr. Crim. q. 78. n. 8.* Verùm Ord. Crim. *art 157. 158. & 169.* ut Judices in pœna determinanda ad eam reſpicerent, expreſſè mandat, & ut Manifeſtum gravius punirent, diſertè præcipit, Huicque Conſtitutioni nulla contraria lata reperitur, ideò Carolinæ tamdiu tutiùs inhærendum, donec de contraria cujuſdam loci vel provinciæ conſuetudine appareat. Ludwell. *D. 15. th. 2. lit. L* Beſold. *del. jur. L. 47. q. 2.* Theod. *c. 2. aph. n. 2. 7.* J. O. Tab. *Rat. 2. th. 22. & 81.* & *ad d. art. 158. th. 12.* Brunnem. *ad d. l. 2. ff. h. t. num. 2.* Dn. Mencken. *Contr. jur. D. 17. th. 18.* d. Diſp. *de priv. del. poſ. 11. infra ſeq. §. 48. & 52.* An Hujus Div. hodiè ſit uſus?

XI. III. A Subjecto perpetrante in Domeſticum, quòd à perſonis domeſticis; & Extraneum, quod ab iis, qui nec domeſtici ſunt, nec conjuncti, eſt admiſſum. Illud ſubdiv. in Domeſticum in ſenſu ſtricto, quo ſe perſonæ conjunctæ, ut ſunt: Liberi, Parentes, Conjuges, cognatione ut & affinitate proxima juncti, contaminant. Et quamvis res ſubtracta à vitio immunis non ſit, furti tamen actio ceſſat in furtis domeſticis, aut ob aliam neceſſitudinem vel conjunctionem. *§. 12. I. l. 16. l. 17. pr. l. 52. §. 1. l. 89. ff. l. f. §. f. C h. t. l. 11. §. 1. de pæn. l. 1. l. 2 l. 3. ff. rer. amot. l. 2. l. 5. §. 1. ff. de obſ parent. & patr.* modo conjunctio adhuc duret. J. O. Tab. *ad l. 11. ff. h. t. Rat. pag 307.* Stryck. *Diſſ. de Jure domeſtic. cap fin. §. 1. & in uſu moderno §. 25. h. t.* Inque hujuſmodi perſonas ob furtum, licèt magnum ſit, non ordinaria; ſed arbitraria pœna ſtatuitur, per *dd. ll.* & Ord. Crim. *art. 165.* ubi Imp. pœnam remittit ad diſpoſitionem Juris communis & Prudentum cenſuras. J. O. Tab. *Rat. 2. th. 51.* Cz. *Pr. Crim. q. 82. n 39. & ſeqq.* Hahn. *h. t. N. 8. verb. Aliud domeſticum.* Beſold. *Delib. jur. lib. 47. q. 6. in f.* Fromman. *Diſſ. de Vit. furt. th. 10.* 3. In Domeſticum & Extraneum. In F. domeſtico ſtrictè dicto ceſſat actio furti. Ampliat. 1.

Aliis,

Ampliat. 2. Aliis, & ſi Dominus rei furtivæ perſonæ cognatæ aut conjunctæ parcere maluerit, nec Judex in delictis levioribus inquiſitionem inſtituere poterit: J.O.Tab. *ad d. artic. th.* 12. Carpz. *d. l. num.* 49. & Mercenariorum, quòd ſcilicet

F. Mercenariorum. à mercede conductis, ut ſervis, famulis, ancillis, aliisque mercenariis, item inquilinis perpetratur. (Veteres enim Mancipia mercedibus promerendis in dies menſes, annos locata Mercenarios indigitaſſe teſtatur Seneca, *l.* 7. *de benef. c.* 5. Sitzmann. *ad Salvian. l.* 6. *in f.*)

Non ordinaria punitur. Hocque mitius, quàm ordinarii pœnâ afficitur, per *l.* 17. *pr. l.* 89. *l. ſ. ff. h. t.* ſi parvum ſit; *d. l.* 11. *§.* 1. *ff. de pen.* quamvis ratio de ſervis ad mercenarios non uſurpanda. J.O.Tab. *ad l.* 89. *p.* 292.

nisi magnum ſit. Si tamen dictæ perſonæ furtum magnum commiſerint, moribus hodiernis etiam furti actio datur, & ordinaria pœna locum invenit; quin quo gravius propter fidem delictum, eò minùs mitiganda eſt pœna. poſt alios Harpprecht. *ad d. §.* 12. J.O. Tab. *Rat.* 2. *th.* 59. *&* 60. Carpz. *d. q. n.* 55. *& ſeqq.* J. F. *p.* 4. *C.* 38. *def.* 1. Berlich. *p.* 5. *concl.* 54. *n.* 5. Hahn *d. l.* Dn. Parens p. m. *Diſſ. de Diff. Jur. civ. & Elect. Sax. th.* 67. Stryck. *in uſu moderno §.* 15. *h. t.* Beyer. *in poſ. pag.* 599. *h. t.* D. Harpprecht *differ. Jur. Civil. & Marchic. Baden.* *p.* 7. *th.* 55.

Limit. Niſi Dominus ſalarium ſolvere recuſantibus aliquid ſubtrahant, tunc mitius puniuntur. arg. *l.* 46. *§.* 7. *ff. h. t.* Carpzovius Berlichius Hahnius *dd. ll.*

4. In magnum & parvum. XII. IV. Ab Objecti quantitate in Magnum, *ſecundum* Conſt. Car. quod 5. ſolidos vel aureos eorumve æſtimationem continet, vel excedit; & Parvum, quod eſt infra illam ſummam. *art.* 157. *&* 160. ibi: *So der Diebſtal groß, und fünff Gulden, oder darüber werth wäre.* Stryck. *§.* 8 *h. t.* Berlich. *p.* 5. *Concl.* 43. *n.* 119. *& ſeqq.* Et quamquam tempore, quò d. Ordinatio promulgata, ſcil. anno 1532. & 1533. in Comitiis Auguſt. & Ratisbon. vox *Gulden* ſimpliciter poſita tantum uſuales florenos, i. e. 60. crucigeros denotabat, ad contradiſtinctionem florenorum aureorum, Wehner. voc. *Goldgulden.* Mynſing. *C.* 1. *O.* 65. Wurmſ. *tit.* 50. *O.* 11. *num.* 6. item *in text.* 2. *F.* 27. *§.* 8. per ſolidum non aureus: ibi n. gladius ruſtici 20. ſolidis æſtimatur, ſicque

Solidus in hac materia intell. Aureus vel Ducatus. in ſenſu communi accipi videtur. Attamen, ſicut, teſte Beſoldo, *vor 2 und 300. Jahren ein Gulden ein Ducat geweſen,* cum & florenus ab aureo florentinæ Reip. nominetur. *th. pract. voc. Gulden.* add. ſupra *ad tit. de Donat. §.* 10. ita Moribus noſtris in hac materia & in odium pœnæ maximè capitalis juxta *l.* 9. *ff. de pen.* per florenum, *Gulden*, Aureus Hungaricus vel Ducatus intelligitur. Boer. *de furt. c.* 1. *num.* 52. Carpzov. *q.* 78. *num.* 26. & J. F. *p.* 4. *C.* 32. *def.* 1. Mevius *ad Jus Lub. l.* 4. *t.* 1. *art.* 4. *num.* 7. Harnold. *de J. & J. tom.* 6. *tr.* 2. *num.* 110.

Schne-

Schneidew. *ad §. ſ. I. b. t. num. 7.* J. O. T. *ad d. art. 157. th. 18. in f.* Claſen. *ad d. art. p. 591. & 593.* Stryck. *§. 6. h. t.* Joh. Schilter. *Exerc. 47. §. 11.* Hinc porrò licèt Ducatus in Rec. Imp. *de anno 1576.* tantum 104. Crucig. æſtimetur, & regulariter æſtimatio ſecundùm tempus conſtitutionis ſumatur; vid. *l. 52. §. 4. ff. de leg. 3. l. 7. §. 1. ff. de ſup. leg.* In pœna tamen furti non eo; ſed ad uſum hodiernum reſpicitur. Carpz. *d. q. num. 32.* item *d. C.* in Electoratu Sax. ad Magnum requiritur, ut dictam ſummam excedat. Carpz. *d. q. num. 13. & 106.* Sed in Duc. Sax. duplicare conſueverunt. Struv. *S. I. C. Ex. 48. th. 22.* Schilter. *ad ff. Ex. 49. §. 11.*

XIII. V. Ab Objecti Qualitate, in Furtum rerum Sacrarum, h. e. Sacrilegium; in Publicum, Peculatus, Reſiduum, & in Privatum. Sed hæc tantùm ſpecies huc pertinet, reliquæ referuntur ad Publica judicia. *§. 9. & 11. I. de publ. jud.* VI. Ab Adjuncto Temporis in Diurnum, quod interdiu; & Nocturnum, quod noctu perpetratur; *l. 4. §. 1. ff. ad L. Aq.* ideoque hoc gravius punitur. *l. 2. ff. de Effractor. l. 16. §. 5. ff. de pœn.* Bach. *d. D. th. 1. lit. B.* ubi hoc ſingulare occurrit, quod fur nocturnus in foro publico impunè poſſit occidi, modo fiat (1.) pro defenſione ſui corporis. *l. 9. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 5. pr. ff. ad L. Aq.* Ziegl. *ad Grot. L. 2. c. 1. §. 11. & 12. & c. 11. §. 2.* ibi: *Non quà furem, ſed ut ſicarium. & quatenus ob res defendendas in periculum corporis noſtri incidimus. ſicque furis oppoſitio præſupponitur.* (2.) Inclamando, auxilium ſcil. *d. l. 4.* (3.) Furem cognoſcere, aut (4.) capere non potuerit. *d. l.* Quæ ſi non concurrant, pœnæ extraordinariæ locus erit. Damhoud. *Prax. Crim. c. 71. num. 2.* Carpz. *q. 32. num. 37. & ſeqq.* Stryck. *in uſu mod. [ff. 22. h. t. & §. 18. ad L. Aquil.* Lynck. *Diſſ. de internec. furis tum diurni, tum nocturni.* Sed fur interdiarius extra Legis pœnam tùm demum occiditur, ſi telo i. e. inſtrumento, nocendi cauſa, ſe defendat, & alter cum clamore teſtificetur. *d. l. 4. §. 1. l. 54. §. 2. ff. h. t.* Loci, ut Furtum in navi, caupona vel ſtabulo commiſſum *ſeq. tit. 5.* Infortunii, ut Furtum tempore incendii, ruinæ, naufragii, &c. perpetratum. *ſeq. tit. 9.* vid. D. Harpprecht. *C. nov. 17. ubi de occupatione bellica.*

5. in Furt. rer. Sacrar. Publicum & Privatum.

6. In Diurnum & Nocturnum.

Ut fur noct. impune occidatur. req. 1. 2. 3. & 4.

Quando fur interdiarius?

XIV. VII. A Circumſtantiis in Simplex, *gemein, ſchlechter*, cum quo circumſtantiæ delictum aggravantes non concurrunt: & Qualificatum vel Periculoſum, *ein geflißener gefährlicher Diebſtal*, cum quo tales circumſtantiæ concurrunt, ex. grat. ſi furtum ſit commiſſum cum aſcenſione, effractione violenta atque ſeditioſa, ſcilicet cum armis. *§. 11. I. h. t.* Ord. Crim. *art. 159.* ubi particula disjunctiva *Aut* denotat, hæc tria ex

7. in Simplex & periculoſum. Ad hoc de praxi tria concurrant.

verbis & mente Imp. non copulative requiri, ita ut unum ex illis ſufficiat ad furtum periculoſum, ut ſi quis clave laconica ſive adulterina, *Dietrich, oder Diebs-Schlüſſel,* aperuerit. J. O. Tabor. *ad d. art. th. 18. & ſeqq.* d. Diſp. *de priv. del. poſ. 22.* D. D. Graſs. *in Diſſer. Reſ. ſ. Imper. ſect. 13. § 1.* Sed quoniam mitior atque benignior pœna, ipſo fatente Dn. Tabore, maxime hoc caſu prævalere debet, ideo de praxi obſervatur, ut aſcenſio, effractio & arma concurrant. Bocer. *d. l.* Harppr. *ad §. 5. I. d. t.* Carpz. *q. 79.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.* Sive fur horreum, ſtabulum aut tugurium effringat, pariete perfoſſo, aut ejectis feneſtris, vel tectum ſtramine ejus dejecerit, aut tegulas detexerit, nil refert; niſi aliud moribus ſit receptum. Claſen. *ad d. art.* J. O. Tab. *d. l. th. 19.*

8. In Primum & reiteratum. XV. VII. In Primum & Reiteratum. Cujus Diviſionis maximus eſt uſus, cum hoc delictum atque pœnam aggravet, & fur pro famoſo, *verleumbder Dieb,* habeatur. Ord. Crim. *art. 160. 161. & 162.* ibi J. O. Tab. add. *ſeq. §. 31.*

9. In Rei. XVI. IX. A Fine divid. in Furtum ipſius Rei, vel Uſus ejus, Poſſeſſionisve. *§. 1. & 6. I. l. 1. §. ſ. l. 74. in f. ff. h. t.* Furtum enim committitur lucri gratia, & quidem interdum, ut quis lucretur totam rem: Vel tantum

Uſus, Poſſeſſionis. ejus uſum, juxta *§. 6. I. l. 40. l. 54. §. 1. ff. h. t. l. 5. §. 8. ff. Commod. ſupra ad tit. Depoſ. §. 32. add. l. 15. §. 1. l. 40. §. ſ. ff. l. 59. ff. h. t.* Vel ſolam poſſeſſionem, ſi debitor creditori rem pignori datam ſubtraxerit vel vendiderit. *§. 10. I. l. 19. § 5. l. 66. pr. l. 79. ff. h. t. l. 22. pr. ff. de pignor. act. ſupra adtit. de diſtr. pignor. §. 2.* quod impropriè in *d. §. 10.* rei ſuæ furtum dicitur. Rei enim noſtræ furtum facere non poſſumus. Sicque verba in *d. l. 1. §. ſ.* non ſunt accipienda, ac ſi uſus & poſſeſſionis ſit contrectatio, ſunt enim res incorporales: vid. *ſeq. §. 19.* ſed referri debent ad verba præced. *lucri faciendi gratia,* vel rem, vel uſum, poſſeſſionemve, quamvis omne furtum poſſeſſionis dicatur in *l. 1. § 15. ff. ſi is, qui teſtam. lib.* vel interverſio poſſeſſionis. *l. 67. pr. ff. h. t.* Interdum ta-

Quomodo? men & in ſpecie ſolius poſſeſſionis lucrandæ gratia committitur, quatenus illa per ſe eſt, & à re ſeparata J. O. Tab. *Rat. 2 th. 37. & 40.* Furem namque poſſeſſionem quamvis injuſtam, acquirere patet ex *l. 3. §. 18. l. 15. pr. l. 47. ff. de A. vel A. P. ſupra ad d. t. §. 30. & 42. l. 1. §. ſ. l. 2. ff. uti poſſid.* quod tamen duplicem recipit limit. ſupra *modo d. §. 30.* Frommann. *Diſſ. de inq. vi furt. th. 2. & ſeqq.*

C. Eff. Rem. eſt Jus Nat. G. & C. XVII. Cauſa Eff. Rem. eſt jus naturale, gentium & civile, quæ jura omnia volunt, ut furtum ſit delictum. Præceptum enim de non furando naturale eſt & morale. Exod. *c. 20. v. 15.* Levit. *c. 19. v. 11.* Deut. *c. 5. v. 19. §. 1. I. l. 1. §. ff. h. t. l. 42.* ibi: *Natura turpe. ff. d. V. S.* Ziegl. *ad Grot. l. 2. c. 2.*

§. 6.

§. 6 verb. At proinde. Nec obſt. quod principio rerum omnia communia fuiſſe dicantur, de quo vid ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 7.* Et jus naturæ verſatur tam circa ea, quæ ab initio ſunt introducta, quam quæ poſtea humana etiam voluntate ſunt conſtituta. J. O. Tab. *Rat. 2. th. 24.* Et licet apud Ægyptios, Lacedæmonios & Germanos Vett. impunita fuerint furta eduliorum ingenioſa, hoc tn. non factum eſt per ſe; ſed ut calliditate iſta magis acuerentur animi adoleſcentium, & redderentur ad diſciplinam bellicam cæteraq; negotia aptiores. Alex. ab Alex. *6. gen. dier. 10.* A. Gell. *l. 11. c. 18.* Nec unius gentis corrupti mores Juri nat. quidquam derogare poſſunt. Theod. *c. 2. aph. 1. n. 67.* Ludw. *ad §. Diſp. 15. th. 2. lit. b.* Cauſ. Eff. Proxima eſt malitioſa hominis voluntas, ſine qua furtum non committitur. *§. 7. I. l. 53. pr. ff. h. t. §. 7. I. l. 37. pr. ff. de uſucap. l. 41. in f. ff. ad L. Aq.* Non obſt. *l. 77 ff. h. t.* Licet enim furi non fuerit animus ſolius ſacci, fuit tamen animus ſaccum cum pecunia vel propter pecuniam furandi. J. O. Tab. *ad d. l.* Cauſa Imp. προηγουμένη eſt ſtudium habendi. προκαταρκτικὴ ſeu externa eſt loci vel temporis occaſio, unde tritum: occaſio facit fures. *l. 5. §. 1. ff. de poſt. dotal. l. 1. §. 11. C. de Lat. libert. toll.*

Obj. Reſp.

Furta olim impunita, quæ & cur?

C. E. P. malitioſa voluntas.

Obj. Reſp.

C. Imp.

XVIII. Subjectum ſunt perſonæ Delinquentes & Patientes. Committere furtum poſſunt omnes doli capaces. *§. 18. I. l. 23. ff. h. t.* Nec obſt. *l. 2. ff. de cond. furt.* ubi dd. perſonæ non ex ſuo facto; ſed ex perſona defuncti qua hæredes obligantur, ſupra *ad tit. de Cond. furt. §. 12.* Sunt tamen perſonæ, quæ auferendo furtum revera committunt, ſed furti actione ob impedimentum juris conveniri nequeunt, ſcil. ob poteſtatem Patriam vel Dominicam, pudorem matrimonii, aliamve conjunctionem. *prec. §. 10. & ſeq. §. 45.* Inter quas non refertur Tutor, *l. 55 ff. h. t.* nec Vitricus, vel Noverca furtum privigno faciens. *l. 3 l. 11. C. h. t.* B. Parens tn. *de ſign. affin. jure diff. 2. th. 12.* add. ſupra *ad tit. de in jus voc. §. 8.* J. O. Tab. *Rat. 2. th. 27. & 39.* attamen *ad d. l. 11* monet, durante matrimonio forſan parcendum eſſe novercæ, quia injuria illi facta ad Patrem redundaret, *l. 1. §. f. ff. de injur.* & quamvis alias paterni thalami reverentia etiam poſt mortem Patris durare debeat, hæc ad delicta non extenditur. Subjectum patiens eſt Dominus Rei. *§. 6. & 8. I. l. 14. §. f.* ibi: *Primum quærendum eſt, cujus ſit epiſtola tranſmiſſa. l. 46. §. p. ff. l. 20. C. h. t.* Et quantum ad Effectus juris omnis, cujus ex cauſa honeſta intereſt, rem non ſurripi. *§. 13. I. l. 10 l. 11. l. 12. §. 2. l. 14. §. 14. & 16. l. 49. l. 55. §. f. l. 76. §. 1. l. 85. ff. h. t.* add. *ſeq. §. 37. & ſeq.*

Subj. Activ. ſunt doli capaces.

Liment. in conjunctis.

Inter quos non refertur Tutor, Vitricus, Noverca.

Subj. Paſſ.

XIX. Objectum eſt res mobilis, aliena, & poſſeſſa. Sic nec. Obj.

Objectum eſt res

1. Mobilis. non incorpor. req. I. Ut res ſit Mobilis. *§. 2. I. l. 38. ff. de uſucap. l. 25. pr. ff. h. t.* add. *tit. de R. D. §. 14.* Excluditur ergo (1.) Res incorporalis. *ff. 75. ff. h. t.* add. *§ un. I. de reb. corp. & incorp.* Nam propriè neque mobilis eſt, neque immobilis, ſed ſpecialem conſtituit ſpeciem. ſupra *d. t. de R. D. §. 17.* (2.) Res immo-

immobilis. bilis, ut fundus, prædium, Domus. Quamvis n. nonnulli Veterum putarent, quia fundus, clam & ſubdole queat invadi, ejus etiam furtum fieri poſſe, ſed hanc ſententiam abolitam eſſe docet Imp. *ind. §. 2.* & JC. *ind. l. 38.* add. *l. 25. pr. ff. h. t.* quia forma hujus delicti conſiſtit in contrectatione & ablatione. *ſeq. §. 25.*

2. Aliena etiam opinione. XX. II. Res ſit Aliena ſubtrahenti? *§. 6. I. h. t.* ſive ſciverit, cujus ſit, ſive ignoraverit; modo non putarit ſuam eſſe. *l. 43. § 4.* add. *§. 8. ff. h. t.* Quilibet enim ſcire debet, quod ſuum non eſt, id omnibus modis ad alium pertine-

Late ſumpta. re. *l. f. C. unde vi.* Vocabulum Aliena hic late accip. & denotat rem jure dominii ad alium pertinentem; ut & quæ ab alio propter jus in re de-

ſed non quæ propter jus ad rem detinetur. tinetur. Bachovius *d. D 30. theſ. 1. lit.* D. Hinc Dominus rem Creditori pignori datam ſurripiens furtum committit, non ratione rei ad debitorem omninò ſpectantis, ſed quia jus creditori competens intervertit. *§. 10. 14. & 15. I. l. 12. §. 2. l. 19. §. 5. & 6. l. 70. l. 87. ff. h. t. l. 4. §. 21. ff. de uſuc.* Brunn. *C. 5. dec. 87.* Item proprietarius rem uſufructuariam; *l. 15. §. 1. l. 20. §. 1. ff. h. t.* Vel rem b. f. poſſeſſam, *d. l. 20. §. 1.* aliisve caſibus creditoris interſit. Hinc res, quam tertius non propter jus in re; ſed ad rem detinet, non venit alienæ rei nomine ut proin Dominus rem commodatam, depoſitam, locatam auferens, furtum rei non committat. per *l. 15. §. 2. l. 49. l. 59. ff. h. t.* Idem de rei ſuæ æquivalente ſub certis conditionibus tradit Molina, *de J. & J. D. 690.*

Limit. *& ſeqq.* Modo quis in illas res non fecerit neceſſarias impenſas, eaque propter habeat jus retentionis, & quaſi pignoris. *dd. l. 15. §. f. ff. eod.* Quid ſi So-

An res communis? cius rem communem abſtulerit? videndum, an fecerit eadem jure potius utendi, an dolo malo? hoc caſu, quantum ad portionem alienam, furtum committit. *l. 51. pr. ff. pro ſoc. l. 45. ff. h. t.*

Excl. propria. Quæ nullius; XXI. Sic excluditur Res (1.) auferentis propria, in qua tertius neque jus in re, neque jus ad rem habet, quod læſum dici queat. *§. 1. & 10. in Dl. I. h. t.* & ſecundum dicta *in prac. §. 20.* (2.) Quæ plane nullius eſt; Illa enim non eſt aliena, quæ in nullius dominio. Sic jure naturæ communes ſunt Feræ beſtiæ, volucres & piſces. ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 17. & ſeqq.* vid. *ubi.* *Crim. act. 169.* Stryck *in uſu moderno §. 13.* D. Harpprecht. *Conſil. nov. 28.* Item lapilli, gemmæ, margaritæ in littore *d. tit. §. 26.* Hujuſmodi rebus ex communi Gentium inſtituto Res hoſtium accenſentur, quæ ſubtili ablatæ ingenio non furtivæ

furtivæ erant. *d. tit. §. 49.* add. *l. 2. C. de Commerc. & mercat.* (3.) Res extra Commercium. Sic regulariter liberorum hominum furtum non fit, *§. 9. ibi: interdum I. h. t.* idque non quoad intentionem facientis, ſed propter qualitatem objecti, & incidit in crimen publicum. *l. ſ. C. ad L. Jul. pecul.* Excipiuntur tamen liberæ perſonæ in P. P. conſtitutæ, quæ ſi ſurreptæ ſint, earum nomine Pater habet furti actionem. *d. §. 9. l. 14. §. 13. l. 38. §. 1. ff. h. t.* Idque ex Vet. Rom. jure, quo liberi æque in dominio Patris erant, ac ſervi. unde dicitur in *l. 1. §. 2. ff. de R. V.* eos ex jure Quiritium recte vindicare poſſe. Matri vero dicta actio, ob defectum illius poteſtatis, denegatur. *in d. l. 38. pr.* — Extra commercium. — Liberi. in poteſtate ſub P. P.

XXII. (4) Nec rei pro derelicto habitæ furtum committitur; *l. 43. §. 5. ff. h. t.* quia eſt Facto nullius, ergo non aliena. Sed Quæ- ſi quis rem jactam & non pro derelicto habitam abſtulerit, an furtum committat; Diſting. eſt, an res temere, an ex neceſſitate ſit jacta, aut caſu amiſſa. Priori caſu, e. gr. ſi quis pileum per feneſtram abjecerit, eumque prætériens abſtulerit, furtum non committit. per tex. *in d. l. 43 §. 10.* Poſteriori caſu iterum diſt. an inventor alienum quid jacens, lucri faciendi cauſa, ſuſtulerit. an putaverit derelictum? vel an tulerit quidem, non ut lucretur, ſed redditurus ei, cujus ſunt? de quibus ſingulis vid. *d. l. 43. §. 4. 6. & ſeqq. l. 1. §. 3. ff. de incend.* & late ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 45. & ſeqq.* — Pro derel. habitæ. An jactæ? Diſt. — Subdiſt.

XXIII. III. Ut res ſublata fuerit poſſeſſa, vel ut dominum aut poſſeſſorem ſuppoſuerit, cui invito res ablata dici queat. *l. 43. §. 1. & 5. ff. h. t.* J. O. T. *ad l. 68. ff. h. t.* præc. *§. 16. inf.* Hinc hæreditatis jacentis furtum fieri negatur. *l. 14. §. 14. l. 68. ff. h. t. l. 40. ff. de neg. add. l. 1. §. 15. ff. ſi is, qui teſt. lib. l. 2. pr. l ſ. ff. expil. hæred.* Licet enim jacens hæreditas ut Domina jactetur, *§. 2. I. l. 31. §. 1. ff. de H. I. l. 61. pr. ff. de A. R. D.* ſed ſine poſſeſſione, nam juris fictio non pertinet ad ea, quæ facti ſunt; *l. 19. ff. ex quib. c. maj.* quia tamen eſt factum turpe, & furtum improprie, *d. l. 1. §. 1.* proin alia delicti ſpecies committitur, Expilatæ ſcil. hæreditatis. *l. 1. l. 2. ff. expil. hæred.* Ord. Crim. *art. 165.* ſupra *ad tit. de uſucap. §. 20.* Aliud vero eſt, ſi res modo hæreditaria à defuncto in alium fuerit translata ex cauſa pignoris vel commodati, *d. l. 14. §. 14. d. l. 68 ff. h. t.* vel in ea uſusfructus alterius eſſet, *l. 69. ff. eod. l. 33. ff. de uſucap.* vel alio modo alicujus intereſſe, non ſurreptam eſſe. *d. l. 14. §. 14. l. 70. ff. h. t.* add. ſupra *ad tit. de A. vel A. P. §. 9.* — 3. Poſſeſſa. — Non hæreditatis jacentis. — Limit.

XXIV. Cæterum & quoad ſubſtantiam hujus delicti nihil refert, res ablata ſit animata, vel inanimata. *l. 14. §. 5. 7. 11. 13. & ſ. l. 25. § 2. & paſſim. ff. & C. h. t.* Parvi, an magni momenti; Nam & rei minimæ, libelli, gallinæ, uvarum, &c. furtum committi poteſt, ut inde actio furti civilis de- — [illegible]

tur. *§. 16. I. D. R. l. 5. §. 6. l. 44. ff. de A. R. D. l. 72. ff. §. 3. I. h. t.* Schüpffer. *num. 4. h. t.* Nec o' ſt. *l. 9 inf. l. 10. l. 11. ff. de dolo malo l. 12. ff de imp. in rei l. t.* ubi dicitur, quod actio de dolo ob rem minimam non detur, nec Prætor minima curet. ſupra *tit. de in integr. reſtit. §. 18* Nam conſeq à doli actione ad actionem furti non valet, licet utraque ſit famoſa, Illa tn. eſt extraordinaria, hæc autem ordinaria, in qua non conſideratur, quod furto ablatum eſt; ſed mens furantis attenditur. *c. ult. cauſ. 14. q. 6.* ſi quæ majori rei inde fiat præjudicium. *l. 4 ff. de in integr. reſtit.* add. Harpprecht. *ad §. 1. I. h. t. n. 35. & ſeqq.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 30. th. 1. lit. C.* Sed an partem contrectans totius rei furtum faciat? diſting. juxta *præc. §. 9.*

Obj. — *Reſp.* — *Quomodo diff. actio furti ab act. doli?*

XXV. Forma & Differ. Specif. conſiſtit in contrectatione fraudulosa, invito domino, lucri gratia facta. Rat. Formæ ergo req. I. Contrectatio, ſeu factum aliquod. *§. 1. I. l. 1. §. 3. l. 6.* (ubi *Tò ſæpe* non ad *fit*; ſed ad verb. *contrectando* referri debet) *l. 9. pr. l. 52. §. 19. l. 60. l. 82 pr. ff. l. 20. C. h. t.* J. O. Tab. *Rat. 2. tr. 43.* Unde furem non facit ſola furandi cogitatio. *d. l. 1. §. 1.* Nec ſola inficiatio, licet prope furtum ſit. *l. 43. §. 3 l. 67 pr. ff. eod.* verb. gr. ſi quis depoſitum abnegaverit, & pro ſuo habere deſtinaverit; *d. l. 67. pr. d. l. 1. §. 2. l. 3 §. 18. ff. de A. vel A. P.* Neque verbum, aut ſcriptura. *d. l. 52. §. 19.* Imo directius, qui furti faciendi cauſa alienam domum, vel conclave intravit, quamdiu non contrectat, fur non dicitur. *l. 21. §. 7. ff. h. t.* add. *l. 7. ff. de extraord. crim.* Alium caſum vid. *l. 66. §. 4. ff. d. t.* ſi quis Titium quaſi idoneum commendaverit; ſed alium adduxerit quaſi Titium.

Ad Formam req. 1. Contrectatio; non ſola cogitatio, verbum, aut ſcriptura.

XXVI. Hæc contrectatio non ſemper fit per naturalem & localem amotionem; ſed ſufficit corporalis apprehenſio, vel attrectatio conjuncta cum animo ſecum ferendi. *l. 27. §. 7. ff h. t.* Fitque vel Immediate, vel Mediate: Item vel Vere, vel Ficte. Illo modo, ſi res auferatur; vel etiam ſubtilius, ſi quis re, alias ex juſta cauſa apud ſe exiſtente, non jure utatur, ex. gr. re depoſitâ vel pignorata. *§. 6. I. l. 54. pr. §. 1 l. 66. pr. l. 76. pr. ff. h. t. l. 29. pr. ff. depoſ.* add. *l. 73. ff. h. t.* junct. *l. 4. ff. de pign. act.* Stryck. *in uſu moderno §. 17. h. t.* Vel ſi uſus ex conventione quidem conceſſus excedatur, ut in re commodata, per caſus expreſſos in *§. 6. & 7. I. l. 40. l. 54 §. 1. L. 67. l. 76. l. 82. pr.* add. *l. 71. pr. ff. h. t. l. 5. §. 8. ff. Commod.* Item auriga vel nuncius rem vel pecuniam, ſive annumeratam, ſive obſignatam, transferendam intervertens. *l. 7. C. h. t. l. 22. §. 7. ff. mand.* B. Dn. Parens. *Diſſ. de Nuncio. th. 53.* Hahn. *N. II. inf.* Ludwellus, *d. th. 2. lit. 6.* Berlichius, *p. 4. concl. 58. per tot.* D.D. Harp-

Quomodo fit Contrectatio? Eſtque vera, vel Ficta.

Harpprecht. *in Diſſer. Jur. Civ. & March. Bad. p. 7. th. 56. & Reſp. 13. num. 58. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 19. h. t.* add. Chriſt. Leonhardi *ſcript. final. edit. A. 1710. de Regul. Jure poſt. ubique* Samuel. Coccej. *Diſp. 4. Reg. poſt. jure cap. 4. §. 2.* Si pecuniam accipiens, ut Creditori meo ſolvas, cum tantam ſummam eidem deberet, ſuo nomine ſolveret. *d. l. 52. §. 16.* Item Tutor vel Curator pecuniam pupillorum vel minorum intercipiens. *l. 1. §. 22. l. 2. §. 1. ff. de tut. & rat. l. 55. ff. h. t.* Et in genere procedit in omnibus adminiſtratoribus, ex ſibi commiſſis fraudulenter ſubtrahentibus. *l. 8. C. h. t.* Et hæc vera ſunt de jure civili, quo pœna erat pecuniaria: ſed de jure hodierno Ord. Crim. *art. 170.* non ad hos ſingulos vel ſemper trahi poteſt, verum ad Conſtitutiones quoque ſpeciales reſpiciendum, uti latius explicant Hahn. *d. l.* Bach. *d. th. 1. lit. P.* Beſold. *Conſ. 141. n. 30. ſeq.* Delib. Jur. *L. 47. q. 5. & tr. de furt. th. 31.* Carpz. *Pr. Cr. q. 85. num. 10. & 77.* J. O. Tab. *ad d. art. per tot.* d. Diſp. *de Numm. d. l.* Idem *Diſp. de Diff. Jur. Civ. & Elect. Sax. th. 68.* infra *ad tit. ad L. Jul. Pecul. in f.*

XXVII. Ex quibusdam modo dictis exemplis patet, quod hæc contrectatio interveniſſe nonnunquam fingatur, quæ pro tali habetur, ut quis furti conveniri queat. Idem accidit in illis, quorum ope conſilio furtum factum eſt. *§. 11. I. l. 50. §. 1. ff. h. t. l. 53. §. 1. ff. de V. S.* Coccej. *Diſp. de ſorte crim. ſect. 2. 31. & 38.* Sed quær. an verba Ope Conſilio, conjunctim, an disjunctim, ut quis furti teneatur, ſint accipienda? Et magis placet ſententia poſterior, ut furtum dicatur, ſive opem & auxilium, intellige ante commiſſum furtum, quis tulerit, ſive conſilium dederit. *l. 52. §. 19. l. 54. §. 4. ff. h. t. l. 53. §. 1. ff. de V. S.* Bachov. *ad §. 11. I. h. t. & ad Tr. V. 2. Diſp. 30. th. 3. lit. D.* Beſold. *delib. jur. l. 47. q. 3.* Carpzov. *q. 87. n. 1. & ſeqq.* At Conſilium ſimpliciter tantum, vel nudum ſive hortatorium, quod in meris ſuaſionis terminis ſubſiſtit, hic non intelligitur; ſed Directivum, & quod impellit, locum & modum ad pecuniam perveniendi monſtrat, & inſtruit ad rem contrectandam, *l. 36. pr. l. 50. §. 3. ff. d. t.* ſupra *ad tit. de cond. furt. §. 11.* hinc *d. §. 11. I. h. t. in f.* & *d. l. 36. in pr.* loq. de nudo conſilio; ſicuti in *d. l. 53. §. 1.* de malitioſa deliberatione, quæ ſola, effectu ſcil. non ſecuto, furtum non committitur. *d. l. 52. §. 19.* J. O. Tab. *Rat. 4. per tot.* Franzk. *Ex. 12. q. 4.* B. Parens meus, *Diſp. de Conſil. p. 2. c. 1. th. 12.* add. Conſt. Crim. *art. 177.* Schneidewin. *ad §. 11. I. h. t.* Berlich. *p. 5. concl. 55. & ſeqq.* Dn. Voet *h. t. n. 7.* DD. Harpprecht. *Conſil. vov. 77. & Diſſer. March. Badens. p. 7. th. 58.* Stryck. *in uſu moderno §. 5. h. t.*

Auxiliarius quoque furti act. tenetur. Ope conſilio disjunctim acc.

Conſilium intell. directivum.

XXVIII. Porro pro ficta contrectatione habetur, & Furti quaſi particeps quis

Furtum celando.

quis fit ſcienter ſuſcipiendo rem furtivam & celando. *§. 4. I. l. 14. C. h. t. l. un. C. de crim. pecul.* Unde *der Hehler iſt ſo gut als der Stehler.* Talis eſt ſusceptor rei furtivæ & occultator, qualis eſt fur. *Sciencer emendo.* Emendo: *l. 12. C. eod.* in quam rem Judæi ut ſevere puniantur, conſtitutum *Policey-Ordn. de anno 1577. tit. 20. §. 1.* Dn. Hert. *Comment. jur. tom. 3. de paroem. jur. 102.* Stryck. *§. 17. h. t.* Falſa pondera & menſuras pro veris ſubjiciendo, *l. 52. §. 22. ff. eod.* Servum aliquem perſuadendo, *&c.* ut nomen ex inſtrumento tolleret, quo res apud venditorem reſideret. *d. l. §. 23. l. 27. §. 5. & 8. ſeqq. ff. h. t.* Quomodo falſus Procurator furtum committat? vid. *l. 43. §. 1. ff. l. 19. C. eod.*

2. Contr. fraudulosa. Furtum Iſraëlit.

XXIX. II. Ut Contrectatio ſit fraudulosa, h. e. dolo malo facta. *§. 1. & 7. I. l. 1. §. 3. l. 50. §. 2. l. 53. pr. ff. h. t. l. 37. ff. de uſucap.* Hinc Iſraëlitæ è captivitate egreſſi furtum non commiſerunt, quia res Ægyptiis, ſupremo rerum Domino authore, ſubtraxerunt. Exod. *c. 3. v. 2. c. 11. v. 2. & c. 12. v. 35.* Sap. *10. v. 17. 20.* Grot. *de J. B. & P. l. 1. c. 1. §. 10. inf.* Harppecht. *ad §. 1. I. h. t.* Quoties autem deeſt dolus, nec res furtiva dici poterit, prout multis exemplis illuſtrat Dn. Fromm. *Diſſ. de vitio furtiv. th. 8.*

3. invito Domino.

XXX. III. Fiat invito Domino. *§. 8. I. l. 43. §. 5. l. 46. §. 7. l. 68. §. 2. ff. h. t.* Nam dolus in volentem non admittitur. *l. 145. ff. de R. I.* Hinc contrectatio rei alienæ extra crimen furti habetur, ſi quis Dominum conſenſurum fuiſſe, ſive falsò, ſive verè, putet. *§. 7. I. l. 46. §. 7. l. 76. ff. h. t.* Hæc tamen credulitas in quadam probabilitate conſiſtat, quò minùs furandi affectus appareat; *Juſta credulitas excuſat à dolo.* Menoch. *A. I. Q. caſ. 298. num. 2.* Franzkius, *Ex. 12. q. 2. num. 15.* quæ excuſatio facilius admittitur, ſi res jam penes contrectantem exiſtat, verb. gr. in *d. l. 76. pr.* Sin quis invito domino facere putet; ſed fiat illo volente, ſecundum affectionem furandi fraudulosam furtum quidem perpetratur, ſicuti conſenſus Domini putativus impedit furtum, ita diſſenſus putativus efficit, *d. l. 46. §. 8.* *Fit furtum etiam Domino volente. Sed non datur furti actio.* Actio tamen furti non datur, quam Dominus conſenſu ſuo remiſiſſe cenſetur; *d. l.* junct. *d. l. 145.* & ſic *§. 8. I. h. t.* ad effectum reſpicit; Nam ſæpè furtum committitur, ut tamen exinde furti actio non detur. *§. 12. I. l. 17. pr. l. 41. §. 1. l. 69. ff. h. t.* d. Diſp. *de priv. del. poſ. 16.* Dill. Ludw. *d. th. 12. lit. C.* Schneidewin. *in d. §. 8. I.* Sic etiam præceptum de non furando non habet tacitam exceptionem ſummæ vel graviſſimæ neceſſitatis & diræ famis; *c. 21. cauſ. 12. q. 2. c. 3. X. h. t.* ſed in caſu eſuritionis ſubtrahens victualia, famis ſedandæ apta, ſi *In caſu extremæ neceſſitatis.* caſus evenire poſſit, ut quævis ſubſidia penitus deficiant, ab omni quidem pœna liberatur, tùm civili, tùm criminali, furtumque ſi parvum, excuſabile dicitur. Ord. Crim. *art. 166.* ibi: *Derſelbige Dieb unſtraefflich erlaſſen,* fur impunè

anus

rietus dimittatur. Struv. *Exerc. 48. th. 15.* ibique Mullerus. D. Harpprecht. *Reſp. 55. num. 163 & c. 9. num. 154. & 155. nec non Conſil. nov. 6. num. 189.* vid. Stryck. *§ 14. h. t.* Sic delictum committi, ſed pœna remitti dicitur, quia Dominus irrationabiliter invitus eſt, dum egenti non ſuccurrit. Brunnem. *J. Eccl. l. 2. c. 18. num. 37.* add. Schröter. *caſ. conſc. 77.* Vinn. *ad Peck. de re naut. pag. 215. lit. I.* Et quamvis *d. art.* tantum de famis neceſſitate diſponat, multi idem extendunt ad caſum, ſi quis, neceſſitate frigoris vel nuditatis, veſtimenta vel alias res ſubtrahat. per *c. 3. x. h. t.* Boer. *d. tr. c. 2. n. 177.* Carpz. *q. 83. num. 46. & ſeqq.* J. F. *p. 4. C. 38. def. 9.* Frommann. *d. Diſp. de Vit. Furt. th. 13.* ſed vid. J. O. Tab. *ad d. art. th. 1. & 3.* Surripiens tamen ad meliorem fortunam perveniens ære operisve damnum reſarcire debet. vid. Proverb. *c. 6. v. 30.* Ludwell. *d. th. lit. C.* Ziegl. *ad Grot. l. 2. c. 2. §. 6.* J. O. T. *Rat. 3. th. 36. & 37. & ad d. art. per tot.* Theod. *c. 2. aph. 8. n. 1.* Amplia.

XXXI. IV. Ut contrectet lucri faciendi gratia; quæ pars formæ à fine deſumpta eſt. *§. 1. I. l. 1. §. ſ. l. 61. ff. h. t.* Etiamſi non directò in ſuum lucrum convertat; ſed aliis donet. *l. 54. §. 1. ff. eod.* Et quia maleficia voluntas, propoſitum, & finis diſtinguit, ideircò Furtum non facit rem alio fine contrectans, ut nocendi cauſa, vel contumeliæ vel injuriæ, vel libidinis gratia: *§. 11. I. l. 39. l. 43. §. 3. l. 50. §. 4. l. 52. §. 20. l. 53. pr. h. t. l. 3. §. ſ. l. 41. ff. ad L. Aquil.* Veritatis tollendi cauſa: *l. 16. ff. de L. Cornel. de falſ.* Vel creditor æquivalens ſurripiat debitori moroſo. Brunn. *ad l. 14. ff. h. t. num. 4.* Harnold. *de J. & J. tom. 1. tr. 2. n. 273.* Nec obſt. *l. 82. §. 2. ff. h. t.* quæ loq. de ancilla non meretrice. Bachov. *ad W. h. t. num. 6.* J. O. Tab. *d. l. pag. 281.* Finis eſt ipſum lucrum vel ipſius rei, vel uſus ejus, poſſeſſionisve. *§. 1. 6. & 10. I. h. t.* 4. Lucri gratia. Ampl. Non ſi ex alia cauſa. ex. gr. Finis.

XXXII. Conſideravimus furtum in ſuis cauſis ut committendum, nunc conſiderandum venit ut Commiſſum in ſuis Effectibus. Ut autem Furtum Effectum producere, & à Judice puniri poſſit, primò omnium de eo conſtet, ſicque reverà commiſſum eſſe probetur: Quod fit per indirectum, ſcilicet Teſtes, Inſtrumenta, & Confeſſionem: per indirectum, Præſumptiones atque indicia; quorum alia ſunt propinqua, alia remota, de quibus latè Dd. *ad Ord. Crim. art. 43.* DD. Harpprecht. *C. 10. num. 19. 101. 105. 111. 120. & 132. cum ſeqq.* Carpz. *q. 122. num. 39. & ſeqq.* J. O. Tab. *Rat. 3. th. 10. & ſeqq.* & fuſiſſimè *Rat. 5. per tot.* Blanc. *de indic. num. 406. & ſeqq.* add. ſupra *ad tit. de prov. del. §. 24. 25. & 26.* Cruſ. *de Indic. Delict. part. 3. c. 2.* Furtum debet probari. Quomodo?

XXXIII. Effectus Furti Commiſſi & Probati eſt vel primus, vel ſecundus. Primus reſpicit vel Perſonas, vel Res furto ablatas. Ille concernit vel Delinquentem, & conſiſtit in ipſa obligatione, quâ fur ad pœnam Effect. furti probati. Primus circa Perſonas.

uſu moderno §. 26. & 27. Nec Magiſtratus, ex mala loci conſuetudine, rem furtivam ſibi applicare poteſt. *de artic. 207.* Receſſ. Imper. *de anno 1559. §. Und nachdem 35.* poſt multos Carpzovius, *quæſt. 80. num. 10. & 11.* Et ſi conſuetudine fretus, de facto illam retineat, contra eum, ad inſtantiam furtum paſſi, Mandatum Sacr. Cæſar. decernitur Gylmann. *Prejud. Cam. voc. Mand. de reſtit. in f.* add. infra *ad tit. vi bon. rapt. § 12. in f.* Inſuperque omne, quod ex furto abeſt, & res ſingulæ, earumque acceſſiones æſtimantur, *d. l. 12.* Tenentur enim fures rem ſubtractam cum omni incremento reddere, &, ſi res perierit, æſtimationi ſummam. *l. 8. §. 2. ff. de cond. furt.* Dn. Mauritz. *Diſſ. de Æſtimat. th. 78.* Æſtimatio autem fieri debet judicialiter. Carpz. *q. 78. num. 57.* Sed re non amplius extante, Dominus etiam juramento in litem illam definit; quia per *l. 68 ff. de R. V.* in omnibus actionibus in perſonam, quibus agitur de re domino reſtituenda, in litem jurari poteſt. Dn. Mauritz. *d. l.* Hic ſi jurare nolit, Judex ad pœnam ſuſpendii, etiam in furto magno, pervenire nequit. Carpz. *d. quæſt. n. 55. & 60.*

Magiſtratus illam retinere nequit.

Reſtitutio ſiat cum omni incremento.

Interdum æſtimatur.

Eaque judicialiter, vel juram. in litem.

Si Dom. jurare nolit.

XXXV. Actiones pœnales ſunt Remedia, quorum aliud eſt Extraordinarium, ut Criminalis perſecutio ad publicam vindictam ſpectans. *l. f. ff. h. t.* Aliud Ordinarium & Civile, ad pœnam ſibi applicandam. Eſtque Actio furti, non late ſumpta pro condictione furtiva, ſupra *ad tit. de cond. furt. §. 1.* ſed in ſpecie, & nihil eſt aliud, quam actio pœnalis, omnibus, quorum, ex juſta cauſa, immediatè intereſt, adverſus furem, ad pœnam pecuniariam ſibi adjudicandam competens. Eſtque merè pœnalis, *§. 5. & f. I. l. eo. pr. l. 50. §. 3. ff. h. t. §. 18. I. de act.* unde ſequitur, quòd ſit Perſonalis, & quia oritur, ex delicto, vid. *ad tit. de O. & A. §. 58. & 63* Civilis uti modò dictum. Perpetua. *pr. I. de perpet. & temp. act.* vid J. O. Tab. *Rat. 5. th. 1.* ſupra *ad tit. de div. & temp. præſcr. §. 10.* Famoſa. *l. 63. ff. h. t. l. 1. l. 4. §. 5. ff. de his, qui not. inf. l. f. ff. de publ. jud. §. 2. I. de pœn. tem. litig. l. 10. §. f. ff. de pœn.* infra *§. 45.* Divid. in Actionem furti Manifeſti, & Nec manifeſti.

Act. Pœnal.

Ordinaria eſt Act. Furti. Ejus Definitio.

Qualitas.

Div.

XXXVI. Cauſa Effic. Actionis Furti Manifeſti dicitur Prætor. *pr. I. de perp. & temp. act.* Verum ab initio apud Romanos ex L. XII. Tabb. pœna erat in libero fuſtigatio, cum addictione in ſervitutem ei, cui furtum fecit; ſervus verberibus affectus de ſaxo præcipitabatur. A. Gell. *l. 11. c. 18.* In furto Nec Manifeſto erat pœna dupli. Cum autem nulla inter has proportio eſſet, ad illam inæqualitatem tollendam, in locum pœnæ corporalis, Prætor in furto Manifeſto ſubſtituit pœnam quadrupli. *d. pr.* ibi Dd. ſupra *ad tit. de div. & temp. præſcr. §. 10.* Cauſa Effic. Remot. Actionis Furti Nec Manifeſti

C. Eff. Rem.

eſt jus civile ex L. XII. Tabb. *§. 4. I. de nox. act.* quod patet ex *d. pr. I.* & confirmatur per *l. 1. §. 5. ff. furt. adv. naut.* D. Geiſe. *in Diſſer. Receſſ. Imper. ſect. 13. §. 1.* Proxima & quidem Actionis F. M. eſt furtum manifeſtum, & Nec manifeſti furtum nec manifeſtum. *prec. §. 6. & ſeqq.* Sed interdum, licèt res furtiva non fiat, Furti tamen actio datur, *l. 20. §. 1. ff. h. t. l. 4. §. 21. ff. de uſucap.* Vice verſa aliquando furtum perpetratur, resque eſt furtiva, & tamen effectus non ſequitur, nec dicta actio datur, per *l. in prec. §. 10. alleg.* Poſita enim cauſa, ſc. in eſſe cauſæ, ſive in actu cauſandi ponitur effectus, ἐνέργεια, & qui eſt in fieri: non ſtatim, qui dicitur ἐνέργημα, & in facto eſſe, cum ſæpius extrinſecè expediatur.

C. Eff. Prox.

Competit quorum intereſt.

XXXVII. Subjectum Activum ſunt Perſonæ omnes, quarum ex juſta cauſa, immediatè intereſt Domini ſint, ſive non: *§. 5. & 13. I. h. t.* earumque hæredes, *l. 1. §. 1. ff. de priv. del. l. 47. l. 64. ff. h. t. §. 1. I. de perp. & temp. act.* Dn. Parens p. m. *Diſſ. de tranſit. act. th. 27.* Req. ergò (1.) ut Actoris interſit non ſurripi. *§. 13. I. l. 10 & paſſim ff. h. t. prec. §. 18. inf.* Petitur enim duplum vel quadruplum; ſi autem Actoris nihil interſit, nihil etiam poteſt multiplicari. Proin excluditur omnis, cujus non intereſt, etiamſi Dominus eſſet: Sic Dominus, cujus res alteri locata, Conductoris culpâ furto ablata, hunc habet obligatum, quapropter ipſi ad rei ſuæ æſtimationem conſequendam Furti actio non competit. *§. 15. I. l. 12. pr. l. 14. §. 12. ff. h. t.* add. ſupra *ad tit. Locati. §. 90. 116. 118.*

Ampl.

Ex juſta & honeſta cauſa.

XXXVIII. (2.) Ut interſit ex juſta & honeſta cauſa; *l. 3. §. 11. ff. ad exhib. l. 11. l. 76. §. 1. ff. h. t.* nempe ob culpam & negligentiam, *l. 14. §. 6. 10. & ſeqq. ff. h. t.* propter quam quis actionibus peculiaribus conveniri poteſt Frantzk. *Ex. 12. q. 4. n. 3.* J. O. Tab. *Rac. 2. th. 61.* Ideo ſtatim excluditur Fur, vel m. f. poſſeſſor qui licet rem furtivam iterum furto amiſerit, quamvis ejus interſit, rem ſalvam eſſe, utpote qui priori domino, cui eam ſurripuit, obligatur; verùm, quia ejus non ex honeſta; ſed turpi ſaltem cauſa intereſt, propterea adverſus ſecundùm furem actionem furti non habet, ne quis ex ſua improbitate actionem conſequatur. *l. 11. l. 12. §. 14. §. 3. & 4. l. 76. §. 1 ff. h. t. l. 134. §. 1. ff. de R. I.* Aliud obtinet in actionibus ex contractu, quem fur bonâ fide inierit; *l. 16. commod. l. 13. ff. de R. C. l. 7. §. 5. l. 8. ff. quod met. cauſ.* quia cauſa proxima eſt honeſta. Dicta tamen limit. in fure, qui non ipſius rei, ſed tantum poſſeſſionis, ſive uſus talis eſt, ſic re conducta alio modo utendo ad poſſeſſionem Domino intervertendam furtum committitur, Verùm quia rem bono animo detinere incepit, propterea, ſi tertius illam ſurripuerit, adverſus illum habet

Non furi, vel m. f. poſſeſſ.

Limit.

bet furti actionem *l. 48. §. 4. ff. h. t.* Tab. *Rat. 2. th. 76. & seqq.* Item, ſi debitor rem pignori datam creditori abſtulerit, eique illa denuo ſubtracta ſit, Dominus adverſus poſteriorem furem actionem habet, & creditor non tantum adverſus extraneum: vero contra ipſum quoque Dominum; *l. 12. §. 2. l. 19. §. 5. & 6. ff. h. t.* quia expedit ei pignori potius incumbere, quam in perſonam agere. *§. 4. I. d. t.* Sicque fit, ut idem teneatur, & agat furti. Non obſt. *d. l. 12. §. 2.* ubi particulam, *Non*, diſpungi volunt, poſt alios Franzk. *de Ex. q. 3. n. 15.* Bachov *ad §. 15. I. h. t.* Brunnem. *ad d. l.* ſed Gloſſ. accipit, quod non teneatur dominus, ſi creditor ſtatim contra extraneum egerit, & tunc vid. *l. 15. & l. 18. ff. h. t.* J. O. Tabor ſubintelligit caſum, quo debitor creditorem prævenerit, & reſtituendo ipſi pignus cauſam agendi extinxerit. *d. l. th. 78.* add. *ad l. 12. p. 195.*

Explic. l. 12. §. 2. ff. h. t.

XXXIX. Ex dd. ſequitur, actionem furti non competere, cujus dolo furtum factum eſt, ut ſi Commodatario, Conductori, &c. conſentienti res ſurrepta eſſet, furti adverſus furem agere nequiret. *l. 14. §. 8.* junct. *l. 12. §. 1. ff. h. t.* Idem dicendum, ſi ſine culpa Commodatarii, &c. furtum commiſſum, quia ejus nil intereſt, nec de caſu tenetur, *l. 23. ff. de R. I.* unde non ipſe, ſed Dominus ſolus habebit actionem. *d. l. 14. §. 6. & 12.* I. O. Tabor. *d. l. th. 29. & 62.* Depoſitario quoque hæc Actio regulariter non datur: Nam ipſe aut dolo fecit, & tunc ipſius quidem intereſt, quia tenetur: ſed tamen non debet ex dolo ſuo furti quærere actionem: *d. l. 14. §. 3. & 4. d. l. 12. §. 1.* Aut dolo caret, & ſic ejus nihil intereſt. *d. l. 14. §. 3. ff. §. 17. I. h. t.* Limit. vid. in *l. 2. §. 23. & 24. ff. vi bon. rapt.* add. ſupra *tit. Depoſ. §. 31.*

Non datur cujus dolo F. factum.

Nec Depoſitario.

XL. (3.) Ut Actoris interſit immediate, i. e. qui rem detinuit tanquam Dominus; *l. 10. pr. l. 80. pr. ff. h. t.* vel Domini voluntate, & cujus periculo ſurrepta eſt. *l. 14. §. 10. & 16. l. 85. ff. h. t.* Et ſic, ut Dominus & b. f. poſſeſſor ſimul contra furem agant; ſed diverſo reſpectu. *l. 46. §. 1. l. 74. ff. h. t.* Unde ſequitur, quod hæc actio non competat Emptori propter rem emptam nondum traditam furto ablatam; quia habet intereſſe conſecutivum, non cauſale & immediatum, nec rem detinuit, ergo & ei ſurripi non potuit, ſed datur Venditori *d. l. 14. pr.* add. ſupra *tit. de peric. & comm. rei vend. §. 10.* tit. *de A. E. V. §. 5. & 39.* Nec creditori ob rem ex ſtipulatione debitam nondum traditam ſurreptam; ſed Debitori. *l. 13. ff. h. t.* Idem dicendum de reliquis Creditoribus, quibus ex obligatione tantum res debetur, *l. 49. pr. h. t.* add. *praced. §. 38.* Item ſi res mobilis dotalis ſurrepta ſit, datur marito non uxori. *d. l. 49.* Sic denegatur Patri, cujus filio res commodata, Et Fidejuſſori pro Commodatario vel Colono; quia licet illorum interſit rem non perire, cuſtodiam tamen præſtare non debent.

Non datur Emptori ob rem nondum traditam furto ablatam. Creditori ob rem ex obligat. debitam. Uxori ob rem dotal. Legatario ob rem legatam nondum traditam.

Obj. Reſp.

bent. *l. 14. §. 10. l. 85. inf. ff. h. t.* Hincque nec datur Legatario ob rem legatam nondum traditam & ſurreptam ſed hæredi. *d. l. 85* Cui obſtare videtur. *l. 47. & l. 66. § 1. ff. h. t.* Verum Dd. ut plurimum diſting. inter Legatum vindicationis, de quo *dd. ll.* & damnationis, de quo accip. *d. l. 85.* per partic. *Debetur.* vel Reſpond. poteſt, quod in LL. obmotis non ſit ſermo de caſu, quo poſt mortem teſtatoris res legata ante traditionem, ſicque hæredi, eſt ſurrepta; ſed de caſu, quo teſtator rem ſurreptam legavit, ſicque actionem ſibi quæſitam in legatarium tranſmittit add. ſupra *ad tit. de leg. § 44.* Alias adhuc Reſp. vid. ap. J. O. Tab. *Rat. 2. th. 28. & th. 66.*

Comp. illis, quorum periculo res eſt.

XLI. Ex dd. apparet, quod Procuratori, Conductori, Sarcinatori, Fulloni, & ſimilibus, qui rem ex juſta cauſa tenent, eam cuſtodire debent, atque Domino ad æſtimationem rei illorum culpa ſurreptæ obligantur, furti competat actio. *§. 15. I. l. 12. pr. l. 14. §. 6. 9. 10 12 & 16.* ibi, *Omnibus, quorum periculo res aliena ſunt. l. 48. §. 4 l 82. pr. ff. h. t. l. 60. § 2 ff. Locati.* Inſuper tamen requir.

Modo culpa intervenerit, Non dolus.

(1.) ut furtum eorum culpa factum ſit, quia enim actione mandati, vel locati tenentur, ipſorum intereſt. *d. §. 15. I. d. l. 14. § 6. & 10.* Non dolo, quia tunc indigni forent. *d. l. 14. § 3. 4. 8. & 9. junct. l. 12 §. 1 ff. h. t.* Nec citra culpam, quia tunc eorum non intereſt. *d. l. 14. §. 6. & 12.* add. *præc. § 39. (2.)*

Et ſolvendo ſint.

Ut dd. perſonæ ſolvendo ſint, vel Domino æſtimationem *ſolvere poſſint.* Alias ad Dominum actio furti redit; qui enim non habent, quod perdant, eorum periculo nihil eſt. *d. § 15. d. l. 12. pr.*

An Commodatario?

XLII. In Commodatario, cui res ejus culpa ſurrepta eſt, olim idem obtinebat; *l. 5. §. ſ l. 6. l. 7 ff. Commod. d. l. 14. § 16. ff. h. t.* quod tamen Juſtin. Imp. nova ſua Conſtit. in *l. ſ. C. h. t.* mutavit, Domino concedens optionem, num, re Commodatario ſurrepta, hunc Commodati convenire, an adverſus furem actione Furti experiri malit? *§. 16 I. h. t.* Illa electa, fur Commodatario erit obnoxius. Sed, fure electo, Commodatarius penitus liberatur. Nam, actione ſemel electa, Dominus alteri renuntiaſſe videtur, modo ſciverit, furtum eſſe commiſſum, ſicque duas ſibi competere actiones. *d. §. 16. I. d. l. ſ. C. h. t.* add. J. O. Tab. *d. l. th. 69. & ſeqq.*

Adv. Fures & Socios.

XLIII. Hæc actio datur adverſus Fures proprie dictos, & Socios *c. 4.* (ibi leg. *Partitur.*) *2. h. t.* rem furtivam iterum ſubtrahentes; *l. 76. § 1. ff. eod.* & omnes, directo, ſive per indirectum, vera, ſive ficta contrectatione furtum admiſerint, *l. 12. l. 14. C h. t.* præc. *§. 26. & ſeqq* etiam Vitricum & Novercam,

An contra Vitricum & Novercam?

l. 3. l. 11. C. d. t. præc. *§. 18.* ſed in criminali perſecutione mitius exerceri notat Carpz. *q. 82. n. 49.* Famulum, qui cum veſtimentis abit Dn. D. Harpprecht. *Reſp. 55. n. 18. cum ſeqq.* Si plures unam rem furati ſunt, ſinguli hac

Si plures furati?

hac actione tenentur in ſolidum. *l. 21. §. 9. ff. h. t.* add. ſupra *tit. de cond. furt. §. 11. tit. de dumb. reis. §. 9.* De obligatione plurium add. omnino J. O. Tab. *Rat. pag. 386. th. 13. & ſeqq.* Aliud eſt quoad pœnam corporis afflictivam. infra *§. 59.* Sed contra quaſdam perſonas, licet furtum commiſerint, non tamen hæc datur actio: ut ſunt (1.) Servus, qui propriè bona non habet. *l. 17. pr. l. 41. §. 2. ff. h. t.*

Excip. Servus.

(2.) Perſonæ conjunctæ, ſcil. Parentes & liberi *l. 16. l. 17. ff. h. t.*

Perſonæ conjunctæ.

Limit. tamen in filio caſtrenſe peculium habente; *l. 52. §. 5. ff. eod.* & è contra in Patre ratione hujus peculii, non ut ſtrictè Furti teneatur, ſed Actione utili in factum, (non famoſa.) *d. l. §. 6.* Conjuges, *l. f. inf. C. h. t.* In honorem autem ſanguinis ac matrimonii ſurrogata eſt Actio rerum amotarum. *l. 1. & 2. ff. de act. rer. amot.* Carpz. *J. F. p. 4. C. 36. def. 3.*

Limit.

(3.) Domeſticæ, ſcilicet liberti, mercenarii, clientes, h. e. qui ſeſe alterius defenſioni & patrocinio conſerunt, ſi furta ſint viliora, per *l. 11. §. 1. ff. de pœn.* quod etiam confirmatur. *l. 89. ff. h. t.* add. *præc. §. 15. & 18.*

Domeſtici.

Contra hæredes vero & ſimiles ſucceſſores ante L. C. non datur. *§. 1. I. de perp. & temp. act. l. 1. pr. ff. de priv. del. l. 15.* ibi J. O. Tab. *p. 310. C. h. t.* Harnold. *de J. & J. tom. 1. tr. 2. c. 5. n. 207.* add. ſupra *ad tit. de O. & A. §. 56. & ſeqq.*

An contra heredes?

XLIV. Objectum eſt Duplum in Nec manifeſto, & Quadruplum in manifeſto; & utrumque eſt mera pœna, unde etiam actio hæc eſt mere pœnalis. *§. 18. I. de act. pr. & §. f. I. l. 46. §. 2. l. 50. pr. ff. l. 11. l. 19. C. h. t.* vid. Exod. *c. 22. v. 1.* 2. Sam. *cap. 12. v. 6.* Ameſ. *d. c. 52. q. 4. ubi ratio cur 5. boves reſtituendi fuerint pro uno, & 4. tantum oves.*

Petitur pœna Dupli in Nec Manif. Quadrupli in F. Manif.

Durior autem pœna furto Manifeſto eſt præſtituta non ex animo delinquentis; ſed ex ipſo delicti effectu; nam facta per ſe turpia magis talia fiunt propter ſcandalum, ſi palam fiant. *c. 4. cauſ. 32. q. 4. c. 4. X. de temp. ordin.* J. O. Tab. *Rat. 2. theſ. 12.* Theod. *c. 2. aph. 7. n. 45. & ſeq.*

Ratio.

Sed in æſtimatione Dupli & Quadrupli diſting. an Dominus egerit, an non Dominus? illo caſu quadruplabitur vel duplabitur verum rei ſubtractæ pretium; *l. 50. pr. l. 80. §. 1. ff. h. t.* æſtimatione relata in id tempus, quo res pretioſiſſima fuit, licet apud furem demum creverit. *d. l. 50. pr. l. 52. §. pen. ff. eod. l. 9. ff. de act. rer. amot.* per rat. in *l. 67. §. 2. inf. ff. h. t.*

Quomodo comput. Diſt.

Non Dominus agit & multiplicat ex eo, quod ipſius intereſt rem non ſurripi. *l. 10. l. 11. l. 85. ff. eod.* verb. gr. ratione poſſeſſionis, *l. 47. ff. h. t.* uſusfructus, uſus, pignoris. *l. 12. §. f. l. 27. pr. l. 46. §. 1. ff. eod.*

Sed hic diſt. eſt inter Creditores & cæteros, ex. gr. Conductor, qui ex actione furti duplum vel quadruplum conſecutus eſt, lucrum hoc ſibi habet, nec domino reſtituere cogitur; *l. 6. ff. Locati.* ex. rat. in *§. 15. I. h. t.* quemadmodum nec Commodatarius. *l. 22. §. f. C. h. t. ubi ratio.* Sed venditor reſtituit emptori in caſu *l. 14. pr. ff. h.*

Cui pœna hæc cedat? Diſt.

ff. h. t. item Creditor, cui pignus ſurreptum, licet furti non credito tenus, ſed in ſolidum agere poſſit, *l. 15. pr. ff. h. t.* per rat. in *§. 14. l. eod.* quicquid à fure extraneo pœnæ nomine percepit, debito imputare, *l. 22. pr. ff. de pign. act.* & quod debitum excedit, debitori pigneratitia actione præſtari debet, *d. l. 15.* quia ſecuritatis tantum gratia ejus intereſt, quam ſi ex actione furti conſequatur, nil amplius prætendere poteſt. Sed quod ipſi debitor pignus ſurripiens hac actione ſolvit, non debito imputandum, nec reſtituendum, à quo nomine pœnæ exactum eſt. *l. 79. ff. h. t. l. 74. ff. de ſolut. d. l. 22. pr. inf. l. 42. ff. de cond. ind. l. 46. ff. de R. I.* vid. latius J. O. Tab. *Rat. 2. th. 84. 85. & ſeqq.* Struv. *Exerc. 45. th. 20.* ibique Mullerus. In hanc actionem non venit ipſa res ſubrepta, *l. 46. pr. ff. h. t.* ſed aliis petitur juris remediis, *præc. §. 34.* una cum ſuis acceſſionibus, *l. 12. C. h. t.* quæ etiam in æſtimationem veniunt. *de præc. §. 34. inf.*

Forma.

XLV. Forma & Differentia Specifica dependet à Fine, inque eo conſiſtit, ut fur hac civili actione coërceatur. Forma actionis in actu exercito fluit ex dictis. & add. J. O. Tab. *Rat. 3. th. 4. & ſeqq.* Effectus, ratione Actoris, eſt compendium pœnæ, non Fiſco; ſed Actori applicandæ, quamvis ea quandoque reſtituenda ſit. *præc. §. 44.* Quoad Reum conſiſtit in ſolutione d. pœnæ, & infamia, ſi furti damnatus ſit, *l. 63. ff. h. t. ſupra tit. de his, qui not. infam. §. 15.* Frantzk. *ad d. tit. n. 10.* nec juſte provocaverit. *l. 6. §. 1. ff. de his, qui not. infam.* J. O. Tab. *Rat. 3. th. 19.* Et propter hanc notationem nec Judex poteſt efficere, ut furti condemnatum non ſequatur infamia; *d. l. 63. ff. h. t.* ſed hoc limit. niſi Judex, in vicem & compenſationem infamiæ, in ipſa ſententia ſubſtituat pœnam extraordinariam, re ipſa graviorem atque ſeveriorem. Buſ. *add. l. 63.* v. gr. in furto parvo loco carceris dictetur relegatio. *l. 13. §. 7. ff. de his, qui not. infam. l. 10. §. f. ff. de pæn. l. 15. ff. ad munic. l. 8. C. ex quib. cauſ. infam.* poſt alios, B. Dn. Parens, *Coll. Jur. Ex. 10. th. 17.* Hahn. *ad tit. de injur. N. 18. inf.* Hunc tamen effectum non ſortitur, ſi pœna pecuniaria mutetur in aliam pecuniariam graviorem, ex. gr. fur nec manifeſtus, loco dupli, in quadruplum condemnatus eſſet; *d. l. 13. §. 3.* quia hoc non ad publicam tendit vindictam Molina, *de J. & J. tr. 4. D. 9. n. 9.* ſupra *ad tit. de his, qui not. inf. §. 23.* maxime Dn. Harpprecht. *Diſſ. de Infamiæ diſpenſat. quæ fit per pœnæ aggravat.* Dn. à Lyncker *Dec. Jen. 625.* ubi de minimo furto agit.

Effectus.

Actor conſeq. pœnam. Reus luit Pœnam & fit infamis.

Ampl.

Limit. Fama pœnæ aggravatione poteſt conſervari.

Affinia.

XLVI. Ad Affinia pertinet Actio rerum amotarum. *l. 1. & t. t. de act. rer. amot.* Expilatæ hæreditatis. *l. 17. C. h. t.* Vi bonorum raptorum. *l. 9. C. h. t.* Servi corrupti. *l. 4. C. eod.* De Tigno juncto. *tit. ſeq.* & plures alii.

aliæ, de quibus ſuis locis. J. O. Tabor. *Rat. 3. th. 20.* Gudelin. *de jur. nov. l. 3. c. 9.*

Contraria. Ratihabitio Domini. Mors furis. Pactum. Transactio. Juramentum. Non pœnitentia. Nec rei furtivæ extinctio, vel alienatio.

XLVII. Contraria ſunt, quæ actionem furti vel ab initio impediunt, quo minus naſcatur, vel natam tollunt. Prioris generis ſunt Defectus doli, & alia, quæ ex præced. colligi poſſunt. Ad poſter. pertinent Ratihabitio Domini, in caſu *l. 1. Cod. h. t.* Mors furis. *l. 41. §. 2. & 3. ff. h. t.* juxta limit. ſupra *ad tit. de O. & A. §. 58. tit. de priv. del. §. 29.* Pactum gratuitum. *l. 7. §. 14. l. 17. §. 1. ff. de pact.* & Transactio. *l. 54. §. f. l. 56. §. 4. ff. l. 13 C. h. t.* ſecundum dicta ad tit. *de transact. §. 25.* & J. O. Tab. *Rat. 3. th. 33.* Juramentum. *l. 13. §. 2. ff. de jurejur. l. 52. §. 27. ff. h. t.* Si ſimplo exacto criminaliter actum. *d. l. 56. §. 1.* Pœnitentia tamen non tollit hanc actionem; ea enim in delictis jam conſummatis nemo nocens eſſe deſinit. *l. 65. ff. h. t. l. 9. ff. vi bon. rapt.* Theodor. *c. 2. aph. 6. n. 2.* J. O. T. *d. l. th. 26. & ſeqq.* ubi Reſp. ad LL. obſt. Dn. D. Harpprecht. *C. 9. num. 95. & 131. cum ſeqq.* Item remanet hæc actio, licet res furtiva extincta, *l. 46. pr. ff. h. t.* vel à fure in alium gratis collata ſit, *l. 54. §. 1. ff. eod.* cum fur ſemper ſit in mora, *l. f. C. de cond. ob turp. cauſ. l. f. C. de cond. furt.* & proin periculum & interitus rei furtivæ ad eundem pertinet. *l. 9. C. h. t.*

An hæc actio hodie locum habeat?

XLVIII. An hæc actio furti in duplum & quadruplum adhuc hodie locum habeat, inter Dd. non convenit. J. O. Tab. autoritate Ord. Cr. *art. 157. 158. & 160.* ab uſu non receſſiſſe defendit ad *d. art. th. 3. Rat. 1. th. 48. Rat. 2. th. 21. Rat. 3. in fin.* præjudicium hujus actionis in genere notat Brunnem. *C. 3. Dec. 87. & ad L. 10. n. f. h. t.* & Berlichius refert, Dnn. Scabin. Lipſ. quadruplum aliquid adjudicaſſe, *p. 5. concl. 43. n. 1.* Sed eam plane in deſuetudinem abiiſſe, poſt multos alios, contendunt Berlichius, *d. l. n. 3.* Carpzov. *Pr. Crim. q. 77. n. 5. q. 78. n. 8.* qui teſtatur de Saxonia. Harpprecht. *ad §. 1. I. h. t.* de Ducatu Wirt. Gudelin. *de jure nov.* & J. O. Tab. *d. num. 21.* D. Graſſ. *Differ. Receſ. Imper. ſect. 15.* de Gallia, ibique & in Hollandia omnes fere pœnas pecuniarias Jure Civili introductas & privatis applicandas in uſu eſſe deſiiſſe. Vinnius *ad §. 5. I. h. t. n. 2.* Sed quamvis hæc actio hodie in quibuſdam locis abrogata, in aliis infrequens ſit, nondum tamen conſtat de generali conſuetudine abrogatoria, Imp. Caroli V. legi contraria. d. Diſp. *de priv. del. th. 19.* B. Dn. Frommann. *Diſp. de inquiſit. rei furt. th. 11.* Brunnem. *poſt tit. Arb. furt. caſ. §. 3.* Schulter. *ad ff. Ex. 49. §. 5.* D. Harpprecht. *C. nov. 3. num. 60. cum ſeqq. add. præc. §. 9.* Ubi ergo adhuc viget, notandum. Licet quandoque actiones pœnales cum Accuſationibus publicis concurrant: ſupra *tit. de O. & A. §. 94. in f.* J. O. Tab. *Rat. 1. th. 35. & ſeqq.* hoc tamen non pertinere ad actionem furti civilem & cri-

minalem, qui enim criminalem elegit, rem quidem ablatam recipit, ſed altera remiſſa cenſetur *l. 56. §. 1 ff. h. t.* J. O. Tab. *Rat. 3. th. 25.* Struv. *S. J. C. Ex. 46. th. 95. in f.* Interdum tamen ſubordinate agitur. J. O. Tab. *ad d. l. 56 pag. 216.*

Extraordinaria Perſecutio. XLIX. Extraordinaria Criminalis perſecutio tendit ad publicam vindictam, & pœnam Fiſco applicandam, *l. ſ. ff. h. t.* quæ tamen Jure Juſtin. ad ultimum ſupplicium aut membri alicujus abſciſſionem extendi non poteſt. per Auth. *Sed novo jure C. de ſerv. fug.* [illegible] & Nov. *134. c. ſ.* Non obſt. *l. 9. ff. de cond. cauſ. data cauſa non ſec.* vid. *l. 16. §. 3.* junct. *l. 10. pr. ff. de pœn.* Theod. *d. aph. 7.*
Pœna ex conſtit. Feder. *n. 47.* vid. Mauritius *Conſil. Tub. p. 2. C. 9. n. 22.* At Fridericus Imp. hoc mutavit, & pœnam ſuſpendii conſtituit, ut, ſi quis V. ſolidos valens, aut plus furto furatus, laqueo ſuſpendatur, ſi minus, ſcopis & forcipe excorietur & tondeatur. *2 F. 27 §. 8.* vid. Conſil. Argentor. *V. 2. Conſ. 66. n. 11.* Hocque genus ſupplicii jam receptum erat apud Hebræos, Num. *c. 25. v. 4.* Deut. *c. 21. v. 22.* Saxones, *Landr. L. 2. art. 13* Francos, Schilt. *d. l. §. 6.* & ante plura ſecula in Europa jam uſitatum fuit. Tacit. *de mor. Germ. c. 12.* Beſold. *delib. jur. l. 47. q. 5.* Dd. res. d. Conſt. communiter reſtringunt ad furtum violentum cum turbatione pacis publicæ. per *tab. h. t.* poſt alios, Hahn. *ad Weſ. h. t. N. 11 verſ. Tantum.*
Ex Conſtit. Caroli V. Theod. *d. l. n. 48.* Imp. Carolus V. tamen hoc delictum capitale effecit in variis furti ſpeciebus. *art. 159. & ſeqq.* Ex lege quidem divina furtum hoc commiſſum non cæde, ſed mulcta compenſandum erat. Dn. Avus noſter Thom.
An pœna laquei ſit proportionata? Lanſius b. m. ingenue fatetur, ſe non poſſe indagare rationem, quæ certum quem reddere poſſit, cur Imp. Carolus V. furibus gulam laqueo frangi voluerit, cum pœna delicto non commenſuretur. *in L. Regia th. 89.* [illegible] Bach. *ad Tr. V. 2. D. 30. th. 3 lit. G.* Matth. *de Crim. l. 48. t. 1. c. 2 n. 6.* plures allegat Bruckner. *Diſſ. de Juſtit. Ext. & Interna. §. 15* Arneſ. *de conſ. l. 3. c. 32. q. 1* Eckolt. *ad h. t. th. 12.* J. O. Tab. *ad art. 174. annex. Reſp. in fin. p. 336.* & Dn. Joh. Fridericum Wurt. Ducem hanc in rem pragmaticam ſanctionem promulgaſſe memorat Beſold. *Delib. jur. d. l. q. 5. in fin.* Econtra plurimi è Theologis & JCtis defendunt laquei pœnam etiam Chriſtianum Magiſtratum obſervare poſſe, poſt multos, in d. Diſp. *de Diff. Jur. Civ. & Sax. th. 65* J. O. Tab. *ad d. art. 159. th. 6. & ſeqq.* Carpz. *q. 77.* Hahn. *ad W. h. t. in fin.* Theod. *d. l. n. 57 & ſeqq.* Dn. D. Harppręcht *Diſſer. March. Bad. p. 7 th. 47 & C. 9. n. 19. & 33. cum ſeqq.* Stryk. *in uſu moderno § 11. h. t.* Dn. D. Geiſ. *Diſſer. Receſſ. Imper. ſect. 14. & ad Inſtit.*
Furtum ex Conſtitut. Caroli V. non eſt indiſtincte capitale. *lib. 4. th. 1.* Præſertim, ſi invaleſcerent furta; Bruckn. *d. l. in fin.* quæ ratio eo tempore Carolum V. tum movebat. Hinc juxta Conſt. Crim. furtum indiſtincte non eſt capitale, ſed æquitati Judicis multum relinquitur. Unde fit, quod in diverſis locis diverſa placeant ſuppliciorum genera; prout alicubi Judæi pedibus

dibus intra duos canes modo ſuſpenduntur, quod tamen merito ... cum Remo, Natta, Marquardo, dicit Knipſch. *ld. de nobil. l. 3. c. 18. n. 48.*

L. Indifferenter autem ſecundum Conſtit. Caroli V. pœna furti non eſt ultimum ſupplicium, ſed diſting. inter Furtum ſimplex & qualificatum, vel periculoſum, *ein gefährlicher Diebſtahl*, id eſt, concurrentibus circumſtantiis, uti dictum *praed. §. 14.* quæ cum fures maxime gravent, pœna erit laqueı, olim ſine diſcrimine ſexus, & rei, reſtituto licet. DD. Harpprecht. *diſſ. Marck. Bad. p. 7. th. 48. & Conſil. nov. 34. n. 87.* Stryck. *in uſu moderno §. 16. h. t.* Sed apud Romanos barbarus mos inolevit, qui virgines non niſi prius à carnifice vitiatas atque ſic velut è Virginum cenſu proſcriptas ſtrangulari curabant. Sueton. *in Tiber. c. 61.* Tacit. *l. 5. annal.* Verum à Carolo V. maribus tantum pœna ſuſpendii; ſed fœminis, propter indecentiam ex laxitate & diffluentia veſtitus vid. Schopffer *n. 62. h. t.* ſubmerſio dictatur in *Conſt. Crim. art. 159.* ubi tamen *in fin.* ob conditionem, ætatem, locum tempus aliasve circumſtantias in fœminas pœna mitigatur, & effoſſio oculorum, vel amputatio manus, aliave pœna ſubſtituitur, quod confirm. *art. 162.* J. O. Tab. *ad d. art. 159. th. 20.* Illa quidem pœna apud Orientales frequens eſt, ſed non amplius apud nos, ſicut nec amputatio manus in hoc delicto J. O. Tab. *th. 26. & ſeqq.* Damhoud. *c. 110. n. 31. & 47.* In Saxonia, ſine ſexus diſcrimine, hoc caſu ſuſpenduntur, Carpz. *q. 82. n. 71.* add. *q. 79.* & J. F. *pag. 4. C. 38. def. 10.* ſed ex more regionis alibi alia pœna infligitur, forte narium vel aurium abſciſſio, vel ſtigmatis inuſtio. Claſen. *ad d. art. in fin.* Hinc in Ord. Crim. *art. 162. in fin.* jungitur, *nach jedes Landes Gebrauch.* add. *§. fin.* Stryck. *in uſu moderno §. 10. h. t.* — *Furtum periculoſum morte punitur.* — *Etiam in Fœminis. Limit.*

LI. Furtum ſimplex, de quo §. 10. diſt. An ſit Primum, an Reiteratum? *prec. §. 15.* Illud ſubdiſt. Parvum ſit, an Magnum? quale ita dicatur? vid. *§. 11.* Si ergo Furtum ſit Simplex, Primum, Parvum, & Nec Manifeſtum, vid. *prec. §. 8.* illud juxta Conſtit. Carolinam dupli præſtatione punitur, *art. 157.* ſcil. Domino, vel cujus intereſt, fur reſtituat rem ablatam, vel ſi non extet, ſimpli æſtimationem, præterea ſi ſolvendo ſit, duplum æſtimationis, *dem Beſchädigten den Diebſtal mit der zweyfach zu bezahlen.* Inſuper Magiſtratui non eſt interdictum Reo mulctam indicere, quo tamen caſu læſus ratione ablati præfertur Fiſco mulctam exigenti, *l. un. C. de poen. fiſc. cred. praef.* ſed non ratione dupli, quod etiam eſt mere pœnale; in cauſa n. pari h. l. potior eſt ratio Fiſci, *d. art.* ibi J. O. Tab. *th. 25.* Sin ſolvendo non ſit, pœnæ dupli ſurrogatur temporalis, detentio in carcere, & prius à rei reſtitutione ejusve æſtimatione non liberatur. *d. art. ibi.* *Soll doch zuvor vermöglich dem Beſchädigten den Diebſtal wieder geben, oder nach ſeinem Werth bezahlen.* J. Tab. *d. l.* Ex carcere — *F. Simplex Prim. Parvum Nec Manifeſt. Dupli præſtatione.* — *Dominus præfertur Fiſco.* — *Si non ſit ſolvendo.*

 vero

vero non dimittant, niſi (1.) Refuſis expenſis tam alimentorum quam ſumptuum, quas omnis Reus, qui non corporaliter vel capitaliter punitur præſtat, ſin omnino pauper ſit, ex ærario præſtandæ erunt, Boer. *deciſ. 103. n. 10.* J. O. Tab. *theſ. 26. & 27.* (2.) Et præſtita urpheda vel juramento, quod nec ergo Magiſtratum judicem, ejusque miniſtros, vel etiam accuſatorem velit vindicare, quidquid propter furtum paſſus eſt. *d. art. in fin.* ibi. *Und Entbaltung, &c. ewige Urphede thun*, quo excludatur temeraria petitio abſolutionis ad effectum agendi. J. O. Tab. *d. l. th. 28.* cujus formulam exhibent Otto *ad Ord. Crim. art. 107. pag. 267.* & Fröhlich. *ad Ordinat. Crim. l. 2. t. 7. pag. 186.* Aliud eſt, ſi juſtam habeat agendi cauſam. Claſen. *ad dict. art. in f.* poſt Sichard. *cauſ. crim. 9.* Carpz. *q. 127. n. 46. & ſeqq.* add. Rebhan. *Hodeg. ch. 3. tl. 4. n. 13.*

Urphedaquid

Manifeſtum.

LII. Sin Furtum Simplex, Parvum ſit Manifeſtum, *vid. præc. §. 7.* licet abſque aſcenſione vel effractione, ſemper tamen major eſt malitia palam delinquentis, ideo gravius punitur. *præc. §. 44.* Sed diſt. Imp. in *art. 158.* inter Furem vilioris conditionis, qui poſt reſtitutionem rei ablatæ *L. 54. §. 2. ff. in fin. de reb. auth. jud.* ad ſupra *d. tit. §. 17. n. 9.* vel pretii, (niſi ſolvendo non ſit, nec enim tum cæteris creditoribus præfertur, J. O. Tab. *ad d. l. 11. C. h. t. in fin. & ad d. art. th. 3.* ſupra *ad tit. in quib. cauſ. pign. §. 136.*) numellis exponatur, vel ad palum numellarium ſeu famoſum alligetur, *an Pranger, Halſeiſen ſtellen*, fuſtigetur & relegetur præſtita urpheda. *d. art. 158.* & ibi criminal. Sed honeſtior, & ubi ſimul ſpes emendationis eſt, *l. 20 ff de pæn.* ex conſenſu ſuperioris Magiſtratus, punitur civiliter, Actori quadruplum præſtando. *d. art. in fin.* Sin tantum in bonis non habeat, duplum vel ad minimum ſimplum reſtituat, & ad tempus carcere punitur, *dict. art.* ibi: *Und ſonſt abarbeiben.* junct. *art. 157.* ibi Comment. A rei tamen furtivæ vel ejus pretii reſtitutione non liberatur. Si incarceratus fuit, expenſas & urphedam, ſicut *in præc. §.* præſtare tenetur. Claſen, *ad d. art. 158. in f.* Et quamvis Furtum Simplex primum & parvum hodie arbitraria & extraordinaria plerumque afficiatur pœna, ſemper tamen conditio honeſtiorum natalium & ſpes emendationis etiam in non manifeſto attendi debent. Zieritz. *ad d. art. in f.* & ibidem J. O. Tab. *Th. 4. & ſeqq.* In Saxonia quidem hæc diſtinctio non viget, uti dictum *præc. §. 9.* ſed ſi hoc furtum parvum ſive modicum dimidiam partem V. aureorum excedat, & fuſtigatione cum relegatione; ſi non excedat, & relegatione, vel carcere, vel mulcta punitur. Carpzovius, *J. F. p. 4. Conſt. 32. def. 8. & Prax. Crim. q. 78. num. 100.*

Si fur ſit vilioris.

vel honeſtioris conditionis.

LIII.

LIII. Furtum Magnum quid dicatur? vid. præc. §. 11. Si ſit Simplex & Primum, parvo quidem gravius puniri debet, juxta Conſt. Crim. *art. 160.* ubi tamen Imp. non illicò, nec regulariter mortis, nec aliam certam pœnam definivit, ſed Judicis arbitrio reliquit, ut circumſtantias diligenter conſideret, atque ſecundum illas, ex Præſcripto Conſilio JCtorum, (qui ſcil. ob prudentiam & experientiam ſibi pariunt notitiam de talibus caſibus dextrè judicandi. Claſen. *ad d. art. inſ.*) pœnam dictitet, *nach ſolchem erfundenen Rath der Urtheil geben.* poſt Rennemann. *de jure transfer. act. c. 11. num. 6. & 9.* J. O. Tab. *ad d. art. theſ. 16.* Stryck. *in uſu moderno §. 3. h. t.* Hic autem conſiderari debet (1.) Rei furtivæ quantitas. (2.) Furis qualitas, conditio & ſtatus, rat. ætatis, generis vel familiæ, & officii. unde delictum æſtimari, & pœnæ modus ſtatui poteſt, *l. 2. ff. de term. mota.* (3.) Ejus deprehenſio. (4.) Damnum læſi. Non ergo quantum fur ſit lucratus, ſed quàm damnoſum læſo acciderit, certò conſtet. *l. 16. §. 1. & 8. ff. de pœn.* & *d. art.* *Wie ſchädlich der Diebſtal dem Beſchädigten ſeyn mag.* Hæc quatuor ſi concurrant, tunc demum ad pœnam capitalem deveniri poteſt. Diſp. *de prov. del. poſ. 24.* Unum ſi deficiat, extraordinaria pœna dictari ſolet. *d. art. 160.* ibique Claſen. & J. O. Tab. qui hæc omnia ſolide examinat. Hodie tamen, in pleriſque Germaniæ locis, furtum adeò Magnum, ſed Primum capitaliter non punitur, niſi aliæ furti qualificatæ circumſtantiæ concurrant. poſt alios, Stephani, Claſen. *inſ. ad d. art.* Hahn. *ad W. h. t. N. 15. verb. Non etiam.* vid. Carpz. *J. F. p. 4. C. 32. def. 4.* D. Harpprecht. *Diſſer. March. Badenſ. p. 7. th. 48. &* D. Graſs. *Sect. 13. Diſſer. Receſſ. Imper.* Ita in Ducatu Wurtemb. primum furtum, licet magnum, incarceratione vel relegatione puniri, ne occaſio ſe corrigendi adimatur, teſtatur Harpprecht. *ad §. 5. I. h. t. num. 56. & ſeqq.* Bocer. *d. tr. c. 1. num. 137. & 145.* Beſold. *de furt. th. 25.* & Delib. jur. *d. l. q. 5.* Dn. Mauric. *2. Conſ. 4. n. 18. & ſeqq.* confer novum Reſcriptum de A. 1698. apud Dn. D. Harpprechtum C. *nov. 54. n. 12.* Dn. D. Graſs. *Sect. 13. Diſſer. Receſſ. Imper.* At in foro Saxon. & quibuſdam infer. Germ. locis furtum magnum etiam primum, modo excedat V. ſolidos, capitaliter punitur, Carpz. *q. 78. num. 15. & 106.* idque magis ex Conſtitutionibus localibus, quam verbis Caroli V.

Simplex Primum Magnum punitur attentis circumſtantiis.

Ut ſunt 1. 2. 3. 4.

Quæ ſi concurrant, mort. pœna dictatur.

Hodie non ubivis.

LIV. Furtum Simplex Iteratum eſt vel ſecundum, vel tertium, vel ſæpius commiſſum. Secundum iteratum eſt vel Parvum, ſi utrumque (quod collectivè intelligunt, poſt alios, J. O. Tab. Steph. *ad art. 161.*) non excedat V. ſolidos: quia tamen reiteratio aggravat delictum, *l. 3. §. 2. ff. de Abig. l. 3. §. 9. ff. de re milit.* eaque potiſſimum h. l. ſpectatur, Tiraq. *de pœn. temp. cauſ. 10. n. 5.*

Reiteratum ſecundum parvum.

Reus, ſine diſtinctione manifeſti & nec manifeſti punitur publica pro tumel... poſitione & relegatione, *das Land verbotten*, vel confinatione, *Verſtrickung, oder in denſelben Zehenden, Zirck, oder Orth, darinnen er verwürcket hat, zu bleiben*, praſtitâ urphedâ. *art. 161.* Quæ confinationis pœna etiam apud Romanos in uſu erat. *l. 5. ibi*: *Inſulæ vinculum*. *l. 9. ibi*: *ne de domo ſua procedant. ff. de interd. & releg.*

magnum. Sin Magnum ſit, h. e. utrumque contineat vel excedat ſummam vel æſtimationem V. aureorum, tunc, ſecundum circumſtantias, arbitrio judicis, ex conſilio JCtorum, punitur vel corporaliter & extraordinariè, vel capitaliter, juxta modum *in præc. art. 160.* præſcriptum. *præc. §. 53.* Stryck. *in uſu modern. §. 4. h. t.*

§ 3. Reiteratum eſt capitale. LV. Furtum Simplex Reiteratum Tertium ex Conſt. Carol. ſi certum & exploratum, eſt capitale; *art. 162.* Frequentia enim delicti auget malitiam, excludit omnem emendationis ſpem, *c. 6. x. de præſumpt.* & talis fur habetur pro famoſo, ac violento aggreſſori comparatur in *d. art. add. l. 28. §. 3. ff. de pœn. l. 3. in f. C. de epiſc. aud. l. 4. C. de ſerv. fugit.* proinde ejus pœna apud omnes fere populos fuit capitalis, teſte Bodin. *de Rep. l. 6. c. 5. p. m. 1101.* Struv. *Exerc. 44. th. 21.* ibique Mullerus; & Imp. conſtituit in *d. art.* ut *in art. 159.* maſculis pœnam laquei, fœminis ſuffocationem in aqua, vel aliam quandam juxta morem cujusque regionis & loci. De judæis vid. Stryck. *in uſu modern. §. 8. h. t.* De juſtitia hujus pœnæ capitalis vid. late Claſen. *ad d. art. p. 611. & ſeqq.* Nec diſt. ſecundum multos, etiamſi ſingula furta parva ſint, quia non magnitudo furti inſpicitur, ſed conſuetudo furandi arguitur. Zieritz. *ad d. art. 162. in f.* ibi Claſen. *in pr.* Dn. D. Harpprecht. *C. nov. 54. num. 20.* In foro tamen Saxon. reiteratio furti pœnam non facit capitalem, niſi ſummam vel pretium V. Solidorum excedat. Carpzov. *p. 4. Conſt. 32. def. 8.* & *Pr. Crim. q. 78. num. 76. & ſeqq.* quod & alibi volunt obſervari Gomez. Menoch. Theod. *de Crim. c. 2. aph. 7. num. 49.*

Judicis tamen arbitrio æquum relinquitur. Imò æquiorem partem eligunt, judicis arbitrio relinquentes, ut pœna mitigetur, ſi furta levia, nec habeant qualitates aut circumſtantias aggravantes, Theod. *d. l. num. 51.* Berlich. *p. 4. concl. 43. num. 93.* Claſen. *d. l.* vel damnum reſtitutum, aut à domino remiſſum ſit. Magdeb. Policey-Ordn. *de anno 1688. c. 71. §. 1. & 3.* Dn. D. Graſs. *d. ſect. 13.* Stryck. *in uſu mod. §. 5.*

LVI. Ut autem furtum aliquod Secundum vel Tertium eſſe videatur, à prioribus re & tempore diſtinctum eſſe debet; alias pro continuatione unus actus habebitur. Zæſ. *h. t. n. 31.* poſt alios, J. O. Tab. *Rat. ad art. 161. th. 4. in f.* Bocer. *d. c. 1. n. 150.* Illud nihil refert, omnia furta in uno, an diverſis locis vel territoriis ſint commiſſa. poſt alios, Zieritz. Claſen. *dd. ll.* Bocer. *num. 161.* Delicta enim alibi commiſſa nihilominus puniri poſſunt, ubi Reus deprehenditur.

ditur. Theod. *d. c. aph. 1. num. 19.* jung. Carpzov. *Pr. Crim. q. 11. num. 30. & ſeqq.* late D. Harpprecht. *Diſſer. March. Badenſ. p. 7. th. 48. & Reſp. 46. n. 74. & ſeqq.* Sed Quær. An Furta priora nunquam punita, furem à pœna capitali liberare queant? Hoc neg. Theod. *d. c. aph. 7. num. 47.* Bocer. *num. 164. & ſeqq.* Lauterbach. *de delict. privat. th. 26.* D. Bardili *Exerc. 30. Concl. Fur. 6.* D. Harpprecht. *C. 10. n. 96. & 97. de jure.* Stryck. *in uſu mod. § 9. h. t.* ſed mitiorem fovet ſententiam Harpprecht. qui *d. l. n. 60. & ſeqq.* defendit, quod fur capitaliter non puniatur, niſi ad minimum ſemel punitus, ſicque incorrigibilis repertus fuerit, prout etiam in Ducatu Wurtemb. in pronunciando obſervatur. Lauterbach. *ad O. P. Wurtemb. p. 375.* Dn. D. Harpprecht. *C. 9. n. 24. 61. & 96. C. 10. n. 30. & Conſil. nov. 77. n. 81. & ſeqq.* In Ducatu Magdeb. requiritur, ut jam bis punitus, nec damnum reſarcire poſſit. *d. § 1.* Cæterum numerus ternarius hac pluralitatem continet, ut licet furtum quarta &c. vice perpetratum, pœna capitalis ſubinde exaſperari non debeat. cum Carpz. *J. F. d. C. 32. def. 19.* J. O. Tab. *ad art. 162. th. 5.*

An pœna cap. furti priorem Punitionem requirat?

Quale dicatur tertium?

LVII. Ut autem mortis pœna inferri poſſit, non ſola furis confeſſio ſufficit ſed & plene convictus eſſe debet, ne forſan confitens tædio vitæ mortem hoc modo accelerare velit. Conſtet ergo certò de corpore delicti, vel de veritate furtorum diverſis temporibus commiſſorum, hinc dicitur *art. 45. redliche Anzeigung der Miſſethat art. 161. auf gegründete Erfahrung der Wahrheit. art. 162. mit gutem Grund.* Proinde Judex ad loca, ubi furta commiſſa dicuntur, mittere, veritatemque legitimè indagare & accuratè explorare debet. Claſ. *d. l.* Unde fit, quod Burſicopi, *die Beutelſchneider*, rarò ultimo ſupplicio puniantur, quia corpus delicti communiter deficit. Hæc late pertractat Carpzov. *Pr. Crim. q. 81. & J. F. p. 4. C. 33. def. 7.* D. Harpprecht. *C. 9. & 10. & C. nov. 63. n. 32. & Reſp. 36. n. 9.* Stryck. *in uſu mod. § 9. & 13.* Joh. Voet. *n. 16. h. t.* Talis inveſtigatio in omnibus delictis obſervari debet. vid. infra *tit. de Quæſt.*

Conſtet de corpore delicti.

LVIII. Ab hac capitali pœnâ quinam eximantur, potiſſimum ex præced. patet; quo referendi ſunt (1.) Infantes ſimpliciter. Carpzov. *Pr. Crim. q. 143. n. 10.* Infantiæ proximi his ferè æquiparantur. Carpz. *n. 30.* J. O. Tab. *Rat. ad art. 164. th. 2.* (2.) Impuberes pubertati proximi, qui ſcil. annum XIV. tum, (Jure Würt. annum XVI. *Ord. Prov. W. tit. 97. n. 2.*) nondum egreſſi, ſine ſexus differentia, (*vid. c. 6. x. de deſponſ. imp.*) utpote quæ ad materiam delictorum non eſt extendenda. Ord. Cr. *art. 164.* ibi Zierlich *verb. ſi fur. l. 1. § 33. l. 14. ff. de SC. Silan.* Et his dictatur in d. Ord. pœna arbitraria, quæ hodie ſolet plerumque eſſe incarceratio & caſtigatio cum comminatione juſta.

Pœna cap. eximuntur Infantes, Inf. prox. Pubertati proxi-mi.

infligendæ pœnæ ſeverioris, ſi non deſiſtant; Carpzov. *n. 55. & ſeqq.* dummodo doli ſint capaces. *§. 8. I. l. 23. ff. h. t.* Tanta enim poteſt eſſe ſimplicitas, ut ea ætas dolo vacet; J. O. Tab. *th. 9. ubi aliàs obſ. l. 11. ff. de R. I. accepta de ſuppoſito ætatis ſacramento. junct. l. 4. §. 26. ff. de doli mali & met. exc.* quam Limit. (*Limit.*) quidem Imp. *in d. art. 164.* etiam addit, ut, ſi furtum magnum aut periculoſum, ad pœnam ultimi ſupplicii, ex conſilio JCtorum, deveniri queat; Berlich. *p. 5. concl. 44. num. 34. & ſeqq.* & tunc copulative requirit Carpzov. ut (α) impubes mox impleverit annum XIV. (β) malitia adeo ſupina ſit, ut correctio non ſperanda; (γ) crimen atrociſſimas habeat circumſtantias. *n. 54. & 55.* ubi monet judicem melius conſulere conſcientiæ pœnam impuberi mitiorem irrogando. (*Monitum Carpz.*) J. O. Tab. *th. 10.* Bocer. *cl. 4. D. 1. n. 4.* (3.) Minores, cum quibus regulariter mitius agendum. *l. 37. §. 1. ff. de minor.* Carpz. *n. 61.* & J. F *p. 4. C. 32. def. 7.* J O. Tab. *th. 11. ubi junct. Reſp.* Berlich. *n. 39.* D. Harppr. *Conſ. cov. 17.* (*Minores.*) (4.) Perſonæ conjunctæ. *prac. §. 45.* Theod. *4. aph. 8. n. 18.* Inter quas (*Perſonæ conjunctæ.*) Carpz. *h. l.* refert Conſanguineos ad quartum gradum, & Affines proximos. *d. C. def. 4. & 5.* Stryck. *in uſu moderno §. 13 h. t.* (5.) Item *prac. 26. 38 & ſeqq.* memorati, & quorum fidei vel adminiſtrationi res commiſſa erat, omnes (*Adminiſtratores.*) arbitrarie puniuntur; niſi cooperantes & auxiliatores fuerit, juxta *prac. §. 27.* & de ſurreptis, quantum ad pœnam mortis ſufficeret, ſinguli participaſſent. Berlich. *d. concl. & ſeq.* Carpzov. *d. p. C. 32. def. 13.* & *Pr. Crim. q. 81. & ſeqq.* (*Limit.*) Theod. *num. 9. & 10.* Reliquæ enim ſpecies, ob circumſtantias, ex officio tantum coërceri queunt. cum Mevio, *p. 4. dec. 245.* Brunnem. *ad l. 10. pr. ff. h. t. num. 5.*

(*Pœnitentes, Reſtituentes rem pretiumve.*) LIX. (6.) Si fur, vel pœnitentia ductus, vel deprehenſus, rem vel pretium reſtituerit; quamvis ille longe mitius corrigendus, Hanold. *de J. & J. tom. 6. tr. 2 n. 230. & 232.* Theod. *num. 16. 17.* Stryck. *in uſu moderno §. 16. h. t.* Vel Dominus damnum paſſus remiſerit. Brunnem. *ad l. 13. C. h. t. n. 5.* & *ad l. 46. ff. h. t. n. 3.* Carpzov. *J. F. d. C. 32. num. 16. & ſeqq.* Et ſi ex (*Si Dominus remiſerit.*) pluribus reis unicus deprehenſus portionem ſuam reddiderit, pœna tamen erit mitiganda; niſi cauſæ aggravantes concurrant, per *l. 5. ff. ad L. Corn. de ſicar.* Berlich. *p. 5. concl. 44. per tot.* Hos & plures caſus vid. ap. Carpzov. *Pr. Crim. q. 80. per tot.* ubi *num. 110. & ſeqq.* tradit, fures, qui pœnam ſuſtinuerunt, eorumve hæredes ad intereſſe rei furtivæ non amplius extantis non teneri: & J. F. *p. 4. c. 33. def. 32.* Sed dubio procul hoc non pertinet ad caſum, ſi fur rem ſurreptam utiliter expenderit, aut hæredes inde facti ſint locupletiores; nam lucrum etiam ab hæredibus extorquendum. Brunnem. *ad l. 11. C. h. t. num. 7.* & *ad l. 5. ff. h. t.* add. ſupra *§. 54.* Berlich. *d. p. concl. 45. num. 1. & ſeqq.* (*An poſt pœnam mortis hæredes ad intereſſe rei furt. non extant. teneantur?*)

& ſeqq. Beſold. *Delib. Jur. d. l. q. 8.* Struv. *S. J. C. Ex. 48. th. 22.* Dn. Voët. *h. t. in f.* idem de Raptoribus, licet mortis pœnam ſuſtinuerint, tradit Harpprecht. *ad pr. I. vi bon. rapt. in fin.* (7.) Porro arbitraria eſt pœna in caſu expilatæ hæreditatis in furto glandis, fructuum, herbarum, lignorum, arborum furtim cæſarum, piſcium, &c. uti patebit partim ex *ſeqq. tit.* Ord. Crim. *art. 161. & ſeqq.* ibi J. O. Tab. *quæſt. 83. & 84.* & *J. F. p. 4. C. 37.* Permulti ab hac laquei pœna, ceu ignominioſiſſima, eximunt Clericos, Nobiles, Doctores, Studioſos aliasque perſonas honoratas; per vulg. ex quibus delictis plebejus laqueo afficitur, ex iis Nobilis &c. decapitatur, vel in perpetuum relegatur. late Beſoldus, *conſ. 205.* & poſt permultos Knipſchild. *de Nobilit. l. 1. c. 6. num. 146. & l. 2. c. 4. n. 56. & ſeqq.* add. J. O. Tab. *ad art. 160. th. 22.*

Excipiuntur alii caſus.

An perſonæ honoratæ

LX. Si Fur cum vel ſine re furtiva ad Eccleſiam vel Aſylum confugerit, quia Eccleſia delinquentibus nullam tribuit immunitatem *c. 5. X. de Immun. Eccl.* illum inde extrahi, & ad carceres Judicis ſecularis conduci poſſe, cum Harpprechto, Covarruvia, & aliis defendit Myler *de jure aſyl. c. 10. num. 11.* Frommann. *Diſp. de inquiſ. rei furt. th. 16.* Sed an hic damnatus ad furcam à puella illum in matrimonium petente liberetur? Item, an, rupto laqueo, vivus in terram cadens denuo ſuſpendendus ſit? Illud negatur: arg. *l. 8. §. 2. C. ad Leg. Jul. de vi publ.* Theod. *d. aſſ. num. 2.* & hoc affirm. per verba Conſt. Crim. *art. 162. ut vita reo adimatur.* Claſen. *ad d. art.* Kubach. *quæſt. pol. jurid. cent. 2. decur. 7. quæſt. 1. & 11.* Econtra multi, tali eveniente caſu, illam in pœnam extraordinariam commutari malunt. late Carpzov. *quæſt. 88. num. 58. & ſeqq. ubi varia præjud.* Add. Cruſ. *de Indic. delict. part. 3. c. 1. num. 68.* Theod. *num. 20.* ſuadet, ut executio tantiſper ſuſpendatur, donec in quasvis circumſtantias diligentius inquiratur. Klein. *Diſp. de mitigat. pœn. favore matrim. contrah. c. 2. n. 191.* Coccej. *Diſp. de proportione furt. & ſuſpenſis rupto laqueo.* Stryk. *in uſu modern. §. 19. & 20. h. t.* Hinc, quia pœna hæc capitalis ſatis dura videtur, Imp. *art. 160. & paſſim.* probe mandavit, ut Judices cum omnibus circumſtantiis facta inquirant; Graviter enim peccant, non omnia ſufficienter exponentes, cum de vita & ſanguine hominis pretioſiſſimo agatur, Zieritz. *ad d. art. in f.* quare DDres communiter admonent, ut Judex non ſolum crudelitate in animadvertendo in facinoroſos abſtineat, ſed & pœnarum acerbitatem humanitate, & undecunque captata occaſione temperare debeat. Beſold. *de furt. th. 25.* & *Delib. jur. l. 47. q. 5.* Brunnem. in furto non facile Judicem clementiæ permittere debere, admonet *tr. de inquiſ. c. 9. num. 80.*

Fur jure Aſyli non gaudet.

Petitione in matrim., item rupto laqueo cadens non liberatur.

Monitum.

TIT. III.
DE TIGNO JUNCTO.
Inſt. *Lib. 2. Tit. 1. §. 29.* Cod. *Lib. 5. Tit. 32. leg. 2.*

§. 1.

Continuatio. Spec. tit. de Furto. Tignus Etymol. Homon.

DIctum eſt hactenus de Furto in genere; nunc ſubjiciuntur quidam Speciales de furto Tituli & Actiones, in quibus ſingularia nonnulla occurrunt. Prima eſt furti Tigni juncti, de quo in *h. t.* Tignus vel Tignum dicitur à tegendo. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Et in L. XII. Tabb. latiſſime ſumitur, continens omnem materiam, ex qua ædificium conſtat, vineæque neceſſaria, ex gr. tegulæ, lapides, calx, arena, item perticæ, pedamenta, &c. *d. l. 1. §. 1. l. 7. pr. ff. ad exhib. l. 62. l. 163. ff. de V. S.* Jungere autem non tantum denotat appoſitionem; ſed & incluſionem. *d. l. 1. §. 2.* injunctionem. *l. 23. §. 6. ff. de R. V. l. 63. ff. de don. int. Vir. & Ux.* Tignum h. tit. præſupponit non proprium, vid. *§. 29. I. de R. D.* ſed alienum, *d. l. 1. §. 2.* non b. f. verum furtivum. *l. 2. ff. eod.*

Jungere quid denotet?

Delictum, de quo in h. t. quid?

Hoc ergo delictum eſt privatum, quo Tignum furtivum alienis ædibus vel vineis jungitur, quod L. XII. Tabb. neque ſolvere, vel eruere, nec vindicare permittit, ne ſub hoc prætextu vel ædificia diruantur, vel vinearum cultura turbetur. *d. l. 1. pr.* arg. *l. 2. §. 17. ff. ne quid. in loc. p.* add. Diſp. Witteb. Ziegleri de A. 1655. de tigno juncto *Beyer h. t. pag. 601.*

C. E. R. Prox. eſt dolus, vel culpa.

II. Cauſa Effic. Rem. eſt L. XII. Tabb. qua hoc delictum notatur & prohibetur. *d. l. 1. pr.* Proxima eſt voluntas jungentis doloſa vel culpoſa. Nam committitur hoc delictum etiam à b. f. jungente, qui tamen culpam admiſit in eo, quod non diligenter ante ædificationem inquiſiverit, cujus conditionis tignum ſit, reſque ſuas haud internoverit; *l. 5. C. de rei vind.* C. unde in quo Dominus intus re ſua carere cogitur. Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 20. th. 6. lit. A.* J. O. Tabor. *Rat. Crim. ad h. t. th. 12. pag. 328.*

Subjectum. Objectum.

III. Subjectum ſunt perſonæ doli capaces, *d. l. 1. §. 2.* Tignum alienum ſuis ædibus vel vineis jungentes. *d. l. 1. pr. inſ.* Objectum, ut actio in duplum detur, eſt tignum furtivum; juxta *prec. §. 1.* Sin furtivum non ſit, aliter conſulitur Domino materiæ. *d. l. 63. ff. de don. int. V. & Ux.* ut diximus *ad tit. de A. R. D. §. 99.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.* Struv. *Exerc. 46. th. 28.* ibique Mullerus. Hinc in *§. 29. I. de R. D. l. 7. §. 10. ff. de A. R. D. l. 23. §. 6. ff. de R. V.* nulla fit mentio furtivi, ſed duntaxat alieni. ad Vinn. *ad d. §. 29. n. 2.* J. O. Tabor. *d. l. th. 11.*

Forma.

Forma eſt junctio doloſa vel culpoſa tigni furtivi, ita, ut ſine damno ſolvi non poſſit. *prec. §. 1.* Aliud ergo eſt, neque hæc actio datur, ſi quis alienam rem, quæ ſine damno ædium vel vinearum iterum amoveri poteſt, junxerit. arg. *d. l. 1. pr.*

IV.

IV. Effectus Primus reſpicit vel ipſam rem, vel perſonam. Ille in eo conſiſtit, quod Tignum ſic junctum fiat pars ædium vel vinearum, quibus appoſitum eſt, & hoc reſpectu Dominus ædium etiam fit Dominus tigni tantiſper, ut Dominus materiæ nec eum vindicare, nec ad exhibendum agere queat. *l. 7. §. 10. ff. de A. R. D.* De cætero, & ad caſum tigni ſeparati, prior manet dominus, cum hæc junctio dominium rei non mutet. *d. §. 10.* & uſucapi nequeat. *l. 23. §. ſ. ff. de R. V. §. 2. I. l. 23. §. ſ. ff. de uſucap.* ſupra *tit. de A. R. D. § 99. in f.* Quoad perſonas effectus eſt obligatio, quæ domino tigni acquiritur. Jungens enim vel poſſidens obligatur ad duplum, unde Effectus Ortus eſt Actio, quæ vocatur de Tigno Juncto. Eff. primus circa Rem. circa Perſonas.

V. Hæc actio de Tigno juncto eſt actio perſonalis, pœnalis, civilis, perpetua, qua in duplum agitur adverſus illum, qui tignum furtivum ſuis ædibus vel vineis jungit. Eſtque duplex, vel Mere pœnalis, ſi agatur contra m. f. *l. 1. pr. l. 2. ff. h. t.* vel Mixta, ſi contra b. f. jungentem. *d. §. 29. d. l. 7. §. 10.* add. Dn. Baro de Lyncker. *in Analect. ad Struv. h. t. th. 30.* Eff. Ortus eſt Actio de Tigno juncto quid?

VI. Cauſa Efficiens Remota eſt Lex XII. Tabb. *d. §. 29. d. l. 1. pr. d. l. 7. §. 10. d. l. 23. §. 6. ff. de R. V.* Impulſiva eſt favor ædificiorum, ne tignum eruatur: *d. l. 1. pr.* item, ut dolus vel negligentia ædificantium coerceretur, & Dominus materiæ alio remedio compenſaretur. Hinc dicta actio etiam adverſus b. f. poſſeſſorem conceditur. *pr. §. 2.* J. O. Tab. *d. l. th. 17.* Proxima eſt actualis junctio ipſius tigni. *pr. §. 3.* C. E. R. Imp. Prox.

VII. Quoad Subjectum datur Domino materiæ, aut tigni furtivi, ejus hæredi, & ad ſimilitudinem actionis furti, omnibus, quorum intereſt, Tignum junctum non eſſe. *§. 13 & ſeqq. J. de oblig. quæ ex del.* Non ſimpliciter contra quemcunque poſſeſſorem: ſed in eum, qui convictus eſt, junxiſſe, *d. l. 1. pr. in fin.* licet non poſſideat, per rationem actionis furti. *d. l. 23. §. 6. & L. XII. Tabb.* J. O. Tab. *th. 19* Joh. Voet *n. 1 & 2. h. t.* Sive bona, ſive mala fide junxerit, æque adverſus utrumque datur in duplum. quia & b. f. jungens per hanc actionem liberatur ab ædium deſtructione, & ex generalitate *d. l. 1. pr.* junct. *d. l. 23. §. 6.* & *d. §. 29.* ibi Harpprecht. *n. 13 J. de R. D.* Stryck. *in uſu moderno ſ. 2. h. t. & de act. for. inveſtig. ſect. 1. m. 10 §. 1.* Verum in m. f. jungente duplum eſt mera pœna. *d. l. 1. §. ſ. & l. 2. ff. h. t.* Unde ita arguunt Contra quem actio de tigno juncto eſt mere pœnalis, de illo non agitur in *d. § 29.* Atqui contra m. f. poſſeſſorem &c. Ergo add. Bachov. *d. th. 1 lit. A* & *de Act. D. 5. th. 17.* Struv. *S. J. C. Ex. 42 th. 18.* ibique Mullerus. Adverſus hæredem non competit, quia eſt mere pœnalis, arg. *l. 111. §. 1. ff. de R. J.* junct. *l. 5 ff. de calumniat.* Nec mixta contra b. f. poſſeſſoris hæredem, in quantum pervenit: Subj. Act. Paſſiv. eſt, qui junxit. B. vel. m. f. Quomodo contra m. f. poſſ. An contra hæredem?

 quia

quia pœnalis eſſe non deſinit. Dn. Parens, *Diſſ. de priv. del. poſ. 28.* Et inſuper ad hanc requiritur actionem, ut Reus ipſe junxerit; *d. l. 1. pr.* ſed in hæredem rei perſecutoria ſufficiet. *l. 1. pr. ff. de priv. del. l. 2. §. 5. ff. vi bon. rapt.*

Objectum eſt duplum, quod cont. in m. f.

VIII. Objectum ex L. XII. Tabb. indiſtincte eſt duplum; *d. l. 1. pr. d. §. 29. d. l. 7. § 10 ff. de A. R. D.* ſed in m. f. jungente meram continet pœnam. *l. 2. ff. h. t.* Itaque tigni poſtmodum ſoluti vindicationem pati tenetur, vel etiam ad exhibendum actione, & vindicatione extrinſecus ad tigni adhuc juncti æſtimationem conveniri poteſt, quaſi dolo malo fecerit, quo minus poſſideat *d. l. 1. §. 5. l. 2. ff. h. t.*

B. f. poſſeſſ.

Sin contra b. f. poſſeſſorem, vel jungentem agatur, ſimul rei perſecutionem & intereſſe continet, ut hoc præſtito tignum poſtea ſolutum vindicare nequeat. *d. §. 29.* & latius ſupra ad *tit. de A. R. D. § 99.*

Forma, Effectus.

Forma & Differentia Specifica conſiſtit in eo, ut coërceatur tigni furtivi junctio. Effectus eſt ipſa dupli præſtatio. Et m. f. jungens infamia laborat, maxime ſi Judex doli mentionem fecerit. *§. 2. J. de pœn. tem. lit. l. 1. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* J. O. Tab. *th. 23.* Dn. Voet. *h. t. th. 1.*

Concurrunt elective, Cumulative.

IX. Cum hac actione concurrunt alia Remedia, maxime adverſus m. f. poſſeſſorem, elective actio furti; J. O. Tab. *th. 12. in f.* ubi ipſe fur junxerit. *l. 2. pr. ff. de priv. del. th. 26.* ſupra *ad tit. de O. & A. §. 94.* Cumulative vero Rei vindicatio, Actio ad exhibendum, & Condictio; *l. 1. §. 2. l. 2. ff. h. t. §. 26. J. de R. D.* non ut tignum eximatur; ſed ut æſtimatio præſtetur. Struv. *Exerc. 46. th. 31.* ibique Mullerus. Stryck. *in uſu moderno. , 3. h. t.* Merito autem pœnalis actio non conſumit rei perſecutoriam. Bachov. *d. lit. A.*

Quando h. Act. ceſſet?

Sin Dominus tigni agere ceſſaverit, ſeparato tigno actio de Tigno juncto ceſſabit, manente tamen actione rei perſecutoria. *d. §. 29* ſupra *ad tit. de A. R. D. §. 100.* Voet. *h. t. in f.* addit, ſalva furti accuſatione contra furandi animo auferentem. Item ceſſat in caſu *l. 63. ff. de don. int. V. & Ux.* ubi maritus ex conſenſu mulieris ædibus ſuis junxerat. Groenew. Vinn. *ad d. §.* tradunt in Provinciis Inf. German. ſolam rei perſecutionem obtinere, & Schach. *in Collat. Pract. ad h. l.*

An hodie locum habeat?

cum Schulz. *ad. d. §. J.* moribus noſtris duplum ceſſare aſſerit, & in ſimplum actionem dari: idem confirmat Struvius, *d. Ex. th. 31.* Beyer *h. t. pag. 601.* Thomaſius in *Diſſ. de non uſu act. pœn. J. R. c. 3. §. 43.* ſed abrogationem hanc vix probari, ideoque actionem valide inſtitui poſſe non dubitat Schilterus, *ad ff. Exerc. 49. § 15.* Bardili, *Concl. for. Ex. 50. th. 15.* Stryckius *ſ. 1. h. t.*

TIT. IV.

SI IS, QUI TESTAMENTO LIBER ESSE JUSSUS ERIT, POST MORTEM DOMINI; ANTE ADITAM HÆREDITATEM, SURRIPUISSE AUT CORRUPISSE QUID DICETUR.

§. I.

Subjicitur alia ſpecies ratione Servi, qui Teſtamento liber eſſe juſſus; vid. ſupra *tit. de manum. teſt.* Cum enim Servi ſe paulo poſt liberos eſſe intelligerent, ſolebant hæreditates depopulari, vel ſaltem luxu corrumpere, quæ calliditas & protervitas ut coërceretur, Prætor neceſſarium duxit, *l. 1 §. 1. ff. h. t.* ſiquidem deficiebat civilis actio furti, *d. §. 1.* namque hæreditati jacenti furtum non fit, nec ut ſervus coërceri poterat ob imminentem libertatem. *d. l. 1. §. 1. & 15.* ſupra *ad tit. de furt. §. 11. & 25.* Nam ſpe privilegii delinquens minus debet eſſe impunitus. Eneck. *de priv. l. 2. c. 6. n. 10.* — *Servus liber eſſe juſſus.*

II. Prætor h. t. duo coërcet facinora, quorum Primum eſt furtum à dicto Servo commiſſum. Non obſt. *d. l. 1. §. f.* ubi non delictum; ſed actio comparatur, & hæc in locum deficientis Furti actionis ſurrogatur. *d. l. §. 10.* Ludw. *Ex. 16. th. 11. lit. C.* Unde Actio ex Edicto, Si is, qui teſtamento &c. Haerſolt. *de act. p. 7. act. 11.* Eſtque actio utilis in factum, honoraria, *d. § 10. 16.* pœnalis, *d. l. pr. & §. 2.* quæ datur hæredi, ſubſtituto, aliisque ſucceſſoribus, *d. l. §. 19. & 18.* adverſus talem ſervum, cui teſtamento libertas pure data eſt, *d. l. §. 3.* & qui poſt mortem Domini, ante aditam hæreditatem, ex eadem dolo vel lata culpa, quid ſurripuit, *d. l. §. 2.* ad duplum. *d. l. pr. §. 1 & f.* veri rei & acceſſionis pretii, *d. l. §. 11.* vel ejus, quod intereſt, ſcil. ob rem in bonis defuncti alienam *d. l. §. 10. 15. & 16.* intra annum utilem præſtandum. *d. l. pr.* Sin plures ſervi ita deliquerint, ſinguli tenentur in ſolidum; nec unius præſtatione reliqui liberantur *d. l §. f.* Cum hac actione concurrit R. V. *d. l §. 17.* — *Si Furtum committitur. Datur Actio ex h. Edict. qualis ſit.*

III. Alterum eſt Damnum à tali ſervo dictæ hæreditati dolo malo vel culpa lata diſſipando datum. *d. l. pr. §. 2. & 14.* Johann. Voet. *n. 2. h. t.* Dicitur Actio rerum corruptarum ex hoc Edicto Gothfr. *in not. lit. f.* & comprehendit quævis damna vel corruptelas hæreditati jacenti datas, eaque propter duplum præſtandum. Cætera enim cum priori actione omnia conveniunt, & R. V. ſimiliter cumulative: ſed actio L. Aquil. elective concurrit. De his ſingulis late J. O. T. *Rat. ad h. t. th. 17.* Ob ceſſationem ſervitutis inter Chriſtianos hæ actiones ad mancipia Turcica applicari poſſunt. Stryck. *in uſu moderno h. t.* — *Vel hæreditati damnum dederit, datur Act. rer. corrupt.*

TIT. V.

FURTI ADVERSUS NAUTAS, CAUPONES, STABULARIOS.

Supra *Lib. 4. Tit. 9.* Inſtit. *Lib. 4. Tit. 5. §. 3.*

§. I.

H. t. agitur de 4. delict. ſpeciebus.

HOc tit. tam ex ſuo, quàm ex aliorum delicto quis convenitur; Agitur n. de IV. delictorum ſpeciebus, ſcil. ſi furtum commiſſum ſit (1.) ab ipſo exercitore navis, cauponæ, vel ſtabuli. (quis dicatur? vid. ſupra tit. *Nautæ, Caup. Stab. §. 2. & ſeqq.* (2.) ope ſaltem vel conſilio ejus. (3.) à quoque eorum, quos exercitor ibi exercendi cauſa habet, & (4.) horum ope, conſilio *l. un. pr. §. 5. & 6.* In hoc Edicto una nominatur Actio, ſed plures latere docet J. O. Tab. *Ratem. 7. th. 19 pag. 567.* Hæc autem Actio furti adverſus nautas, caupones & ſtabularios eſt actio Prætoria, Perſonalis, Pœnalis, quæ datur adverſus nautas, caupones, ſtabularios, ob furtum ab ipſis vel illorum operariis perpetuove inhabitantibus in rebus illatis admiſſum, in duplum.

Datur Act. furti adv. nautas, caup. ſtab. quid ſit?

C. E. R. Prox.

II. Cauſa Eff. Rem. eſt Prætor, qui eam introduxit *d. l. un. §. 3. per tot. ut l. 3. §. 1. ff. naut. caup. ſtab.* Proxima eſt furtum in navi, caupona, vel ſtabulo, in rebus illatis commiſſum. *d. l. un. pr.* Et hoc Edictum interdum Verum comprehendit delictum, ut ſi Exercitores ipſi illorumve miniſteriales & inhabitatores perpetui principaliter, vel doloſe ad furtum faciendum opitulando delinquant. *d. l. pr. l. 50. §. 3. l. 90. §. 1. ff. de furt.* Interdum Quaſi delictum, quo exercitores ex culpa & negligentia ſua obligantur. *l. 5 §. 5. ff. de O. & A. l. 6. § 3. l 5. ff naut. caup ſtab.* ſupra *ad eund. tit. §. 14. & ſeqq.* Nam Exercitor præſtare debet factum eorum, qui e. gr. in caupona ejus cauponæ exercendæ cauſa ibi ſunt, item quos perpetuò habitandi cauſa quodammodo elegit. *d. l. un. §. 6.*

Datur ob furtum principale & auxiliare.

III. Datur iis quibus res ibi ſurrepta eſt, *d. l. un. §. 3. ubi, perire. pro ſubjecta materia, ſumitur.* Licet non propria, modo ipſis interſit. *l. 1. §. 7. ff. naut. caup. ſtab.* Hinc nauta &c. ſi rem, antequam illata, ſed adhuc in littore eſſet, ſalvam fore receperit, ante dominum rei ſurreptæ habet furti actionem, nam periculum ſubiit, *d. l. un. § 4.* & de recepto tenetur. *l. 4. pr. ff. naut. ff. caup. ſtab.* Aliud eſt, ſi non ex honeſta recepti cauſa, ſed ex delicto vel quaſi tenetur ſupra *tit. de furt. §. 38.* J. O. T. *d. l. th. 21.*

Subj. Act. quibus res propria vel recepta ſurrepta.

Limit.

IV. Adverſus Exercitorem Navis, Cauponæ, vel Stabuli; *d. l. un. pr.* ut tamen in poteſtate ſit Actoris, utrum malit cum illo jure honorario an cum

Paſſ. ſunt Exercitores.

cum fure jure civili, i. e. actione furti ordinaria experiri. *d. l. 5. §. 1. l. 6. §. 4. ff. naut. caup. ſtab.* Huc referri poſſunt nautæ & aurigæ vinum in aquam convertentes, vel alio modo falſificantes. *Reichs-Ordn. de anno 1498. tit. Von den Fuhrleuten der Wein.* Reform. *Polic. de anno 1548. tit. Von den Schiff-und Fuhrleuten.* vid. Stryck. *de act. for. in veſtig. ſect. 1 m. 9. § 15.* Cæterum Exercitor ſemper conveniri poteſt, ſive ipſe principaliter, vel acceſſorie, ſive operarius vel inhabitator deliquerit, *d. pr.* etiamſi hi aufugerint vel deceſſerint *l. 7. §. 4. ff. naut. caup.* Si tamen ſervus proprius furtum commiſerit, datur actio furti noxalis, & exercitor noxæ dedendo liberatur. *d. l. un. § 5.* Nam in ſuis & malo domeſtico venia dignus eſt. *d. l. 7. §. 4.* Stryck. *in uſu modern. h. t.* Porrò ex facto Viatorum Vectorumve non tenetur, quia eosdem ſibi non eligere, nec iter agentes repellere poteſt. *d. l. § 5.* ſupra *tit. naut. caup. § 7.* Non obſt. *l. 1. § 8. & l. 2. ff. eod.* ubi de actione ex recepto agitur. Contra hæredes non datur, quia venit ex delicto. *d. l. 7. § 5. l. 1. pr. ff. de priv. del. § 5. I. de obl. quæ ex quaſi del.* add. ſupra *d. 1 de priv. del. §. 29.*

Gewaſſerten oder verfälſchten Wein. *Et ſi operarius vel inhabitator deliq.* *Si ſervus?* *Si Viator?* *Obj. Reſp.* *Non contra hæredes.*

V. Objectum eſt duplum rei in navem, cauponam, vel ſtabulum illatæ, ſed ſurreptæ, *d. l. un § 2.* quod hic mera eſt pœna. Hæc enim actio cum actione furti comparatur. *d. l. un. § 3. & 4.* Nec obſt. *l. 5. §. 4. ff. naut. caup.* diverſæ namque ſunt actiones, prout etiam in diverſis titt. de iis agitur, & quidem in *d. l. 5. §. 4.* non de hac, ſed illa actione, quæ tantum ex quaſi delicto datur. ſupra *tit. naut. caup. §. 21. & 30.* J. O. Tab. *d. l. th. 27.*

Objectum eſt duplum rei illatæ ſurreptæ. Obj. Reſp.

VI. Forma in eo conſiſtit, quod probata rerum in navem, cauponam vel ſtabulum illatione ac quantitate, propter furtum in iisdem ab exercitore, ejus operariis, vel inhabitantibus perpetuis commiſſum, detur hæc actio in duplum, ut eo magis malitia & negligentia reprimatur *l. 1 §. 1. l. 3. §. 1. ff. naut. caup.* J. O. T. *d. l. th. 28. & ſeqq.* ubi jungit Formulam libellandi.

Forma. *Finis.*

VII. Dicta Actio electivè concurrit cum furti ordinaria, *d. l. un. §. 3.* & illâ ex Edicto Nautæ, Cauponæ, Stabularii; *l. 6. §. 5. ff. naut. caup.* quæ à noſtra multis modis realiter differt: (1.) Nomine: Illa dicitur actio in factum adverſus nautas, caupones, & ſtabularios *§. 5. I. de obl. quæ qu. ex del. d. l. 6. § 5.* Hæc furti adverſus nautas, &c. *d. l. rubr. h. t.* (2.) Cauſa Effic. Illa tantum datur ex quaſi: Hæc etiam ex vero delicto *prec. §. 2.* (3.) Subjecto: Illa datur ob furtum vel damnum operariorum & inhabitantium: Hæc ob furtum etiam ipſius exercitoris. *praced. §. 4.* (4.) Objecto: illa eſt mixta, hæc mere pœnalis. *praced. §. 5.* Plures rationes vid. apud J. O. Tabor. *th. 31.* add. B. Dn. Parens, *tract. Synopt. ad tit. Naut. Caup. Stabul. th. 35. & ſeqq.* Hanc quidem actionem moribus noſtris ab uſu & foro receſſiſſe tradit, poſt alios Gro-newe.

Concurrunt. Diff. ab Act. ex Ed. Nautæ, Caup. & Stab. *An hodie ſit in uſu?*

new. *h. t.* & *ad rubr. C. de pœn.* Gudelin. *de jur noviſſ. l. 5. c. 13. in med.* Econtra bene J. O. Tab. dicit, noſtrum non eſt actiones & remedia jure publico introducta, ignorantia, vel oſcitantiâ agentium omiſſa, gnaris & ſapientibus adimere: Sed diſcernendum eſt inter infrequentem uſum, & inter abrogationem juris. *d. l. th. 31.* quem ſequitur Bardili, *concl. for. Ex. 30. th. 15.* Schilter. *Ex. 49. §. 14.* cui tamen ſatius videtur actionem ex Edicto Nautæ, Cauponis & Stab. inſtituere, quam Actione in duplum oneri probandi furti ſe ſubjicere.

TIT. VI.

SI FAMILIA FURTUM FECISSE DICATUR.

§. I.

Duo delicta h. t. contin. Familia quid h. l.?

SIcut in præc. tit. Exercitores etiam ex alieno furto tenentur, ita & h. t. Domini ignorantes ex furto vel damno ſervorum conveniuntur. Sicq; licet in Inſcript. unius tantum mentio fiat, agitur tamen de furto & de damno injuria à Familia dato. Familiæ quidem appellatio quam varia ſit in jure noſtro, videre eſt in *l. 195. l. 196. ff. de V. S.* Sed h. l. ad perſonas refertur, pluresque denotat ſervos, & ad minimum tres, qui ſub unius Domini poteſtate ſunt. arg. *l. 5. ff. h. t. d. l. 195. §. 3.* J. O. Tab. *Racem ad h. t. th. 11. pag. 383.* Hi ſi furtum fecerint, vel damnum dederint, ſummo jure omnes & ſinguli in ſolidum obligantur. *l. 21. §. p. ff. de furt. l. 1. §. f. ff. ſi is, qui teſt. lib. l. 9. ff. de jurisd. l. 11. §. 2. ff. ad L. Aq. l. 34. ff. de injur.* add. ſupra *ad tit. de furt. §. 43.* Ita ut etiam Dominus, ſi plures ſervi tale quid commiſerint, vel omnium reſpectu pœnam ſolvere, vel omnes noxæ dedere teneatur, *d. l. 9. d. l. 34.* Ne autem tali caſu totum Domini Patrimonium, vel maxima ejus pars everteretur, Prætor æquum duxit, ut Dominis proſpiceret, proptereaque hoc Edicto Domino liberum conceſſit arbitrium, an noxios ſervos omnes dedere, an æſtimationem, & tantum offerre maluerit, ac ſi unus liber furtum feciſſet, ut retineat familiam ſuam. *l. 1. pr. l. 4. ff. h. t. l. 31. ff. de nox. act.* vid. Schilt. *Exerc. 49. th. 15.* Joh. Voet. *h. t.*

Quid cont. hoc Edict.

Act. Furti qualificata.

II. Hæc igitur Actio in caſu furti nihil eſt aliud, quàm actio furti, certâ qualitate aucta, quâ læſus, ejusve hæres, *d. l. 4.* agit adverſus Dominum, ob furtum à familia ipſius commiſſum, ad hoc ut præter rem vel pœnam furti præſtet, vel Familiam noxæ dedat. Sicque Furti actio hanc tantum qualitatem, ut alternative competat, à Prætore adjectam habet. In caſu Damni injuriâ dati eſt Actio L. Aquil. certâ qualitate aucta, quæ datur adverſus Dominum, propter damnum inju-

Act. L. Aq. noxalis qualificata.

riâ

riâ à familia ipſius datum, ad hoc, ut vel damni æſtimationem præſtet, vel familiam noxæ dedat. *d. l. 1. §. 2. l. 32 pr ff. ad L. Aq.*

C. E. R.

III. Cauſ. Effic. Rem. eſt Prætor, qui eam in caſu furti introduxit: *d. l. 1. pr. ff. h. t. d. l. 31. ff. de nox. act.* quam poſtea JCti, propter identitatis rationem, extenderunt ad damnum injuria datum. *d. l. 1. §. 2. dict. l. 32.*

Imp.

Cauſa Impulſiva eſt favor Domini, *d. l. 1. pr.* ne ex uno vel altero delicto tota familia careret. *d. l. 32.* J. O. Tabor *Rac. ad h. t. th. 18. & 25. in fin.*

Prox.

Proxima eſt furtum vel damnum injuriâ à familia, Domino ignorante, datum. *l. 1. §. 1. l. 5 ff. h. t.* J. O. Tab. *th. 25.*

In aliis delictis non habet locum.

Ad alios caſus vel delicta hoc Edictum non extenditur; ſed Dominus vel ſingulorum nomine pœnam ſolvere, vel omnes noxæ dedere debet; *d. l. 9. ff. de jurisd. & d. l. 34. ff. de injur.* quoniam in furto, vel damno injuriâ à familia dato, unicum factum eſſe intelligitur. *d. l. 9. d. l. 32 pr ff. ad L. Aq.* Sin plures injuriam fecerint, tot ſunt injuriæ, quot & perſonæ injuriam facientium. *dd. ll. & d. l. 34.*

Subj. Act.

IV. Datur læſo *d. l. 1. pr.* & illius hæredibus pro partibus hæreditariis *l. 4. add. l 5 ff. eod. §. 1. J. de perp. & temp. action.*

Paſſ. eſt Dominus familiæ delicti ignarus.

Adverſus Dominum Familiæ, qui ſc. fuit tempore furti commiſſi, vel damni dati, *l. 31. ff. de nox. act.* Delicti ignarum. *d. l. 1. §. 1 l. 5. ff. eod.* Si enim ſciverit, vid. *dd. ll. & ad tit. de nox. act. §. 6.* Nec refert, ſive ſervos noxios poſſideat, ſive dolo poſſidere deſierit. *l 3. §. 2. ff. h. t.*

Si plures Domini?

Sin ſervi noxii plurium ſint Dominorum, diſting. An Condomini habuerint ſervorum familiam, nec ne? An omnes, num alter illorum ſciverit, vel & juſſerit? *d. l. 5. junct. l. 9. ff. de nox. act.* & latè J. O. T. *d. l. th. 29. & ſeqq.*

Non contra hæredes.

Non contra hæredes, ſicut nec actio principalis. Nam ſi ex cauſa furti, ſive damni dati oriatur, pœnalis eſt. *l. 12. ff.* & ſupra *§. 43. in f. de furt. §. 9. J.* & ſupra *§. 22. ad L. Aquil.* Porrò, ſi plures ſervi furtum vel damnum unius rei fecerint, & unius tantum nomine lis cum Domino conteſtata ſit, vid. *d. l. 1. §. 3.*

Objectum.

V. Objectum eſt vel ipſa familia, vel pœna; ſi enim Dominus familiam retinere malit, æſtimationem debet offerre, quantum ſi unus liber feciſſet; *d. l. 1. pr.* & quidem in Furto poſt ſimplum condictionis furtivæ, pœnæ nomine duplum præſtabit. *l. 2. ff. h. t. d. l. 31. ff de nox. act. l 34. §. 3. ff. de furt.* In Damno dato adverſus confitentem æſtimatio competit in ſimplum: adverſus negantem in duplum. *l. 23. §. 10. l. 25. §. 2. ff. ad L. Aquil.* Quomodo æſtimatio damni hodiè fiat? vid. ſupra *ad d. t. §. 23. & 24.*

...næ. Furti.

...rat. Damni.

Forma.

VI. Forma & Diff. Specif. in eo conſiſtit, quod hæc actio detur propter furtum vel damnum à ſervis commiſſum.

Finis.

Finis & Effectus eſt Favor Domini, ne totâ ſuâ familiâ privetur; ſed uti dictum, liberam habeat electionem.

Qualem ho-die uſum ha-beat?

Plura videri poſſunt ap. J. O. Tab. *d. l.* De hodierno uſu vid. ſupra *ad tit. de nox. act. §. 9.* Schilter. *Exerc. 49. §. 15.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* huncque tit. ſi homines propria vel ruſtici furtum feciſſent, vel damnum dediſſent, poſſe allegari, & Dominum ſe offerre pro omnibus noxiis ad ſolutionem dupli vel ſimpli, tradit Brunnem. *ad l. f. ff. h. t. inſ.* Quando verò, vel in quantum Dominus ex facto miniſtri ac famuli delinquentis teneatur? vid. late Stamm. *de ſerv. perſon. lib. 2. c. 14. uſque ad 18.*

TIT. VII.

ARBORUM FURTIM CÆSARUM.

§. I.

Delictum arb. furtim cæſarum.

SUb hac Ellipetica inſcriptione iterum intellig. Actio. Delictum autem arborum furtim cæſarum eſt delictum privatum, quo quis alienas arbores, ignorante Domino, celandi ejus cauſa, cædit. *l. 5. pr. l. 7. pr. l. 8. §. 1. & 3 ff. h. t.*

C. E. R. Prox. Subj.

II. Cauſa Effic. Rem. eſt Lex XII. Tabb. *l. 1. ff. h. t.* Proxima eſt malitioſa nocendi voluntas. Subjectum ſunt omnes doli capaces, extranei, vel coloni. *l. 9. ff. h. t.* Liberi, vel ſervi. *l. 7. §. 5. ff. eod.* Singuli, ſive plures. *l. 8. pr. ff. d. t.* Suis manibus cæſio committatur, ſive imperando *ſervo per juſſum,* aut libero per mandatum. *d. l. 7. §. 4.*

Objectum ſunt arbores. Quid h. l.?

Objectum ſunt Arbores alienæ Arboris vocabulo hic latè accepto, ut & comprehendat vites, *hederas, harundines,* quercus, fagos, ſalicetum, vel ſalictum, virgas ſaligneas, *Weidengerten, Saltzweiden,* quæ jam radices egerunt, oleas, ſtirpes, licet è ſeminatio, *Baumſchul,* ad transferendum evulſas, vel vi ſubverſas, ut reponi queant, *l. 3. per tot. ff. h. t.* item arbores aridas, quamdiu adhuc terra continentur. *d. l. §. 5.* J. O. Tab. *Ration. ad h. t. th. 12. & ſeqq.* Carpzov. *Pr. Crim. q. 83 n. 12.* Thomas ad Strauch. *Diſſ. 10. th. 9.* Plures recenſet Berlichius, *p. 5 concl. 52. num. 22, & ſeqq.* Sed hoc nomine non veniunt: nec hâc actione vindicantur herbæ, & arbor adhuc tenera ex ſemine producta, *l. 4. ff. h. t.* vites ſaligneæ defixæ, ut demum

Alienæ.

radices agant. *d. l. 3. §. 3.* Molina, *de Juſt. & Jur. tom. 3. Diſp. 699. n. 1.* Alienæ In proprio enim fundo, regulariter, quilibet pro libero arbitrio cædit, *l. 29. §. 1. inſ. ff. ad L. Aq. l. 21. C. mand.* Sin arbor radicibus extimis viciniì alatur, vid. *l. 6. §. 2. ff. h. t.* ſupra *tit. de A. R. D. §. 104.* J. O. T. *d. l. th. 24. & ſeqq.* Vel ſi ex vicino prædio in noſtrum impendeat, vid. *tit. de arb. cæd. p. 615. & ſ. ſ. de* glande legenda.

Forma. Cædere quid?

III. Forma hujus delicti eſt doloſa & furtim facta cæſio. Cædere autem hic denotat, quod ſuccidere, ſubſecare, ferire cædendi cauſa; Cingere eſt deglabrare, *l 5. pr. l. 7. §. 2. & 4. ff. h. t. mit ſchelen, abſtreiffen, verdreben &c.*

verder-

verdachen. Joſeph. a Seſs. *dec. 112. n. 5* Joh. Voet. *n. 1 h. t.* Si vero quis radicitus arborem evellerit & extirpaverit, non incidit in hoc delictum, ſed tunc datur Actio L. Aquiliæ. *d. l. 7. §. 2.* Stryck. *in uſ. mod. §. 2 & 3. h. t. & de act. for. investig. Sect. 1. m. 10. §. 14.* Furtim autem cædere eſt clam & ignorante Domino, ejus celandi gratia, ſuccidere. *d. l. 7. pr. l. 8. §. 1. ff. h. t.* Si enim, ſciente Domino, per vim fiat, ipſi actione vi bonorum, & L. Juliæ de vi, privata conſulitur. *d. l. 8. §. ſ. l. 2. §. 1. ff. vi bon. rapt.* Ergo cæſio furtiva facta non denotat furtum, nec requirit contrectationem, *d. l. 7. §. 2.* hæc enim ſi acceſſerit, lucri cauſa etiam furtum commiſſum videtur. *d. l. 8. §. 1* ad quem caſum reſpicit Imp. Carolus V. in Ordin. Crim. *art. 168* ibique Ziegler. Struv. *Exerc. 46. th. 45.* Finis eſt, ut noceat Domino. Nam ex malitia & animo nocendi fieri ſolet, *l. 5. §. 2 ff. h. t.* ſive toti arbori, ſive parti nociturum ſit. *d. l. 7. §. 8.*

Furtim h. l. idem eſt, quod clam.

Finis.

IV. Effectus Primus eſt obligatio, qua delinquens adſtringitur. Ortus eſt Actio arborum furtim cæſarum, *rubr. h. t.* vel de arboribus ſuccisis, *l. 3. §. 3. ff. h. t. l. 28. §. 6. ff. de jurejur.* quæ eſt actio legitima, *l. 1. l. 9. ff. h. t.* perſonalis, *per d. l. 7. §. 1. d. l. 8. §. 1.* pœnalis mixta, *d. l. 7. §. 6. d. l. 8. pr.* perpetua. text. expr. *d. l. 7. §. 6.* qua adverſus eum, qui arbores alienas furtim cædit, agitur in duplum. *d. l. 7. §. ſ.* Hanc actionem quidam divid. (1.) in Directam & utilem. add. Dn. Berger. *de Uſu act. th. pœnal. 50.* (2.) in Simplicem & noxalem; *d. l. 7. §. 5.* quæ tamen Diviſio non eſt generis in ſuas ſpecies.

Eff. Primus. Ortus eſt Actio arb. furtim cæſarum, quid?

V. Cauſa Effic. Rem. eſt Lex XII. Tabb. *l. 1. l. 9. ff. h. t.* Proxima eſt furtiva, ſeu clandeſtina arborum alienarum cæſio. *præc. §. 3.* Datur domino arborum furtim cæſarum. *d. l. 7. pr. d. l. 8. pr.* Si plures ſint, omnibus una duntaxat actio competit, & ſemel pœna præſtabitur; *l. 6. §. 1 ff. h. t.* modo tempore cæſionis fuerit Dominus, licet poſtea talis eſſe deſierit. *l. 5. ff. eod.* Nec tantum Domino directa, ſed & utilis datur. *l. 5. §. 3. ff. h. t.* Uſufructuario autem denegatur in *d. l. 5. §. 2* quem tamen §phum Dd. de directa actione exaudiunt; Utilem namque ei competere prob. arg. *l. 22. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* junct. *d. l. 5. §. 3.* ubi hæ actiones comparantur; illa autem uſufructuario datur, Ergo & hæc, Molina, *d. D. n. 12.* J. O. T. *th. 36.* Datur Hæredi, cæteriſque ſucceſſoribus. *d. l. 7. §. 6.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.*

Datur Domino.

Quo tempore?

Uſufructuario.

Hæredi.

VI. Adverſus dolo cædentem; *d. l. 7. §. 4. h. t.* & ſi plures furtim ceciderint, adverſus ſingulos in ſolidum. *l. 6. pr. ff. eod. l. 11. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 34. ff. de jurejur.* Berlich. *d. concl. 52. n. 36. & 37.* Molin. *n. 10.* Item adv. cædere mandantem; *d. l. 7. §. 4.* junct. *l. 169 ff. de R. J.* modo jus imperandi habuerit, alias cum eo agendum, qui fecit. *l. 37. pr. ff. ad L. Aquil.* Sin ſervus

Adverſus cædentem. Si plures? Si per alium ſecerint?

ſua voluntate id admiſerit, Noxalis actio, ut in cæteris maleficiis, competit, quæ Domino arbitrium noxæ deditionis relinquit. *d. l. 7. §. 5. l. 61. pr. ff. de furt.* Neque refert, licet cædens colonus ſit; *l. 9. ff. h. t.* quamvis ex locato etiam cum eo agi poſſit, quia tamen in hoc delictum incidit, ne impunis maneat, hæc quoque datur actio, *l. 9. ff. eod. l. 25. § 5. ff. locati. l. 28. § 6. ff. de jurejur.* una tamen actione, ad idem ſcil. conſequendum, contentus debet eſſe actor, *d. l. 8.* puta, ſi hac pœnali egerit, non denuò rei perſecutoria agere queat: ſi illa, ut per hanc poſt inſtitutam actionem tantum id, quod plus in ea eſt, conſequatur. *l. 32. l. 34. pr. & §. 5. l. 4. § 5. l. 4. §. 1. ff. de O. & A.* ſupra *ad d. t. §. 91.* Menoch. *A. I. Q. caſ. 579. num. 3.* Molin. *num. 5.* Berlich. *d. concl. num. 5.* Similiter hac actione conveniri poteſt Uſufructuarius, arg. *l. 5. §. 3. ff. h. t. l. 13. §. 5. ff. de uſufr.*

Ampl.

Non contra hæredem. Limit.

Sed adverſus hæredem non datur, quia ex delicto venit, & pœnalis eſt, *d. l. 7. §. 6.* niſi cum delinquente, dum viveret, lis fuerit conteſtata. *l. un. C. ex del. def.* Quatenus vero proſequutiva eſt ejus, quod ex natura rei debetur, aliud dicendum, cum Gl. Mol. *dict. l. n. 2.*

Obj. eſt duplum. Quomodo æſtimandum?

VII. Objectum ex Edicto Prætoris eſt duplum. *d. l. 7. § 5.* Olim erat pœna 25. aſſium in ſingulas arbores cæſas, ex Plinio. Menoch. *n. 2.* Multiplicatur autem non verum rei pretium, ſed quod Domini intereſt, arbores non lædi. *l. 8. pr. ff. eod.* Ante multiplicationem vero ligni cæſi (utpote quod Dominus retinet) pretium deduci oportet, & ejus, quod ſupereſt, demum fieri æſtimationem. *d. l. & l. 1. ff. eod.* verb. gr. vivæ arbores æſtimatæ 30 florenis, & ligna cæſa 10. deductis his 10. remanentes 20. duplantur, & 40. floreni præſtandi erunt. *l. 8. pr. ff. h. t.* Berlich. *d. l. n. 6.* Sicque ſimplum & damni emendatio ineſt duplo, quare actio eſt mixta, ut & perpetua, *prae. §. 4.*

Si plures Domini.

Menoch. *n. 2.* Si plurium ſit arbor, una tantum eſt actio. *l. 6. §. 1. ibi ſemel ff. h. t.* Condomini ſeorſim in ſolidum agentes exceptione ſolutionis repellentur. J. O. Tabor. *theſ. 41.*

vel delinquentes, vel arbores?

Sed plures incidentes ſinguli in ſolidum tenentur. *prae. §. 6.* Sicut &, ſi plures arbores inciſæ, de ſingulis, ceu pluribus delictis, præſtatio fieri debet; Carpz. *q. 85. n. 10.* niſi ſit arbor gemella, *l. 10. ff. h. t.* quæ pro una, ob delicti æſtimationem, habetur.

Forma. Finis. Eff. Cauſ.

Forma dependet à Fine, & tendit hæc actio ad coercendam illicitam & clandeſtinam arborum cæſionem. Effectus eſt condemnatio & præſtatio dupli adhuc hodie Stryck *in uſ. mod. §. 3. h. t.* Joh Schilt. *Exerc. 49. §. 21.*

Actiones concurrentes

VIII. Affinia ſunt, & quandoque cum hac actione concurrunt plures aliæ, ut Actio L. Aquiliæ in ſimplum, *l. 1. l. 3. § 1. l. 11. ff. h. t. l. 27. §. 7. ff. ad L. Aquil.* quantum damnum æſtimatum, ex. gr. juxta valorem plantæ intra 30. retro dies. Molin. *d. n. 5.* Interdictum Quod vi aut clam. *d. l. 11. l. 11. §. 6.*

§. 6. ff. de jure jur. Actio Locati, in caſu *l. 9. ff. h. t.* & hæc ſecundum dicta in *præc. §. 6.* Sin ligna cæſa, lucri gratia, contrectata ſint vel abſportata, etiam Furti tenebitur lignorum cauſa, *l. 7. §. 1. d. l. 8. §. 2. ff. h. t.* & tunc Condictio quoque furtiva & Ad exhibendum locum habebit. *d. l. 8. §. 2.* Interdum Actio Criminalis, maxime, ſi vites aliasve generoſas arbores ceciderit, etiam tanquam latronem puniri, inquit JCtus Cajus, in *l. 2. ff. eod.* ſed ibi vocab. *Tanquam*, non ſumitur cauſaliter; verum ſimilitudinem notat, ut etiam i. e. aliquando, gravius & pœna extraordinaria, ceu graſſatores, puniendi ſint; quod exemplificat Menoch. *n. 5.* J. O. Tab. *th. 49.* Molina, *n. 5. & ſeqq.* Berlich. *d. concl. n. 43.* Carpzov. *p. 4. C. 37. def. For. 4. 5. & 7.* ibique Goswinus ab Esbach, Stryck. *in uſu moderno §. 3. & ſeq. h. t. & §. 12.* de furt. Explic. l. 2. ff. h. t.

IX. Imp. Carolus V. hujusmodi Cæſoribus & Lignariis furtivis Ord. Crim. *art. 168.* certam pœnam non determinavit; ſed remittit ad cujuscunque loci mores & conſuetudines, ut tamen gravius puniantur tempore vetito, noctu, vel die feriato furtim cædentes. ibi *in fin.* In Foro Saxon. diſting. An ex ſola malitia ceciderit, aliove modo corrumpendo mutiles reddiderit, & præter æſtimationem damni, *30.* interdum *60.* ſolidis, *Schilling*, mulctatur, interdum carcere, relegatione, & fuſtigatione; Berlich. *n. 38. & ſeqq.* An vero cæſio iſta conjunctam habeat contrectationem, ut delinquens furti pœnæ ſubjaceat; ad mortis tamen pœnam non deveniendum eſt. Berlich. *n. 43.* Carpzov. *d. quaſt.* & *J. F. p. 4. C. 37. def. 1. & ſeqq.* ubi idem de corruptione vel furto herbarum coronariarum atque florum traditur, Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Brunnem. conſultum putat, eos, qui tantum nocendi cauſa vites, plantas, frutices, arbuſculas evellunt, in duplum potius ex hac actione utili puniri ob nimiam malitiam. ad *l. 7. ff. h. t.* In Ducatu Würt. hoc Delictum refertur *unter die Feld-Diebſtahl*, & ſimiliter ſecundum circumſtantias arbitrarie punitur. *Lands-Ord. tit. 97. & 125.* Quæ pœna in Ord. Cr. For. Saxon. diſt. Evulſores plantarum.

TIT. VIII.

VI BONORUM RAPTORUM, ET DE TURBA.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 2.* Cod. *Lib. 9. Tit. 33.* Cauſ. 14. *q. 5.* Extra *Lib. 5. Tit. 17.*

§. I.

IN hoc Titulo, ſi penitius inſpiciatur, agitur de diverſis & tribus diſtinctis Delictis privatis, uti & ſentiunt Cujacius, Dn. Voet. *h. t.* Primum eſt Rapina, ſive Delictum vi bonorum raptorum, & nomen habet à verbo Rapio, quod vim contra bonos mores atque dolum includit. *per l. l. 2. pr. §.* Agitur h. t. de tribus delictis. 1. Rapina. Etymol.

Defin. *2. & 8. ff. l. 1. C. h. t. l. 4. §. 1 ff. quod met. cauſ.* Eſtque nihil aliud, quam delictum privatum, quo res mobilis, aliena, dolo malo, vi, palam, lucri gratia rapitur. *d. l.* add. infra §. 3. & *ſeqq.* Nec adjici debent verba, *invito Domino*, quia continentur ſub verbis, *dolo malo*. B. Du. Parens. in *Diſp. de priv. del. poſ. 33.* Joan. Voet. *n. 1. h. t.*

Synon.

II. Hoc delictum vocatur Rapina, Germ. *ein Raub*, alias etiam dicitur deprædatio: barbare Robbaria, & graſſatio. Carpzov. *J. F. p. 4. C. 33. def. 4.* & *Pr. Crim. q. 90.* Raptores audiunt *Straſſen-räuber*, *Freybeuter*, *Schnapphanen*, *Buſchklepper*. Gall. Voleurs, qui hac & illac quaſi volant, & hominibus vim inferunt. In mari ſunt Piratæ, *See-räuber*, *l. 3. §. 1. in f. ff. naut. caup.* & *ſtab. l. 13 pr. ff. Commod.* Latrunculi marini *Can. 11. cauſ. 23. q. 8.* Jus Canon. raptorem dicit, qui inventum non reddit *c. 6. cauſ. 14. quæſt. 5.* Nonnulli realem differentiam notant, & Raptores dici exiſtimant illos, qui homines in viis non publicis: Prædones vero, qui homines in viis regiis, ſive publico itinere ſpoliant. Perez. in *C. h. t. n. 6.* Damhoud. *Pr. Cr. c. 102.* Verum, quod & illi graſſatores ſeu prædones audiant, qui homines in viis non regiis ſpoliant, patet ex *l. 28. §. 10. ff. de pœn.* diverſimode tamen puniuntur, *d. l.* Raptores ergo propriæ non habentur, nec ita puniuntur, qui in privatis domibus aliquid rapiunt, niſi vis major & hoſtilis acceſſerit. Carpzov. *d. q. 90. n. 78.* Mev. *ad Jus Lub. l. 4. t. 2. art. 1. n. 15.* D. Graſs. in *Diſſ. Receſs. Imper. ſect. 14.* Boerius Rapinam privatum, Deprædationem vero publicum nominat delictum, *tr. de depræd.* & *latroc. n. 2.* & *4.* ſed reclamante *l. 2. §. 1. ff. h. t.* ubi, quod ex rapina accuſatio publica locum habeat, & publico judicio de vi quis experiri poſſit, nam rapina & graſſatio unum denotant delictum. d. Diſp. *de priv. del. poſ. 34.* Novum ſiquidem non eſt, ut unum idemque factum diverſo reſpectu & privatum & publicum delictum dici obtineat, per text. expr. in *l. 42. §. 1. ff. de proc.* ibi *Alienum judicium, & ſi pro publica utilitate exerceatur, privata tamen eſt. l. 4. ff. de publ. jud. l. un. C. quand. civ. act. crim. præjud.* Sic Rapina privatum eſt delictum, quatenus læſus ſuis bonis privatur, atque civili judicio privatum ſuum intereſſe, & id, quod patrimonio abeſt, vindicat, prout h. l. conſideratur. Quatenus vero hac violentia ſtatus publicus imminuitur atque turbatur, eatenus hoc factum incidit in delictum publicum, de quo ſeq. *lib. 48. tit. 6.* Similiter ſervum occidens, quatenus Domini intereſſe & patrimonium imminuitur, incidit in damnum injuria datum, & vindicatur actione L. Aquiliæ; ſed rat. intereſſe Reipubl. incidit in publicum delictum, homicidii fit Reus, atque ex L. Cornel. de Sicar. punitur. add. *tit. de priv. del. §. 9.* De reliquis Definit. verbis vid. infra §. 3. & *ſeqq.*

An diff. raptorum & prædonum?

Rap. eſt delictum privatum.

Quomodo idem delictum publicum ſit & privatum?

III.

III. Definitionem excipit Diviſio, qua Rapina eſt vel Manifeſta, vel Nec Manifeſta. *pr. in f. J. h. t.* Illa dicitur in qua ipſe raptor deprehenditur; quomodo autem hæc deprehenſio fieri debeat, ex illis cognoſci poteſt, quæ de Furto manifeſto dicta ſunt, *tit. de furt. §. 6. & 7.* Non Manifeſta, in qua raptor non eſt deprehenſus. *l. 1. ff. h. t.* Nec obſt. *l. 80. §. 3. ff. de furt.* ubi indifferenter dicitur raptorem eſſe furem manifeſtum; nam JCtus loquitur de eo, quod fit utplurimum: d. Diſp. *poſ. 35.* utplurimum autem evenire ſolet, ut raptores deprehendantur; quia hoc delictum plerumque palam, præſente, reſiſtente & reclamante Domino, committitur. Dari tamen caſus, quibus raptor non deprehenditur, probat Imp. *d. pr. J.* & JCtus, *in l. 52. §. f. ff. de furt.* ſi ſcilicet quis abſentis domum vi effregerit, & inde, nemine vidente, quædam rapuerit. Maſcard. *de prob. concl. 1409. n. 19.*

Div. in Manifeſtam & Non Manifeſtam. *Obj. Reſp.*

IV. Cauſa Efficiens Rem. eſt Prætor, *l. 2. pr. ff. h. t.* qui ſingulare hoc judicium conſtituere voluit, cum Rapina gravius ſit delictum, quam furti, & raptor fur improbior audiat. *pr. l. d. l. 2. §. 10. & 24.* Proxima eſt, ſicut & præced. dolus malus vel malitioſa rapiendi voluntas. *dict. l. 2. pr. §. 2. 18. & 20. ff. §. 1. J. h. t. infra §. 8.* Subjectum ſunt perſonæ delinquentes, i. e. omnes doli capaces *l. 2. §. 19. ff. h. t.* Quoad Objectum Rapina contingit vel circa perſonas, & proprie dicitur Raptus. *§. 8. J. de publ. jud. l. 5. §. 2. ff. ad L. Jul. de vi publ. tit. C. de rapt. virg.* vel circa res, & quidem vel Eccleſiaſticas, & dicitur Sacrilegium, de quo *§. 9. J. de publ. jud.* Lib. ſeq. *tit. 13.* vel profanas, quæ hujus loci.

C. E. Rem. Prox. Subjectum. Objectum ſunt perſonæ vel res,

V. Rat. itaque Objecti requir. (1.) ut res ſit mobilis; immobilis enim non rapi; ſed invadi dicitur. *§. 1. J. h. t.* Hinc de poſſeſſione fundi dejiciens, non in hoc rapinæ delictum, ſed ſpolium incidit, & per conſequens res illa non hac vi bon. rapt. actione; ſed Interdict. Unde vi, ſeu de Vi & vi armata vindicatur. *dict. §. 1. l. 1. l. 2. C. h. t. l. 2. C. Unde vi l. 1. §. 4. ff. de vi & vi arm.* ſupra *ad eund. tit. §. 14.* (Not. quod *in d. l. 1.* vocab. *Potius*, non comparativè, ſed electivè accipiatur, quod plura LL. exempla demonſtrant. ex. gr. *l. 40. ff. de N. G.* quæ ex *l. 6. pr. ff. comm. div.* explicatur. item *l. 6. §. 5. ff. ſi ſerv. vind.* ſupra *ad eund. tit. §. 1. in f.*)

& quidem mobiles.

VI. Ut res ſit aliena. Si enim quis res proprias apud tertium, per mutuum, commodatum, &c. exiſtentes rapuerit vel repetierit, non incidit in hoc delictum; ſed abſolvi debet hoc ſcil. judicio, de bonis raptis: nec furti tenetur. *§. 1. J. l. 2. §. 18. ff. h. t.* Verum raptor hic aliter tenetur. *d. l. §. 18.* & rei ſuæ dominio cadit. *d. §. 1. J.* Sic & Creditor rem ſibi debitam debitori per vim auferens jus crediti amittit; *l. 12. in f. l. 13. ff. quod met. cauſ. l. 7. C. unde vi.* Damhoud.

alienæ. Quid ſi propria apud alium exiſtens?

Una, vel plures,

houd. *cap.* 101. *n.* 6. add. ſupra *tit. quod met. cauſ.* §. 10. & *tit. de vi & vi arm.* §. 20. Harppr. *ad* §. 1. *I. h. t. n.* 4. & vi bon. rapt. actione conveniri poteſt. *d. l.* 1. §. 11. *inſ. l.* 3. *C. h. t.* Illud nihil refert, una res ex bonis rapta ſit an plures; etiamſi Edicto *d. l.* 3. *pr.* & alibi plerumque vox *bonorum* contineatur. *l.* 2. §. 11. *ff. h. t.* add. *l.* 5. §. 2. *ff. de N. G.* D. Harpprecht. *Reſp.* 9. *n.* 61. & *Reſp.* 10. *n.* 32. & *ſeqq.*

etiam minimi pretii.

Nec refert quoad ipſum delictum, cujuscunque pretii ſit, ſive magnam, ſive minimam quis rapuerit. *pr. I. d. l.* 2. §. 11. junct. *l.* 8. *ff. de publ. in rem act.* Non enim æſtimationis pecuniariæ; ſed atrocitatis facti ratio habetur. Carpzov. *P. F. p.* 4. *C.* 31. *def.* 4.

Forma. Requiritur Contrectatio, qualis h. l.

VII. Forma hujus delicti eſt Cotrectatio doloſa violenta, palam, lucri faciendi gratia facta. Sic req. (1.) Contrectatio, (aliter ac in furto, vid. *tit. de furt.* §. 26.) ut ſcil. res rapiatur & de loco in locum auferatur. *pr. I. inſ. l.* 1. *l.* 2. *pr. ff. h. t.* add. *l.* 9. *ff. de V. S.* Si ergò quis ædes alienas vi palam effregerit, res vero non abſtulerit; ſed tantum corruptas reliquerit, non committit rapinam, nec adverſus eum datur vi bon. rapt. actio, ſed propter damnum competit actio L. Aquiliæ: vel ſi damnum in turba datum dupli actione vindicatur *ſeq.* §. *fin.* Nec obſt. *l.* 4. §. 10. *ff. d. t.* nam *in prae.* §. 1. *jam dictum* quod in *h. t.* non de rapina tantum; ſed de tribus diverſis agatur *delictis*, & in *d. l.* 4. §. 10. de alia ſpecie, damno ſcil. in turba dato, agitur, quod *delictum à rapina* differt, uti ex *d. l.* 4. §. 9. probatur d. Diſp. *de priv. del. poſ.* 16.

doloſa, Quid ſi ex errore juris?

VIII. (2.) Contrectatio doloſa; nam ſicuti alia delicta, ita etiam hoc non committitur abſque dolo malo. §. 1. *I. l.* 2. §. 18. 19. & 20. *ff. h. t.* Hinc ſi quis errore ductus, rem ſuam eſſe exiſtimans, & imprudens juris rapuerit, quaſi Domino liceat per vim rem ſuam à poſſeſſoribus auferre, à dolo excuſatur; nec pro raptore habetur. *d.* §. 1. *I.* Quia enim omnis cauſa, per conſeq. ignorantia quoque juris à dolo excuſat, per *d. l.* 2. §. 18. & 20. vid. ſupra *tit. de liber. cauſ.* §. 4. Interim delinquens, poſſeſſione reſtituta, aliter punitur, & ſi res ejusdem fuerit propria, dictum *prae.* §. 6. ſi aliena, duplum reſtituere, i. e. rem ipſam reddere, & inſuper æſtimationem ejus præſtare cogitur. *d.* §. 1. add. *d. pr.* §. 6.

violenta,

IX. (3.) Violenta. *l.* 2. §. 1. *ff. h. t.* D. Harppr. *Reſp.* 8. *n.* 162. *cum ſeqq. Reſp.* 10. *n.* 87. & *ſeqq.* D. Graſs. *laud. ſect.* 14. *differ. Rec. Imp.* Rapi autem ſine vi non poteſt: *l.* 3. §. 5. *ff. de in. eod. rem. nauſr.* & hoc caſu arma ſemper vim indicant. Maſcard. *de prob. concl.* 1409. *n.* 19.

vis ablativa,

Vis autem requiritur ablativa ut ſcil. recuſanti vel invito domino res manu violenta auferatur. *pr. I. h. t.* Carpz. *P. F. p.* 4. *C.* 31. *def.* 7. *n.* 11. & *ſeqq.*

non compulſiva, *Tauſch iſt kein Raub.*

Si ergo quis vi metuque compulſus ipſe tradiderit, vel res ſuas permutaverit, hoc delictum non committitur, *Tauſch iſt kein Raub*; ſed alia eſt violentiæ ſpecies, ſcil. compulſiva, quæ locum facit actio-

actioni quod metus cauſa. *l. 3. pr. l. 9. pr. l. 14. §. 13. ff. quod met. cauſ.* Ex hoc in caſu, quia voluntas tradentis coacta (vid. *l. 21. §. 5. ff. d. t.*) concurrit, non tam atrox videtur eſſe delictum, quam rapina; niſi permutatio dicis cauſa fiat, & pro re nauci res pretioſa extorqueatur. Carpzov. *Pr. Cr. q. 91. num. 9.* Dn. Hert *Comment. jur. tom. 3. paroem. 97.* Hodie tamen vi compulſiva pecuniam aliamve rem à viatoribus extorquentes, tanquam raptores, ultimo ſupplicio puniri, docet Carpzov. *q. 90. n. 66.* Mev. *ad J. Lubec. l. 4. t. 2. art. 1. n. 13. & 14.* add. infra *§. 19. & ſeqq.* jung. *tit. de publican. §. 37. & §. 36. quod met. cauſa.* Limit.

X. (4.) Palam facta; in quo à Furto diſtinguitur, quod etiam interdum quidem cum violentia fit: ſed fur celat delictum ſuum, raptor vero publicat. *l. 2. §. 4. ff. pr. in fin. l. h. t.* (5.) ut contrectatio doloſa, violenta, palam, lucri gratia fiat, in quo conſiſtit Finis hujus delicti; arg. *d. pr. l. 1. ff. eod.* & in eo cum furto concidit. *ad tit. de furt. §. 31.* palam facta, lucri gratia.

XI. Effectus eſt vel Primus, vel Ortus. Primus reſpicit vel Res, & conſiſtit in eo, quod res per rapinam vitioſa reddatur, ita, ut, antequam in poteſtatem domini hæredisve pervenerit uſucapi non poſſit. *l. 5. ff. h. t. §. 2. J. l. 33. §. 2. ff. de uſucap.* ſupra *ad eund. tit. §. 20. & 23.* Vel Perſonas, & quidem ratione Delinquentis eſt ipſa obligatio ad pœnam. Ratione Læſi eſt poſſeſſionis privatio & obligationis acquiſitio. *l. 5. ff. de uſucap.* Eff. Primus est, Rei, Perſonæ delinquentis, patientis,

XII. Effectus Ortus, ſeu ex primo deſcendens eſt Remedium, quod propter hoc delictum datur; Eſtque vel Civile, vel Criminale. Civile eſt vel proprium, vel commune. Remedium civile Proprium, quod ſcilicet tantum in hoc Rapinæ delicto locum habet, vocatur Actio vi bonorum raptorum. *pr. J. l. 2. §. 17. ff. h. t.* quæ nihil aliud eſt, quam actio prætoria, *d. pr. J. d. l. 2. princ.* perſonalis, *d. pr. J.* pœnalis mixta. *d. pr. §. 19. J. de action.* famoſa, *§. 2. J. de pæn. tem. litig. l. 1. ff. de his, qui not. inf.* qua illi quorum intereſt, adverſus raptorem agunt, intra annum in quadruplum. Eff. Ortus Remedium Civile Proprium eſt Actio Vi bonor. rapt. quid?

XIII. Cauſa. Eff. Rem. eſt Prætor. *d. pr. J. d. l. 2. pr.* proxima eſt ipſum delictum, rapina ſcil. *d. pr. J. l. 1. l. 2. pr. ff. h. t.* quia enim raptor eſt fur improbior. *pr. J. l. 2. §. 24. ff. h. t.* hoc ſingulare judicium conſtitutum eſt. Quoad Subjectum datur omnibus, quorum intereſt, eam rem per vim ablatam non eſſe; ſive in bonis actoris ſit, ſive non; modo ex bonis vel ex ſubſtantia ejus ſit ablata, ad quem vel poſſeſſio, vel uſus, aliudve jus vel periculum pertinet, ſive res commodata, ſive locata ſive pignorata ſive depoſita apud eundem fuerit, *§. 2. J.* ibi Harpprecht *n. 3. l. 2. §. 18. ff. l. 3. C. h. t.* C. E. Rem. Prætor. Subj. Act. ſunt omnes, quorum intereſt,

& Hæredes. Subj. Paſſ. eſt Rapt. Ampl.

Generaliter dicendum, quibus furti actio competit, illis & hæc conceditur, *d. l. 2. §. 22. & ſeqq. ff. h. tit.* Et non tantum ipſis, quibus res rapta eſt, ſed & eorum hæredibus, cæteriſque ſucceſſoribus, & omnibus, quorum intereſt, rem raptam non eſſe *d. l. 2. §. 22. & ſ.* Datur adverſus ipſum raptorem tantum, ſive ipſe coegerit homines, ſive ab alio coactis utatur ad rapiendum, *d. l. 2. §. 3. & 12.* vel ſuaſerit, quia moraliter ad ipſum facinus accedit. Et ſi unus vel plures ſervi neſciente Domino, per vim quid eripuerint, tenetur dominus; *l. 2. §. 14. & 15. ff. l. 4. C. h. t.* ſed quomodo ſe liberare poſſit, vid. *pr. I. de nox. act.*

non hæredes.

Nec regulariter contra hæredes vel ſucceſſores, licet ad eos quid pervenerit; quia aliis actionibus illud repeti poteſt. *d. l. 2. §. pen. infra §. 17.* Alii alias jungunt rationes, de quibus in Diſp. *de Transf. act. th. 34.*

Objectum eſt Quadruplum Quomodo computandum?

XIV. Objectum eſt Quadruplum; *d. pr. I. l. 2. & ſeqq. Cod. h. t.* quod ſimul rei raptæ perſecutionem & æſtimationem continet, ita ut triplum ſit pœna. *d. pr. §. 19. I. de act.* vid. *L. 5. C. de naviculari. ubi pœnam continet.* Quadruplatur autem verum rei pretium. *l. 2. §. 13. ff. h. t.* ſi ſcil. Dominus egerit; Si non Dominus, id quod intereſt. *d. l. 2. §. 22.* ita diſting. Hahn. *ad Weſ. h. t. N. 3.* add. *tit. de furt. §. 40.* Sed intereſſe vel modice doceri debet. *d. l. §. 20. in fin.* Nec refert, ſive deprehendatur raptor in ipſo delicto, ſive non, *d. pr. I.*

Differunt hæc actio & act. furti manifeſti.

qua ratione hæc pœna gravior eſſe videtur, quam furti, utpote cujus pœna interdum eſt duplum, *ſupra tit. de furt. §. 40.* hujus vero ſine diſtinctione eſt triplum. Econtra & mitius puniri videtur raptor, quam fur manifeſtus, quia h. L. quadruplum non eſt mera pœna; ſed & rem continet. Porro actio furti eſt perpetua, *tit. de furt. §. 35.* hæc noſtra autem annalis. *ſeq. §. 15.* Attamen Rapientis conditio in eo eſt deterior, quod & aliis actionibus conveniri, *ſeq. §. 16.* &. citra præjudicium dictæ actionis, publico etiam judicio ex L. Jul. de vi privata & publica accuſari poſſit. *l. un. C. quand. civ. act. crim. præjud.* & de J. C. aliquando ultimo ſupplicio puniatur; *ſeq. §. 21.* aliter ac fur. ſupra *tit. de furt. §. 49. in pr.* add. Bach. *ad Tr. Vol. 2. D. 30. th. 4. lit. D.* & D. Geiſ. *diſſ. ſeſſ. 14. §. 1.*

Diff. Spec. Judæo contra Chriſtianum in duplum Actio in quadruplum eſt annalis.

XV. Forma & Diff. Spec. eſt, quod illa exigatur pœna rapinæ quadrupli. *præc. §. 14.* Sed ſingulare eſt, quod hæc actio Judæo ac Pagano competat contra Chriſtianum raptorem tantum in duplum. *l. 6. C. de Pagan.* Cæterum datur hæc actio in quadruplum tantum intra annum; *pr. I. l. 2. & ſeqq. C. h. t.* ratio, quia eſt pœnalis & prætoria, quæ regulariter annalis. *l. 35. pr. ff. de O. & A.* ſupra *tit. de div. temp. præſc. §. 10.* Annus autem hic non eſt continuus, ſed utilis, in quo ſcil. illi dies tantum computantur, quibus experiundi poteſtas eſt; quod regulariter verum eſt, & procedit in Prætorii

rus actionibus, & de hac noſtra probatur per *l. 2. §. 3 ff. l. 3. & ſ. C. h. t.* Poſt annum vero datur in ſimplum. *d. pr. I. d. l. 2. & ſqq. C. h. t.* & eatenus actio eſt perpetua. Bachov. *d. l.* Effectus eſt quadrupli præſtatio & infamia. *praec. §. 11. in fin.* Famoſa.

XVI. Commune Remedium vocatur, quod & aliis delictis eſt commune. Sic per extenſionem ac productionem contra raptorem datur I. Actio Furti tam Nec Manifeſti, quam Manifeſti, prout ſcil. raptor vel deprehenſus vel non deprehenſus eſt, *praec. §. 5.* & quamvis *l. 1. ff. h. t. l. 88. ff. de furt.* conferatur tantum actio furti nec manifeſti cum actione vi bon. rapt. unius tn. poſitio non eſt alterius excluſio, cum nec particula taxativa repetiatur. add. *l. 12. §. ſ.* ibi O. Tab. *Rac pag m. 232. ad l. 80. §. 3. ff. eod. p. 273. & ad d. l. 88. p. 288.* Hahn. *h. t. N. 7.* poſt multos Harpprecht. *ad pr. I. h. t. num. 11.* Struv. *S. I. C. Ex. 46. th. 50.* Sed hæc actio Furti cum actione Vi bon. rapt. concurrit non cumulative; ſed electivè, ita ut, ſi hæc prius fuerit inſtituta, Furti quis agere non poſſit: ſi ante Furti nec manifeſti, in duplum ſcil. actum ſit, tunc quidem illa non eſt deneganda; attamen, ut id tantum, quod ſupereſt, vel amplius in hac eſt, conſequatur; *dd. ll. l. 32. l. 34. pr. l. 41. §. 1. ff. de O. & A.* ſupra *ad eund. tit. §. 93.* niſi duplo contentus eſſe velit. D. Graſs. *ſect. 14. §. 1.* Stryck. *in uſ. mod. § 1. h. t.* Concurrit. Actio Furti. Obj. Electivè.

XVII. II. Remed. Civ. Commune eſt Actio L. Aquiliæ, quæ etiam cum actione Vi bon. rapt. concurrit, ſi ſcil. res rapta non ſalva & integra; ſed læſa vel fracta ſit, aliudve damnum per quandam corruptionem acceperit. de quo caſu intellig. *l 2. §. 26. ff. h. t.* Neque h. l. datur Actio in factum, de qua in *§ ſ. I. de L. Aquil.* quia ceu ſubſidiaria, demum competit ceſſantibus aliis actionibus, hic autem quamplurimæ adſunt. Porro ad repetendam rem raptam ejusve æſtimationem III. concurrit Rei Vindicatio. *d. l. 2 §. 26.* IV. Condictio furtiva. *d. l. 10. §. 1. ff de cond. furt. l. 25. §. 1. de furt.* Triticaria, *l. 1. §. 1. de Cond. trit.* & tunc non amplius quoad ſimplum rei perſecutionem continens actio vi bon. rapt. locum habet; *l. 57 ff. de R. I* ſed tantum ratione tripli vel pœnæ *praec. § 14.* Rei autem perſecutoriis uti ſæpe tutius eſt, cum hæ etiam contra hæredes dentur. jung. *praeced. §. 13. in f.* Hahn. *h. t. N. 8.* add. ſupra *ad tit. de furt §. 34.* Act. L. Aquil. Rei vindic. Cond. Furt. Triticaria.

XVIII. Sed actionem vi bon. rapt. non amplius in uſu eſſe, raptores vero criminaliter ex Conſtit. Carolina tantum plecti, cum Farinac. Berlich. Runsel. tradit Harpprecht *ad pr. I h. t. num. 24.* Schultz. *ad d. pr. lit. A.* Verum Schilterus aſſerit, quia Jus Juſtinianeum receptum, neque abrogatum, hanc privatam perſecutionem hodienum admitti poſſe; ſalvo tamen jure Reipubl. & An actio vi bon. rapt. hodienum in uſu?

pœnæ ſibi debitæ. *ad ff. Ex. 49. §. 23.* quod præjud. ſirmat Fibig. *Coll. Leg. ad Fr. Ex. 12. coroll. 2.* add. Dn. Berger. *de uſu act. pœnal. th. 39.* Ubi autem dicta actio pœnalis abrogata, nihilominus, præter perſecutiones Criminales, Rei perſecutoriæ locum habebunt. Quamvis quibusdam in locis judices res raptas ſibi vel fiſco vindicent, quam tamen conſuetudinem, tanquam Reip. corruptelam, reprobavit Imp. Carolus V. *Conſt. crim. art. 207.* jung. *art. 218. ult.* & Imp. Ferdin. I. *Rec. Imp. de anno 1559. §. Und nachdem. 35.* Carpz. *Pr. Cr. q. 34. num. 11. & 12.* Blum. *Proc. Cam. tit. 34. num. 126.* Harpprecht. *d. l.* jung. quod generaliter inſtitui poſſit actio criminalis ad pœnam mortis; petitio vero rerum vi ereptarum indicenter officio Judicis. add. ſupra *tit. de furt. §. 35.* Imo vero quomodo Dominus territorii Viatoribus in via regia tempore diurno ſpoliatis damnum reſarcire teneatur, dictum ſupra *ad tit. de public. & vectig. §. 37. & 38.* add. Mev. *ad Jus Lub. l. 4. t. 2. a. 1. num. 26. & ſeqq.*

Fiſcus res raptas male ſibi vindicat.

XIX. Remedia Criminalia ſunt vel Perſecutio Extraordinaria, vel Accuſatio publica. Ex hoc enim delicto agi poteſt, (1.) Ad pœnam extraordinariam, ſicuti ex quocunque privato delicto. *l. f. ff. de priv. del.* (2.) Publica accuſatio conceditur ex L. Julia de vi publica & privata. *l. 2. § 1 & 10. ff. h. t.* Pœna autem hujus delicti criminalis de Jure Juſtinianeo non eſt uniformis, ſed interdum ultimum ſupplicium; ſi quis in itineribus homines ferro aggreſſus ſpoliaverit, idque ſæpius admiſerit, capite punitur; ceteri a. in metallum damnantur, vel in inſulam relegantur. *l. 28. §. 10. ff. de pœn. ex d. l.* diſtinctio apparet inter Graſſatores & Latrones, illi enim homines tantum ſpoliant, hi cum homicidio prædas agunt; ſic Latrocinium eſt ſpecies quædam homicidii, de quo infra *tit. ad L. Cornel. de ſicar.*

Remedium Criminale.

Quæ pœna?

XX. Imp. Carolus V. in raptores doloſos & deprædatores convictos pœnam ultimi ſupplicii entre ac generaliter conſtituit. *art. 126.* ibi: *Ein jeder boßhafftiger überwundener Rauber*, Omnis malitioſus vel hoſtilis de crimine iſto perfecto convictus graſſator. *licet miles* D. Harpprecht. *Reſp. 9. n. 73. & Reſp. 10. n. 47.* vel nobilis D. Graſs *de except. nobilitat. §. 21.* Hancque pœnam in toto Imperio receptam eſſe docet Coler. *p. 1. dec. 185. ibique Schulz. in addit.* Quod genus Carolus V. pœnam gladii quidem expreſſit, relicta tn. cujusque regionis conſuetudine: Hinc ex moribus multorum locorum pœna gladii infligitur, & punitu cadaver, in terrorem aliorum rotæ imponitur, quam conſuetudinem a Germania univerſalem dicit Mevius, *d. l. num. 8.* Stryck. *in uſu moderno §. 4. h. t.* de foro Saxon. idem tradit Carpzov. *J. F. p. 4. C. 15. def. 3.* & *Pr. Crim. q. 90. n. 15. & ſeqq.* de Foro Würt. docet, *d. tr. de deprad. num. 5.* ubi tamen addit, quod

Jure Carol. graſſator mort. pœna afficitur.

quod ſeq. tempore ſolus gladius fuerit dictatus. D. Harpprecht. *C. nov. 6. n. 5.* & D. Graſs. *ſect. 4. diſſer. Receſs. Imper.*

XXI. De Jure Civ. Juſtin. pœna mortis haud prima vice; ſed ſi robbaria ſæpius commiſſa, demum habet locum; *l. 28. §. 10. ff. de pœn.* add. *l. 3. in f. C. de Ep. aud.* quod multi Dd. de hodierna praxi defendunt. Beſold. in *delib. jur. ad h. t. in f.* & *Theſ. Pract. vocab. Raub.* Reusner *l. 1. dec. 16. n. 21* cum Fabro, Stephani, ad *art. 126.* Brunnem. *ad d. l. 1. num. 8.* & ad *l. 2. C. h. t. num. 2.* Verum Imp. in d. Conſtit. hoc non attendit; ſed dd. raptores, ob violationem ſecuritatis publicæ, indifferenter mortis pœna affici jubet Mevius, *d. art. 1. n. 9.* Hahnius, *h. t. in f.* Carpzov. *d. C. def. 6.* & *d. q. 90. n. 21* ubi de tali obſervantia in Saxon. teſtatur. Claſen. *ad. d. art.* d. Diſp. *de priv. del. poſ. 39.* add. Philippi, *U ſ Inſt. pract. l. 4. Eclog. 11. num. 11.* Stryck. *§. 3. h. t.* D. Harpprecht. *Reſp. 8. n. 128. & 144. cum ſeqq. Reſp. 9. n. 69. cum ſeqq. & Reſp. 10. in 105. cum ſeq.* D. Graſs. *ſect. 14. §. 1.* Et de J. Civ. delicto iterato.

XXII. Ex dicta ratione non refert, etiamſi plures Robbariam commiſerint; Carpz. *d. q. n. 34.* Remve ablatam ſponte reſtituant, *l. 9. ff. h. t.* Carpz. *n. 35.* & *d. Conſt. def. 5.* quod tamen Brunnemanno ab æquitate remotius videtur. *ad l. 2. C. h. t. num. 7.* Imo licèt res ablata non magni ſit valoris. Hoc namque delictum atrox cenſetur, & proin ultimo ſupplicio plectitur non propter rei raptæ quantitatem; ſed ob facti turpitudinem & violatam ſecuritatem, imo & pacem publicam, ubi Reſpubl. maxime intereſt. Steph. *ad d. art.* Carpzov. *d. C. def. 4.* & *d. q. num. 45. & ſeqq. ubi varia præjud.* Mev. *d. art. num. 9.* Boerr. *d. l.* Claſen. tamen *d. l. in f.* nullus dubitat, Summum Principem diſpenſare poſſe, ut pœna mortis in extraordinariam commutetur. Idem ſentit, & ita JCti. Witteb. ac Senat. Sabaud. judicaſſe notat Ziegler. *ad d. art.* Beſold. *delib. jur. h. t. in f.* Bene monet Carpzovius, quanto atrocior pœna, tanto circumſpectior judex eſſe debet, ac proin pœna ordinaria non afficitur, ſi deprædatio non adeo hoſtilis: Si juſſu domini à ſervo commiſſa, qui de ea nil ſperavit vel participavit, (mandans tamen mortis pœna tenebitur *l. 15. §. 1. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 11. §. 3. ff. de injur. l. 5. C. de accuſ.*) Si ſpolians ab eodem antea fuerit ſpoliatus; Si crimen non conſummatum, ſed attentatum, de his & aliis limit. vid. Carpzov *q. 91.* Brunnem. *ad l. 28. ff. de pœn. num. 8.* inquit, attendenda eſt ætas, cauſa, occaſio, ideoque ob rapinam non facile pœna capitalis dictari à nobis (JCtis Francofurt.) ſolet, niſi factum Reum graviter oneret. add. D. Harpprecht *Reſp. 9. n. 77. & 88. cum ſeqq. add. Conſil. nov. 5. & 6.* ubi de proditoria rapina agitur. Licet plures deliquerint, & res ſit minimi Reum. Moderamen Carpzovii & aliorum. Limit. & pœna mort. non dictatur.

XXIII. Secundum h. t. propoſitum delictum eſt Damnum dolo II. Damnum

 malo

dolo malo coadun. hom. datum, quid? Actio inde comp. quid?

malo coadunatis hominibus datum *l. 4. §. 6.* ibi: *Damnum, quod dolo malo hominibus coactis datum. ff. h. t.* Eſtque delictum privatum, ex quo is, qui unum vel plures qualeſcunque homines coëgit, ut damnum daretur, vel bona rapiantur, obligatur. *l. 2. pr. §. 3. 4. & ſeqq. ff. eod.* Exque eo datur Actio pœnalis mixta, quâ ſubvenitur læſo, adverſus eum, qui coadunatis hominibus damnum dedit, vel dolo fecit, ut damni quid daretur intra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum. *d. l. 2. pr. & §. 12.* add. *l. 4. §. 6. 7. & 8. ff. h. t.* Nam qui coëgit, de delicto commiſſo tenetur, *dd. ll.* add. *l. 6. C. ad L. Jul. de vi publ. & priv.* & Coactus in quantum ipſe commiſit, *d. l. 2. §. 12.* Huc faciunt, quæ ſupra *ad tit. ad Leg. Aquil.* add. Carpz. *Pr. Cr. q. 99.*

III. Damnum in turba datum. Turba quid? Actio inde comp. quid?

XXIV. Tertium Delictum eſt Damnum in turba dolo malo datum. Turba eſt cœtus & turbatio multitudinis hominum, i. e. ad minimum 10. vel 15. *d. l. 4. §. 3.* Sic differt à Rixa, quæ eſt duorum; *d. l.* à Coactione *l. 2. §. 6. ff. h. t.* Ex hoc Edicto datur Actio Prætoria, in factum, perſonalis, pœnalis, mixta, quâ damnum in turba paſſi, eorumque hæredes, *d. l. 4. §. 5.* junct. *l. 2. §. 5. ff. eod.* adverſus illum, qui damnum in turba dolo malo dedit, aut doloſe fecit, ut daretur, *d. l. pr. §. 4. & ſeqq.* intra annum in duplum, poſt annum in ſimplum agunt. *d. l. pr. §. 7. 8. & 11.* Nec refert, ſive quis clamore, vel facto aliquo, vel dum miſericordiam implorat, turbam concitet, vel ab alio contracta; *d. l. §. 6. 13. & 14.* modo damnum in ea dolo datum ſit *dd. ll.*

Pœna dupli quomodo æſtimetur?

Æſtimatio autem fit temporis præſentis, & refertur ad verum rei pretium. *d. l. §. 11.* Huic actioni hodiernum locum eſſe non dubitat Schilterus, cum certe, ex temporum, perſonarum & judiciorum circumſtantiis quandoque conſultius ſit contra ejusmodi maleficum civiliter, quam criminaliter agere. ad *ff. Ex. 49. §. 23.* vid. Bayer. *h. t. pag. 604.*

TIT. IX.

DE INCENDIO, RUINA, RATE, NAVE EXPUGNATA.

Cod. *Lib. 6. Tit. 1. l. 18. & ſeq. Auth.* Extra *Lib. 5. Tit. 17. c. 5.*

§. I.

Continuatio. Si occaſione incendii &c. quid amotum vel damnum datum.

CUm præc. delictis magnam affinitatem habet, ſi quis occaſione Incendii, Ruinæ, Naufragii, Ratis vel Navis expugnatæ quid amoverit, vel rapuerit, damnive quid dolo malo in his rebus dederit, & h. t. conſideratur ut delictum privatum; quamvis etiam horum publicæ dentur accuſationes *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Subjicitur ergo hic titulus, & in eo agitur de damno vel amotione occa-

occaſione incendii, &c. non vero de incendio ipſo, ejusque pœna; ſed infra *tit. ad L. Corn. de Sicar.*

II. Cauſa Effic. Rem. hujus delicti eſt Prætor. *d. l. 1 pr.* Quia publice intereſt, nihil rapi ex hujusmodi caſibus, evidens utilitas & juſtiſſima ſeveritas cauſam dedit. *d. l. §. 1.* Hinc in tales captores SCtis & Conſtitutionibus aliæ graves pœnæ decretæ habentur in *l. 5. §. ſ. l. 4. §. 1. l. 7. ff. h. t.* Cauſa Effic. Prox. eſt malitioſa voluntas. *d. l. 3. §. 3.* Subjectum ſunt perſonæ doli capaces, qui tali occaſione amoverunt, vel rapuerunt, aut damnum dolo malo dederunt, *d. l. 3. § 3. & 7.* vel ex dictis aliquid non ignari, vel ſaltem cuſtodiendi cauſa; ſed doloſè receperunt. *d. l. §. 3. l. 43. §. 7. ff. de furt.* Peckius, *de re naut. h. t. ad d. § 3. n. 2.* Objectum ſunt res alienæ. Cauſa Eff. R. ſupp. Prox. Subjectum. Objectum.

III. Forma eſt damnum injuriâ datum, vel rerum contrectatio doloſa, occaſione incendii, &c. facta. Sic requir. (1.) Ut damnum ſit datum, vel res ſit contrectata ſeu rapta, h. e. cum vel ſine vi mota. *l. 3. §. 4. & 5. ff. h. t.* (2.) Dolo malo ſit factum. *l. 1. pr. l. 3. §. 1. & 7. ff. eod.* Si itaque quis damnum occaſione incendii non dolo malo, ſed incendii arcendi cauſa dederit, ex hoc Edicto non tenetur. *d. l. §. 7.* ſupra *tit. quod vi aut clam. §. 7. n. 8.* (3.) Ut id factum ſit ex igne &c. ſive propter, aut occaſione vel incendii, i. e. ex igne vel loco, ubi incendium ſit, vel propter incendium aut tumultum, ſive trepidationem incendii, vel ex adjacentibus prædiis. *l. 1. §. 2. ff. d. t.* vel Ruinæ, i. e. cùm in eo tempore & loco, quando & ubi ruina ſit, quam ex adjacentibus: *d. l. §. 3* vel Naufragii, i. e. eo tempore, quo naufragium ſit, vel modo factum eſt, *d. l. §. ſ. l. 2. l. 3 pr. l. 4. pr. ff. h. t.* nove loco, ex mari ſc. *l. 2 ff. h. t.* ſive ex littore, eo nempe fluctibus expulſa: *l. 3. ff. d. t.* add. ſupra *tit. de A. R. D.* vel Ratis Navisque expugnatæ, i. e. in ipſo quaſi prælio & pugna adverſus navem. *d. l. 3 §. 1.* Expugnata navis quando dicatur? vid. *l. 6. ff h. t.* Idem extenditur, ſi in villa vel domo expugnata, aut in tumultu rapiatur. *d. l. 3. §. 2* Bach *ad Treutl. V. 2. Diſp. 10. theſ. 2. lit. D.* Et trahendum eſſe ad caſum ablationis illius, quæ occaſione inundationis, depopulationis, &c. contingit, æquum cenſet Dn. Voet. *h. t. th. 1. inf.* D Harppecht. *C. nov. 17. not.* Finis eſt vel lucrum, vel petulantia, vel interdum privata vindicta. Hæc ergo ad juſtum bellum referri non poſſunt. *§. 17. J. l. 5. § 7. ff. de A. R. D.* Nec ſi contra depopulatores nocturnos, graſſatores publicos & piratas pro quiete communi agatur. *l. 1. l. 2. C. quand. lic. unic. ſine jud. Auth. Navigia. C. de furt.* Peck. *d. tr. ad l. 4. §. 1. ff. h. t. n. 3.* Forma. Damnum ſit datum, doloſe. occaſione incendii. Ruinæ, Naufragii. Ratis expugnatæ. Ampl. Finis.

IV. Effectus Primus eſt Obligatio. Ortus eſt Actio Prætoria, perſonalis, pœnalis, mixta, quæ datur iis, quibus dd. caſibus res abla- Eff. Primus. Ortus eſt

comp. Actio quid ſit?

ablatæ, vel damnum datum adverſus doloſè auferentes, vel damnum dantes, vel receptores, intra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum. *l. 1. pr. ff. h. t. l. 18. C. de furt.* Pœna civilis h. l. arbitraria eſt. Menoch. *A. I. Q. caſ. 197.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.*

C. E. Rem. Prox. Subj. Act.

V. Cauſa Effic. Rem. eſt Prætor. *d. l. 1. pr.* Proxima eſt delictum, *d. l. 3. §. 5. & 7. ff. eod.* Datur, quibus his caſibus res amotæ, raptæ, damnumve in iis datum, eorumque hæredibus. *l. 4. §. 2. ff. h. t.* Nam morte ejus, cui nocitum, non extinguitur, nec minuitur, delictum nocentis; *l. 1. in f. ff. de priv. del.*

Subj. Paſſ.

adverſus eos, qui ex dictis cauſis doloſè abſtulerunt, rapuerunt, vel damnum dederunt, vel eos receperunt. *d. l. 3. §. 5. & 4.*

An contra hæredes?

Sed non adverſus hæredes; niſi quatenus ad eos pervenit. *d. l. 4. §. 2.* (quo diff. ab act. vi bon. rapt.) vel lis cum defuncto conteſtata Peck. *add. l.* Jure Canon. *c. 5. X. de rapt. & incend.* dicitur, *hi hæredes condignè ſatisfaciant juxta facultates ſuas*, quod interpretatur Vinn. quat. facultates defuncti patiuntur. *Datur* etiam contra illos, qui noctu, lumine oſtenſo, & ardente face præmiſſâ, navigantes fallunt, & ſic naves evertendo homines cum bonis doloſè in perniciem trahunt *l. 10. ff. h. t.* Sed tales ſceleratiſſimos capite plectendos eſſe, *ſentit* Peckius, *ad d. l. in f.* ibi Vinn. *lit. c.* per *l. 38. §. 5. in f. ff. de pæn. l. 15. pr. ff. ad L. Corn. de Sicar.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.*

Object. eſt quadrupl. Quomodo computet?

VI. Objectum eſt quadruplum in anno utili, quo primum de ea re experiundi poteſtas fuit. *d. l. 1. pr. l. 18. C. de furt.* Hocque ipſius rei perſecutionem continet, & pœna tripli eſt, ſicut in generali actione vi bonorum raptorum; *ſupra tit. vi bon. rapt. §. 14.* Chriſtinæus, *V. 5. dec. 60. num. 6. & 17* Peckius, *d. tit. ad l. 1. in fin.* ibi Vinn. *lit. a.* etiamſi non deprehenſus ſit raptor. Bachov. *d. l.* Poſt annum datur in ſimplum *d. l. 1. pr. d. l. 18.*

Finis & Eff.

Finis & Effectus eſt exactio & præſtatio quadrupli Grœneweg. *ad l. 1. ff. h. t.* tradit,

Hodiernum eſt in uſu.

hanc pœnam in Hollandia exoleviſſe. Verum in Germ. ejuſmodi maleficia frequentius denunciari judici, & de reſtitutione rerum proceſſus inquiſitorio adhæreri; eidem nemini prohibitum eſſe civiliter agere, & Judici crimen publicum & pœnam relinquere docet praxis quotidiana & firmat Schilter. *Ex. 49. §. 24.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.*

Concurrunt.

VII. Cum hac actione etiam concurrit Actio L. Aquiliæ, Vi bon. rapt. Furti, maxime, ſi quis rem ſeparatam alio loco poſitam, vel in littore jacentem, poſt tempus aliquod incendii, naufragii, vi vel clanculum ſe abſtulerit. *l. 1. §. f. l. 3. pr. l. 5. ff. h. t.* Gravior etiam pœna conſtituta eſt per Auth. *Navig. C. de furt.* ſupra *tit. de A. R. D. §. 67.*

Hoc delict.

Nec tantum Civiliter delictum hoc punitur,

ſed & extraordinarie & Criminaliter, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* ex L. Julia de vi publica vel privata, *l. 3. §. 3. ff. ad L. Jul. de vi publ. l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. de vi priv.* ex Lege Cornelia de Sicariis. *l. 3. §. 5. ff. h. t. l. 11. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* De Incendiariis eorumque pœna proprie agitur infra *tit ad Leg. Corn. de Sicar.* Joh. Voet. *n. 5. h. t.* Fridericus I. Imp. Raptores de rebus naufragium, incendium, aut ruinas ſubitas patientium capitali ſententia feriendos eſſe, & rapta in quadruplum Dominis reſtitui debere ſancivit, quam Legem refert Dn. Schulterus, *d. l.* & Grœneweg. idem tradit de Regno Siciliæ, *ad l. 5. C. de Naufrag.* Aliam pœnam vid. *l. 4. §. 1. ff. h. t.* Apud Hollandos hujusmodi raptores ultimo affici ſupplicio notat Dn. Voet. *d. l. th. 2.* vid. Stryck. *§. 2. h. t.* D. Harppr. *Diſſer. Jur. Civil. & Marchic. Badens. p. 7. th. 49.* etiam puniuntur criminaliter,

TIT. X.

DE INJURIIS, ET FAMOSIS LIBELLIS.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 4.* Cod. *Lib. 9. Tit. 35. & 36.* Cauſ. *15. q. 1. c. 2.* Extra. *Lib. 5. Tit. 36.*

§. I.

IN hoc tit. Delict. duæ ſpecies proponuntur, Injuria, ſcilicet, qua frequentius fere hodie delictum eſt nullum; & Famoſus Libellus. Injuria generaliter dicitur, quod non jure fit, ita, ut late ſumpta omnia delicta comprehendat. *pr. I. l. 1. pr. ff. h. t.* Sic in L. Aquil. Dolum & culpam, *l. 5. §. 1. ff. ad L. Aq.* it. iniquitatem denotat. *d. pr. d. l. 1.* add. Gilhauſ. *arb. crim. c. 2. tit. 34. §. 1. n. 3. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Hoc loco & in ſpecie denotat contumeliam à contemnendo. *d. l. 1. d. l. 5. §. 1.* German. *Eine Schmach, Verleumdung, Ehrenrubrige, verkleinerliche wort und werck.* Eſtque delictum privatum dolo malo in alterius contemptum ſive contumeliam commiſſum. *d. l. 1.* Parens meus b. m. *Diſp. de injur. th. 2.* Privatum dicitur *l. 7. l. 5. C. h. t.* Hinc in Inſt. & Pand. inter privata collocatur: quamvis interdum, ſi publicum principaliter lædatur, in crimen incidat publicum. ex. gr. *l. 7. §. 1. ff. h. t. l. 10. & ſeq. Auth. Sed Novo Jure. C. de Ep. & Cler.* add. ſupra *tit. de priv. del. §. 9. infra §. 39.* D. Harpprecht. *in Diſp. de injuria Magiſtratui illata.* Injuria, late, ſtricte ſumpta, quid ſit? Eſt delictum privatum.

II. Dividitur in Verbalem & Realem. *§. 1. I. l. 1. §. 1. ff. h. t.* Illa eſt, quæ fit verbis in alterius contemptum & contumeliam emiſſis. Eſtque vel Dicta, ut convicium, quod cum vociferatione dictum. *l. 15. §. 11. ff. h. t.* Vel Scripta, quæ fit verbis contumelioſis in ſcripturam redactis: ſi ſcil. quis carmen vel hiſtoriam ad alicujus infamiam vel contemptum ſcripſerit, ediderit, vel ita fieri curaverit. *§. 1. I. l. 5. §. 9. & 10. l. 15. §. 27.* Div. in Verbalem, quæ Dicta vel Scripta.

& Realem. ff. h. t. Sic ſcriptam male quidam ad Realem referunt. Realis eſt, quæ fit re vel facto, quod ad alterius tendit contumeliam & contemptum. d. §. 1. l. 1. §. 1. ff. h. t. ubi verba non definitionem; ſed exempla tantum continent, quia non tantum manu & verberibus, ſed & alio fit modo. d. l. 15 & paſſim ff. h. t. infra §. 17. Ratione circumſtantiarum loci, temporis, perſonæ, facti, Div. in Levem & Atrocem. §. 3. & 9. I. l. 7. §. 7. 8. & 8. ſeqq. ff. eod. vid. ſeq. §. 30.

In levem & Atrocem.

Cauſ. Effic. eſt injuriandi affectus.

III. Cauſa Efficiens eſt malitioſa & injuriandi hominis voluntas; l. 3. §. 1. l. 4. l. 5. §. 9. ff. l. 5. C. h. t. l. 5 §. 1. l. 5 ff. ad L. Aquil. l. 34. pr. ff. de O. & A. ſine qua hoc delictum non committitur: ſed ex affectu facientis conſiſtit. d. l. 3. §. 1. c. 2. & c. 10. cauſ. 15. q. 1. Si ergo quis per jocum percutiat, aut dum certat, d. l. 3. §. 3. l. 3. § 2. ff. de O. & A. aut corrigendi vel emendandi animo, l. 15. §. 38. ff. eod. aut adſtantem præter intentionem, l. 4 ff. eod. vel Aſtrologus, aut Chiromantes, item qui aliquam illicitam divinationem pollicetur, conſultus furem aliquem dixiſſet, d. l. 15 §. 13. (quamvis hic aliter puniatur, d. §.) vel ancillam virginem adpellaſſet. d. l. §. 15. vel aliud quid ſine convicii conſilio dicat vel faciat, injuriarum non tenetur. l. 5. C. h. t. add. infra ſeq. §. 18 Stryck. in uſu modern. §. 5. h. t. D. Harpprecht. C. 55. n. 74. & ſeqq. & C. 77. n. 67.

Talis non cenſetur adeſſe ex. gr.

Injuriam faciunt doli capaces.

IV. Subjectum ſunt perſonæ injuriam facientis & patientes. Facere autem injuriam poſſunt omnes, qui ſunt doli capaces, d. l. 3. §. 1. cujuscunque ſexus, ætatis atque conditionis ſint. ſupra tit. de priv. del. §. 14. & ſeqq. Excluduntur ergo hac voluntate deſtituti. Conſt. Crim. Caroli V. art. 179. ut ſunt Infantes, Infantiæ proximi, & Furioſi, d. l. 3. § 1. ff h. t. Stryck §. 2. h. t. qui injuriam pati, non facere ſolent, licet ſua natura injurioſum dicant vel faciant, d. l. jung. l. 12 ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 40. ff. de R. I. modo liquide conſtet, hos in furore eſſe. l. 14. ff. de offic. Præſ. late Carpzov. lib. 2. Reſp. 58. Item Mente capti, per l. 25. in med. C. de nupt. Phrenetici. l. 4. §. 1 ff. de ædil. edict. l. 8. in med. C qui teſt. fac. poſſ. Dormientes, ſi in ſomno loquantur, vel Noctambuli quid faciant, quod per ſe injurioſum eſt. l. 1. §. 3. ff. de A. vel. A. P. junct. d. l. 3. §. 1. Clem. un. de homicid. volunt. Ebrii ſi, cum ebrietas ſit enormis, quæ mentis alienationem inducit, c. 9 diſt. 35. c. 7. cauſ. 15 q. 1. l. 6. §. 7 in f. ff. de re milit. quia tamen hæc inſania eſt voluntaria, & ebrius culpa haud caret, delinquens extra ordinem punitur. c. 9. cauſ. 15 q. 1. Carpz. Pr. Crim. q. 69. num. 2 add. ſupra tit. de priv. delict. §. 21 & Ver. Heſſ-Ger. Ord. p. 3. th. 25. & de his ſingulis Gilhaus. d. t. 30. § 4. Voet. h. t.

Ergo excluduntur Infantes, Infantiæ proximi, Furioſi.

Mente capti, Phrenetici, Dormientes, Noctambuli, Ebrioſi interdum.

Non prodigus.

V. Furioſo in Jure comparatur Prodigus, l. 6. ff. de V. O. l. 40. ff. de R. I. ſcil. quoad bonorum adminiſtrationem, non vero in delictis; nam quod

dicit

dicunt & faciunt, revera intelligunt. d. Diſp. *de Injur. th. 8* ſupra *tit. de priv. del. §. 15. in f.* Porro quia Ira furor brevis dicitur, Iracundus injurians non perſeverans exceptus videtur. per *l. 48. ff. de R. I. l. 3 ff de div. & rep. c. 5. cauſ. 3. q 1.* quod Hahn. *ad Weſemb. h. t. n. 4.* accipit de caſu, quo ſine ullo tertii præjudicio retractari poteſt. At ſi hic affectus rationem non totam excludit inconſulto calore prolapſus convicium quoddam objiciens, aut re ipſa injuriam faciens, ab hujus delicti obligatione in totum non liberatur; *l. 5 C. h. t. ubi præſcriptio annalis efficacem præſupponit actionem.* etiamſi ira ſedata illum pœniteat. Nam læſio injuriam paſſi inde non tollitur vel infecta redditur, & nemo tali peccato pœnitentia ſua nocens eſſe deſinit. *l. 17. §. 1. ff. de ædil. edict. l. 65 ff. de furt.* Gail. *l. 2. O. 106. n. 9. & ſeqq.* Gilhaus. *d. l. n. 12.* Ex communi tamen Dd. ſententia mitius cum illo agendum. Farin. *q 91. n. 33.* Sicut & cum eo, qui injuria adverſarii præcedente laceſſitus & ad indignationem incitatus. per *l. 38. §. 8. ff. l. 4. C. ad L. Jul. de adult. l. 3. §. 2. ff. ad SCtum Silan. R. I. de Anno 1495. Von Gotteslaſtern. §. 2.* ibi: *Wo ſolches aus bewegter Hitz des Zorns, aus Trunckenheit, &c geſchehe* Carpzov. *Pr. Crim. q. 97 n. 1* Fab. in *C l. 9. tit. 20. def. 1. & 9.* Imo ſi injuria verbalis non adeo eſt atrox, & Reus coram Magiſtratu declaret, quod non animo, ſed repentino iracundiæ calore, *aus ubereiltem Zorn*, verba protulerit, nec quicquam inhoneſti ſeſe de adverſario ſcire, actio injuriarum Actori denegatur in foro Saxon. Carpz. *l. F. p. 4. C. 42. def. 11. Pr. Crim. d. q. num. 12 & ſeqq. Wurt. Landr. p. 1. t. 77. §. 2.* ibi Beſold. *th. 101.* & *Hoffgerichts Ordn. p. 3. t. 28. §. ſ.* D. Harpprecht. *C. 55. n. 78. & ſeqq.* Beſold. *C. 158. n 55. & 58.* Ex dd. ſua ſponte ſequitur, ſi ira, (1.) uti dictum, concitata, (2.) adeo vehemens, ut mentis quaſi alienationem induxerit & (3.) in eodem calore injurioſum quid prolatum vel factum, quod hæc Injuriarum actio non concedatur. *l. 3. §. 1. ff. h. t.* Hahnius. *d. l.* Gail. *d. l.* & *O. 110. n. 51. & ſeqq.* poſt Harpprecht. Theod. B. Parens meus. *Diſp. de Ira. th. 30. & ſeqq.*

An Iratus? Si Ira ſit magna.

juſta.

VI. Et Magiſtratus officio ſuo abutens, ſive tanquam privatus, ſive fiducia Magiſtratus, injuriarum tenetur, *l. 32. ff. h. t.* niſi conſilium Juriſperitorum fideliter ſine ſuppoſitione falſæ ſpeciei facti, adhibuerit, impartiale Protocollum tam contra Reum, quam pro eo, prævia legitima & integra actorum inrotulatione R. I. *de Anno 1654. §. Doch mit dem Zuſatz. 107.* formaverit. Mev. *p. 2. dec. 104.* ſeq. *§. 18.* d. Diſp. *de injur. th. 6.* Oldekop. *Contra Carpz. dec. 4. q. 7.* Conſt. Car. *art. 20. & 61.* Cothmann *V. 3. Reſp. 29. n. 261. 399.* & *Reſp. 30. n. 44. & 410.* Brunnem. *de proc. inq. c. 8. n. 7. & 9.* D. Harppr. *C. 87.* Et ſi contra ſe, vel

Magiſtratus.

ſubditus in juſta cauſa debite Patrocinantem in carcerem conjecerit, Mandatum S. C. decernitur. Mev. *p. 1. dec. 155. & ſeq.* Carpz. *I F. p. 1. C. 1. def. 21.* Stryck. *in uſu moderno §. 4. h. t.* Joh. Voet. *num. 2 h. t.* add. *l. 20. C. de appell.* junct. *ſeq. §. 18.*

Miniſtri Eccleſiæ, quando? Nec excipiuntur Clerici & Eccleſiæ Miniſtri, ſi ſcil. non ex pietatis zelo, nec obſervatis gradibus admonitionis; *Matth. XVIII. v. 15.* ſed privato affectu pro concione, vel alibi in certam perſonam injurioſè invehant, vel eandem ita depingant, ut omnes intelligant, quis notetur, maxime ubi delictum non eſt notorium. arg. *d. l. 32.* & per generalem *l. 15. § 2 5. & 9 ff. h. t.* R. I. *de Anno 1530. §. Wir haben. 55 in f.* ibi: *Und was diſputirliche Sachen, ſich daſelbig zu predigen und zu lehren, darzu Schimpffirens Schmähens und Läſterns enthalten*, quod reperitur. R. I. *de Anno 1548. §. Damit aber. 41.* Dn. à Lyncker. *Vol. 2. Reſp. 97.* Sic ſcripta Theologorum eriſtica, non quidem pro famoſis libellis, pro injurioſis tamen habentur, cum religio non per ſcommata & cachinnos defendenda ſit; Brunn. *ad l. 5. §. 9. num. 7. ff. h. t.* & ad Palinodiam quandoque tenentur. Hahn. *d. N. 4. in f.* & *N 6. notat. præjud. ubi vidua injuriam defuncto marito ex ſuggeſtu dictam vindicavit.* Carpz. *Pr. Cr. q. 96. n. 19.* Jpſ. Conſ. *L. 5. D. 98.* Reink. *de R. S. & E. lib. 3. cl. 2. c. 2. n. 7.* Alii intuitu ſacri officii contra Sacerdotem publice ex ſuggeſtu ſuggillantem actionem in factum concedi malunt. Fibig. *Oll. Leg. Ex. 12 ſecund. q. 3. num. 15.* Harpprecht. *ad §. 11. I. h. t. num. 31. & ſeqq.* Berlich. *p. 5. concl 38. num. 31. concl. 60. num. 1.* Stryck. *in uſu moderno §. 3. ubi præjud.*

Non in dubio. In dubio tamen in Clericis non tàm animus injuriandi, quàm corrigendi præſumitur, potiſſimum ſi delictum non ex vano tumore vel conjectura, ſed publicum, nec ex affectu notorio metas officii transgreſſus ſit. *1. Tim. V. v. 20. Eſaj LVIII v. 1.* Fibig. *d. q* Brunn. *Jur. Eccl. l. 2. c. 18. §. 63. & ibi Dn. Stryk.* add. Simon. *Diſſ. de act. injur. contra Sacerd.* Hinc animus evidenter probari debet. Berlich. *d. concl. 60. n. 8.*

Fit immediate, vel mediate. VII. Injuriam autem quis facit vel Immediatè, ipſe ſcil. & per ſe, vel Mediatè ſcil. mandando, inſtigando, procurando, aliove modo doloſe ſubornando, etiamſi filius ſit, *l. 11. §. 5. ff. h. t.* ut alium percutiat, vel ipſi convicium dicat, aut ſcribat, vel aliam injuriam faciat; *§. 11. I. l. 11. pr. l. 15. §. 8. & 11 ff. h. t.* proptereaque cum utroque injuriarum agi poteſt; *d. d. §.* & *d. l. 11. §. 5. & 6.*

Mandatum habeat executionem. modo injuria ſecuta ſit, *l. 15. §. 10. ff. eod.* aliàs injuria facta non videtur. arg. *l. 52. §. 19. ff. de furt. l. 53. §. 1. in f. ff. de V. S.* D. Harpprecht. *C. D. 4. 94. & ſeqq. & de injuria magiſtratui illata. §. 19.* Joh. Voet. *n. 5. h. t.* Advocatus ergo, mandante Principali, citra notorietatem adverſario convicium objiciens, vel verbis injurioſis utens, non excuſatur. *d. l. 11. §. 3. & 4. ff. h. t.* & *l. 5. C. de auſ.*

accuſ. Carpzov. *l. 2. Reſp. 27. & 62.* Sed ſi verbis durioribus ad cauſæ ſuæ utilitatem utatur, non injuriarum quidem convenitur, poſt alios, Bardili, *concl. for. Exerc. 31. th. 3.* In quovis tamen judicio, etiamſi Advocatus extraneus ſit, ſine condonatione, pro arbitrio & qualitate exceſſus mulctetur. Rec. Deput. *§. Wurde ſich. 75.* Concept. *Cammerger. Ordn. p. 1. t. 66. pr. & §. p.* Mevius, *p. 3. dec. 374.* Theod *Om. c. 2 aph. 20. num. 44.* D. Schöpfer *Diſſ. de advocato injuriante.* Et ſi non tantum unus, ſed plures injuriam fecerint, ſinguli ſolidum tenentur, quia tot ſunt facta, vel injuriæ, quot perſonæ injuriam facientes. *l. 34. ff. h. t. l. 9 ff. de Juriſdict.* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 3. th. 6. lit. D.* — Si plures fecerint.

VIII. Quoad Subjectum Paſſivum injuriam patiuntur, qui non conſentiunt; quia nulla eſt injuria, quæ in volentem fit. *l. 1. §. 5. ff. h. t.* Limit. vid. *ſeq. §. 10.* Cæterum non refert, cujuscunque ſint ætatis, conditionis, vel ſtatus, etiam rationis uſu deſtituti, vel doli non capaces, ut infans, furioſus, dormiens, ebrius, & ſimiles. *l. 3. §. 1. ff. h. t.* Nam pati quis injuriam, etiamſi non ſentiat, poteſt. *d. l. 3. §. 2. c. 2. cauſ. 15. q. 1.* Stryck. *in uſu moderno §. 8.* Joh. Voet. *n. 4. h. t.* Sic & cadaveri defuncti fit injuria. *l. 1. §. 4. ff. h. t.* Joh. Voet. *n. 5. h. t. add. ſeq. §. 15. inf.* Gravior tamen & Atrocior fit injuria ex circumſtantiis, *ſeq. §. 30.* verb. gr. Parentibus, Clerico eo tempore & loco, ut divina officia ſint turbata, illata. Theod. *Om. cap. 2. aph. 19. n. 8.* — Injuriam patiuntur non conſentientes. Ampl.

IX. Porrò requiritur, ut injuria certæ perſonæ facta ſit. *l. 6. l. 15. §. 9. ff. h. t.* Hinc, ſi quis imperſonaliter verba injurioſa protulerit, & ne quidem ex circumſtantiis præcedd. vel conſeqq. appareat, quem intellexerit, (nam & demonſtratio nominis vice fungitur, *l. 6. ff. de R. C. l. 34. pr. ff. de cond. & dem.*) injuriarum non tenetur; *add.* B. Berlich. *p. 5 concl. 59. num. 45.* Carpzov. *lib. 2. Reſp. 59.* Mev. *p. 7. dec. 113.* attamen ex officio puniri poteſt. *d. l. 6. ff. h. t.* Mev. *dec. 114.* Nec refert, perſona patientis præſens ſit, ſive abſens *l. 15. §. 7. ff. h. t.* Injurianti nota ſit, an non? ex. gr. peregrino injuria facta. *l. 3. §. 2. inf. l. 18. §. 3. ff. h. t.* Licet in perſona erraverit, injuriam faciens Sejo, quem Titium eſſe putavit, voluntas namque injuriandi præſto eſt. *d. l. 18. §. 3.* Stryck. *in uſu moderno §. 16. h. t. Br. l. 18. n. 10. h. t.* — Certæ Perſonæ. Si quis injurias imperſonaliter protulerit. Amplia.

X. Sicuti Facere, ita & Pati quis poteſt injuriam vel immediatè per ſemetipſum, nulla alia perſona interveniente; vel mediatè per conſequentiam, mediantibus perſonis poteſtati noſtræ vel affectui ſubjectis. *§. 2 J. l. 1. §. 3. & 5. ff h. t.* Theod *Om. c. 2. aph. 18. per tot.* Poteſtati autem ſubjecti ſunt (1.) Liberi in ſacris paternis conſtituti, quibus ſi quis injuriam faceret, ipſi immediatè, Pater verò mediatè injuriâ afficerentur, *d. l. 1. §. 3.* — Patitur quis etiam mediatè. per perſonas vel poteſtati ſubjectas ut Liberi. Ampl.

 adeo

adeo, ut, licet filius conſentiens ludibrio habitus, in popinam ductus, &c. vel filia non invita ſtuprata, aut cum uxore adulterium commiſſum ſit, Patri tamen vel Marito injuria facta cenſeatur, & injuriatum actio detur, *l. 1. §. 3. & 5. l. 17. §. 10. l. 26. l. 41. ff. l. 2. C. h. t.* Harpprecht. *pr. I. h. t. num. 18.* quod etiam in praxi obſervatur: Quandoque tamen ipſi filio injuriarum agere conceditur. *ſeq. §. 27.*

Obj. Reſp. Nec obſt. quod ſtuprator habeat animum explendi libidinem, non injuriandi Patrem & maritum ſi cum filia vel uxore ejus ſtuprum vel adulterium committit, vid. *§. 27. ad L. Jul. de adult.* Nam animum injuriandi quis habet vel directe, convicium alicui dicendo: vel indirecte, ſi faciat, quod per neceſſariam conſequentiam ad cujusdam contumeliam ſpectat, prout ſtuprum filiæ vel adulterium ſine contumelia Patris vel Conjugis fieri nequit. Harppr. *d. l.* Sic qui vulnerandi tantum animo aliquem aggreſſus eſt, ſed interfecit, capite plectitur Carpz. *Pr. Crim. quæſt. 1.*

Limit. ſi injuriatus Paterfam. creditus. XI. Sed Patri injuria non videtur facta, niſi injurians in genere ſciverit, injuriatum eſſe filium famil. vel nuptam. *l. 18. §. 4. ff. h. t.* Licet neſciret, cujus in ſpecie filius vel uxor eſſet. *l. 1. §. 8. l. 18. §. 5. ff. h. t.* Sin quis filiumfam. patremfam. eſſe crediderit, non poteſt videri Patri injuriam facere, foret enim ultra intentionem agentis *d. l. 18. §. 4.*

Si emancipatus. Cum itaque ut liberi in P. P. ſint conſtituti, requiratur, ſeq. Patri per filium Emancipatum injuriam haud fieri *d. §. 2. I. d. l. 1. §. 8. & d. l. 18. §. 4.* Si enim ob credulitatem, injuriatum non eſſe in poteſtate alicujus, cum tamen revera ſit, Patri injuria non cenſetur illata: multo magis hoc operatur veritas, ſi Pater filium in poteſtate non habeat. d. Diſp. *de injur. th. 20. in fin.*

Servi. XII. (2.) Servi, per quos Domino quoque fit injuria, ſi quid atrocius in ſervum committatur, quod aperte ad contumeliam Domini reſpicit. *§. 3. I. l. 15. §. 34. & 35. ff. h. t.*

Limit. Sin ſecundum ſervi qualitatem leviter quid factum, vel gravis injuria citra Domini contemplationem, vel pro libero ſe gerenti illata ſit Domino exinde non datur actio; *d. l. 15. §. 44. & 45.* ſed ſervis. *d. l. & §. 35.*

Quid hodie? Noſtris famulis ſi injuria fiat, nobis tunc demum injuria fieri cenſetur, & actio injuriarum contra injuriantem datur, ſi conſtet, illam in noſtram contumeliam factam eſſe; verb. gr. dum negotia Domini expediunt. *§. 6. I. l. 15. §. 48. ff. h. t.* quod alias in dubio non præſumitur. Et ſi de eo non conſtet, ipſi famulo datur actio. arg. *d. §. 6. & d. l. 15. §. 48.* Stryck. *in uſu mod. §. 11. h. t.*

Si injuria ſubdito Vaſallo facta. Ergo ex injuria Subdito vel Vaſallo facta, quæ aperte in Magiſtratum vel Dominum directum, eorumque contumeliam redundat, his datur actio. Weſenb. *h. t. n. 6. in f.* ibi Bach. Schneidew. *ad §. 5. n. 5.* Harpprecht. *ad §. 2. I. h. t. n. 38.* Gail. *l. 1. O. 11.*

Stryck.

Stryck. *in uſu moderno §. 12.* Joh. Voet, *n. 6. h. t.* ubi & quomodo Magiſtratus injuriam contra ſe commiſſam & notoriam in continenti punire poſſit: D. Frommann. *in Diſſert. aſſ. 117. & crim. in aſſ. Sign. th. 33.*

XIII. Affectui hic ſubjectæ dicuntur (1.) Uxor, cui injuriam illatam Maritus ſuo nomine vindicat *§. 2. I. l. 1. §. 3. l. 5. l. 11. §. 7. ff. h. t.* Modo injurians in genere eam talem eſſe ſciverit, nec aliam, ſcilic. h. l. virginem vel viduam, crediderit. *l. 18. § pen. & f. ff. h. t.* (2.) Sponſa, cujus injuria ſpectat ad ſponſum, hocce, affectu ſponſa pro uxore habetur. *d. l. 15. §. 24. junct. d. l. 18. §. pen. & fin.* Sed contra, ſi Viro vel Sponſo injuria facta ſit, Uxor vel Sponſa agere non poteſt, quia defendi uxores à viris, non viros ab uxoribus æquum eſt. *d. §. 2. l. 2. ff. l. 2. C. h. t.* Nec obſt. *l. 11. § 8. ff. h. t.* ubi caſus, quo ipſi uxori injuria immediate facta utrique tamen conjugi eſt communis, ut ſi maritus cornutus vel coronatus vel leno adpelletur, quia hoc convicium neceſſariò uxoris injuriam involvit, & huic injuriarum actio competit. d. Diſp. *de injur. th. 14.* Stryck. *in uſu moderno §. 9. h. t.* (3.) Nurus, cujus maritus eſt in P. P. ſi injuriata, Socer injuriarum agere poterit. *§. 2. inſ. I. l. 1. §. 3. ff. h. t.* Sic fieri poteſt, ut multa delicta, e. gr. ſi uterque conjugum ſit in P. P. quatuor uno facto, ſi ſcil. uxori filiæfam. injuria fiat, committantur, huic nimirum immediate, ſed mediatè ejus Patri; Marito, & Socero, quibus omnibus exinde injuriarum actio adquiritur. *d. §. 2. add. l. 1. §. f. l. 18. §. 2. ff. eod.* Nec actio ab uno inſtituta alterius actionem conſumit. *dd. ll.* d. Diſp. *de injur. th. 18.* Hodie tamen ſæpius aliter obtinet, ubi ſcilic. Separatio ab œconomia paterna, & Matrimonium inter modos P. P. ſolvendi referuntur. ſupra *ad tit. de Adopt. §. 34. & 35.* (4.) Hæres per defunctum quodammodo injuria afficitur, ſi quis ex. gr. defunctum delicti alicujus falſo accuſaverit, vel cadaveri aut funeri injuria fiat. Semper enim hæredis intereſt defuncti exiſtimationem purgare. vid. ſupra *ad tit. de his, quæ ut indign.* Et ſi hæreditas adita ſit, hæredi ſtatim injuria videtur facta & ipſe actionem habet, ſin minus, dicta actio adquiritur hæreditati, & poſtea per eandem hæredi. *l. 1. §. 4. & 6. ff. h. t.* d. Diſp. *th. 14.* Stryck. *in uſu moderno § 13. h. t.*

Vel affectui ſubjecti ut ſunt Uxor, Sponſa?

non contra.

Obj. Reſp.

Nurus.

Uno facto multa delicta committi poſſunt.

Hæres ex injuria defuncto illata.

XIV. An ex injuria uni Fratrum, Sororum, Agnatorum, vel Cognatorum facta, alteri injuria fiat, & actio ejus nomine detur? Si injuria totam familiam tangat, res caret dubio. Huber. *præl. h. t. poſ. 1.* Scapp *de jure non ſcr. l. 5 c. 164. n. 2* quod Judicis relinquit arbitrio Menoch. *A. J. Q. caſ. 262. n. 3* Sin tantum injuriatum concernat, plurimi Dd. diſting. inter actionem civilem & criminalem, hanc illis concedunt, illam vero competere negant. Ita in praxi obſervari teſtantur Hahn. *d. n. 4. verb. Neq. in.* Piſt. *l. 2. c. 20. n. 4. & ſeqq. ad obſ. 99.* Berl. *p. n.*

An ex injuria Fratrum, &c. detur actio?

Neg. de J. C.

dec. 188. ubi præjud. Sin ad Juris Civ. principia reſpiciamus, negativa verior eſt, quia (1.) hoc delictum eſt privatum, ex quo regulariter tamen agere poſſunt læſi & damnum paſſi, (2.) mediate verò patientes & inde agere valentes ſpecialiter excipiuntur *§. 2. I. l. 1. §. 3. ff. h. t.* quod in caſibus non exceptis jus commune præſupponit in contrarium Hahn. *d. l. & ibi Rauber* Ann. Robert. *4. rer. jud. c. 12.* Perez. *in C. h. t. n. 2.* Carpz. *p. 1. dec. 33.* Harpprecht. *ad d. § 1. h. t. n. 23 & ſeqq.* d. Diſp. *th. 20.* Struv. *Exerc. 48. th. 37. ibique Muller.* Stryck. *in uſu moderno §. 10 h. t.*

Forma.

XV. Forma & Diff. Spec. hujus delicti conſiſtit in Dicto vel Facto injurioſo, ſive in alterius contumeliam & contemptum. Ut autem commiſſum videatur, requiritur I. ut aliquid dictum, ſive ſcriptum, vel factum ſit *§. 1. I. l. 1. § 1. l. 5. § 9. & 10. ff. h. t.* Sic non ſufficit ſolum propoſitum, conſilium vel mandatum, quamvis & hoc extraordinarie coerceatur. d. Diſp. *th. 21. in f.* Sed quæritur, ſi quis verba injurioſa aut convicium conditionaliter dixerit, ex. gr. *Si Titius hoc dixit vel fecit, eſt nequam.* & Reſp. quia conditio reſpicit tempus præteritum, vel præſens, ſuſpendit negotium, tunc, ſi vera ſit, datur injuriarum actio: ſecus vero, ſi falſa ſit. *§. 6. I. l. 120. ff. de V. O. l. 37. ff. de R. C. l. 16. ff. de cond. inſt.* Harpprecht. *ad §. 1. I. h. t. n. 147.* Berlich. *d. concl. 59. n. 23.* Carpz. *d. Reſp. 62. n. 3.* D. Harpprecht. *Reſp. 5. n. 40.* Sin conditio collata ſit in caſum futurum, tunc non quia pendet, ſed ea ſecuta injuria facta videtur, & Actio datur. Harpprecht. *n. 148.* v. D. à Lyncker. *dec. 65.*

Req. 1. dictum, ſcript. vel factum.

In verbis verba injurioſa. Si conditionaliter prolata?

Si in caſum futurum?

Quænam verba injurioſa?

XVI. Injuria autem verbis fieri ſolet non tantum dictis aut literis criminoſis, vel famoſum per ſe tale, ſed etiam vitium naturale alicui contumelioſe objiciendo, ex. gr. claudum, luſcum, gibboſum adpellando, quod licet per ſe crimen non habeat, in contemptum tamen profertur. *arg. l. 3. § 1. & l. 37. pr. ff. h. t.* Berlich. *p. 5. concl 59. n. 18. & ſeqq.* Carpz. *J. F. p. 4. c. 44. def. 4.* Theodoricus *in Jud. crim. practico, c. 2. aphor. 16. n. 14.* D. Harpprecht. *Reſp. 81. n. 33. add. ſeq. § 60.* It. mendacium objiciendo, *tu mentiris*, vid. *§. 20.* Et circumſtantiis etiam injuria fieri videtur, aliquem ironice bonum patientem virum nominando, ut cornutus exprimatur. *l. 29. §. 4. ff. ad L. Jul. de adult.* Non enim tam verba, quam animus reſpiciendus. Carpz. *d. Reſp. 10. n. 4.* Item verbis obſcœnis præſertim apud virginem utendo, *d. l. 15. § 1.* vel cantando, prælegendo, quod pudorem alicujus lædit. *d. l. 15. § 21. & 27.* Hoc tamen caſu tantum datur actio ad deprecationem: Item non debitorem debitorem ſuum, *d. l. 15. §. 33. add. l. 20. ff. eod.* aliquem inidoneum fidejuſſorem, citra cauſam probabilem, adpellando. *l. 3. §. 1. ff. de his, qui ſatisd. cog.* Mev. *p. 3. dec. 305.* confer. Muller *ad Struv. Exerc. 48. th. 18.* D. Harpprecht. *Diſſ. de in-*

de injuria magiſtratui illata §. 6. Joh. Voet. n. 8. h. t. Item verbis ex moribus injurioſis, licet ſuâ naturâ talia non ſint, Sacerdotem nominando, *du Pfaff.* Idem eſt, perſonam honorabilem Germ. titulando: *du ec.* per *d. l.* 15. §. 6. Eckold. *ad h. t. th.* 5. d. Diſp. *de injur. th.* 25. Berlich. *p.* 4. *Concl.* 59. *n.* 74. *& ſeqq.* Dn. à Lyncker. *dec.* 216. infra §. 65. — *Moribus talia.*

XVII. Per Facta & Realis injuria fit vel in corpus, pulſando, verberando, i. e. cum dolore cædendo, vel alio modo corpus lædendo; §. 1. *I. l.* 1. §. 2. *l.* 5. *pr. & §.* 1. *l.* 9. *ff. h. t.* vel Extra corpus, & citra manuum illationem, nimirum Habitu, ad invidiam alterius veſte lugubri aut ſqualida utendo; *l.* 9. §. 1. *l.* 15. §. 2. *l.* 39. *ff. h. t.* vel Geſtu, apud Hebræos, ut & Rom. barbam demittendo, vel capillos ſubmittendo; *2 Samuel* 14. *verſ.* 4. os contra aliquem dilatando, linguam exerendo, manum contra aliquem quaſi vapulaturum levando, &c. *d. l.* 15 §. 1. & 27. *d. l.* 39. Mentem alicujus medicamento aliove modo alienando, *d. l.* 15. *pr.* Vino nimio onerando, ut eum ludibrio exponat; Dn. Voët. *h. t. th.* 7. *in med.* Fimo aliquem perfundendo, cœno lutove oblinendo: *l.* 1. §. 1. *ff. de extraord. crim.* Item alio facto matronæ comites abducendo *l.* 1. §. 2. *l.* 15. §. 15. *& ſeqq. ff. h. t.* Moris enim fuit apud Rom. Matronis & Virginibus ſine comite in publicum non prodire. Blando ſermone alterius pudicitiam ſollicitando vel adtemptando, §. 1. *I. l.* 1. § 2. *l.* 9. §. 4. *l.* 15. §. 20. & 21. *ff. h. t.* i. e. ex pudico impudicum faciendo *l.* 10. *ff. eod.* vid. Klein. *de oſculo nocivo* Stryck. *in uſu moderno* §. 7. *h. t.* Perſonam, *d. l.* 1. §. 6. ſive bona alicujus, vel unam rem arreſtando, *d. l.* 15. §. 31. *l.* 31. §. *f. ff. de reb. auth. jud.* Peck. *de jure ſiſtendi cap.* 45. *n.* 3. Mev. *p.* 7. *dec.* 85. *& de arreſtis.* non permittendo rebus ſuis uti, *l.* 13. §. *f. ff. h. t.* calumnioſe ad judicium trahendo. *d. l.* 15. §. 5. Alios caſus vid. §. 1. & 8. *I. l.* 19. *l.* 20. *l.* 25. *ff. eod.* Item ab officio vel dignitate aliquem deponendo, Gylmann. *Deciſ. Cam. voc. Actio injur. & voc. Injuria. p.* 155. ubi varia in hoc caſu competentia remedia. Add. Blum. *P. C. t.* 34. *n.* 150. *& ſeq.* Dn. à Lyncker. *Reſol.* 340. Perplures modos, quibus injuria infertur, collegit Gilhauſ. *Arb. Crim. d.* 1. 34. §. 5. *per tot.* Joh. Voet. *n.* 7. *h. t.* — *Realis fit vel in corpus vel extra corpus.*

XVIII. Præter Verba vel Factum II. requiritur Animus vel Affectus injuriandi, ceu præcipua pars formæ à fine dependens. *l.* 3. §. 1. *l.* 4. *l.* 5. §. 9. *l.* 11. *pr. l.* 15. §. 38. *ff. l.* 5. *C. h. t. c.* 2. & 10. *cauſ.* 15. *quæſt.* 1. Etiamſi injuria per conſequentiam ſolum attingat. *l.* 1. §. 3. *ff. eod.* præc. §. 10. & 11. Hoc ergo affectu deficiente, deficit & injuria, licet aliquid dictum vel factum per ſe injurioſum eſſet. *l.* 5 §. *f. ff. ad Leg. Aquil.* cujuſmodi exempla alleg. *præc.* §. 5. Hinc Magiſtratus aliquid ignominioſum decernens regulariter — *3. req. Animus injuriandi. Ampl.* — *In Magiſtratu*

Neg. de J.C. *dec. 188. ubi prejud.* Sin ad Juris Civ. principia reſpiciamus, negativa verior eſt, quia (1.) hoc delictum eſt privatum, ex quo regulariter tamen agere poſſunt læſi & damnum paſſi, (2.) mediate verò patientes & inde agere valentes ſpecialiter excipiuntur *§. 2. I. l. 1. §. 3. ff. h. t.* quod in caſibus non exceptis jus commune præſupponit in contrarium Hahn. *d. l. & ibi Barbos.* Ant. Robert. *4. rer. jud. c. 12.* Perez. *in C. h. t. n. 2.* Carpz. *p. 1. dec. 35.* Harpprecht. *ad d. §. 2. h. t. n. 21. & seqq.* d. Diſp. *th. 20.* Struv. *Exerc. 48. th. 57. ibique Muller.* Stryck. *in uſu moderno §. 10. h. t.*

Forma. XV. Forma & Diff. Spec. hujus delicti conſiſtit in Dicto vel Facto injurioſo, ſive in alterius contumeliam & contemptum. Ut autem commiſſum videatur, requiritur I. ut aliquid dictum, ſive ſcriptum, vel factum **Req. 1. dictum, ſcript. vel factum.** ſit *§. 1. I. l. 1. §. 1. l. 5. §. 9. & 10. ff. h. t.* Sic non ſufficit ſolum propoſitum, conſilium vel mandatum, quamvis & hoc extraordinarie coerceatur. d. Diſp. *th. 21. in f.* **In verbali verba injurioſa.** Sed quæritur, ſi quis verba injurioſa aut convicium conditionaliter dixerit, ex. gr. *Si Titius hoc dixit vel fecit, eſt nequam,* & Reſp. quia conditio **Si conditionaliter prolata?** reſpicit tempus præteritum, vel præſens, ſuſpendit negotium, tunc, ſi vera ſit, datur injuriarum actio: ſecus vero, ſi falſa ſit. *§. 6. I. l. 120. ff. de V. O. l. 37. ff. de R. C. l. 26. ff. de cond. inſt.* Harpprecht. *ad §. 1. I. h. t. n. 147.* Berlich. *d. concl. 59. n. 23.* Carpz. *d. Reſp. 62. n. 3.* D. Harpprecht. *Reſp. 3. n. 47.* **Si in caſum futurum?** Sin conditio collata ſit in caſum futurum, tunc non quia pendet, ſed ea ſecuta injuria facta videtur, & Actio datur. Harpprecht. *n. 148.* v. D. à Lyncker. *dec. 63.*

Quænam verba injurioſa? XVI. Injuria autem verbis fieri ſolet non tantum dictis aut literis crimen, vel famoſum per ſe tale, ſed etiam vitium naturale alicui contumelioſe objiciendo, ex. gr. claudum, luſcum, gibboſum adpellando, quod licet per ſe crimen non habeat, in contemptum tamen profertur. *arg. l. 3. §. 1. & l. 57. pr. ff. h. t.* Berlich. *p. 5. concl. 59. n. 18. & seqq.* Carpz. *J. F. p. 4. c. 40. def. 6.* Theodoricus *in Jud. crim. practico. c. 2. aphor. 10. n. 14.* D. Harpprecht. *Reſp. 81. n. 33.* add. *ſeq. §. 66.* It. mendacium objiciendo, *tu mentiris,* vid. *§. 20.* Ex circumſtantiis etiam injuria fieri videtur, aliquem ironice bonum patientem virum nominando, ut cornutus exprimatur. *l. 29. §. 4. ff. ad L. Jul. de adult.* Non enim tam verba, quam animus reſpiciendus. Carpz. *d. Reſp. 59. n. 4.* Item verbis obſcœnis præſertim apud virginem utendo, *d. l. 15. §. 1.* vel cantando, prælegendo, quod pudorem alicujus lædit. *d. l. 15. §. 21. & 27.* Hoc tamen caſu tantum datur actio ad deprecationem. Item non debitorem debitorem ſuum, *d. l. 15. §. 33.* add. *l. 20. ff. eod.* aliquem inidoneum fidejuſſorem, citra cauſam probabilem, adpellando. *l. 3. §. 1. ff. de his, qui ſatisd. cog.* Mev. *p. 3. dec. 395.* confer. Muller *ad Struv. Exerc. 48. th. 58.* D. Harpprecht. *Diſſ. de in-*

de injuria magiſtratui illata §. 6. Joh. Voet. *n. 8. h. t.* Item verbis ex moribus injurioſis, licet ſuâ naturâ talia non ſint, Sacerdotem nominando, *du Pfaff.* Idem eſt, perſonam honorabilem Germ. tutiſſando · *dutzen.* per *d. l. 15. §. 6.* Eckold. *ad h. t. th. 5.* d. Diſp. *de injur. th. 25.* Berlich. *p. 4. Concl. 59. n. 74. & ſeqq.* Dn. à Lyncker. *dec. 216.* infra *§. 63.* Moribus talia.

XVII Per Facta & Realis injuria fit vel in corpus, pulſando, verberando, i. e. cum dolore cædendo, vel alio modo corpus lædendo, *§. 1. I. l. 1. §. 2. l. 5. pr. & §. 1. l. 9. ff. h. t.* vel Extra corpus, & citra manuum illationem, nimirum Habitu, ad invidiam alterius veſte lugubri aut ſqualida utendo, *l. 9. §. 4. l. 15. § 2. l. 39. ff. h. t.* vel Geſtu, apud Hebræos, ut & Rom. barbam demittendo, vel capillos ſubmittendo, *2 Samuel 16. verſ. 4.* os contra aliquem dilatando, linguam exerendo, manum contra aliquem quaſi vapulaturum levando, &c. *d. l. 15 §. 1. & 27. d. l. 39.* Mentem alicujus medicamento aliove modo alienando, *d. l. 15. pr.* Vino nimio oneratando, ut eum ludibrio exponat; Dn. Voët. *h. t. th. 7. in med.* Fimo aliquem perfundendo, cœno lutove oblinendo: *l. 1. §. 1. ff. de extraord. crim.* Item alio facto matronæ comites abducendo *l. 1. §. 2. l. 15. §. 15 & ſeqq. ff. h. t.* Moris enim fuit apud Rom. Matronis & Virginibus ſine comite in publicum non prodire. Blando ſermone alterius pudicitiam ſollicitando vel adtemptando, *§. 1. I. l. 1. § 2. l. 9. §. 4. l. 15. §. 20. & 22. ff. h. t.* i. e. ex pudico impudicum faciendo *l. 10. ff. eod.* vid. Klein. *de oſculo ‹…›* Stryck. *in uſu moderno §. 7. h. t.* Perſonam, *d. l. 1. §. 6.* ſive bona alicujus, vel unam rem arreſtando, *d. l. 15. §. 31. l 31. §. ſ. ff. de reb. auth. jud.* Peck. *de jure ſiſtendi cap. 45. n. 3.* Mev. *p. 7. dec. 85. & de arreſtis.* non permittendo rebus ſuis uti, *l. 13. §. ſ. ff. h. t.* calumnioſe ad judicium trahendo. *d. l. 15. §. 5.* Alios caſus vid. *§. 1. & 8. I. l. 19. l. 20. l. 25. ff. eod.* Item ab officio vel dignitate aliquem deponendo. Gylmann. *Deciſ. Cam. voc. Actio injur. & voc. Injuria. p. 155.* ubi varia in hoc caſu competentia remedia. Add. Blum. *P. C. t. 34. n. 150. & ſeq.* Dn. à Lyncker. *Reſol. 100.* Perplures modos, quibus injuria infertur, collegit Gilhauſ. *Arb. Crim. d. t. 34. §. 5. per tot.* Joh. Voet. *n. 7. h. t.* Realis fit vel in corpus vel extra corpus.

XVIII. Præter Verba vel Factum II. requiritur Animus vel Affectus injuriandi, ceu præcipua pars formæ à fine dependens. *l. 3. §. 1. l. 4. l. 5. §. 9. l. 11. pr. l. 15. §. 38. ff. l. 5. C. h. t c. 2 & 10. cauſ. 15. quæſt. 1.* Etiamſi injuria per conſequentiam ſolum attingat. *l. 1. §. 3. ff. eod.* præc. *§. 10. & 11.* Hoc ergo affectu deficiente, deficit & injuria, licet aliquid dictum vel factum per ſe injurioſum eſſet. *l. 5 § ſ. ff ad Leg. Aquil.* cujusmodi exempla alleg. *præc. §. 5.* Hinc Magiſtratus aliquid ignominioſum decernens regula- 2. req. Animus injuriandi. *Ampl.* de Magiſtratu

[...] præſumi-tur. Limit.

tiret injuriarum non tenetur, quia fecit animo juſtitiam adminiſtrandi. Nam Juris executio non habet injuriam; *l. 13. §. 1. & 6. l. 33. ff. h. t. l. 116. §. 1. ff. de R. J.* niſi modum & officii limites excedat. *l. 32. ff. h. t.* add. *l. 13 ff de pæn. l. 29. §. 7. ff. ad L. Aquil.* vid. *præc. §. 6.* & ſupra *tit. de re jud. §. 27* Aliis injurias ſibi, qua tali, notorie illatas, & ſi ſe pro dignitate Magiſtratus geſſerit, ſtatim vindicare poteſt, etiam contra non ſubditum. Mev. *p. 9 dec. 108.* Gilhauſ. *d. t. 30. §. 2. n. 9.* Gail. *l. 1. O. 39.* Carpzov. *p. 4. c. 43.* Berlich. *p. 5. concl 66.* vid. tamen infra *ad tit. de Accuſ. §. 9.* In dubio enim pro Judicis fide eſt præſumptio: *d. l. 13. §. 1. l. 2. C. de off. civ. jud.* proin evidentior probatio circa injur. animum neceſſaria foret. Alciat. *l. 5. præſ. 9.* Idem ſtatuendum, ſi quis probabiliter excipiat contra Judicem tanquam ſuſpectum; vid. ſupra *tit. de Except. §. 23. & 24.* vel contra teſtem productum tanquam infamem vel criminis reum, quia hoc juris ſui defendendi animo facit. *l. 55 ff. de R. J.* Modo verbis injurioſis abſtineat, *l. 41. ff. h. t.* nec in probatione infamiæ vel criminis ſuccumbat. Gail. *l. 2. O. 101. n. 7.* Wurmſer. *tit. 47. O 17.* Carpzov. *I. F. p. 4. C. 42. def. 7. & 8.* D. Harpprecht. *Diſſ. de injuria magiſtratui illata §. 14.* Lauterb. *Diſſ. de juram. perhorreſcent. th. 19.*

Animum inj. Actor probet

per præſumptiones. Quales?

Item Reus eli-dit conjectu-ris.

Juram Purga-tionis.

XIX. Injuriæ fundamentum eſt animus injuriandi, *Bach. ad Tr. V. 2. D. 30. th. 5 lit. B.* quem ſi reus negat, Actor probare debet. *l. 2. l. 21. ff. de probat.* Stryck. *in uſu moderno §. 6. h. t.* Quod cum directe per teſtes aut inſtrumenta fieri nequeat, proin conjecturæ & præſumptiones quoque admittuntur; puta ex verbis & factis ſuâ naturâ vel loci conſuetudine injurioſis. *l. 5 C. h. t.* Gail. *l. 2. O. 100 num. 1.* Mev. *p. 5. dec. 390.* Et quia hæc præſumptio eſt juris tantum, ei tamdiu ſtatur, donec Reus talem animum abfuiſſe vel per indirectum demonſtraverit: ſicut enim animus injuriandi Conjecturis probatur, ita & contrarius eliditur. Carpzov. *Pr. Crim. q. 97. num. 5.* v. gr. in Patre, Præceptore, amico, propinquo, Sacerdote, Judice, ob que alias circumſtantias, uti dictum *præced. §. 5. 6. & 18.* add. Diſp. *de act. injur. vocant th. 13.* Theod. *Crim. c. 2. aph. 19. num. 5.* Interdum tamen ſi Actor non ſufficienter probet, pro Reo verò concurrant præſumptiones notabiles, hic ad juramentum purgationis admittitur. ſupra *tit. de jurejur. §. 49.* Carpzov. *d. q. n. 7. & 8.* J. F. *d. C. 42. def. 9. & l. 2. Reſp. 66. & 67.* Bach. *th. 6. lit. B.* Gail. *d. O. n. 5. ubi uſitat. præjud. Cam.* Judex tamen in dubio magis pronus ſit ad abſolvendum, quam condemnandum, *l. 47. ff. de O. & A. l. 125. ff. de R. J.* ſicque ex literis ad alium ſcriptis pro ſignificando, quod ſcire refert, actio injuriarum, contra ſcribentem, non eſt admittenda. Mev. *p. 5. dec. 219.*

XX.

XX. Non tamen animus contrarius præſumitur ex proteſtatione verbis injurioſis adjecta, ex. gr. *tu mentiris, ſalvo honore*; vel *abſit dicto contumelia*. Nam ſi actus ſit potentior proteſtatione, hæc nihil operatur; *c. 54. in f. X de appellat. l. 21. ff de A. vel. O. H.* & ea non obſtante actio injuriarum conceditur. Gail. *l. 2. O. 101 n. 2.* Carpzov. *l. 2. Reſp. 62 n. 2. & 3.* Berlich. *d. concl. 59. n. 48.* Niſi injurioſe provocatus aut criminis inſimulatus in continenti illum mentiri dixerit, idque honoris ſui defendendi cauſa. Gail. *d. l. n. 4. & 5.* Wurmſ. *tit. 47. O. 13. n. 6. & O. 18.* Nimis tamen ſollicita proteſtatio quandoque dolum arguit. Maſcard. *de prob. V. 1. concl. 532. n. 118.*

Non juvat proteſtatio. — *Limit.*

XXI. Neque veritas convitii objecti regulariter animum injuriandi excuſat, aut ab actione & pœna liberat. Nam in actione injuriarum non tam veritas, quam libido conviciandi conſideratur. *l. 3. C. 3. eff. vel. prov. l. 5. C. h. t.* Ord. Crim. *art. 110. in fin.* Gail. *l. 2. O. 99.* Carpzov. *l. 2. Reſp. 61.* Fibig. *Coll. leg. Ex. 12. ſecund. q. 4.* Bachov. *th. 5. lit. G.* Struv. *Exerc. 48. th. 55.* ibique Mullerus. Hinc convenitur naturæ vitium objiciens, *prac. §. 16.* Judæum ſine ratione lædens, *l. 14. C. de Jud. & Cælic.* paupertatem detegens; *l. 2. C. qu. & quib. quart. pars.* quod ibi Dd. extendunt ad omnia, quæ in alicujus contemptum dici poſſunt. Sed veritas tum demum excuſat, ſi Reipubl. interſit crimen manifeſtari, idque fiat legitimo modo, citra animum injuriandi, de quo caſu loquitur *l. 18. pr. ff. h. t.* Mev. *p. 3 dec. 357.* ſin ex circumſtantiis hic animus & vindictæ cupiditas potius, quam amor juſtitiæ appareat, ex. gr. delictum, de quo diu conſtabat, demum in rixa objiciatur, injuriarum actio dabitur. *d. l. 5.* Ord. Crim. *d. art.* Mev. *p. 2. dec. 105 n. 3. & ſeqq. & d. 357.* Struv. *S. I. C. Ex. 48. th. 55. ibique* P. Muller. Beſold. *delib. jur. lib. 47. quaſt. 19.* Hoppii *Diſp. de veritate convitii.* Stryck. *in uſu moderno §. 15. h. t.* D. Harppreche. *C. 98. num. 164.* Joh. Voet. *n. 9. h. t.*

Nec veritas convitii. — *Ampl.* — *Limit.* — *Sublimit.*

XXII. Nec conviciandi animum excludit Nominatio Authoris, ex quo injuriam audiverit, juxta proverb. *Wehrmann oder Gewehrmann haben hilfft nicht*; ſed uterque punitur. arg. *l. un. C. de famoſ. libell.* ibi Salicet. Nam injurias ab alio auditas proferens famam non minus lædit, ac ipſemet autor eas falſo excogitans atque manifeſtans. *l. 11. §. 3. ff. h. t.* Schneidew. *ad §. 1. I. h. t. n. 5.* Carpzov. *l. 2. Reſp. 62. n. 7. & 8.* J. F. *p. 4. C. 42. def. 3.* & *Pr. Crim. q. 96. n. 68.* Colet. *p. 1. dec. 161. n. 41.* Finckelth. *O. 73.* Berlich. *p. 5. concl. 65. n. f.* Harppreche. *ad §. 1. I. h. t. n. 129.* Dn. Hert. *Comment. Jur. tom. 3. Diſſ. de parœm. 98.* Stryck. *§. 14. h. t.* vid. Menoch. *A. I. Q. caſ. 321. n. 20.* Klein. *Diſp. de demonſtratione auth. in delict.*

Nec demonſtratio autoris.

Finis. Eff. primum. Forma injuriæ non minuit.

XXIII. Finis eſt alterius contumelia. Effectus primus ratione delinquentis eſt obligatio ad pœnam; ratione patientis eſt obligationis acquiſitio. Ipſius autem fama & opinio per illatam injuriam, ſine proprio delicto, vere non conſumitur aut minuitur, *l. 5 §. 1. ff. de extraord. cognit.* Et exiſtimationi viri probi atque gravis, per verba contumelioſa à levi vel rixoſo homine prolata, apud graves & honeſtos nil detrahitur, *l. 5. C. h. t. l. 10. C. de his quib. ut ind. l. un. in fin.* ibi Brunnem. *n. 2. C. de famoſ. libell.* Seneca, *lib. ad Seren.* In ſapientem non cadit injuria. add. ſupra *tit. de his, qui not. inf. §. 7.* infra *h. t. §. 52.* Jung. *Eines Chriſtlichen JCti Bedencken von Injurien-Proceſſen. edit. Lipſ. 1701.* Ex dicta ratione reprobatur barbara conſuetudo Mechanicorum, qui injuriato ſtatim exercitium artis interdicunt cauſa nondum cognita Ord. Imp. Pol. *de Anno 1548. tit. Von den Handwercks-Sohnen. §. 5.* & *de Anno 1577. 38. §. Es ſollen.* D. Harpprecht. *Diſſ. de injuria magiſtratui illata. §. 52.*

Salva exiſtimatione injuria inulta relinquitur.

XXIV. Salva ergo exiſtimatione injuria inulta remittitur, imo generoſi & maxime Chriſtiani eſt animi. Matth. *XVIII. verſ. 22. & 35. 1. Petr. 2. verſ. 19.* Add. *l. 7 § 3. ff. ad Leg. Jul. Maj. l. un. C. ſi quis Imp. maled.* Carpz. *Pr. Cr. q. 95. n. 90. & ſeqq.* Sic Scab. Lipſ. Anno 1665. pronunt. *Vermöge der Rechten ſtehet einem jeden frey, ſeiner Ehren unbeſchadet, die ihm angethane injurien zu vindiciren, oder nicht.* Nec huc quadrat, crudelem eſſe, qui famam negligit, utpote quod pertinet ad eos, qui vitæ turpitudine & delictis bonæ opinionis fundamentum evertunt. quo facit illud:

Obj.
Reſp.

Tranſit honos, tranſit fortuna, pecunia tranſit
Omnis: Sed tantum fama perennis erit.

Limit.

Interdum tamen vindicta eſt actus juſtitiæ commutativæ atque neceſſaria, quia læſus famam ſuam aliis habet obligatam, & inſuper ne delicta in aliorum exemplum ſcandaloſum maneant impunita. Arneſ. *de conſ. lib. 3 c. 3 n. 5 & 6.* Sed hoc in caſu intelligitur vindicta publica, nam privata eſt injuſta, quia vindicta eſt propria DEI & ejus Vicarii, nempe Magiſtratus. Deut. *c. 32. verſ. 35.* Sap. *6. verſ. 3* Joh. *10. v. 34.* ad Roman. *c. 12. v. 19. c. 13. v. 4.* Arneſ. *d. l. n. 6.* Struv. *de vind. priv. c. 2. & in ſeqq.* tradit, quando privata licita ſit, ſed tum verius eſt defenſio, nam in propriis nemo judex eſſe poteſt, hinc in jure Civ. varia Remedia injuriam vindicandi introducta. *ſeq. §. 30.* add. Thomaſii *Diſſ. de act. in jur.* & Böhmeri *Diſſ. de injuſt. act. injur.* Beyer. *h. t. pag. 405. & 606.*

Eff. Ortus ſunt Remedia.

XXV. Effectus Ortus ſunt Remedia, quibus injuriæ vindicta petitur à Magiſtratu. Hæc ſunt vel generalia, vel ſpecialia. Illa ſunt, quæ locum habent in omnibus injuriæ ſpeciebus, tam verbali, quam reali. Hæc, quæ

quæ in certis tantum injuriæ ſpeciebus obtinent. Generalia ſunt vel Civilia, vel Criminalia.

Remedium Generale Civile eſt Actio Æſtimatoria. Definitio. Qualitas.

XXVI. Remedium generale Civile eſt Actio Æſtimatoria, *eine Bürgerliche Injurien-Klag*, vocatur Prætoria, ſive honoraria, *§. 7. I. h. t.* & nihil aliud eſt, quam actio prætoria, perſonalis, pœnalis, civilis, famoſa, annalis, qua injuriam paſſus adverſus injuriantem agit, ad ipſius injuriæ æſtimationem ſibi adjudicandam. *§. 7. & 10. I. h. t.* Diſput. *de Injur. th. 29.* Joh. Voet. *n. 15. h. t.* Dicitur ratione Cauſæ Effic. Rem. Prætoria. Olim ex L. XII. Tabb. ob membrum ruptum erat pœna talionis. *d. §. 7.* etiam ex Lege Moſaica Exod. *21. v. 23. 24. & 25.* Levit. *24. v. 20.* Deut. *19. v. 21.* add. Matth. *5. v. 38. & 39.* Illa autem in deſvetudinem abiit, & Prætor hanc introduxit. *d. §. 7. & 8.* Ratione Cauſæ Effic. Prox. Perſonalis, oritur etiam ex obligatione, quæ venit ex delicto. *§. 8. & 10. I. d. t.* Ratione Objecti Pœnalis; *§. 10. I. h. t. §. 1. I. de per. & temp. act.* & quidem mere pœnalis, quia ad meram tendit vindictam. *l. 2. §. 4. ff. de collat.* vid. D. Graſs. *de act. Prætor. & civil. ſect. 2. §. 2.* Ratione Finis Civilis, quatenus opponitur Criminali, & tendit ad privatum Actoris intereſſe. *d. §. 7.* Ratione Effectus Famoſa, nam injuriarum damnatus infamia notatur. *l. 7. pr. ff. h. t. l. 1. pr. l. 4. §. 5. ff. de his, qui not. infam. l. 2. pr. ff. de obſ. par.* Gail. *l. 1. O. 65. n. 7. & l. 2. O. 102. n. 1.* limit. vid. *ſeq. §. 33.* Ratione adjuncti, temporis ſcilicet, Annalis. *l. 5. C. h. t.* Dividitur ſicut pleræque actiones in Directam & utilem, quatenus ſcilicet, uno vel altero requiſito deficiente, ex verbis vel ſententia Legis competit. *l. 15. §. 2. ff. h. t.*

Diviſio.

Datur ex quavis injuria. Omnibus etiam mediate læſis.

XXVII. Hæc actio male à quibusdam reſtringitur ad injurias verbales, quia Prætor eam indiſtincte ex quacunque injuriarum ſpecie concedit. *§. 10. I. l. 7. §. 1. 2. & 6. l. 15. §. 1. & 35. ff. h. t.* d. Diſp. *theſ. 30.* Datur omnibus mediate vel immediate injuriam paſſis. *d. §. 10.* Sed filiofam. injuriato, regulariter tantum ipſius Pater ſuo & filii nomine eam in judicium deducit, ita, ut eas ſimul inſtituere queat. *§. 2. I. l. 1. §. 3. l. 19. §. 10. l. 41. ff. h. t.* Non minus actionem hanc filio acquiſitam Pater valide remittit & donat. *d. l. 17. §. 12.* Secus eſt in actione ex L. Cornelia. *L. 5. §. 6. ff. h. t.* Sed utrumque recipit exceptionem; nam Patre abſente, vel pro tali habito, filiusfamilias agere ipſe poteſt. *d. l. 17. §. 10. & 11.* Stryck. *in uſu moderno §. 9. h. t.* Nec Patri injuriam filio illatam remittere licet, ſi ejus perſona vilis abjectaque, filii vero honeſta. *d. l. 17. §. 13. ubi exemplo eſt ſ. adjecto, prodigus inter viles numerari probatur.* Cæterum licet principalis injuriatus mortuus ſit, reliqui tamen, ad quos injuria per indirectum pertinet, actionem injuriarum retinent. *l. 1. §. 3. ff. l. 2.*

Patri ob injuriam filii, quam remittit.

Limit.

Licet principali injuriato mortuo.

Exercetur per alium,

C. h. t. vid. *præc.* §. 10. & 11. Add. §. *seq.* 28 *h. t.* Itidem injuriam paſſus tam per ſe, quam per alium, ut puta Procuratorem, Tutorem, &c. hanc actionem in judicium deducere & exercere poteſt; §. 10. *I. l.* 11. §. 2. *l.* 17. §. 10. & 19. *ff. h. t. l.* 42. §. 1 *ff. de procur.* ſupra *ad eund. tit.* §. 11. etiam per Procuratorem in rem ſuam

& poteſt cedi. Obj. Reſp.

vel Ceſſionarium prout in omnibus actionibus ſpecialiter non exceptis. *l. f. C. de her. vel act. vend.* Nec obſtat Regula: Quicquid non eſt tranſmiſſibile, &c. ſæpe enim diverſa eſt tranſmiſſionis & ceſſionis ratio. Si hæc actio non tranſmittitur, quia moriens injuriam remittere videtur; Cedens vero oſtendit contrariam voluntatem; quod eam remittere nolit. Hahn. *h. t. n.* 14. add. ſupra *ad tit. de her. vel act. vend.* §. 27. & 29.

An detur hæredibus?

XXVIII. Hæc actio Hæredibus regulariter non datur; *l.* 13. *pr. l.* 15. §. 14. *ff. h. t. l.* 1. §. 1. *ff. de priv. del.* quia tendit ad meram vindictam, *l.* 2. §. 4. *ff. de collat.* quam moriens remittere cenſetur. arg. *l.* 10. *in fin. C. de revocand. donat.* Stryck. §. 34. *h. t.* D. Harpprecht. *C.* 27. *n.* 57. *cum ſeqq.* Nec porro an-

Affirm. ſi lis conteſtata.

te L. C. eſt in bonis. *l.* 28. *ff. h. t. l.* 32. *pr. ff. ad L. Falc.* Ergo quoniam ſaltem lite conteſtata in bonis eſſe incipit, tunc demum ad hæredes tranſit; *d. l.* 28. *l.* 13. *pr. ff. eod. l.* 26. *l.* 58. *ff. de O. & A. l.* 87. *l.* 139. *pr. l.* 164. *ff. de R. I.* Carpz. *l.* 2. *Reſp.* 44. *n.* 10. adeo, ut, lite inſtituta, hæc actio non ſemper deſeri poſſit, ne quidem ab hæredibus. Schilt. *ad ff. Ex.* 49. §. 50. *in f.* D. Frommann. *de act. quæ*

Ampl.

in bonis comput. §. 27. Sin quis per cavillationem litem conteſtari recuſet, id hæredibus non nocere, poſt alios trad. Carpz. *l.* 3. *Reſp.* 39. *n.* 21. Berlich. *dec.* 209.

Injuriam Collegio illatam, omnibus membris mortuis, ſucceſſores vindicant.

Quid vero, ſi omnes Aſſeſſores, qui tempore injuriæ Collegio factæ extiterunt, mortui fuerint, an ad Succeſſores in Collegio ſurrogatos hæc actio tranſeat? Ratio dubitandi eſt in *dd. ll.* quia non eſt in bonis. Sed affirm. probatur per *l.* 76 *ff. de jud. l.* 7. §. 1 *ff. quod cujusque univ. nom.* quia enim Collegium vel Univerſitas, etiam in omnibus individuis commutatis, non moritur, & injuria non tam ſingulis, quam toti corpori facta cenſetur, quod idem in noviter electis ſucceſſoribus videtur, ideoque hos eam vindicare poſſe, licet lis nondum fuerit conteſtata, de jure verum eſt, & ita Dnn. Scabb. Lipſ. pronunciaſſe præjudicio docet Carpz. *l.* 2. *Reſp.* 45 & Dilp. *de injur. th.* 52. & *de Tranſ. act. th.* 28 add.

Fiſcalis vindicat injuriam Cam. Imp. vel Aſſeſſori illatam,

Theod. *Orın. c.* 5. *qu.* 18. *n.* 1. Sic quoque Judice à quo vel Reo tempore inſinuatorum proceſſuum indecenter ſe præbente contra Ordin. R. I. *de A.* 1654. §. *Damit aber.* 159. & 163. Fiſcalis vel ad admonitionem alterius partis, vel ex officio, implorat Judicem Cameralem ad puniendum, teſte praxi, vid. *ſeq.* §. 35. *in f.* Similiter, ſi Judici, Præſidi, vel Aſſeſſori Cam. Imp. ratione ſui ſtatus vel conditionis injuria inferatur, tum fiſcalis ſe intromittere debet: uti præjud. firmat Gylm. *d. l. p.* 156. *pr.* Scipio. *l.* 1. *dec. Cam.* 56. Decker. *in Vind. ad Blum. t.* 50. *n.* 66. & *t.* 8. *n.* 14.

XXIX.

XXIX. Datur contra injuriantes, & regulariter omnes, cujuscunque ſint conditionis, etiam Clericos; teſte Carpzovio, *J. pr. Conſiſt. l. 2. d. 412.* & *L. 3. d. 99.* add. *praced. §. 6.* qui per Procuratorem ſe quoque defendere poſſunt. *l. 42. §. 1. ff. de procur.* Carpz. *Pr. Crim. q. 95. num. 50.* Non contra hæredes. *l. 13. pr. l. 15. §. 14. ff. h. t.* per regulam in *§. 1. I. de perpet. & temp. act. l. 58. l. 111. §. 1. ff. de R. I. l. 22. C. de pœn.* Niſi lis cum injuriante defuncto ſit conteſtata. *d. l. 13. pr. l. un. C. ex delict. defunct. l. 58. ff. de O. & A. l. 87. ff. de R. I.* ſupra *tit. de prov. del. §. 29.* Dn. Voet. *h. t. th. 22.* ſive vere, ſive interpretative, ex. gr. ſi Princeps ad exhibitam ſupplicationem pro impetrando proceſſu reſcripſerit, reſcriptumque parti legitime inſinuatum ſit, eoque in caſu tranſmittitur. *l. 1. & 2. C. quand. libell. Princ. obl.* Berlich. *p. 5. conclus. 69. n. 8. & ſeqq.* Carpz. *I. F. p. 4. C. 46. def. 6.* Gail. *l. 1. O. 64. num. 5.* D. Bardili, *in Diſp. de lit. conteſtat. th. 28.* D. Graſs. *Differ. Receſſ. Imper. th. 1. & de act. civil. & honor. ſect. 2. §. 7.* ſupra *tit. de O. & A. §. 58.* Idem dicendum, ſi per Judicem ſteterit, ex. gr. ob juſtitium, quo minus lis conteſtaretur. Gylm. *d. voc. Injur. p. 157. ubi prajud.* add. *ſeq. §. 38. in f.* & ſupra *ad tit. de Except. §. 22.* ad *tit. de Litig. §. 4. & 5.* Singulare eſt in hærede, injuriam funeri vel cadaveri defuncti illatam vindicante. *l. 1. §. 4. ff. h. t.* præc. *§. 13. in fin.* Contra Parentes tamen & Patronos non datur, quia hæc actio eſt famoſa. *l. 2. ff. de obſ. par. l. 7. §. 3. l. 11. §. 7. ff. h. t.* Sin injuria ſit atrox, tunc liberto contra Patronum, & filio emancipato contra Patrem conceditur. *d. l. 8.* quod Gothofr. *ad d. §. 3.* etiam ad ſuos extendit per *l. 6. C. de ſpectac.* ubi tamen Jus Digeſt. Suos prorſus arcens non mutatur. add. *l. 4. ff. de jud.* d. *Diſp. de injur. th. 25. in f.*

Contra injuriantes, & Clericos,
Proc. admittitur.
Non contra hæredes, niſi lite conteſtata, vel pro tali habita.
Singulare ſi funeri inj. illata.
Excep. Parentes, Patrons, Liberi.

XXX. Objectum eſt injuria illata, ejusque æſtimatio. Licet autem nec fama nec diffamatio proprie æſtimationem recipiat; tamen ut malitia & injuriandi libido coerceatur, in magna Vett. paupertate, pœna nummaria 25. aſſium gravis viſa eſt; *§. 7. I. h. t.* ſed poſtea Prætores permiſerunt, ut injuriam paſſus illam certa ſumma in libello æſtimare, ex. gr. *Wolte lieber 1000. Thl. verlohren als ſelbige ungeandet laſſen*, eamque Reo petere poſſit. *§. 7. I. h. t.* Quoniam Delictum hoc ſuos habet gradus; eſt enim injuria vel levis, levior, leviſſima, vel graviſſima, gravior, gravis, vel atrociſſima, atrocior, atrox, idcirco Actor in libello certum dicat, quid injuriæ factum ſit. *l. 7. pr. & § 4. ff. h. t.* & omnes circumſtantias loci, temporis, & facti. in ſpecie exprimat. Carpz. *l. 2. Reſp. 56.* Gail. *d. O. 64.* Gylmann. *d. l. verb. Ad obtinendos.* Porrò non debet vagari cum diſcrimine alienæ exiſtimationis; deſignare, & certum ſpecialiter dicere, quam injuriam ſe paſſum contendit; *d. l. 7. pr.* Judex poſtea

Objectum.
Actor injuriam æſtimat in libello.
Forma libelli.
Judex in.

tantù

moderatur pro gravitate injuriæ, quæ æſtimanda.

tanti condemnet, vel minoris, prout ei viſum fuerit; *d. §. 7.* ſcil. ex bono & æquo, pro ratione circumſtantiarum, qualis ſit injuria. *Mev. p. 5. dec. 31. & p. 6. dec. 86.* Stryck. *in uſu moderno §. 17. h. t.* Sic gravior eſt (1.) Ex conditione perſonæ, Magiſtratui, Clerico, aliive perſonæ in dignitate conſtitutæ illata, quam humili *§. 7. & 9. I. d. l. 7. §. 8. l. 17. §. 3. ff. l. 4. C. h. t.* D. Harpprecht. *C. 87. num. 101. & ſeqq.* (2.) Ex loco, non in ſolitudine, ſed publico, ex. gr. Eccleſia, Curia, theatro, foro, platea, facta, *d. §. 9. add. l. & l. 9. §. 1. ff. eod.* (3.) Ex tempore, non quo judicatur, ſed quo facta eſt, *l. 21. ff. h. t.* ut die, in conſpectu aliorum *d. l. 7. §. 8.* Theod. *cent. 2. aph. 19. num. 1. & ſeqq.* (4.) Re ipſa & facto; ſic gravior eſt, quæ fit verberando, *d. §. 9. l. 5. §. 1. ff. eod.* & atrocior quæ fit vulnerando; Dein ex loco vulneris augetur, ex. gr. ſi fit in capite, & iterum ſi in oculo quis percuſſus. *d. §. 9. d. l. 7. §. 8. & l. 8. ff. eod.* Et inſuper Judex ad Patrimonium læſi, & lædentis reſpicere debet. Interdum tamen æſtimatio actoris juramento confirmatur, quod nonnulli ſemper neceſſarium putant; ſed ſine Juris textu. *§. 7. & 10. I. h. t.* D. Graſs. *de act. prætor. & civil. ſect. 2. c. 2.* In Cam. Imp. & ubique in foro ita practicari ſolet, ut Judex determinet vel taxet ipſam æſtimationem, & poſtea deferat actori juramentum. *l. 4. § 2. ff. de in lit. jur. arg. N. 82. c. 10.* D. Stryck. *in uſu moderno §. 18. h. t.* verb. gr. *Schwehre Kläger ſelbſten, oder durch einen gevollmächtigten Anwald einen Eyd zu GOtt, und auf das H. Evangelium, daß er lieber 1000. Rthlr. verliehren oder nicht haben, als ſolche Schmach ausſtehen wolle, daß ſolches geboren, und darauf ergehen ſolle, was recht iſt.* Quo præſtito ſimpliciter condemnatur Reus in illam ſummam taxatam & juratam. Gylmann. *d. l. verb. Injuriarum. p. 154.* Gail. *l. 2. O. 102. num. 8.* Myn*ſ. c. 1. O. 14. in f.* Carpz. *Pr. C. q. 94. num. 77. & q. 95. n. 8. & mult. ſeqq.* Stryck. *de jur. jurand. §. 11. cap. 2. §. 31. & ſeqq. & de jur. Senſ. Diſſ. 9. c. 4. num. 33.* & D. Harppr. *C. 87. num. 135. & 136.* Conf. Tænnikar. *de Lucro Injuriar. mem.*

Forma.

XXXI. Forma & diff. ſpecif. partim ab Objecto, partim à Fine dependet, ut exigatur injuriarum æſtimatio, indeque læſo ſatisfiat, atque injuriandi libido coerceatur. Et ſi plures injuriæ ſimul illatæ, non de ſingulis ſeparatim agendum, ſed omnes in uno libello conjungendæ ſunt. *l. 7. §. 5. ff. h. t.* Verum notandum, quod hæc actio ſit annalis, ſcil. intra annum inſtituenda, & poſt annum, ceu præſcripta, non admittitur. *l. 5. C. h. t. add. ſeq. §. 58.* Proin Actor illatæ injuriæ annum, menſem, & ſi Reus efflagitet, diem exprimere debet, quod ſi omiſerit, libellus tanquam ineptus à Judice ex officio rejicitur. Carpzov. *d. q. 95. num. 95. & l. 2. Reſp. 56.* Dn. Parent. *Diſſ. de prov. del. par. 46.*

Plures Injur. ſimul vindicandæ.

Actio hæc eſt annalis.

Moderationem ſolet præcedere juramentum.

XXXII.

XXXII. Effectus ex parte Rei eſt, ut præ..ſe præſtet ſummam, in quam condemnatus, adeo, ut, qui ſolvendo non ſit, in corpore puniri poſſit. Porro ex hac actione condemnatus infamia notatur. *præc. §. 26. inf.* Quod tamen certis in caſibus ceſſat, (1.) ſi modica vel levis injuria illata ſit, cujus rationes aſſignat Harpprecht. *ad d. §. 10. num. 93. & ſeqq.* Carpz. *Pr. Crim. q. 94. num. 73.* quod ſcil. Prætor minima non curet, & propter rem minimam non detur actio famoſa, ſed harum rat. neutra eſt perpetua. ſupra *ad tit. de in integr. reſtit. §. 18* & *ad tit. de furt. §. 24.* Verum prob. expreſſe per *cap. 25. 2 de ſent. & re jud.* Porro ex *L. 17. §. 5. ff. h. t.* quia pœnæ reſpondere & commenſurari debent delictis; *L. 11. pr. ff. de pœn.* Infamia enim vitæ amiſſioni æqualis eſt, & oculorum privatione major habetur in *l. 8. C. de decurion.* Item ex *l. 40. ff. h. t.* à ſenſu contrario, quod fortiſſimum in Jure argum. *l. 1. pr. ff. de offic. ejus, cui mand.* Unde: Qui poteſt eſſe in ordine Decurionum, ille non eſt infamis, Atqui propter levem injuriam damnatus, &c. Ergo Maj. prob. *d. l. 8. l. 2. C. de dignit.* Minor. ex *d. l. 40. l. 5. ff. de Decur.* add. ſupra *ad tit. de juſtit. §. 37.* vid. Gail. *l. 2. O. 102. n. 2. & ſeqq.*

Effectus eſt præſtatio æſtimationis, & rei infamia. Quæ tamen ceſſat, 1. ſi levis injuria. Ratio 1. 2. 3.

XXXIII (2.) Ceſſat, ſi Judex infamiam remiſerit, & exiſtimationem honoris Reo in ſententia expreſſe reſervaverit. verb. gr. *Jedoch, daß die beſchehene Antzüglichkeiten keinem Theil an ſeinen Ehren ſchädlich, nachtheilig oder abbrüchig, ſondern von Ampts wegen aufgehoben ſeyn ſollen;* aliisve formulis. Mev. *ad Jus Lub. p. 4. t. 6. art. 16. num. 15.* quæ clauſula hodie juxta ſtylum judiciorum communis eſt, ſupra *tit. de his, qui not. infam. §. 23. inf.* Franck. *ad §. 10. I. h. t. n. 7.* Carpz. *d. q. 94. num. 79. & 80.* Mev. *p. 3. dec. 32. n. 2. & p. 5. dec. 367.* addit, ejus omiſſionem appellationem facere juſtam & neceſſariam. *ſeq. §. 35. inf.* Aſt, quia Judex ſecundum LL. judicare tenetur, *l. 43. ff. de furt. l. 1. §. 4. ff. ad SCtum Turp.* non niſi juſtâ cauſâ motus, vid. *præc. §. 30.* reſervationem honoris ſententiæ condemnatoriæ inſerere poteſt. arg. *l. 13 §. 7 ff. de his, qui not. infam.* Niſi ſit Judex Superior, qui ſine cauſa gratiam delicti facere poteſt. Mevius *d. dec. 32. n. 6.* In Ducatu Würt. Judex non tantum poteſt, ſed expreſſe jubetur atque cogitur ſubditis in ſententia famam reſervare, *Hoffger.-O. p. 3. t. 25. §. 3.* *Würt. Landr. p. 1. t. 77. §. Doch ſoll.* Quod ſi Judex omiſerit, condemnatus tamen ipſo jure famam retinet. *d. §. 3.* Aliud tamen eſt ſi Reus in ipſo quoque Judicio pertinaciter in ſuis conviciis perſeveraverit, quia tunc delictum augetur perſeverantiâ; *Würt. Landr. d. l. §. Deßgleichen.* *Hoffgerichts-Ordn. d. l. §. 4.* Bocer. *cl. 4. D. 4. th. 91.* Harpprecht. *d. l. num. 120. & ſeqq.* vel injuria ſit atrox, neque à Reo probari poſſit. *d. §. 4.* add. *Würt. Landr. d. l. ibi*

2. Judex remiſerit. Clauſula honoris reſervatoria. Quæ hodie neceſſaria. Si tamen juſta moveat cauſa. Limit. In Ducatu Würt. Excip.

l. ibi Beſold. *th.* 166. & 167. B, Parens in. *th.* 103. Mev. *ad J. Lub. l.* 4. *t.* 4. *art.* 16. *num.* 16. (3.) Reus infamiam evitare poteſt, ſi ante concluſionem in cauſa, vel poſt eam; ſed ante ſententiam æſtimationem injuriæ ſolvat. Gail. *l.* 2. *O.* 105. (4.) Si cauſa per Procuratorem agitata, prout in Cam. Imp. obſervatur, ubi tamen ob ſimul injunctam deprecationem honor reſervari ſolet. Blum. *Proc Cam. t.* 75. *num.* 43 Sic die 6. Jul. 1694. per Sententiam delinquens condemnatus fuit ad Cameræ vel per Procuratorem, reſervato honore, deprecandum, mulctamque X. marcarum auri puri, & fuſtibus excepto Nuncio inſinuanti pro ſatisfactione 300 flor. ſolvendum. Aliud præjudicium eſt de die 15. Jul. 1701. add. Gail. *l.* 1. *O.* 111. *num* 2 ſupra *tit. de re jud.* §. 13. & *ad tit. de his, qui not. inf.* §. 14. Bach. *d. D. th* 6. *lit. G. in fin.* Add. Finckelth. *Append. O.* 16. Plures Except. partim de praxi, vid. apud Harpprecht. *d. l.* & Carpz. *d. q.* add. Dn. Harpprecht. *Diſſ. de Expreſſa honoris in ſent. jud. reſervatione per tot.*

3. Reus ante Sententiam ſolvat æſtimationem.
4. Cauſa per Procuratorem agitata. Quomodo in Camera Imperiali?

XXXIV. Hæc Æſtimatoria injuriarum actio extinguitur I. Morte injuriam inferentis & paſſi, ante litem conteſtatam, Nam nec activè nec paſſivè ante L. C. in hæredem tranſit. *l.* 13. *pr. l.* 15. §. 14. *ff. h. t.* add. *præc.* §. 28. & 29. II. Remiſſione Actoris, quæ duplex eſt, Expreſſa, vel tacita Illa eſt, ſi voluntas ſit expreſſa, vel expreſſim verbis, literis, aliove indubitatis animi indiciis. *l.* 17. §. 6. *ff. h. t. l.* 14. §. 9. *ff. de ædil. ed. l.* 52. §. 5. *ff. de O. & A.* Reo actio remittatur, e. g. Pacto; ſed gratuito. *l.* 17. §. 1. *l.* 27. §. 2. *ff. de pact. l.* 17. §. 6. *ff. h. t. l.* 11. §. 1. *d. l.* 17. §. 6. Gail. *l.* 2. *O.* 102. *num.* 17. & 18. Mev. *p.* 1. *dec.* 123. & 124. ibi: *Quando partes ad tranſactionem & remiſſionem cogi queunt.* Vel ſolius Actoris voluntate etiam abſente Reo declaratâ. *d.* *l.* 17 §. 6. Nec ſufficit, ſi ægrotans graviter decumbens Confeſſionario dixerit, ſe omnibus hominibus condonare, etiam huic vel illi injurianti; Bachovio quidem ipſo jure videtur remiſſa, quia actio hæc tendit ad meram vindictam; remiſſâ autem vindictâ actionem quoque ad vindictam competentem remiſſam cenſeri. Major eſt juris. *l.* 2 §. 4. *ff. de collat.* Minor eſt Chriſtianiſmi, cum remiſſio reſervatâ vindictâ nulla eſſet, Bach. *ad* § *f* *I. h. t.* ſed communiter Dd. aliter ſentiunt, docentes, quod tali declaratione tantum rancor animi & vindicta privata ex odio veniens remittatur, non verò quæ ex juſtitia commutativa ad utilitatem publicam tendit, quæ vult, ut delicta ad delinquentis emendationem, proximi exemplum, & læſi aliorumque immunitatem puniantur. Ameſ. *de conſc. l.* 5. *c.* 9. ut prius reconvaleſcens adhuc ſalvam habeat actionem. Mol. *de J. & J. tom.* 4. *Diſp.* 40. *n.* 5. Bartl. *p.* 5. *conſil.* 70. *n.* 18. & *ſeqq.* D. Harpp. *C.* 35. *n.* 8. *n.* 91. &

Continuatio. Mors utriusq.
Remiſſio Actoris expreſſa, & pacto, declaratione.
An ſimplex ægrotantis condonatione?

91 & 555. unde Dd. concludunt, quod Cœnæ Dominicæ communione rancor quidem, ſed non injuriarum actio remiſſa cenſeatur. Sande, *l. 5 t. 8 def. 12.* Mev. *p. 4. dec. 396.* ſed perpendatur ſupra laudatum Chriſtianum Conſ. *vom Injurien-Proceſſen.* Ad Arg. Bach. Reſp. Major limit. quod ille demum actionem retundere videatur, qui non tantum privatam, ſed etiam publicam remittit vindictam. Verum generoſius, multo magis Chriſtianus animus contemnit injurias. Attamen, ſi actio jam in judicium deducta, vel quis adeo graviter læſus in fama, ut ipſi in officio, ipſiusve liberis præjudicet, vel injurians tam pernicioſi ſit animi, ut emendatio aliter ſperari nequeat, nihilominus Judici pœna atque vindicta committi poteſt, facta inſimul mentione ſe pro ſua parte injuriam ex animo remiſiſſe, per conſequens æſtimatio injuriæ vel ſumma taxata, pio uſui magis, quam injuriato adplicanda erit, uti hæc conſcientioſe examinat Dn. Stryckius, *de jur. ſenſ. Diſſ. 9. c. 4. per tot. & in uſu moderno § 36. & 37.* Schöpffer. *n. 80. & 81. h. t.* vid. B. Dn. Spener *Evangeliſch. Lebens-Pflicht. p. 1. p. m. 525.* & *Ubereinſtimmung mit der A. C. art. 16 Satz 7. & 8 §. 8 p. m. 271.*

XXXV. Remiſſio expreſſa etiam fit Transactione, ſed injurians ſponte tranſigens notatur infamia, propter fictam confeſſionem; *l. 4. § f. l. 5. ff. de his qui not. inf.* & ſupra *ad eund. tit. §. 18. & 20.* Actio tamen ipſo jure tollitur. *l. 11. §. 1. ff. h. t. l. 17 § 1 ff. de pact.* Joh. Voet. *n. 25 h. t.* Nec reſuſcitatur, licet Reus promiſſum non præſtet. *d. l.* Idque ſive ab ipſo Domino, ſive à Tutore vel Curatore injuria pupillo vel minori, vel ſimuli illata remiſſa ſit. *l. 30. §. f. l. 56. §. 4. ff. de furt.* Harpprecht. *ad §. 12. I. h. t. n. 49.* Berlich. *d. l. n. 25.* Carpz. *Pr. Cr. q. 97. n. 49.* ſin non formali tranſactione, ſed gratis remittatur, Reus non notatur. Idem eſt, ſi tranſactio autoritate vel quandoque juſſu Judicis inita: Mev. *p. 1. dec. 225. & ſeq.* D. Harpprecht. *C. 55. num. 505. & ſeqq. & de tranſact. judic. §. 10. & ſeqq.* quibus caſibus tranſactio in Cam. Imp. confirmatur, quod præjudico firmat Saleтus de A. 1526. d. 2. Nov. add. ſupra *ad tit. de tranſact. §. 25.* Gail. *d. O. 102. n. 19. & ſeqq.* Converſa tamen injuriarum oblivio non tollit actionem Legis Aquiliæ ad damni refuſionem competentem, d. Diſp. *de injur. th. 38. in f.* Berlich. *d. l. n. 26.* Stryck *in uſu moderno §. 35 h. t.* niſi in remiſſione damni quoque mentio facta ſit. Myns. *C. 4. O. 10. in f.* Rittmeier. *Cautel. ſelect. 32. Cent. 2.* Expreſſè porro remittitur Juramenti delatione & præſtatione. *d. l. 11. §. 1. ff. h. t. l. 3. §. 1. ff. de jurejur.*

Tranſactione. Quis ibi Effectus?

Remit. ſi gratis fit, vel authoritate Judicis.

Juramenti delatione & præſtatione.

XXXVI. Tacita remiſſio dicitur, quæ ex factis elicitur, ſi ſcilicet injuriatus aliquid fecerit, ex quo probabiliter injurianti gratiam feciſſe, & actionem remiſiſſe videatur, quæ vocatur Diſſimulatio. *l. 11. §. 1. ff. §. f. I. h. t.* ibi,

Remiſſio tacita, Diſſimulatio.

quod

Finis. Eff. primus. Forma injuriæ non mutatur.

XXIII. Finis eſt alterius contumelia. Effectus primus ratione delinquentis eſt obligatio ad pœnam, ratione patientis eſt obligationis acquiſitio. Ipſius autem fama & opinio per illatam injuriam, ſine proprio delicto, vere non conſtituitur aut minuitur. *l. 5. §. 1. ff. de extraord. cognit.* Et exiſtimationi viri probi atque gravis, per verba contumelioſa à levi vel rixoſo homine prolata, apud graves & honeſtos nil detrahitur, *l. 5. C. h. t. l. 10. C. de his quib. ut ind. l. un. in fin. ibi* Brunnem. *n. 2. C. de famoſ. libell.* Seneca, *lib. ad Seren.* In ſapientem non cadit injuria. add. *ſupra tit. de his, qui not. inf. §. 7.* infra *h. t. §. 32.* Jung. *Eines Chriſtlichen JCti Bedencken von Injurien-Proceſſen, edit. Lipſ. 1701.* Ex dicta ratione reprobatur barbara conſuetudo Mechanicorum, qui injuriato ſtatim exercitium artis interdicunt cauſa nondum cognita Ord. Imp. Pol *de Anno 1548. tit. Von den Handwercks-Sohnen. §. ſ.* & *de Anno 1577. tit. §. Es ſollen.* D. Harpprecht. *Diſſ. de injuria magiſtratui illata. §. 32.*

Salva exiſtimatione injuria multa remittitur.

XXIV. Salva ergo exiſtimatione injuria inulta remittitur, imo generoſi & maxime Chriſtiani eſt animi. Matth. *XVIII. verſ. 22. & 35. 1. Petr. 2. verſ. 19.* Add. *l. 7. § 3. ff. ad Leg. Jul. Maj. l. un. C. ſi quis Imp. maled.* Carpz. *Pr. Cr. q. 95. n. 90. & ſeqq.* Sic Scab. Lipſ. Anno 1665. pronunt. *Vermöge der Rechten ſtehet einem jeden frey, ſeiner Ehren unbeſchadet, die ihm angethane injurien zu vindiciren, oder nicht.*

Obj. Reſp.

Nec huc quadrat, crudelem eſſe, qui famam negligit, utpote quod pertinet ad eos, qui vitæ turpitudine & delictis bonæ opinionis fundamentum evertunt. quo facit illud:

Tranſit honos, tranſit fortuna, pecunia tranſit
Omnis: Sed tantum fama perennis erit.

Limit.

Interdum tamen vindicta eſt actus juſtitiæ commutativæ atque neceſſaria, quia læſus famam ſuam aliis habet obligatam, & inſuper ne delicta in aliorum exemplum ſcandaloſum maneant impunita. Ameſ. *de conſc. lib. 5. c. 5. n. 3. & 4.* Sed hoc in caſu intelligitur vindicta publica, nam privata eſt injuſta, quia vindicta eſt propria DEI & ejus Vicarii, nempe Magiſtratus. Deut. *c. 32. verſ. 35.* Sap. *6. verſ. 5* Joh *10. v. 30.* ad Roman. *c. 12. v. 19. c. 13. v. 4.* Ameſ. *d. l. n. 6.* Struv. *de vind. priv. c. 2. & in ſeqq.* tradit. quando privata licita ſit, ſed tum verius eſt defenſio, nam in propriis nemo judex eſſe poteſt, hinc in jure Civ. varia Remedia injuriam vindicandi introducta. *ſeq. §. 30.* add. Thomaſii *Diſſ. de act. in jur.* & Bohmeri *Diſp. de injuſtit. act. injur.* Beyer. *h. t. pag. 605. & 606.*

Eff. Ortus ſunt Remedia.

XXV. Effectus Ortus ſunt Remedia, quibus injuriæ vindicta petitur à Magiſtratu. Hæc ſunt vel generalia, vel ſpecialia. Illa ſunt, quæ locum habeant in omnibus injuriæ ſpeciebus, tam verbali, quam reali. Hæc, quæ

quæ in certis tantum injuriæ ſpeciebus obtinent. Generalia ſunt vel Civilia, vel Criminalia.

Remedium Generale Civile eſt Actio Æſtimatoria. Definitio. Qualitas.

XXVI. Remedium generale Civile eſt Actio Æſtimatoria, *eine Bürgerliche Injurien-Klag*, vocatur Prætoria, ſive honoraria, *§. 7. I. h. t.* & nihil aliud eſt, quam actio prætoria, perſonalis, pœnalis, civilis, famoſa, annalis, qua injuriam paſſus adverſus injuriantem agit, ad ipſius injuriæ æſtimationem ſibi adjudicandam. *§. 7. & 10. I. h. t.* Diſput. *de Injur. th. 29.* Joh. Voet. *n. 13. h. t.* Dicitur ratione Cauſæ Effic. Rem. Prætoria. Olim ex L. XII. Tabb. ob membrum ruptum erat pœna talionis. *d. §. 7.* etiam ex Lege Moſaica Exod. *21. v. 23. 24. & 25.* Levit. *24. v. 20.* Deut. *19. v. 21.* add. Matth. *5. v. 38. & 39.* Illa autem in deſvetudinem abiit, & Prætor hanc introduxit. *d. §. 7. & 8.* Ratione Cauſæ Effic. Prox. Perſonalis, oritur etiam ex obligatione, quæ venit ex delicto. *§. 1. & 10. I. d. t.* Ratione Objecti Pœnalis; *§. 10. I. h. t. §. 1. I. de per. & temp. act.* & quidem mere pœnalis, quia ad meram tendit vindictam. *l. 2. §. 4. ff. de collat.* vid. D. Graſs *de act. Prætor. & civil. ſect. 2. §. 2.* Ratione Finis Civilis, quatenus opponitur Criminali, & tendit ad privatum Actoris intereſſe. *d. §. 7.* Ratione Effectus Famoſa, nam injuriarum damnatus infamia notatur. *l. 7. pr. ff. h. t. l. 1 pr. l. 4. §. 5. ff. de his, qui not. infam. l. 2. pr. ff. de obſ. par.* Gail. *l. 1. O. 65. n. 7.* & *l. 2. O. 102. n. 1.* limit. vid. *ſeq. §. 33.* Ratione adjuncti, temporis ſcilicet, Annalis. *l. 5. C. h. t.* Dividitur ſicut pleræque actiones in Directam & utilem, quatenus ſcilicet, uno vel altero requiſito deficiente, ex verbis vel ſententia Legis competit. *l. 15. §. 1. ff. h. t.*

Diviſio.

Datur ex quavis injuria. Omnibus etiam mediate læſis.

XXVII. Hæc actio male à quibusdam reſtringitur ad injurias verbales, quia Prætor eam indiſtincte ex quacunque injuriarum ſpecie concedit. *§. 10. I. l. 7. §. 1. 2. & 8. l. 15. §. 1. & 35. ff. h. t.* d. Diſp. *theſ. 30.* Datur omnibus mediate vel immediate injuriam paſſis. *d. §. 10.* Sed filiofam. injuriato, regulariter tantum ipſius Pater ſuo & filii nomine eam in judicium deducit, ita, ut eas ſimul inſtituere queat. *§. 2. I. l. 1. §. 3 l. 19. §. 10 l. 41. ff. h. t.* Non tamen actionem hanc filio acquiſitam Pater valide remittit & donat. *d. l. 17. §. 12.* Secus eſt in actione ex L. Cornelia. *L. 5. & 6. ff. h. t.* Sed utrumque recipit exceptionem; nam Patre abſente, vel pro tali habito, filiusfamilias agere ipſe poteſt. *d. l. 17. §. 10. & 11* Stryck. *in uſu moderno §. 9 h. t.* Nec Patri injuriam filio illatam remittere licet, ſi ejus perſona vilis abjectaque, filii vero honeſta. *d. l. 17. §. 13. ubi exemplo m ſ adjecto, prodigus inter viles numerari probatur.* Cæterum licet principalis injuriatus mortuus ſit, reliqui tamen, ad quos injuria per indirectum pertinet, actionem injuriarum retinent. *l. 1. §. 5. ff. l. 2. C. h. t.*

Patri ob injuriam filii, quam remittat. Limit.

Licet principali injuriato mortuo.

Exercetur per alium. C. h. t. vid. *prat.* §. 10. & 11. Add. § *seq.* 28 *h. t.* Itidem injuriam paſſus tam per ſe, quam per alium, ut puta Procuratorem, Tutorem, &c. hanc actionem in judicium deducere & exercere poteſt; §. 10. *I. l.* 11. §. 2. *l.* 17. §. 10. & 19. *ff. h. t. L.* 42. §. 1. *ff. de procur.* ſupra *ad eund. tit.* §. 33. etiam per Procuratorem in rem ſuam

& poteſt cedi. Obj. Reſp. vel Ceſſionarium prout in omnibus actionibus ſpecialiter non exceptis. *L. f. C. de her. vel act. vend.* Nec obſtat Regula: Quicquid non eſt transmiſſibile, &c. ſæpe enim diverſa eſt transmiſſionis & ceſſionis ratio. Si hæc actio non transmittitur, quia moriens injuriam remittere videtur; Cedens vero oſtendit contrariam voluntatem; quod eam remittere nolit. Hahn. *h. t. n.* 15. add. ſupra *ad tit. de her. vel act. vend.* §. 27. & 29.

An detur hæredibus? XXVIII. Hæc actio Hæredibus regulariter non datur; *l.* 13. *pr. L.* 15. §. 14. *ff. h. t. l.* 1. §. 1. *ff. de priv. del.* quia tendit ad meram vindictam, *l.* 2. §. 4. *ff. de collat.* quam moriens remittere cenſetur. arg. *l.* 16. *in fin. C. de revocand. donat.* Stryck. §. 30. *h. t.* D. Harpprecht. *C.* 27. *n.* 57. *cum ſeqq.* Nec porro ante

Affirm. ſi lis conteſtata. L. C. eſt in bonis. *l.* 28. *ff. h. t. l.* 32. *pr. ff. ad L. Falc.* Ergo quoniam ſaltem lite conteſtata in bonis eſſe incipit, tunc demum ad hæredes tranſit; *d. l.* 28. *l.* 13 *pr. ff. eod. l.* 26. *l.* 58. *ff. de O. & A. l.* 87. *l.* 139. *pr. l.* 164. *ff. de R. I.* Carpz. *l.* 2. *Reſp.* 44. *n.* 10. adeo, ut, lite inſtituta, hæc actio non ſemper deſeri poſſit, ne quidem ab hæredibus. Schilt. *ad ff. Ex.* 49. §. 30. *in f.* D. Frommann. *de act. quæ*

Ampl. *in bonis comput.* §. 17. Sin quis per cavillationem litem conteſtari recuſet, id hæredibus non nocere, poſt alios trad. Carpz. *l.* 5. *Reſp.* 59. *n.* 21. Berlich. *dec.* 209.

Injuriam Collegio illatam, omnibus membris mortuis, ſucceſſores vindicant. Quid vero, ſi omnes Aſſeſſores, qui tempore injuriæ Collegio factæ extiterunt, mortui fuerint, an ad Succeſſores in Collegio ſurrogatos hæc actio tranſeat? Ratio dubitandi eſt in *dd. ll.* quia non eſt in bonis. Sed affirm. probatur per *l.* 76 *ff. de jud. l.* 7. §. 1. *ff. quod cujuſque univ. nom.* quia enim Collegium vel Univerſitas, etiam in omnibus individuis commutatis, non moritur, & injuria non tam ſingulis, quam toti corpori facta cenſetur, quod idem in noviter electis ſucceſſoribus videtur, ideoque hos eam vindicare poſſe, licet lis nondum fuerit conteſtata, de jure verum eſt, & ita Dnn. Scabb. Lipſ. pronunciaſſe præjudicio docet Carpz. *l.* 2. *Reſp.* 65. d. Dup. *de injur. th.* 32. & *de Tranſ. act. th.* 28. add.

Fiſcalis vindicat injuriam Cam. Imp. vel Aſſeſſori illatam. Theod. *Ocon. c.* 3. *aph.* 18. *n.* 1. Sic quoque Judice à quo vel Reo tempore inſinuatorum proceſſuum indecenter ſe præbente contra Ordin. R. I. *de A.* 1654. §. *Damit aber.* 159. & 163. Fiſcalis vel ad admonitionem alterius partis, vel ex officio, implorat Judicem Cameralem ad puniendum, teſte praxi, vid. *ſeq.* §. 33. *in f.* Similiter, ſi Judici, Præſidi, vel Aſſeſſori Cam. Imp. ratione ſui ſtatus vel conditionis injuria infertur, tum fiſcalis ſe intromittere debet: uti præjud. firmat Gylm. *d. l. p.* 136. *pr.* Scipio. *l.* 1. *dec. Cam.* 56. Deckher. *in Vind. ad Blum. t.* 30. *n.* 66. & *t.* 8. *n.* 14.

XXIX.

XXIX. Datur contra injuriantes, & regulariter omnes, cujuscunque ſint conditionis, etiam Clericos; teſte Carpzovio, *J. pr. Conſiſt. l. 2. d. 412.* & *l. 3. d. 99.* add. *praced. §. 6.* qui per Procuratorem ſe quoque defendere poſſunt. *l. 42. §. 1. ff. de procur.* Carpz. *Pr. Crim. q. 95. num. 50.* Non contra hæredes. *l. 13. pr. l. 15. §. 14. ff. h. t.* per regulam in *§. 1. I. de perpet. & temp. act. l. 38. l. 111. §. 1. ff. de R. I. l. 22. C. de pœn.* Niſi lis cum injuriante defuncto ſit conteſtata. *d. l. 13. pr. l. un. C. ex delict. defunct. l. 58. ff. de O. & A. l. 87. ff. de R. I.* ſupra *tit. de prov. del. §. 29.* Dn. Voet. *h. t. th. 22.* ſive vere, ſive interpretative, ex. gr. ſi Princeps ad exhibitam ſupplicationem pro impetrando proceſſu reſcripſerit, reſcriptumque parti legitime inſinuatum ſit, eoque in caſu tranſmittitur. *l. 1. & 2. C. quand. libell. Princ. obl.* Berlich. *p. 5. concluſ. 69. n. 8. & ſeqq.* Carpz. *I F. p. 4. C. 46. def. 6.* Gail. *l. 1. O. 64. num. 5.* D. Bardili, *in Diſp. de lit. conteſtat. th. 28.* D. Graſs. *Differ. Receſſ. Imper. th. 1. & de act. civil. & honor. ſect. 2. §. 7.* ſupra *tit. de O. & A. §. 58.* Idem dicendum, ſi per Judicem ſteterit, ex. gr. ob juſtitium, quo minus lis conteſtaretur. Gylm. *d. voc. Injur. p. 157. ubi prajud.* add. *ſeq. §. 38. in f.* & ſupra *ad tit. de Except. §. 22.* ad *tit. de Litig. §. 4. & 5.* Singulare eſt in hærede, injuriam funeri vel cadaveri defuncti illatam vindicante. *l. 1. §. 4. ff. h. t.* præc. *§. 15. in fin.* Contra Parentes tamen & Patronos non datur, quia hæc actio eſt famoſa. *l. 2. ff. de obſ. par. l. 7. §. 3. l. 11. §. 7. ff. h. t.* Sin injuria ſit atrox, tunc liberto contra Patronum, & filio emancipato contra Patrem conceditur. *dd. ll.* quod Gothofr. *ad d. §. 3.* etiam ad ſuum extendit per *l. 6. C. de ſpect. ac.* ubi tamen Jus Digeſt. Suus prorſus arcetur, non mittitur. add. *l. 4. ff. de jud.* d. Diſp. *de injur. th. 25. in f.*

Contra injuriantes, & Clericos.
Proc. admittitur.
Non contra hæredes, niſi lis conteſtata, vel pro tali habita.
Singulare ſi funeri inj. illata.
Excep. Parentes. Patroni. Liberi.

XXX. Objectum eſt injuria illata, ejusque æſtimatio. Licet autem nec fama nec diffamatio propriè æſtimationem recipiat; tamen ut malitia & injuriandi libido coërceatur, in magna Vett. paupertate, pœna nummaria 25. aſſium gravis viſa eſt, *§. 7. I. h. t.* ſed poſtea Prætores permiſerunt, ut injuriam paſſus illam certâ ſummâ in libello æſtimare, ex. gr. *Wolte lieber 1000. Thl. verlohren als ſelbige ungeandet laſſen*, eamque Reo petere poſſit. *§. 7. I. h. t.* Quoniam Delictum hoc ſuos habet gradus; eſt enim injuria vel levis, levior, leviſſima, vel graviſſima, gravior, gravis, vel atrociſſima, atrocior, atrox, idcircò Actor in libello certum dicat, quid injuriæ factum ſit. *l. 7. pr. & §. 4. ff. h. t.* & omnes circumſtantias loci, temporis, & facti, in ſpecie exprimat. Carpz. *l. 2. Reſp. 56.* Gail. *d. O. 64.* Gylmann. *d. l. verb. Ad obtinendas.* Porrò non debet vagari cum diſcrimine alienæ exiſtimationis; deſignare, & certum ſpecialiter dicere, quam injuriam ſe paſſum contendit; *d. l. 7. pr.* Judex poſtea tandem

Objectum. Actor injuriam æſtimat in libello.
Forma libelli.
Judex m.

moderetur pro gravitate injuriæ, quæ æſtimatur.

tanti condemnet, vel minoris, prout ei viſum fuerit; *d. §. 7.* ſcil. ex bono & æquo, pro ratione circumſtantiarum, qualis ſit injuria. *Mev. p. 5. dec. 31. & p. 6. dec. 86.* Stryck. *in uſu moderno §. 17 h. t.* Sic gravior eſt (1.) Ex conditione perſonæ, Magiſtratui, Clerico, aliive perſonæ in dignitate conſtitutæ illata, quam humili *§. 7 & 9 I. d. l. 7. §. 8. l. 17. §. 3 ff. l. 4. C. h. t.* D. Harpprecht. *C. 87. num. 101. & ſeqq.* (2.) Ex loco, non in ſolitudine, ſed publico, ex. gr. Eccleſia, Curia, theatro, foro, platea, facta, *d. §. 9. add. 8. & l. 9. §. 1. ff. eod.* (3.) Ex tempore, non quo judicatur, ſed quo facta eſt, *l. 21. ff. h. t.* ut die, in conſpectu aliorum *d. l. 7. §. 8.* Theod. *crim. c. 2. aph. 19. num. 8. & ſeqq.* (4.) Re ipſa & facto; ſic gravior eſt, quæ fit verberando, *d. §. 9. l. 5. §. 1. ff. eod.* & atrocior quæ fit vulnerando; Dein ex loco vulneris augetur, ex. gr. ſi fit in capite, & iterum ſi in oculo quis percuſſus. *d. §. 9. d. l. 7. §. 8. & l. 8. ff. eod.* Et inſuper Judex ad Patrimonium læſi, & lædentis reſpicere debet. Interdum tamen æſtimatio actoris juramento confirmatur, quod nonnulli ſemper neceſſarium putant; ſed ſine Juris textu. *§. 7 & 10 I. h. t.* D. Graſs. *de act. prætor. & civil. ſect. 2. c. 2.* In Cam. Imp. & ubique in foro ita practicari ſolet, ut Judex determinet vel taxet ipſam æſtimationem, & poſtea deferat actori juramentum. *l. 4. §. 2. ff. de in lit. jur.* arg. *N. 18. c. 10.* D. Stryck. *in uſu moderno §. 18. h. t.* verb. gr. *Schwæhre Kläger ſelbſten, oder durch einen gevollmächtigten Anwald einen Eyd zu GOtt, und auf das H. Evangelium, daß er lieber 100. Rthlr. verlohren oder nicht haben, als ſolche Schmach ausſtehen wolle, daß ſolches gehört, und darauf ergehen ſolle, was recht iſt.* Quo præſtito ſimpliciter condemnatur Reus in illam ſummam taxatam & juratam. Gylmann. *d. l. verb. injuriarum. p. 154.* Gail. *l. 2. O. 102. num. 8.* Myns. *c. 1. O. 84. in f.* Carpz. *Pr. C. q. 94. num. 77. & q. 95. n. 8. & mult. ſeqq.* Stryck. *tract. juram. §. 11. cap. 2. §. 31. & ſeqq. & de jur. Sens. Diſſ. 9. c. 4. num. 55.* & D. Harppr. *C. 87. num. 135. & 136.* Conf. Toennikar. *de Lucro injuriar. imme.*

Moderationem ſolet præcedere Juramentum.

Forma.

XXXI. Forma & diff. ſpecif. partim ab Objecto, partim à Fine dependet, ut exigatur injuriarum æſtimatio, indeque læſo ſatisfiat, atque injuriandi libido coerceatur. Et ſi plures injuriæ ſimul illatæ, non de ſingulis ſeparatim agendum, ſed omnes in uno libello conjungendæ ſunt. *l. 7. §. 5 ff h. t.* Verum notandum, quod hæc actio ſit annalis, ſcil. intra annum inſtituenda, & poſt annum, ceu præſcripta, non admittatur. *l. 5. C. h. t.* add. *ſeq. §. 38.* Proin Actor illatæ injuriæ annum, menſem, & ſi Reus efflagitet, diem exprimere debet, quod ſi omiſerit, libellus tanquam ineptus à Judice ex officio rejicitur. Carpzov. *d. q. 95. num. 95. & l. 2. Reſp. 56.* Dn. Pareus, *Diſſ. de proc. del. par. 48.*

Plures injur. ſimul vindicandæ.

Actio hæc eſt annalis.

XXXII.

XXXII. Effectus ex parte Rei eſt, ut præciſe præſtet ſummam, in quam condemnatus, adeo, ut, qui ſolvendo non ſit, in corpore puniri poſſit. Porro ex hac actione condemnatus infamia notatur. *præc. §. 26. in f.* Quod tamen certis in caſibus ceſſat, (1.) ſi modica vel levis injuria illata ſit, cujus rationes aſſignat Harpprecht. *ad d. §. 10. num. 93. & ſeqq.* Carpz. *Pr. Crim. q. 94. num. 73.* quod ſcil. Prætor minima non curet, & propter rem minimam non detur actio famoſa, ſed harum rat. neutra eſt perpetua. ſupra *ad tit. de in integr. reſtit. §. 18. & ad tit. de furt. §. 24.* Verum prob. expreſſe per *cap. 23. x. de ſent. & re jud.* Porro ex *L. 17. §. 5. ff. h. t.* quia pœnæ reſpondere & commenſurari debent delictis, *l. 11. pr. ff. de pœn.* Infamia enim vitæ amiſſioni æqualis eſt, & oculorum privatione major habetur in *l. 8. C. de dignitat.* Item ex *l. 40. ff. h. t.* à ſenſu contrario, quod fortiſſimum in Jure argum. *l. 1. pr. ff. de offic. ejus, cui mand.* Unde: Qui poteſt eſſe in ordine Decurionum, ille non eſt infamis, Atqui propter levem injuriam damnatus, &c. Ergo Maj. prob. *d. l. 8. l. 2. C. de dignit.* Minor. ex *d. l. 40. l. 5. ff. de Decur.* add. ſupra *ad tit. de judic. §. 37.* vid. Gail. *l. 2. O. 102. n. 2. & ſeqq.*

Effectus eſt præſtatio æſtimationis, & rei infamia. Quæ tamen ceſſat. 1. ſi levis injuria. Ratio 1. 2. 3.

XXXIII. (2.) Ceſſat, ſi Judex infamiam remiſerit, & exiſtimationem honoris Reo in ſententia expreſſe reſervaverit. verb. gr. *Jedoch, daß die beſchehene Anzüglichkeiten keinem Theil an ſeinen Ehren ſchädlich, nachtheilig oder abbrüchig; ſondern von Ampts wegen aufgehoben ſeyn ſollen;* aliisve formulis. Mev. *ad Jus Lub. p. 4. t. 4. art. 16. num. 15.* quæ clauſula hodie juxta ſtylum judiciorum communis eſt, ſupra *tit. de his, qui not. infam. §. 23. in f.* Franck. *ad §. 10. I. h. t. n. 7.* Carpz. *d. q. 94. num. 79. & 80* Mev. *p. 3. dec. 32. n. 2. & p. 5. dec. 367.* addit, ejus omiſſionem appellationem facere juſtam & neceſſariam. *ſeq. §. 35. in f.* Aſt, quia Judex ſecundum LL. judicare tenetur, *l. 43. ff. de furt. l. 1. §. 4. ff. ad SCtum Turp.* non niſi juſtâ causâ motus, vid. *præc. §. 30.* reſervationem honoris ſententiæ condemnatoriæ inſerere poteſt. arg. *l. 13. §. 7 ff. de his, qui not. infam.* Niſi ſit Judex Superior, qui ſine cauſa gratiam delicti facere poteſt. Mevius *d. dec. 32. n. 6.* In Ducatu Würt. Iudex non tantum poteſt, ſed expreſſe jubetur atque cogitur ſubditis in ſententia famam reſervare, *Hoffger. O. p. 3. t. 25. §. 3. Würt. Landr. p. 1 t. 77 §. Doch inſer.* Quod ſi Iudex omiſerit, condemnatus tamen ipſo jure famam retinet. *d. §. 3.* Aliud tamen eſt ſi Reus in ipſo quoque judicio pertinaciter in ſuis conviciis perſeveraverit, quia tunc delictum augetur perſeverantiâ; *Würt. Landr. d. l. §. Daſich aber. Hoffgerichts-Ordn. d. l. §. 4.* Bocer. *cl. 4. D. 4. th. 91.* Harpprecht. *d. l. num. 120. & ſeqq.* vel injuria ſit atrox, neque à Reo probari poſſit. *d. §. 4. add. Würt. Landr. d. l. ibi*

2. Judex remiſerit. Clauſula honoris reſervatoria. Quæ hodie neceſſaria.

Si tamen juſta moveat cauſa. Limit.

In Ducatu Würt.

Excip.

l. ibi Beſold. *th. 166. & 167.* B. Parens in. *th. 103.* Mev. *ad Jus Lub. l. 4. t. 4. art. 16. num. 16.* (3.) Reus infamiam evitare poteſt, ſi ante concluſionem in cauſa, vel poſt eam; ſed ante ſententiam æſtimationem injuriæ ſolvat. Gail. *l. 2. O. 103.* (4.) Si cauſa per Procuratorem agitata, prout in Cam. Imp. obſervatur, ubi tamen ob ſimul injunctam deprecationem honor reſervari ſolet Blum. *Proc. Cam. t. 75. num. 40.* Sic die 6. Jul. 1694. per Sententiam delinquens condemnatus fuit ad Cameræ vel per Procuratorem, reſervato honore, deprecandum, mulctamque X. marcarum auri puri; & ſumtibus excepto Nuncio inſinuanti pro ſatisfactione 300. flor. ſolvendum: Aliud præjudicium eſt de die 15. Jul. 1701. add. Gail. *l. 1. O. 111. num. 2* ſupra *tit. de re jud. §. 13 & ad tit. de his, qui not. inf. §. 24.* Bach. *d. D. th. 6. lit. G. in fin.* Add. Finckelth. *Append. O. 16.* Plures Excep. partium de praxi, vid. apud Harpprecht. *d. l.* & Carpz. *d. q.* add. Dn. Harpprecht. *Diſſ. de Expreſſa honoris in ſent. jud. reſervatione per tot.*

3. Reus ante Sententiam ſolvat æſtimationem.
4. Cauſa per Procurat. agitata. Quomodo in Camera Imperiali?

XXXIV. Hæc Æſtimatoria injuriarum actio extinguitur I. Morte injuriam inferentis & paſſi, ante litem conteſtatam, Nam nec activè nec paſſivè ante L. C. in hæredem tranſit. *l. 13. pr. l. 15. §. 14. ff. h. t.* add. *prec. §. 28. & 29.* II. Remiſſione Actoris, quæ duplex eſt, Expreſſa, vel tacita. Illa eſt, ſi voluntas ſit expreſſa, vel expreſſum verbis, literis, aliisve indubitatis animi indiciis. *l. 17. §. 6. ff. h. t. l. 14. §. 9. ff. de edil. ed. l. 52. §. 5. ff. de O. & A.* Reo actio remittatur, e.g. Pacto; ſed gratuito. *l. 17. §. 1. l. 27. §. 2. ff. de pact. l. 17. §. 6. ff. h. t. l. 11. §. 1. d. l. 17. §. 6.* Gail. *l. 2. O. 102. num. 17. & 18.* Mev. *p. 1. dec. 223. & 224.* ibi: *Quando partes ad tranſactionem & remiſſionem cogi queant.* Vel ſolius Actoris voluntate etiam abſente Reo declaratâ. *d. l. 17. §. 6.* Nec ſufficit, ſi ægrotans graviter decumbens Confeſſionario dixerit, ſe omnibus hominibus condonare, etiam huic vel illi injurianti; Bachovio quidem ipſo jure videtur remiſſa, quia actio hæc tendit ad meram vindictam; remiſsâ autem vindictâ actionem quoque ad vindictam competentem remiſſam cenſeri. Major eſt juris. *l. 2. § 4. ff. de collat.* Minor eſt Chriſtianiſmi, cum remiſſio reſervatâ vindictâ nulla eſſet, Bach. *ad §. f. I. h. t.* ſed communiter Dd. aliter ſentiunt, docentes, quod tali declaratione tantum rancor animi & vindicta privata ex odio veniens remittatur, non verò quæ ex juſtitia commutativa ad utilitatem publicam tendit, quæ vult, ut delicta ad delinquentis emendationem, proximi exemplum, & læſi aliorumque immunitatem puniantur. Ameſ. *caſ. conſc. l. 5. c. 3.* ut proin reconvaleſcens adhuc ſalvam habeat actionem. Mol. *de J. & J. tom. 4. Diſp. 44. n. 3.* Berl. *p. 5. concl. 70. n. 18. & ſeqq.* D. Harpp. *C. 15. n. 82. 91. &*

Contrariis. Mors extinguit.
Remiſſio Actionis expreſſa,
ſc. pacto,
declaratione.
An ſimplici aegrotantis condonatione?

91. & 155. unde Dd. concludunt, quod Cœnæ Dominicæ communione rancor quidem, ſed non injuriarum actio remiſſa cenſeatur. Sande. *l. 5. t. 8. def. 12.* Mev. *p. 4. dec. 296.* ſed perpendatur ſupra laudatum Chriſtianum Conſ. *vom Injurien-Proceſſen.* Ad Arg. Bach. Reſp. Major limit. quod ille demum actionem remittere videatur, qui non tantum privatam, ſed etiam publicam remittit vindictam. Verum generoſus, multo magis Chriſtianus animus contemnit injurias. Attamen, ſi actio jam in judicium deducta, vel quis adeo graviter læſus in fama, ut ipſi in officio, ipſiusve liberis præjudicet, vel injurians tam perniciosi ſit animi, ut emendatio aliter ſperari nequeat, nihilominus Judici pœna atque vindicta commutata poteſt, facta inſimul mentione ſe pro ſua parte injuriam ex animo remiſiſſe, per conſequens æſtimatio injuriæ vel ſumma taxata, pio uſui magis, quam injuriato adplicanda erit, uti hæc conſcientioſe examinat Dn. Stryckius, *de jur. ſenſ. D. ſ. 4. c. 4. per tot. & in uſu moderno § 56. & 57.* Schöpffer. *n. 80. & 81. h. t.* vid. B. Dn. Spener *Evangeliſch. Lebens-Pflicht. p. 2. p. m. 123.* & *Ubereinſtimmung mit der A. C. art. 16. Satz. 7. & 8. §. 2. p. m. 171.*

XXXV. Remiſſio expreſſa etiam fit Tranſactione, ſed injurians ſponte tranſigens notatur infamia, propter fictam confeſſionem; *l. 4. §. f. l. 5. ff. de his qui not. inf.* & ſupra *ad eund. tit. §. 18. & 20.* Actio tamen ipſo iure tollitur. *l. 11. §. 1. ff. h. t. l. 17. §. 1. ff. de pact.* Joh. Voet. *n. 25. h. t.* Nec reſuſcitatur, licet Reus promiſſum non præſtet. *d. l.* Idque ſive ab ipſo Domino, ſive à Tutore vel Curatore injuria pupillo vel minori, vel ſimili illata remiſſa ſit. *l. 54. §. f. l. 56. §. 4. ff. de furt.* Harpprecht. *ad §. 12. I. h. t. n. 49.* Berlich. *d. l. n. 25.* Carpz. *Pr. C. q. 97. n. 49.* ſin non formali tranſactione; ſed gratis remittatur, Reus non notatur. Idem eſt, ſi tranſactio autoritate vel quandoque juſſu Judicis inita: Mev. *p. 1. dec. 228. & ſeq.* D. Harpprecht. *C. 15. num. 305. & ſeqq. & de tranſact. judic. §. 10. & ſeqq.* quibus caſibus tranſactio in Cam. Imp. confirmatur, quod præjudico firmat Salerus de A. 1526. d. 1. Nov. add. ſupra *ad tit. de tranſact. §. 21.* Gail. *d. O. 102. n. 15. & ſeqq.* Conventa tamen injuriarum oblivio non tollit actionem Legis Aquiliæ ad damni refuſionem competentem, d. Diſp. *de injur. th. 58. in f.* Berlich. *d. l. n. 26.* Stryck. *in uſu moderno §. 55. h. t.* niſi in remiſſione damni quoque mentio facta ſit. Myns. *C. 4. O. 10. in f.* Rittmeier. *Cautel. ſelect. 52. Cent. 2.* Expreſſè porro remittitur Juramenti delatione & præſtatione. *d. l. 11. §. 1. ff. h. t. l. 3. §. 1. ff. de jurejur.*

XXXVI. Tacita remiſſio dicitur, quæ ex factis elicitur, ſi ſcilicet injuriatus aliquid fecerit, ex quo probabiliter injurianti gratiam feciſſe, & actionem remiſiſſe videtur, quæ vocatur Diſſimulatio. *l. 11. §. 1. ff. §. f. I. h. t.* ibi, quod

Tranſactione. Quæ ne Effectus?

Limit. Si gratis fit, vel authoritate Judicis.

Juramenti delatione & præſtatione.

Remiſſio tacita. Diſſimulatione.

quod hæc actio aboleatur, ſi quis injuriam dereliquerit, id eſt, ſtatim ad animum non revocaverit. *Mev p. 5. dec. 370.* Nec requiritur, ut, quamprimum de injuria conſtet, ſtatim expreſſe ad animum revocetur, vel actio per proteſtationem reſervetur; Et quamvis hic modus valde obtineat, id tamen non ſemper tutum eſt.

Quæ non efficit taciturnitas. Non tacens propterea injuriam & actionem non remittit, ſed de eo aliunde & ex factis conſtare debet; ex gr. cum injuriante priſtina familiaritate ſponte utendo, amice ſalutando, oſculo amplectando, conſervando, Carpz. *J. F. p. 4. c. 46. def. 8.* Pr. Cr. *d. q. n. 30.* legatum ipſi relinquendo, &c. Viv. *l. 2. dec. 250. n. 7. & 8.*

Civilitas communis. auf Hofrecht. Quæ autem ex honeſtatis neceſſitate, civilitate, vel ex officio, ſicque coacte, German. *auf Hofrecht*, fiunt, tacitam remiſſionem non innuunt, ut communis ſalutatio in publico, Perez. *in C. h. t. n. 23.* propinatio in convivio. Wehner. *voc. Hofrecht.* Gail. *de Arreſt. c. 10. n. 9.* Joh. Voet. *n. 19. h. t.*

Confeſſio injurianti facta. Huc refert Carpz. Confeſſionem Paſtori injurianti factam, quia hic tantum conſideratur ut Vicarius DEI, & principaliter agitur inter DEUM & peccatorem. *J. pr. Conſ. l. 3. t. 2. def. 23. n. 8. & 11.* quod præjud. firmat Fibig. *Ex. 12. concl. 3.* d. Diſp. *de injur. th. 39.* Struv. *Exerc. 46 th. 64.* ibique Mullerus.

Actione ſemel remiſſa non datur regreſſus. Niſi plures ſint injuriati. Sed injuriam ſemel remiſſam atque vindictam omiſſam ex pœnitentia nullus poteſt recolere, *§ f. l. l. 11. §. 1. ff. h. t.* Nec ex cauſa novæ injuriæ repetere; nam remittentibus actiones ſuas non dandus eſt regreſſus. *l. 14. §. 9. ff. de ædil. edict.* Mev. *p. 3. dec. 362.* Verum, ſi actio injur. pluribus æque competat, licet ab uno remiſſa, alteri tamen ſalva manent. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Brunnem. *ad §. 2. l. h. t.* Stryckius, *in uſu moderno §. 35. h. t. & de jur. ſenſ. Diſſ. 9 cap. 4. num. 8. & 9.*

Præſcriptio annalis. XXXVII. III. Tollitur Præſcriptione, *l. 17. §. 6. ff. h. t.* & quidem annali, per *l. 5. C. h. t.* idque ſecundum ordinariam actionum Prætoriarum naturam. *l. 35. pr. ff. de O. & A.* ſupra *tit. de div. temp. præſcript. §. 10.* Quod de J.

Ampl. Civ. verum eſt, ſive realis, ſive verbalis ſit injuria, & hæc ſive dicta, ſive ſcripta ſit. Franzk. *Ex. 13. q. 9. n. 32.* Matth. *de Crim. l. 47. t. 4. c. 1. n. 18.* d. Diſp. *de*

Quid J. Sax.? *Injur. th. 37.* Et hanc ſententiam communiorem magisque receptam eſſe, ipſe tradit Mynſ. *C. 5. O. 7. in fin.* De Jure Saxonico actio ſuper injuria reali graviore, verb. gr. tortura illegitima, eſt perpetua, Carpz. *J. F. p. 4. c. 46. def. 5.* Berlich, *diſſ. 1.* vid. Claſen. *ad Ord. Crim. Art. 20. §. 3. p. m. 95.*

In Cam. Imp. Similiter in Camera Imp. tam ob injuriam realem, quàm verbalem, pictam vel ſcriptam, quia actum permanentem, poſt annum actionem, ceu perpetuam, intentari poſſe, præjudicus firmat. Gail *l. 2 O. 100. n. 4.* Gylm. *diſſ. 1. p. 154.* Fichard. *Conſil. 30. n. 5.* Stryck. *in uſu moderno §. 33.* Joh. Voet. *n. 21. h. t.* Sed forſan actio non Prætoria, ad quam duntaxat tempus annale pertinet; verum ex

L. Cor-

L. Cornelia civiliter inſtituta fuit. per ea, quæ Mynſ. de l. & C. 1. O. 84. tradit. add. Dn. Parens h. m. Diſſ. de crim. præſcr. th. 14. D. Harpprecht. de injuria magiſtratui illata §. fin.

XXXVIII. Præſcriptio hæc annalis non ignoranti; ſed ſcienti tantum currit, cum annus ſit utilis ratione initii. Perez. in C. h. t. n. 19. continuum quidem ſufficere exiſtimat; per l. 5. C. h. t. ibi: Quod ex eo die, quo convicium objectum eſt, annus exceſſit; Contraria tamen ſententia communis & verior eſt; nam regulariter in omni annali præſcriptione annus requiritur utilis. §. 1. I. de perpet. & temp. act. l. 1. ff. de div. temp. & præſcript quod multis exemplis verificatur, l. 6. ff. de calumn. l. 10. §. 2 ff. quod met. cauſ. & l. 55. ff de ædil. edict. l 2 §. 13. ff in bon. rapt. l. 1. §. 7. ff. quando appell. l. 2. C. qui admitt ad B. P. l. 4. C. de lib. cauſ. Bachov. d. D 30. th. 7. lit E. verb Ex Edicto. & ita in Cam. Imp. ex communi concluſo obſervari, docent Mynſing. 4. O. 7. n. 7. Gail. l. 2. O. 105. n. 4. & ſeqq. D. Graſs. de act. Prætor. & civil ſect. 2 §. 2. Joh. Voet. n. 21. h. t. Idem de foro Saxon. teſtatur Carpz. l. 2. Reſp. 110. J. F. d c. 46. def. 2. & de aliis Judiciis Harpprecht ad §. ſ I. h. t. n. 30. Ratione curſus vero annus eſt continuus. Schilter. ad ff. Ex 49. §. 28. Lauterbach. d. de Ord. præſcript. th. 14. Perpetuatur tamen hæc actio litis conteſtatione, ſicut regulariter omnes actiones temporales. præc. §. 28. & 29 ſupra tit. de div. temp. præſcript §. 10. in f. Nec morbus ad perpetuandam præciſe litis conteſtationem requiri, dictum. præc. §. 29. Impeditur etiam Præſcriptio annalis, ſi cauſa injuriarum ex cauſa in judicio jam pendente oriatur, tunc enim injuriatus vel ſtatim injuriam deducere, vel, proteſtatione facta, ad definitivam cauſæ principalis differre poteſt. l. 10. h. t. l. 31. C. de lib. cauſ. Salicet. in d. l. & D. Harppr. C. ov. 22 num. 316. cum ſeqq. & D. Bardili Exerc. 31. Ord. For 6. lit c. Et ſi injuria ex ipſo actu judiciali procedat, in eodem judicio proponatur ac determinetur. Gravett. Conſ. 53 Gylmann. 4. l. p. 157. Stryck. de Albon. Forenſ. S. 1. M. 10. §. 41. D. Bardili, in Diſp. de lit. conteſtat. th. 38. quod finita lite fieri ſolet, ut certum reddatur, an pro injuria habendum. Gylm. d. l Berlich. p. 5. concluſ. 63. n. 44. à Sande, l. 5. tit. 8. def 10. Mev p. 4. dec. 46 n. 4. & p 6. dec. 85 156. & 157. Brunnem. c. 5. dec. 30. D. Harpprecht. Reſp. 7. n. 290. cum ſeqq. Dn. Lyncker. dec. 185. & Reſol. 491. Sin talem cohærentiam non habeat & injuria incidenter tantum obmota, actio ſtatim, coram Judice ordinario, inſtitui poteſt, Carpzovius, Pr. Crim. q. 95. num. 45. Brunnemannus, d. l. Quomodo Retorſio & injuriam tollat, & actionem impediat? vid. ſeq. §. 57. & ſeqq.

Et quando anni eſt utilis.

Regula.

Rat. curſus continuus.

Hæc actio perpetuatur litis poteſt.

Quid morbus?

Quando & ubi ſit inſtituenda?

Kk kk k 3 XXXIX.

Rem. Gen. Criminale, Perſecutio Extraord. ſeu, quid?

XXXIX. Secunda Actio injuriarum generalis eſt Perſecutio Criminalis Extraordinaria, quæ etiam ad omnes injuriarum pertinet ſpecies, *§. 10. l. 1 ſ. ff. h. t.* & nihil eſt aliud, quam extraordinaria perſecutio, quâ injuriatus petit, ut injurians ex officio extraordinaria pœna coerceatur. *d. §. 10.* Joh. Voet. *n. 15. h. t.* Sicut præcedens remedium eſt Civile, ita hoc eſt Criminale, quo non ad privatum intereſſe, ſed ad vindictam publicam, pœnam ſcil. Fiſco & Reipubl. applicandam agitur. Nec prout pertinet ad publica judicia. *ſupra h. t. § 1.* Excipitur tamen injuria Clericis ſacra celebrantibus illata, vel ſi alio modo ſacra miniſteria quis turbaverit. Auth. *Sed novo Jure C. de Ep. & Cler.* Carpz. *Pr. Crim. q. 24. n. 44. & l. 44. n. 51. & ſeqq.* Coler. *p. 1. dec. 171.* Sed ut capitali pœna vindicari poſſit, quatuor requiſita concurrant, notat Theod. *Crim. c. 2. aph. 19. n. 8.* Stryck. *in uſu moderno §. 25. & Beyer. poſ. 1 cum ſeqq. h. t.* D. Harppr. *Conſil. nov. 95.*

C. E. R. Prox. Subj. Act.

XL. Cauſa Effic. Rem. eſt Jus Civile. *d. l. ſ.* Proxima eſt injuria quæcunque, etiam verbalis. *d. l. 10. præc. §. 39.* Datur injuriam paſſis, & generaliter omnibus, ſquibus Actio Æſtimatoria. *d. §. 10.* Hodie tamen DD. faciunt differentiam, hanc Criminalem etiam Fratribus, Sororibus, & aliis cognatis concedendo. Sed vid. *præc. §. 14.* Regulariter tamen ipſi tantum, non per Procuratores, (aliter ac in Æſtimat. *præc. §. 27.*) agere poſſunt, *d. §. 10. l. l. ſ. C. h. t.* idque ob ſubſcriptionem in crimen, in hac perſecutione neceſſariam, *d. §. 10. d. l. ſ. & l. ſ. ff. de furt.* Nam de J. Civ. criminaliter accuſans; ſed in probatione ſuccumbens, ad pœnam talionis obligabatur. *l. ſ. C. de accuſ.* Ne autem Actor aufugeret, atque inſcriptionis pœnam evaderet, ipſe in judicio comparere neceſſe habebat: Niſi fuerit perſona illuſtris, & ſuperilluſtris, illorum uxores, vel liberi. *d. l. 10. l. l. ſ. C. h. t.* Hodie tamen, quia illa inſcriptio & talionis pœna in deſuetudinem abiit, ex parte Actoris Procurator indifferenter admittitur, teſte Carpzov. *Pr. Crim. q. 95. n. 51. & q. 105.* Non exiſtente Actore, quia vel condonavit, vel retorſione uſus eſt, vel annus præterlapſus, hodie de conſuetudine univerſali, ſi injuria ſit gravis, & notoria, aliove modo evidenter ſcandaloſa, ac ad publicam vindictam tendat, Judex ex officio, per viam inquiſitionis, legitime procedere, & injurianti hanc pœnam dictare poteſt, ne maleficia maneant impunita. *l. 13. ff. de offic. Praeſ. l. 51. inf. ff. ad L. Aq.* add *l. 12. C. de falſ.* Carpz. *q. 96. n. 3. & ſeqq. q. 97. n. 41. & 52.* & J. F. *p. 4. c. 46. def. 9.* Gail. *l. 1. O. 59. n. 5.* Stryck. *in uſ. mod. §. 27. h. t.* ſeq. *§. 44.* infra *adtit. de publ. jud. §. 8. & ſeqq.*

Jus acti h. t. ipſi, non per Procuratores agunt, quare autem? Limit. Quid hodie? Judex ex officio quandoque procedat.

XLI. Hæc actio datur adverſus omnes injuriantes *d. §. 10. l. h. t.* qui non per Procuratorem, ſed regulariter ipſi in judicio comparere debent;

Subj. Paſſ. Injuriantes, ipſi in judicio compareant.

§. 10.

§. 10. l. f. C. h. t. quia pœna hæc ad corporis afflictivam & ultimum ſupplicium poteſt extendi; *ſeq. §. 42.* Ne Rei forte ita condemnati fuga judicium redderetur eluſorium. *l. 5. ff. de publ. jud.* Mynſ. *c. 2. O. 98. n. 6.* Excipiuntur tamen ſimiliter, ut in *§ præc.* Viri illuſtres, &c. qui per Procuratorem ſe defendere & excipere poſſunt. *d. l. f. C. h. t.* Hodie & ex parte Rei communiter Procurator admittitur; niſi injuria ſit atrociſſima, ita, ut probabiliter ad pœnam corporalem deveniatur; tunc enim Judex pro arbitrio Procuratorem repellit Carpzov. *d. q. 97. n. 57.* Harpprecht. *ad §. 10. n. 91.* Chriſtinæus, *V. 4. dec. 102. n. 7.* d. Diſp. *de injur. th. 40. in med.* ſupra *ad tit. de procur. § 33. in f.* Limit. Hodie.

XLII. Objectum eſt pœna extraordinaria, *dict. §. 10.* arbitrio Judicis determinanda; & pro ratione circumſtantiarum, vel qualitate delicti, interdum pecuniaria Fiſco applicanda, carcer, relegatio, interdum extenditur ad fuſtigationem, manus amputationem, imo ultimum ſupplicium, ſi injuria ſit maxime atrox, ex. gr. adverſus Magiſtratus vel Parentes; Carpz. *Pr. Crim. q. 99. & q. 100. per tot.* Stryck. *in uſu moderno. §. 26. h. t.* qui tamen neque cum Mollero mortis ſupplicium ob injurias verbales licet atrociſſimas irrogari non vult. & præjud. firmat. *q. 94. n. 48.* D. Harpprecht. *in Diſſ. de injuria magiſtratui illata §. 41.* Objectum eſt pœna, qualis?

XLIII. Forma & Diff. Spec. in eo conſiſtit, quod hæc actio detur ad pœnam ſuper injuriis arbitrariam exigendam. Finis & Effectus conſiſtit in pœna, quâ injurians coërcetur. Ad Accidentia pertinet, quòd non, ut actio præcedens, ſit annalis. Hoc enim remedium non eſt prætorium, ſed civile, & pœna ex eo fluens non eſt civilis, ſed criminalis. Qualia Remedia XX. demum annis præſcribuntur. Hinc omne remedium criminale, quod fluit ex JureCiv. regulariter XX. demum annis præſcribitur. *l. 12. C. ad L. Cornel. de falſ. c. 6. x. de except.* D. Graſs. *de act. prætor. & civil. ſect. 2. § 3.* ſupra *tit. de div. temp. præſcr. §. 13.* Min. patet ex antedictis, Ergò. Mynſ. *c. 5. O. 7. n. 6.* quæ ſententia de Jure Civili eſt veriſſima, ſed ab ea recedere videtur Carpz. *J. F. p. 4. c. 46. def. 1. n. 7. & lib. 2. Reſp. 110. num. 4.* Berlich. *p. 5. concl. 61. n. 6.* per *l. 5. C. h. t.* quæ tamen non de hac actione, ſed præced. Prætoria æſtimatoria agit. Forma, Effectus. Quamdiu duret?

XLIV. Hoc remedium tollitur (1.) Morte Rei ſive delinquentis, *l. 2. C. ſi reus vel accuſ. mort.* Non tamen patientis, aliter ac in præced. Æſtimatoria, *præc. §. 34.* quæ utriusque morte extinguitur, quia ad privatam competit vindictam, quam læſus in mortis articulo conſtitutus remiſiſſe præſumitur. Actio vero Criminalis, quia publicam intendit vindictam, ad ſucceſſores non tranſit, poteſt tamen hæres Judicis auxilium implorare. vid. Hahn. *h. t. n. 12.* & Contraria. Mors rei, non Actoris.

ſupra

Præſcriptio 20. Ann.

ſupra *tit. de O. & A. §. 52.* (2.) Præſcriptione XX. annorum *l. 12. C. de fall.* præced. *§. 43.* Non tamen Remiſſione ipſius injuriæ, ſicut æſtimatoria, *præc. §. 40. & ſeqq.* Licet enim læſus gratiam injurianti fecerit, tamen Judex per modum Inquiſitionis procedere & relinquentem ex officio extraordinarie punire poteſt, idque ob publicum intereſſe, add. *præc. §. 40. in fine.* propterea-

Non remiſſio Nec retorſio,

que idem dicendum, licet Retorſio intervenerit. Carpz. *d. q. 97. n. 41.* præc. *§. 46. infr.* De Cumulatione hujus actionis cum præced. vid. *ſeq. §. 55.*

Remedia ſpecialia.

XLV. Conſideratis Actionibus injuriarum generalibus, nunc ad Speciales veniamus, quæ nimirum non ad omnes, ſed certas tantum Injuriarum ſpecies pertinent. Hæ vel Jure Civili, vel conſuetudinario ſunt introductæ. Actio Injuriarum ſpecialis Jure Civili introducta eſt Actio ex Lege Cornelia, quæ ad certas tantum, reales ſcilicet injurias pertinet; Eſtque actio civilis, pœnalis, quâ vindicantur Injuriæ reales. *§. 8. I. l. 5. pr. ff. h. t.* Hoc remedium eſt privatum. *l. 7. C. h. t.* & in ſpecie per *l. 42. §. 1. ff. de procur.* Joh. Voet. *n. 14. h. t.*

Civile eſt Actio ex L. Corn. quid? eſt Remed. privatum.

XLVI. Cauſa Effic. Rem. eſt Lex Cornelia lata à Cornelio Sylla. Vid. *add. §.* Proxima eſt injuria realis, non quidem omnis, ſed quæ manu fit, pulſando, verberando, vel domum, invito Domino, vi ingrediendo. *d. §. 8. d. l. 5. pr. & §§. ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 20. h. t.* Nec refert, domus propria, num conducta ſit, vel quis gratis, ſive hoſpitio, ſed non momenti cauſa receptus ſit, *add. d.* in villa, vel hortus. *d. l. 5. §. 5.* Non tamen pertinet ad ſtabula meritoria; *d. §. 5.* quia ab his intra horam recedimus. Quoad Subjectum datur injuriam paſſis, Stryck. *§. 54. h. t.* Adverſus injuriam inferentes. *d. l. 5. pr. & §§. ſeqq.* Objectum eſt pœna, & quidem tam civilis, quam criminalis. Interdum enim agitur ad injuriam ex arbitrio Judicis, (qui tamen agentem nulla prorſus cognatione vel affinitate attingit. *d. l. 5. pr.*) æſtimandam. Mynſ. *c. 1. O. 14.* æſtimationemque Actori applicandam. Interdum ad pœnam Fiſco adjudicandam, vel etiam corporis afflictivam. Ex hac à lege criminale quidem judicium conſtitutum eſt, poſtea tamen receptum eſt, ut & civiliter moveri poſſit. *l. 37. §. 1. ff. h. t.* per particulam implicativam, *§. 10. I. l. 7. §. 6. ff. h. t.* D. Graſs. *de act. præter. & Civil. ſect. 2. §. 4.* Quod verò & criminaliter ad pœnam extraordinariam agi queat, prob. per *l. 42. §. 1. ff. de procurat.* Franzk. *Ex. 12. q. 9. n. 20. & ſeqq.* Forma & Diff. Specif. in eo conſiſtit, quod prædictæ injuriæ civiliter vel criminaliter vindicentur. Effectus eſt pœnæ præſtatio. Tollitur (1.) Morte. *l. 1. ſi reus vel accuſ. mort. fuerit.* (2.) Præſcriptione. Hæc autem Actio anno non finitur; ſed tanquam civilis eſt perpetua, ita ut ſi civiliter agatur XXX. *l. 3. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.*

C. E. Rem. Prox. Quid Injuria?

Subjectum. Objectum. eſt pœna civilis & criminalis.

Forma. Effectus. Contraria. Quamdiu durat? Diſt.

l. 1.

l. 1. §. 1. C. de ann. præſcript. Stryck. *in uſu moderno §. 20. h. t.* ſi criminaliter XX. annis demum præſcribantur. *l. 12. C. de falſ.* Hancque communem eſſe ſententiam, teſtantur Frantzk. *d. l. Berl. p. 5. concl. 69. n. 30.* Sande *d. l. 5. def. 3.* d. Diſp. *de Injur. th. 41.* Bach *d. D. th. 7. lit. E. verb. Conſtitutionibus.* & in Cam. Imp. ita obſervari præjudiciis firmat Mynſing. *d. O. 84.* Gylmann. *d. l. p. 154.* Dn. Oldendorff. *Cl. 7. act. 10. verſ. Quamdiu competat.* Chriſtiane addens, ſe in hujusmodi cauſis malle Autorem habere oblivionis, quam diuturni judicii.

XLVII. Remedia Specialia moribus introducta ſunt Actio Recantatoria vel Reclamatoria, ad παλινῳδίας in noſtra vernacula, *Klag auf Widerruff*, ſpectat ad graviora, quæ famam honeſti Viri atrocius lædunt. Eſtque actio civilis, perſonalis, rei perſecutoria, quâ is, cui factum aliquod turpe animo injuriandi objectum eſt, contra injuriantem intendit, ut dicta famoſa reclamet, & à ſe injuſte prolata fateatur, læſamque quodammodo Exiſtimationem Actori aperte reſtituat. Joh. Voet. *n. 17. h. t.* Dicitur (1.) quod ſit Actio. Sunt, qui exiſtimant, hoc remedium potius eſſe implorationem officii Judicis Nobilis, vel Condictionem ex moribus Hahn. *ad Weſ. h. t. n. 18. p. m. 677.* Verum quod proprie ſit actio, prob. ex ipſa defin. actionis, quæ tota huic remedio convenit. Moribus autem noſtris revocatio injuriarum & famæ reſtitutio injuriatis debetur. Nec obſt. Ex quocunque remedio actori nihil reſtituitur, illud non eſt actio, Atqui, &c. Reſp. Maj. non procedere, licet enim famæ per alterius injuriam nihil detrahatur, per conſeq. non reſtituatur, ſed tantum illæſa declaretur; add. Frantzk. *Exerc. 12. q. 1.* hoc tamen non impedit, quo minus proprie ſit actio. Sic nil reſtituitur in interdicto uti poſſidetis, ſed turbatus tantum verus poſſeſſor declaratur, & turbans à turbatione deſiſtere jubetur; In Actionibus præjudicialibus Pater & filius tales declarantur; Item in Actione Confeſſ. & Negatoria, cum agitur de Servitute, &c. Hæcque ſententia communiter à Ddribus probatur, imo & ipſe Hahn. conſentire videtur ſtatuendo, quod ſit Condictio ex moribus: Condictio autem omnis eſt actio. *l. 25. pr. ff. de O. & A.* d. Diſp. *th. 4.*

XLVIII. (2.) Civilis. Hahnius quidem *d. l.* illam nec Civilem, nec Criminalem eſſe putat; ſed verius dicitur Civilis, idque tum ratione cauſæ Effic. quia moribus & conſuetudine introducta; quæ Juris Civ. pars eſt, ſupra *ad tit. de LL. §. 29.* tum rat. Obj. & Finis, quia ad privatum intereſſe, non ad vindictam publ. tendit. ſupra *tit. de O. & A. §. 27. & 85.* Et ſic quamplurimæ actiones moribus introductæ tam ratione Cauſæ Eff. quam Juris Civ. Hancq; ſententiam defendunt Perez. *in C. h. t. n. 21.* Bach. *ad W. h. t. n. 18. & ad Tr. V. 2. D. 10. th. 7. lit. A.*

Ex moribus eſt I. actio Recantatoria, quæ (?)

An ſit actio?

Rat. Dubit.

Rat. Decid.

Civilis.

Rat. decid.

Carpz. *Pr. Cr. q. 94. num. 15. & 64.* Mev. *p. 9. dec. 169.* item Weſemb. Vultej. Theodor. Frantzk. Treutl. Beſold. Vinnius, Ludwell. Suthols. Schroter alleg. in d. Diſp. *de action. recent. th. 29.* Gilhauſ. *arb. Crim. d. c. 34. §. 7. n. 15.* Bardili. *Concl. forenſ. Ex. 31. th. 13.* Dn. Voet. *h. t. th. 17.* D. Graſs. *de act. prator. & civil. ſect. 2. §. 2.* & de praxi Camerali idem aſſerunt Mynſ. *C. 2. O. 98. num. 1.* Gail. *l. 1. O. 65. num. 1.* Hinc à poſteriori argum. Quæcunque actio in Cam. Imp. agitari poteſt, illa regulariter eſt civilis, Nam cauſæ criminales pœnam corporis afflictivam concernentes (excepta fractæ pacis ad Bannum Imperiale) non pertinent ad Cameram, neque per Appellationem. Nov. Cam. *p. 2. t. 22. pr.* ibi. *Allein Maleficz-Sachen ausgenommen,* & *tit. 28. § 14.* ubi tamen excip. caſus nullitatis. add. Blum. *Proc. Cam. t. 43. num. 12. & 13.* Atqui in Cam. tota die libelli injur. ad reclamationem concludentes admittuntur. Mynſ. & Gail. *dd. ll.* Econtra criminalem eſſe defendit Marantha, *in ſpec. ſua §. 4. diſt. 1. num. 10.* quem & alii ſequuntur, quia (α) detur ad corporalem

Dub. 1. Resp. coërcitionem. Sed negat min. cum hæc actio ſit rei perſecutoria. Min. volunt probare, quia condemnatus infamia notetur. Sed Reſp. neg. Maj. alias

2. Reſp. omnes actiones famoſæ eſſent criminales. & Min. *ſeq. §. 53.* (β) Non admittatur Procurator. Sed neg. Maj. per *l. 40 pr. ff. de procurat.* Sic in popularibus actionibus non admittitur procurator propterea tamen non ſunt cri-

3. Reſp. minales. Et Min. eſt contra praxin. Mynſing. *d. O. num. 7.* (γ) poſt L.C.

4. Reſp. etiam morte rei extinguitur; ſed Major laborat & Minor. *ſeq. §. 51.* (δ) Actio hæc in foro vocetur *Peinlich*; quod tamen poſtulatum eſt, cum non ten-

Rei perſec. dat ad corporis coërcitionem, hinc dicitur in Defin. (3.) quaſi Rei perſecutoria, non vere, quia non ad vindictam; ſed ad famæ quodammodo & vulgi opinione læſæ quaſi reſtitutionem agitur. Bach. Carpz. Frantzk. *dd. ll.* Graſs.

Perſonalis. *de act. prætor. & civil. ſect. 2. §. 2.* (4.) Perſonalis; oritur enim ex obligatione, quæ ex delicto deſcendit. d. Diſp. *de Injur. th. 4.*

C. Eff. Rem. XLIX. Cauſa Effic. Rem. Procreans eſt conſuetudo; Juri enim civili plane eſt incognita. Berl. *p. 5 concl. 62. num. 1.* Conſervans eſt Imp. Cameræ Ordinatio. *p. 2. t. 28. §. Und ſonderlich ſetzen. 5.* & ſpecialia Statuum Jura. Carpz. *J. F. p. 4. c. 42. def. 1. n. 2.* Berlich. *n. 4.* *Wirt. Landr. p. 1. tit. 77.*

Cauſa Imp. *§. Obwohl auch* Cauſa Impulſiva eſt cura conſervandi famæ genuinam,

Prox. eſt inju- & cohibendi petulantiam injuriandi. Proxima eſt delictum, ſeu verbales

ria verb. in, injuriæ malitioſe in alterius contumeliam admiſſæ. *præc. §. 5.* Sic req. (1.) Injuria verbalis, ſive in ſcriptis, ſive viva voce fiat; non realis. Berlich. *n. 15.*

famam læ- (2.) Famæ læſionem reſpiciens, ut ſi perfrictæ frontis homo alterum no-

dens. minet

minet nebulonem, furem, falſarium, cornutum, infamem, &c. ſe virginem vel conjugem alterius cognoviſſe glorietur. Carpz. *J. F. p. 4. c. 41.* Stryck. *in uſu moderno §. 29. & 30. h. t.* Aliud eſt, ſi ſolum ad contemptum tendat, ex. gr. alicui vitia naturæ objiciendo, quæ actionem hanc non producit, Nam vitium objectum aut verum eſt, & Reus ad Recantatoriam cogi non poteſt, ut mendacii ſe arguat; Aut falſum, & ad quid prodeſſet recantatio? Carpz. *q. 7. in fin.* ſed tunc injurians cogitur deprecari: *Er muß eine Chriſtliche Abbitte thun.* Carpz. *q. 96. num. 38.* d. Diſp. *de Act. injur. recant. th. 9. & ſeqq.* Hicque modus, ob perſonæ qualitatem & circumſtantias, in honeſtioribus perſonis, & levioribus conviciis, hodie uſitatiſſimus, quia pœna non eſt, inprimis ſi pœnitentia interveniat. Fab. *in C. l. 2. t. def. 11.* add. *def. 9.* vid. Gail. *l. 2. O. 106.* Hahn. *n. 18. in f.* Mev. *p. 3. dec. 30. & p. 6. dec. 88. p. 7. dec. 113. num. 6. & p. 9. dec. 171.* Carpzov. *in prax. crim. quæſt. 94. n. 19. cum ſeqq.* Fibig. *de proceſſ. p. 2. c. 2. m. 2. ſect. 3. n. 7. pag. 653.* *Sin ad contemptum tendat, conſulitur per Deprecationem.*

L. Competit omnibus, quorum fama injurioſis verbis quodammodo læſa eſt, ſive immediate, ſive per conſequentiam, add. *præc. §. 10 & ſeqq.* & illorum hæredibus. Carpz. quidem diſting. an lis ſit conteſtata, nec ne? illo demum modo actionem hanc tranſitoriam eſſe ratus. *J. F. p. 4. c. 42. def. 12.* & *P. Cr. p. 2. q. 66. num. 26. & 27.* Verum regulariter omnis actio, etiamſi ex delicto veniat, active tranſit in hæredes. ſupra *tit. de O. & A. §. 50.* Bardili. *d. l. th. 12.* Sed objic. Nulla actio injuriarum datur hæredibus. *§. 1. I. de perp. & temp. act.* Atqui recantatoria eſt actio injuriarum. Ergo. Reſp. Majorem limit. & declarando de omni injuriarum actione Jure Civili introducta, quæ tendit ad meram vindictam; Atqui hæc eſt rei perſecutoria. *præced. §. 48. in f.* ſupra *ad tit. de O. & A. §. 51 in f.* hancque ſententiam defendit Harpprecht. *ad §. f. I. h. t. num. 12. & ſeqq.* d. Diſp. *de Act. injur. recant. th. 21.* & Diſp. *de Tranſit. act. th. 28.* Frommann. *Diſp. de act. quæ in bonis ſunt th. 19.* *Datur læſis, & eorum hæredibus.* *Obj.* *Reſp.*

LI. Datur adverſus illos, qui verbalem injuriam famam reſpicientem ipſimet vel per alios faciunt *præc. §. 7.* Imo & contra Propalatores injuriarum. Quia peſſimum & pernicioſiſſimum calumniandi genus eſt, crimen auditum diſſeminare, & ex temeritate vel vitio garrulitatis aliquem lædere *præc. §. 22. & ibi alleg. AA.* Et quia hic agitur ad intereſſe partis offenſæ, non refert, nobiles ſint, an ignobiles, Carpz. *d. q. n. 15.* Berlich. *d. concl. n. 30.* Mauritius. *Diſp. de nobilit. th. 46.* Clerici, Magiſtratus, ſecundum dicta *in præc. §. 6.* Berlich. *n. 30.* Carpz. *q. 96. n. 12. & ſeqq.* Theod. *d. c. 2. aph. 20. n. 17. 18. & 19.* Imo integer Senatus dummodo ab omnibus deliberato *Adverſus injuriantes, Propalatores,* *Ampl.*

animo id factum ſit. Berlich. *d. l. num. 20.* Carpz. *d. q. num. 16.* & J. F. *p. 4. c. 42. def. 10.*

Ad mortem condemnatum.

Et ſi hac actione conventus forſan ob aliud delictum ad mortem condemnatus, intereſſe tamen partis in palinodia conſiſtens non excluditur. Carpz. *d. p. c. 44. def. ult.* Adverſus hæredes ante L. C. non competit, ſupra *tit. de O. & A. §. 18.* quia oritur ex delicto: Stryck. *in uſu mod. §. 30. h. t.*

Contra hæredes, ſed poſt litem conteſt.

Poſt litem vero conteſtatam an tranſeat, controverſum eſt. Nec poſt L. C. tranſire ſentit Carpzov. quia hæc actio ſit pœnalis & famoſa, *d. C. 42. def. 13.* Mev. *p. 2. dec. 136.* ſed verior videtur contraria ſententia, ita, ut hæredes poſt L. C. etiam

Rat. Decid.

ratione defuncti revocare teneantur, idque per *l. 58. ff. de O. & A.* & *l. 139. ff. de R. J.* Licet Juri Civ. hæc actio ſit incognita, tamen in *dd. ll.* generaliter dicitur, lites conteſtatas ex omnibus cauſis in hæredes tranſire; à qua regula hæc noſtra non eſt excepta. Ita pronunciavit Facult. Jurid. Lipſienſis apud Richter. *p. 1. dec. 55. num. 22.* Harpprecht. *ad §. 12. J. h. t. num. 86.* Schilter. *Ex. 49. §. 31.* d. Diſp. *de act. inj. recant. th. 27.*

Obj. Reſp.

Nec obſt. ratio Carpz. vid. *prac. §. 48. & ſeq. § 51.* Inſuper conſeq. negatur; nam ex. gr. actio furti, æſtimatoria injuriarum, vi bonorum raptorum, & ſimiles ſunt pœnales ac famoſæ, & tamen, lite conteſtata tranſeunt in hæredes. *l. 26. ff. de O. & A. l. 164. ff de R. J.* ſupra *tit. de O. & A. §. 18.* Licet qualitatem illam amittant & morte delinquentis deſinant eſſe famoſæ; qui enim alieno nomine condemnatur, non laborat infamia. *l. 6. §. 2. ff. de his, qui not. infam.* add. *l. 26. ff. de pæn.*

Objectum Fama viri honeſti an & quomodo lædatur, atque reſtituatur?

LII. Objectum eſt famæ quodammodo læſæ reſtitutio. Spectat enim ad graviora convicia, quæ famam viri honeſti atrocius violant. Mev. *p. 5. dec. 30.* Quamvis maledicentiâ alterius exiſtimationi vere nil detrahatur; Specthan. *q. jur. c. 2. cl. 3. q. 8. n. 7.* add. *l. 13. § 3. ff. de re milit.* quia tamen opinione vulgi & præmatura apud nonnullos ſuſpicione fama ſuggillatur, juxta vulg. Calumniare audacter, ſemper aliquid hæret, uti ex opificum ſtatutis conſtat, *prae. § 23.* Conſcientia autem neceſſaria eſt tibi, & fama proximo tuo. *c. 56. cauſ. 11. q. 3.* & *c. 3. cauſ. 12. q. 1.* & honor atque vita hominis à pari exæmis procedant; *l. 8. §. 2. ff quod met. cauſ. l. 9. ff. de manum. vind.* hinc agitur hac actione ad apparenter læſæ famæ redintegrationem, ut ſcil. injurians ipſe ſe mendacii arguat, & læſo injuriam feciſſe fateatur.

Form.

LIII. Form. & Diff. Spec. conſiſtit in eo, quod hac actione agatur ad injuriæ revocationem, & famæ quodammodo læſæ reſtitutionem. In libello autem petitur, *daſs der Beklagte ſich unterſtanden, Klagern an ſeinen Ehren anzutaſten;* non verò, *daſs er ihn an ſeinen Ehren verletzt habe.* ſupra *tit. de his qui not. infam. §. 7.* Finis & Effectus eſt verborum injurioſorum revocatio & recantatio.

Forma-

Palinodia quomodo fiat?

Formulam libelli & palinodiæ vid. in d. Diſp. *th. 31. & 33.* Beſold. *ad J. P. 15. p. 1. th. 165. &* D. Hæberlin. *in Heſſ. erudit. Urbein. N. 499.* Palinodia autem fieri debet in propria perſona, & loco publico. Berlich. *d. concl. 62. n. 33. & ſeqq.* In Cam. vero Imp. Reus jubetur coram Judice primæ inſtantiæ recantare. Sin Reus condemnatus revocare nollet, diſt. præſens ſit, an abſens? Si præſens, pro qualitate perſonæ mulcta, vel carcere, aliove modo, etiam cum catena eousque coërcetur, donec morem gerat. Illo vero adhucdum renuente lictor, & quandoque carnifex, nomine & in præſentia Rei (in quibusdam locis ore mendaci percuſſo,) revocat Berlich. *d. l.* Carpz. *q. 96. n. 21. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno § . 12. h. t. ubi ſententiam refert.* Si abſens, Nec ſub pœna citatus ſe ſiſtat, publica ſententiæ affixio, vel per Carnificem recantatio fieri poteſt. Berlich. Carpz. *dd. locc.* d. Diſp. *th. 35. & 36.* Mev. *ad J. L. l. 4. t. 4. a. 16. n. 11. & ſeqq.* ubi notat, quibus inſuper pœnis contra Reum fugitivum procedendum. Revocantem tamen infamia non ſequitur, quia (1.) hæc actio moribus eſt introducta, & conſtitutionibus localibus approbata, ubi nulla infamiæ fit mentio. (2.) Non eſt pœnalis, ſed rei perſecutoria, & inſtar condictionis in aliis delictis, quæ non infamat. *l. 36. ff. de O. & A.* Weſenb. *p. 1. conſ. 22. n. 25.* Hahn. *ad Weſ. h. t. n. 13. in med. & fin.* Carpz. *q. 94. n. 65.* Harpprecht. *ad § . 10. I. h. t. n. 109. & ſeqq.* Dn. Voet. *tit. de his, qui not. infam. th. 5. &* *ad h. t. th. 17.* Et hoc verum de juris infamia. Quia tamen publica recantatio, & ſe ipſum mendacii arguere parum honorificum, & ſæpe ſi injuriæ enormiſſimæ in loco ignominioſo fiat, ut Hamburgi *auf dem ehrloſen Block*, *Stat. p. 4. art. 58.* vel aliis ſolennitatibus, vid. Perez. *in C. h. t. num. 21.* ideo infamiam facti vix evitari poſſe citt. Auth. agnoſcunt. dict. Diſp. *th. 37.* In Camera tamen Imperiali in hac actione fama expreſſis verbis in ſententia reſervari ſolet. Gail. *l. 1. O. 61. n. 6.* Unde fluit, hanc, licet non famoſam, turpem tamen eſſe, & exiſtimationem condemnati gravare. B. Dn. Parens. *Diſp. de Relat. jurisjur. th. 96.* Si ergo Judex, ſecundum ſtylum judiciorum, reſervationem omiſerit, cauſa eſt appellabilis, etiamſi ſumma appellabilis non ſit. Hahn. *ad Weſ. h. t. n. 16. in fin.* Con. *Camm. ger. Ord. p. 2. t. 31. § . 4. præt. § . 33.* In reliquis vero actionibus injur. ad certam æſtimationem intentatis ſumma appellabilis debet eſſe adæquata. *d. § . 6.* Gilhauſ. *§ . 7. n. 42.* Gylmann. *d. l. p. 153. prin.*

Si Reus revocare nolit, & præſens ſit?

Sin abſens?

Revocantem ſequitur infamia. Cur?

Famam ejus tamen gravat.

Contraria: Injuriantis Mors, Satisfactio, Declarando.

LIV. Contraria ſunt, & tollitur hæc actio ratione Injuriantis, (1.) Morte ipſius ante L. C. (2.) Satisfactione, ſi propria ſponte de bona fama injuriati ante L. C. teſtatur, ſimul vel Declarando, ſe v. gr. ex iracundia, & non animo injuriandi prorupiſſe, alterum vero pro viro honeſto agnoſcere; vid. Stryck. *in uſu moder-*

vel Deprecando. Injuriati. Remiſſio, præſcriptio. *moderno §. 31 h. t.* modo præſumptio non militet contra injuriantem, aut verborum dubia ſit interpretatio, vel Deprecando in conviciis levioribus. *præc. §. 49. in f.* add. Mev. *p. 5. dec. 30.* Ratione Injuriati (3.) Remiſſione expreſſa, & tacita, æque ut in Æſtimatoria *præc. §. 34. & 35.* (4.) Præſcriptione.

Quanto tempore? Multi ſunt, qui hanc actionem Annalem dicunt, Carpz. *Pr. Crim. quæſt. 94.* Coler. *dec. 128.* Mev. *p. 5. dec. 368.* Sed verius videtur, eam perpetuam eſſe, & 30. demum annis extingui; quia eſt civilis ex moribus, Dn. Stryck. *de Act. For. S. 1. M. 10. §. 50. & in uſu moderno §. 33. h. t.* D. Graſs. *de act. prætor. & civil. ſect. 2. §. 2.* præced. *§. 48.* add. *pr. I. de perp. & temp. act.* & rei perſecutoria. *l. 35. ff. de O. & A.* Harpprecht. *ad §. 12. I. h. t. n. 17. ubi ad contraria reſpondet.*

Retorſio. Bocer. *cl. 4. Diſp. 4. th. 72. in f.* Berl. *p. 5. concl. 62. n. 43. & concl. 69. n. 12.* d. Diſp. *de Act. recant. th. 41.* Diſp. *de Crim. præſcr. th. 14. in f.* (5.) Retorſio. de qua *ſub. ſeq. § 57.*

Decid. aſt. concurſu. Æſtimatoria & Criminalis electivè. Ratio 1. LV. De prædictis Actionibus quær. Quomodo concurrant? & quidem de Generalibus Remediis, Æſtimatoria ſcil. & Criminali extraordinaria. Carpzovius concurſum cumulativum admittit, quia illam rei perſecutoriam dicit. *quæſt. 95. n. 26.* Verùm, quod una electa aliam tollat, prob. (1.) quia hæ actiones ſunt merè pœnales, ex uno facto atque delicto venientes; *præc. §. 26. & 39.* ideoque electivè concurrunt, ne quis ob idem crimen ſæpius puniatur. *l. 14. ff. de accuſat. l. 41. ff. de pœn.* (2.) *Per l. 6. in f. & l. 7. §. 1. ff. h. t.*

2. 3. (3.) *L. 56. §. 1. ff. de furt. l. 2. §. 1. ff. vi bon. rapt.* Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. D. 30. th. 5. lit. B. C. verb. Sed pœna.* Harpprecht. *ad §. 10. I. h. t. n. 58.* Berlich. *concl. 61. num. 1.* & Mev. *ad J. Lub. l. 4. t. 4. art. 3. n. 8.* poſt alios Dn. Mencken. *Gymn. jur. polem. D. 23. th. 25.* Stryck. *in uſu moderno §. 21. h. t.* vid ſupra *ad tit. de furt. §. 43 in fin.* Sed Jure Würt. ſimul admittuntur *Hofger. Ordn. tit. 25. §. 2.* D. Bardili. *Exerc. 21. Concl. For. 7.* D. Graſs *Differ. Jur. civil. & Wurtemb. §. 8.* Conf. Oldenkop. *contra Carpz. Decad. 3. quæſt. 5.*

LVI. An Recantatoria cumulari poſſit cum Æſtimatoria vel Extraordinaria Criminali perſecutione? De conjunctione Palinodiæ cum

Recantatoria cum Criminali, & Civili Criminali dubium non eſt. Sed cum Civili cumulari negat Carpz. *J. F. p. 4. c. 42. def. 5. Pr. Cr. q. 95. n. 31.* Verior tamen eſt ſententia, quod cum actione

cumulativè. Criminali & Æſtimatoria (utram harum injuriatus elegerit) cumulativè concurrat, & in uno Libello proponi, eodemque proceſſu judicari poſſit.

Rat. Decid. Modo recantatio petita fuerit arg. *l. 4. §. 8 ff. de damn. infect.* add. d. Diſp. *de act. recant. th. 31.* Quandocunque enim duæ actiones ex uno delicto veniunt, quarum una eſt rei perſecutoria, altera pœnalis, tunc illæ actiones cumulari poſſunt; nec altera alteram conſumit. Atqui hæ actiones ex uno delicto veniunt,

& ſunt

& ſunt rei & pœnæ perſecutoriæ. Ergo. Maj. prob. ex *l. 7. §. 1. ff. de cond. furt.* *l. 130. ff. de R. J.* Minor ex antedictis patet; Æſtimatoria enim eſt mere pœnalis. *l. 2. §. 4. ff. de collat.* Recantatoria autem Rei perſecutoria eſt, quæ omnia ipſe diſſent. Carpzov. admittit. Hancque ſententiam & in Cam. Imp. obſervari teſtantur Mynſ. *c. 2. O. 98.* Gail. *l. 1. O. 65. n. 5. & ſeqq.* Gylm. *deſt. 1. p. 150. in med. ubi præjud.* ſicque in praxi communiter receptam eſſe probant Gilhauſ. *d. l.* Perez. *in C. h. t. n. 25.* Frantzk. *Ex. 12. q. 8. th. 8.* Berlich. *p. 5. concl. 62. n. 15.* Mev. *ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 4. art. 16. n. 8. & ſeq.* & *p. 9. dec. 169.* Hahn. *d. n. 18.* & poſt alios d. Diſp. *de act. inj. recant. th. 45.* & Diſp. *de Injur. th. 42.* Struv. *Exerc. 48. th. 61.* ibique Mullerus. Stryck. *in uſu moderno §. 18. h. t.* D. Graſs. *de act. prætor. & crimi. ſect. 2. §. 5.* Poſt lapſum tamen anni Æſtimatoria & Recantatoria cumulari amplius non poſſunt, per ea quæ *præc. §. 37.* trad.

Limit.

LVII. Explicato Remedio Conſuetudinario Judiciali, ſequitur Remed. Conſuet. Extrajudiciale, quod vocatur Retorcutio, vel euphoniæ gratia, Retorſio, quæ eſt injuriæ verbalis ab injuriato in ipſum injuriantem propria autoritate, verbis vel ſcriptis, in continenti, honoris tuendi gratia, facta rejectio Rennem. *de jure retorſ. p. 1.* Derivatur à retorquere, dicitur Retorcutio, Retorquutio, Repropetatio, Recriminatio, Remaledictio, Germ. *abgetrungene Ehrenrettung.* Struv. *de vind. priv. c. 10. aph. 1.*

II. Eſt Retorcutio. quid ſit?

Etym. Synon.

LVIII. Quær. An ſit licita? Penitus ſi rem inſpiciamus, & in foro interno examinemus, revera nihil aliud eſt, quam privata vindicta, quæ omni jure eſt prohibita, Matth. *c. 5. v. 44.* & Luc. *c. 6. v. 27.* ad Rom. *12. v. 14.* & 1 Petri *3. v. 9.* ubi expreſſe hæc retorſio prohibetur. Hoc ipſum agnoverunt ſaniores Ethnici: Seneca, *l. 1. de Ira. c. 32* dicit: *Ultio inhumanum verbum eſt, nec differens à contumeliis, niſi ordine* & Quintil. *Declam. 12. Barbarorum mos eſt populorum ultio.* Nos vero Magiſtratus habemus, & à Majoribus LL. accepimus, ne ſui quis doloris ſit vindex. Sed alii volunt Retorſionem eſſe defenſionem famæ non ſpeciem vindictæ. Simon. *Præſid. Acad. p. 2. D. 9. c. 8.* Verum defenſio eſt periculi ſeu damni futuri imminentis, *l. 3* ibi: *Propulſemus. ff. de juſt. & jur.* & ex *l. 4. pr. l. 45. §. 4. ff. ad Leg. Aquil.* Atqui per retorſionem non propulſatur damnum imminens, nec injuria fit infecta, ſed jam illata in injuriantem rejicitur, juxta illud Horatii: *Cum ſemel emiſſum, manet irrevocabile verbum.* Poſito tamen, quod ſit defenſio, nihilominus eſt, & manet privata vindicta; Nam ut defenſio ſit licita, requiritur, ut quis periculum aliter evitare non poſſit, aliàs à Magiſtratu punietur. *d. l. 4. d. l. 45. § 4.* Verum contra injurias verbales jam factas ſemper & regulariter ſe quis aliter defendere poteſt, remediis ſcilicet

In foro conſcientiæ eſt illicita.

An ſit ſpecies defenſionis?

jure

Jure conceſſis, & Magiſtratus autoritate. Rennem. *d. tr. p. 1. & p. 3 ubi perp'uree rationes & autoritates.* vid. poſt alios. Dn. Majer. *Diſſ. de modo retorq. injur. factoth. 1. Amerbach, vom Retorſions-Recht. per tot.* Stryck. *in uſu moderno ſ. 58. h. t.*

Nec licita eſt de Jure Civ.

XIX. Attamen in foro externo de Jure Civili illam defendi poſſe, multi Dd. affirmant. (1) Per *d. l. 1. ff. de J. & J.* ſed nihil facit pro retorſione. Nam *d. l.* & vocab. *Injuria* ibi non accipitur pro contumelia verbis facta, ſed pro damno corpori imminenti, & licet vir honeſtus in genere eandem famæ, quam vitæ rationem habere debeat, *præc. ſ. 12.* id tamen non intelligitur quoad modum defenſionis, cùm longe diverſa ſit ratio, Vitam enim in caſu neceſſitatis cum internecione adverſarii defendere licet, quia ſemel amiſſa reparari nequit: At per injurias revera fama non læditur, *de præc. ſ. 12.* & inſuper injuriatis publica authoritate per varias actiones ſubvenitur, uti ex præced. patet. (2.) Per *l. 25. ff. de procurat.* Verum ibi quidem refertur, Procuratorem dixiſſe Dominum mentiri, JCtus tamen non approbat illam rejectionem. neque ſeqq. verba: *Niſi forte purgare magis crimen*, *&c.* aliquid probant, ibi enim non dicitur, quod purgatio tali modo fieri; ſed potius coram Prætore expediri & finiri debeat. (3) Per *l. 14. ſ. 6. ff. de bon. libert.* Verùm ibi non agitur de privata retorſione, ſed mutua accuſatione, quâ jus ſuccedendi JCtus non vult amitti, cum ignoſcendum ſit illi, qui provocatus ſe ulciſci voluit, Ex quo patet, factum ejus non ſimpliciter eſſe licitum; ſed ſi ex juſta animi perturbatione proceſſerit, ignoſcendum. Nec obſt. quod crudelis ſit, qui famam negligit. præced. ſ. 24. Ad alias Diſſent. rationes Reſp. Rennem. *d. p. 3.* Finckelth. *obſ. 57.* Suarez Julius Clar. Vinn. Bach. *ad Tr. Vol. 4. D. 30. theſ. ult. lit. E. in fin.* ſupra cit. Diſp. *de priv. del. poſ. 40.* Idem *ad Jus Prov. Wirt. p. 1. tit. 77. th. 104.* Brunnem. *ad l. 7. n. 7. ff. h. t.* Simon. *d. p. 2. D. 16. th. 6.* & multi alii, docentes, Retorſionem nullo jure licitam; ſed ut privatam vindictam puniendam eſſe, cum per eam injuriæ non componantur, ſed animi magis exacerbentur; nam illatam injuriam in alium rejicere, eſt igni addere oleum: Et hæc maxime procedunt in Retorſione non verbali, quæ fit in continenti, ex juſto dolore & iracundiæ calore; ſed poſt aliquod intervallum ſcripta, per Notarium & teſtes inſinuata, quod in ſpecie Notarius prohiberi vult. Ruland. *de Commiſſ. p. 1. lib. 5. c. 7. n. 4.* Finckelth. *d. O. 57.* Hinc in Ducatu Wurt. ſub mulcta 10. flor. injuriarum retorſio ſcripta interdicitur, niſi injuriato aliter conſuli nequeat. *General Ausſchreiben de A. 1620 d. 24. Jul. tit. 5. Landr. O. p. 143.* vid. Beyer. *h. t. p. 612.* Porro hanc quoque Jure Civ. tanquam privatam vindictam, illicitam eſſe, probari poteſt ex *d. l. 45. ſ. 4. in f. ff. ad L. Aq.* ubi defenſio licita dicitur, ſi tuendi dum-

duntaxat, non etiam ulciſcendi cauſa fiat: Atqui hæc retorſio fit ulciſcendi cauſa. a g. *l. 23. pr. ff. quod metus cauſa. l. 1. C. ne quis in ſua cauſa jus dic.* ſic ipſi diſſentientes Harpprecht. *ad §. 12 I. h. t. n. 93.* Carpz. *q. 32. n. 35.* fatentur, quod retorquens in propria cauſa ſit Judex, & h. m. injuriarum actio tollitur. *ſeq. §. 64.* Imò, quod injuria Adverſarii aut defenſionis neceſſitas publicationem typicam ſcripti apologetici non excuſet, late probat Mev. *p. 4. dec. 262. & p. 6. dec. 135.* add. late Pfannkuch. *tract. de illicit. injur. verb. Retorſ.*

LX. Quamvis autem hæc ita ſeſe habeant, Moribus tamen noſtris hoc remedium in toto fere Imperio eſt permiſſum, ita, ut retorſio in foro ſoli non ſit punibilis. Finckelth. *de O. inſ.* Brunnemann. *ad d. l. 14. §. 6.* Mynſ. *C. 5. O. 17.* & Gail. *2. O. 100. & ibi Grev.* poſt alios, Harpprecht. *d. l. n. 106.* Berlich. *p. 5. concl. 64. n. 1. & ſeqq.* Mev. *ad Jus Lub. d. 1. 4. art. 10.* Bardili, *d. l. th. 18.* Carpz. *Pr. Cr. q. 97. num. 24.* Struv. *d. tr. aph. 6.* & in hanc rem catalogum AA. vid. apud Rennem. *p. 1. th. 3* Hocque procedit non tantum in dicta retorſione; ſed & ſcripta, cum expreſſa injuriæ illatæ mentione, à retorquente ſubſcripta, quamprimum & poſt ſcientiam fieri potuit; inſinuata adhibito Notario cum teſtibus. Berlich. *n. 34.* Harpprecht. *n. 229.* Carpzov. *d. l.* Rennem. *d. p. 1. th. 11.* Struv. *aph. 12.* — Sed Moribus hod. eſt recepta.

LXI. Cauſa Effic. Rem. eſt conſuetudo, qua permiſſum eſt hoc remedium, uti modo dictum. Proxima, ut & Subj. Act. ſunt perſonæ laceſſitæ, Et regulariter omnes, verbali injuria adfecti retorquere poſſunt, ſive Majores, ſive Minores, abſque tutoris vel curatoris authoritate: Filiusfam. ſine Patris conſenſu, quia moribus hæc retorſio pro defenſione reputatur, illa nemini deneganda eſt. Berlich. *d. concl. n. 9. & ſeqq.* Quoniam autem à declaratione animi pendet, retorquere non licet, qui injuriam non intelligit, vel non patitur. ut Bannitus, per *l. 22. §. 3. ff. ad L. Jul. de adult.* Infamis, niſi alia & gravior infamia ſit objecta. Berlich. *d. l.* Rennem. *th. 7.* Struv. *aph. 8.* Subj. Paſſ. ſunt regulariter omnes verbaliter injuriantes, in quos injuria rejicitur: Nam contra quem datur actio injuriarum, contra eum quoque Retorſio locum habet. Non ergo adverſus Parentes, Magiſtratus, Præceptores propter competens jus corrigendi; late Berlich. *n. 18. & ſeqq.* Rennem. *th. 8.* Struv. *aph. 9.* niſi hi ſubditos vel diſcipulos privato affectu conviciis afficiant. Berlich. *n. 20.* Harpprecht. *n. 187.* — Prox. & Subj. C. Eff. Rem. Act. *Ampl.* *Limit.* Subj. Paſſ.

LXII. Objectum eſt injuria verbalis falſo crimen alicui impingens; Sic pertinet (1.) ad injurias verbales tantum, (2.) ad illas tantum, quæ falſo objiciuntur. Nam verum crimen objicienti non dari poteſt mentita, Sed injuria hoc caſu nihilominus commiſſa, alio tamen modo punitur. *præc. §. 21.* — Objectum eſt injuria verbalis falſo objecta.

Si autem ad non injurioſum objectum quis retorſione utatur, & mentitum alicui dicat, contra eum injuriarum datur actio. Retorſio vero retorſionis licita non eſt. cum aliis Berlich. *n. 45.* Rennem. *p. 1. th. 14.* Nam injuriatus ſe tantum defendit, & injuriam illatam retorquet. Sin retorquens exceſſerit, ratione hujus exceſſus nova foret injuria, quam retorquere licet. Notarius tamen retorſionem ſcriptam forte inſinuans operam ſuam in eodem negotio viciſſim ei, cui inſinuatum, præſtare non debet. Harppr. *n. 216.* Richter. *p. 2. dec. 92. n. 19.* Struv. *aph. 8. n. 12.* Rennem. *d. l.* Dn. Mauritius *Chil. conſ. 17. n. 14.*

Si retorquens exceſſerit.

Forma.

LXIII. Forma eſt injuriæ verbalis, moderata, in continenti, privatâ autoritate, facta rejectio. Ne autem retorſionum licentia nimium evagaretur, moribus intra certos terminos eſt coercita. Hinc ſi injuria ſit certa & notoria, Mev. *p. 3. dec. 337. in fin. & p. 6. dec. 300.* requiritur, 1.) Rejectio d. injuriæ. Non enim omnis contradictio vel reſponſio eſt retorſio, ex. gr. ſi fur nequam nominatus reſpondeat, ignoſcas mihi, ſum vir integræ famæ, tale quid nunquam admiſi, ſed ipſa injuria illata rejiciatur. Struv. *de vindicta privata cap. 10.* Fitque vel verbis generalibus, ex. gr. tu mentiris, vel ſpecialibus, tu mentiris in gulam tuam velut fur, latro, nequam. *Du leugſt wie ein Ehrendieb*, poſt multos Dn. Majer. *d. D. th. 5.* Dn. à Lyncker. *dec. III.* (2.) Rejectio Moderata atque proportionata; ut nec plus ſit in rejectione, quàm illatione, & ut inter modeſtiores, *non ſum ex. gr. fur, ſed te pro fure tamdiu habebo, donec me talem eſſe probaveris.* Rennem. *p. 3. th. 33.* Sin quis aliquem furem, alter vero eum adulterum, latronem dixerit, non eſt Retorſio, ſed ſunt mutuæ formales injuriæ, & uterque injuriarum agere poteſt. Carpz. *J. F. p. 4. c. 46. def. 11.* Mynſing. *d. O. 17. n. 3.* poſt multos alleg. Struv. *aph. 11. n. 7.* Dn. à Lyncker, *dec. 1262. & §. 13. ſupra de compenſat.* Modum tamen retorquendo, excedenti ſæpius imponitur tam Deprecatio quàm Recantatio quia laceſſitus hoc non ex propoſito; ſed animi perturbatione & juſto dolore feciſſe videtur. Carpz. *d. l.* Berl. *n. 31.* Tiraq. *de pæn. temp. c. 1. n. 12.* Item modum exceſſiſſe videtur, ſi quis aſſertivè convicium iterum objecerit: ſi retorſerit, ex. gr. *Tu calumniaris, mentiris, tu fur, tu nebulo* præc. *§. 16. in fin.* Harpprecht. Berlich. *dd. ll.* Carpz. *Pr. Cr. q. 97. n. 27. & 28.* Dn. Maur. *d. conſ. 17. n. 9.* D. Bardili. *Exerc. 31. Concl. For. 26.* Camera Imp. permittit quidem retorſionem, ſed quæ tendit ſolum ad excludendum crimen, ex. gr. ſimpliciter reponendo: *Tu mentiris.* Scapp. *de jure non ſcript. l. 5. rubr. 21. c. 165.* Sin addiderit ut fur, nebulo *wie ein ehrloſer Mann;* quia hæc adjectio ſapit vindictam, injuriarum deſuper conventus condemnabitur. Mynſing. *d. l.* poſt alios Dn. Mauritius, *d. l. num. 10.* atque præjudicio [illegible]

Fiat certæ injuriæ Rejectio

verbis generalibus, vel ſpecialibus.

Moderata.

Ex eadem injuriarum tenetur, ſed minus punitur.

In Cam. Imp. quomodo fiat?

In continenti.

firmat Gylmann. *d. voc. injuria. in fin.* (3.) Ut in continenti fiat. Dd. laudati *in dd. ll.* Idque ex natura defenſionis, quia retorſio hodie pro ejus ſpecie habetur, ideoque a præſente & audiente ſtatim; Gail. *d. O. 100. n. 5.* Carpzov. *d. q. n. 25.* ſin injuriatus abſit, quamprimum certo reſcivit, & injuriam ſibi factam eſſe cognovit, atque retorquendi habet poteſtatem, fiat oportet; ſc. libellum retorſionis, *Retorſions-Schrifft*, rite conceptum, ſuaque manu ſcriptum, Notario cum teſtibus convocato exhibeat, illum ab eodem palam legendum curet, poſtea d. Notarium requirat, ut præfatum libellum injurianti legitime inſinuet, vel per literas intimari & inſinuari faciat (ſin non mittatur, nullius erit momenti) omnia ad notam ſumat, & deſuper inſtrumentum conficiat, qui modus tutiſſimus habetur cum Bocero, Carpz. Fibigio, Struv. *d. c. aph. 10. n. 2.* d. Diſp. *de act. recant. th. 39.* Berlich. *n. 6. & 34.* Harpprecht. *n. 229.* Bœckelm. *de retorſ. injur. th. 19.* Dn. Mauritt. *d. l. num. 16.* Dn. Majer. *d. D. th. 12. & ſeqq.* Injuria vero ſcripta, quæ ex aliquo intervallo retorquetur, planè non erit ferenda, ſed rejicienda, quia ſæpe triſtes inde proveniunt exitus, tumultus & cædes. Ruland. Finckelt. *dd. ll.* B. Dn. Parens, *ad Jus Pr. Würtemb. d. t. th. 104.* Dn. Hert. *Comment. jur. tom. 3. de paroem. Germ. 9. th. 5.* cujus præjud. alleg. Fibig *Obſ. Leg. Ex. 12. q. 7. in fin.* (4.) Ut retorſio fiat privata authoritate. Hinc, ſi retorſio Judici offerri velit, tutius agit, ſi ejus inſtrumenta rejiciat, ſicut late explicat Mev. *p. 5. dec. 337. & 338.*

Si Præſens. Si abſens.

Per Retorſ. libellum.

Privatâ authoritate.

Finis. Effectus. Actio injuriarum extinguitur.

LXIV. Finis eſt defenſio exiſtimationis, & potiſſimum, ut injuriatus moleſtias proceſſus evadat, & ſumptibus parcat. Berlich. *n. 38.* Effectus, ut injuria propulſetur & plane expellatur, eoque ipſo injuriarum actio extinguatur, juxta communem Ddrum ſententiam; nam ceſſante cauſa ceſſat effectus. *c. 60. x. de appellat.* Et dum quis ſui doloris ipſe Judex eſt, poſtea Magiſtratus auxilium invocare non poterit. arg. *l. 37. in f. ff. de min.* Carpz. *d. c. 46. def. 10.* Berlich. *n. 39. & ſeqq.* Harpprecht. *d. l. num. 97.* Frommann. *Diſput. de Elect. Actionis utilioris. theſ. 71.* Rennem. *p. 1. th. 13.* Fab. in *C. h. t. def. 8.* Mevius, *ad Jus Lub. l. 8. tit. 4. art. 10. n. 7.* ubi teſt. Gryphiswald JCtos ita pronunciaſſe; alia præjudicia etiam adfert Carpz. *q. 97. n. 31.* poſt Hahn. & alios, Struv. *aph. 15. n. 1. & 2.* d. Diſp. *de act. recant. d. th. in f.* Magiſtratui tamen quoad pœnam retorſio non præjudicat. arg. *l. 9. §. 5. ff. de public.* Carpz. *n. 41.* Mev. *n. 14.* Struv. *n. 5.* Bard. *d. l. th. 21.* D. Harppr. *C. 98 n. 158.* Mev. *p. 5. dec. 377.* *Wurt. L. p. 1. tit. 77. §. Obverwehl. in fin. & §. ſeq.* Inſuper opinio ipſius, in quem retorſio facta, tamdiu apud honeſtos viros manet gravata, donec de criminis objecti veritate doceat. Berlichius *num. 30.* Beſoldus, *Theſ. pr. voc. Retorſio.*

Interdum agitur ex L. Diffamari.

Interdum agitur ex Leg. Diffamari. 5. C. de ingen. manum. ut diffamanti ad agendum & probandum injurias, certus præfigatur terminus, &c. vid. ſupra *ad tit. ſi ingen. liber eſſe dic.* §. 2. *& ſeqq.* Et quamvis ob injurias moribus ſit receptum hoc remedium, incongruum tamen eſſe multis docet Mev. *p. 1. dec. 144.* Finckelthauſ. *O. 55.* cum injuriarum actione tamen cumulari non poſſe, docet Carpzov. *d. q. 97. n. 67* J. F. *p. 4. c. 42. def. 15.* & *l. 2 Reſp. 57.* item Proceſſ. *t. 20 art 2 n. 27. & ſeqq.* Dn. à Lyncker. *dec. 242.* Beyer. *poſ. 47. & ſeqq. h. t.* D. Grav. *de judic. diffamat.* §. 57. Conſ. Cothm. *Vol. 3. Reſp. 4. n. 3. 29. & 106.* Stryck. *Tr. de Act. for. d. M. 10.* §. 52.

Provocatio ad duellum improbatur.

LXV. Aliud extraordinarium remedium revincendæ injuriæ quidam ponunt in provocatione ad duellum ex proverb. *Auf eine Lüge gehört eine Maultaſche oder Dolch.* Verum abominandum hoc & omni jure prohibitum eſſe, nemo Chriſtianorum inficias ibis, cum provocantes graviſſime peccent in DEUM Magiſtratum, cui ultionis manus demandandum eſt, & proximum, cujus corpori & animæ periculum ſtruere conantur, & dum putativam temporalem ignominiam evitare ſatagunt, periculum æternæ infamiæ atque exitii incurrunt, ſive vincant, ſive vincantur. cum Carpz. Harppr. Berl. Struv. Beſold. Stryckio. Dn. Hert. *d. l. Parœm. 100 th. 2.* Finckelth. *O. 4. n. 10.* Bardili. *d. Ex. th. 20.* Dn. Majer. *d. D. th. 5.* add. Mev. *p. 9. dec. 201.* Stryck. *Diſſ. de Alapa. c. 3. n. 10. inf. & c. 4. n. 12. & ſeqq. & in uſu moderno* §. 23. *& ſeqq. h. t.* vid. §. 6. *ad L. Cornel. de Sicar.*

LXVI.
De Famoſis Libellis:

Famoſus Libellus. Ejus Homon. Synon.

Secundum delictum, de quo h. tit. agitur, eſt Famoſus Libellus, eſtque delictum privatum, Theod. *Crim. C. 1. aph. 16. n 36.* & injuria verbalis, *l. 5.* §. 9. *ff. h. t.* In ſenſu proprio denotat quamlibet ſcripturam infamantem, *d. l. 5.* §. 9. *l. un. C. de fam. lib.* epigramma, carmen malum, ſatyram, *l. 21. pr. ff. de teſtib.* picturam, *d. l. 5.* §. 10. hiſtoriam, comœdiam. Voet. *h. t* §. 10. Gilhauſ. *d. t.* §. 10. *n. 5.* ſculpturæ aut ſuſorium opus in alicujus infamiam. R. I. *de Anno 1530* §. 58. de Anno *1541.* §. 40 de Anno *1577. tit. 35. Von Schmähſchrifften, ſchmählichen Gemählden, Gedichten und Anſchlägen.* Reform. Polit. *de Anno 1548. t. 34.* §. 2. ibi: *Dergleichen Bücher, Schrifften, Gemählde, Abguß, Geſchnitzt und Gemacht.* Stryck. *in uſu moderno* §. 42. Joh. Voet. *n. 10. h t.* Vocari etiam ſolet Paſquillus, *Paſquill*, à Romano Sartore Paſquino, qui mira importunitate Aulam & Curiam Romanam vellicare ſolebat; quo mortuo, ſtatua, dum humus effoderetur, reperta & prope ejus tabernam erecta eſt, cui omnis generis chartæ famoſæ noctu affiguntur. Alii ſimilis & huic re-

Paſquill unde dict.?

ſpon-

ſpondere ſolens ſtatua eſt Romæ in Campidolio dicta Marforio, Roma Antica è moderna, *p. m. 479.* Beſold. *Th. Pract. voc. Paſquillus.* Mercur. Ital. *in deſcript. Romæ p. m. 262.* Stryck. *in uſu moderno §. 41. h. t.* Hic ſumitur pro injurioſa ſcriptura, quâ, omiſſo authoris nomine, delictum alicui certum & famoſum, infamandi cauſa, objicitur, & in populum ſpargitur. *d. l. 5. §. 9. d. l. un. C. h. t.* Omnis autem famoſus libellus eſt injuria ſcripto illata, & parit actionem injuriarum; ſed non contra, Et ſic invicem differunt tanquam genus & ſpecies, quamvis injuria ſcripta etiam certam atque diverſam ſpeciem conſtituat. Præterea etiam differunt injuria ſcripta & Fam. Libellus ratione Materiæ, Formæ, Finis, Effectus. Præſcriptionis, uti patet ex præced. *& ſeq. §. 68. ac ſeqq.* Hahn. *h. t. num. 19. verb. Hoc eſt.* Heig. *p. 2. q. 31. n. 14.* Carpz. *Pr. Cr. q. 98. n. 50. & ſeqq.* & J. F. *p. 4. c. 44. def. 4.* quid ſit? Diff. ab injur. ſcript.

LXVII. Famoſus libellus ab aliis injuriis nec Cauſa Efficiente, nec Subjecto differt. Et quia eſt crimen adeo deteſtabile, ejus Reus cenſetur non tantum Author vel componens; ſed etiam ſcribens, dictans, *l. 5. § 9. l. 15. §. 27. ff. h. t.* legens cum voluptate, & alteri ad legendum tradens, mandans & mandatarius, *d. l. 5. § 9 d. l. un. C.* non corrumpens, *d. l. un. c. 1. & c. 3. cauſ. 5. q. 1.* typis excudens, *d. Rec. Imp.* in notitiam producens, emens, vel vendens, item emendum vel vendendum curans, *d. l. 5. §. 10.* & quovis modo ex delectatione in detractionem alicujus famæ manifeſtans, *d. l. 5. § 9. d. l. un.* affigendo ad inveniendum projiciendo. Gilh. *Arb. Crim. c. 2. num. 54. n. 1. & 2.* Menoch. *A. I. Q. l. 2. caſ. 263. num. 33. & ſeqq.* Claſen. *theſ. 2. n. 6.* Objectum dependet à Forma. Quinam pro Reo Fam. Lib. habeantur?

LXVIII. Forma & Diff. Spec. quâ hæc ab aliis diſtinguitur injuriis, in eo conſiſtit, (1.) Ut in ſcriptura, doloſe, ad infamiam alicujus, objiciatur delictum famoſum atque notabile, quod in populum ſpargitur, & cujus pœna vel corporis afflictiva vel infamia foret. Ord. Crim. *art. 110.* ibi: *Welcher jemand durch Schmehbrieff, die er ausbreitet, unrechtl. unſchuldiger Weis leſtert und ubel zumiſt, wo die mit Wahrheit erfunden wurden, daß der Geſchmacht an ſeinem Leib, Leben oder Ehren peinlich geſtrafft werden mochte.* Carpz. *J. F. d. def. 4.* & *d. q. 98.* Stryck. *in uſu moderno §. 40 h. t.* (2.) Ut author nomen ſuum celet, Sive fict . .., ſive alienum, imo nullum apponat, non refert. Et quamvis occultationem nominis authoris ad Famoſum libellum non neceſſarium eſſe, multi defendant Bocer. *de fam. lib. p. 2. n. 7.* Harppecht. *ad §. 1. I. h. t. n. 151.* Heig *p. 2. q. 31 n. 24.* Berlich. *p. 5. concl. 67. n. 37.* Ziritz. Stephani, *ad d. art. 110.* Theod. *d. aph. n. 28* Struv. *Exerc. 48. th. 67. ibique P. Muller. lit. y.* Verior tamen nobis videtur prior ſententia Forma. Req. 1 doloſa ſparſio delicti famoſ. 2. Authoris occultatio. Rat. Decid.

 per

per *d. art. 110.* ibi: *Und ſich mit ſeinem rechten Tauff- und Zunahmen nicht unterſchreibet.* Berlichius quidem re p. quod *d. art.* non reſpiciat ad famoſum libellum, ſed ad publicam accuſationem, ſi ſcil. ſecundum Juris ordinem non ſubſcribat. Verum quod de famoſ. libell. loquatur, patet ex ejus rubro & nigro. Et verborum, *nach Vermog der Rechten*, hic eſt ſenſus, ut injuriam ſcribens, nomen autem ſuum occultans, pœnam famoſi libelli incurrat, hancque ſententiam late defendunt, & præjud. firmant Finckelthauſ. *O. 58. n. 1. & ſeqq.* Carpzov. *d. c. def. 3.* & *d. q. 98. n. 20.* Hartm. Piſtor. *O. 187 n. 6.* Schulz. *ad Mod. Piſtor. q 56. n. 51.* & *ad Coler. p. 1. dec. 150.* Nebelkrä *deciſ. 16.* Remus & Glaſen. *ad d. art th. 2.* Brunnem. *ad d. l. un. C. n. 5.* & *ad d. l. 5. §. 9. n. 3. ff. h. t.* Dn. Mencken. *d. Diſp 25. th. 26.* d Diſp. *de priv. del. poſ. 51.* Bardili. *Concluſ. For. Exerc. 31. th 33. & ſeqq. & Diſp. de ſubſcript. c. 6 §. 4. n. 6. & ſeqq.* Stryck. *§. 40. h. t.*

Obj. 1. Nec obſt. (1.) *l. 5. §. 9.* ibi: *Etiamſi alterius nomine ediderit, vel ſine nomine. ff. h. t.* ſic ob partic. implicativam, *Etiamſi*, concludunt, quod multo magis teſtamenti factionem amittat, qui ſuo nomine ediderit.

Reſp. Verum Reſp. quod d. particula ad nomen alterius, non vero proprium referenda ſit, nam in *d. §.* nulla plane fit mentio ejus qui nomen ſuum ſubſcripſit.

Obj. 2. Nec obſt. (2.) d. R. I. *de Anno 1577. d. t. §. Und ſetzen. 3.* ibi *Es habe der Autor ſeinen Namen darunter geſetzt oder nicht.*

Reſp. Ibi enim non de famoſo libello præciſe agitur, ſed in genere prohibentur libri, *Schrifften*, auctore licet nominato, picturæ & ſimilia in alterius religionis contemptum edita, Carpz. Finckelth. Nebelk. *dd. loc.*

Si quis alterius nomen uſurpat. Cæterum gravius delinquit, &, ſi innoteſcat, punitur, qui alterius nomine uſurpat, ſicque alium falſo de crimine inculpat. Nomen vero apponens, vel ad probationem, vel ſi in ea deficiat, ad pœnam ſe offert, & proinde mitius punitur. Qui autem nullum apponit nomen, eo ipſo falſum objecere agnoſcit, huc faciunt *l. 1. l. 3. l. 4. in Cod. Theod lib. 9. t. 34.* quæ licet vim & authoritatem publicam non habeant, quia tamen *d. l. un C h. t.* convenit, & exinde lucem accipit, hanc Juſtiniani mentem fuiſſe, veriſimile eſt.

Sufficit ſi infamatus ex circumſt. cognoſcatur. Infamati vero nomen ſive exprimatur, ſive ex aliis circumſtantiis cognoſcatur, perinde eſt *l. 4. ff. h. t.* Theod. *d. l. num. 30.*

Magiſtratus poteſt ex officio inquirere. Magiſtratus vero, cum indicia ſint loco accuſationis, ex officio in hujuſmodi criminoſos inquirere. Nov. *128. c. 21.* add. Deuter *c. 17. v. 4.* Epiſt. Pauli ad Rom. *c. 13. v. 4.* Ord. Cr. *art. 6.* Brunnemann. *ad l. 7. C. h. t. num. 4.* & Autorem indicanti præmium ex bonis, & pro modo ſubſtantiæ accuſatæ perſonæ conſtituere poteſt *l. 5. §. 5. ff. h. t. d. l. un. C.* ibi: *Laudem maximam & præmium conſequetur.*

Finis. Effectus. LXIX. Finis famoſi libelli eſt, ut honeſtæ perſonæ exiſtimatio lædatur. Effectus ratione infamati eſt, ut famoſus libellus alterius opinionem apud graves

graves & honeſtos viros non lædat. *d. l. un. in f. C. h. t.* Ratione infamantis eſt obligatio ad pœnam, quam olim apud Romanos ex L. XII. Tabb. indifferenter fuiſſe capitalem ex multis Auth. docet Ziegler. *d. l. verb. Ead. pœna.* & de J. Can. *c. 3. cauſ. 5. q. 1.* ibi: *Qui famoſos libellos in Eccleſia ponunt, anathematizentur.* Dicta pœna cap. poſtea quidem in deſuetudinem abiit. *l. 5. §. 9. ff. h. t.* ſed poſtliminio quaſi eſt reſtituta. *d. l. un. C. de fam. libell.* Cum autem Capitalis pœna & Interire in jure dicatur non tantum, ſi vita naturalis, ſed etiam ſi Civilis adimatur, *§. 2. I. l. 2. ff. de publ. jud. l. 103. ff. de V. S. l. 28. ff. de pœn. l. 63. §. 5. ff. pro ſoc.* infra *tit. de publ. jud. §. 2.* hinc quidam h. l. ultimum ſupplicium, alii, deportationem; ſed rectius alii pœnam Talionis intelligunt, ut Auctor famoſi libelli eadem afficiatur pœna, quam delictum importat imputatum in Paſquillo *l. 34.* ibi: *ipſi te huic pœnæ ſubdidiſti. ff. de jur. fiſci l. 1.* ibi. *Quodammodo ſua mente punitur. C. ad L. Jul. Maj.* Theod. *Cent. c. 2. aph. 20. n. 28.* Harpp. *d. q. 51. n. 45.* Berlich. *d. concl. 67. n. 9. & n. 21.* allegat præjudicium, quo nobilis decollatus, quia alteri nobili objecit crimen capitale, quæ ſententia in Ord. Crim. *d. art. 110.* confirmatur, & in foro Saxonico viget. Carpz. *d. q. 98. n. 26.* & *d. c. def. 1.* ibique Moller. *n. 6.* Stryck. *in uſu moderno §. 45. h. t.* Quia tamen d. articuli pœna ſatis atrox videtur, ideo probe commenſuranda eſt delicto, imo propter minimas circumſtantias, in locis, ubi *d. art.* obſervatur, mitigari ſolet; per verba *d. art. in fin.* ibi: *Nach Ermäſſigung des Richters.* Carpz. *ad d. C. def. 8. & q. 98. n. 41.* Harpprecht. *d. l. n. 160.* Struv. *Exerc. 48. th. 70.* ibique Mullerus. Beyerus *poſ. 11. h. t.* de Jure Can. mitius cum Fabricatore agitur. *c. 5. q. 1. c. 1.* In Ducatu Würtemb. punitur arbitrarie, carcere vel relegatione. Harpprecht. *d. l. n. 210.* Porro ob libellum famoſum etiam civiliter tantum condemnatus redditur infamis, ut Judex de Jure minor eſſe non poſſit, *l. 1. ff. de his, qui not. infam. l. 10. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. 12. C. de dign.* Gilhaus. *d. c. 1. § 10. num. 15.* Mev. *p. 3. dec. 32. n. 2.* & fit inteſtabilis. *d. l. 5. § 9. l. 21. pr. ff. de teſtib.* ſupra *tit. qui teſtam. fac. §. 34. n. 5.* add Dn. Stryck. *de caut. teſtam. c. 3. §. 49.* Theod. *num. 38. & ſeqq.* ubi limit. et in Sanctione Carolina ſirpius diſponitur *art. 109. 110. & ſeqq.* add. *l. 47. ff. de O. & A. l. 16. §. 1. l. 40. ff. de pœn. l. 131. §. 5. ff. de R. I.*

Qualis pœna?

Quid intell. per pœnam capitalem?

Talionis.

Non ſemper obſervatur.

Redditur infamis.

LXX. Cum itaque per modo dictas ll. Judex ex juſtis circumſtanciis pœnam immutare poſſit, imo debeat, ideo non præciſe pœna talionis; ſed mitius punitur, qui non eſt author & compoſitor, quamvis conſilium dederit: qui inventum fam. libellum aliis communicando propalavit. Vel Autor ante perfectionem & divulgationem pœnitentia ductus illum dilaceravit. Struv. *Exerc. 48. th. 71.* ibique

Dicta pœna mitigatur, in quibus caſibus?

ibique Muller. Stryck. *in uſu moderno* §. 43 *h. t.* Nec pœna famoſi libelli locum habet, bene tamen extraordinaria, ſi quis verum crimen objecerit, nomen appoſuerit, & diffamator illud probare voluerit. *d. art. 110.* ibi per alios Claſen *p. 365* Theod *d. l num. 31.* Non enim oportet poſt clancularios ſuggeſtiones & extrajudiciales diffamationes proximum lædere, & proin edentem d. libellum ad probationem non admittendum eſſe, Cam. Imp judicavit *in cauſa Vogelſberger contra Furſtenberg* Mynſing. *C 4. O. 4. n. 2.* Gylmann. *d. tr. verb. Famoſus.* quod tamen limit. & probatio admittitur, ſi interſit Reip. crimen indicatum ſcire. Ziegler. *d. l. in fin.* Attamen extra pœnam non eſt, ſi injuriandi magis, quam detegendi ſit intentio. Bach. *d. D. th. 5. in fin.* Sande, *dec. Friſ. l. 5. tit. 8. def. 6.* Mev. *p. 3. dec. 357.* Aliis conſcius & ſociis talia revelantibus impunitas à Principe indulgetur. Heig. *p. 2. q. 32. n. 22. & 118* Typographi

Nec ſunt immunes Typographi, Bibliopolæ. hujusmodi libellos excudentes omnibus exemplaribus, & poteſtate libros excudendi privantur, & arbitrarie puniuntur, juxta Conſtit. Imp. *prec. §. 6.* citt. Bibliopolæ quoque ſcienter eos vendentes à pœna neutiquam excuſantur *dd. Rec. Imp.* Theod. *n. 32.* vid. Struv. *Exerc. 48. th. 75. ibique* Mullerus, Stryk. *in uſu moderno §. 44. h. t.* Plures mitigationis cauſas vid. apud Harpprecht. Berlich. Claſen. *dd. ll.*

Contraria. Mors. Præſcriptio. LXXI. Pœna hujus delicti ceſſat morte delinquentis. *ſupra tit. de priv. del. §. 31.* Præſcriptione XX. annorum; *L. 12. C. ad Leg. Corn. de falſ.* nam actio ex libello famoſo eſt perpetua Hahn. *ad W. h. t. num. 19. in fin.* Gail. *l. 2. O. 104. num. 3.* Fachin. *l. 8. contr. 9.* Gilhauſ. *d. l. num 15.* Denique hic

Concurrit Act. injur. concurrit Actio injuriarum, & in arbitrio eſt læſi, an inſtituere malit actionem injuriarum vel Æſtimatoriam, vel Recantatoriam; Carpz. *d. c. 44. def. 5. & 6.* quia eſt ſpecies injuriæ: Retorſio tamen, illatam ſcil. injuriam alio li-

Retorſio non habet locum. bello famoſo repellendo, locum non habet, quia eſt delictum atrociſſimum. Carpz. *d. C. def. 7.* Claſen. *d. l. in fin.*

TIT. XI.
DE EXTRAORDINARIIS CRIMINIBUS.

§. I.

Crimina extraordinaria quæ dicantur? Sequuntur Crimina Extraordinaria, de quibus in genere agitur in h. t. in ſpecie vero in ſequentib. Dicuntur delicta privata, *l. 3. ff. h. t.* ex quibus nulla ordinaria ad certam pœnam determinata actio datur; ſed

Non habent certam pœnam. Reus arbitrio Judicis puniri petitur, *l. 11. ff. de pœn.* ſupra *tit. de privat. del. §. 11.* Accedunt & publicis criminibus, quatenus in foro Romano per modum accuſationis & inſcriptionis vindicata; *l. f. l 3. ff. h. t. L. f. de priv. del.* per ratio-

Obj. nem in *l. 7. pr. ff. de accuſat.* quæ tamen hodie ceſſat. Nec obſt. quod & in his

his variæ pœnæ expreſſæ reperiantur. *l. 1. §. 5. l. 6. §. 5. ff. h. t. l. 3. §. 8. ff. de ſep. viol. l. 1. §. 2. ff. de effract. & paſſim.* Certis enim LL. definitæ non ſunt; ſed Conſtitutionibus & Reſcriptis variæ ſpecies in hiſce delictis imponi ſolitæ tantum commemorantur ut monſtretur, arbitrium Judicis hic non abſolute eſſe liberum. *d. l. l. 11. l. 13. ff. de pœn.* add. *tit. de injur. §. 11.* Sicque delicta extraordinaria arbitrariæ mulcta, carcere, relegatione, fuſtigatione, &c. coercentur. *d. l.* Ubi vero certa pœna ſtatuta eſt, Judex arbitrari nequit. Carpzov. *Pr. Cr. q. 133. n. 16.* Schilter. *ad ff. Ex. 49. § 36* Theod *Coll. Crim. c. 3. aph. 12. n. 4.* Reſp.

Sed quæritur: An hoc loco pœna ad ultimum ſupplicium extendi queat? Ita ſentit Gloſſ. *in §. 10. verb. extraord. I. de Injur.* Fachin. *l. 9. contr. c. 45.* Sed hoc alii æquius & tutius accipiunt de iis ſaltem caſibus, ubi Lex vel Statutum pœnam capitalem imponit. per *l. 10. §. 1 ff. de reb. dub. l. 155. § 5 l. 192. §. 1. ff. de R. I.* Ord. Crim. *art. 104.* ex. gr. *in l. 5. §. 5. l. 9. ff. h. t.* Secus eſt in *l. 1. §. 5. ff. de effract. l. 3. §. 2. ff. Stellion.* Brunnem. *ad l. 9. ff. h. t. n. 4.* Carpz. *q. 62. n. 15. q. 119. n. 16.* Stryck. *in uſu moderno §. 1.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.* An locum habeat pœna mortis?

II. Crimina Extraordinaria ſunt vel ſuâ naturâ & merè talia, ſcil. quorum nullum privatum aut publicum judicium eſt comparatum. *l. 1. l. 3. §. 2. ff. Stellion.* quo referuntur Crimen Prævaricationis, expilatæ hæreditatis, Stellionatus, de Termino moto, de Collegiis illicit. Vel pro Arbitrio Actoris. Cum alioquin vel privatum, vel publicum judicium producant. Huc reliquæ ſpecies referuntur. Bocer. *cl. 4. Diſp. 9. th. 2. 3. & 23.* Divid.

III. Extraordinariorum autem Criminum quædam in ſeqq. Titulis in ſpecie explicantur, quædam in h. t. proponuntur, ut ſunt: (1.) Sollicitatio alienarum nuptiarum, cum quis alterius conjugis pudicitiam interpellat. *l. 1. pr. ff. h. t.* add. *l. 9. §. 5. ff. de injur.* D. Bardili. *Exerc. 32. C. F. 2.* Stryck. *Diſp. de jure perſuaſ. cap. 3. n. 39.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.* (2.) Matrimoniorum interpellatio, ſi quis alienæ uxoris nuptias appetat, etſi effectu ſceleris potiri non queat, pernicioſæ libidinis voluntas extra ordinem punitur; *d. l. 1. pr. c. 15. de pœnit. diſt. 1.* & quidem tanto gravius, quanto conatus conſummationi fuit propinquior. Brunnem. *ad d. l. n. 2.* Stryck. *§. 17.* & Bayer. *poſ. 2. h. t.* Joh. Heinr. Pottius. *de conatus pœna c. 5. §. 2. cum ſeqq.* (3.) Injuria quæ fit, ſi quis fimo corrupto aliquem perfuderit, cœno, luto oblinuerit. *d. l. 1. §. 1.* (4.) Si ad injuriam publicam quis aquas ſpurcaverit, fiſtulas, lacus, aliudve quid contaminaverit. *d. l. 1. §. 1.* Menoch. *A. I. Q. caſ. 385.* vid. Bayer. *poſ. 7. h. t.* (5.) Doloſa, ſive aſtuta pueri vel puellæ de ſtupro perſuaſio, aut interpellatio, abducto vel corrupto comite, dato pretio *d. l. 1. §. 2. l. 1. §. 2.* Quæ ſpecies recenſeantur in h. t. 2. 3. 4. 5.

ff. de inj. Perfecto flagitio punitur capite; Imperfecto in inſulam deportatione; *d. l. 1. §. 2.* nam attentatum mitius punitur conſummato. *d. c. 15.* Tiraquell. *de minu. pœn. c. 40.* Carpz. *q. 68. n. 2.* Cum autem ſtuprum regulariter ultimo ſupplicio non puniatur, Carpz. *q. 69.* ideo nonnulli *in d. §. 2.* violentiam præſupponunt. poſt Bartol. Carpz *q. 68. n. 2.* & *q. 75. n. 5.* Verum ibi nulla fit violentiæ mentio, ſed tantum requiritur, ut quis aſtutiis & doloſis perſuaſionibus, aut malis artibus, honeſtam & teneræ ætatis perſonam ad ſtuprum induxerit, qualis perſuaſio violentiæ comparatur, in *l. 1. §. 5. ff. de ſerv. corrupt.* Beyer. *poſ. 10. h. t.* Imo plus eſt hujuſmodi inſidiis & artibus animum corrumpere & ad delictum inducere, quam cum perſona corrupta nefandam libidinem exercere. Matth. *de Crim. ad h. l. c. 3. c. 3 n. 8.* Theod. *d. aph. 18 lit. c. ubi add. hoc non extendi ad caſum ſi quis virgini invitæ oſculum præripiat.* Beyer. *pag. 615. h. t.* Thomas. *ad Strauch. Diſſ. 19. th. 14. ubi præjudic.*

6. Abortus procuratio. IV. (6.) Abortûs doloſa procuratio, ne verb. gr. inimico marito Filius procreetur. *l. 39. ff. de pœn. l. 4. h. t.* Sive ipſa mulier variis modis procuraverit, vid. *d. l. 39. l. 27. §. 22. l. 39. pr ff. ad L. Aquil. l. 8 ff ad Leg. Corn. de Sicar.* Sive alius, imo & Medicus, *l. 15. ff. eod. l. 2. in f. ff de L. Pomp de parric.* niſi abortus præter expectationem ſecutus ſit. *l. 6. § 7. ff. de offic. præſ.* add. ſupra *ad L. Aquil. §. 12.* Carpzov. *Pr Cr. q. 11.* Joh. Voet. *n. 5. h t.* Et de Jure Civili

Quæ pœna de Jure Civ. pœna partus datâ operâ abacti eſt temporale exilium. *l. 4. ff. h. t. d. l. 39. de pœn. in f. d. l. 8 ff ad L. Corn de Sicar.* Nec obſt. *l. 38. §. 5.* & *d. l. 39. ff. de pœn.*

Rat. Dubit. ubi de caſibus ſpecialibus ſermo eſt. Nam *d. l. 38. §. 5.* de pœna abortus & po-

Rat. decid. culi amatorii diſponit, ut mortis pœna tum locum habeat, ſi mulier, ceu ſub-

Mulier & homo ſibi non jectum abortionis, perierit. Vel ſi dato populo amatorio homo, i. e. tam mas,

opponuntur quam fœmina, perierit. Morte autem inſecuta dans ultimo ſupplicio punitur;

in l. 38. §. 5. *d. l.* Damhoud. *Pr. Cr. c. 61. n. 88.* Gilh. *arb. Cr. c. 2. t. 12. n. 49.* nam tale poculum

ff. de pœn. utrique Sexui porrigitur. Sicque mulier & homo *in d. l.* tantum ad ſuum ſubjectum reſtringuntur. add. *c. 5. x. de homicid. l. 9. § 1. ff. ad L. Falc. l. 14. C. de fideic.* Menoch. *A. I. Q. caſ. 357. n. 9.* add. ſupra *tit. de ſtat. hom. §. 21.* Philtrum autem furorem frequentius, quam amorem inducere docet Poeta:

Philtra nocent animis, vimque furoris habent.

& multis firmat exemplis Bockelius, *de Philtris, cap. 7.* ſicque dans, licet libidinis cauſa, ob malum exemplum tamen punitur. *l. 3. §. 2. ff. ad L. Corn. de Sicar.* Menoch. *A. I. Q. caſ. 358.* Nec obſt. *d. l. 39.* quæ loq. de caſu ſpeciali, quo ſcil. fœmina, ab hæredibus ſecundis acceptâ pecunia, partum animatum abegit. Frantzk. *Ex. 14. q. 10.* De Jure Canonico & Carolino diſting. inter partum

vita-

vitalem & in animatum. Idem quidam tradunt de Jure Divino, *Exod. cap. 21. v. 22.* ubi tamen alius eſt caſus.) Priori caſu pœna eſt ordinaria L. Corn. de Sicar. modo doloſe ad factum, & effectus ſit ſecutus. *d. l. 38. §. 5.* Poſteriore fuſtigationis, relegationis, vel ſimilis ad arbitrium Judicis ſecundum circumſtantias facti. *c. 7. c. 9. cauſ. 32. q. 2.* Ord. Crim. *art. 133. ibi. Ein lebendig Kind abtreibend, &c.* Hocque in praxi obſervari probant Ziertiz. Stephani, Claſen, & alii *ad d. art.* Berlich. *p. 4. Concl. 8.* Carpz. *Pr. Cr. q. 11. & J. F. p. 4. c. 4. def. 1. & ſeqq.* Damhoud. *caſ. 74. num. 8. & ſeqq.* Hahn. *ad W eſ. h. t.* Beyer *pag. 616. h. t.* Struv. *Exerc. 48. th. 79.* ibique Mullerus. *&* D. Harpprecht. *in Adſer. Jur. civil. & Marchic. Bad. p. 255. & Conſil. nov. 45. num. 125. cum ſeqq.* Sive alius gravidæ mulieri, ſive hæc ipſa ſibi doloſe per eſcam, potum, percutiendo, aliove modo vim fecerit, & partum abegerit; Theod. *n. 10.* Damh. *n. 12.* vid. Areſt. *L. 7. Pol. c. 16.* quamvis ſint, qui indifferenter pœnam extraordinariam admittant. Menoch. *d. caſ. 357. n. 9.* Teſſaur. *dec. 12. num. 5.* Fachin. *l. 9. cap. 100.*

Ampl.

Quando verò fœtus animatus cenſeatur, in eo JCti & Medici non conveniunt, Plurimi Medici, Hippocratem & Galenum ſecuti, pueros poſt 30. fœmellas poſt 40. conceptionis diem perfecte formatos, ſicque animatos dicunt. Galen. *15. de uſu part. c. 5.* Sed controverſiam hanc auget diſceptatio, num anima per traducem propagetur ſeu congeneretur, an à DEO immediate creetur, atque primus fœtus ſtaminibus inſpiretur? Recentiores vero judicant, illico à conceptione facta animam embryoni accedere, uti defendit Dn. Rohnius, *de off. Medici Chimi ac forenſis. p. 2. c. 5. p. 622. & ſeq.* quam ſententiam quoque amplexus eſt Zach. *Qq. med. legal. lib. 9. tit. 1. q. ult.* Brunnem. *Proc. Inquiſ. c. 9. num. 69.* JCti quidem communiter partum animatum, non attenta ſexus differentia, cenſent poſt 40. um diem, ut tunc mortis pœna locum habeat. Weſenb. ibique Hahn. *b. t.* Theod. *d. aph. 12. n. 7.* Berlich. *p. 4. concl. 8.* Alii certa vitalitatis ſigna deſiderant, & prout in foro Saxon. requiritur, ut dimidium tempus uterum gerentium fuerit elapſum, ad hoc, ut dicta pœna locum habeat. Carpz. *p. 4. c. 4. def. 1. & ſeqq.* & *q. 11.* D. Harppr. *Conſil. nov. 45. n. 133. cum ſeqq.* Brunnem. tamen dictam diſtinctionem verbo DEI conformem eſſe negat, & hominem necare ſtatuit, qui etiam partum inanimatum necat. *d. l.* Sed ceſſante dolo, pœna extraordinaria tantum infligitur. Claſen. *d. l.* Imo abortionis cauſam dare licet, ad ſalutem mulieris prægnantis, alias ex puerperio perituræ, modo Medicorum conſenſu fiat: Dans enim ex miſericordia, unde abortus factus, extraord. pœnam non evitabit. *l. 3. §. 2. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Menochius, *d d. c. num. 20.* Gilhauſius, *d. tit. 12. num. 49.* poſt Matth. Hahnius, *h. t. verb. quæ data opera, in fin.* Occaſione *d. art. 133.* etiam huc pertinet caſus, ſi quis

Quæ pœna hodie? Diſt. an fœtus ſit animatus, nec ne?

Quando fœtus cenſeatur animatus.

Quando abortum procurare liceat?

Impotentiæ procuratio. ſi quis marem enervaverit, maleficio ligaminis, aliove intoxicationis genere; Vel mulierem ſterilem fecerit, idque ex malitioſo propoſito, pœna eſt ultimi ſupplicii; *d. art. ibique Criminaliſta d. c. 5. x. de homic.* quandoque tamen mitius punitur Berlich. *d. concl. 8. n. 58.* Et memini in Ducatu Wurt. Conſilium Juſtitiæ pœnam perpetuæ relegationis hujusmodi evirſculatori, ob ſingulares circumſtantias concurrentes, dictaſſe.

(7.) Annonæ vexatio. V. (7.) Annonæ (quo nomine veniunt omnia ad vitam & victum neceſſaria) vexatio. *l. 6. pr. ff. h. t.* Nec obſt. quod L. publica Julia coërceatur. *l. 2. § 5. ff. de L. Jul. de annon.* Conſtat enim idem delictum diverſis legibus vindicari. Lex Julia generaliter loq. contra defraudantes annonam; ſed h. l. ſpecialiter. Theod. *Orn. c. 3. aph. 12 num. 15.* Nam hoc crimen committunt, (α) qui annonam coëmptam ſupprimunt, minusque uberes proventus expectant, donec occaſionem carius vendendi conſequantur, dicuntur Dardanarii à Dardano Mago contaminatiſſimo, qui maleficis artibus annonam in granaria ſua advertere, & menſuras in admetiendo minuere ſolitus eſt. poſt Matth. *d. l.* Turneb. *Adverſ. l. 9. c. 17.* prout mentio fit *l. 6. pr. ff. h. t. l. 37. ff. de pœn.* Germ. *Korn-Wein-Juden, Statt-Wolff* & puniuntur negotiationis

Fingunt per Dardanarios.

Eorum pœna. interdictione, ſi ſcil. negotiatores ſint, Et pro delicti qualitate vel gravitate, etiam relegatione, aut ſi humiliores ſint, in opus publicum damnatione *d. l. 6. pr. in f.* Menoch. *A. I. Q. caſ. 582. & 586.* Stryck *in uſu moderno §. 2. & 7.* & Beyer *poſ. 17. 21 & 22 h. t.* Species hujus criminis eſt Propolium vel Monopolium, *Vor-Auf-Kauff*, non œconomica vel permiſſa negotiatoria: ſed fraudulenta rerum coëmptio & ſuppreſſio in ſpem lucri immodici Dn. Graſs. *D. de Propolio juſte prohibito.* Propolis autem pœna confiſcationis bonorum, & quandoque Relegationis dictatur. in Reform. Polit. *de Anno 1548. tit. 18. §. 2. & 5.* Ord. Polit. *de Anno 1577 tit. 18. §. 1.* quæ tamen pœna hodie non adeo frequens, ſed pro varietate loci varia eſſe ſolet. Dn. Stryck. *de Dardan. cap. 6. & praeced. cap. 5.* Joh. Voet. *n. 4 h. t.* Quando quis ad res ſuas ſub certo à Magiſtratu determinato pretio vendendas cogi? it. exportatio frumenti extra territorium prohiberi poſſit? vid. *tit. C. de Monop.* Blum. *t. 34. n. 31.* & ibi Friſch. *de Monop. c. 9. & 15.* ſupra *tit. de Contr. Empt. 5. 10 & 14.* It. quod non liceat corruptas merces cum incorruptis miſcere. Brunnem. *ad l. 1. C. de condit. in publ. horr. n. 4.* & infra *tit. Stellion. §. 5. in fin.* (β) Qui falſo pondere, ſtatera, & menſura utuntur, mercibusque adulterinis fallunt. *d. l. 6. § 2. ff. h. t.* add. Levit. *c. 19 v. 35. & 36.* Deut. *c. 25. v. 13. & ſeqq.* Prov. *c. 11. v. 1. c. 16. v. 11. & paſſim.* Reform. Polit. *de Anno 1548 & 1577. tit. 15. §. 1.* Stryck. *in uſu moderno §. 5. h. t.* Hujus pœna de Jur. Civili eſt extra-

Huc referuntur Propolæ.

Stateras & merces adulterantes.

Eorum pœna.

extraordinaria, præſtatio ſcil. dupli & relegatio. *d. l. 6. §. 2. l. 32. §. 1. ff. de L. Corn. de falſ.* De Jure Can. pœnitentia in pane & aqua per 30. dies *c. 2. X. de E. & V.* Jure Carol. qui doloſe menſuras, ſtateras & merces adulterinas pro juſtis & probatis publice venundare non veretur, & ipſo facto diſtraxerit, pro modo admiſſi, relegatione, fuſtigatione punitur, & interdum ultimo ſupplicio, ſi falſum ſit exorbitans & ſæpius iteratum. Ord. Crim. *art. 113. ibi in fin. Oft gröblich* ibi Claſen, Zieritz. *alem ſin præjud.* Jure Lubecenſi ſtatuitur, *man ſoll ihn rechten vort einen Dieb*, ibi Mev. *p. 4. t. 12. art. 1. num. 18.* Stryck. *in uſu moderno §. 7. h. t.* Stuttgardiæ Anno 1707. Vietor quidam, alibi jam relegatus, quia in falſificatione ſemper continuavit, & nonnullos vitæ jacturam inde feciſſe credebatur, capitis pœnam tulit. de quo videri poteſt Dn. Harpprecht. *in Reſp. crim. & civil. Vol. 4. Reſp. 75. per tot.* nec non *in Flor. Sparſion. ad tit. ff. & Cod. de Crim. Stell. §. 27.* Et Judicium Imp. Aulicum d. 7. Novemb. Anno 1707. vini falſificatorem 2. marcis auri puri mulctavit. add. Dn. Stryck. *d. D. cap. 8.* Carpzov. *q. 93. n. 78. & ſeqq.* Sicuti autem olim Romæ Ædiles Cereales; *l. 2. §. 32. ff. de O. J.* ita & hodie in bene ordinatis locis conſtituuntur, qui curam habent annonæ & pretia rerum diſtingunt. ſupra *tit. de ædil. edict. §. 1.*

VI. (8.) Eſt crimen Saccularîatus & Directariatûs. Saccularios, dicit Ulp. qui vetitas in ſacculo artes exercentes partem ſubducunt, partem ſubtrahunt; *l. 7. ff. h. t.* i. e. qui magicis aliisve malis artibus ex alienis ſacculis ſurripiunt. Stryck. *in uſu moderno §. 11. & 12.* & Bayer. *p. 717. h. t.* Huc que referuntur, qui ſaccos ferunt mercibus falſis repletos vitia rei vendendæ occultantes: gemmas adulterinas pro veris venditantes. Manticularii, Stellones, Crumeniſecæ vel Burſicopi, *Beutelſchneider und Spitzbuben*, quorum tanta eſt agilitas, ut omne ipſorum ingenium in digitos abiiſſe videatur, vid. Danh. *c. 110. num. 18. ubi exemplum.* item *Taſchenſpieler*, Teſſerarii, ut late, explicat Dn. Stryck. *Diſſ. de Saccul. & Direct. cap. 2.* Directarii dicuntur, qui in aliena cœnacula ſe dirigunt: furandi animo. *d. l. 7.* Hujusmodi perſonæ gravius, quam fures (de Jure Civ. *§. 5. l. de oblig. quæ ex del.* ſupra *tit. de furtis. §. 35.*) puniuntur, idcirco aut ad tempus in opus dantur publicum, aut fuſtibus caſtigantur, aut ad tempus relegantur. *d. l. 7.* Sed quantum ad Directarios diſting. eſt ex *l. 21. §. 7. ff. de furt.* ſupra *ad eund. tit. §. 25.* Hodie, ut alii fures coerceri ſolent, ita, ut ad pœnam ultimi ſupplicii quandoque deveniri queat, ſecundum ea, quæ Dn. Stryck. *d. Diſſ. cap. 4.* ubi *n. 28.* probe jungit; quia deſperatæ nequitiæ hoc genus hominum, adeo, ut nec fuſtigationem nec patibulum vereatur, hinc expeditius exiſtimaremus nihil

(8.) Saccularii.

Directarii.

Mentio Dn. Stryckii.

hil

hil, quam ſi hi maleferiati ad operas publicas vel ergaſtera condemnarentur. add. D. Harpprecht. *C. 10.* (9.) Qui alterius inſtrumenta adverſæ parti prodiderunt. *l. 1. ff. h. t.*

10. Scopeliſmus quid ſit. VII. (10.) Σκοπελισμὸς vel Lapidum poſitio; ubi inimicus in prædio inimici ponit lapides indicio futuros, quod, ſi quis eum agrum coluerit, malo letho periturus ſit inſidiis ejus, qui ſcopulos poſuiſſet. *l. 9. ff. h. t.* Quod crimen in Arabia petrea proprium, & putant Zieriz. *ad Conſt. Cr. in fin.* & Theod. Beyer. *poſ. 618. & 619. h. t.* Struv. *Exerc. 48. th. 12. & ſeqq.* ibique Mullerus. Joh. Voet. *num. 5. h. t.* Magos res veneratas vel magicas atque noxivas ſub lapidibus occultaſſe, quibus hominum & pecorum tranſeuntium vitis inſidientur. *Crus. c. 5. aph. 12. num. 19.* Hoc delictum ob agriculturæ impedimentum & mortis comminationem, graviter uſque ad pœnam capitis punitur. *d. l. 9. in fin.*

Punitur graviter. Talia autem delicta juxta morem provinciarum, ubi committuntur, non ubi de iis cognoſcitur, punienda eſſe, cum Bartolo & Cyno, tradit Theod. *d. l. n. 17.*

Affinia. Signa impoſito rei nondum evictæ. Affine Scopeliſmo eſt delictum, ſi quis rebus, quas prætendit ſuas, vel ſibi obligatas eſſe; ſed alius detinet ſignum ſuum impoſuerit, antequam eas per Judicem evicerit. Ideo licite ſignum illud detrahitur. *L. 1. L. 2. C. ut nem. lic. ſine Jud. auct.* & imponens extra ordinem punitur, ne dominium vel poſſeſſio inde arrogetur. Matth. *d. lib. 1. 3. c. 2. num. 4.*

Domus in domo debitoris ſignorum. Si creditor animam agentis debitoris domum ingrediatur, & ſigna ſua ſponte bonis imponat. *Nov. 60. c. 1.* Bocer. *Cl. 4. D. 9. th. 33.* Dd. *ex dd. ll.* colligunt, Mercatorem vel Opificem prohiberi poſſe, ne alterius ſigno utatur. Brunnem. *ad d. L. num. 5.*

Minæ Colonorum. Illud affine notat Dn. Voet. ſi Coloni ob non ſolutam penſionem, vel negligentem culturam, &c. à Dominis migrare juſſi varia minentur, ſicque injecto terrore impediant, ne quis ad culturam accedat. *ad ff. h. t. num. 5. in med.*

11. Aggerum ruptio. (11.) Qui Chomata vel aggeres aquam (Niloticam) continentes rumpunt atque diſſolvunt, ut effundatur, antequam incrementum ejus ad cubitum duodecimum aſcenderit. *l. 1. §. 5. ff. de flum. l. un. C. de Nil. agg.* Pro conditione perſonæ & admiſſi menſura diverſimode ſed extra ordinem, opere publico aut metallo plectuntur. *l. 10. ff. h. t.* Non obſt. *d. l. un.* ubi gravius delictum, & apertione Nili univerſale Regionis damnum inducitur. Hodie aggeres aſperius fluminum perrumpentes, præter emendationem damnorum cauſatorum, pro qualitate delicti puniuntur, ſupra ad tit. *de Rip. mun. § 5.* Menoch. *A. I. Q. caſ. 386. n. 1.* Beyer. *p. 620. h. t.* interdum ultimo ſupplicio. Matth. *d. t. 3. c. 2. n. 3. & 4.* Men. *n. 3.* Damh. *c. 105.* Zier. *ad Conſt. Cr. art. 114. in fin.* poſt alios, Brunn. *ad d. l. un. n. 3.* Voet. *d. l. th. 8.* Struv. *Exerc. 48. th. 86. ibiq.* Muller. De Iure Sax. ſi exundatio magnum nocumentum inferat, tradit. Coler. *dec. 171.* add. Stryck. *in uſ. mod. ſ. ſ. h. t.* Mev. *p. 9. dec. 119.*

VIII.

VIII. (12.) Circulatores & Circumforanei, qui ſerpentem, aliudve animal noxium circumferunt & proponunt; ſi cui ob eorum metum, vel ab ipſis beſtiis damnum datum ſit, pro modo admiſſi tenebuntur *l. ſ. ff. h. t. l. 42. in f. ff. de ædil. edict.* Menoch. *A. I. Q. caſ. 366.* Struv. *Exerc. 48 th. 37.* ibique Mullerus. Beyer *pag. 618* & Stryck *in uſu moderno §. 18. h. t.* Cumque hac extraordinaria perſecutione Actionem Legis Aquiliæ, item Act. Ædilitiam ad 100. aureos, ſi liber homo periit, concurrere, docet Matth. *h. t. c. 4.* Porrò nullâ certâ lege vindicantur (13.) Perjurium, DEUM e. habet ultorem. *l. 2. C. de R. C.* quod Matth. *de Cr. lib. 47. tit. ult.* ad inconſulta & ex calore facta perjuria vult referri. De Jure Civ. certa perjurii pœna per ſe non eſt. vid. *l. 21. & ſeqq. ff. de dolo malo. l. 13. § ſ ff. de jurejur. l. 4. ff. Stellion.* Theod. *Crim. c. 3. aph. 17. n. 4.* Carpz. *q. 44. n. 3. uſque ad 17.* Brunnem. *ad d. l. 2.* Stryck. *in uſu moderno §. 8. & 9. ad L. Cornel. de falſ.* DD. Harpp. *Reſp. 33. n. 36. cum ſeqq.* Sed quomodo puniatur de Jure Canon. vid. *c. 30. cauſ. 23 q. 5.* & per Conſt. Carol. *art. 107.* ubi diſt. Imp. inter cauſam Civilem & Criminalem. In illa, ſi lucri cauſa cum alterius damno juratum, pejerans, quantum poteſt, reſtituat, dein ſi infamis, privatur omni honore, & amputatione duorum digitorum, quibus erectis juramentum præſtitum, punitur. (Pœna autem præciſſionis articulorum, ultra hunc caſum, & *in ſeq. art. 108.* contra urphedas violantes, ad alios pejerantes non extenditur. Ziericz. Claſen. *qui jungit præjud. ad d. art. 107. in fin.*) Quòd ſi quis ſuo perjurio alium ad pœnam capitalem fecerit damnari, ipſe eadem pœnâ eſt damnandus. Sic M. Jul. ann. curr. 1708. Luxemburgi calumnioſo proditionis delatori pœna rotæ alias intentata fuit dictata. Et eandem pœnam ſubire tenentur, qui, ut falſum juretur, doloſe alios conducunt atque ſubornant. *d. art. in fin.* Gilhauſ. *c. 2. l. 4. num. 5. & ſeqq.* Carpzov. *q. 46. num. 36. confer. Diſſ. Argent. de A. 1669. de elogiis juratis, vulgo Urfehden.* Johann. Martin. Wichmans H.-uſen. *P. de perjurio judic.* Halæ Ao. 1714. hab. Chriſtoph. Gottlieb. Berger *de urphedis, vulgo. geſchworne Urfehd.* (14.) Expoſitio Infantis. *l. 2. C. de infant. expoſ. Nov. 153* Sed Jure Carol. *art. 132.* ſi infans incolumis reperiatur, pœna in convictum de crimine, juxta cauſæ qualitatem & peritorum conſilium, eſt arbitraria, carceris, relegationis. Mortuo vero infante, diſt. An expoſitio in locum remotum, eave intentione facta, ut mediâ, frigore vel alio modo pereat? An nimis ſero repertus interea, præter intentionem mortuus ſit, tunc exponens vel ultimo ſupplicio, vel in caſu poſteriori corporis afflictiva, fuſtigatione cum perpetua relegatione afficitur. Berlichius *p. 4. concl. 7. num. 36.* Carpzovius *Pr. C. q. 10.* poſt multos, Finckelthauſ. *obſ. 86.*

12. Circulatores.

13. Perjurium.

Ejus pœna Jure Carol. in cauſa civili.

In crimin. eſt pœna talionis.

14. Expoſitio Infantis. Quænam pœna huic delicto.

Expoſiti habentur legitimi & capaces ad munera.

obſ. 86. Stryck. *in uſu moderno* §. *12. 13. & 14. ad L. Cornel. de ſicar.* Publice Ex-
poſitos atque repertos, Germ. *Fündling*, licet parentes ignorentur, legitimos
tamen & ad dignitates ac munera publica, tam eccleſiaſtica, quam civilia,
capaces cenſeri, late defendunt Claſen. *add. art. 132.* Paleott. *de nothis, c. 63.*
Speckhan. *c. 3. cl. 1. quæſt. 14.* Carpzov. *Diſp. de infantibus expoſitis.* Frommann.
15. *Diſp. de levis notæ macula th. 19.* (15.) Improba mendicitas. *l. un. C. de
mendicant. valid.* Reform. Polit. *de Anno 1530. tit. 34. §. 1. de Anno 1548. tit. 26.
§. 1.* Ord. Polit. *de Anno 1577. tit. 27. §. 1.* Et Imperator jubet, ut validi men-
dicantes citius tradantur operum publicorum aliarumque artium præpoſitis,
in quibus valeant laborare ſimul & ali, atque ſegnem ad meliorem mutare
vitam. *Nov. 80. c. 5.* Fritſch. *de validis mendicantibus.* Stryck. *in uſu moderno*
16. *§. 17. h. t.* (16.) Si quis aliquid fecerit, quomodo leves hominum animi ſu-
perſtitione Numinis terrerentur. *l. 30. ff. de pœn.*

TIT. XII.

DE SEPULCHRO VIOLATO.

Cod. *Lib. 9. Tit. 19.*

§. I.

Spec. titt. Delict. Extraord. de Sepulchro violato. Synon. Sepulchrum quid?

NUnc ſequuntur ſpeciales tituli Delictorum Extraord. & quidem hoc titulo agitur de Sepulchro Violato, quod dicitur crimen Sepulchri violati, *l. 8. ff. h. t.* læſæ religionis *l. 1. C. eod.* contaminata defunctorum religio. *l. 5. C. d. t.* vid. Beyer. *pag. 621. h. t.* & Sepulchrum eſt domus, ſedes defunctorum. *l. 4. C. d. t. l. 40. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Arca, Arcula. *l. 7. §. 1. l. 39. ff. eod.* Aggeres conſecrati, Buſta defunctorum. *l. 5. C. h. t.* Quæ requir. vid. *l. 2. §. 5. ff. de relig. & ſumpt. fun.* & ſupra *ad eund. tit. §. 4. & ſeqq.* Hoc loco

Delictum hoc deſcribitur.

omnem ſepulturæ locum continet. *l. 3. §. 2. ff. h. t.* Et hoc crimen eſt extraordinarium, quod committitur dolô malô, corpora ſepulta, aut oſſa, vel reliquias extrahendo, vel contrectando, ſepulchrum inhabitando, in eo ædificium ad alium, quam Sepulchri, uſum habendo, ſaxa, marmora vel columnas auferendo, ornamenta & monumenta deformando, aliudve quid detrahendo, demoliendo, terram evertendo, ceſpitem evellendo, vel quovis modo violando, ac Sepulchri conditionem deteriorem reddendo. *l. 3. pr. §. 6. l. 7. f. l. 2. l. 4. l. 5. C. h. t.* It. ſi ex ſtillicidio recipiat humationem. *l. 5. § 4. ff. quod vi aut clam.* Matth. *de Crim. t. 6. c. 1. n. 2. & ſeq.* Bicc. *rer quot. ſelt. 4. th. 171. n. 19.* Delictum cenſetur atrociſſimum

De hoc Delicto agitur Civiliter.

& ſacrilegio proximum. *d. l. 5.* Vindicatur civiliter & criminaliter. *l. 3. l. 1. & ſeqq. ff. l. 3. l. 4. C. h. t.*

II. Actio

Actio Civ. de Sep. viol. quid ſit

II. Actio Civilis de Sepulchro Violato eſt actio in factum, Prætoria, quâ is, cujus intereſt, vel quivis de populo, agit adverſus doloſos ſepulchrorum violatores, ad id, quanti ejus intereſt æquum judicabitur, vel ad pœnam 100. aut 200. aureorum ſibi applicandam. *d. l. 3. pr.* Ratione Cauſæ E. R. eſt Prætoria; nam Prætor, in juſtum judicans injuriam reliquiis defunctorum atque ſepulchrorum conditionem deteriorem fieri *l. 7 ff. l. 6. C. h. t.* add. *l. 3. in med. C. de Ep. Aud.* ſpeciale hoc Edictum propoſuit. *d. l. 3. pr.* Ratione Cauſæ Effic. Prox. eſt Perſonalis. Deſcendit enim ex delicto dolo malo commiſſo; *d. l. 3. pr. & §. 1.* A Subjecto Popularis, *d. l. 3. pr. & §. ſ.* certo ſervato ordine. *ſeq §. 3.* Rat. Objecti Pecuniaria, *d. l. 3. pr. l. 9. ff. eod.* & Pœnalis. *l. 6. l. 10. eod. ff. l. 4. C. h. t.* Rat. C. Effic. Famoſa. *l. 1. ff. h. t.*

Ejus qualitates.

Subj. Act. 1. Is, cujus intereſt.

III. Subjectum Datur (1.) ei, ad quem jus Sepulchri pertinet, *l. 3. pr. & § 9. l. 6. ff. h. t.* vel cujus intereſt, puta agnato, cognato, hæredi, neceſſario, licet ſe bonis defuncti non immiſcuerit, *d. l. 10.* Menoch. *A. I. Q. lib. 2. c. 387. num. 7.* In actionibus enim popularibus is, cujus intereſt, præfertur. *l. 3. §. 1. ff. de pop. act.* Etſi plures ſint, omnibus datur *d. l. 3 § 9.* Sin nemo horum adſit, vel adſit quidem ſed agere nolit; tunc (2.) datur cuicunque de populo agere volenti. *d. l. 3. pr.* Voet. *n. 1. h. t.* Sin plures agere volunt, Prætoris eſt unum ex illis eligere, idoniorem ſcil. & cujus juſtiſſima cauſa eſſe videbitur. *d. l. 3. pr. l. 2. ff. de pop. act.* Ille tamen, cujus intereſt, pœnitentia acta, antequam lis ab extraneo conteſtata adhuc audietur. *d. l. 3. §. 10.* quod hic contra *l. 4. C. de pact.* ſpeciale eſt. Sed cauſa ſemel finita non admittitur, licet Reſp. cauſa abfuerit. *d. l. 6. ob ratio.*

2. Quivis de populo. Si plures ſ

Speciale.

Subj. Paſſ.

IV. Competit adverſus doloſos ſepulchrorum violatores. *d. l. 3. pr.* Dominum ſcientem, *d. l. 3. §. 11. l. 2. C. eod.* Magiſtratum in caſu *d. l. 3 § 5.* Creditores funus impedientes *l. 1. ff. h. t.* Sed pœnam his novo Jure conſtitutam vid. *N. 60. c. 1. pr. n. 115. c. 5.* ſupra *tit. de Relig. § 22.* Excluduntur autem omnes doli incapaces, & qui animum violandi non habent. *d. l. 3. §. 1.* Item excip. ſepulchra hoſtium, quia religioſa nobis non ſunt, & lapides inde ſublatos in quemlibet uſum convertere poſſumus; *l. 4. ff. h. t. l. 36. ff. de Relig. & ſumpt. fun.* ab hac tamen calamitate liberata, quaſi poſtliminio reverſa, priſtino ſtatui reſtituantur. *d. l. 36.* Sed cum mortuos nemo hoſtes judicet, corpora defunctorum contrectare nefas dicit Grot. *de J. B. & P. l. 3 c. 5. §. 3.* ibi Ziegl. etiam Jure Belli ſepulchra diruere ſemper fuit propudioſum, præſertim apud Chriſtianos; *Decian. tr. crim. l. 6. c. 44. n. 9* ſupra *de Relig. §. 3.* quod tamen Galli in excidio Montpelgard. Heidelberg. Wormat. Spirenſi, &

Excluſ.

Non hæredes. alibi, innumeri prorſus exemplo, non curarunt. Non competit hæredi, nec contra hæredes, per rat. *ad d. l. 6. & l. 10. in f. ff. h. t.*

Obj. eſt vel intereſſe, unde æſtimetur?

V. Objectum eſt pœna civilis, quæ diverſa eſt. Illi enim, ad quem res pertinet, datur ad intereſſe; *d. l. 3. pr. d. l. 6.* quanti judici æquum videbitur. *d. l. 3. pr.* Æſtimatur autem ex injuria, quæ facta eſt, item ex lucro ejus, qui violavit, vel ex damno, quod contigit, vel ex temeritate delinquentis, quem Judex nunquam minoris condemnabit, quam extraneo agente ſolet, hoc eſt in 100. aureos, *d. l. 3. §. 8. junct. pr.* ad majus tamen condemnatio fieri poteſt. Si vero Extraneus egerit, ob ſimplicem violationem datur ad 100. aureos exigendos, *d. l. 3. pr.* Sed ob doloſam habitationem, vel ædificationem in ſepulchro factam, ad 200. aureos; *d. l. 3. pr. in fin.* quod in hoc tantum caſu obtinet. Nam gravius delinquere cenſetur, locum religioſum permutationibus polluere, & in alios uſus convertere. *l. 12. §. 1 ff. de relig.* Bocer. *cl. 4. Diſp. p. th. 27.* Theod. *Otia c. 3. aph. 10. n. 11* Diſſ. Hahn. *ad Weſ. h. t. n. 2* pœnam hanc inter Fiſcum & Actorem dividit Weſenb. quod Hahn. & Theod. reſtringunt ad actionem popularem vel ſi Extraneus agat. *dd. ll.* Verius tamen eſt, quod

vel certa pœna.

Quæ tota cedat Actori.

tota Actori cedat, juxta ordinariam actionum popularium naturam, B. Parens m. *Diſp. de prov. del. poſ. 33.* Bardili, *Concl. Ex. 32. th. 8.* Brunnem. *ad l. 1. C. h. t. n. 4.* Dd. *ad §. 12. I. de act.* per *l. 12. pr.* ibi Goedd *n. 15. ff. de V. S.* ubi quod poſt L. C. Actor fiat creditor, ergo & ipſi, non Fiſco, debetur: alias Fiſcus diceretur creditor, & Actor tantum eſſet procurator Fiſci. ſupra *tit. de Juriſdict. § 11* porro prob. ex *d. l. 3 pr. d. l. 6.* ibi: *Ei, ad quem res pertinet, condemnatur.* & ex *d. l. 3. § 8.* ibi *Quantum intereſſit, ex damno, quod contigit* Nec obſt. *l. 25 § f ff. de SCto Silan.* ubi non in genere agitur de popularibus actionibus, ſed de certa ſpecie excepta, qualis non reperitur hæc noſtra. Nec obſt *l. 3 § 5 ff. h. t.* ubi non ſermo eſt de hac populari actione, ſed de perſecutione extraordinaria ſ. criminali, ſi ſcil. quis in civitate contra conſtitutionis prohibitionem ſepeliat. Matth. *d. t. 2. n. 6.* Struv. *Exerc. 48 th. 50.* ibiq. Mull. *vid. §. 12. de O & A.* ſupra.

Rat. Decid.

Obj. Reſp.

Obj. Reſp.

Forma. Finis. Effectus.

VI. Forma & Diff. Specif. in eo conſiſtit, quod competat ad Civilem Sepulchri violati pœnam exigendam. Finis eſt defenſio ſepulchrorum. Effectus eſt pœnæ præſtatio atque infamia. *l. 1. ff h. t.*

Criminaliter. Quæ pœna? Diſt. Subdiſt.

VII. Ex hoc delicto etiam agitur Criminaliter, & pœna pro diverſitate caſuum eſt diverſa. Diſt. autem, an quis armata manu, more latronum, ſepulchrum violaverit, & ultimo ſupplicio puniatur *l. 3. § 7. ff h. t.* Stryck. *in uſu mod. §. 3. h. t.* An ſine armis? & iterum Diſt. An corpora & oſſa ſint eruta & extracta? An vero Epitaphia ſeu monumenta tantum corrupta, reliquæ contrectatæ, ſaxa, marmora, aliave materia fabricandi cauſa ablata. Priori

ori caſu humiliores ultimo ſupplicio, honeſtiores vero deportatione puniuntur; Alias relegantur, vel in metallum damnantur. *l. 5. ff. h. t.* ſi viliores. *l. 2. C. eod.* Poſteriori caſu Reus vel ædificium, ad quod iſthæc materia profecta reperitur, fiſco inferre, *l. 2. C. h. t.* & inſuper eidem decem pondo auri ſolvere tenetur. *l. 4. C. d. t.* ibi Perez. Bocer. *d. l. th. 29.* Non obſt. *l. 5. C. h. t.* junct. *l. 9. pr. ff. ad L. Jul. de Peculat.* nam & ſacrilegii pœna per Conſtit. Impp. facta eſt arbitraria. *l. 4. §. 2. l. 6. pr. ff. d. t.* Theod. *d. aph. 10. n. 15.* Hasque pœnas hodienum obtinere, poſt Matth. Bard. teſtantur Hahn. *h. t. n. 2. in fin.* Schilter. *Ex. 49. § 37.* præjud. firmat Carpzov. *q. 83. n. 64. & ſeqq.* Stryck. *in uſ. mod. §. 1. h. t.* Imo ſi cadavera extracta ſpoliata & inſepulta relicta, aut delictum ſæpius iteratum, aliæque circumſtantiæ aggravantes concurrant, ad pœnam gladii perveniri poteſt, juxta præjud. Berl. *p. 5. concl. 47. n. 2.* Carpz. *J. F. p. 4. c. 34. def. 2.* & *q. 83. n. 59.* Beyer. *poſ. h. t.* Bardili, *Exerc. 32. C. F. 8.* Struv. *Exerc. 48. th. 19.* ibique Muller. Joh. Voet. *h. t.* Theod. *d. l. n. 33.* qui præc. *n. 16.* cum Weſenbecio & Bocero extendit ad eos, qui tempore peſtis ſemimortuos interimunt, aut neceſſaria, quò citius pereant, non ſuppeditant.

VIII. In h. t. etiam de alio Crimine, quod circa ſepulturam committitur, agitur; ſic contra Edictum in civitate ſepeliens 40. aureorum pœna Fiſco applicanda mulctatur, & locus publicatur. *d. l. 3. § 5.* Limit. vid. *in Nov. 131. c. 3.* Item Magiſtratus, ſi hoc permiſerit. *d. l.* ſed vid. ſupra *tit. de R. t. g. § 10.* Judex hoc crimen vindicare negligens, non minus, quam 20. librarum auri pœna, mulctatur. *l. 5. C. h. t.* ibi Zoeſ. *in fin.* Menoch. *d. l.* Berlich. *d. concl.* Porro dd. violatori ut affinis eſt Moribundi debitoris bona ſignans: ſupra *tit. de Extr. crim. § 7. in med.* Funus defuncti prætextu debiti impediens: Ante nonum à morte diem hæredes interpellans: quorum pœnas vid. in Auth. *Item qui.* & Auth. *Sed neque C. h. t. N. 60. c. 1. & N. 115. c. 5.* vid. Stryck. *in uſu mod. §. 2. h. t. & ſupra §. 22. de rel. g.* Joh. Voet. *n. ſ. h. t.* — Alia delicta circa ſepulturam.

IX. In hoc ergo Crimen non incidit, ſi quis ejiciat ſepultum ex loco, in quo jus ſepeliendi non fuit. *l. 3. §. 3. ff. h. t. l. 2. §. 1. & 2. ff. de relig. l. 39. §. 1. ff. ad L. Aq.* Licet de cætero extra pœnam non ſit. *l. 8. pr. ff. de relig.* Si non perpetuæ ſepulturæ traditum corpus transferatur. *d. l. 3. § 4.* Si quis exemerit eum, qui ſepeliri non debuit, ex. gr. uſurarius manifeſtus, qui pœnitentiam non egit, nec de reſtitutione pro modo facultatum cautum ſit. *cap. 2. de uſur. in 6. c. 1. Clem. de ſepult. c. 12. X. eod.* Menoch. *d. caſ. 387. n. 29. & ſeqq.* ſupra *tit. de relig. § 13.* Studioſi Medici Anatomiæ cauſa cadavera ſine permiſſu eximentes extraordinariâ afficiuntur pœnâ, uti tradit Matth. *h. t.* Carpzovius, *d. t. def. 4. in fin.* Berlich. *d. p. concl. 46. num. 22.* Stryck. *in uſu moderno §. 5. h. t.* D. Harpprecht. — Eripi. & in h. crimen non incidunt.

Pœna ſpoliantium cadavera.

Reſp. 47. Joh. Voet. *n. 5. h. t.* Carnifices, vel alii, qui cadavera punitorum ſpoliant vel denudant, & veſtes eis ſubtrahunt, quia locum juſtitiæ violant, & ſcandalum præbent, carcere, vel in caſu poſter. fuſtigationis aut relegationis pœna afficiuntur. Hahn. *d. l.* Carpzov. *d. C. def. 4. & d. q. 13. num. 62.* Stryck. *in uſu moderno §. 4. h. t.* Qui vero cadavera ſuſpenſa vel rotis impoſita prorſus tollunt, vel membrum abſcindunt in uſus magicos, Weſenb. *h. t. n. 3.* & Theod. *n. 16.* in iis pœnam capitis obtinere putant, ſed juxta intentionem auferentis fuſtigatio, relegatio, aliave pœna arbitraria dictari ſolet. Berlich. *d. concl. 41. n. 22. & 23.* Propinqui autem carcere vel mulcta puniuntur. Carpz. *d. C. def. 4.* Beyer. *poſ. 4. cum ſeqq. h. t.*

Affinia.

X. Remedia Affinia & Concurrentia ſunt Accuſatio ex L. Julia de vi publica *l. 1. ff. h. t.* Interdictum Quod vi aut clam. *l. 2. ff. eod. l. 11. §. 2. l. 13. §. 5. l. 15. §. 2. l. 22. §. pen. ff. quod vi aut clam.* Actio injuriarum. *l. 1. pr. ff. de relig. l. 1. §. 4. & 6. l. 27. ff. de injur.* Interdictum de Mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando. ſupra *ad eund. tit.*

TIT. XIII.

DE CONCUSSIONE.

§. I.

Concuſſio quid ſit?

CONcuſſio, item Impreſſio, *l. pen. C. de his, qui vi met. cauſ.* eſt Crimen extraordinarium, quod terrore, pecuniæ, vel rei alicujus extorquendæ gratia injecto, committitur. *l. 1. l. 2. ff. h. t.* Eſtque delictum privatum, ſi à privato committatur; Sin à Magiſtratu & officiali, item ſi vis acceſſerit, incidit in crimen publicum: *d. l. 2.* ut Magiſtratus h. m. publicum & privatum incurrat delictum. Theod. *Crim. cap. 9 aph. 1. num 10.* Menoch. *A. I. Q. caſ. 342. n. 11.* Beyer. *p. 623. h. t.* add. infra *tit. de L. Jul. repet.*

Quomodo committatur?

II. Committitur autem non niſi præcedente metu, ut ſi quis, ſimulato magiſtratus juſſu, vel colore futuri judicii, illicite quid extorſerit, aut à præſtatione ſe liberaverit. *dd. ll.* Item, ſi ſub ſpecie criminis, quod non eſt, pecuniam accipiat; *l. 1. ff. de calumn.* ſi ſub ſpecie tributorum illicitæ fiant exactiones, vel ſuperexactiones; ſi quis militem ſe fingat, ut alios vexet; vel metator, ſub prætextu adventus Officiorum aut militum, propria ſibi commoda inique vindicet. *l. 6. §. 3. 5. & 6. ff. de Off. Præſ. l. un. C. de ſuperexact.* Plura Exempla vid. *l. 3. C. de cond. ob turp. cauſ. l. pen. l. ſ. §. 1. & 2. ff. quod met. cauſ. l. pen. & ult. C. eod.* Bocer. *cl. 4. D. 9. th. 31.* Item, ſi à ſubditis plus debito extorqueatur, ſub prætextu militiæ, legationis &c. *c. 18. X. de immun. Eccl.*

Ejus pœna.

III. Hic delinquens, præter reſtitutionem ablatorum, varia & extraordinaria coërcetur pœnâ. *l. 1. ff. h. t.* Damh. *Pr. Cr. Caſ. 129. n. 4.* Stryck. *in uſu*

moderno

moderno h. t. Joh. Voet. *n. 2. h. t.* add. *l. 5. C. ad L. Jul. repet. c. 18. X. de immunit. Eccleſ.* Parit autem hoc delictum non tam actionem privatam, ſcil. cond. ob turpem cauſam, *l. 5. C. de cond. ob turp. cauſ.* Act. in factum ex Edicto de Calumniatoribus *l. 1. l. 8. ff. de calumn.* ſupra *ad eund. tit. §. 8.* ſed inſuper extraordinariam Accuſationem, qua Reus, pro qualitate perſonæ & modo delicti plectitur. *d. l. 8. l. 3. ff. ad SCtum Turp. l. 6. C. de cond. ob turp. cauſ.* Nonnunquam & publicum eſt judicium, & agitur ex L. Corn. de falſis, in caſu *l. 2. ff. h. t. l. 1. pr. §. 1. & 2. ff. de L. Corn. de falſ.* Ex L. Jul. Repetundarum, juxta *l. 1. 3. 4. & 6. ff. de L. Jul. Repetund.* add. infra *ad eund. tit.* indeque pœna eſt diverſa. Math. *h. t. n. 3.* Bocer. *d. l. n. 36. & 38.* Theod. *c. 3. aph. 13. n. 1.* Quomodo dentur actiones?

IV. Cum hoc affinitatem habet Diffidatio, *die Befehdung oder Abſagung*, à voce Fehda deriv. eſtque minitatio hoſtilis, qua quis per literas, ſigna, aliaque facta, inimico extremam vitæ, ſanguinis aut bonorum perſecutionem denunciat, unde pax publica violatur, & toti populo vel univerſitati damnum aut periculum imminet. Carpzov. *Pr. Cr. q. 37. n. 16.* Theod. *Crim. c. 6. aph. 11.* Beyer. *pag. 619. ad tit. de extraord. crim.* Diffidare idem eſt, ac bellum & extremas inimicitias alicui denunciare. Frider. *de Proceſſ. l. 1. c. 25. n. 2.* Ad hoc autem crimen req. (1.) Minitatio (2.) Signo, *Brandzeichen*, literis, *Fehdbrieff*, vel alio quodam facto denunciata, Verbalis enim minitatio non ſufficit. (3.) Ut publicum concernat, ſcil. toti populo ſive univerſitati hoſtilia metuenda ſint. Hinc locutio ambigua, *wolle es ſchon gedencken, rechen*, vel mortem alicui etiam literis denunciando, *wolle ihm eine Kugel durch den Kopf, Degen durch den Leib jagen*, non pro diffidatione, ſed pro nuda privatum concernente minitatione habentur, & exigi ſolet pignoratitia vel fidejuſſoria Cautio de non offendendo. Carpzov. *d. q. n. 21. & 86.* Berlich *p. 4. concl. 22. per tot.* Claſen. *ad art. 128. in fin.* Rumel. *ad A. B. p. 2. diſſ. 6. th. 7. & 8.* Stryck. *in uſu moderno §. 16. de extraord. crim.* ſupra *tit. quæ ſentent. sine appell. §. 4. & ſeqq.* Verum nocendi factum in ſe continere, ac Univerſitati periculum inde imminere debet; ex. gr. denunciando, *wolle ihm einen rothen Hahnen auf das Haus ſetzen, die Brunnen vergiffen*, Et talis diffidatio pro ſpecie fractæ pacis publicæ habetur, licet vis armata non acceſſerit, uti probant Frider. *d. l. num. 5.* Berlich. *concl. 21. n. 7.* Theod. *d. c. 11. n. 3.* Claſen. *ad art. 129. pag. 466.* Affinis Diffidatio quid ſit. Ejus req. Minæ ſint certæ. Si locutio ambigua, conſtituitur Cautione de non offend.

V. Apud Vett. Germ. Diffidationes erant uſitatiſſimæ, quia ſæpius lites armis finire ſolebant. Wehn. voc. *Befehden.* Sed poſtea limitatæ & coarctatæ ſunt, ſi Diffidator juſtitiam impetrare non poterat. A. B. *tit. 17.* Idque jam à Olim erat in uſu.

Frid. II. cautum eſſe, ex Goldaſto tradit Rumel. *ad A.B. p. 2. D. 4. th. 1. & 5.* Heig *p. 2. q. 32. n. 8.* Omnes per totum Imperium Roman. ſub pœna fractæ Pacis publicæ ſublatæ & abrogatæ ſunt ab Imp. Frider. III. in Comit. Francofurt. *de Anno 1486.* apud Lehmann. *Chron. Spir. l. 7. c. 117. p. m. 986. lit. D.* poſtea per Reg. Rom. Maxim. *Landfr. 1495. art. 1.* Rec. Trevir. & Colon. *Anno 1512. §. Und ob jemand. 1.* Imp. Carol. V. *Landfr. 1521. art. 1* & *de A. 1548. art. 1. & ſeqq.* Ord. Crim. *art. 129.* (quem Comment. communiter de pœna Concuſſionis intelligunt, & crimen hoc cum publico confundunt. Hahn. *ad Wiſ. h. t.*) Imp. Ferd. I. Rec. I. *de Anno 1555. §. Wir ſetzen 46.* Rumel. *d. l. th. 4.* ſub pœna fractæ pacis publicæ. Ideo, diffidatione quoquo modo verificata, In Cam. Imp. proceſſus decernuntur. Tennag. *d. dec. proc. cl. 1. c. 6.* Gilhauſ. *arb. Crim. c. 2. tit. 8. num. 6.* Frider. *d. l. num. 14. 15. & 18. ubi pragmat.*

In Imp. Rom. eſt ſublata ſub pœna fractæ P. P.

Excipiuntur tamen, & diffidationes permiſſæ ſunt, ſi cum Imperatoris vel alterius Principis conſenſu fiant: qui ſuo ſuorumque hoſti bellum inferunt, vim vi repellant, vel aliam juſtam cauſam habent. Ord. Crim. *d. art.* Gilhauſ. *d. l. num. 9.* quas tamen limitationes de perſonis publicis intelligit cum Berlich. Theod. *d. l. n. 5.* poſt alios, Rumel. *d. l.* Bocer. *de diffidat. c. 5.*

Limit. & permiſſa eſt.

VI. Cæterum Diffidatores privati, ſi abſentes, tanquam violatores Pacis Publicæ, in Bannum Imperii incidunt. dd. Conſt. Imp. & R. I. *de Anno 1555. §. Welcher aber 46.* Carpzov. *d. q. n. 9.* Si præſentes, & omnia requiſita concurrant, regulariter pœna capitis plectuntur. Ord. Crim. *d. art. 129.* d. R. I. *§. Wir ſetzen. 46.* Rumel. *th. 4.* Berl. *d. concl. 21. n. 4.* Etiamſi ſub conditione minitentur, nec ad actum pervenerint: Coler. *p. 2. dec. 252.* vel qui ejuſmodi diffidatores ſaltem receperunt, vel literas diffidationis ſolummodo conceperunt, vel ſcripſerunt, aut ſcienter obtulerunt. per *dd. Conſt.* Carpz. *p. 4. C. 14. def. 9.* ibique Gosw. ab Esbach Mevius *ad Jus Lub. p. 4. t. 16. art. 4. n. 6.* Sed hæc ultima ampliatio tanquam nimis dura, in Foro Saxon. non obtinet. & hujusmodi nudum miniſterium fuſtigatione ac relegatione punitur. Bocer. *c. 2. n. 15. & c. 4. num. 5.* Carpzov. *d. q. n. 52. & ſeqq.* Berlich. *d. l. n. 15. ſed ſeq. n. 20.* limit. niſi operam cooperativam præſtiterit, ſigna hoſtilia, titiones, carbones, papirum cum pulvere, aut ſimilia inflammationis ſigna ſuſpenderit, & ad locum ſuſpectum acceſſerit: Bocer. *d. tr. c. 6.* hoc tamen ſublimit. recipit, niſi pœnitentia ductus diffidationi ante captivitatem renunciaverit, & tunc ad fuſtigationem vel relegationem devenire ſolet. Berl. *concl. 25. per tot.* Carpzov. *d. q. num. 51.* Theod. *num. 10. & 12.* Bocer. *d. cap. 6. num. 8.* Heig. *d. q. 32. in fin.*

Pœna Diffidatoris, ſi abſens, præſens.

Ampl.

VII.

VII. Adhuc aliud affine Delictum eſt eorum, qui, animo alios offendendi, à domo ſua profugiunt, & ad loca ſuſpecta ſe conferunt, aut cum nefariis hominibus ſe conſociant, inde auxilium ſperantes. *Landzvvinger und leichifertige Austretter. Landfr. de Anno 1521. tit. 8. §. Und nachdem. 3.* R. I. *de Anno 1555. §. Wir ſetzen. 48.* ubi ſedes hujus delicti. In tales deprehenſos, licet minas nondum ſint executi, quia tamen Pac. publ. turbant, gladio ultore animadvertendum eſt. *l. 5. ff. de re milit.* Conſt. Crim. *art. 128.* & d. R. I. *l. c.* Gail. *de P. P. l. 1. c. 1. num. 5.* Non ergo ſpectat ad eum, qui, juſto metu gravioris violentiæ commotus à domo ſua profugiens, in loca non ſuſpecta ſe confert; ejus enim intentio eſt ab omni culpa. *d. R. I. & d. art. 128.* Ubi tamen jungitur cautio de adhibendo Juriſperitorum conſilio, ſi forſan dubium inciderit de animo turbandi, add. DD. *ad d. art.*

Leichtfertige Austretter, quinam? — *Eorum pœna.*

TIT. XIV.

DE ABIGEIS.

Cod. *Lib. 9. Tit. 37.*

§. I.

IN hoc tit. proponitur Crimen Abigeatûs, quod eſt maleficium extraord. quod dolo malo in pecoribus alienis, ex majoribus quidem unum, licet una vice; ex minoribus verò, vel totum gregem, vel ſæpius unum, ex ſtabulis, paſcuis, armentis, gregibus, & ſic deinceps, invito Domino lucrandi animo abigendo committitur. *l. 1. §. 1. & 2. l. 2. l. 3. § 12. ff. h. t.* Bocer. *cl. 4. D. 9. th. 42.* Dn. Harppr. *Diſſ. de Crim. Abig. th. 3. & ſeqq.* ubi d. Defin. explicat; D. Thomas. de abigeatu & crimen hoc, ad exemplum Furti, varie dividit, quod in puniendo Abigeo magnum uſum habet. Abigere autem idem eſt ac deprædari, abducere. *d. l. 1. § 1.* ſurripere. *d. l. 5. §. 2.* unde Abigei, Abactores. *l. 8. §. 2. C. de repud.* Abigeatores, Abigei latrones, *l. 9. §. 4. ff. locati.* Subtractores pecorum. Chriſtin. *Vol. 4. dec. 203. n. 5.* Germ. *Vieh-Dieb.* D. Harpprecht. *Reſp. 53. n. 54.* Nam hoc crimen furtum magis eſt. *d. l. 2.* Imo improbiores ſunt fures, quia plerumque ferro vel gladio utuntur, ſicque cum vi abigunt, ideoque gravius puniuntur *d. l. 1. §. 3. d. l. 2.*

Crimen Abigeatus quid ſit? — Synon.

II. Sic req. (1.) Abactio, (2.) pecorum, (3.) fraudulenta, (4.) invito Domino, (5.) lucri gratia facta. Dn. Harppr. *d. Diſſ. th. 25. & ſeqq.* Hujus ergo criminis Reus non fit, qui pecora, de quorum proprietate controverſia mota, abegit; niſi color tantum Abigeatus quæſitus ſit. *d. l. 1. §. f.* Porro, qui alienum equum vel bovem aberrantem, aut in ſolitudine relictum abduxit, fur potius eſt, quam abigeus. *d. l. 1. §. 1.* Ut &, qui ex minoribus animalibus capram vel ovem ſurripuit. *d. l. 1. §. 2.* Item, qui animalia, quæ non pecorum ſeu pecu-

Ejus req. Sicque excip.

pecuarium nomine veniunt, ut anſeres, anates, gallinas, pavones, columbas, cuniculos, & alia domeſtica & cicura animalia furantur, poſt Damhoud. Gilhauſ. *arb. Crim. c. 2. tit. 30. in fin.* item Canes. *l. 2. §. 2. ff. ad L. Aq.*

Objectum. Pecora Majora

III. Crimen Abigeatûs committitur in pecoribus & Majoribus, hisque Jumentis, ut vocantur equi, muli, aſini, qui bajulando homines juvant; *l. 65. §. 2. ff. de leg. 3. l. 38. §. 4. & 6. ff. de ædil. edict.* ſive Armentis, proprie vocantur equi & boves, qui aratro negocium peragunt; *l. 81. §. 3 ff. de leg. 3. l. 89. ff. de V. S.* & Minoribus, quæ proprie greges vocantur, ut ſunt ovium, ſuum, caprarum &c. *l. 2 §. 2 ff. ad L. Aquil. d. l. 81. §. 3. l. 8 §. 5. l. 9 ff. de inſtr. & inſtr. leg.* quamvis etiam Majora ad paſcendum gregatim emittantur, *l. 1. §. 1. ff. h. t. l. 1. §. 3. ff. de R. V. d. l. 2. §. 2* Bocer. *d. l.* Carpzov. *Pr. Cr. q. 86. num. 27. & 28.*

& Minora.

Sed cum differentia.

Sed hæc eſt differentia, ut Abigeus fiat, qui unum ex Majoribus; equum, bovem, vaccam, aſinum, &c. *l. 3. pr. ff. h. t. l. 16. §. 7 ff. de pœn.* Chriſtin. *n. 3.* Damhoud. *c. 113. n. 1.* Dn. Harppr. *d. D. th. 20 & 21.* ex Minoribus vero gregem, puta oves (item capras cum pretio parum differant) ad minus decem, porcos quinque vel quatuor, uno tempore abegit; *d. l. 3. pr.* vel etiam de minutis his animalibus unum vel alterum, ſed ſæpius ſurripuerit; *d. l. 3. §. 2.* quia abigendi ſtudium quaſi artem exercet. *d. l. 1. §. 1* quod de abactore tribus diſtinctis vicibus prædicari, poſt multos, docetur, in d. Diſp. *th. 24.* Hoc non refert, ſive abigatur ex paſcuis vel armentis, *dict. l. 1. §. 1.* ſive à ſylva, grege, imo & à ſtabulo. *d. l. 3. §. 1.* Carpz. *n. 33.*

Ampl.

Effectus. Quæ comp. Remedia?

IV. Pro recuperando pecore doloſe abacto ea competunt Remedia Rei perſecutoria, quæ pro re furto ablata. Quoad Pœnalia ea ſunt vel Ordinaria, ut actio Furti, *l. 2. ff. l. un. C. h. t. l. 40 ff. de furt.* Bocer. *d. l. th. 44.* & actio vi bonorum raptorum, prout hoc crimen cum vel ſine vi ablativa commiſſum eſt; d. Diſp. *th. 30. in med.* vel Extraordinaria, ut Accuſatio extraordinaria vel perſecutio criminalis. *d. l. un. d. l. 1. & 2.* De Jure autem Civili: pœna eſt arbitraria, pro ratione circumſtantiarum & qualitate perſonarum. Et quidem cum gladio vel adhibitis armis abigens, beſtiis objiciatur, *d. l. 1. §. 3.* ut ſcil. tanquam latro morte plectatur; quod præjud. firmatur in d. Diſp. *th. 35.* Si hoc delictum, vel ratione loci, vel ratione delinquentis, frequentius ſive propter *l. 16. §. 5. ff. de pœn.* duriſſime punitur. Nam ob frequentiam delicti pœna poteſt mutari in capitalem, Brunnem. *ad d. l. 1. n. 1* tuncque Reus humilioris fortunæ ad gladium damnatur. *d. l. 1 pr.* quod ibi Gothofr. *lit. n.* Cujac. Bocer. *n. 45.* de ludo damnationis accipi volunt; ſed de ultimo ſupplicio intelligi

De Jure Civ. pœna eſt arbitraria.

Ad gladium damnari quid involvat?

cum

cum aliis defendit Dn. Harpprecht. *d. D. th. 33.* Brunnemann. *d. l.* Dn. Voetius, *hoc tit. th. 2.* Item pœna metalli & in opus publicum perpetuum; *d. l. §. 3.* alioquin & plerumque in opus publicum perpetuum aut temporarium. *d. l. 1. pr.* Sed à ſtabulo abigentes plenius coërcentur *l. 3. §. 1. ff. h. t.* ubi Gothofr. *lit. e.* & cum aliis Bocer. *d. th. 45. in fin.* Dn. Voet. *th. 3. lenius* legi volunt. Verum in Pand. Florent. *plenius* habetur; & quia majorem violentiam committit è ſtabulo abigens, ideo Dd. communiter idem ſentire docetur in d. Diſp. *th. 36.* Gilhauſ. *n. 2.* Matth. *de Crim. t. 8. c. 2. n. 2.* Theod. *de Crim. c. 3. aph. 13. n. 5. & ſeqq.* Bardili. *Concl. for. Ex. 32. th. 10.* B. Parens m. *D. de priv. del. poſ. 56.* Joh. Voet. *n. 3. h. t.* Ad dictas tamen pœna, ſcil. gladii, metalli & operis publ. non pertinent honeſtiore loco nati, ſed hi vel ordine moventur, vel relegantur. *d. l. 1. §. 3.* Receptatores abigeorum, qui criminis ſocii non ſunt, decennali relegatione puniuntur. *d. l. 3. §. ſ. ff. h. t.* — *Explic. l. 3. §. 1. ff. h. t.* — *Limit.*

V. Hodiernis moribus plurimis in locis pœna hujus criminis eadem eſt, quæ furti, ita, ut usque ad pœnam ultimi ſupplicii deveniri queat. Theod. *n. 11. ad f.* Carpzov. *d. q. n. 37. usque ad fin.* Chriſtin. *n. 4.* à Sande, *l. 5. t. 9. def. 9.* Grœnew. *de LL. abrog. h. t.* Sed ad cujusque regionis conſuetudinem probe reſpiciendum: Bardili, *Concl. d. theſ. 10.* ut & ad concurrentes circumſtantias ac qualitates, ſicut in crimine furti, verb. gr. Abigeatus commiſſus an ſit cum armis, adhibita vi, cum ſtabuli effractione, reiterato? nam prima vice, licet quinque vel plura majora pecora abacta ſint, pœna mortis, niſi in ſpecie aliter receptum, non punitur; quæ latius explic. in d. Diſp. *th. 39* & ſupra *ad tit. de furt.* dicta etiam hoc applic. Stryck. *in uſu moderno h. t.* Joh. Schilter. *Exerc. 49. §. 39.* Joh. Voet. *n. 4.* — Quomodo hodie puniatur?

TIT. XV.
DE PRÆVARICATIONE.

Cod. *Lib. 2. Tit. 7. leg. 1.* Cauſ. *2. q. 3. c. 8.*

§. I.

PRævaricatio, de qua h. t. à varicando originem habet. *l. 212. ff. de V. S.* & Prævaricator quaſi varicator dicitur *in l. 1. pr. ff. h. t. l. 4. §. 4. ff. de his, qui not. infam.* qui quaſi obtortis pedibus incedit, & hinc & illinc ſtare videtur. Matth. *de Crim. t. 9. c. 1. n. 1.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Eſtque is, qui diverſam partem adjuvat, prodita cauſa ſua; *d. l. 1. princ. c. 8. cauſ. 2. q. 3.* Vel qui ex parte Actoris in partem Rei concedit, *d. l. 212.* & ex utraque parte conſtitit, *d. l. 4. §. 4. ff. de his, qui not. infam.* Hocque judicium eſt vel publicum in ſenſu ſtricto, vel in ſenſu latiori & ad illius exemplum moribus & ex interpretatione introductum. *d. l. 1. §. 1. l. 3. pr. ff. eod.* — Prævaricationis Etymol. Prævaricator quis? — Diviſio.

Homon. Sumitur latiſſimè.

II. Prævaricatio autem ſumitur vel Latiſſimè, & continet omnem, qui à præſcripto ſui officii deflectit; nec tantum Accuſatores in publicis; ſed & extraordinariis judiciis, & in his tam Advocatum *l. 1. §. 1. l. 3. §. 2. ff. h. t. l. 1. C. de Advoc. 1.* quam procuratorem, juxta *Ord. Crim. art. 115.* ſcil. tacenda manifeſtando, manifeſtanda tacendo, falſas exceptiones admittendo, proprias omittendo vel diſſimulando, aut alio modo doloſe faciendo, vel cum Reo colludendo, ut hic abſolvatur. *ad R. l. 1. §. 1. & 6. ff. ad SCtum Turp.*

Latè Prævaricatio advocati. Strictè Prævaricat. Accuſatoris.

Vel Latè & impropriè, quæ tanquam ab Advocato vel Procuratore committitur in privatis judiciis. *d. l. 1. §. 1. d. l. 3. §. 2.* ſupra *tit. de poſtul. §. 22.* Menoch. *A. I. Q. caſ. 325. num. 5.* Gilhauſ. *arb. crim. c. 2. t. 31. num. 2.* Vel Strictè & propriè, quatenus eſt doloſa Accuſatoris colluſio in publico & criminali Judicio cum Reo, ut hic ipſe abſolvatur, facta. *d. l. 1. §. 1.* Dicitur Prævaricatio Accuſatoris. Bocer. *cl. 4. Diſp. 9. th. 45.*

ex. gr.

Hinc ſi Accuſator publ. jud. ſe accuſare ſimulaverit, vera crimina, quæ propoſita ad ſuam cauſam maximè facerent, abſcondendo, proprias probationes diſſimulando, falſas exceptiones admittendo, aliove modo doloſe concurrendo, ut Reus abſolvatur, is propriè Prævaricator audit. *d. l.* Menoch. *n. 15.* Gilhauſ. *n. 1.* Sic inter Prævaricatores etiam refertur, qui parti adverſæ gratificando, clientem *juſte* litigantem hortatur, ut tranſigat conditionibus iniquis. Vel de induſtria protrahit lites, ut clientis conventionem ſuſcipiat. vel pro jure utriuſque colligantis patrocinatur, omnia dirigens atque diſponens, quamvis ad ſpeciem forſan Juvenis quidam clientis adverſantis tutelam ſuſcipiat. Ziegler *ad Ord. Crim. art. 115. in med.* vid. Stryck. *in uſu mod. crim. §. 1. h. t.* In ſumma, qui foris præ ſe fert ſpeciem hoſtis, & intus animum amicum fovet. Freher. *de Exiſtim. l. 3. c. 6. n. 12.* Vel quocunque modo cum adverſa parte ſecretum habet intelligentiam, *heimlichen Verſtand.* Speckhan *quæſt. Jur. c. 2. cl. 4. q. 41.*

Limit. in Notario.

Secus tamen eſt in Notario, qui ab utraque parte requiri poteſt, Richter. *dec. 85. in fin.* niſi in materia Retorſionis, ſupra *tit. de injur. §. 62. in fin.* Verum Procurator vel Sollicitator in eadem cauſa eſſe nequit. *Edict. Carol. V. Aug. Vind. publicat. die 3. Aug. 1548. Nehring. Manual. Notar. lib. 1. p. m. 160.*

Eſt publ. judicium.

III. De Prævaricatione propriè dicta datur publicum Judicium, quia agitur de corruptela publici judicii, in quo ejuſmodi prævaricator accuſatur, *d. l. 3. §. 1.*

Pœna Talionis.

& convictus eadem pœna afficitur, qua teneretur, ſi ipſe in legem commiſiſſet, qua Reus, per prævaricationem, abſolutus eſt. *L. 6. ff. h. t.*

Item infamia.

Inſuper in hoc judicio condemnatus notatur infamia, *l. 4. ff. h. t. l. 1. l. 4. §. 4. ff. de his, qui not. infam.* per tot. *ut l. 7. ff. de publ. jud.* & ab accuſandi munere arcetur. *l. 5. ff. h. t.* Menoch. *n. 12.* Beyer. *poſ. 3. cum ſeqq. h. t.*

IV.

IV. Prævaricatores minus propriè ita dd. ſcil. Advocatus, Procurator, Accuſator in extraordinariis Judiciis, non hac; ſed extraordinaria & arbitraria puniuntur pœna. *l. 1. §. 1. l. 2. ff. h. t.* add. *l. 38. §. 8. & 9. ff. de pœn.* Nec in publico; ſed extraordinario accuſari poſſunt judicio; quoniam Advocatus vel procurator, ſive prævaricatus ſit in publico, ſive extraordinario judicio, publicum tamen hoc delictum non committit, *d. l. §. 1. in fin. d. l. 3. §. 2.* & hoc moribus introductum eſſe prob. *d. l. 2.* Struv *Exerc. 48 th. 100. & 101. ibique* Mullerus, Carpz. *dec 91 & lib. 3. Reſp. 3.* Joh Voet. *n. 2. & 3. h. t.* Nec refert, Prævaricator nihil acceperit, vel mercede accepta cauſam prodiderit, & deſeruerit etiam propter iniquitatem. ſupra *tit. de poſtul. §. 23.* Hinc aliud eſt, & prævaricari non dicitur, qui, juribus viſis & cognitis cauſæ ſecretis, ſe illi patrocinium præſtare negat, & ſimul adverſarium adjuvare recuſat; Menoch. *n. 5.* Hahn. *ad Weſ. h. t. n. 3.* Claſen. *ad d. art. circa fin.* qui tamen hoc accipi volunt de caſu, ſi controverſia in Judicio ventilanda in facto, non in jure tantum conſiſtat, cum hoc poſteriori modo nec propalatio, nec fraus fiat clienti, & nullum crimen committatur. Item ſe res habet, ſi quis memoria lapſus, aut in alia cauſa adverſario patrocinium præſtat. Mev *p. 9. dec. 173.* Item, qui in privato delicto cauſam ſuam adverſario donat, & à lite diſcedit. *l. 7. §. 13. ff. l. 19. C. de pact.* Freher. *d. n. 12.* Sed quær. ſi Reus Accuſatorem vel Advocatum, ut ſecum colluderet, induxerit? & Reſp. quod pro victo habeatur, *l. 5. ff. h. t.* & ſententia abſolutoria reſcindatur, *l. 3. §. 1. ff. eod.* niſi ſit cauſa ſanguinis per *d. l. 5. l. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſent.*

Prævaricatio Advoc. vel minus propria quomodo puniatur?

Ampl.

Limit.

Si Reus adv. partem induxerit?

V. Secundum Conſtit. Carolinam Procuratores, qui ex propoſito & dolo malo, in cauſa ſive civili, ſive criminali prævaricati, & deſuper legitime convicti ſunt, non tantum omne damnum inde perpeſſum cum intereſſe clienti reſarcire tenentur, idque Actione Mandati; Menoch. *num. 9.* Claſen. *d. l. in fin.* Freher. *num. 14.* verum etiam in numellis publice exhibiti fuſtigatione & relegatione, *d. art. 115.* aliave ſimili pœna afficiuntur. *d. art.* jung *d. l. 38. §. 8. & 9.* Cauſa vero deciſa eſt denuo tractanda. *l. 1. C. de advoc. 1.* ſupra *tit. de poſtulat. §. 23.* Quia vero *d. art.* de Procuratore tantum loquitur, Dd. pœnam ibi expreſſam ad Advocatos prævaricatores extendi nolunt, ſed hos arbitraria pœna, pro qualitate perſonarum & ratione circumſtantiarum, coercent; *l. 1. §. 1. in f. ff. h. t.* Stephan. *ad d. art. in f.* Matth. *num. 3.* Kreſs. *d. Art.* Diſp. *de prev. del. poſ. 15.* remotione ab officio, relegatione & ſimiliter; Carpzovius, *p. 1. dec. 91. num. 18.* & *L. 3. Reſp. 3. num. 4.*

Ex Conſtit. Carol. Procurat. prævaric. damnum reſarciunt, & pœna corporali afficiuntur. Quomodo puniantur Advocati prævaric?

num. 4. non tamen ſine infamiæ nota Speckh. *d.* 9. *num.* 8. *in med.* Theod. *de Crim.* c. 3. *aph.* 14. *num.* 5. Freher. *d. n.* 14. *in fin.* Brunnem. *ad l.* 1. *C. de Advoc.* 1. *num.* 2. ubi *num.* 9. infamiam extendit ad Drem vel Conſultum pro utraque parte eodem tempore, ſuper Jure reſpondentem. poſt alios, Freher. *d. l. c.* 13. *num.* 8. vid. ſupra §. 15. *de his, qui not. infam.* Struv. *Exerc.* 48. *th.* 98. ibique Mullerus. Limitat cum aliis Brunnemann. *ad l.* 3 *ff. h. t. num.* 3. ſi diverſo tempore, mutata facti circumſtantiâ, vel opinione, fiat. Formam proceſſus in hac cauſa vid. apud Gilhauſ. *d.* 1. Placc. *de Prævaricatione in JCto perfect.* Stryck. *in uſu moderno* §. 2. Beyer. *poſ.* 8. *h. t.*

Pro utraque parte eod. tempore reſpondens.

TIT. XVI.

DE RECEPTATORIBUS.

Cod. *Lib.* 1. *Tit.* 5. *Auth. Credentes. Lib.* 9. *Tit.* 39.

§. I.

Receptatio quid?

IN hoc tit. agitur de peſſimo genere hominum, Receptatoribus nempe & Occultatoribus facinoroſorum, ſine quibus nemo diu latere poteſt. *l.* 1. *ff. h. t.* Receptatio hæc eſt crimen extraordinarium, quo quis facinoroſis, eos abſcondendi cauſâ, in ſuo vel alieno loco, dolo malo, refugium præſtat. *l.* 1. §. 2. *ff. de ſerv. corr. l.* 13. *ff. de offic. Præſ.* Receptatores ſunt vel Rerum, vid. *l.* 14. *C. de furt.* & ſupra *ad eund. tit.* §. 28. vel Perſonarum, de quibus *h. t.* Et ſunt, qui poſt delictum commiſſum delinquentes dolo malo celant, occultant, cuſtodiunt, defendunt, vel prohibent, ne Reus capiatur. In pari cauſa ſunt, qui eos, cum apprehendere poſſent, pecuniâ acceptâ, vel ſurreptorum parte, dimiſerunt, *l.* 1. *ff h t.* Neque h. t. ſaltem pertinet ad eos, qui Reos publicorum delictorum receperunt, ex. gr. homicidas, latrones, uti ſentit Weſ. *h. t. n.* 1. Sed & aliorum criminum, *rubr & l.* 1. *l.* 2. *C. h. t. de his, qui latr vel al. crim. reos occult.* ſic & privatorum delictorum arg. *l. f.* §. *f. ff. de abig. l.* 48. §. 1 *ff. de furt. l.* 3. §. 3 *ff de incend. ruina.* Hahn. *ad Weſ. d. num.* 1. Bocer. *cl.* 4. *Diſp.* 9. *th.* 52. Uffelm. *ad Rittershuſ. Differ. Jur. Civ. & Can. lib.* 6. *c.* 3. *obſ.* 4. D. Grav. *de receptat.*

Qui hoc crimen committant?

Quæ pœna de Jur. Civ.

II. Hoc delictum Jure Civ. punitur eâdem pœna, quâ ipſi delinquentes recepti puniendi ſunt, eosque æqualis pœna manet, *l.* 1. *ff. l.* 1. *C. h. t. d. l.* 3. §. 3. *ff. de inc. l.* 3. §. 12. *ff. de SC Sil. l* 9. *C. ad L. Jul. de vi publ. l. un. C. de Crim. pec.* Boc. *d. l th.* 53 ubi varia exempl., Berl. *p.* 5. *concl.* 35. *n.* 55. Voet. *n.* 2. *h. t.* hinc Bald mulierem receptatricem cum fure in crucem adactam eſſe refert. *in l.* 14. *C. de furt.* Quod tamen hodie non indifferenter obtinet; ſed diſting. An ſimul ſint delicti ſocii, & ante vel poſt commiſſum delictum auxilium præſtiterint,

Hodie diſt. an ſimul ſint ſoc. criminis.

terint, vel accepta pecunia celent, de quo caſu loq. *l. 1. ff. h. t.* quia his modis delictum latitantis approbare videntur, ejusdem criminis Rei fiunt, & illos eadem cum delinquente tenet pœna. Per ratihabitionem autem criminis Reum fieri, prob. *l. 5. §. 14. ff. de vi & vi arm.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.*

An nudi receptatores?

An vero nudi Receptatores, nec Reum ſociarunt; quia tantum, delicto jam perpetrato, delinquenti auxilium effugiendi aut evitandæ pœnæ præbuerunt, vel Judici eum offerre ſuperſederunt, arbitraria atque extraordinaria Judicis æſtimatione, pro ratione circumſtantiarum, vel pecuniaria, vel carceris, relegationis, &c. coercentur pœna, quæ diſtinctio etiam de Jure Civili obtinet. *l. 1.* ibi Brunnem. C. *h. t. num. 3. l. f. §. f. ff. de abig. l. 39. §. 4. ff ad L. Jul. de adult.* Matth. *de Crim. h. t. c. 2. num. 1.* Bocer. *n. 14.* Harpprecht. *ad §. 4. I. de obl. quæ ex del. num. 22.* Damhoud. *c. 130. n. 2.* Mev. *ad J. Lub. l. 4. t. 17. art. 2. num. 1.* Carpzov. *Pr. Crim q. 134. num. 40.* Finckelthauſ. *obſ. 112. per tot.* D. Grav. *de recept. th. 3. cum ſeqq.*

Prob. de J. C.

Nec obſt. partic. *Perinde*, in *l. 1. ff. h. t.* non enim omnimodam inducit ſimilitudinem, ſed ita accip. ſicuti delinquens punitur, ita & receptator, non tamen ſimpliciter eadem pœnâ. Gl. Bartol. Brunnem *ad d. l.* Theod. *Crim. c 3. aph. 15 num. 11.*

Obj.

Reſp.

Limit.

Hoc tamen limit. in receptatore Aſſaſſini, ob criminis enormitatem. per *cap. 1. de homic. in 6to.* cum Farin. Damhoud. B. Dn. Parens *Diſſ. de Aſſaſſ. th. 35* In Imperio Receptatores paciſragi vel ob alia crimina banniti eadem pœna banni puniri poſſe, docet Ord Cam. *p. 2. tit. 12.* Deckherr *ad Blum. tit. 29. th. 28.* Mev. *dict. l. num. 3.* Sic *in cauſa Sivers contra Wiſſten* ob contumaciam Bannitos defendens Procurator carcere & mutatione ſtatûs punitus. Nuncius Cameræ vero illos domo recipiens ab officio remotus eſt. d. 20. Octobr. A. 1658. Blum. *Sent. Cam. n. 427. in fin.*

Excuſantur, perſonæ conjunctæ.

III. Sed ii, qui pro tuendis liberis, parentibus, fratribus, conjugibus, agnatis & affinibus ſuis conſilium capiunt, eosque delinquentes receperunt, neque abſolvendi, neque ſevere admodum puniendi ſunt; cum non ſit par horum delictum, & eorum, qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt. *l. 2. ff. h. t.* arg. *l. 22. §. f ff. ad L. Jul. de adult. l 13. §. f. ff. de re milit. l. 1. ff. de bon. eorum, qui ante ſent.* Tiraq. *de pœn. temp. cauſ. 20. n. 1 & ſqq* Theod. *n. 13. & 14.* Damh. *n. 4.* Menoch. *A I. Q. caſ. 348 n. 7. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 2.* Joh. Voet. *n. 5. h. t.* Dictæ namque perſonæ non approbandi delicti cauſa, ſed potius ex naturali ςοργῇ vel vi amoris & affectionis victi receptiſſe cenſentur, & in tantum excuſantur; proin pœna arbitraria, videlicet mulcta quædam pro modo delicti & facultatum, vel carceris, vel breve exilium ipſis imponatur. Dd. *in d. l. 2. d. l. 1.* Carpzovius, *d. l. num. 49. ubi præju-*

& arbitrariè puniuntur.

Intempeſtivè commiſerantes.

Niſi criminis participes.

dicto Damhoud. *n. 4.* Vinn. *in not. ad Peck. de re naut. in d. l. 3. §. 3. de recept. lit. c.* Idem dicendum de iis, qui ſola intempeſtiva commiſeratione delinquentem ſine ſpe lucri receperunt. *l. 1. C. h. t.* add. *l. 5. §. 4. ſ. ff. de abig. l. 40. ff. de pœn.* vel ob ſexûs fragilitatem *l. 39. §. 4. ff. ad L. Jul. de adult.* Sed hæc mitigatio pertinet tantum ad eos, qui criminis non ſunt participes. *d. l. 39. §. 4.* Carpz. *n. 60.* Datur tamen caſus, ubi receptator durius recepto punitur. *l. 1. §. 1. & 2. ff. de abigeat.* Joh. Voet. *n. 5. h. t.*

An perſonæ conjunctæ latentes ſuos indicare, vel juramento ſe purgare teneantur?

Rat. decid.

IV. Sed quær. An parentes, conjuges, & cognati ob delictum latitantes liberos, conjugem, &c. apud Magiſtratum indicare cogantur? aut, ſi hoc in caſu ignorantiam prætendant, juramentum purgationis præſtare teneantur? Hoc primo intuitu affirmandum eſſe videtur, ne delicta maneant impunita: cauſa autem Reipubl. atque filii concurrente, iſta dicitur præferenda. arg. *l. 35. ff. de religioſ.* Verum Parentes, aliosve propinquos cogi non poſſe, prob. per *l. 6. C. de teſtib.* ubi generaliter Parentes & liberi invicem adverſus ſe nec volentes ad teſtimonium admittuntur, ergo multo minus coacti. junct. *l. 4. ff. de LL.* porro ob perjurii periculum, licet enim peccet, qui delinquentem, quamvis imperio naturalis affectus, non manifeſtat, majus tamen committit crimen occultatum perjurio liberans. Struv. *S. I. C. Ex. 48. th. 100.* cum Tiraq. Bocer. *de latron. p. 178. n. 38.* Diſp. *de del. priv. poſ. 38.* ita reſpond. Dnn. Scab. Lipſ. *ap.* Carpz. *d. q. n. 32. & ſeqq.* Idem de Conjugibus cum Decian. Farin. Math. tradit Brunn. *ad L. 2. ff. h. t. in fin.* Menoch. *caſ. 368. n. 10.* Et filius criminoſus à Patre prætentatus mitius punitur. Menoch. *caſ. 367.* Tiraq. *de pœn. temp. c. 18.* ubi memorabile exemplum *c. 19. & 20. n. 1.* vid. ſupra *§. 6. de his, qui ſui vel alieni jur.*

A receptatum pœna non excuſ. Caupones.

V. Sed ab hoc crimine & pœna præced. §. 2. non excuſantur Cauponam publicè exercentes, & facinoroſum ſcienter recipientes atque occultantes. Licet enim ad hoſpitandum inviti cogi poſſint, ſupra *tit. Nautæ, caup. §. 7.* hujuſmodi tamen receptio ſimpliciter eſt prohibita, nec ab illa Caupones excipiuntur. Ergo in perſonis & caſibus non exceptis regulæ erit inhærendum. Theod. *d. aph. 15. n. 9.*

Jurans ſe nil indicaturum.

Neque à d. pœna arbitraria immunis eſt, qui juratò aſſeverat ſe occultatum non indicaturum, vel delicta in ſecreto ſervaturum, per *c. 58. de R. I. in 6to.* nihilominus enim teſtimonium facere cogitur. Gail. *l. 1. Obſerv. 100. n. 4.* Menoch. *A. I. Q. caſ. 355. n. 4.*

Fracto carcere fugientem recipiens.

Quid ſi eum poſtea indicet?

Item, qui effracto carcere aufugientem receptat, cum Farinac. Suhmanno, Dn. Grav. *de Receptat. th. 9.* Et occultator malitioſus quandoque, ob indicia concurrentia, torqueri poteſt. Ord. Crim. *art. 40.* At ſi quis facinoroſum receptum & per aliquot dies occultatum non ſtatim, ſed pœnitentiâ ductus Magiſtratui poſtea demum indicet, in hoc tamen crimen incidit, & pœnæ in

eorum

torum ſubducendus non eſt; per *l. 65 ff. de furt.* licet mitius puniatur. Theod. *d. l. n. 10.* Belold. *delib. jur. h. t.* Perez *in C. h. t. n. 4.* Aliud ergo eſt, ſi inſcii, ſicque ſine dolo criminum Reos recipiant. *ſupra tit. Furti adv. naut. caup. §. 4.* Vel inviti vi & metu juſto, quia criminoſos nec repellere, nec tradere poſſunt. *l. ſ. C. h. t.* ubi ſimul proponitur, quid tum fieri debeat. & *in fin.* Si accuſatus innocens deprehenſus, accuſator receptationis pœnam, quæ in calumniatores exercenda eſt, ſubire cogitur. Maſcard. *de prob. Vol. 3. concl. 1265. num. 11. & per tot.* Limit. Si ignari vel inviti recipiant.

VI. Occaſione hujus tituli quær. An quis ob ſolam delicti ſcientiam, ſi illud non indicaverit, puniri poſſit? Et diſting. inter delictum commiſſum, & committendum: Quoad illud regulariter nemo propter ſolam ſcientiam puniri poteſt, Sic latronem non receptans nec capiens; ſed dimittens, modo non ſuaſerit, nec quicquam acceperit, abſolvendus erit. Gl. *in l. 1. ff. h. t.* cum Bart. Alberic. Boerio Dn. Grav. *d. l. th. 11.* idque per Regulam: Nemo ſua ſponte delicta manifeſtare tenetur. quam Dd. res prob. ex *c. 5. cauſ. 6. q. 2. l. 48. §. 1. ff. de furt.* & multo magis damnum ſibi datum quis reticere poteſt. *l. 9. ff. d. t. l. 6. C. de ſerv. fugit. c. 9. x. de pœn. & rem. ff.* ex Reg. in Tit. Cod. Ut nemo invitus agere vel accuſare cogatur. Theod. *d. l. n. 17.* Carpz. *d. q. n. 58.* ubi Pater, qui filiam, ſciens eam eſſe prægnantem, nuptiali die habitu virginali ad benedictionem ſacerdotalem deduci curavit, ab omni pœna abſolutus fuit. Stryck. *in uſu moderno §. 3. h. t.* Aliud vero eſt, ſi Magiſtratus de delictis & maleficiis interrogaverit, vel ad illa denuncianda certas perſonas conſtituerit, quales ap. Rom. Irenarchæ, Curioſi Stationarii, *l. 6. ff. de cuſtod. & exhib. reorum. t. 1. C. de Irenarch.* vel alius, cujus intereſt. *c. 4. X. de furt.* J. O. Tab. *de Tort. ad Conſt. Crim. art. 31. §. 16.* Item ſi à juſtitia admonitus nihilominus maleficum receperit & occultaverit. *l. 2. C. h. t.* Damhoud. *n. 5.* An quis ob ſcientiam delicti non indicati puniri poſſit? Diſt. inter delicta, commiſſa, quæ nemo ſponte indicare tenetur. Limit. Niſi quæſitus, vel admonitus.

VII. Excipiuntur ſemper Crimina graviora publica, qualia quisque ſciens indicare debet. Nov. *77. c. 1. §. 2.* ut Læſæ Majeſtatis, *l. 5. §. 6. C. ad L. Jul. Maj.* parricidii, *l. 2. l. 6. ff. de L. Pomp. de parric.* raptus *l. un. C. de rapt. virg.* falſæ monetæ. *l. 1. C. de falſ. mon.* &c. D. Bardili in *D. ſp. de reticentia th. 37. cum ſeqq.* Sic Latrones & facinoroſos homines in prædiis ſuis latitantes quivis Dominus, vel ſi abſit, ejus procuratores, ſeu primates poſſeſſionis ultro offerre debent. *l. 2. C. h. t.* add. Carpz. *d. q. n. 64.* Item nonnullis locis ſubditi crimina atrocia, quorum notitiam habent, ſub fide juris jurandi, Præfectis ſtatim denunciare jubentur, alioquin tanquam perjuri & complices graviter puniendi. leviora, ceu boni viri ac cives, Magiſtratui referant. uti de Saxon. & Elect. Palat. teſtatur Dn. Hert. *comm. jur. tom. 3. de parœm. Germ. 105. §. 2.* Jure Wurt. *W. Lands-* Excip. crimina graviora.

Lands-Ord. tit. 131. §. 4. & 8. ſi nullum ſit moræ periculum, manifeſtatio fieri ſolet in judicio cenſorio, *Rugegericht*, quotannis eum in finem uſitato. vid. *Würt. Lands-Ordn. tit. 111. & ſeqq. & tit. 131. §. 1. 2. & 4.* ibi: *Zu Beforderung gemeiner Ehrbarkeit und Nutzen.* D. Lauterb. *in Differ. Würt. in cauſ. crim. §. 5.* Concordat hac in parte Jus Saxon. Coler. *p. 1. dec. 205. Churpfaltziſch. Lands-Ord. c. 12. §. Damit auch.* in crimine falſæ monetæ. *Neue Muntz-Ordn.* Ferdin. *de A. 1559. §. Hierauffſetzen.* add. Mev. *ad Jus Lub. l. 5. t. 8. art. 6.* Coccejus *de ſocio crim. §. 37.*

Rug-Gericht.

Et inter del. committenda, indicanda de conſcientia; non in foro ſoli.

VIII. Quod attinet delicta committenda, omnes de illis manifeſtandis in foro Poli & conſcientiæ obligati ſunt, & vel ipſi Magiſtratui, vel aliis qui inſtans crimen impedire, illique obviare poſſunt, indicabunt. *c. 8. cauſ. 23. q. 3. c. 6. de ſent. excomm. in 6to.* In foro tamen Soli Dd. idem de hoc, quod de jam commiſſo tradunt, ſcilicet neminem regulariter ob ſolam ſcientiam obligari, neque ob non factam revelationem teneri. arg. *l. 48. §. 1. ff. de furt.*

Limit. 1. Hoc tamen limit. (1.) in perſonis, quæ aliis obſtrictæ ſunt vel ex Neceſſitate, *l. 2. ff. de L. Pomp. de parric.* vel ex poteſtate, *l. 1. §. 18. l. 3. l. 19. ff. de SCto Silan.*

2. vel ex fide & obligatione, ut ſubditi, Vaſalli. (2.) In perſonis, quæ delictis quovis modo obviare tenentur, vel rat. poteſtatis Patriæ, *l. 11. §. 4. ff. de his, qui not. infam.* & Dominicæ, *l. 45. pr. ff. ad L. Aquil. l. 2. pr. §. 1. l. 3. l. 4. ff. de nox. act.* vel rat. officii & Magiſtratus. *l. 3. C. de ſep. Viol.* Hinc tenetur Pater, Dominus, Cognatus, Magiſtratus ob delicti à filio, famulo, &c. committendi ſcientiam & impediendi negligentiam. (3.) In delictis atrocioribus, ex. gr. Læſæ

3. Majeſtatis, *l. 7. §. 2. l. 8. ff. l. 5. § 6. C. ad L. Jul. Maj.* &c. add. Myuſing. *C. 5. O. 40. & 45.* Stryck. *in uſu moderno §. 3. h. t.* ſupra *tit. de priv. del. §. 5.* & *ad tit. de Confeſſ. §. ult.* Finckelth. *O. 94.* Singula hæc tradit Theod. *d. l. num. 19. 20. & 21.*

TIT. XVII.
DE FURIBUS BALNEARIIS.

§. I.

Furtum Balnearium quale delictum? Cur hoc gravius furtum?

IN h. tit. agitur in ſpecie de Furto Balneario, quod committitur, ſi quis in publicis balneis veſtimenta vel aliud quid ſurripiat. Hoc furtum eſt crimen extraordinarium, & ſicut furtum nocturnum atrocius eſt delictum, ita & fures balnearii, ob communem balneorum uſum, gravius puniuntur; Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 30. th. 2. lit. E.* Quia Domini denudati, & lavandi gratia balneum ingreſſi veſtes ſuas aut alia cuſtodire & defendere nequeunt, econtra eo facilius ſurripi, vel veſtes atritæ cum melioribus commutari poſſunt. vid. Theod. *crim. c. 3. aph. 16. n. 1.* ideo æquitas poſtulat, & publicè intereſt, ut res & vo-

& veſtimenta lavantium ab hujusmodi injuriis gravitate & atrocitate pœnæ publicæ defendantur *l. 1. ff. h. t. l. 7. ff. de extraord. crim.* Nam quo major ſecuritas, & occultius crimen committi poteſt, eo gravior pœna eſt dictanda. *l. 1. C. de Ep. & Cler.* Mev. *ad Jus Lub. l. 4. t. 13. art. 6.* Menoch. *A. J. Q. l. 2. caſ. 296.*

II. Quia autem tantus apud Romanos Thermarum ornatus & lavandi erat ritus, uti videre eſt apud Roſin. *antiq. Rom. l. 1. c. 14.* frequentia quoque ibi erant furta, quare Capſarii (à capſa dicti) conſtituti, qui mercede veſtimenta in balneis ſervanda ſuſcipiant; *l. 3. §. 5. ff. de off. Præf. vig.* in *l. 13. ff. de manum. vind.* capſarius ſervus dicitur, qui nobiliorum civium filiis in ludum euntibus libros in capſula deferebat. D. Harppr. *in diſſ. de art. utili de recepto th. 12.*

Capſarius quiſ

III. Fures Balnearii de Jure Civili extra ordinem arbitrio Judicis puniuntur, qui tamen modum operis publici temporarii egredi non debet; niſi fur telo ſe defenderit, vel effractor ſit, tunc metalli pœna, vel honeſtior relegationis afficiendus. *d. l. 1. ff. h. t.* Miles vero in tali furto deprehenſus ignominia mittitur. *l. 3. ff. eod.* Hodie, niſi aliter ſtatutum reperiatur, aliis furibus ſunt exæquati. Ord. Crim. *art. 159. & ſq.* Hahn. *ad Weſ. h. t.* Matth. *de crim. h. t. c. 2. n. 1.* Schilter. *Ex. 49. §. 41.* Stryck. *in uſu moderno h. t.*

Pœna de Jur. Civ.

Quæ hodie?

TIT. XVIII.
DE EFFRACTORIBUS ET EXPILATORIBUS.

§. I.

SEquitur in hoc Titulo, & inter crimina extraordinaria recenſetur Effractio, vel Effractura, & in genere eſt crimen extraordinarium, quo quis fores carceris, aut furandi animo ædes, horreum, &c. effringit. *l. 1. pr. & §. 1. ff. h. t.* Effractores divid. in Diurnos, & Nocturnos. *l. 2. ff. eod.* Schilter. *Exerc. 49. §. 42.*

Effractio in genere quid?

II. De Effractoribus in ſpecie, qui ſcil. vincula vel carcerem aut locum pro cuſtodia aſſignatum frangunt & evadunt, quomodo deprehenſi puniantur, quær. & diſting. An Effractio ab ipſis incarceratis facta ſit, an ab aliis? illo caſu effractor capite punitur. *l. 1. pr. ff. h. t.* quod etiam confirmatur per *l. 1. C. de cuſtod. reor.* Sed inter Dd. controvertitur, an per capitalem ultimum ſupplicium, & mors naturalis, an civilis intelligatur? Farinac. *Crim. tit. de Carcer. d. q. 30.* octo recenſet opiniones. add. Stryck. *in Diſp. de carcere ad cuſtodiam c. 4. n. 11. & c. 5.* verum non mortis naturalis; ſed & civilis intelligi pœnam concludit, quod in Jure certiſſimum. ſupra *tit. de injur. §. 69.* Ut ſi Principis carcer effractus, aut effractor crimen capitale confeſſus, aut de eo convictus fuerit; tunc demum ultimum ſupplicium locum habere. *l. 38. §. pen. ff. de pœn. l. 13. §. 5. ff. de re milit.* In aliis vero delictis, & effractione carcerum

Effractio in ſpecie, de Jure Civ. Si fiat ab incarcerato, punitur capite.

inferiorum Magiſtratuum, pœna eſt mitior & extraordinaria; Idem eſt, ſi effractor ex imputato crimine innocens invenitur. *L. 13. ff. de cuſt. reor.* Schilt. *Ex. 49. §. 23.* Carpz. *Pr. O. q. 111. n. 91. & ſeqq.* Theod. *O. c. 5. aph. 16. n. 3. & 4.* Stryck. *in uſ. mod. §. 2. & 3. h. t.* Levius tamen puniuntur, qui conniventia vel negligentia cuſtodum evaſerunt per poſticam vel feneſtram apertam, *d. l. pr. in fin. ff. h. t.* aut ſine ulla violentia, aut poſtea aufugere impediti ſunt, in quali caſu JCti Tubingenſes relegationem dictarunt, Bocer. *Cl. 4. D. 9. th. 4.* D. Harppr. *Reſp. 13. n. 109. & 110. Reſp. 81. n. 88.* aut injuſte detenti, aut fuerint reverſi, aut fugerint ad Principem & Superiorem, imo impune eſt effractor ob periculum ignis, aquæ, &c. aufugiens, item ob ſævitiam Judicis, Carpz. *d. n. 96. ubi praejud.* Menoch. *A. I. Q. l. 2. caſ. 301. n. 12. & ſeqq.* poſt alios, Theod. *n. 5.* Gilh. *arb. cr. c. 3. p. 1. n. 32.* Damh. *c. 17. n. 8. & c. 18. n. 6.* D. Frantzk. *in Diſſ. de fuga juſtitia & injuſtitia th. 52.* Coccej. *Diſſ. de fuga.*

III. Si non ipſi incarcerati, ſed alii effregerint, diſting. An ipſi commentarienſes hoc fecerint, an vero alii plane extranei? Si illi, iterum diſting. dolo malo, an culpa vel negligentia dimiſſio incarcerati facta ſit; illo caſu cuſtodes de J. C. indifferenter ea de cauſa atque pœna tenentur, cui obnoxius docebitur fuiſſe fugiens, *l. 4. C. de cuſt. Reor. l. 1. C. de his, qui latr.* idem approbat Ord. Crim. *art. 180. pr.* & defendit Menoch. *d. tr. caſ. 302. n. 2.* Damh. *Pr. O. c. 17. n. 7.* poſt alios, Gilh. *d. l. n. 33.* Carpz. tamen *d. n. 107.* probe monet, ne faciles ſimus ad pœnam hanc irrogandam, cum durum ſit, Reo delicti criminoſi vel capitalis aufugiente, contra ejuſmodi cuſtodem æqualitate pœnæ ad ultimum ſupplicium procedere; quam ſententiam, ut æquiorem, approbat & in judiciis obſervari ſuadet Brun. *ad d. l. 4. in f.* ſicut & communiter, ſi cuſtodes dolo aut fraude, aut pretio corrupti quid fecerint, vel fugæ conſcii fuerint, fuſtigatione aut relegatione puniuntur. Carpz. *n. 105.* Hoc modo, ſi incarceratus effracto carcere elapſus aufugerit, tunc pro modo & qualitate culpæ extraordinaria Judicis arbitrio infligitur pœna. *l. 8. l. 12. ff. de cuſt. reor.* Conſt. Cr. *d. art. in f.* ibi Claſen. etiamſi cuſtodis ſubſtitutus in culpa ſit. *L. 14. pr. ff. d. t.* Quando excuſetur cuſtos vid. Gilh. *d. l. in fin.* Stryck. *in uſ. mod. §. 4. cum ſeqq. h. t.*

IV. Alius plane extraneus ſive tertius ſi carcerem effregerit incarceratorque emiſerit, vel ut effugerint effecerit, putant nonnulli, crimen læſæ Majeſtatis committi, per *l. 4. in f. pr. ff. ad Leg. Jul. Maj.* Verum *d. L.* non generaliter eſt accipienda, ſed cum Bachovio *ad Tr. V. 2. D. 31. th. 4. lit. D.* & aliis Dd. ad certam materiam reſtringenda. Dum enim quis confeſſum criminis læſæ Majeſtatis atque convictum effracto carcere extrahit, tacite illud approbat, ejusdemque criminis Reum eſſe cenſetur. Gothofredus, *ad d. l. lit.*

Mitigatur interdum pœna.

Caſus.

Si alius effregerit, diſting. An Commentarienſes, & quidem dolo, Loco Rei fugientis tenentur. An de pœna?

vel culpa.

Si tertius effregerit, an committat crimen læſæ Majeſt.?

l. fin. ſ. Quoad pœnam diſting. An coadunatis hominibus ſive vi armata carcerem effregerit, & incarceratos eduxerit, tunc, licet crimen læſæ Majeſtatis non incurrat, quia tamen publicam violare pacem videtur, Reus ſit fractæ pacis publicæ, & gladio punitur. Carpz. *Pr. Cr. q. 35. num. 59. & ſeqq.* Effractio vero ſine tali vi facta communiter arbitrariè punitur. Farinac. & alii ap. Carpz. *d. q. 111. num. 85.* Menoch. *caſ. 301. n. 1. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 8. h. t. cum ſeqq.* Quæ ejus pœna.

V. Expilatio eſt crimen extraordinarium, quo fures domus, villas, horrea, januas, feneſtras, &c. effringunt, & res inde auferunt; *l. 3. §. 2. ff. de eff. præf. vig.* Joh. Voet. *num. 1. & 2. h. t.* vel viatoribus in plateis pallia & veſtes diripiunt. Hique Expilatores, (quaſi ne pilum quidem relinquentes,) atrociores dicuntur fures *l. 1. ſ. 1.* ibi Gothofr. *ff. h. t.* Menoch. *d. l. caſ. 299. num. 1.* De Jure Civili tamen effractores nocturni fuſtibus cæſi in metallum dantur. *d. l. 2. ff. h. t.* Alii poſt fuſtigationem in opus publicum perpetuum vel temporarium dandi; *d. l.* Honeſtiores vero ad tempus ordine moventur, vel relegantur, *l. 1. ſ. 1. ff. eod.* prout Judex, cauſa cognita, arbitrabitur. *d. l.* Menoch. *num. 3.* Hodie tamen inter fures reputantur, & juxta modum circumſtantiarum puniri ſolent. Ord. Crim. *art. 126. & 159* Bocer. *d. l num. 65.* Stryck. *in uſu moderno ſ. 5. h. t.* Schilter. *Exerc. 49. ſ. 44.* add. ſupra *tit. de furt. ſ. 14. & 50.* His aſſimilantur Graſſatores, ſupra *tit. Vi bon. rapt.* Saccularii & Directarii. *d. l. 1. ſ. 2.* ſupra *tit. de Extraord. Crim. ſ. 5. & 6.*

Expilatio quid?

Expilatorum pœna de Jure Civ.

Hodie.

Affines.

TIT. XIX.
EXPILATÆ HÆREDITATIS.
Cod. *Lib. 9. Tit. 32.*
§. I.

IN hoc Titulo proponitur crimen Expilatæ hæreditatis, eſtque crimen extraordinarium, quo res hæreditariæ vacuæ, dolo malo, lucri gratia, contrectantur. *l. 2. ſ. 1. ff. h. t.* Vocatur etiam compilatæ hæreditatis, in *l. 35. ff. de N. G.* furtum improbius. *l. 12. C. ex quib. cauſ. infam.* unde etiam Expilatores fures improbiores audiunt in *l. 1. §. 1. ff. de effract.* à DDbus Furtum luctuarium dicitur, quia in domo luctus contingit. Damhoud. *Pr. Cr. caſ. 112. num. 1.* Hoc autem delictum furtum dicitur in ſenſu latiori; propriè enim tale non eſt; ſed incidit in crimen extraordinarium; *l. 2. pr. l. ſ. ff. h. t.* quia Furtum eſt rerum poſſeſſarum. *l. 1. §. 15. ff. ſi is, qui teſt. lib. eſſe juſſ.* Hoc verò crimen committitur in rebus hereditariis vacuis, quas ſcil. nemo poſſidet; non defunctus, quia ut ipſe tùm animo, tùm corpore eſſe, ita & poſſidere deſiit: non hæreditas, quæ licet Domini ſit loco quoad jura, non tamen quoad

Crimen Expilatæ hæreditatis quid?

Propriè non eſt furtum, quia committitur in rebus heredit. vacuis.

Cur dicantur vacuæ?

quoad poſſeſſionem: utpote quæ ratione adquiſitionis eſt facti, proin hereditati non ineſt, nec ad hæredes tranſmittitur, *d. l. 1. §. 15. l. 2. §. 1. ff. h. t. l. 23. pr. ff. de A. vel A. P.* add. ſupra *tit. de A. vel O. H. §. 32. tit. de A. vel A. P. §. 4. tit. de furt. §. 23.* Menoch. *A. I. Q. l. 2. caſ. 300. n. 3. & 4.* Beyer. *h. t.*

II. Ratione Cauſæ Effic. & Subjecti tam Activ. quam Paſſ. non differt à Furto; ſed rat. Objecti, quo requiritur (1.) Ut res hæreditaria contrectata ſit. Res autem hæreditariæ, quamvis aliàs late dicantur; *l. 19. pr. & §§. ſeqq. ff. de H. P.* & ſupra *ad eund. tit. §. 11.* hoc tamen loco in ſtrictiori ſenſu illæ dicuntur, quæ vere & proprie vel quaſi defuncti fuerunt. Nam ſi defuncto res aliqua commodata, oppignorata, vel apud eum depoſita, poſt hujus fata ſurrepta ſit, quia delinquens revera furtum committit, ideo hoc crimen locum non habet; ſed ideo commodator, deponens, &c. furti agere poſſunt. *l. 14. §. 14. ff. de furt.* ſupra *ad eund. tit. §. 19.* (2.) Ut res ſit vacua, vel hæreditas jacens, à nemine poſſeſſa vel detenta, *prec. §. 1.* Quo ipſo excluduntur res hæreditariæ ab aliis detentæ, ex. gr. à defuncto pignori datæ, aut commodatæ; quæ jacente licet adhuc hæreditate, & ab hærede nondum adita, ſi creditori aut commodatario auferantur, non Expilatio, *l. 5. ff. h. t.* ſed Furtum committitur, quia adhuc ad defunctum pertinere videntur, & ideo vacuæ non ſunt. *l. 68. & ſeqq. ff. de furt.* ſupra *ad eund. tit. §. 23.*

Objectum ſunt Res hæred. In ſenſu ſtr.

Cur non commodata, &c.

Res vacua.

Non ab aliis detentæ.

Forma.

III. Forma generica hujus criminis eſt fraudulosa contrectatio lucri gratia facta, ſicque cum furto convenit. Forma & D. S. deſumpta ab Objecto eſt fraudulosa contrectatio rerum vacuarum; Furtum autem rerum poſſeſſarum. Illud nihil refert, ut hoc crimen locum habeat, ſive adita ſit hæreditas, ſive non, modo ejus poſſeſſio ab hærede nondum fuerit apprehenſa. *l. 2. §. 1. ff. l. 1. C. h. t. l. 23. pr. ff. de A. vel A. P. l. 2. §. 1. ff. h. t.* Finis eſt intentio lucri, & ſic cum Furto coincidit. Effectus eſt Extraordinaria perſecutio & Accuſatio, quæ ex hoc crimine oritur *l. 1. ff. h. t.*

Finis.

Hoc delictum vindicatur.

Accuſat. Expil. Hæredit. quid ſit?

IV. Dicta Accuſatio hæreditatis expilatæ, *d. l. 1.* vel compilatæ, *l. 33. ff. de N. G.* eſt actio perſonalis, (oritur enim ex delicto) extraordinaria, *d. l. 1.* ſubſidiaria, *l. 2. pr. ff. eod.* qua factum expilatæ hæreditatis coercetur. Cujuſmodi in locum deficientis actionis furti intendi conſuevit. *l. 2. pr. & §. 1. ff. l. 3. C. h. t.* Aliud ergo eſt, ſi quis non criminaliter, ſed civiliter agere velit, *ſeq. §. 10.*

Cauſa Effic. Subj. Act.

V. Cauſa Efficiens hujus Accuſationis eſt dictum crimen. Datur hæredibus & ſucceſſoribus defuncti, vel quorum intereſt; *l. 4. ff. h. t.* adeo, ut unius hæredis factum, vel ſi unus ſaltem ex iis experiatur, etiam proſit reli-

reliquis cohæredibus. *d. l. 6.* Adverſus expilatores hæreditatis, vel qui rem hæreditariam ſubripuerunt, etiamſi ignoraverit, rem ad hæreditatem pertinere: Nam exiſtimatio ſubripientis nil mutat. *l. 5. ff. h. t.* Voet. *n. 1. h. t.* nec ignorantia veri domini excuſat, Damh. *d. c. 112. n. 3.* Porro non refert, licet hæredis accuſatoris Vitricus ſit, *l. 2. C. h. t.* vel Noverca, *l. 3. C. h. t.* ſi ſc. Avus vel tertius extraneus hæreditatem ad privignum devolutam expilaverit. *d. l. 3.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.* Verum, quia adverſus Uxorem defuncti non datur, ideo Mariti dicem ſuum functi ſucceſſores contra hujus uxorem vel viduam, mariti vel filii hæreditatem expilantem, hoc crimen intendere non poſſunt; *l. pen. ff. l. 4. C. h. t. l. 17. C. de furt. l. 33. ff. de N. G. l. 1. l. 2. ff. de act. rer. amot.* add. ſupra *tit. de Furt. §. 18.* Theod. *Om. c. 3. aph. 16. n. 9. & 10.* Menoch *d. l. n. 8.* ſed tunc Rerum amotarum actione, vel Rei vindicatione, vel Ad exhibendum actione contra eam experiri licet. *d. l. 6. d. l. 17.* Carpz. *l. 6. Reſp. 15.* vid. ſupra *§. 8. rer. amot.*

Paſſ.
Ampl.
Et contra Vitricum & Novercam, quando?
Non contra Uxorem.

VI. Neque regulariter hæc actio inter liberos & cohæredes defuncti locum habet, ſi unus ex iis expilaverit. *l. 17. pr. ff. de furt. l. 3. C. famil. erciſc.* idque (1.) per *l. 1. ff. h. t.* ubi alienam hæreditatem expilans extra ordinem coerceri ſolere dicitur, Reſpectu autem cohæredis non ſimpliciter eſt aliena, ſed res hæreditariæ omnium hæredum ſunt communes. (2.) Quia ceſſat præſumptio doli, qui enim partis Dominus eſt, jure potius ſuo uti, quam crimen & dolum committere creditur, *l. 51. pr. ff. pro ſoc.* quod tamen cum Alex. & Cravetta declarat Menochius, niſi quis ultra partem ſuam malitioſe quid acceperit. *d. caſ. num. 7.* (3.) Per *l. 3. C. famil. erciſc.* Nam his conſulitur per judicium familiæ erciſcundæ, *d. l. 3. l. 16. §. 5. ff. eod.* exacta per juramentum ejus, qui ſuſpectus eſt, rerum hæreditariarum declaratione. *l. f. §. 10. C. de jure delib.* vid. ſupra *§. 17. de jur. deliber.* Imo quandoque hic non admittitur, ſed potius contra eundem ab hæredibus in litem juratur. Weſenb. *h. t. n. 2.* Theod. *d. l. in fin. ubi præjud.* vid. Br. *l. 2. h. t.* Plat. *ad l. 9. C. unde vi num. 307. & 399. cum ſeqq.* Joh. Boniſac. *de furt. ad §. 3. contrectatio n. 103.* Sicque hac ſubſidiaria opus non eſt, quod idem probant Menoch. *d. l.* Perez. in *C. h. t. n. 3.* Carpz. *Pr. Cr. q. 83. num. 81.* Hæc tamen ſententia limitatur, hacque extraordinaria perſecutione conveniri poteſt cohæres, malitioſe vel doloſe lucri gratia rem hæreditariam amovens, vel celandi animo contrectans. arg. *l. 45. ff. pro ſocio.* Menoch. Perez. *dd. ll.* Carpz. *num. 84.* Brunnemann. *ad d. l. 3. C. famil. erciſc. num. 7.* & *ad l. 1. C. h. t. num. 7.* Dn. Voet. *ad tit. famil. erciſc. num. 40.* Quamvis Matth. furti potius teneri defendat. *Om. l. 47. tit. 12. num. 4.* Neque datur contra ſervum, qui teſtamento liber eſſe juſſus eſt. *l. 1. pr. §. 1. ff. ſi is, qui teſt. lib. ſupt. ad eund. tit. §. 2.*

Non datur inter liberos & cohæredes.
Rat. 1.
Rat. 2.
Limit.
Rat. 3.
Limit.

Objectum eſt pœna extraordinaria.

VII. Objectum eſt pœna extraordinaria. *l. 1. l. 3. ff. h. t.* Nam hoc judicium neque eſt publicum, quia nullam certam conſtitutam habet pœnam, nec ll. publicorum judiciorum notatur. Neque privatum, ordinarium, quia privatum actoris intereſſe non perſequitur; ſed extraordinarium. *l. 1. ff. h. t.* Quær. Cum hodie pœna furti ad ultimum ſupplicium extendatur, hoc autem crimen maximam cum furto affinitatem habeat, imò furtum improbius dicatur, vid. *præc. §. 1.* an proinde, quæ in Conſtit. Crim. Caroli V. de furto conſtituta leguntur, in hoc quoque crimine obtineant? Verior ſententia eſt, quod *art. 160. Ord. Crim.* in hoc crimine ceſſet, idque extraordinarie & arbitrarie coerceatur.

Quæ hodie non eſt ...

Rat. Decid.

Nam in odioſis extenſio locum non habet, maxime in exorbitantibus ſeu pœnalibus: Certum autem eſt, quod Conſtitutio de Furtis ab Imp. ſancita, contra ordinariam furti pœnam ſit introducta & exaſperata; Ad hoc itaque crimen, quod propriè furtum non eſt, d. art. pœna extendi non debet; ſed potius reſtringi. arg. *l. pen. ff. de pœn. l. 155. §. 2. ff. de R. J.* Porrò in *Ord. Crim. Art. So einer aus Leichtfertigkeit oder Unwiſſend etwas nehme, 165.* mortis ſupplicium vel certa pœna non definitur, ſed Expilatores hæreditatis ſecundum Juris communis diſpoſitionem extraordinarie ſicque Judicis arbitrio puniantur, Carpz. *n. 74. & 80.* Menoch. *A. I. n. 1.* Bardili, *Concl. for. Ex. 32. th. 16.* ita tamen, ut ad mortis pœnam ſe non extendat. Claſen. *ad d. art. in med.* Carpz. *n. 76. & 77.* Brunn. *all. 2. n. 2. h. t.* Schulz. *Exerc. 49. th. 48.* Böhmer. *n. 3. h. t.*

Pœna furti ſtatuta expilatori non dictanda eſt.

Hodie diſt. an expilaverint conjuncti,

VIII. Pœna de J. C. ſpecialis non eſt; *ſed ex circumſtantiis dijudicanda,* juxta *l. 1. § 1. ff. de Effract. & Expilat.* Moribus noſtris in dictanda pœna diſtin. An conjunctæ perſonæ, quæve ſperant hæreditatem jacentem, ex ea quid ſurripiant? & pœna erit vel mulcta, vel carcer, vel etiam relegatio; quam tali caſu excedere non licet. Menoch. *n. 5.* Carpz. *n. 84. ubi præjud.* add. ſupra *tit. de furt. §. 10.* An extranei expilaverint, & ad fuſtigationem extendi poteſt. Hahn. *ad Weſ. h. t.* Carpz. *n. 80.* Schulz. *Exerc. 49. §. 50.* Stryck. *in uſ. mod. §. 1. h. t.*

an extranei?

Effectus h. delictum infamat.

An hodie hujus Act. ſit uſus?

IX. Effectus hujus perſecutionis eſt ipſius pœnæ præſtatio atque exactio: Itemq; hac actione condemnatum, vel quamprimum judex delictum hoc commiſſum eſſe pronunciat, ſequitur infamia. *l. 12. ibiq. Br. n. 1. C. ex quib. cauſ. inf.* Boecl. *4. D. 9. th. 9.* Et quamvis nonnulli de hodierno hujus Actionis uſu dubitent, Perez. *d. l.* quia generali conſuetudine poſſeſſio rerum hæredit. ſine omni apprehenſione ipſo jure in hæredem transfertur, (Sed de ea, maxime in Imp. R. contrarium jam diximus ſupra *de A. vel O. H. § 31. in fin.* Suppoſita nihilominus conſuetudine poſſeſſionem transferente.) Niſi tn. hæreditas adita fuerit, aut res hæreditariæ detineantur, hæreditas revera jacens & vacua eſſe cenſetur, quæ ſi fraudu-

fraudulenter lucri gratia contrectata fuerit, ad ejus perſecutionem non furti actio, ſed hæc noſtra extraordinaria erit neceſſaria. add. *cit. tit. de A. vel O. H. §. 32.*

X. Cum hac Accuſatione concurrit etiam Actio Civilis, videlicet Rei vindicatio, Hæreditatis petitio, & Ad exhibendum; *l. 2. §. 1. l. 3. inf. ff.* ibique Brunnem. *ubi præjud. l. 4. C. h. t. l. 17. C. de furt.* etiam cumulative, ut una alteram non tollat; Nam hæc extraordinaria perſecutio eſt criminalis, quæ rei perſecutorium remedium non tollit. *l. 7. ff. de cond. furt. l. un. C. quand. civ. act. crim.* ſupra *tit. de O. & A. §. 94. in med.* Nec obſt. *l. 3.* ibi: *Electionem, ff. l. f.* ibi: *Loco deficientis actionis. C. h. t.* ibi enim non ſermo eſt de Rei perſecutoria actione, quæ nunquam deficit; vid. ſupra *tit. de furt. §. 34. & §. 59. n. 6.* ſed de deficiente alia actione pœnali. Hoc enim remedium extraordinarium non propter aliud rei perſecutorium; ſed pœnale impeditur quod idem probat Faber. *in Cod. h. t. def. 1.* Alius eſt caſus, ſi aliquid ex hæreditate ſurreptum, celatum vel amotum, vel poſſeſſor hæreditatis parum fideliter omnia bona in apertum protulerit, ſicque non omnia conficiendo inventario inſerta ſint, de quo vid. *l. f. §. 10. C. de jure delib.* & ſupra *ad eund. tit. §. 11. in fin.* Damhoud. *d. l. n. 6.*

Concurrunt aliæ actiones. Quomodo?

Obj.

Reſp.

TIT. XX.

STELLIONATUS.

Cod. *Lib. 9. Tit. 34.*

§. I.

NOmen Stellionatus dicitur à Stellione, verſutiſſimo lacertæ vel ſerpentis genere, variis coloribus quaſi ſtellato, hominis fraudulenter invido; Plin. *lib. 30. c. 10.* à quo animalculo nomen translatum eſt in homines varii pectoris & oris, ſubdole in aliorum impoſturam & necem agentes. *l. 3. §. 1. in f. ff. h. t.* Beyer. *h. t. pag. 629.* Dicuntur verſuti, vafri, malitioſi, veteratores, in Jure noſtro Impoſtores. *l. 3. §. 1. ff. h. t. l. 4. §. 2. ff. de ædil. edict. l. 1. §. 3. ff. de extraord. cogn.* D. Harpprecht. *Diſſ. de crim. ſtellionatus.*

Vocab. Stellionatus Etymol.

Synon.

II. Crimen Stellionatus nihil eſt aliud, quam crimen extraordinarium, generale, in ſubſidium, quoties ſpeciale nomen deficit, ita appellatum, quo impoſtores ſubdole & malitioſe, alterius fraudandi cauſa, machinantur, & propterea criminaliter coercendi ſunt. J. O. Tabor, *Rat. Crim. h. t. th. 5.* Theodor. *Crim. c. 3. aph. 17.* Dicitur generale, quia plura ſunt negotia, quam vocabula. *l. 3. §. 1. ff. h. t.* Licet enim ſpecialia nomina delictis impoſita ſint, dantur tamen plura, quæ nomine ſpeciali ſignificari nequeunt; aut in quibus certus titulus criminis deficit; Ne autem crimina impunita maneant, hoc generale nomen inventum eſt, & Stellionatus crimen objicitur. *d. l. 3. §. 1. in f.* Quod enim in Civili perſecutione Actio de dolo, id in Crim.

Criminis Stellionatus deſcriptio.

Qualiter.

In quo comparetur cum Actione de Dolo?

Stellionatus perſecutio præſtat. *d. l.* Hoc tamen non generalem involvit comparationem; ſed quod Stellionatus perſecutio æque ſit ſubſidiarium remedium, ac Actio de dolo. Beſold. *del. jur. l. 3. q. 6. verſ.* poſt alios, Theodor. *d. L. n. 5.*

III. Quoad Cauſam Effic. & Subject. inter hoc & alia crimina extraordinaria nulla videtur eſſe differentia. Objectum ſunt fere omnia negotia; hinc

Objectum.

Stellionatus dicitur everriculum omnium fallaciarum & impoſturarum, Freher. *de Exiſtim. l. 3. c. 10. n. 5.* imprimis verſatur circa contractus & diſtractus, vid. *ſeq. §. 3. & 4.*

Forma.

Forma generica eſt doloſa machinatio in alterius necem admiſſa, ſpeciali nomine carens. juxta *d. l. 3. § 1. in pr.*

Quomodo diff. à dolo malo?

Forma & Diff. Specif. quâ hoc crimen à dolo malo differt, conſiſtit in eo, quod factum h. l. conſideretur, quatenus criminaliter coërcendum. Si enim conſideratur tanquam cauſa civilis, ſive de quo civiliter agitur, tunc Dolus dicitur: ſin tanquam coërcitio criminalis, tunc crimen Stellionatus vocatur, item dolus criminalis. Freher. *d. l.* Sicuti hanc differentiam probat J. O. Tab. *Ration. crim. ad h. t. th. 19.*

Finis.

Finis conſiſtit in eo, quod in necem alterius committatur, *d. l. 3. §. 1.* i. e. in fraudem, damnum & perniciem. *l. 13. pr. ff. de minor. l. 1. §. 19. ff. ſi quid in fraud. patr.* J. O. Tab. *th. 15.*

Exempla, quomodo Crim. Stell. committatur.

IV. Ut natura hujus criminis melius pateſcat, placet quaſdam jungere ſpecies. vid. Beyer. *h. t.* Committitur autem, ex. gr. ſi quis dolo malo

1\. (1) Sciens prudenſque rem alii obligatam, diſſimulata obligatione, per calliditatem alii diſtraxerit, vel permutaverit, vel in ſolutum dederit. *l. 3. §. 1. verſ. Maxime ff. h. t.* Stryck. *in uſu moderno § 2. h. t.*

2\. (2.) Rem alteri oppignoratam, per calliditatem diverſis contractibus alteri oppignoraverit, & pignus utrique creditori haud ſufficiat. *l. 16. §. 1. l. 36. § 1 ff. de pign. action. l. 1 ſ. C. h. t.*

An ſi eandem rem duobus vendat?

Sed quær. Si quis duobus in ſolidum eandem rem diverſis contractibus vendiderit, & alteri tradiderit, an in hoc Stellionatus crimen incidat? Affirm. Hahn. *ad Weſ. h. t. n. 2.*

Rat. Dubit.

nam in *d. l. 3. §. 1.* expreſſe dicitur, quod impoſturam faciens Stellionatus poſſit poſtulari, Atqui talis venditor impoſturam facit, Ergo.

Rat. Decid.

Sed, hac ratione non obſtante, verius videtur, hunc venditorem in Stellionatus crimen non incidere. per *l. 21. ff. ad L. Corn. de Falſis.* Unde argum. Quodcunque factum incidit in crimen falſi, illud non recte dicitur crimen Stellionatus, quia titulus criminis ſpecialis non deficit; *d. l. 3. § 1.* Atqui de propoſito facto verum eſt Antecedens, per *d. l. 21.* Ergo & conſequens. Nec movet Hahnii ratio, quod hæc duo concurrere poſſint cumulative, cum ſit directe contra *d. l. 3. §. 1.* quod titulus criminis expreſſus excludat Stellionatum,

Cur duobus facta oppignoratio Stellionatus?

Sed ratio differentiæ, cur duobus eandem rem in ſolidum diverſis contractibus oppignorans Reus ſit Stellionatus, Vendens contra in crimen Falſi incidat,

vatior

verior eſſe videtur, quia lex & conſtitutio Imp. hoc factum ſpeciali ſanctione tanquam falſum notavit, non autem factum oppignorationis: Conſtat enim, crimen falſi locum non habere, niſi ubi lex ſpecialiter factum ut falſum expreſſit. Sequitur ergo, quod talis oppignoratio non in crimen falſi, ſed Stellionatus incidat. Cur autem hoc venditionis factum crimine falſi notatum ſit, ratio in eo conſiſtere videtur, quod, etiamſi una res pluribus fuerit oppignorata, communiter tamen creditores quoad effectum jure ſuo non defraudentur, cum res illa ampla vel pretioſa ſufficiat omnibus. *d. l. 36. §. 1. l. 15. §. 2 ff de pign.* Chriſtin. *V. 4. dec. 201. n. 20.* add. ſupra *tit. de pign. act. §. 27.* quod non procedit in Empt. Vendit. in qua nunquam non poteſt eſſe damnoſum factum, quo res una pluribus venditur, eaqueproptercr falſi crimen ſemper incurrit. latè J. O. Tab. *th. 10. & ſeqq.* Bardili. *Concl. for. Ex. 32. th. 19.* Dn. Mencken. *Opusc. Pol. Diſp. 18. th. 3.* Stryck. *in uſu moderno §. 2 h. t.* — Sed venditio [illegible] Falſi crim. [illegible]

V. (3.) Æs pro auro oppignoraverit Sciens. *l. 1. §. f. l. 16. §. 1. l. 36. pr. ff. de pign. act.* Sin auro dato æs ſubjecerit, Furti tenebitur. *d. l. 36.* ſupra *tit. de pign. act. §. 27. in fin.* (4.) Ignoranti creditori rem alienam, tanquam ſuam, oppignoraverit. *d. l. 16. §. 1. d. l. 36. § 1. l. 2. C h. t.* Sive pejeraverit eſſe ſuam, *l. 3 ff. h. t.* ſive non, quamvis Salmaſ. *de modo uſur. c. 14.* & Matth. *h. t. c 1. n. 3.* per *d. l. f* ut Stellionatus committatur, hoc caſu jurato factum eſſe velint: ſed contra *l. 3. §. 1. ff. h. t. d. l. 16. §. 1.* In *d.* enim *l. fin.* perjurii fit mentio per caſuationem & facti expoſitionem, non per criminis determinationem, ut loq. J. O. Tab. *theſ. 15.* (5.) Creditor pecuniam non numeratam vel jam numeratam iterum accipiat. *l. 29. §. 2. & 3. ff. mandat.* (6.) Sciens ſtatu liberum, diſſimulata conditione futuræ libertatis, ſimpliciter vendiderit. *l. 9. §. 1. ff. de ſtat. liber.* (7.) Merces ſuppoſuerit, vel obligatas averterit vel corruperit, *d. l. 3. §. 1.* vel ſuppreſſerit, *d. l. 3 §. 2.* quo ſpectat, ſi corruptas pro bonis vendiderit; vel doloſe exornaverit, ut emptor cupidus inhiet, Menoch. *A. I. Q. l. 2. c. 313 n. 6.* Joh. Voetius. *n. 2. h. t.* Inutilia miſcuerit, Brunnem. *ad l. 1. C. de condit. in publ. horr. n. 4.* Species aridas in locis humidis detinuerit. add. Ord. Crim *art. 113* ſupra *tit. de Extraord. Crim. §. 5 inf. l. 3 § 1. ff h. t.* (8.) Falſo triſtem aliquem nuntium tulerit, e. gr. adventum hoſtis, ut vilius emat; niſi nimis credulus fuerit *l. 1. §. 2. ff. de eo. per quem fact.* (9.) Majus pretium obtulerit, tantum ut licitantem inducat. (10.) Divitem temere pauperem adſeruit. (11.) Rem feudalem, ut liberam, alienaverit. *2. F. 35.* ſed add. Theod. *de eph. n. 9.* De his & aliis pluribus ſpeciebus vid. J. O. Tab. *th. 17.* Menoch. *A I. Q. l. 2. caſ. 311.* Simon. *Prof. Acad. tom. 2. Diſſert. 9. de Del. omm. theſ. 9.* D. Harpprecht. *Diſſ. de crim. ſtellionatus & Reſp. 54.*

3.
4.
Ampl. Obj.
Diſſ.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.

Eff. Crim. eſt extraordin. perſecutio, quid? Cauſ. Effic.

VI. Effectus hujus criminis eſt extraordinaria perſecutio, *l. 2. l. 3. §. 2. ff. l. 4. C. h. t.* qua is, qui dolo alterius fraudatus eſt, pœnam arbitrariam Stellioni poſtulat imponi. *d. l. 3. §. 2.* Hæc neque ad publicum, neque ad privatum pertinet judicium: Non ad illud, quia lege publicorum judiciorum non notatur, Nec ad hoc, quia non ad privatum actoris intereſſe exigendum tendit. *l. 1. l. 3. §. 2. ff. l. 3. C. h. t. l. 3. ff. de extr. ord. crim.* Datur omnibus iis ſolis, quorum intereſt.

Subjectum. Objectum eſt pœna arbitraria.

Adverſus Stelliones regulariter omnes *d. l. 3. §. 1.* Ad pœnam extraordinariam, infligendam. *d. l. 2. d. l. 3. §. 2.* Ubi tamen non plane liberum eſt Judicis arbitrium, ſed ad tramites juris & æquitatis, pro ratione circumſtantiarum & qualitate perſonarum, adſtrictum, vid. late Carpzov. *pr. Cr. q. 133. n. 3. & ſeqq.* Ita, ut de Jure Civili in plebejis hæc pœna opus metalli non egrediatur, & in his, qui ſunt in aliquo honore poſiti, ad tempus relegatio, vel ordine remotio ſit. *d. l. 3. §. 2.* Hodie viles etiam fuſtigari, & in perpetuum relegari ſolent, quod præjudicio firmat à Sande. *l. 5. t. 9. def. 8.* Stryck. *in uſu moderno ſ. ſ.* & Brunnem. *ad L. 3. n. 3. h. t.*

Quær. An infamia damnatum?

VII. Sed quær. An hoc judicium ſit famoſum, & eodem damnatus infamia notetur? hoc quidam per *l. 2. ff. h. t.* negant, alii per *l. 13. §. ſ. ff. de his, qui not. infam.* affirmant. Ad hos textus conciliandos nonnulli *d. l. 2.* accipi volunt de judicio per ſe conſiderato, vel quatenus quis de Stellionatu ſaltem accuſatus. Sed *d. l. 13. §. ſ.* ſi quis de hoc crimine diſerte condemnatus ſit, poſt alios, Bocer. *Cl. 4. D. 9. th. 13.* & *in ſin. tract. de crim. læſ. Maj.* J. O. Tab. *th. 28.* Econtra Faber. *l. 4. conject. c. 2.* Salmaſ. *de modo uſur. c. 14. ad l. 2.* partic. *Non*, tolli volunt.

Diſt. An concurrat cum actione civili per ſe famoſa? Conciliatio l. 2. ff. h. t. & l. 13. §. ſ. ff. de his, qui not. infam.

Verum, quia in Jure noſtro ea facta dicuntur famoſa aut non famoſa, in quibus condemnatus infamia notatur, vel non: *l. 7. ff. de publ. jud.* proinde ex communi Dd. ſententia *d. l. 2.* accip. de tali facto, quod non deſcendit ex cauſa, quæ in privato judicio & civiliter condemnato infamiam importat; *d. l. 7.* ſic in actione emti venditi, pignoris, &c. ob dolum damnatus, inde tamen non fit infamis, quia ipſum negotium nunquam eſt famoſum, licet dolus acceſſerit. ſupra *tit. de his, qui not. infam. §. 9.* Verum ſi circa tale negotium crimen hoc admiſſum ſit, quod alias certis de cauſis famoſum eſt, ex. gr. circa depoſitum, mandatum, ſocietatem, tutelæ adminiſtrationem, &c. & quia delinquens famoſa actione de dolo tenetur *l. 7. §. 1. ff. de dolo* etiam infamiam ex Stellionatu incurrit. ita accip. *d. l. 13. §. ſin.* Quoniam autem hæc Juris analogiæ conveniunt, inde Dd. res communiter hanc ſententiam tenent atque defendunt. poſt mult. alleg. Menoch. *d. caſ. 381. n. 30.* Beſold. *del. jur. d. q. 6.* Weſ. *h. t. num. 3.* Bach. *ad Tr. Vol. 1. Diſp. 8. th. 6. lit. C.* Zoeſ. Perez. *h. t.* Theod. *d. l. n. 7.* Freher.

d. n.

d. n. 5. in f. Brunnem. *ad d. l. 2. & d. l. 15. §. f.* Schilter. *ad ff. Ex. 49. §. 51.* Simon. *d. Diſſ. th. 10. §. 3. & 4.*

VIII. Ad Contraria pertinet, ſi vel Crimen, vel Accuſatio deficiat; Illud fit, & hoc Crimen excluditur (1.) Si quis ignorans rem alienam, vel alii pignoratam, vel in publicum obligatam tradiderit. *l. 16. §. 1. ff. de pign. act.* D. Harpprecht. *Reſp. 54 n. 67.* (2.) Ob denunciationem & certiorationem rei obligatæ; Nam in ſcientem & volentem, ſicut nec injuria, ita nec crimen hoc committitur *d. l. 16. §. 1.*

Contraria vel ceſſat Crimen, ſi dolus abſit,

IX. Hoc fit, vel Accuſatio impeditur (1.) Pœnitentia, oblato ſcil. damno, vel eo, quod intereſt, *l. 1. C. h. t.* ante L. C. *d. l. in fin.* quod ſingulare eſt quia h. l. magis ad defraudationis eventum, quam defraudantis intentionem reſpicitur. Nam regulariter crimina peracta pœnitentia non perimuntur. *l. 65. ff. de furt. l. 5. ff. vi bonor. raptor.* (2.) Si adverſarius, ſciat, vel de fraude participet. *d. l. 16. §. 1. in f. l. 2. C. ſi aliena res pign.* (3.) In caſu *l. 36. §. 1. ff. de pign. act l. 15. §. 2. ff. de pign.* add. *præc. §. 4. in f.* Et in caſu *l. 21. ff. de falſ.* præc. *§. 4.*

vel Accuſatio impeditur Pœnitentia,

Adverſario ſciente vel participatione, &c.

X. Cognata ſunt Remedia concurrentia, Actiones ſcil. Rei perſecutoriæ. *l. 1. §. 2. ff. de pign. act.* Quamvis enim hoc crimen in ſubſidium introductum, hæcque extraordinaria perſecutio ſit ſubſidiaria, *d. l. 3. §. 1. ff. h. t.* concurrentem tamen rei perſecutoriæ actionem non excludit, neque impedit; quia hæc perſecutio eſt criminalis, quæ actionem rei perſecutoriam non tollit. *l. 7. §. 1. ff. de condict. furt. l. un. Cod. quand. act. civ. crim. l. 5. C. de cond. ob turp. cauſ.* ſupra *tit. de O. & A. §. 94.* Interdum tamen Judex de crimine extraordinarie cognoſcens, juxta ſtylum arbitrii liberiorem, ipſius rei damnique rationem habere ſolet, ita, ut ex officio Reum rem reſtituere, damnumque præſtare condemnet, & amplius pœnam corporalem in eum ſtatuat; aliquando tantum reſtitutionem injungit. juxta *l. 56. §. 1. ff. de furt.* Diſſ. Heig. *l. 2. q. 23. n. 24.* ſed vid. J. O. Tab. *th. 25.* Sin Judex in Reum criminaliter tantum animadverterit, læſus non impeditur rei quoque & damni præſtationem actione rei perſecutoria repetere. per modo *cit. ll.* add. ſupra *tit. Expil. hered. §. 10.*

Concurrunt Actiones Rei perſecutoriæ.

TIT. XXI.

DE TERMINO MOTO.

Cod. *Lib. 9. Tit. 2. leg. 1.*

§. I.

ALia ſpecies criminis extraordinarii eſt Amotio Terminorum. Terminus dicitur à terminare, quod eſt finire. Cic. *de Sen. 74.* Vocabulo hoc in genere accepto continetur omne dominiorum diſtinguendorum gratia collocatum, ſepes, foſſæ, flumina, juga montium, &c. in ſpecie vero comprehenduntur

Termini Etym. Homon.

omnia ſigna, confines agros diſtinguentia, ut lapides, pali, arbores & ſimilia. Damhoud. *Pr. Crim. c. 127. num. 1.* ſupra *tit. Fin. reg. l. 1. inſ.* Germ. *Reinung, Marckung, Marck- oder Mahl-Stein-Baum.* Romanis Terminus Deus dictus, quod in ejus tutela eſſent agrorum fines, unde & Sacra Terminalia. Roſin. *Antiq. Rom. l. 2. c. 20.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.*

Synon.

Termini motio quid ſit

II. Termini motio eſt crimen extraord. quo quis terminos finium cauſa poſitos, extra ſuum gradum aut fines, avellit, propellit, effodit, tranſponit, movet, aut mutat. *l. 1. l. 2. pr. l. 3. pr. ff. h. t. l. 1. C. de accuſ. l. 4. § 3 & 4. ff. fin. reg. c. 24. diſt. 86. c. 3. X. de Prob. c. 1. X. de ſepult.* Vel, qui finium obſcurandorum cauſa priſtinam faciem locorum convertit, ut ex arbore arbuſtum, & ex ſylva novale, *Neubruch.* vid. *l. 30. §. 2. ff. de V. S.* aut aliquid ejuſmodi faciat *l. 3. § . 2 ff. h. t.* Habetur pro facto peſſimo, *d. l. 2. pr.* & in hoc crimine cuivis permiſſum eſt accuſare & deferre. *l. 3. pr. inſ. ff. h. t.*

Quæ pœna L. Agraria,

III. Terminorum doloſa mutatio ſevere prohibita eſt lege Divina. Deut. *c. 16. v. 14.* Cajus Julius Cæſar Lege Agraria doloſè moventibus ſtatuit pecuniariam, ſcil. 50. aureorum pœnam populari actione in publicum petendam in ſingulos terminos loco motos *l. 3. pr. ff. h. t.* quæ cum propter inopiam pecuniæ magna eſſet, Imp. Nerva adjecit limitationem, ut in ſervis delinquentibus inſciis Dominis, mulctam ſufferre nolentibus, pœna eſſet capitalis. *d. l. 3. 1.* Sed Imp. Hadrianus convertit in extraordinariam pro facti qualitate & conditione admittentium, *l. 1. l. 2 ff. h. t.* idem confirmavit Imp. Alex. Sev. *l. 1. C. de accuſ.* Quamvis Legis Agrariæ uſus non ubivis ſit ſublatus, ſicuti probant, & de pœna pecuniaria docent Brunnem. *ad d. l. 3.* Schilter. *Exerc. 20. §. 31.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.*

[illegible]

De Jure Civ. diſt. An terminos evellat, an tranſponendo ſubdiſt.

IV. Diſt. ergo de Jure Civ. An quis terminos moveat evellendo, ut lapides terminales ſubducat, & committitur furtum; Menoch. *A. J. Q. L. 2. caſ. 393. n. 11.* eumque tamen extra ordinem tantum coerceri, ex *l. 1. inſ. h. t.* ſentit Damhoud. *d. l. n. 1.* Claſen. *ad Conſtit. C. art. 114. th. 4.* Gilhauſ. *arb. Crim. cap. 2. tit. 32. n. 3.* An tranſponendo, ut fines ſuos extendat, ſi ſit perſona honeſtior & juvenis, ad tempus, ſed in longius relegatur: ſi ſenior, remiſſius, vel breviori exilio. *l. 2 ff h. t.* Si vilior, ad opus publicum damnetur Menoch. *n. 16.* & cum Paulo Theod. *Crim. c. 3. aph. 11 n. 3.* Et ſi ſiat lite deſuper pendente, litem perderet cum ſumptibus, & reſtitutione tanti, quantum alteri eripere conatus Damh. *n. 4.* Menoch. *n. 19. inſ.* D. Harppr. *Reſp. 48. n. 21. cum ſeqq.*

An fiat ex juſſu, vel ignorantia.

Qui vero movit, non ut ſibi proſit, ſed ex juſſu aliorum, vel ut vicino noceat, is caſtigandus, & ad opus biennio dandus. *d. l. 2.* Si autem idem quis fecerit, non ex dictis rationibus, ſed per ignorantiam, aut fortuitò, verberibus

puniatur

tantum eſt coërcendus. *d. l. 2. in f.* Hæc locum habent, licet termini non moti; ſed tantum obſcurati ſint. *l. f. §. 2. ff. h. t.*

V. De Jure Carolino ſimiliter punitur ſecundum qualitatem delicti & perſonæ, *art. 114.* etiam pœna corporali, ibi: Peinlich am Leibe geſtraffet, i. e. fuſtigatione. Zieriz. Claſen. *ad d. art. in f.* Theod. *d. l. num. 6.* Brunnem. *ad l. 1. ff. h. t. num. 3.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* D. Harpprecht. *Reſp. 48. n. 11. cum ſeqq.* Myler. *in metrolog. cap. 19. num. 14.* De Jure Saxon. quomodo puniatur, vid. Carpzov. *Pr. Cr. q. 83. num. 70. & ſeqq.* Berlich. *p. 5. concl. 52. num. 44. & ſeqq.* Schilter. *d. l. §. 31. & ſeqq.* Jure Wurt. an Leib, Ehr und Guth. Lands-Ordn. *tit. 130. §. 10.* Interdum tamen pœna capitalis locum invenit, ſi per hujusmodi doloſam motionem toti regioni ſingulare damnum adtrahatur. ſupra *tit. de Extraord. Crim. §. 7. num. 11.* Tandem hæc Actio motorum finium cumulari poteſt cum Civili Finium regundorum actione. arg. *l. 7. §. 1. ff. de cond. furt.* Bardili, *Concl. for. Exerc. 32. th. 20.* Schilter. *d. l. §. 11.* Myler. *metrolog. cap. 15.*

Quæ pœna de Jure Carolino?

Saxon.

Würt.

An capitalis locum habeat?

Concurr.

TIT. XXII.
DE COLLEGIIS ET CORPORIBUS.

§. I.

COllegium dicitur a colligendo, & h. l. eſt cœtus plurium ſodalium, *l. 1. pr. ff. h. t.* vel conventus eorum, qui ejusdem ſunt poteſtatis ac profeſſionis. *l. 173. ff. de V. S.* Dualis tamen numerus non ſufficit; ſed tres ad minimum perſonæ conſtituunt Collegium; *l. 85. ff. de V. S.* quamvis in unica ejus jura conſerventur. *l. 7. §. f. ff. quod cuj. univ. nom.* Beyer. *par. 3.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t. ubi exempla.* Collegia dicuntur Conventus, Sodalitia, *d. l. 1. pr. ff. h. t.* Societates. Corpora. *l. 1. pr. ff. quod cuj. univ. nom.* Collegium quidem & Corpus diff. ut ſpecies & genus, quia illud eſt plurium perſonarum, & hoc plurium Collegiorum conjunctio. Collegæ audiunt confratres, ſodales, *d. l. fin.* qui fictione Juris omnes pro una perſona habentur. *l. f. §. 7. ff. de quæſt.*

Collegium quid ſit?

Quot req. perſonæ?

Synon.

Differt à corpore.

II. Collegia div. in Licita & Illicita, *l. 1. & t. t. ff. de Colleg.* Illa ſunt, quæ publica Legis, vel Principis, vel Senatus authoritate inſtituta & probata. *l. 3. §. 1. ff. h. t. l. 1. pr. ff. quod cuj. univ.* unde legitima & privilegiata vocantur quod ex literis fundationis & privilegiis cognoſcitur. *c. 7. X. de priv.* Theod. *Crim. c. 3. aph. 18. num. 1. in fin.* Berlichius, *num. 5.* Stryckius, *in uſu moderno §. 2. h. t.* ſupra *tit. quod cuj. univ.*

Collegia ſunt vel Licita, Quænam?

Quis ea concedat? An & Magiſtrat. infer.

§. 22. Hoc jus concedendi collegii, Germ. Gülden-Gerechtigkeit hodie annexum eſt juri Superioritatis. Habnius *ad Weſenb. h. t.* Fritſchius, *de Colleg. c. 4. theſ. 2.* Mev. *p. 4. d. 301.* Competit quidem & Magiſtratibus inferioribus, vel ex conceſſione Superiorum, vel ex longa conſuetudine. Mevius, *d. l. & ad Jus Lub. l. 4. t. 13. art. 3. n. 4. & ſeqq.* Berlichius. *p. 1. dec. 150. num. 2.* Fritſch. *d. l. num. 3. & 5.* Quamvis horum jus non ſit abſolutum, ſed Superioris arbitrati ſubjectum. Mevius, *p. 8. dec. 201.* Quare conceſſis his privilegiis vel ſtatutis Clauſula reſervatoria communiter jungi ſolet: Daß man ſich vorbehalte zu mindern, zu mehren, zu beſſern, und zu ändern. Mevius, *p. 1. dec. 239.* Nam, publica neceſſitate vel communi utilitate exigente, Magiſtratui hæc facultas denegari nequit. Mev. *d. p. dec. 290. n. 1.*

Clauſula reſervatoria.

Varia Collegia.

III. In jure Collegiorum varia fit mentio; verb. gr. Collegii Pontif. *l. 2. §. 6. ff. de Orig. Jur.* Theologorum, ſive probatæ religionis, aut devotionis vel pietatis cauſa, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* in Confraternitates, modo non fiant ſub prætextu tantum religionis, vel ſub ſpecie ſolvendi voti; *l. 2. ff. de extraord. crim.* JCtorum, Medicorum, Grammaticorum. *l. 6. C. de Prof. & Medic.* Scholarium, Auth. *Habita. C. Ne fil. pro patre.* Argentariorum, *l. 6. pr. ff. de edend.* Fabricenſium, *l. 1. C. de Fabric.* it. Publicanorum Piſtorum, Naviculariorum. *l. 1. pr. ff. quod cuj. univ.* Hucque pertinent omnia cætera Mercatorum ſodalitia, Compagnien, & Collegia Artificum atque Opificum, Zünffte, Innungen, Gewercke. Mevius, *ad Jus Lub. d. l. num. 11.* Certa autem quæ ſunt Collegia, poſſunt habere commune patrimonium, ſigillum, ædificium commune, heredes inſtitui, legatis honorari vid. ſupra *tit. de H. I. §. 8. num. 7. tit. de Legat. §. 7.* Actiones in judicio per Actores ſuos movere & excipere, ſupra *tit. quod cuj. univ. §. 21.* Jure Collegii, ſuper negotiis Collegii propriis, ipſiusque profeſſionem vel artem concernentibus, Statuta condere, modo non ſint invalida vel irrationabilia, quorum varia exempla ex Mevio recenſet. Brunnemannus. *ad l. ſ. h. t. num. 2. 3. & 4.* late Stryck. *in uſu moderno §. 4. & 5. de decret. ab ordin. faciend. & §. 5.* nec jus publicum vel ſuperioris lædatur, *l. ſ. ff. h. t.* item cognoſcere. add. ſupra *tit. de LL. §. 7. & 8.* Berlichius, *num. 23.* Fritſchius, *cap. 3. per tot.*

Quaſnam habeant jura ac beneficia?

An quis in duobus Collegiis eſſe queat?

Sed quæritur: An quis in duobus licitis Collegiis, quia forſan duas artes mechanicas didicit, eſſe poſſit? & Negatur in *leg. 1. §. 2. pandect. hoc tit. leg. 5. verſ. Impoſterum. Cod. quod mil. poſ.* Et ſi quis in duobus fuerit, eligat, in quo magis eſſe velit, & ex eo, à quo recedit, quantum ei ex communi pecunia competit, accipiat, *d. l.* quod magis conſultum videtur,

no

ne confuſiones oriantur, & pluribus incumbens utramque artem vel negotium eo ſegnius exercelat, uti monent Brunnemann. *add. l. 1. num. 4. & 5.* ubi reſpondet Carpzov o, & *cent. 2. dec. 65.* Schulter. *ad Pandect. l. x. 49. §. 51.* Mevius, *p. 4. dec. 193. p. 5. dec. 228.* Struckius *in uſu moderno §. 4. hoc tit.* & Harpprecht. *in Conſil. nov. 39.* Sed hæc in permultis locis hodie non obſervari teſtatur experientia. add. Carpz. *dec. 194.*

IV. Collegia diſſolvuntur & extinguuntur Morte tam naturali, ſi omnes collegæ deceſſerunt, ſo ausgeſtorben; quam civili, privatione ſcil. jurium, quibus Collegium fundatum eſt; idque vel in pœnam abuſus, vel ob urgentem ſalutem publicam. Friſchius *d. tr. cap. 6. th. 1. & 5.* Renunciatione & ſublatione eorum, quæ ad Collegii ſubſtantiam fecerunt. Mevius, *p. 7. dec. 378. num. 5.* Lapſu temporis, ſi per decennium ſine conventu in ſeparato ſtatu ſteterunt. Mevius *d. l. in f.* Sed Collegio diſſoluto, cui ejus bona cedant? Quær. & Reſp. Si Morte, Superiori vel Magiſtratui loci, Carpz. *J. F. p. 2. C. 6. def. 17.* Si Separatione, vel alio licito modo, Collegiatis pecunias propter ſingulos collegiatos, vel ex collatione ſua communes, inter ſe partiri permittitur, *l. 3. ff. h. t.* Sin Collegio legata vel ordinata fuerint bona, illa tanquam vacantia apud Superiorem remanent. Carpzovius *d. l.* Friſchius *d. l. th. 7.* Menochius *A. I. Q. l. 2. cas. 397. num. 5. & ſeqq.* ubi varii caſus. add. ſupra *tit. de Legat. §. 8.* Collegii autem ſemel extincti reſtauratio ſine venia Superioris non eſt licita. Mev. *d. dec. 378. n. 2.* Mors. Renunciatio. Lapſus temporis. Cui bona Colleg. diſſ. cedant? Diſt.

V. Illicita Collegia dicuntur, quæ non publica authoritate; ſed ad malum finem inſtituta, nec ſpeciali Privilegio ſubnixa ſunt; *l. 3. §. 1. ff. hoc tit. leg. 1. Cod. de H. L.* Joh. Voëtius *num. 1. hoc tit.* de quibus proprie hoc tit. agitur, quatenus in crimen extraordinarium incidunt. *leg. 2. Pandectar. de extraord. crim.* Nam ex Collegiis non adprobatis quædam tantummodo tolerantur, ut multis in locis Judæorum, quibus tamen omnis adminiſtratio & dignitas inter Chriſtianos in omne ævum interdicta. *l. 5. C. de Jud.* Nec legatum Judæorum Collegio relinqui poteſt. *l. 1.* ibi Brunnemann. *Cod. d. t.* ſupra *tit. de Legat. §. 7.* Sicut & in Anglia, Hollandia, varii cœtus tolerantur. Alia plane ſunt prohibita, non ſolum ob comeſſationis & compotationis intemperantiam; ſed potiſſimum, ſi conventicula cum diſcrimine Vel ſunt illicita. Eaque vel tolerata, vel prohibita

ſermine diſciplinæ atque ſecuritatis publicæ celebrentur, Matth. *de Crim. h. t. num. 5.* falſi cultus & factiones ſeditioſæ erigantur, facinora & conſpirationes, aliave mala in perniciem publicam inde meditantur. Quisquis ergo tale illicitum collegium uſurpaverit, eâ pœna tenetur, quâ illi, qui hominibus armatis loca publica vel templa occupaſſe judicati ſunt, vel L. Juliâ, i. e. Majeſtatis; *l. 2. ff. h. t.* junct. *l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Majeſtat.* quod tamen intell. ſi ſeditioſi homines contra Reipubl. ſecuritatem coierint; vel L. Julia de vi publica, *l. 3. §. 6. l. 10. §. 1. ff. ad L. Jul. de vi publ.* & domus, in qua talis cœtus habitus, publicatur. *l. 15. C. de Ep. & Cler.* Verùm ex aliis cauſis illicita conventicula; ſed directò non tumultuoſa, in malum tamen finem tendentia exercentes atque inſtituentes, regulariter extraordinariè, & pro ratione perſonæ, congregationis cauſæ & effectus, arbitrarie puniuntur mulctâ, carcere, & interdum relegatione, ſi autor ſit conventiculi mali. Mevius, *ad Jus Lub. d. tit. 13. art. 1. num. 26.* Schilterus, *§. 56.* Menochius, *num. 4.* Struckius, *in uſu moderno §. 3. &* Brunnemannus. *ad L. 2. h. t.* Interdum tamen Collegium, ſi non tendat ad ſeditionem, citra ulteriorem pœnam diſſolvitur, & peculias communes, ſi quas habent, inter ſe dividere permittitur. *l. 3. pr. ff. h. t.*

Quæ pœna conſtituta?

Quando arbitrariè puniantur?

TIT. XXIII.

DE POPULARIBUS ACTIONIBUS.

§. I.

Populares Actiones unde?

SUccedunt delicta quaſi Publica, ſive Popularia, ex quibus oriuntur Populares Actiones, ſeu Popularia judicia, *l. 1. pr. ff. de Juriſdict.* quæ ſuum jus populo ſeu intereſſe publicum tuentur. *l. 1. ff. h. t.* publicæ enim utilitatis quivis de populo vindex eſſe debet, quo ſenſu Actiones publicæ dicuntur, *l. 30. §. 3. ff. de jurej.* vid. infra *tit. de publ. jud. §. 1. & 7.* Suntque Actiones hæ perſonales, quæ dantur cuivis de populo, adverſus lædentem, ad jus populi tuendum. *d. l. 1. ff. h. t.* Hancque qualitatem habent multæ actiones ordinariæ, item ex variis Interdictis, nec non quædam extraordinariæ criminum Accuſationes. verb. gr. Actio de Albo corrupto, de Dejectis & Effuſis, de Poſito & Suſpenſo, ex SCto Silaniano, de Colluſione detegenda, de Aleatoribus. Interd. de loco & itin. publ. Ne quid in loco publico, de Via Publ. & itin. publ. Ne quid in flumine publico, de Homine libero exhib. Actio de Sepulchro

Deſcript.

Variæ ſpecies.

Div. in Annales

chro violato, de Termino moto, uti in præced. ſuis locis videre eſt. Div. In Annales, quæ ſupra annum non extenduntur; *l. ſ. ff. eod.* quales ſunt populares pœnales: Et Perpetuas, ut ſunt populares non pœnales. v. gr. *l. 2. §. 34. & 44. ff. ne quid in loc. publ. l. 1. ſ. ſ. ff. de via & itin. publ. l. 3. §. 9. & ſ. ff. de hom. lib. exhib.* Hahn. *ad Weſ. h. t. in fin.*

Et perpetuas.

II. Cauſa Effic. Rem. quoad maximam partem, eſt Jus Prætorium, *l. 2. ff. h. t. l. 7. ff. de jurisd.* partim tamen & Civile, ex. gr. Actio in factum de colluſione detegenda, *l. 1. l. 2. ſ. ſ. ff. de coll. deteg.* Actio de termino moto ex L. Agraria, *l. 3. pr. ff. de term. mot.* De Aleatoribus, *l. 1. C. de aleat.* Proxima eſt delictum, vel quaſi, unde omnes populares ſunt perſonales. Subjectum agens eſt quilibet de populo, modo ſit habilis & integræ exiſtimationis; hoc eſt, cui poſtulare licet. *l. 4. ff. h. t.* Sicque etiam Minores, qui annum 17. impleverunt. *l. 1. §. 3. ff. de poſtul.* Sed Mulieres & Pupilli ab exercitio hujus actionis repelluntur, *l. 6 ff. h. t.* niſi illorum interſit. *d. l. 6. l. 3. ſ. 11. ff. de hom. lib. exhib.* Ex hac ratione, ſi plures ſimul agere velint, is, ad quem res pertinet, ſeu quem contingit, præfertur, *l. 3. §. 1. ff. h. t. l. 5. §. 5. ff. de his, qui effud. l. 3. §. 12. ff. de hom. lib. exhib. l. 3. pr. & § ſ. l. 6. ff. de ſepulchr. viol.* vel idoneior ex concurrentibus eſt eligendus. *l. 2. ff. h. t. d. l. 3. §. 12.* Johann. Voëtius, *h. t.* Dantur adverſus committentem cauſam vel delictum, quo jus populi læditur; & proin non ſingulis de univerſitate obligatus eſt, *l. 6. ſ. 1. ff. de R. D.* ſed toti univerſitati. *l. 1. ff. h. t.*

C. Eff. Rem.
Prox.
Subj. Act.
Non Mulieres & Pupilli.
Limit.
Si plures?
Subj. Paſſ.

III. In hæredes vel ſucceſſores ante L. C. non transeunt, tam ex parte Actoris, quam Rei. *l. ſ. ff. h. t. d. l. 5. §. 5.* A parte Actoris, quia hæ actiones ante L. C. in bonis ipſius non fuerunt, *l. 32. pr. ff. ad L. Falcid. junct. l. 12 ff de V. S.* ideo nec tranſmitti potuerunt. Non obſtat *d. l. 5. §. ſ. l. 10. de ſepulchr. violat.* vid. ſupra *tit. de O & A. §. 12 & §. 5. de Sepulchr. violat.* A parte Rei, quia ex delicto oriuntur, & pœnales ſunt. *d. l 5. §. 5. in med. junct. §. 1. I. de perp. & temp. act.* ſupra *tit. de O & A §. 19. in fin.* Non obſt. *l. un. § 10. ff. ne quid in flum. publ.* ubi hæres in delicto defuncti pergebat. *l. 44. ff. de R. J.* ſupra *ad eund. tit. §. 2. in med.* add. B. Dn. Parens m. *Diſp. de tranſit. act. th. 26. per tot.*

Non dantur in hæredes Actoris,
vel Rei.
Obj.
Reſp.

IV. Actor in his omnibus admittitur citra onus ſatisdationis præſtandæ. aut

Forma.

aut defenſionis ſuſcipiendæ. *l. 43. §. 2. ff. de procur.* Fidejuſſor ante L. C. intervenire nequit, *l. 56. §. 5. ff. de fidej.* per rationem in *l. 7. §. 1. ff. h. t. l. 12. pr. ff. de V. S.* niſi Actor privatum intereſſe habeat. Nec per procuratorem hujuſmodi actio regulariter intentatur. *l. 5. ff. h. t. l. 42. pr. ff. de procurat.* vid. ſupra *de proc. §. 15.* Reus vero indifferenter procuratorem dare poteſt. *d. l. 5.* Et quia his actionibus de jure populi agitur, de iis cognoſcendis in Arbitrum non compromittitur. *l. 32. §. 7. in f. ff. de rec. arb.* ſupra *ad eund. tit. §. 50.*

Finis. Pœna cui applicatur?

Finis eſt tutio juris populi. *l. 1. ff. h. t.* Et quia Actor, ubi alias privatum intereſſe non habet, poſt L. C. fit creditor, eumque actio ei propria habetur, *d. l. 12.* ideo pœna, quæ petitur, regulariter ipſi eſt applicanda. *l. 3. pr. ff. de ſepulchr. viol. l. 5. ff. de term.* Brunnemann. *ad L. pen. h. t.* Dantur tamen exceptiones, prout Prætor vel Lictor actioni populari certam dedit naturam; ſic limit. & pœna inter Actorem & Fiſcum dividitur in *l. 25. §. 2. ff. de SCto Silan.* tota Fiſco applicatur in *d. l. 3. §. 5. l. 5. pr. ff. de term. moto.* ubi de extraordinaria perſecutione & actione criminaliter inſtituta agitur. Bachov. *ad Tr. V. 1. D. 4. th. 9. lit. B. & de Act. D. 1. th. 46. in fin.* Hahn. *ad W. tit. de jurisd. N. 13. verb. Applicandam putavit.* add. ſupra *tit. de ſepulchr. viol. §. 5.* D. Graſs. *in Diſſ. Recept. Imp. ſel. 12. th. 5.* vid. Böhmer. *num. 5. h. t.*

Contraria.

V. Actio popularis denegatur, & non tranſit ad eum, cui ex SCto reſtituta eſt hæreditas. *l. 7. pr. ff. h. t.* per rat. in *d. l. 5. §. 5. in f. ff. de his qui effud.* Porro, ſi contra liberatum ex eadem cauſa, ob idem factum, ſæpius velit agi, obſtabit exceptio vulgaris rei judicatæ. *l. 3. pr. ff. h. t.* Hæ actiones regulariter anno præſcribuntur, *l. 5. ff. h. t.* ad inſtar actionum Prætoriarum pœnalium. ſupra *tit. de div. temp. præſcr. §. 10.* Quibusdam enim ob publicam utilitatem longius ſpatium eſt præſtitutum, ſecundum exempla & LL. *in prac. §. 1. in f.*

An Act. Pop. hodienum ſint in uſu? Quomodo?

Hujuſmodi actiones populares hodienum per ſe in uſu eſſe dubio caret; ſed quantum ad qualitatem, an ſcilicet quivis de populo eas inſtituere poſſit, neg. Groenew. *ad h. t.* Sed, uti notat Schilterus, jus populare duabus conſtat partibus, *delatione*, quæ citra dubium frequentatur, quo pertinent Judicia Cenſoria, Rüge-Gericht; ſupra *tit. de Recept. §. 7. & ejus perſecutione*; quæ, ad evitandos ſumptus litis, à privatis hodie vix frequentatur; ſed agitur per Procuratores Fiſcales. Schilter. *ff. Ex. 49. §. 59.* ſupra *ad tit. de priv. del. §. 28. in fin.* Nam ex recepta Germaniæ conſuetudine Fiſcus delicta ſibi vindicat, ita tamen, ut accuſare volentes non repellantur. Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 31. thes. 1. lit. F.* Frommann. *Diſp. de Act. fruit. cap. 4. th. 1. in fin.* vid. Stryck. *in uſu moderno §. 5.* Beyer. *h. t.*

LIBER

LIBER XLVIII.

§. I.

ORdine ſequuntur Publica Judicia, de quibus in genere agitur Tit. 1. Connexio cum
De Publicis Judiciis. In his conſtituendis quandoque quidem Judex Libr. XLVII.
ex officio inquirit, ſin procedatur ſecundum formam ac ordinem, fit Publ. Judic.
ratione Agentis per viam Accuſationis, & de Jure Civ. Inſcriptionis in cri- Tit. 1.
men. Tit. 2. *De Accuſationibus & Inſcriptionibus.* Ut autem inquirendi ſit fa- Antecedentia ex Actore,
cultas, regulariter ratione Rei neceſſaria eſt ejus exhibitio, & ne fuga judi- 2.
cium reddat eluſorium, cuſtodiæ traditur. Tit. 3. *De Cuſtodia & Exhibitione* ex Rei.
Reorum. 3.

II. Species tanquam Objecta publicorum judiciorum XII. in tit. ſeqq. Publ. Jud. ex Specie.
tractantur, quibus vel in Principem, vel Remp. ipſam, vel in ejus perſonas,
vel res delinquitur, & plerumque Lege quadam publica inſtituuntur. Sic à
Julio Cæſare coërcetur (1) Crimen in Rempubl. Majeſtatis dictum,
Tit. 4. *Ad Legem Juliam Majeſtatis.* (2.) In perſonas, Seminarium Reip. 4.
conſpurcando, Crimen Adulterii, Tit. 5. *Ad legem Juliam de Adulteriis coer-* 5.
cendis. (3.) Vis publica, ſecuritatem Reip. lædendo. Tit. 6. *Ad Legem Ju-* 6.
liam de Vi publica. (4.) & privata, Tit. 7. *ad Legem Juliam de vi privata.* (5.) 7.
Lege Cornelia particularibus pœnis propter atrocitatem notantur Cædes, Ve-
neficia, & Incendia. Tit. 8. *Ad Legem Corneliam de Sicariis & Veneficiis.* (6.) 8.
Sed potiſſimum Lege Pomp. Parricidium Tit. 9. *De Lege Pompeja de Parricidiis.* 9.
Porro ob delicta circa res & officia, ut ſcil. negotia ſalva maneant, officia ri-
te ſuſcipiantur, & legitime adminiſtrentur, Fiſco non fiat fraus, nec
εὐταξία impediatur, notatur (7.) Lege Cornelia Crimen Falſi, Tit. 10. 10.
De Lege Cornelia de Falſis, & de SCto Liboniano. Lege Julia (8.) Crimen Re-
petundarum, Tit. 11. *De Lege Julia Repetundarum.* (9.) Annonæ fraudatæ, 11.
Tit. 12. *De Lege Julia de Annona.* (10.) Peculatus, Sacrilegii, & de Reſiduis. 12.
Tit. 13. *Ad legem Juliam Peculatus, & de Sacrilegiis, & de Reſiduis.* (11) Am- 13.
bitus. Tit. 14. *De Lege Julia Ambitus.* (12.) Lege Fabia Plagii crimen. Tit. 14.
15. *De Lege Fabia de plagiariis.* 15.

III. Quoad ipſum Proceſſum Criminalem, ratione Subjecti Activi, Accuſatoris nempe, conſiderandum, annon peccet vel calumni- Proc. Crim. ratione

Actoris, 16. lumniando, vel prævaricando, vel tergiverſando. de quibus Tit. 16. *Ad SCtum Turpillianum & de Abolitione criminum.* Reus vero, ſi præſens non
rat. Rei abſentis. 17. ſit, debet requiri. Tit. 17. *De Requirendis & abſentibus damnandis.* Sin copiam ſui fecerit; ſed objectum crimen inficietur, ad veritatem eruen-
præſentis ſed negantis. 18. dam, concurrentibus de cætero requiſitis, quæſtioni per tormenta ſujicitur. Tit. 18. *De Quæſtionibus.*

Confeſſi. Effectus. 19. 20. IV. Si confiteatur, pœna condigna imponitur. Tit. 19. *De Pœnis.* Quandoque & Bona ejus publicantur. Tit. 20. *De Bonis damnatorum.* Quod ipſum contingit in iis, qui pro confeſſis & quaſi condemnatis habentur, qui ſcil. in reatu capitali ante ſententiam vel mortem ſibi conſcivit, vel corrupto
21. adverſario diem obiit. Tit. 21. *De Bonis eorum, qui ante ſententiam vel mortem ſibi conſciverunt, vel accuſatorem corruperunt.* Quædam pœnæ ſunt capitales, quædam non; hæ tamen diuturnitatem temporis ſucceſſivi habent, ut ſunt
22. Interdictionis, Relegationis & Deportationis. Tit. 22. *De Interdictis, Relegatis & Deportatis.*
23. Interdum tamen Rei puniti reſtituuntur. Tit. 23. *De Sententiam paſſis & reſtitutis.* Et ne pœna in Cadavere ultimo ſupplicio affecti du-
24. ret, petentibus ad humandum datur. Tit. 24. *De Cadaveribus punitorum.*

TIT. I.

DE PUBLICIS JUDICIIS.

Inſtit. *Lib. 4. Tit. 18.* Cod. *Lib. 9.* Extra, *Lib. 5. Tit. 1.*

§. I.

Continuatio, Publ. Jud. Etym. TRansgredimur in nomine DEI ad Judicia Publica, quibus Delicta Publica inveſtigantur & puniuntur. De hiſce Judiciis agitur in hoc libro, & quidem in tribus proxime ſeqq. titt. in genere, poſt ſuccedunt illorum ſpecies. Judicia autem Publica non tam inde dicuntur, quod cuivis ex populo executio (rectius accuſatio, *l. 11. pr. ff. de accus.* add. *l. 1. §. 1. ff. de priv. del. l. 1. §. 1. ff de incend.*) eorum regulariter detur; *§. 1. I. h. t. l. 43. §. 10. ff. de R. N.* quo Imp. notationem nominis magis, quam diſtinctionem indicat, alias populares actiones eſſent publicæ, infr. *§. 7.* & ſupra tit. *de pop. act §. 1. & 2.* nec adulterium eſſet crimen publicum; *l. 30. C. ad Leg. Jul. de adult.* Theod. *Crim. c. 1. aph. 10. num. 33.* vid. Millerus *ad Struv. Exerc. 49. th. 1.* Sed quia ex Legibus publicorum judiciorum veniunt. *l. 1. ff. h. t. seq. §. 3.* Bocer. *tr. de Adult. c. 1. num. 9. & seqq.* Suntque judicia certa,
Definitio.

pr.

pr. I. h. t. Publicorum judiciorum lege introducta, ad punienda illa delicta i. crimina, quibus Respubl. maxime læditur. *d. l.* Dicuntur Leges publicæ. *l. 1 §. 1. ff. ad L. Corn. de Sicar.* Quæſtiones publicæ. *l. 2. §. 32. ff. de O. I.* Criminales, *Peinliche Gericht, Malefiz- Halß- Blut-Gerichte, Blut-Bann.* ſupra *tit. de Jurisdict. §. 41.* Bidembach. *quæſt. nob. 14. n. 1. Franck. Cent.* Hæc in Franconia tantum 4. grandiora delicta continet, *Mord, Brand, Noth-zucht und Diebſtahl.* In quibusdam tamen locis ea comprehendit, quæ alias ad Vogteyam pertinent. Beſold. *th. Pr. h. voce.* Krauſer. *Proc. Crim. tit. 1. art. 1.* Delicta vero publica ſunt, quæ ob damnum Reip. illatum LL. publ. jud. notantur & vindicantur, poteſtate accuſandi regulariter cuivis de populo conceſſa. B. Dn. Parens in. *Diſputat. de tranſit. act. th. 25.* vid. Beyer. *h. t.*

Synon.

Delicta publica quænam?

II. Jud. Publ. Divid. à pœnæ qualitate in Capitalia, & Non Capitalia. *§. 2. I. l. 2. ff. h. t.* Voet. *n. 3. h. t.* Illa ſunt, in quibus pœna capitis venit imponenda. Pœna vero Capitalis in jure dicitur, qua tollitur vita vel Naturalis, ultimo ſcil. ſupplicio, *Lebens Straff*, vel Civilis, per maximam aut mediam capitis diminutionem, libertatem vel civitatem auferendo. *d. §. 2. I. d. l. 2. l. 63. §. 5. ff. pro ſoc. l. 2. l. 8. §. 1. & 4. l. 28. pr. ff. de pœn. l. 6. pr. ff. de inoff. & vel. l. 103. ff. de V. S.* add. ſupra *tit. de injur. §. 69. in med.* & *tit. de extraord. crim. §. 1. inf.* unde fluit, non ſequi, Crimen aliquod eſſe capitale, E. & publicum. add. ſupra *tit. de Jurisdict. §. 39.* Hæc ſunt, quibus pœna non capitalis, ſed alia, ſcil. pecuniaria fiſco applicanda, aut in corpus aliqua coercitio, ex. gr. Incarceratio, fuſtigatio, relegatio, infamia, &c. imponitur. *d. §. 2. d. l. 2. d. l. 28. §. 1.* Jure Civ. omnes cauſæ dicuntur Criminales, in quibus, vindictæ publicæ cauſa, de facinoroſis coercendis agitur, etiamſi pœnæ leviores imponantur. *§. 10. I. de Injur.* Carpzov. *pr. Crim. q. 102. n. 27. & 44.* ſupra *tit. de Judic. §. 12.* Similiter in Conſt. Imp. *To Peinliche Sachen*, late ſumitur, & leviores cauſas ac pœnas corporis non afflictivas includit. Ord. Crim. *art. 104. inf.* Ord. Cam. Imp. *p. 2. tit. 28. §. 5.* Sed in foro Wurt. ſtricte accip. de cauſis, in quibus Judex corporis afflictivam imponere poteſt. Lands Ordn. *tit. 89. §. 4. tit. 90. §. 8.* D. D. Harpprecht. *in differ. Marchic. Badens. p. 7. th. 9.* De Foro Saxon. & aliis locis idem tradit, poſt alios, B. Dn. Parens, *de Diff. Jur. Comm. & Wirt. th. 1 n. 9.* Propterea tamen criminalia non ſunt publica, licet Judicia publica ſint criminalia. Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 31. th. 1. lit. A.* De dicta voce, *Peinlich*, vid. Speidel. *in Spec. h. voc.* Sent. Cam. *de Anno 1603.* ap. Roding. *l. 3. t. 47. §. 14. n. 2.* L. B. de Lyncker. *de Grav. extra jud. c. 6. §. 22. ſeqq.* Knip-ſchild.

Jud. Publ. div. in Capitalia. Quæ pœna capitalis in jure?

& Non capitalia.

Peinlich quid involvat de J. C.

Conſt. Imp.

Wirt.

Saxon.

ſchild. *de Nobil. c.23. n.116. & 129.* Claſen. *ad Conſt. Crim. ad proœm. pag. 30. & ſeqq.* Schilter *ad π Ex. 49. § 61.* vid. infra *§ 7. de pœn.*

Cauſa Eff. III. Cauſa Efficiens eſt ſpecialis L. publicæ notatio. Nullum enim judicium dicitur publicum, niſi nominatim & ſpecialiter à lege tale introductum & conſtitutum fuerit. *l. 1. ff. h. t. l. 3. § ſ. ff. de prævaricat.* Struv. *Exerc. 49. th. 1.* ibique Müllerus. In qua lege JCtus à negatione hujus notationis ad negationem ipſius judicii publici procedit. Populus enim Romanus, exactis Regibus, Conſulibus quidem conceſſit poteſtatem cognoſcendi de bonis privatorum, Verum de capite civis Rom. & aliis cauſis ſtatum Reip. concernentibus ſibi plenam poteſtatem reſervavit. *l. 2. § 16. ff. de O. I.* Ne autem de ſingulis cauſis populum convenire neceſſum eſſet, poſtea frequentioribus delictis certæ pœnæ ſtatutæ, & Quæſtores Criminum conſtituti ſunt, qui de delictis illis cognoſcerent, & pœnas non pro arbitrio: ſed in judiciis publicis ſtatutas imponerent. *d. l. 2. § 23.* Nam inquit Papinianus, facti quæſtio eſt in arbitrio judicantis, pœnæ verò perſecutio non ejus voluntati mandatur, ſed legis autoritati reſervatur. *l. 1. § 4. ff. ad SCtum Turp.* Hasque LL. public. judiciorum primum Cornelium Syllam collegiſſe, deinde C. Jul. Cæſarem illas à privatis accuſationibus diſtinxiſſe, patet ex *d. l. 2. § 32. arg. l. 12. § 2. ff. de accuſ. l. 32. de pœn.* Non tamen cujuſcunque L. notatio ſufficit, cum & damnum injuria datum L. Aquilia vindicetur, certumque judicium ob illud competat, ac propterea non ſtatim eſt publicum, ſed ut Lege public. judiciorum nominatim ſit introductum, requiritur. *l. 1. ff. h. t.*

Imp.

Subj. ſunt. IV. Subjectum ſunt perſonæ judicium conſtituentes, eæque vel Principales, vel Acceſſoriæ. Principales ſunt vel Judices, vel Litigantes. Judices autem debent eſſe competentes, quales ſunt in hiſce judiciis publicis, quibus competit merum imperium, ſive Juriſdictio criminalis, aut ſuperior, vel alta, & Reus vel ratione domicilii, vel ratione loci delicti, vel deprehenſionis eſt ſubjectus. *l. 3. ff. de Juriſd. l. 1. l. 2. C. ubi de crim. agi oport.* Theod. *Crim. c. 4. aph. 3. n. 1. & 2.* de quibus late ſupra tit. *de Juriſd. § 16. & ſeqq.* Tit. *de Judic. § 12. & 30. cum not. ſeqq.* actum. Jungi meretur Carpz. *Pr. Crim. q. 110.* Brunnem. *de proc. inq. c. 3. per tot.* ubi *n. 36. & ſeqq.* qualitates Judicis Criminalis, imò cujvis neceſſarias, (vid. *Exod. c. 18. v. 21.*) recenſet, ut ſit vir pius atque bonus, probatæ vitæ, vacuus affectibus, *juxta c. 78. cauſ. 11. q. 3.* prudens atque doctus Conſtit. Crim. *art. 1.* ibi Claſen. idque meritò, nam ubi majus periculum intenditur, ibi procul dubio plenius conſulendum. *c. 3. pr. de elect. in 6to. jung. can. 4. cauſ. 3. q. 7.* Si ergo Judex non ſatis ſit peritus, ne periculo Syndicatus ſeſe ſubjiciat, Conſilio Juriſperitorum ſincero

Judices Criminal. quinam?

Judicis qualitates.

Cautela.

ſincere uti debet, id quod quinquagies ſepius in Ord. Crim. injunctum eſſe obſervavit Oldekop. *Obs. t. 1. Q. 7. n. 5.* Sed quid tum obſervandum ſit? vid. ſupra *tit. de major. §. 6.* & de Oldekop. *Decad. 4. q. 7.* Perſonæ litigantes ſunt accuſator & Reus de quibus *in tit. ſeqq.* Acceſſoriæ ſunt Actuarii, Notarii, Advocati, Procuratores, &c.

V. Objectum ſunt delicta graviora, quibus ſcil. Respubl. maxime læditur vel in ipſa Majeſtate, vel in perſonis, officiis & rebus Rempubl. ſpectantibus, quæ recenſentur *in l. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 49. th. 4.* ibique Mullerus & tractantur à tit. ſeq. 4. usque ad 15. Sed quær. An ex uno eodemque facto & privatum, & publicum detur Judicium? affirm. per *l. 15. §. 9. ff. ad L. Aq. l. 2. §. 1. ff. vi bon. rapt. l. 7. §. 1. ff. de injur.* add. ſupra *tit. de priv. del. §. 9.* & Tit. *Vi bon. rapt. §. 2.* — Objectum. — An ex uno facto detur judicium publ. & priv.

VI. Forma & Ordo Judicia publica inſtituendi atque exercendi olim ſolennis & plane ſingularis erat, *pr. 1. h. t.* juxta deſcriptionem. Sigon. *lib. ſing.* Briſſon, *2. ſelect. antiq. 1.* Gothofr. *ad l. 8. ff. h. t. lit. h.* Roſin. *de Antiq. Rom. l. 9. c. 17. & ſeqq.* Verum ſeqq. temporibus illæ ſolennitates in uſu eſſe deſierunt, & extra ordinem exerceri cœperunt, durante tamen Legum pœna *l. 8. ff. h. t. l. 1. §. 3. l. 13. ff. de pœn.* & in crimen ſubſcriptione. *l. 3. §. 2. ff. l. ſ. C. de accuſ.* Hodie duplici modo in iis procedi ſolet, vel extraordinarie & ex officio per viam Inquiſitionis, vel modo judiciorum ordinario, per Actionem vel viam Accuſationis, de quibus *in ſeqq.* Finis eſt tranquillitas Reipubl. *l. 13. pr. ff. de off. præſ.* & coërcitio delictorum, quo alii exemplo deterriti minus delinquant. *l. 6. §. 1. l. 28. §. pen. ff. de pœnis.* Effectus eſt, ſi crimen probatum, ſententia condemnatoria ad pœnam, juxta *præc. §. 2.* ejusque executio, quam ſemper ſequitur infamia *l. 7. ff. h. t.* Crimine non probato, Reus abſolvitur; arg. *l. 4. C. de edendo.* niſi urgentes vel veroſimiles præſumptiones obſtent. infra *ad tit. de quæſt.* — Forma. Antiqua. — Modernus. — Finis. — Effectus.

VII. Ex dictis conſtat, quomodo Judicia publica differant à Popularibus actionibus. Quamvis enim harum perſecutio regulariter omnibus de populo competat; differunt tamen ab illis (1.) Rat. Cauſ. Effic. Judicia publ. ex delictis publicis oriuntur, & nominatim ac ſpeciali judic. publ. lege ſunt introducta. *l. 1. ff. h. t.* Act. verò Pop. oriuntur ex delictis privatis, & plerumque à Prætore ejusque Jurisd. deſcendunt. ſupra *tit. de pop. act. §. 2.* (2.) Rat. Obj. & Finis. Illis agitur ad publicam vindictam; unde hæ actiones propriè terribiles dicuntur, In his eſt pœnæ perſecutio pecuniaria, quæ regulariter Actori adjudicatur. ſupra *tit. de pop. act. §. 4.* (3.) Ex *l. 7. pr. ff. h. t.* (4.) Rat. durationis. Illa 20. annis; *l. 12. C. ad L. Corn. de falſ.* Hæ anno regu- — Differ. ab Action. Popular. 1. 2. 3. 4.

regulariter excluderent. *l. 5. ff. de pop. act.* add. Deckherr. *Vind. ad Bl. tit. 29. §. 14.* Plures differentias collegit Dn. Voet. *h. t. th. 2.*

In Criminalibus quomodo procedatur.

VIII. In negotiis criminalibus Jure communi duplex obſervatur Procedendi modus per Accuſationem ad inſtantiam partis, & per inquiſitionem ex officio. Gilhauſ. *arb. crim. c. 3. p. 1. n. 1.* His alii addunt Denunciationem; quam tamen iterum alii ad Accuſationem referunt. Sed propius accedit ad Inquiſitionem, cum Judici aperiatur via ad inquirendum ex officio contra aliquem; Manz. *Dec. Palat. 61.* vel Judex procedit per inquiſitionem, praecedente vel fama, vel denunciatione Bach. *d. th. 1. lit. D.* Hinc regulariter ſufficit, ſi potiſſimum ex officii neceſſitate denuncians nomina teſtium, & à quibus id intellexit cum circumſtantiis ipſi notis, Judici aperiat, & indicia atque probationes, quas habet, ſubminiſtret. Theod. *Crim. c. 4. aph. 8. n. 6.* Ipſe vero nec crimen delatum probare, nec in judicio procedere, neque, delicto non probato, ad expenſas tenetur. D. Lauterbach. *in Dif. Jur. Civil. & Wurtemb. quoad Conſ. crim. §. 3.* Quæ tamen nonnulli eum limit. recipiunt in caſu denunciatoris & inſtigatoris ex inimicitia atque vindicta, qui ad expenſas condemnandus, & pro qualitate delicti puniendus erit; ut late deducit & probat, poſt alios alleg. Manz. *d. tr. q. 65. 67. & 68.* add. *Mev. p. 1. dec. 64.*

Denuncians quid teneatur?

Extra ordinem ſit per Proc. Inquiſitorium quid ſit?

IX. Inquiſitorius Proceſſus ſit, ubi Judex, nullo accuſatore exiſtente, ex officio, ſummariter ac ſine judicii ſufflamine procedit, in delictum & ejus authorem inquirit, eique confeſſo & convicto, vid. Ord. Crim. *art. 69.* Carpz. *q. 116. num. 40.* pœnam promeritam imponit. *l. 3. l. 13. ff. de off. praeſ. c. 17. 2. & 24. X. de accuſ.* Joh. Voet. *n. 17. & ſeqq. de accuſ.* Quia h. l. extra ordinem proceditur, nec libellus accuſatorius, nec litis conteſtatio requiritur Bach. *d. th. 1. lit. E.* Carpzov. *Pr. Crim. q. 105. n. 18.* Ab hoc modo toto cælo differt Judicium Secretum Weſtphaliæ, dictum occultum, Liberum, Vetiticum, *Weſtphaliſche Heimliche, Frey-Blut-Gericht, Heimliche Acht, Stuhl Gericht, Freyſtuhl, Vehem-Gericht a Vehen*, Væ mihi. In illis enim nulla prævia citatione, aut præmiſſa accuſatione vel defenſione, judicabant, & ab executione contra primum comprehenſos incipiebant, nam Carolus M. hoc modo ſub Imperium coactos Weſtphalos in fide Chriſtiana retinere, & à flagitiis deterrere voluit. Sed ob nimios exceſſus poſtea conſtitutum, ut idonei atque periti Judices legitime ſuper certis tantum criminibus judicarent, Contravenientes pro violatoribus Pacis publicæ habebantur, item Fiſcalis in Camera contra eos ad pœnam X. Marc. auri agebat. vid. Reform. *de anno 1439.* R. I. *de anno 1442. art. 7. §. 9. & ſeqq.* Reformat. Jud. Weſtphal.

Aliud eſt Judicium Secretum Weſtphaliæ.

Weſtph. *de anno 1491.* Ord. Cam. *p. 2. t. 20. §. 9.* Verum quia tot exceſſus recurrebant, unde proverbium: Reos primum in furcam tolli, poſtea de illorum admiſſis aut innocentia demum inquiri ſolere, hinc Electores, Principes & Status contra illud privilegia obtinebant, & tandem d. Judicium poſtliminium abolitum fuit. Speidel. *Syllog. verb. Weſtph. Veml ab Gericht.* Roding. *Pand. Cam. l. 1. t. 7. §. 49.* Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 50. §. 37. & ſeqq.* ibique vid. omnino Deckherr. *in vind.* Granz. *de Defenſ. inquiſ. c. 9. n. 37.* Quod tamen hodienum reliquiæ hujus judicii superſint, vid. ap. D. Mauritz. *D. de Judic. Ruſtico. th. 3. & ſeqq.* Dn. Hert. *Comment. tom. 2. Diſſ. de Conſult. LL. & Jud. ſpecial. th. 20.*

X. Proceſſus hic omni jure eſt licitus, Divino, Deut. *c. 13. verſ. 12. & ſeqq. c. 17. verſ. 4.* Canonico, *c. 32. cauſ. 23. q. 5. c. 9. 17. 19. 21. & 24. x. de accuſ. & inquiſ.* Civili. *l. 3. l. 13. ff. de offic. Præſid. l. 1. C. de cuſtodia reor. l. 7. C. de accuſat. Nov. 128. c. 21.* Carolina Conſt. Crimin. *art. 6. 8. 214. 219.* & Hodie communi Curiarum conſuetudine eo perventum eſt, ut ſuper quolibet etiam crimine inquiſitio permiſſa ſit, & pro ordinario habeatur remedio. poſt alios, Ziegler. *add. art. 6.* Carpzov. *d. q. n. 51. & q. 107. n. 54.* & Proc. *tit. 1. art. 4. n. 44. & ſeqq.* & *in Peinlichen Sachſ. Inquiſition und Acht-Proceſſ. per tot.* Brunnem. *de inquiſ. proc. c. 1. n. 9.* B. Parens m. *d. J. th. 2. n. 1.* Gilhauſ. *n. 5.* Nec obſt. Nemo ſine accuſatore damnandus, *wo kein Kläger iſt, da iſt kein Richter*, *l. 6. §. 1. ff. de damn. infect.* & quod omne judicium tribus conſtare debeat perſonis. Nam Actoris vicem obtinent fama publica, vel alia indicia legitima & ſalus Reip. quarum illa crimen commiſſum ad Judicem deferunt, hæc vero officium ejus implorat, ſupra *tit. de judic. §. 22.* Tit. *de injur. §. 40. in f.* & *§. 64. in f.* Judex itaque non ſolum poteſt, ſed etiam ipſi incumbit ex officio in delinquentes inquirere, *d. c. 24. x. de accuſ. d. art. 214.* ibi Claſen & Ziegler, idque ſub pœna amiſſionis Juriſdictionis, *bey Verluſt ſeiner Gerichte*; Carpzov. *d. q. n. 52.* item præterea ſuam facit, & de Syndicatu tenetur. Herg. *p. 1. q. 39. n. 6. & per tot.* Brunn. *d. c. 1. n. 10. & 11.* Theod. *n. 3.*

Proc. Inquiſit. eſt licitus.

Obj.

Reſp.

XI. Dividitur hic Proceſſus in Generalem, & Specialem, quam Diviſ. impugnat Bachov. *in not. ad IV.* cui reſpondet Hahn *ad Weſ. de Accuſ. N. 2.* vid. Stryck. *in uſu moderno §. 3.* & Beyer. *poſ. 6. b. a.* Generalis dicitur, quando Judex, nullo accuſatore exiſtente, ex officio, in genere in ipſum inquirit delictum & ejus autorem; ut ſciatur, an delictum vere, & à quo præſumptive vel probabiliter ſit commiſſum. *c. 21. x. de accuſ. d. l. 13. pr. ff. de offic. Præſid.* Struv. *Exerc. 49. th. 9.* ibique Müller. Hinc ſi delictum ejusque Reus certus ſit, hac generali opus non eſt. Mev. *p. 5. dec. 301.* Specialis, quando Judex procedit contra certam perſonam, ex generali in-

Inquiſitio eſt vel Generalis,

vel Specialis

quiſitione indiciis gravatam, ad pœnam determinandam. *c. 21. verſ. Ad hæc c. 24. x. h. t.* Carpz. *Pr. Cr. q. 107. n. 10. & ſeqq.* Proc. *d. l. num. 49.* Brunnem. *d. tr. c. 2. n. 2. & 3.* Generalis itaque eſt præparatoria, cujus finis eſt, ut delictum & ejus autor inveniatur, ſed Specialis, ut delinquens puniatur Gilh. *n. 5.* Carpz. *q. 107. n. 9. & ſeqq.* Porro illa à quocunque Judice, etiam inferiorem juriſdictionem habente, Hæc vero à competente, qui ſcil. criminalem habet juriſdictionem, inſtitui poteſt, Carpz. *d. l.* Brunnem. *d. c. 2. per tot.* Stryk. *in uſu moderno §. 5. h. t.* Judex autem certa denunciatione maleficii criminoſi à rumore non vano vulgi motus, ſedulo, ſine odio vel gratia, & cum magna circumſpectione, in ipſum factum, ejusque ſingulas qualitates & circumſtantias inquirat. De Corpore autem Delicti, quod lapis quaſi angularis dicitur, in delictis facti permanentis, certo: Sed in delictis occultis, vel facti tranſeuntis, & quod veſtigium poſt ſe relinquit nullum, per conjecturas atque indicia legitima & proxime concludentia conſtare debet. *l. 1. §. 24. ff. de SC. Sil. l. 1. C. ubi cauſ. ſt.* Conſt. Crim. *art. 6. & 8.* Nam Judex non facile procedat, ſi fama inquiſiti lædatur *c. 19. x. de accuſ.* Cothm. *v. 3. Reſp. 10. n. 15.* Quo inveſtigato, & ſi appareat, quis gravatus ſit, ulterius ad ſpecialem inquiſitionem fit progreſſus, prout hæc ſingula accurate pertractat Brunnem. *d. tr. c. 4. & 5.* add. Carpz. *d. q. 107. & 108.* Theod. *Crim. cap. 4. aph. 8. & 9.* Gilh. *n. 6. & ſeqq.* Dn. Graetz *de defenſ. inquiſ. c. 4. n. 2. ſect. 1. num. 5. & ſeqq.* Niſi Reus habeat exceptiones declinatorias. *Mev. p. 6. dec. 291. n. 4.*

Quomodo differant?

De Corpore delicti conſtare debet.

XII. In Ducatu Wirt. Inquiſitio Summaria etiam in cauſis criminalibus & gravioribus ex officio inſtituitur, ſed totum factum cum omnibus circumſtantiis Conſilio Juſtitiæ Superiori denunciari debet. Nov. Conſt. XIV. *de anno 1621. §. 3. & 4.* add. 5. ibi, quod nemo ſine ſpeciali Principis conceſſione & decreto criminaliter (*peinlich*) accuſari poſſit. Specialis enim & plenaria inquiſitio, per quam Judex ad ſententiam usque ex officio procedit, ab uſu receſſit, & Magiſtratus dicti Ducatus ſine judiciali accuſatione, cognitione, & ſententia neminem, pœna mortis vel corporis afflictiva coercere poteſt. Tubing. *Vertrag. de anno 1514. & de anno 1520. §. Es ſoll auch. & ſeqq. am.* Nov. Conſt. I. *de anno 1586. §. 7. & ſeqq. Lands Ordn. tit. 90. §. 4. & 6. tit. 96. §. 3. & 4.* Leviora vero delicta & crimina, quorum pœna non eſt capitalis, ſed tantum pecuniaria, vel carceris, ex officio ſine judiciali accuſatione à Præfectis & aliis Magiſtratibus puniri poſſunt. d. Conſt. *de anno 1586. §. 7. 15. & 21.* Quamvis autem proceſſus Inquiſitorius expeditior atque minoribus ſumptibus finiatur, quam per viam Accuſationis, hic tamen, ceu tutior atque ſecurior præfertur, cum de fortuna, fama & ſanguine hominis agatur. Ord. Crim. *art. 1.*

In D. Wirt. in Crimin. non ſpecialis inquiſitione, ſed ordinarius obſervatur proceſſus.

ibi: *In dieſen groſſen Sachen, welche des Menſchen Ehr, Leib, Leben und Gut belangen.* Add. maxime R. I. *de anno 1530. §. 97.* B. Dn. Parens m. *d. Diſp. th. 2. n. 6. usque ad fin. & §. 19. n. 4.*

XIII. Ordinarius procedendi modus in Criminalibus eſt, quando Judex adverſus Reum, propter commiſſum delictum, procedit per viam Accuſationis & ſecundum formam Juris; oblatione libelli, litis conteſtatione, aliisque ad ſubſtantiam proceſſus ordinarii ſpectantibus probe obſervatis, ita ut Judicis officium ſaltem in cognoſcendo & judicando imploretur. Carpzov. *Proc. Jur. d. art. 4. n. 12.* & *Pr. Crim. q. 106.* uti ex mox ſeq. tit. latius patebit. Ordinario modo proceditur per Accuſationem.

TIT. II.

DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS.

Cod. *Lib. 3. Tit. 7. Lib. 9. Tit. 1. 2. & 6.* Cauſ. *3. q. 4. & 5. C. 5. Quæſt. 3.* Extra *Lib. 5. Tit. 1.* in 6to *Lib. 5. Tit. 1.*

§. I.

PRoceſſus Criminalis Ordinarius eſt, qui fit per modum Actionis, & vocatur Accuſatio, quamvis Accuſatio etiam pro civili perſecutione ſumatur. *l. 4. C. de Edend.* tamen h. l. proprie accip. pro criminali actione, criminalium vel criminis publici delatione *t. t. de accuſ.* perſecutione, *l. 13. §. 1 ff. de publ. jud.*, executione. *l. 11. C. de his, qui accuſ. l. 4. C. de Accuſ.* Accuſatio nihil eſt aliud quam criminis ad Judicem competentem delatio, vindictæ publicæ cauſa facta. *l. 9. l. 16. l. 20. C. de his, qui accuſ.* Gilhauſ. *arb. Crim. c. 3. p. 2. n. 1.* Commune eſt proceſſui, ut ante omnia conſtet de Competente Judice, & quis ille ſit. De Jure Civ. in Criminalib. non eſt Iudex competens Magiſtratus Municipalis; (aliter de Jure Würt. ſed quibus præcautionibus? vid. Nov. Conſt. *de anno 1621.* B. Parens meus. *Diſp. de Diff. Jur. Comm. & Wirt. in Cr. th. 4. per tot.*) Sed qui habet jurisdictionem criminalem, vel merum imperium; quod apud Rom. Proconſuli & Præſidi prov. conceſſum erat *l. 13. pr. & add. ll. ff. de offic. Præſid. l. 6. l. 7. §. 2. ff. h. t.* add. ſupra *tit. de Juriſd. §. 38.* Et quidem in illo loco, ubi Reus vel habet domicilium, ſive originis, ſive habitationis; *l. 1. l. 2. C. de Juriſd.* ibi Brunnem. *l. 1. C. ubi de Crim.* Mev. *p. 5. dec. 299.* & *P. 4. dec. 176.* vel ubi deliquit. *l. 3. §. 4. l. 6. §. 8. ff. de offic. Præſid. d. l. 1.* ibi Brunnem. *C. ubi de Crim. t. t. C ſi à non comp. Jud. l. 1. l. 7. C. de defenſ. Civ. Nov. 15. c. 6. §. 1.* Et locum delicti forum dicit principalius Carpzov. *q. 110. n. 47.* (Sed ſi in confinio duorum territoriorum

Accuſationis. Nomen.

Definitio Jud. Comp. in Crim. de Jur. Civ. quis ſit?

riorum ſit commiſſum, aut ſtans in territorio Caji ſtantem in territorio Titii occiderit, vid. poſt alios, Berlich, *Concluſ. for. Ex. 33. th. 9. & 10.* ſupra *tit. de jud. §. 30.*) Unde olim Remiſſiones fieri ſolebant, *l. 7. ff de cuſtod.* quæ tamen hodie ſunt rariores. vid. ſeq *tit. de cuſt. §. 1.* Theod. *Crim. c. 4. aph. 3.* Brunn. *d. proc. inq. c. 3.* Vel forum deprehenſionis ſortitur maxime de conſuetudine, ubi reperitur. late ſupra *tit de jud § 42 uſque ad 46. & § 51.*

Subj. Act. ſunt omnes perſonæ habiles.

II. Subjectum ſunt Accuſatores, & Accuſati. Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Accuſare poſſunt omnes perſonæ ad accuſandum habiles, quæ ſcil. non impediuntur, nec ſpecialiter prohibentur De Jure enim Civ. crimina accuſare eſt de genere permiſſorum *l. 1. ff h t.* Unde communiter omnis accuſator in dubio legitimus præſumitur, niſi contrarium probetur. Gl. *in rubr. C. de his, qui accuſ.* Carpz. *Pr Cr. q. 104 num. 22.* Beyerus *pag. 633. & 636. h. t.*

Sed impediuntur, & Prohibentur 1. Ob Sexum Læſæ.

Impediuntur autem uſu rationis deſtituti, quales dicuntur Furioſi, mente capti, Infantes. ſupra *tit. de jud. §. 20.* Specialiter prohibentur ob varias cauſas, uti videre eſt *l. 8 ff. h. t. c. 10. cauſ 2. q. 1.* (1) Ob ſexum, Mulieres *l 1. l. 8 ff h. t l. 12 C. de his, qui accuſ c. 10. cauſ. 2. q. 1. c. 3 cauſ. 15. q 3* per rat *in l 2 ff de R I.* Joh. Voet. *n 3. h. t.* Exceptis tamen quibusdam criminibus, ubi mulier ſubſcribere non tenetur, veluti Læſæ Majeſtatis, *l. 8. ad L. Jul. Majeſt. c. 5 cauſ. 6 q. 1.* Annonæ, *l. 13 ff. h. t l. 3 § 2. ff. ad Leg. Jul. de annon.* Simoniæ, *l. 31. C. d. t c. 4. cauſ. 15. quæſt 3* Sacrilegii, *l. 10. C. de Epiſ & Cler c. 7 verſ De perſona. in f. cauſ. 2. q. 1.* Falſi Teſtamenti, *d. l. 2 pr.* Suſpecti tutoris. ſupra *tit. de ſuſpect tutor. § 6.* Si ſuam ſuorumque injuriam, mortem propinquorum, perſequi velit; *l. 2 pr. l. 11. pr. ff h. t. l. 5. § 11 ff. de bon. lib. exhib.* modo prius probaverit, ſe eſſe matrem, vel rem ad ſe pertinere. *l 5. l. 9. C. de his, qui accuſ.* Carpzov. *d. q. n. 26.* Theod. *d c. 4. aph. 4. n. 9. & ſeqq.* Cæterum uxor quoque defenſionem mariti interdum recte ſuſcipit. vid. Mev. *p 4. dec. 390. & 329.* Plures caſus recenſet Gilhauſ. *arb. Crim. c. 3 p. 2. n 6. in med.* Struv *Exerc. 49. th. 7.* ibique Mullerus, Brunnem. *ad l. 1 de appellat* vid. *§. 15. de appellat.*

2. Ob Ætatem.

III (2.) Propter ætatem Pupilli. *l 2. § 1. l. 8. ff. h. t. d. can. 10 c. 2. q. 1.* ſupra *tit de jud. § 20. in f* Attamen ſuam injuriam, ut & ſuorum, cum tutoris autoritate, perſequi poſſunt. *d l. 2 § 1 l. 11 pr ff. eod. l 4.* ibi Brunn. *n. 1 C. de autor præſt* Minores, *d. l. 4.* qui non niſi in exceptis cauſis crim. conſenſu curatoris adhibito, ad publicas accuſationes admittuntur Exceptio autem præſupponit regulam in contrarium. Hahn *ad Weſ h. t. N 9.* Joh. Voet.

Obj. Reſp.

n. 4 h. t. Nec obſt. *L 1 § 3. ff. de poſtul.* nam conſeq non procedit ad accuſationem publici judicii, ubi accuſator non perſequitur ſuam ſuorumque injuriam

Theod.

Theod. *n. 18. & 19.* add Carpz. *n. 25* Matth. *de crim. ad lib. 48. t. 13. c. 1. n. 3.* (3.) Ob ſtatum Servi. *l. 9. C. de his, qui accuſ.* junct. *l. 10. ff. de R. I. l. 6. C. de jud.* Excepto tamen Crimine Læſæ Majeſtatis. *l. 7. pr. & §. 2. ff. ad Leg. Jul. Maj.* It. ſi necem Domini vindicent, *l. 1. C. de prox. Imp. offer.* vel ſi ipſis exceptio non moveatur. *l. 6. C. d. t.* It. Crim. teſtamenti ſuppreſſi, &c. in *l. 53. ff. de Judic.* Filiusfamil. niſi cum Patris conſenſu, excepto adulterio ab uxore commiſſo. *l. 37. ff. ad L. Jul. de adult.* ubi ratio. *l. 6. §. 9. ff. eod.* Joh. Voet. *n. 5. h. t.* Moribus tamen noſtris indifferenter etiam ſine Patris conſenſu admitti docet Clarus, *fin. l. 5. §. ult. q. 10. n. 15.* Gilhauſ. *d. n. 6.* 3. Ob Statum. [illegible]

IV. (4.) Propter delictum proprium & ſuſpicionem; Qui falſum teſtimonium dixerunt, ſive criminis falſi convicti ſunt. *l. 9. ff. h. t.* Omnes juris infamia laborantes, *l. 8. ff. l. 15. C. h. tit. c. 1. & ſeqq. cauſ. 3. q. 4.* excepto crimine Læſæ Majeſtatis. *l. 7. pr. ff. ad L. Jul. Maj.* Joh. Voet. *n. 7. h. t.* Semel prævaricatus vel calumniatus. *l. 4. l. 7. §. 1. l. 8. ff. h. t. l. 3. ff. de prævar.* In Reatu nondum abſolutus, *l. 5. pr. ff. de publ. jud. l. 19. C. de his, qui accuſ.* Item in caſu. *l. 2. §. 3. l. 13. §. 5. ff. ad L. Jul. de Adult.* Vel niſi ſuam ſuorumve injuriam proſequatur. Brunnem. *ad d. l. 19. n. 1.* Qui ab accuſando deſtiterunt. *L. 2. ff. ad SCtum Turpill.* Pauperes, qui minus quam 50. aureos in bonis habent, *l. 10. ff. h. t.* ob periculum corruptionis, niſi probæ ſint vitæ & famæ. Theod. *n. 26.* ſupra *tit. de teſtib. § 25.* De Jure Canonico. Inimici capitales. *c. 7. c. 19. X. h. t. c. 4. 10. & 11. cauſ. 3. q. 5.* Excommunicati. *c. 20. X. h. t. c. 7. X. de judic.* Prodigi, quia pecuniæ nullam habent rationem, ne teſtes vel alias perſonas in judicio publico corrumpant. *l. 11. §. 1. ff. de dolo malo.* Et in genere omnes facile litigantes, ſcelerati, calumniatores, qui ſunt malæ converſationis aut quorum vita eſt accuſabilis. *d. c. 4. 10. & 11.* 4. Ob Delictum & Suſpicionem.

V. (5.) Ob Reverentiam, Amorem, Affinitatem, & Propinquitatem, Filius Patrem; *l. 8. ff. h. t.* & vice verſa, Pater & omnes Aſcendentes filium & deſcendentes non accuſant, arg. *l. 14. C. de his, qui accuſ.* ſed ſaltem offerunt. *l. 4. C. de P. P.* item Fratres & Sorores ſe invicem de gravioribus crim. *l. 13. C. h. t.* ſecus eſt in levioribus. *l. 18. C. eod.* Dicta tn. precept. admittunt, ſi inſidiæ vitæ paratæ fuerint. *l. 14. C. d. t.* In crimine L. Maj. *l. 9. C. eod.* & ſi quis ſuam ſuorumve injuriam proſequatur. *l. 11. pr. & §. 1. ff. h. t.* Ob eandem reverentiæ, conditionis, atque beneficii rationem accuſare prohibentur Libertus Patronum. *d. l. 8. in f.* Alumnus Educatorem. *l. 17. C. d. t.* Diſcipulus Præceptorem. *l. pen. C. eod.* Vaſallus Dominum. *2 F. 33. t. 1.* Stryck. *Exam. Jur. Feud. c. 23. q. 9.* Exceptis tamen prædictis caſibus. 5. Ob Reverentiam, Propinquitatem & Beneficium.

 (6.) Ob

6. Ob Reipub. utilitatem, & Dignitatem

(6.) Ob Reip. utilitatem, atque Dignitatem, Milites, *l. 8. ff. h. t.* ne à defenſione Reip. avocentur, *l. 31. C. loc. cond.* niſi crimen ad ſuam ſuorumque injuriam pertineat, *l. 8. l. 11. h. t. de his, qui accuſ.* quod tamen hodie aliter ſe habet. Brunnem. *ad dd. ll.* De Jure Can. Milites Eccleſiæ vel Clerici, maxime, ſi accuſatio ſit ſuper crimine pœnam ſanguinis irrogante. *c. 30. cauſ. 23. q. 8. c. 5. & 9. X. ne Cler. vel Mon. ſec. neg. c. 2. de homic. in 6to.* Imo nec ad vindictam publicam criminali Judicio, ceſſante ſanguinis pœna, agere poſſunt. *c. 11. X. h. t. c. 6. cauſ. 2. q. 7. c. 33. cauſ. 11. q. 1. d. c. 2. in 6to.* Gail. *de P. P. l. 1. c. 1. n. 21.* Niſi ſuam & Eccleſiæ ſuæ injuriam proſequantur; *d. c. 11. d. c. 1.* Vel proteſtentur, quod non intendant pœnam ſanguinis, licet Judex, juſtitia exigente, mortem inferat; *d. c. 2.* quod Clerico non imputari poteſt *c. 8. verb. Abſit. cauſ. 23. quæſt. 5.* Gail. *d. l. 1. c. 8. n. 1. & 5.* Theod. *n. 34.*

7. Ob Magiſtratum.

(7.) Ob Magiſtratum & poteſtatem Magiſtratus, ſcilicet Majores, qui in jus evocari non poſſunt, *d. l. 8. ff. h. t. d. can. 14. c. 2. q. 1.* ne ob illorum potentiam accuſati opprimantur. *l. 1. C. ne lic. potent.* Joh. Voetius. *n. 6. h. t.* Sed vid. ſupra *tit. de in jus voc. §. 6. & Tit. de Injur. §. 18.* ubi dictum, quod Magiſtratus delicta adverſus ſemetipſum qua talem, vel contra ipſius officium commiſſa recte vindicet poſt alios, B. Dn. Frommann, *Diſſ. de D. ſ. aſſ. civ. & crim. in aſſum ſign. §. 11.* De hactenus dd. vid. pluribus Carpz. *d. quæſt. 104.* Theod. *de eph.*

8. Denique (8.) dantur Crimina publica, quorum accuſatio non omnibus de populo, ſed certis tantum perſonis licita eſt. ex. gr. *l. 30. C. ad L. Jul. de adulter. L. 30. §. 1. ad L. Cornel. de falſ.*

Subditi valeant ſine venia accuſare poſſunt, niſi aliter ſtatutum,

VI. Quoniam ergo, uti dictum, de Jure Civ. alium criminis publici accuſare, omnibus de populo volentibus, modo non impeditis, nec ſpecialiter prohibitis, permiſſum eſt, ideoque Subditi hanc facultatem ab Imperatore aliove Principe ſpecialiter impetrare non debent, Nam quod publica lege conceſſum, ſpecialiter impetrandum non eſt *l. un. C. de theſaur.* Niſi Jure quodam ſtatutario, ſine ſpeciali Principis conceſſione, vel decreto Judicis, criminaliter accuſare prohibitum ſit, ne ſcil. quis authoritate accuſandi in alterius perniciem abutatur, uti prob. à Groenew. *de ll. abrog. ad tit. C. de his, qui acc. n. 7.* Godelm. *de jur. nov. l. 3. c. 10. verſ. Quod dixi inf.*

ut fit per Procuratorem Fiſci.

Similiter de Jure Wirtemb. *de Conſt. XIV. de anno 1621. §. 5.* Fiſci procuratores hoc munere regulariter defunguntur, uti communiter obſervari ſolet.

Cui tamen privati aſſiſtere queunt.

Proinde tamen privatis, imprimis illis, qui ſuam ſuorumque injuriam proſequi deſiderant, hoc Jure accuſandi facultas non in totum denegata reperitur; Et docent exempla, quibus privatus ſolus, vel Fiſcali aſſiſtendo, ſimul accuſavit. In quo autem deficit Juris Provincialis diſpoſitio, in eo recurrendum eſt ad Jus commune. d. Conſt.

d. Conſt. Würt. §. 1. vid. late B. Dn. Parens in *d. Diſſ. de Diff th. 6. & 7. per tot.* & D *Delib. jur. ex lib ff 48. th. 6.* Invitus tamen accuſare nemo cogitur. *l. un. C. ut nemo invitus.* quod confirm. in Ord. Crim. *art. 214. in med.* ibi: *Auch in diſen oder dergleichen Fällen zu klagen wider ſeinen Willen nicht genöthiget werden.* Ne tamen, accuſatore non exiſtente, delicta præſertim publica maneant impunita, Judex ex officio ad horum inquiſitionem procedere tenetur. *d. art. 214. in fin.* ibi: *So ſoll* (quod neceſſitatem intendit.) *Alsdann die Obrigkeit den Thäter.* &c. add. ſupra *de publ. jud. §. 10.*

Invitus accuſare nemo cogitur, & tunc Judex ex officio inquirit.

VII. Plures vero Accuſatores ſi concurrant diſt. An omnium interſit, vel ita invicem conveniant, An ſecus? Priori caſu, omnes uno libello Reum accuſare poſſunt, de quo confirmando Dd. accipiunt *L. 4. C. h. t. de accuſ.* Carpz. *Pr. Crim. q. 104. num. 47. & ſeqq.* Theod. *d. aph. 4. n. 5.* Hahn. *d. N. 9. inſ.* Joh. Voetius *n. 11. h. t.* Poſteriori modo Judex cauſa cognita & æſtimata, perſonarum atque circumſtantiarum qualitate, i. e. ætate, dignitate, moribus, ex eo quod intereſt, vel alia juſta de cauſa, unum ex pluribus, qui ad accuſationem admittatur, eligere debet. *l. 16. ff. h. t.* Gilhauſ. *Arb. Crim. c. 3. p. 2. n. 3.* Sin, Accuſatione ab uno inſtituta, alii Reum in eodem judicio publ. accuſare volentes ſupervenerint, hi à Judice repelluntur. *l. 3. §. 1. l. 11. §. 2. ff. l. 9. C. h. t.* Niſi prima accuſatio fuerit deſerta, Vel alio modo ne promoveri poſſit, impedita; *d. l. 11. §. 2. inſ.* Carpz. *n. 44.* Vel ex eodem facto plura crimina naſcantur, & Reus de alio crimine in accuſationem deducatur. *d. l. 9.* Nam contra unum in eodem libello plura crimina proponi & deduci queunt, Sicut & plures ſimul accuſari, ſuper delicto ſcil. à pluribus ex eadem cauſa commiſſo Gilhauſ. *d. l. n. 4. & 5.*

Plures poſſunt ſimul & uno libello unum accuſare. Si ſecus, Judex unum ex pluribus eligit. Supervenientes accuſare nequeunt. Limit.

VIII. Accuſari poſſunt regulariter omnes publicorum judiciorum Rei tam Servi quam Liberi, per *l. 12. §. 3. & 4. l. 17. ff. l. 2. C. h. t. L. 11. ff. de publ. jud.* etiam Clerici, Nam vindicta ſanguinis non competit Eccleſiæ, Sed Seculari reſervatur poteſtati, *c. 4. x. de rapt.*, Non obſt. *c. 8. cauſ. 11. q. 1.* nam ibi poſt verb. *Exhibeatur* Gratianus omiſit hæc verba: *Niſi Imperialis juſſio præceſſerit.* Sicut in *c. 5.* pro *nullum* poſuit *nulus.* Barcl. *de pot. Pap. c. 32. p. 263.* & in *c. 5.* iterum verba omiſit: *Quantum ad cauſas Eccleſiaſticas pertinet.* Molin. *de Monarch. temp. Pontif. Rom. p. 306.* Maſculi, & Fœminæ; Majores, & Minores. *L. 37. §. 1. verſ in delictis ff. de Minor. l. 4. C. de auth. præſt.* Modo his, ſicuti in negotiis civilibus, acceſſerit Curator quod tamen Moribus noſtris non ubique obſervatur, quamvis id ipſum Oldekop. de facto, non de jure fieri aſſerat. Sed non minus, quod de conſuetudine fit, jure fieri dici poteſt præterea cum Curatoris conſenſus jure poſito ſit introductus, quid impedit, quo

Subj. Paſſ. ſunt publ. judic. Rei. An Clerici?

Minores?

minus

munus contraria conſuetudine mutari queat? Brunnem *ad. d. L. 4.* ſupra *tit. de jud. §. 31.* D. D. Pacern m. *Delib. th. 7. & Diſſ. de Conf. th. 11.* Et hoc idem ſtatuitur de Pupillis, qui doli ſunt capaces; *l. 111. pr. ff. de R. J.* nam in *d. l. 4.* voc. *minoribus*. late accipitur Joh. Voetius n. *12. b. t.* Porro idem arguunt vocabula, *Tutores, Pupillus*, invicem correlata. add. ſupra *tit. de auth. tut. §. 12. & tit. de Conf. §. 7.*

Pupilli.

Excip. 1. Ob Super. poteſtatem.

IX. Excipiuntur tamen, & in hisce judic. accuſari nequeunt, (1.) Imperator, per excellentiam mundi Dominus dictus. *l. 9. ff. ad leg. Rhod. de jactu.* vid. Beyer. *p. 7 b. t.* Alii Reges ac Principes ſuperiorem non recognoſcentes, ſcil. coram quibus accuſatio foret inſtituenda, quia ſunt ſupra leges *N. 105. c. 2. in f.* ſupra *tit. de LL. §. 12. & 13.* Unde S. Principem in propria cauſa ſibi jus dicere poſſe negatur, per *l. un. C. ne quis in ſua cauſa* junct. *l. 1. §. quando appell.* ſed eam potius delegari. ſupra *tit. de jud. §. 17. in f.* Carpz. *n. 64.* vid. tamen *n. 67* & ſupra *tit. de inoff. §. 18 in med.* & *Tit. de Juriſd. §. 26.* Sed Principes Imperii quos habeant Judices in Criminalibus, vid. Myler *de Princ. & Stat. Imp. p. 3. c. 93 n. 5.* Dn. Schwoder. *Jur. Publ. Part. ſpec. ſect. 2. c. 17. n. 17. & ſeqq.* ſupra *tit. de jud. §. 10.* (2.) Propter Dignitatem, Legati, & qui Reipub. cauſa abſunt. *l. 12 pr. ff. b. t. l. 15 § 1 ff. ad L. Jul. de adult.* add. infra *ad tit. de Legation.* item Magiſtratus Majores; *d. l. 12 pr.* junct. *l. 2 ff. de in jus voc.* Durante ſcil. officio, *L. 38 §. 5 ff. ad L. Jul. de adult.* & duntaxat delicto ante ſuſceptam legationem vel munus commiſſo. *d. l. 12.* Aliud ergo dicendum, ſi finito officio, vel circa illud ipſum delictum commiſſum, vel contra juriſdictionem Superioris, vel ſi involvat officii privationem. De his & aliis lim. vid. Theod. *aph. 5. n. 5. & ſeqq.*

2. Ob Dignitatem.

Limit.

3. Ob Rat. defectum.

X. (3.) Ob rationis defectum, infantes. *l. 12. ff. ad. L. Corn. de Sicar. l. 108. ff. de R. J. C. 2. x. de delict. puer.* Furioſi, & Mente capti *d. l. 12. l. 9 §. 2. ff. de L. Pomp. de Parricid. l. 14. ff. de Off. Præſid.* Et ſi ante furorem deliquerint, accuſatio & perſecutio uſque ad ſupervenientiam ſanæ mentis ſuſpenditur, quia (α) ſe defendere nequeunt, Æquitatis autem ratio non permittit, aliquem in criminibus indefenſum accuſari, multo minus damnari. *L. 1. pr. ff. de requir. vel abſent. l. 5. pr. ff. de pœnis.* (β) pro abſentibus habentur; *l. 2. §. 3. ff. de jure codic. l. 124. §. 1 ff. de R. J.* quales de capitali crimine accuſari non poſſunt, *l. 6. C. de accuſat.* multo minus damnari *d. l. 5 pr.* add. ſupra *tit. de prœv. del. §. 20.* Sed aliud dicendum eſt, ſi delictum fuerit levius, & tantum ad pœnam pecuniariam tendat, talis enim pœna quin propter delictum ante ſupervenientem furorem commiſſum, & de quo jam evidenter conſtat, ſtatui poſſit, dubio caret. arg. *d. l. 5. pr.* Carpz. *P. Cr. q. 145. n. 26.* Menoch *A. I. Q. l. 2.*

Sin superveniat.

& delictum tendat ad pœnam pecuniar.

Q. l. 2. caſ. 321. n. 12. (4.) Semel criminis accuſatus; ſed abſolutus vel condemnatus; quia ob id crimen pluribus legibus Reus fieri non poteſt. *l. 7. §. 2. l. 14. ff. l. 9. C. h. t. h. t. l. 41. in fin. ff. d. pen.* ſupra *tit. de Exc. rei jud. §. 8.* Sed hoc limit. niſi alius ſuam ſuorumve injuriam proſequi velit, Vel de alio crimine licet ex eodem facto agatur; vel Reus ab inſtantia tantum abſolutus ſit, de quibus ſingulis vid. *d. l. 7. §. 2. d. l. 9.* & ſupra *d. tit. de Except. rei jud. §. 6. usque ad 11.* (5.) Propter Conjunctionem, ex. gr. *l. 5. C. ad L. Corn. de falſ. l. 13. l. 18. C. de his, qui accuſ.* Et omnes illi, qui in jus vocari non poſſunt, de quibus in *l. 2. l. 4. & l. 8. ff. de in jus voc.* Theod. *n. 16.*

4. Ejuſdem criminis jam & ulterius. *Limit.*

5. Ob Conjunctionem.

XI. (6.) Propter Abſentiam, quia nemo inaudita causâ damnari poteſt. *l. 1. pr. ff. de req. vel abſ. damn. l. 5. pr. ff. de pen. l. 6. C. de accuſ.* vid. ſupra *tit. de Except. §. 9.* Satius enim eſt, relinquere nocentem impunitum, quam innocentem condemnare. *d. l. 5. l. 47. ff. de O. & A.* Proin abſentes prius ſunt citandi, & ſi juſtas allegent excuſationes, audiuntur. *l. 15. §. 1. ff. de publ. jud.* Interim Nomina illorum in Acta publica referuntur, & Bona annotantur; de quibus infra *ad Tit. de req. vel abſ. damn. §. 2. & ſeqq.* Lauterbach. *diſſer. Jur. Civ. & Wurtemb. quoad cauſas crim. §. 11.* Sed dict. limit. & (α) contra citatos per contumaciam abſentes, proceditur in delictis levioribus & notoriis, in quibus pœna pecuniaria, vel alia arbitraria ad relegationem usque irrogari poteſt. *d. l. 5. pr.* idem de praxi teſtatur Carpz. *Pr. Cr. q. 140. n. 5.* vid. ſupra *§. 51. de procur. &c.* (β) Si ab initio fuerint præſentes, & inter Reos jam recepti. *l. 3. C. h. t. l. 33. §. 2. ff. de procur.* add. Beyer. *poſ. 9. h. t.* D. Harpprecht. *Cons. nov. 13.* & Bohmer. *de contumacia non reſpondentis. cap. 2.*

6. Ob abſentiam.

Quomodo tunc procedatur?

Limit.

XII. (7.) Mortui, ut inſtituta criminis accuſatio peragi non poſſit, per text. in *l. 2. l. 3. & l. ult. C. ſi reus vel accuſ. mort. l. 6. ff. de publ. jud. l. 3. §. 5. l. 20. ff. h. t. l. 26. l. 26. ff. de pœnis*, quia morte Rei judicium ſolvitur. *l. 15. §. 3. ff. ad SCtum Turp.* Sed excip. & poſt mortem admittitur (α) Ob atrocitatem in crimine manifeſto Læſæ Majeſtatis Divinæ, *l. 4. §. 4. C. de Hæret.* & Humanæ, in crim. Perduellionis. *§. 5. l. de hered. quæ ab inteſt. l. 20. ff. h. t. l. 1. ff. ad L. Jul. Maj. d. l. 15. §. 3.* (β) Ob pecuniarium intereſſe, ſi delictum bona affecerit, & pœnæ ſaltem declaratoria ſententia ferenda ſit: ut ſunt crimen Peculatus, *l. 14. ff. ad L. Jul. pecul.* Repetundarum, *l. 2. ff. l. 2. C. de L. Jul. repetund. d. l. 14. d. l. 20. ff. h. t. reſiduum, d. l. 14.* item in *l. 5. C. ſi reus vel accuſ.* add. ſupra *Tit. de O. & A. §. 19. Tit. de proc. del. §. 29.* Quær. An Judæus baptizatus per ſuam converſionem accuſationem criminis antea commiſſi evitet? Neg. Didrec. *ad t. d. x. h. t.* quia Baptiſmus ſuperveniens delet peccata animæ non pœnas corporales. Gilh. *diſſ. l. n. 11.*

7. Ob mortem.

Limit.

An ob Converſionem accuſatio ceſſat?

Procurator in Crim. de J. C. non admittitur.

XIII. Perſonæ Minus principales ſunt Procuratores, Advocati, Notarii, & ſimiles. Procurator autem in accuſatione criminali de Jure Civ. & Can. neque ex parte Accuſatoris neque ex parte Rei admittitur, *l. 9. §. 1. ff. de Publ. jud. l. 15. C. h. t. l. 16. C. ad L. Cornel. de falſ. c. 2. cauſ. 5. q. 3. c. 15. X. h. t.* ſi ſcilic. pœna ſit capitalis, *l. 1. ff. an per alium cauſ. app. d. l. 15.* Etiamſi accuſator ſit perſona illuſtris & clariſſima. *d. l. 15. l. 3. C. ubi ſenat. vel Clar. civ. vel crim. conv. d. cauſ. 5. c. 3.* vid. ſupra *Tit. de Procur. § 10. & 11.* ubi dictum, quod hodie ex parte Accuſatoris Procurator communiter admittatur. Ord. Crim. *art. 12.* quia inſcriptionis neceſſitas & talionis pœna in deſuetudinem abiit. B. Dn. Parens, *d. Diſp. de Diff. Jur. Comm. th. 9.*

aliter moribus.

Sed aliter ſe res habet cum Advocato, qui patrocinium ſuum in hiſce publicis judiciis præſtare poteſt, imò debet. *l. 2. Cod. de exhib. & transm. reis, in fin.* Ord. Crim. *art. 88. pr.* Carpz. *q. 105. & q. 115. num. 18.* Sed *q. 25. n. 3.* excipit, niſi Reus manifeſtus atque famoſus ſit latro.

Sed Advocatus admittitur.

Hodie tamen ſemper Reo, etiam non petenti, Advocatus dandus, ut omnia eo accuratius examinentur atque ventilentur. Vel ſi unum ex Aſſeſſoribus petierit *d. art.* Et ſi captivis liber Advocatorum acceſſus denegetur, in Cam. imp. Mandatum S. C. decernitur. Tennag. *de decern. proc. c. 11. n. 5. & c. 13.* Blum. *de Proc. Cam. t. 54. n. 47.* add. Roding. *Pand. C. l. 1. t. 12. n. 63.*

Hodie ſemper datur,

& Acta Inquiſ. communicantur.

Nec non Acta Inquiſitionalia omnia & ſingula à capite uſque ad calcem etiam non petenti, poſtquam de delicto interrogatus reſpondit, ſunt communicanda. poſt Oldekop. Cothmann. Berlich. *dec. 161. n. 18.* Bardili, *Concl. Ex. 33. th. 15.* Imo petenti etiam maxime pro avertenda Inquiſitione, antequam inquiſitus ad articulos inquiſitionales reſpondeat. Mev. *p. 2. Deciſ. 321. n. 7. & 8.* item *p. 6. dec. 253. & 291.* Michaelis, *de Inquiſ. Crim. c. 16. §. 2. & 5.* Granz. *de Inquiſ. Defenſ. c. 5. m. 1. Sect. 3.* Kayſer. *in Prax. Crim. c. 7. §. 7. p. m. 400.* Schilter. *Exerc. 49. n. 169.* Dn. Hoppe. *dec. 101. & 371.* Beſold. *c. 54. & 100.* Quales vero debeant eſſe Advocati, dictum ſupra *Tit. de Poſtul. §. 10.* Stryck. *Diſſ. de conſcient. advoc. c. 3. n. 5. & ſeqq.* omnia enim quaſi in conſpectu DEI agat, inquit Dn. Granz. *d. Tr. c. 4. m. 1. ſect. 2. n. 67.*

Objectum ſunt Delicta publica.

XIV. Objectum hujus Actionis conſtituunt Delicta Publica, ſcil. LL. publ. judic. in ſpecie notata, & quidem non levia, contra quæ extra ordinem proceditur *l. 6. ff. h. t.*

Si duo concurrant?

Si duo delicta concurrunt, prius de graviori, ſi in altero lis nondum conteſtata, erit cognoſcendum & pronunciandum. *l. 1. C. de his, qui accus. l. f. C. de ord. jud. l. 14. §. 6. ff. de bon. libert.*

Forma Proc. Crim.

XV. Proceſſus criminum Accuſatorius (paucis exceptis) idem eſt, qui in Civilibus *l. f. C. h. t.* I. autem Accuſator, ſive ſit Advocatus Fiſci, ſive privatus,

tus, offerre Libellum, Mev. *p. 9. dec. 145.* & jus ſuum proponit, de Jure Civ. in ſcriptis. Auth. *Offeratur. C. de Litis conteſt. l. 3. ff. h. t.* Sed ſecundum Ordinat. Camburam Accuſator intentionem & petitionem, vel Reus defenſionem ſuam, viva voce proponere, vel in ſcriptis offerre poteſt, pro arbitrio Advocati *art. 89. §. Item, wie der Fürſprech er. Art. 90. §. Item, wie der erlangt* add. ſupra *tit. de Edendo. §. 4.* Litium tamen abbreviandarum cauſa in foro Saxonico, item Würt. ipſi regulariter oretenus viva voce accuſare, & ſeſe defendere jubentur. Carpz. *Pr. Cr. q. 106. n. 77. & ſeqq.* J. F. *p. 1. Conſt. 1. def. 4. & 8.* Nov. Conſt. Würt. *de anno 1621. §. 3. Landrecht. p. 1. tit. 6. §. Zum andern.* Nihilominus hodie & Accuſatores & Rei, *ſtatt mündlicher Klag und Vortrags*, petitiones & intentiones ſuas in ſcriptis offerre ſolent, teſte experientia. D. Harpprecht. *Diſſer. Academ. p. 7. th. 8.* D. Bardili. *Exerc. 33. Concl. For. 1.*

XVI. Ut autem Delictum per Libellum Accuſatorium recte in judicium deducatur, nec Libellus, tanquam ineptus, ex officio rejici poſſit, imo debeat. Gilhaus. *Arb. Crim. c. 3. p. 2. n. 2.* in eo requiruntur, præter nomina Judicis, Accuſatoris, & Rei, (1.) Accurata Facti narratio, ſeu maleficii commiſſi expoſitio, ſecundum omnes circumſtantias, videlicet quoad magnitudinem, perſonam, & complices, locum certum & tempus, exprimatur nempe Menſis & Conſul, i. e. Annus, (qui hodie ſubſtitutus eſt loco Conſulum, quorum nomine veteres Rom. more anni curſum deſignabat. *l. 3. pr. ff. l. 16. C. h. t. & ſ. cum. 2. q. 8.* Diem tamen & horam apponi regulariter neceſſe non eſt, *d. l. 3.* niſi ad inſtantiam Rei, quod exinde defenſionem ſuam deducere velit, probaturus forte, ſe illo die atque hora non in loco delicti fuiſſe, add. *l. 16. C. de contrah. ſtip.* Claſen. *ad Conſt. Crim. art. 11. p. m. 61. in f.* Et ita ſemper obſervari, poſt alios, firmat Carpzov. *quæſt. 106. num. 54.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.* (2.) Cauſa ſeu medium concludendi, ut ſcil. Accuſator ex facto ſive delicto, unde jus oritur, quodque facto implicitum eſt, ad jus ſive pœnam legitimam appoſite inferat. *l. 32. §. 8. ff. de O. & A.* Hæc Facti narrationi præmittatur, an eam ſequatur, perinde eſt. (3.) Petitio & Concluſio, Sufficit tamen, ſi in genere (aliter ac in Civilibus) mentio pœnæ legalis fiat: *Den Angeklagten, bezeugter Miſſethat halber, nach Anweiſung der Rechten, zu beſtraffen.* Nam ipſa ſalus publica certam & legibus definitam pœnam pro accuſatore implorare videtur. *l. 1. §. 4. ff. ad SCtum Turp. l. 15. pr. ff. ad munic.* Prout non refert, etiamſi concluſio fuerit inepta, imo & plane omiſſa. Claſen. *d. l.* & *ad art. 88. p. m. 303.* Carpz. *d. q. n. 15. & ſeqq.* Myns. *C. 4. O. 81.* Gail. *l. 1. O. 61. n. 10. & O. 66. n. 15.* add. ſupra Tit. *de Edendo, §. 10. & ſeqq.* Formula Concluſionis habetur in *d. art. 89.* quæ tamen varia eſſe ſolet, modo ſubſtantialia contineantur.

In Libello poſt nomina perſ. præcip. Facti narratio requiritur.

Medium concludendi.

Concluſio ipſa.

Quid ſi inepta, vel omiſſa?

In foro W'irtemb. petitio circa hunc modum formari ſolet; *Daſſ peinlich Beklagter zu wohlverſchuldeter Straff, andern aber zum abſcheulichen Exempel an Leib und Leben, &c.*

a. Inſcriptio, & ſ. Cautio.

XVII. II. Subſtantiale Proceſſus Crim. ordinarii eſt Accuſatoris, vel alterius pro eo, ſi literas neſciat, Subſcriptio, ſeu Inſcriptio, quæ tendit ad pœnam; aliter ac in Denunciatione. *C. 16. x. h. t.* Joh. Vœtius *n. 15. h. t.* Jure enim Rom. Veteri Accuſatores, ne facile ad accuſationem proſilirent calumnioſam, libello oblato ſtatim in crimen ſubſcribebant, & ſeſe ſtatim ad pœnam talionis obligabant ſi calumniæ convicti fuerint; *L. 3. §. 2. l. 7. pr. & §. 1. ff. L. 13. l. ult.* ibi. *Vinculum inſcriptionis arripiat. C. h. t. L. 3. C. de his, qui accuſ. l. 2. C. de exhib. & tranſm. reis.* ne temere quis ad accuſandum proſiliat, cum noverit inultam accuſandi vel mentiendi licentiam non fore *d. l. 7. pr. d. l. ult.* Weſenb. *h. t.* putat inſcriptionem quidem, non vero talionis pœnam exoleviſſe. Sed regulariter utrumque hodie in deſuetudinem abiit, ne metu propriæ ſalutis quis ab accuſatione deſiſtat, & delicta maneant impunita. Carpz. *d. q. 106. n. 41.* Damhoud. *c. 5. n. 5.* Gudel. *de Jur. nov. l. 5. c. 10. verſ. Quod dixi.* Chriſtin. *V. 4. dec. 194. n. 20.* poſt alios, B. Parens in *d. Diſſ. de Diff. th. 8.* Thomaſ. *d. c. 4. aph. 6. n. 12.* Stryck. *in uſu moderno §. 8. h. t.*

Inſcriptio eſt ſublata.

b. Succeſſit Cautio Fidejuſſoria. Ad quid?

In vicem vero illorum eſt recepta Accuſatoris Satisdatio, vel Cautio Fidejuſſoria Judicio, quam Reo ab initio præſtanda. Mev. *p. 5. dec. 290.* & quidem in crimine certo de lite proſequenda, Ord. Cr. *art. 13.* in Crimine incerto, ſi vel probatio deficiat, vel exceptiones ab intentata pœna capitali liberent, vel Accuſatio non ad finem perducatur, (ſin ante inſcriptionem quis deſiſtat, vid. *c. 14. x. h. t.*) de ſatisfactione expenſarum, damnorum, imo & injuriarum. Ord. Crim. *art. 12. & 13.* Nam temere accuſantes ob præſtitam cautionem Injuriarum conveniri queunt. Ab hac autem ſatisdatione, quicunque ſit, etiam Princeps, non immunis eſt. Conſtit. Crim. *art. 14.* Bullæus, Stephani, & Claſen. ad *diſt. art. 12. & 14.* ubi textus vel ſatisdationem, vel incarcerationem præciſe requirit, *l. 17.* ibi. *Cuſtodiæ ſimilitudinem. C. h. t.* & Mev. etiam in notorio crimine non admittit incarcerationem, niſi idonea cavente accuſatore. *p. 5. dec. 290.* Limit. vid. infra tit. *ad Leg. Jul. de adult. §. 14.* Non ergo locus eſt Cautioni Juratoriæ, cujus limit. vid. ap. Zieritz. *ad d. art. 14.* vid. D. Freiesleben. *in diſſer. de act. civ. & crim. in eſſu concurſu §. 29.*

Ab hac Caut. nemo eximitur.

Sed hodie qui nomine publico accuſant.

Ubi vero Officiales & Procuratores Fiſcales Criminum Reos publico nomine accuſant, hodie nullam præſtare ſolent cautionem, argument. *leg. 1. §. 18. ff. ut leg. vel fideicommiſſ. c. cav. leg. 2. §. 1. ff. de fund. dot.* Interim tamen, ſi non integre procedant, Injuriarum nomine, & ratione expenſarum atque

Modo bona fide procedant.

atque damnorum conveniri poſſunt. ſupra Tit. *de Injur.* §. 4. & 18. B. Parens, *d. th. 8. in f.* Confer. Carpzov. *Vol. 3. Reſp.* 29. n. 399. & *ſqq.* Oldekop. *tit. 2. Obs. Crim. 28*

XVIII. III. Subſtantiale eſt Rei Præſentia (quomodo autem contra Abſentem procedatur, infra dicetur *ad tit. de requ. vel abſent. damn.*) ad oblatum Libellum accuſatorium Reſponſio vel Litis conteſtatio, in ſcriptis vel viva voce facta. Ord. Crim. *art. 90. in f.* In Duc. Würt. regulariter oretenus proponitur, niſi judex, cognita cauſa, aliud permiſerit. Nov. Conſtitut. *de anno 1621. §. 6.* Reus autem litem, quoad facta propria, rotunde & clare affirmando, vel negando, conteſtari tenetur. *d. conſt. Würt. §. 7.* Verba enim dubia, obſcura, non ſpecifica, incerta, credulitatis, ſe non credere, item ſe ignorare, haud ſufficiunt *l. 5. C. de probat. l. 16. C. de pœn.* Umm. *de proc. t. 11. th. 4. n. 14.* Obrecht. *de lit. cont. c. 7. n. 6. & 7.* Carpz. *J. F. p. 1. c. 10. def. 6.* Brunnem. *de proc. cap. 14. num. 13. & 15.* D. Bardili *Exerc. 33. Concl. For. 18.* Niſi factum ſit antiquum, vel in ebrietate commiſſum, &c. Brunnem. *d. l.* Schwanenb. *de proc. l. 2. c. 3. num. 6.* add. ſupra *Tit. de prob. §. 32. & 33.* Alias nec nutu facta confeſſio ad pœnam mortis ſufficit. cum Carpzovio, Guazzino, Gilhauſen, B. Parens, *Diſſ. de confeſſ. th. 48.* Porro conſiderandum, confeſſio num ſit Extra, an Judicialis? Spontanea, nec ne? in *d. Diſſ. th. 49. & ſeqq.* ſupra Tit. *de confeſſ. § 26. & 27.* Poteſt tamen Reus Exceptiones Declinatorias tam adverſus Inquiſitionem, quam Accuſationem, ut ſiſtatur, opponere atque deducere. *Mev. p. 6. dec. 291.* Gilhaus. *cap. 4. ram. 2. num. 7. & cap. 5. ram. 3. per tot.* add. ſupr. *§. 13. in fin.*

XIX. IV. Probatio, quæ potiſſimum in criminum accuſatione eſt neceſſaria; inque capitalibus pœnis perfectiſſima, luce meridiana clarior, omnique exceptione major refulgere debet. *l. 5. C. de prob. l. 16. C. de pœn.* ſupra *Tit. de prob. § 32.* Unde Confeſſiones in judicio civ. factæ, in Jud. crim. non ſemper ſufficiunt ad condemnationem inducendam. Gilhaus. *c. 6. p. 1. §. 6. n. 17. & 18.* Guazzin. *def. 32. c. 7. n. 1. & 2.* Cui autem litigantium probationis onus incumbat, conſtat ex iis, quæ ſupra *d. tit. de prob. §. 17.* propoſita. Si ergo Reus litem ſimpliciter negative conteſtatur, Accuſatori affirmanti onus probandi regulariter incumbit. per *Reg. l. 2. ff. de probat. l. 4. C. de edend.* Verum, ſi Reus delictum quidem fateatur, qualitatem vero neget, tunc diſting. An negatæ qualitati præſumptio juris repugnet? an non? Priori caſu, ſi negata qualitas facto ſeu delicto jure adhærere præſumatur, Reo injungitur probatio, e. gr. ſi homicida accuſatus homicidium quidem, ſed ex inculpata tutela, ſicque non dolo commiſſum fateatur,

Uuu uu 3 quæ

3. Lit. Cont.

qualis?

Non poteſt fieri per verba dubia.

Unde.

Confeſſio quæ ad mortis pœnam ſufficiat?

Reus poteſt opponere Exc. Declin.

4. Probatio, qualis?

Cui incumbat?

Si Reus litem conteſt. negative,

ſi affirmative, ſed negata qualitate delicti, an huic facto adhæreat.

quia hominem privata autoritate occidere eſt de genere prohibitorum, idem Reus ad exonerationem ſui allegatam exceptionem probare debet. *l. 1. C. ad L. Corn. de Sicar. l. 5. C. de injur. l. 19. pr. ff. de probat.* D. Harpprecht. *Reſp. 75. n. 202. & ſeqq.* Niſi præſumptio pro eo militet. Damhoud. *Pr. Crim. c. 30. num. 6.* Gail. *de P. P. l. 1. c. 16. num. 4.* Mascard. *concl. 864. num. 31.* ſupra *ad Tit. de probat. §. 18.* Sin qualitas negata à facto plane ſit ſeparata, nec ipſi jure adhærere præſumatur; tunc, licet Reus delictum faſſus fuerit, ſed qualitatem negaverit, Actor qualitates facti allegatas probare debet. Carpzov. *d. q. 106. num. 84. & 87.* ubi *num. 92.* ex mult. Auth. addit, quod Reprobatio Accuſati, etiam poſt concluſionem in cauſa, nunquam deneganda ſit; ſed propter innocentiæ favorem, ad Rei inſtantiam, novi teſtes examinari queant, & novæ probationes recipi debeant. Mev. *p. 9. dec. 103.* Beſold. *C. 33.* D. Frommann. *in differ. act. civil. & crim. in actu exercit. th. 64.* Nam pro defenſione Reorum nihil ſerum eſt, ſed quovis tempore proponi poteſt. Mev. *p. 6. dec. 291. in f.* Cæterum quomodo delicti probatio fieri debeat? quinam teſtes admittantur? & quænam tam circa probationem, quam circa defenſionem in proceſſu fieri & obſervari debeant? vid. ap. Carpzov. *q. 114. & q. 115.* add. *d. Diſſ. de Diff. Jur. comm. & W. in Crim. th. 13. & 14.* ſupra *Tit. de Teſtib. §. 20.*

an tum?

Reprobatio nunquam denegari debet.

5. Sententia.

XXV. Denique eſt Sententia. Nam probationibus receptis, allegationibus & diſputationibus, tam pro Actoris intentione, quam pro Rei innocentia & defenſione, finitis, & cauſa plene cognita, poſtquam ita concluſum fuit, Sententia eſt ferenda, *c. 10. caus. 30. q. 5.* Quia etiam judicialis confeſſio Rei tantum habet vim probationis, non vero judicati, donec Sententia acceſſerit. *l. 5. ff. de cuſtod. l. 1. §. 17. & 27. ff. de quæſt. l. 11. l. 16. ff. de pæn.* ſupra *Tit. de confeſſ. §. 25.* Actore autem probante, Reus condemnatur ad pœnam ſtatutam, quæ regulariter executioni mandatur. Illo vero non probante Reus abſolvitur. *l. 37. C. de R. J.* add. *prec. §. 16.* vid. Frommann. *de act. civil. & crim. in actu exercito §. 66. ubi addit, interdum ſaltem ab inſtantia.* Et ſi judex punctum expenſarum & damnorum præterierit, Actio propterea nihilominus ſupereſt; Conſt. Crim. *art. 12. & 13.* niſi neceſſitas & juſta ratio vindictæ relevet. Mev. *p. 5. dec. 293. 205. & p. 4. dec. 231.* Sin Reus aliunde gravatus ſit, vel indicia ad torturam ſufficientia contra eum faciant, non abſolvitur: Quamprimum enim pœna aliqua corporis afflictiva, aut tormenta Reo irroganda ſunt, proceſſus ordinarius commutatur in inquiſitorium, juxta Carpzov. *d. q. 106. n. f.* Theod. *d. c. 4. aph. 7.* add. infra *ad tit. de quæſt.* & Oldekop. *contra Carpzov. Decad. 1. q. 6. p. m. 130. & ſeqq.*

Qui Reus condemnetur, vel abſolvitur.

TIT.

TIT. III.
DE CUSTODIA ET EXHIBITIONE REORUM.

Cod. *Lib. 9. Tit. 3. 4. & 5.*

§. I.

UT autem Inquiſitio Specialis & Accuſatio criminis, de quibus in præced. Tit. dictum eſt, contra ſufficienter de graviori crimine gravatum, *l. 5. ff. h. t. l. 2. C. de exhib. reis.* recte inſtitui poſſit, neceſſe eſt, ut Reus in Judicio præſens exhibeatur, quia contra abſentem ordinarius Accuſationis proceſſus efficaciter intentari non poteſt. Reo ergo alibi, quam ubi delictum commiſſum, degente, Judex loci delicti commiſſi ſcribit & mittit ad Judicem, ubi Reus agere dicitur, & deſiderat, ut cum proſecutoribus ad ſe remittatur. Hæcque tranſmiſſio Jure Juſtin. neceſſario fieri debebat, *l. 7. ff. h. t.* ut expeditius potuerit procedi, & majus exemplum aliis, ſolatiumve læſis daretur; juxta reſcripta, in *l. 3. pr. ff. de re milit. l. 7. § 4. l. 1. § ff. de accuſ. l. 25. § 15. ff. de pœnis.* Auth. *Qua in provincia. C. ubi de crim. Nov. 69. c. 1. Nov. 134. c. 4. & 5.* Hujuſmodi autem Exhibitiones ſive tranſmiſſiones Germ. *Stellung der Frevler*, facilius fieri poterant, cum omnes Provinciæ Imperii Rom. Imperatori abſolute ſubjectæ eſſent, ſicque delinquentes poteſtatem ejus effugere vix ſciebant. Sed forma Imperii Rom. Germ. hodie multum mutata, nullius Superioritatis jure gaudens alteri ad remiſſionem devinctus eſt, Beyer. *poſ. 4. h. t.* Ideo dd. Tranſmiſſiones hodie de conſuetudine non adeo frequentes vel neceſſariæ ſunt, ne par in parem videretur habere imperium. *l. 4. ff. de rec. arb.* Niſi jure amicitiæ & vicinitatis: Item ſi, ſpeciali inquiſitione formata, vel cauſa criminali jam ventilata, Reus aufugerit, & alibi iterum deprehenſus ſit. Mev. *p. 9. dec. 190.* Stryck. *U. ſ. Mod. ff. tit. de jud. §. 27.* Mynſ. *C. 5. O. 64.* Brunnem. *ad l. 5. de Juriſd. n. 5 & ſeqq.* ubi limit. Beyer *poſ. 8 & 9. h. t.* D. Harppr. *C. 49. n. 10. & ſeqq.* Sed fieri ſolet Remiſſio dato antigrapho, vel literis reverſalibus, *auf Revers und Gegen-Verſchreibung*, ne tranſmittentis juriſdictioni futurum ſit præjudicio, ſeque in caſu ſimili idem officii genus facturum. Gailan. *de P. P. l. 1 c. 16. n. 31.* Porro (1.) conſtare debet de juriſdictione requirentis in delinquentem, & crimine vero ſimiliter ab eo, cujus remiſſio petitur, admiſſo. (2.) Petatur in delictis gravioribus & nondum punitis, Semel enim punitus vel abſolutus de eadem cauſa non niſi ſemel debet puniri vel moleſtari. *l. 7. 2 de accuſ. l. 6. § ſ ff. naut. caup.* (3.) Sumptibus fiat remiſſionem petentis. de quibus latius vid. Carpz. *Pr. Cr. q. 110. n. 34. & ſeqq.* Theod. Oan. *c. 4. aph. 3 n. 63 uſque ad fin.* Preuſs. *de ſid. publ. q. 7. p. 49.* ſupra *Tit. de Judic. §. 31.* Quid autem de Jure maleficus per alteri-

Connexio.

Exhibitio Rei ad locum delicti olim erat neceſſaria.

Sed hodie non item.

Remiſſio tamen fit in certis caſibus.

Sub Reverſalibus.

& præſuppoſitis requiſitis.

alterius terræ ducendi, item Facinoroſos capiendi, & ad forum delicti retrahendi dicendum ſit, Beyer *pos. 14. & ſeqq. h. t.* vid. ſupra *ad tit. de loc. & itin. publ. §. 5.* Hoc addendum, ſi homicida ad Aſylum Civitatis Imperialis Reutlingæ confugerit, ſed eo ſecuritatis privilegio gaudere nequeat, ea propter tamen dicta Civitas homicidam doloſum perſonale ſiſtere non tenetur, ſed Actor Reum ibi criminaliter convenire poteſt, uti probat poſt Knipſchild. & Beſoldum, Myler. *de Jure Aſyl. c. 4. n. 17.*

Reo exhibito Judex ut certus ſit, diverſimode ſibi poterit proſpicere.

II. Reo autem exhibito, ne ipſe poſtmodum fuga ſua judicium reddat eluſorium, Judex diligenter proſpiciat, ut ſemper ejus copiam, quando & quoties velit, habere poſſit. Proinde diſcreto arbitrio æſtimare debet, an perſona recipienda ſit (1.) Incarceranda, vel (2.) Militum cuſtodiæ tradenda, vel (3.) Fidejuſſoribus, vel (4.) Propriæ fidei committenda, idque pro criminis, quod objicitur, quantitate, gravitate, & Rei qualitate *l. 1. ff. h. t. l. 1. C. de exhib. reis.*

I. Carcere. Quid ſit? Div. in Civilem,

& Criminalem.

III. Carcer, a coercendo dictus, eſt locus, in quo homines a Magiſtratu cuſtodiuntur, ne aufugiant. Divid. ab Obj. in Civilem (*Burgerlich oder Schuldthurn*) & ſit incarceratio ex cauſis civilibus, in quibus regulariter nemo in carcerem recipitur, niſi certis de cauſis, ex. gr. ſi debitor non ſolvendo, & fugæ ſuſpectus ſit, vid. D. Harpprecht. *in C. 49. n. 151. cum ſeqq.* quæ non hujus loci, ſed potius ad Lib. XLII. Tit. 5. pertinet, & Criminalem, de quo *h. t.* eſtque locus publicus, in quo delinquentes cuſtodiuntur, ne aufugiant, & promeritam pœnam corporis afflictivam effugiant. *L. 5. ff. l. 2. C. h. t.* Porro Incarceratio non de Jure Civili, ſed Canonico & Carolina, alia

In Temporalem, & Perpetuam.

eſt Temporalis, quæ ad tempus, alia Perpetua, quæ in perpetuum durat. *ſeq. §. 11.*

Cauſa Effic. eſt Magiſtratus. Privatus carcerem introducens de Jur. Civ. ſub. pœnæ ult. ſupplic.

IV. Cauſa Efficiens principalis Incarcerationis eſt Magiſtratus. (ſine cujus juſſione neminem oportet injici cuſtodiæ, *l. 6. C. de cuſtod. reor.* quæ quidem non eſt authentica, vid. ſupra *Proleg. §. 5. th. 7.*) Non tamen omnis, ſed qui merum habet Imperium, coercere aliquem poteſt, & jubere in carcerem duci. *l. 2. ff. de in jus voc.* Quicunque ergo privati carceris cuſtodiam exercere, ſicque Jurisdictionem uſurpare conabitur, Majeſtatis crimen incurſurus eſt, & de Jure Civ. ultimo ſupplicio ſubjugandus. *l. un. C. de priv. carc.* ubi idem diſponitur, atque extenditur ad Magiſtratus, qui, cognito hujusmodi ſcelere, conniventes læſam non vindicarunt Majeſtatem Stryk. *in uſu moderno §. 7. h. t.*

Obj.

Nec obſt. *l. 1. C. h. t.* ubi mitior pœna, talionis ſcil. & manſionis per tot dies

Sol.

in carcere publico, quot alius in privato fuit incluſus, ſubjicitur. Nam hæc pœna nunquam fuit recepta; Nec *d. l.* eſt authentica; ſed ſimiliter à Contio privatim adjecta.

V. At

Sed hodie puniunt. arbitrarie.

V. At Moribus noſtris hoc delictum non ultimo ſupplicio, ſed arbitraria pœna, carceris, vel relegationis, aut etiam mulcta pecuniaria coercetur, teſte Claro, *lib. 5. §. ſ. q. 61. in fin.* Farinacio, *Pr. Cr. l. 1. tit. 4. q. 27. n. 31.* quos ſequitur Carpz. *Pr. Cr. q. 111. n. 19. & 82.* Ab hac tamen pœna hodienum excipiuntur Parentes, qui liberos, Præceptores, qui diſcipulos, Domini, qui ſervos, Mariti, qui uxores ſuas non quidem ad vindictam, ſed tantum correctionis cauſa, in camera vel carcere detinent, vel in domo cuſtodiunt, quia hiſce perſonis modica caſtigatio in ſuos conceſſa eſt, per *l. 3. l. 4. C. de P. P. l. 5. §. ſ. & l. ſeqq. ff. ad L. Aquil. l. un. C. de emend. ſerv. l. 3. §. 2. ff. de hom. lib. exhib. c. 10. cauſ. 33. q. 2.* Carpz. *n. 82. & 83.* Stryck. *in uſu moderno §. 8.* Joh. Voet. *n. 7. h. t.* Modo non immoderate jure ſuo utantur *dd. LL.* ſupra *tit. de L. Aq. §. 12. & 21.* item Propinqui furioſum, ne aliis noceat. *l. 13. §. 1. l. 14. ff. de Offic. Præſid.* Porro à privati carceris pœna immunis eſt, qui in flagranti crimine deprehenſum carceri includit, modo non diutius, quam XX. horas, (id eſt, diurnas & nocturnas continuas) quia fit ſolum teſtandæ ejus rei cauſa. *l. 25. pr. ff. ad L. Jul. de adult. vel §. 33. ad L. Jul. de adult.*

Ab hac pœna excip.

Cauſ. Imp. eſt Delictum.

De quo prius conſtare debet,

vel ſemiplene tantum.

VI. Cauſa impulſiva incluſionis in carcerem criminalem eſt Delictum. Proinde neceſſe eſt, ut prius de corpore delicti conſtet. *l. 5. ff. h. t. l. 3. C. de exhib. reis. l. 2.* ibi: *Cum de admiſſo conſtiterit. C. de cuſtod. reor.* Sufficit tamen interdum, ſi ſemiplene de eo conſtet, ex conjecturis, indiciis, vel præſumptionibus, atque circumſtantiis, ad captivandum ſufficientibus & veroſimilibus, ſicut in delictis facti tranſeuntis indicia ſufficiunt probabilia & concludentia. Ord. Crim. *art. 18. & 19.* ibi late Claſen. Brunnemann. *de proceſſ. inquiſitor. c. 8. n. 11.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.* *Nov. Conſt.* [illegible] *art. de anno 1621. §. 2. & 4.* Sine vinculis tamen fiat incarceratio, donec Reus convincatur. *d. l. 2. C. de exhib. reis.* Quia autem Judicem nonniſi conſiderate ad carcerationem progredi oportet. Frider. *de Mand. l. 2. c. 15. th. 2. n. 18.* ideo nuda querela vel inculpatio ſoli non eſt ſufficiens, etiamſi indemnitatis cautio offeratur, Ord. Cr. *art. 11.* utpote quæ etiam in notorio crimine requiritur; Mev. *p. 3. dec. 149.* verum inculpatus ſi ante inquiſitionem aufugerit, vel ſit homo levis, & in loco delicti ſuſpecte deprehendatur, vel alia adſint indicia legitima, vid. Ord. Crim. *art. 25.* ibi Claſen. & ad *art. 6. n. 4.* Carpz. *n. 26. uſq. ad n. 31.* & ſi talis de fuga ſuſpectus, vel carcer non ſecurus, vinculis etiam ligari poteſt; Menoch. *A. I. Q. l. 2. caſ. 307. n. 7.* quod alias in confeſſis vel convictis tantum habet locum. *l. 3. l. 5. ff. h. t.* Servus vero capitali crimine poſtulatus, ſtatim in vincula publica conjicitur niſi à Domino vel ejus nomine defendatur. *l. 2. pr. ff. h. t. l. 11. ff. de publ. jud.*

Non ex nuda querela, ſed legitimis indiciis.

Quando vincula accedant.

Sed delictum ſit grave.

VII. Præter Corpus delicti requiritur, ut delictum ſit grave, cujus regulariter pœna eſt vel ultimum ſupplicium, vel alia corporis afflictiva. *l. 5. ff. l. 2. C. h. t.* Theodor. *Ocm. D. 4. aph. 10. n. 2.* Frommann. *de act. civil. & crim. in actu exercito §. 34.* Brunnem. *in proceſſ. inquiſitor. cap. 8. m. 1. n. 6.* Joh. Voet. *t. n. 12. h. t.* Carpz. *d. q. n. 8. 9. & ſeqq.* oſtendit, quod etiam in illis delictis incarceratio obtineat, ubi delinquenti Relegatio perpetua venit imponenda. Quamvis enim & Abſens, ob delictum commiſſum, relegari queat, quia tamen utplurimum utile eſt, ut Relegandus præſtet Urphedam quam non præſens præſtare nequit, ea de cauſa Reus criminis relegationem merentis carceri eſt tradendus. In reliquis itaque levioribus delictis incarceratio locum non habet, *l. 1. l. 5. ff. h. t.* Niſi ſit perſona levis, de fuga ſuſpectus, nihilque in bonis habeat. Carpz. *n. 10. & 35.* Claſen. ad *art. 25 n. 7* Sed quær. Si delictum quidem commiſſum, nullam autem certam & Lege determinatam, ſed arbitrariam tantum habeat pœnam, vel dubium adhuc ſit, qualis pœna infligenda ſit? ex. gr. ſi de vulnerati reconvaleſcentia dubitetur: Hoc caſu Reus omnino cuſtodiri debet, illo videndum, an, æſtimatis delicti circumſtantiis & qualitatibus, ad pœnam mortis vel corporis afflictivam uſque deveniri poſſit, & Reus iterum carceri injiciendus erit. Carpzov. *n. 12.*

non leve. Limit.

Quid ſi pœna ſit ambigua?

Subj. ſunt Rei publ. delict. ex juſtis indiciis gravib.

VIII. Incarcerandi ſunt dd. delictorum Rei, & quidem regulariter omnes. Attamen primo notandum, quod nemo in carcerem criminalem ſit detrudendus, niſi Judici conſtet, non tantum grave ſcelus eſſe admiſſum, ſed poſſiſſimum & ad minimum per indicia & conjecturas probabiles ac veriſimiles incarcerandum hujus delicti Reum eſſe. per alleg. *in præcedd. §§. 6. & 7.* Carcer enim mala eſt manſio, *l. 15. §. 41. ff. de injur. l. 7 pr. ff depoſiti.* & propter ejus ſqualorem, inediam, frigus, tenebras, & immenſos cruciatus ſpecies torturæ eſſe dicitur, atque morti comparatur, *d. §. 41. l. 25 C. de pœn. l. 2. C. h. t.* unde dicitur ſepulchrum vivorum, conſumptio bonorum, conſolatio inimicorum, experientia amicorum, quod tamen potius intellig. ſi carcer horribilis, nimis duret, vel ſit perpetuus. Farinac. *Op. Cr. l. 1. t. 4. q. 27. n. 1.* Carpz. *n. 5.* ideoque Judex caute, & non niſi præcedentibus probabilibus & juſtis indiciis ad incarcerationem procedere debet, ne pœnam injuſtæ incarcerationis incurrat. vid. *ſeq §.* Talia autem quæ ſint indicia, certa regula definiri nequit, quia hoc ipſum facti eſt, ideoque tam ratione delicti, quam delinquentis, prudentis atque providi Judicis æquo atque diſcreto arbitrio relinquendum erit. Ord. Crim. *art. 6. 18. & 19.* ibi Claſen. Quamvis leviora ad incarcerationem ſint indicia, quam ad torturam. Cæterum in perſona levi leviora, in honeſtiori graviora

Carcer mala eſt manſio.

Hinc Judex providus eſſe debet.

graviora apparere debent, quæ illum in carcerem detrudant, d. Conſt. Wurt. *d. §. 2. in med.* Theod. *d. l. n. 1. prec. §. 6.*

IX. Secundo notandum, quod omnes delictorum capitalium Rei incarcerari poſſint, niſi ſpecialiter eximantur, ut ſunt: (1.) Ob ſexus reverentiam, Honeſtæ fœminæ; de Jure Civ. carceri includi, vel viris cuſtodiendæ tradi prohibentur, de qualibet re vel cauſa, tam Civili, quam Criminali, ſed in tali caſu dant fidejuſſores de judicio ſiſti, vel ſi juraverint, ſe tales invenire non poſſe, cum juratoria cautione extra carcerem audiuntur. *L. 1. & ſeq.* Auth. *Sed hodie C. de Offic. divers. judic.* & in Auth. *Hodie C. h. t. Nov. 134. c. 9.* Stryck. *in uſu moderno §. 5 h. t.* Niſi de crimine graviſſimo accuſentur, tunc in monaſterium, vel in aſceterium mittuntur, vel mulieribus cuſtodiendæ traduntur, donec cauſa manifeſtetur, & ſecundum Leges procedatur. *d. N. & inde deſumpta Auth. Hodie* ubi contravenientes Judices majores 20. ſi minores, 10. librarum auri pœnæ ſubjiciuntur. Inhoneſtæ ergo pro qualibet cauſa in loco à virorum carcere ſemoto includi poſſunt. per *l. 3. C. h. t.* Moribus tamen noſtris indifferenter non minus fœminæ ac maſculi, ob crimina, ne aufugiant, incarcerari ſolent. Theodor. *aph. 30. n. 31.* Gudel. *de jur. nov. l. 3. c. 14. verſ. Plane* Dn. Voet. *ad ff. h. t. th. 5.* Carpz. *n. 41.* add. *J. F. p. 1. C. 22. def. 19.* (2.) Juxta nonnullos ob ſanguinis ſplendorem, & ſtatus dignitatem, Perſonæ Illuſtres, Nobiles, Doctores, Licentiati, Clerici, adducentes *l. 3. § 16. ff. de ſuſpect. tutor.* *inſin.* D. D. Schweder. *in Diſſ. de privileg. perſonar. illuſtr. th. 13.* Verum hæc exceptio pertinet ad cauſas civiles, non criminales, In quibus, præſertim atrocioribus, Nobiles quoque & alia dignitate quadam excellentes perſonæ incarcerari poſſunt, Nam Reipubl. citra reſpectum intereſt, ne delicta maneant impunita, Et fruſtra LL. auxilia implorant, qui contra eas committunt, *l. 37. in f. ff. de min.* hinc reatus confeſſi vel convicti omnem dignitatem atq; honorem excludit. *L. 1. in f. C. ubi Senat. vel clar. civ. vel crim. conv.* *l. 47. ff. de R. N.* hocque moribus noſtris obſervari teſtatur Clar. *d. §. ult. q. 28. n. 5.* Theod. *n. 32.* Carpz. *d. l.* qui monent, quod contra has perſonas ſemper cum majori temperamento procedendum, (1.) ne facile includantur, neque in ſubterraneis carceribus cuſtodiantur, ſed in caſtro aliquo, vel palatio, vel camera, vel alio loco honeſtiore ſub cuſtodia militum aut commentarienſium aſſerventur; & (2.) ſi criminis atrocitas non obſtet, militum vel miniſtrorum cuſtodiæ in propria domo vel hoſpitio committantur. Mauritius *in Diſſ. de nobilitate th. 91.*

X. Finis & Differentia Specif. qua hæc cuſtodia ab aliis rebus diſtinguitur, eſt, ne delinquentes fugiendo judicia publica ſive criminalia eluſoria reddant, atque ſic delicta impunita maneant. Nam carceres, reſpectu cauſæ

Incarcerari prohibentur fœminæ honeſtæ.

Limit.

Item hodie.

An Nobiles, Doctores, Licentiati, Clerici? Neg.

Sed ſunt cum temperamento.

Finis eſt cuſtodiæ.

 finalis,

[*Regulariter, non Pœna,*] finalis, habentur non ad puniendos Reos, ſed diligentioris cuſtodiæ cauſa. *l. 1. ff. h. t. l. 8. §. 9. ff. de pœn. l. 6. §. 7. ff. de inj. rupt. teſt.* Ord. Crim. *art. 11.* ibi: *Und iſt dabey ſonderlich zu mercken, daß die Gefängnüß zu Behaltung, und nicht zu* [*niſi per accidens.*] *ſchwererer, gefährlicher Peinigung der Gefangenen.* Quia tamen hæc incarceratio Reis libertatem faciendi tollit, & interdum haud leves carceris cruciatus cauſatur, quod innocentibus eſt miſerum & noxiis non ſeverum ſatis, *l. 1. C. h. t.* hinc quodammodo præter intentionem Magiſtratus incarcerantis, ſed reſpectu ipſius patientis, ſive Rei incarcerati, non incongruè pœna dicitur, & paſſim in Jure cum ea comparatur. *l. 5. ff. l. 1. l. 2. C. h. t.* Gail. *de P. P. l. 1. c. 1. n. 33.* [*Obj.*] Non obſt. *l. 38. ff. de inj.* ubi incarceratio loco pœnæ à Judice dictari videtur. [*Reſp.*] Sed Reſp. quod ibi per vincula publica non intelligatur nuda incarceratio; ſed condemnatio ad operas publicas, quas Rei plerumque vinculis publice conſtricti peragere debent. Bachov. *ad Tr. Vol. 2. D. 31. th. 4. lit. D.* [*vel moribus noſtris.*] Moribus tamen noſtris temporalem incarcerationem, etiam quoad intentionem Magiſtratus, pœnæ loco dictari ſolere, patet ex Ord. Crim. *art. 157. & 216.* Beyer. *poſ. 22. cum ſeqq. h. t.* D. Harppr. *C. 10. n. 34.*

[*Carcer. 1. ſit tolerabilis Quomodo?*] XI. Cum itaque Carcer regulariter cuſtodia, & non pœna eſſe debeat; Hinc (1.) Carceres ſunto tolerabiles, ad cuſtodiam apti, & ita comparati, ut incarcerati auræ communis hauſtu & lucis aſpectu frui ac ſublevari poſſint, uti deſcribit Imp. in *l. 1. C. h. t.* Conſt. Crim. *d. art. 11.* D. Stryck. *in Diſſ. de carcere ad cuſtodiam cap. 4. n. 3. & in uſu moderno §. 3. h. t.* Neque compedibus & ferreis manicis oſſibus inhærentibus crucientur, ſicut probe admonet Judices valde in eo peccantes, poſt alios, Carpz. *n. 46. & ſeqq.* Claſen. *ad d. art. n. 5.* Aliud eſt, ſi qualitas criminis vel Rei catenarum acerbitatem poſtulaverit, *d. l. 1.* Carpz. *d. l.* Stryck. *in uſu moderno §. 4. h. t.* [*Officium pii Judicis.*] Inſuper diligens habenda eſt ratio, ut incarceratis neceſſaria ſubminiſtrentur, infirmis medicina ſuccurratur, ut ſalvi maneant vel ſupplicio, vel innocentiæ, proin Judex curet, ut carcerarii non ipſi ſint vitiis infamati; ſed viri cordati, humani, miſericordes, benigni, bonæ conſcientiæ, timentes DEUM, & ut pii patresfamilias in quibusvis neceſſitatibus juvamen & ſolatium præbeant afflictis &c. apud Damhoud. *Pr. Crim. c. 17. n. 3. & 4.* Judex vero niſi DEUM velit habere ultorem, ſtrenue ſollicitus ſit, ut quamprimum fieri queat, noxii puniantur, vel innocentes dimittantur *l. 1. l. 5. Cod. h. t.* add. Mev. *p. 1. dec. 216.* Modo ſine præcipitatione procedat, quæ juſtitiæ noverca dicitur, ſicut judicantis diſcretio mater virtutum, in Clem. *Paſtoralis §. Præterea. de ſent. & re jud.* [*2. Ultra ſententiæ executionem non durat.*] (2.) Rei tantum ad ſententiam & ejus executionem uſque in carcere detineantur. Sententia enim lata, executionique mandata, nullæ Judicis in Reum partes ſunt reliquæ. *l. 5. ff. h. t.* quod repe-

repetitur in *l. 6. §. 3. C. eod.* quamvis non ſit authentica. Hinc (3) apud Judices ſeculares & de Jure Civili perpetua incarceratio eſt de genere prohibitorum; *l. 8. §. 9. l. 35. ff. l. 6. l. 10.* ibique Gl. *C. de pœn.* Damhoud. *c. 16. n. 3.* Menoch. *A. I. Q. l. 1. q. 59. & l. 2. caſ. 305.* Gail. *l. 1. O. 28. n. 8. & de P. P. l. 1. c. 1. n. 32.* & poſt alios multos, Theod. *c. 10. aph. 2. n. 3.* Sed de Jure Can. Carcer eſt introductus non tantum ad pœnam temporalem, ſed & perpetuam, in *c. 3. de pœn. in 6to. c. 27. in f. x. de V. S.* quia Judex Eccleſiaſticus non poteſt aliquem condemnare ad mortem. Hartm. *tit. 30. O. 4. n. 4.* Beyer. *poſ. 21. cum ſeqq. h. t.* Similiter Jure Carol. ac hodie de conſuetudine perpetua incarceratio eſt permiſſa, *art. 101.* & ibi Criminaliſtæ Gall. *d. l.* D. Berdil. *Exerc. 38. C. F. 10.* Dn. à Lyncker. *Reſol. 24.* Joh. Voet. *n. 4. h. t.* & quia per totum vitæ tempus ſine ſpe liberationis, in pœnæ doloris & aquæ anguſtiæ, in ſqualore & ſordibus miſere continetur, pro pœna capitali habetur, & Morti æquiparatur *l. 2. ff. de hom. lib. exhib.* junct. *l. 209. ff. de R. I.* Claſen *ad art. 10.* Ziegler *ad art. 101. in f.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h.* Notanda tamen eſt differentia inter condemnari ad perpetuos carceres, de quo hactenus, & detineri in perpetua cuſtodia, utpote quod non habet rationem pœnæ: ſed vim publicæ ſecuritatis, ex. gr. ſi homo malus, qui continues minas ſuas executioni mandare, vid. *l. 7. §. 3. ff. ad L. Jul. Maj.* incendium vel internecionem alicujus minitatus, cautionem de non offendendo præſtare non poſſit. Conſt. Crim. *art. 176.* ibi Claſen. & Ziegler. Carpzov. *d. quæſt. n. 18. & ſeqq.* Quæ tamen de Jure Can. conceſſa reperitur. *d. c. 3. de pœnis in 6to. d. c. 27. in fin. x. de V. S.* D. Harppr. *Reſp. 35. n. 43.*

3. Non ſit perpetuus.

Aliter de Jure Can.

Carolina & hodierno.

Habetur pro pœna capitali.

Diff. à detentione in perpet. cuſtodia.

XII. Denique de hac publica incarceratione notandum, quod, ſi plures criminoſi incarcerandi ſint, eos ſegregandos eſſe. Per *l. 3. C. h. t.* quidem ſeparatio demandata ad vitandam libidinem, verum Imp. nulla habita ſexus differentia, ſegregationem quorumcunque captivorum Magiſtratibus injungit, ne de ſuppreſſione criminum, carcerum effractione, vel alia conſpiratione deliberare queant. Conſtitut. Crimin. *art. 11. in f.* ibi Ziegler. Stryck. *in uſu moderno §. 6. h. t. d. Conſt. Nov. Wurtemb. § 2. in med.* Porro Judex incluſos diuturna cuſtodia ſine culpa non maceret, *l. 5. C. h. t.* Theod. *d. c. 4. aph. 12.* quod quandoque pœnæ mitigationem infert. *l. 23. C. de pœn.* Carpz. *in praxi crim. Qu. 109. n. 45.* D. Harppr. *Reſp. 73. n. 312.* Beyer. *poſ. 21. lit. k. h. t.* Interim ſi facultatibus deſtituti ſemetipſos alere nequeant, hoc onus incumbit Actori vel Fiſco Judicii, ſi ſcil. ex officio inquiratur, aut Actor non ſit inſtructus opibus. Expenſas vero judiciales atque criminales Magiſtratus ex publico exſolvere tenetur, ſicut enim lucratur jurisdictionis fructus, ita ejus quoque onera ferre, ſimulque provinciam à malis hominibus purgare tenetur. *l. 13. ff. de Off. P. ſid.*

Plures incarcerandi ſeparentur.

Cuſtodia non ſit diuturna.

Quis alimenta præſtet vel expenſas ſolvat?

hodie diſt.

Ord. Cr. *art. 204.* Hodie tamen communiter fere diſtingui ſolet: An Reus promeruerit pœnam mortis vel corporis afflictivam, *ob die Straff an Haut und Haar gehet*, an non? Et in illo caſu expenſæ non refunduntur, niſi bona ſimul confiſcata: Hoc non item Lauterb. *Diſſ. de expenſis i. dicta. th. 19.* Brunnem. *de proceſſu inquiſitor. cap. 9. n. 2.* Frommann. *de act. civil. & crim. in actu exercito § 69.* add. D. Bœhmeri *Diſſ. de expenſis in cauſis criminalibus.* Et contra alicubi obtinet iniqua conſuetudo, quâ ſubditi ad hujusmodi expenſas obligati ſunt, Sed tunc bene notandum, ne ab uno ad alium caſum extendatur. vid. late Carpzov. *q. 138. per tot.* Boer. *deciſ. 303. n. 9. & ſeqq.* Zieritz. & Claſen. *ad d. art. 204.* Dn. à Lyncker. *Reſol. 404.*

Judex h. l. in officio peccans quomodo puniatur?

XIII. Si vero Judex, prædictis circumſtantiis non diligenter obſervatis, aliquem vel injuſte in carcerem detruſerit, vel præter culpam diutius innocentem detinuerit, & adeo deſidem ac re ſupina cervice tantum titulum gerentem ſe præbuerit, vel in caſu de Jure licito fidejuſſores accipere noluerit, præter damni ac intereſſe reſtitutionem tenetur in Syndicatu, & punitur Syndicatorum arbitrio, pro facti & perſonarum qualitate. Carpz. *d. q. 111 n. 70.* Theodor. *cap. 4. aph. 10. n. 40. & aph. 11. n. 3.* add. Ord. Crim. *art. 61.* Paris de Puteo, *de Syndic. verb. Captura. c. 2. n. 5. & verb. Carcer. c. 2. n. 7.* Injuriarum tamen actione non recte convenitur, per *l. 13. §. 1. l. 33. ff. de injur.* niſi manifeſte appareat de ipſius malitia, vel Proceſſu plane inordinato. *l. 12. ff. d. t.* & ſupra *ad eund. tit. §. 18.* cum Farinac. Theod. *n. 3.* Mev. *part. 8. Deciſ. 290.* Paris de Puteo, *d. verb. Captura. c. 2. n. 3. in f.* ubi vult puniri talem Judicem ad ſimilitudinem. In foro Saxon Judex injuſtè incarcerato per ſingulos dies naturales 30. ſolidos vel 40. groſſos ſolvere tenetur. Carpz. *d. q. n. 71.* Beyer *poſ. 40. & 41. h. t.* Qua autem pœna Effractores Carcerum afficiantur, dictum eſt ſupra *ad tit. de Effractor.*

2. Militari cuſtodia.

XIV. Secundus modus, de quo præced. *§.* dictum, eſt, ut Judex reos cuſtodibus vel militibus committat, atque tradat. *l. 1. ff. h. tit.* Stryk. *in uſu moderno §. 2.* Joh. Voetius *num. 10. h. t.* Quod ipſum utplurimum in perſonis honeſtioribus & in dignitate conſtitutis, præſertim ſi de delicto non fuerint convicti, neque illud confeſſi ſint, obſervari ſolet. *d. Nov. Conſt. Wirt. §. 2.* Tiraq. *de Nob. c. 20. n. 50.* add. *præc. §. 9.* Cuſtodia tamen neque tyroni, nec uni; ſed minimum duobus committenda eſt. *l. 14. pr. & §. 1 ff. h. t.* Et ſi eorum negligentia, vel culpa, vel miſeratione Reus aufugerit, quomodo puniantur de Jure Civili, vid. *l. 12. l. 14. ff. l. 4. C. h. t.* & de pœna vid. ſupra *tit. de Effract. §. 8.*

XV.

XV. Tertius modus eſt Fidejuſſio, nimirum, ut Reus, Fidejuſſoribus acceptis, per eos de ſe ſiſtendo caveat. An autem, & quando Fidejuſſio cauſis criminalibus intervenire poſſit? & quomodo Fidejuſſor Reum non exhibens puniatur? vid. *l. 3. l. 4. ff. h. t.* & ſupra *ad tit. de Fidejuſſ.* §. 23. jam explicatum eſt. add. Tit. *qui ſatisd. cog.* 15. Dn. Voet. *h. t. th.* 13. Lauterb. *Diſſ. de Fidejuſſ. th.* 12. [3. *Fidejuſſione.*]

XVI. Quartus modus eſt, ut Reus ſibi, quemadmodum JCtus in *l. 1. ff. h. t.* dicit, ſuæ ſcil. promiſſione, eique vel nudæ, vel juratoriæ, pro qualitate ſc. & circumſtantia perſonæ atque delicti committatur; Idque inprimis, ſi quæſtio ſit de criminibus levioribus, delinquens non multum ſit gravatus, aut de ipſius innocentia, ex inquiſitione generali aliquo modo Judici conſtet, aut Dignitas, *l. 17. C. de Dignit.* vel vita anteacta ſuſpicionem amoveat, probabiliores delicti commiſſi conjecturæ non adſint, pœna tantum ſit pecuniaria, aut Reus veniam mereatur, prout late explicat Carpz. *q. 112. n. 30.* Brunnem. *de Proc. Inq. c. 8. m. 6. n. 23. & c. 4. dec. 20.* poſt alios Dn. Harpprecht. *Diſſ. de Caut. jurat. th. 48.* Mev. *p. 3. dec. 97.* Brunnem. *ad L. 1. n. 9. & l. 3.* Joh. Voet. *n. 14. h. t.* Et in hujusmodi caſibus Mandata pro relaxandis captivis decerni poſſunt. Frider. *l. 2. de mandat. c. 8. th. 4. n. 6.* Mev. *p. 1. dec. 2.* Imo & in Atrocioribus delictis Reus, cautione præſtita, & fide data, à carcere relevatur, ſi, aliis legitimis circumſtantiis id ſuadentibus, Salvum Conductum impetraverit. Si tamen in probatione innocentiæ ſuæ deficiat, non obſtante Salvo Conductu Speciali, in carcerem conjici & puniri poterit, cum non niſi via facti & violentia excluſa intelligatur, ut Reus innocentem ſe aſſerens à pœna ſeſe liberare queat, Hinc dicitur *ſicher Geleitb zu und vom Rechten*, quod probat Ord. Crim. *art. 76. & 156.* Carpz. *n. 62.* Beſold. *Th. Pr. voc. Fried und Geleitb zum Rechten.* Blum. *Proc. Cam. tit. 70. th. 6.* Dn. Grave, *Diſſ. de Salv. Conduct. th. 43.* Dn. Harpprecht. *d. l. p. m. 73. in fin.* Brunnem. *proceſſ. inquiſitor. cap. 8. m. 6.* Beyer. *pr. 17.* Joh. Voetius *n. 5. h. t.*

[4. Promiſſione Rei propria. Quando locum habeat?]

[*Ampl.*]

[Salv. Cond. ſpecialis ta. non ſemper impedit carcerem & pœnam.]

TIT. IV.

AD LEGEM JULIAM MAJESTATIS.

Inſtit. *Lib. 4. Tit. 18. §. 3.* Cod. *Lib. 9. Tit. 7. 8. & 30.*

§. I.

CONſideratis generalibus quibusdam circa judicia publica, tranſitus fit ad Delictorum ſpecies, quæ dicta judicia conſtituunt. Inter illas primum & princi- [Connexio. Species Del. publ.]

Crimen Læſ. Majeſt. principem locum tenet Crimen Majeſtatis. *paſſim ff. & C. h. t. c. 7. inſ. cauſ. 2. q. 1.* vel læſæ Majeſtatis *l. 1. ff. l. 7. § 1. C. h. t. c. 5. pr. de pæn. in 6to.* Clem. *Paſtoralis. §. Probabitur. & 6. Rurſus de ſent. & re jud.* Idque tum propter dignitatem ejus, in quem committitur, quam commiſſi gravitatem & atrocitatem, hinc ſacrilegio proximum dicitur in *l. 1. pr. ff. h. t.* ſceleratiſſimum conſilium, in *l. ult. pr. C. h. t.* Sumitur vero in ſenſu latiori, ut Delicta contra Majeſtatem Divinam comprehendat, de quibus infra *§. 11. & ſeqq.* vel ſtricte pro Crimine Læſæ Majeſtatis Humanæ, quatenus ex L. Julia vindicatur, de quo proprie h. tit.

Etym. Synon. Homon.

C. Eff. Rem. II. Inſcribitur h. t. Ad Legem Juliam Majeſtatis, à Julio Cæſare primum Conſule. Bocer. *de Crim. L. M. c. 1. n. 11.* Non ac ſi hujus criminis punitio illum primum habeat Authorem; cum jure Naturæ prohibitum ſit, utpote cui ſtatus Magiſtratus omnino congruit, uti probat Gerhard. *loc. Theol. tom. 6. de Magiſtr. Pol. c. 3. theſ. 41.* Boecler. *Inſt. Polit. l. 1. cap. 1. p. m. 98.* ibi *A DEO & ipſa natura repetimus, & ſeqq.* Non obſtante, quod Riemer *dec. 12. q. 1.* adſcribat moribus civitatis, ſeu Juri Civili, quoniam ſcil. inſtitutis demum atque introductis civitatibus eſſe cœperit, ac propterea jure naturæ prohiberi nequiverit. Verum ſi hoc, nec adulterium, homicidium, parricidium, &c. pugnarent cum jure naturæ. Hoc etenim non ſolum circa jam exiſtentia verſatur, ſed etiam circa poſtea hominis facto ſecutura, prout LL. non tantum ſtatum præſentem, ſed etiam futurum communiter reſpicere ſolent. add. Grot. *de J. B. & P. l. 1. c. 1. circa fin.* Sicut autem DEUS cauſa principalis eſt Magiſtratus, Deut. *c. 17.* Prov. *8. v. 15.* Dan. *2. v. 21.* Rom. *c. 13. v. 1. & 2.* utpote quem non tantum naturalis hominum ſocietas & rerum ordo, ſed & ſumma poſt lapſum neceſſitas poſtulat: ita eum quoque in quarto Decalogi præcepto comprehendi, vid. Dn. Oſiander *ad Grot. l. 2. c. 10. pag. 116.* ſupra *Tit. de J. & J. § 21.* & ab omni ſubditorum injuria ſub gravi comminatione liberum eſſe voluit. Rom. *c. 13. v. 5.* Gerhard. *d. l. c. 5. th. 11. & ſeqq.* Hinc Majeſtas apud omnes Gentes ſancta & inviolata habita; Delictum ergo contra commiſſum & olim atrociſſime punitum, Roſin. *de antiq. Rom. l. 9. c. 26.* & Leg. XII. Tabb. jam coercitum fuit, *l. 3. ff. h. t.* ita ut hic tit. Ad Legem Juliam Maj. inſcribatur, non ratione originis, ſed quia multa ſingularia in hoc Læſæ Majeſtatis delicto à Julio Cæſare conſtituta ſunt. Theod. *de Crim. c. 5. aph. 1. n. 3.* Beyer. *poſ. 3. h. t.*

Hoc crimen Jur. Nat. etiam prohibitum.

Obj. Reſp.

Cur h. tit. inſcrib. Ad L. Juliam?

Majeſtas quid h. l. denotet? III. Vocatur Majeſtatis (ſcil. crimen, quod ut & in aliis titt. ſemper ſubintelligendum eſt, *l. 9. ff. h. t.*) non effective ſive quod ab ipſa producatur, ſed objective, quia per hoc delictum læditur Majeſtas. Hæc ut abſolute ſumma & ſuprema eſt in DEO, per ea, quæ in *præc. §.* ſed uſu Politicorum hoc vocab. denotatur ſumma administrandi in Republ. poteſtas. Boecler. *d. l. p. 95.*

Hæc

Hæc penes quem Romæ tempore U. C. fuerit, dictum eſt ſupra ad *tit. de O. J.* add. Theod. *d. l. n. 16. & 17.* Læſio hic denotat in genere omnem Subditorum machinationem adverſus ſupremæ Reipubl. ſtatum, ejusve, qui ei præeſt, Majeſtatem; Imo & conatum lædendi. *l. 5. C. h. t. ſeq. §. 16.* Secundum Ulp. Eſt crimen publicum, *l. 1. ff. de publ. jud.* quod adverſus populum Romanum, vel adverſus ſecuritatem ejus, (quo non intellig. Salvus Conductus, ſed tranquillitas publica, Menoch. *A. J. Q. l. 2. caſ. 386. n. 5.*) *l. 1. §. 1. ff. h. t.* id eſt contra Imperatorem aut Rempublicam committitur. *§. 3. I. de publ. jud.* Theod. *n. 20. & 21.* Vel, qua ſumma in Republ. poteſtas modis à JJ. notatis læditur. *ſeq. §. 15. in fin.*

Quid Læſio?

Crimen Læſ. Majeſt. quid ſit?

IV. Eſtque duplex, *l. ult. ff. h. t.* vid. Beyer. *h. t. pag. 646.* vel Crimen Perduellionis, & quidem proprie tale eſt, quo quis aliquid hoſtili animo, directo adverſus Principis vel Reipubl. ſalutem, in ejus nempe everſionem & labefactionem, machinatur. *l. 1. § 1. l. 5. ff. h. tit. d. §. 3. I.* Quaſi tale quid ſit vid. *ſeq. §. 14.* vel Crimen Læſæ Majeſtatis in ſpecie ſic dictum (& ſic ob penuriam vocabulorum generale nomen ſpeciali facto imponitur, *l. 4. ff. d. P. V.*) eſt, quo quis aliquid non directo: ſed per indirectum, adverſus Principis vel Reipublicæ ſuperioritatem, dignitatem, & exiſtimationem machinatur, jura ſcil. Majeſtatis uſurpando. Ex quibus apparet (1.) quod differentia inter has ſpecies non tantum dependeat à Cauſa Effic. Proxima, quæ eſt hoſtilis animus, nam quos nos hoſtes, eos Vett. perduelles appellabant. *l. 234. pr. ff. de V. S.* Unde hujus criminis Rei hoſtes in Jure dicuntur; *l. 11. §. 3. ff. de his, qui not. infam. l. 8. § 3. ff. de pæn.* Theod. *d. c. aph. 2. n. 2. & ſeqq.* Sed etiam ab Objecto & Cauſa Formali, utpote cum directo tendat in everſionem & labefactionem ſalutis Principis ſive Reipublicæ. Si ergo quis, odio in Principem, ejus ſtatuam vel imaginem diutius in ædibus ſuis manere nollet, quamvis adſit animus hoſtilis, quia tamen ſalus Principis vel ſecuritas publica haud petitur, delinquens non in hanc, ſed alteram delicti ſpeciem incidit. *l. 6. ff. h. t.* (2.) Quod crimen Perduellionis non ad unicum tantum caſum, uti tenet Cujacius, reſtringi poſſit, nimirum ſumptis armis ſeditionem in Republica tentando; verum etiam aliis modis, quibus ſcil. quis directo in ſtatus everſionem quid machinatur, committi, patet ex *l. 1. & ſeqq. ff. h. t.* add. *ſeq. §. 16.*

Div. in Crim. Perduellionis

& Læſæ Maj. in ſpecie. Quid ſit?

Quomodo differant?

Crimen Perduellionis variis modis committitur

V. Cauſa Efficiens Proxima eſt Dolus malus *l. 1. §. 1. l. 10. ff. h. t.* Subjectum ſunt Perſonæ delinquentes, nimirum Subditi, Clem. *Paſtoralis 2. § Rurſus. de Sent. & re jud.* rationis uſu non deſtituti: *l. 5. pr.* ibi: *Quisquis.* & *§. 3. in fin. C. h. t. l. 1. de V. S. l. 3. ff. de bon. damnat.* Gilh. *arb. crim.*

Cauſ. Eff. Pr. Subjectum ſunt Subditi.

c. 2. l. 2. n. 10. Bocer. *de Crim. L. Majeſt. c. 3 n. 66.* Theod. *aph. 6. n. 57.* Sive ſint indigenæ, ſive incolæ *l. 29. ff. ad munic. l. 239. §. 2 ff. de V. S.* late Dn. Voet. *tr. de jure militari c. 4. n. 9. & ſeqq.* Brunnem. *ad L. ſ. n. 3.* Joh. Voet. *n. 14. h. t.* Licet ab aliis delictis publ. excipiantur *l. 4. C. h. t.* Nec à ſingulis tantum, ſed & ab Univerſitate committitur, illius ſcil. membris per ſonum campanæ, vel alio conſueto modo convocatis, & communicato invicem conſilio, Mynſ. *C. 4. O. 38 & 79.* Gail. *de P. P. l. 2. c. 9. n. 4. & 6.* ſed tum in Authores ſevere animadverti ſolet. Theod. *aph. 2. n. 7.*

Et ab Univerſitate.

Excep. I. Non ſubditi.

VI. Excluduntur ergo omnes, qui non ſunt Subditi; ſed extranei, advenæ, & peregrini. Sicuti enim vocabulum Majeſtas relationem inter Imperantem & ſubditos, vel parentes involvit, propter vinculum indiviſum, quo ſubditi Magiſtratui ſuo obſtricti ſunt, ita non omnes Majeſtatem, ſed ſuam tantum Majeſtatem lædentes, hoc crimen committunt. Vid. Schwendendorffers *Diſſ. de cr. perduell. th. 9 & ſeqq.* Quemadmodum Parricidii ſcelere ſe inquinant, qui impia manu parentum ſuorum fata præcipitant, quod ipſum probat Pontifex. *in d. Clem. 2. § Rurſus.* Hinc Seneca ait: *Non ages mecum Reipubl. Læſæ, ſi Senatorem Athenienſem occidero: ſed cadis.* Carpz. *Pr. Cr. q. 41.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 32. th. 1 lit. B.* poſt multos Gail. *de P. P. lib. 2. c. 13 n. 19.* Theod. *d. cap. aph. 3 n. 1.* Bocer. *c. 1 n. 15.* v. Stryck. *in uſu mod. ferme § 1 h. t.* Diſſ. Alb. Gentil. *de Leg. Jul. A. 13 D. 3.*

Diſſ. Alb. Gentilis. Cum. Reſp.

1. (1) Ob generalitatem textus in *l. 5. C. h. t.* ſed Reſp. quod *d. l.* ad Subjectum habile ſit reſtringenda, per *l. 54. pr. ff. Locati.* Sic per *l. 3. l. 9. C. de LL.* omnes Leges
2. Romanis parere debent, proinde tamen non comprehenduntur extranei. ſupra
3. *tit. de LL. § 16.* (2) Propter exempla in *d. l. 5.* expreſſa. Sed iterum præſuppo-
4. nendi ſunt ſubditi. (3) Per *l. 3 ff. de Off. Præſid.* quæ tamen nihil probat. (4) Quia adeſt hoſtilis animus adverſus Principem ipſo facto declaratus; ſed ita limit. Major, Ubicunque hoſtilis eſt animus adverſus ſuum Dominum &c.

Vaſallus, qua talis, hoc crimen non committit.

VII. Ex dictis ſequitur, quod Vaſallus qua talis tantum, id eſt ratione ſolius feudi, & ſi nullam aliam habeat obligationem, de Jure hoc crimen non committat. *d. Clem. 2. §. Rurſus.* Nam non omnes feudum conferentes habent Majeſtatem, nec omnes accipientes eorum à quibus inveſtiuntur, ſubditi ſunt. Attamen inter Dominum directum & Vaſallum intercedit mutua obligatio, *c. un. 2. F. 6.* contra quam ſi Vaſallus delinquat, & crimen Feloniæ committat, ſolo feudo ſuo excidit, non vero tota ſubſtantia privatur. *2. F. 23. & 24. § 2.* add. Struv. *S. I. F. c. 15. aph. 8. & ſeqq.* Ita autem practicari, poſt multos alleg. teſtantur Theod. *d. aph. 3. num. 2.* Bocer. *c. 1. num. 20. & ſeqq.* Gail. *d. l.* Heiden. *cap. 1. concl. crim. 17. pag. 25.* Struvius, *Exerc. 49. th. 19.* ibique Mullerus Stryckius,

in uſu

in uſu moderno §. 1. h. t. add. Myler. *de ſtat. Imper. cap. 30. n. 18. & 19.* De Clericorum exemptione multa quidem reperiuntur in Jure Canon. *c. 2. c. 12. x de foro comp. c. 1. & ſeqq. cauſ. 11. q. 1.* ſed Clericus, etiamſi certo modo à juriſdictione ſeculari ſit exemptus, proinde tamen non deſinit eſſe de provincia & ditione Principis ſui: *cap. 15. verſ. Nec aliquis. de offic. & pot. Jud. deleg. in 6to.* ideoque contra hujus vel Reipublicæ ſalutem quid machinans in crimen Majeſtatis omnino incurrit, per text. general. Rom. *c. 13. v. 1.* Sic Salomon Abjatharem læſæ Maj. Reum officio removit. *1. Reg. 2. v. 27.* de Jure Civ. *l. 6. l. 8. l. 29. §. 4. C. de Ep. aud. l. 33. C. de Epiſc. & Cler. Nov. 137. pr.* quod ipſum Jus Can. firmat. *can. 19. inſ. cauſ. 23. q. 5. c. 23. x de Sent. excomm. d. c. 15. verſ. Nec aliquis.* Hancque communem teneri ſententiam, poſt multos alleg. probant Bocer. *d. c. 1. n. 18.* Theod. *n. 6.* Bachov. *d. th. 1. lit. B.* Harpr. *ad §. 3. I. d. publ. jud. n. 33.* Stryck. *in uſu moderno §. 10. h. t.* add. Ziegler. *de Jur. Maj. L. 1. c. 2. th. 41.* An Clericus? Aliun.

VIII. II. Quia ſubditi hoc crimen committentes integræ & ſanæ mentis eſſe debent, excluduntur uſu rationis non pollentes vel deſtituti, ut Infantes, Mente capti, Furioſi, utpote in quos dolus non cadit, nam, quod faciunt, ignorant. *L. 7. §. 3. ff. h. t. l. 14. ff. de offic. Præſ. l. 12. ff. ad L. Corn. de Sicar.* Hinc Thuanus maximo jure improbat exemplum, quo ex conſilio Senatus & mandato Henr. III. Gall. Regis Franciſcus Brito Curiæ Advocatus, quaſi populum verbis ac libellis ad ſeditionem concitaſſet, quamvis inſaniæ ejus teſtimonia conſignatis tabulis prolata eſſent, ad Supplicium productus, &, ne à plebe ſubduceretur, in ipſa palatii, in quo jus dicitur, area patibulo Lutetiæ Pariſiorum anno 1585. ſuſpenſus eſt. *Hiſtor. tom. 3. lib. 26. p. m. 102.* II. Uſu rat. deſtituti, ex. gr.

IX. Subjectum circa quod, vel Objectum hujus criminis eſt Majeſtas, quæ, cum per ſe, id eſt ſine ſubjecto, exiſtere non poſſit, proinde primum in hoc, cui ſcil. inhæret, immediatè læditur. Joh. Voet. *n. 3. h. t.* Sicut & porro in objecto ſive Republ. quia Majeſtas eſt correlatio reſpiciens Rempubl. Quamvis Civitas vel Reſp. & Majeſtatis Subjectum, ſed commune dici poſſit, quatenus ſcil. totum comprehendit, eoque reſpectu vocatur Maj. Realis. Subjectum vero proprium eſt perſona imperium tenens, ſive una, ſive plures, & vocatur Maj. Perſonalis. Inde tamen non ſequitur, duas diſtinctas eſſe Majeſtates in ead. Rep. ſicut Monarchomachi exponunt. vid. Barcler. *d. l. 2. c. 1. p. 93. & ſeqq.* Jac. Thomaſ. *Phil. Pract. tab. 48. & Annot. 224.* & Filius Dn. Chriſt. Thomaſ. *Diſp. de Duplici Maj. Subj. anno 1672. Lipſ. habita.* Tandem quoniam propter multitudinem negotiorum, vel provinciarum amplitudinem, unus vel pauciores Remp. debite adminiſtrare non valent, ſi ergo exercitium Magiſtra- Objectum eſt Majeſt. Quatenus dicatur Realis, vel Perſonalis.

 tus

tus per aliquem doloſe impediatur, Reipubl. corpus mediate, ſcil. in membris & inſtrumentis ſuis, læditur. Sicque Majeſtas læditur immediate, vel mediate; aut in Subjecto, vel in Objecto, vel in Membris & Inſtrumentis ſuis, *l. 5. C. h. t.*

Læſa committitur vel Immediate, in Subjecto In Imp. R. G. in Imperatorem.

X. Læditur itaque Majeſtas immediate & in Subjecto proprio, Superiorem non recognoſcente; & quidem in Statu Monarchico in Principe ſummo, Ariſtocratico in Optimatibus, Democratico in populo. In noſtro Imperio committitur hoc crimen adverſus Imperatorem, penes quem, ceu Imperii caput, Summa reſidet Majeſtas atque dignitas, poſt alios, Myler. *de Pp. & St. Imp. p. 1. c. 14. n. 15.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.* Quia tamen in partes ejus vocantur Ordines atque Status, ita ut ſuo modo diviſio quædam intercedat, procul dubio in Imperatorem & Imperii Ordines & Status ſimul quoque committi poteſt. add. Dn. Schweder. *Jur. Publ. part. gen. c. 2. th. 19. in f.* Regem

In Reg. Rom. An in Auguſtam?

Rom. quod attinet, illi quoque Majeſtatis dignitas ex electione, ſed certis caſibus exercenda, tribuitur. v. gr. abſente, vel aliis negotiis impedito Imperatore, omnia Maj. jura exercet; in quam rem multos Receſſ. Imp. textus & Auth. collegit laudatus Dn. Schweder. *d. tr. part. ſpec. ſect. 1. c. 3. th. 8.* add. L. B. de Lyncker. *de Commiſſ. Imp. in Cauſ. Stat. n. 16. & de Reg. Rom. lit. E.* In illum ergo Maj. crimen etiam committi poteſt. *arg. lib. 5. pr. C. h. t.* add. Aut. Rumel. *th. 6. in addit. circa fin.* Carpz. *diſp. feud. 9. quæſt. ad A. B. 2. in fin.* Multo magis mortuo Imperatore, licet ante coronationem. vid. Carpz. *Pr. Cr. q. 41. n. 47. & ſeqq.* Ziegl. *d. l. th. 33.* In Auguſtam quidem non committi dicitur, per ea, quæ ſupra *tit. de LL. §. 14.* Limn. *de J. P. tom. 5. p. 73. n. 33.* ſed tamen in Auguſta, in quantum ſcil. per latus ejus Imperator ipſe tangitur. Theod. *d. l. n. 5. in f.* Jac. Thomaſ. *Doctr. Imp. R. G. tab. 39.* Muller. ad Struv. *Exerc. 49. th. 18. lit. a.*

In Vicarios Electores.

XI. Quantum ad Imperii Ordines & Status, Electores, Principes &c. In Vicarios, Palatinatus ſcil. & Saxoniæ Elect. A. B. *c. 5.* item in omnes, tam Eccleſiaſticos, quam Seculares, Principes Electores hoc crimen committitur. A. B. *cap. 24. pr.* ibi: *qui & ipſi pars corporis noſtri ſunt, columnæ & Proceres, quorum dextra ſuper aliis potentia roboratur.* A. B. *c. 5. §. 1. & c. 12. §. 2.* addit Heig. quia & Regibus æquiparantur. *p. 1. q. 4. n. 5.* add. Schutz. *Coll. jur. publ. D. 7. th. 19. lit. C.* cum aliis Theod. *n. 10. & 16.* Dn. à Lyncker. *Reſp. 137.*

Principes & Status collective ſumpti.

De reliquis Principibus & Statibus collective ſumptis idem ſtatuitur, cum tanquam membra & partes Imperii, *einverleibte Glieder des Kayſerl. M. ſ. Stat. R. I. de anno 1502. §. Und vorwohl. & 1509.* cum Imperatore totum conſtituant.

ant. *d. l. 5. C. h. t.* Aliud ergo foret dicendum, ſi ſeparatim ut ſinguli, non tanquam Status & membra Imperii, conſiderentur, etiamſi atrox delictum in illos committatur. Attamen, qui ſuperioritatem habent territorialem, ejusque jura in ſubditos exercent, quaſi Imperatores in ſuis territoriis audiunt; Speidel. *voc. Lands-Fürſtl. Obrigkeit.* Steph. *de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 7. n. 32.* ideoque illorum ſubditos ſimpliciter hujus criminis Reos fieri, communior atque recepta eſt ſententia. Myns. *C. 5. O. 41. n. 1.* Carpz. *d. q. 41. n. 59.* Fibig. *ad Exerc. Pr. ſin. q. 2. ſemid. 1.* Ziegl. *th. 37.* Theod. *n. 17. & 20.* Bocer. *c. 2. n. 101. & ſeq.* poſt multos Rumel. *ad A. B. p. 3. D. 4. th. 1. in addit.* Schilt. *ad ſ. Ex. 49. §. 85.* add. Dn. Schweder. *d. tr. part. ſpec. ſect. 2. c. 10. per tot.* Gail. *l. 2. O. 57. n. 7.* Myler. *de ſtat. Imper. c. 30. num. 13. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 4. h. t.* vel ſeparatim.

XII. Cæterum, quia contra quosvis Principes ſuperiorem non recognoſcentes hoc crimen citra dubium committi poteſt, Carpz. *d. q. 41. n. 57.* quær. An id dicendum de Pontifice Romano? quod Affirm. per *c. 5. de pæn. in 6to. c. 2. de Sent. & re jud. in 6to. c. 6. x. de major. & obed. c. 34. x. de Elect. c. un. Ne ſede vacante. Extravag.* unde ſubditos Imperii, (ejusdem ſcil. qui ſunt religionis) imo & ipſum Imperatorem, contra Papam quid molientem, hoc crimen incidere, Canoniſtæ ſentiunt. Gigas. *de crim. L. Maj. l. 1. rubr. Qualiter & à quibus committ. q. 2.* Sed perperam. Ipſis enim obſtat autoritas Juris Pontificii, quo Electio Rom. Pontificis & ordinatio Apoſtolicæ ſedis ad jus Imperatoris pertinet. *Can. 22. & 23. diſt. 63.* & juxta *Can. 6. diſt. 96.* Nec Imperator jura Pontificis, nec Pontifex illius jura uſurpare debet. Juris Divini: quia Pontifices CHRISTI Salvatoris noſtri vices in terris gerere ſeſe jactitant, qui tamen nunquam ſecularem jurisdictionem exercuit, Luc. *12. v. 14.* & *c. 22. v. 25.* Joh. *6. v. 15.* & Petrus, cujus ſucceſſores ſe fingunt, vid. Schmid. *tr. Petrus Papa non Papa.* dominari noluit, 1. Petr. *2. v. 13. & c. 5. v. 13.* hinc negari non poteſt, CHRISTUM JESUM officia utriusque diſcreviſſe, *d. Can. 6.* & *d. c. 6.* quod Imperator antecellat in temporalibus; ſed Pontifex in ſpiritualibus. Hinc non pauci ex Pontificiis Scriptoribus profitentur, Papam nullam Secularem Jurisdictionem habere; ſed de facto ſibi Majeſtatem arrogare. Sicut, teſt. Lannoy. exemplis ſuis docuerunt Athanaſius, Ambroſius, P. Gregorius I. & alii. Literas inter P. Bonifacium & Philippum Galliæ Reg. deſuper exaratas ex Hiſtoriographo Jac. Chartono notat Minorita Franc. Carriere, in *Chronol. Pontif.* add. Keiler. *Roma non triumph. Sect. 8. p. 295. & Sec. 14. p. 334.* Plura exempla, Scriptores, & alia huc facientia erudite collegit & propoſuit Dn. Jæger. Cancell. Tubing. in *Defenſione Aug. Rom. Imp. Joſephi, contra Curia Rom. Bullas.* An in Papam? Non ab Imperatore. Per int.

In terris vero Imperii potiſſimum Papalem Juriſdictionem in Secul. apud Catholicos exulare, docet Edictum Maximil. I. *wieder des Pabſts angemaſſte Juriſdiction in dem Heil. Röm. Reich.* Goldaſt. *tom. 1. der Reichs-Satzung p. 179.* Limn. *J. P. Tom. 1. l. 2. c. 9. num. 100. & ſeqq.* Stuk. *p. 1. conſ. 15. num. 516.* Attamen in territorio & ditionibus abſolutæ Pontificis poteſtati etiam in ſecularibus ſubjectis, quin ſubditi ejus contra Papam quid molientes crimen hoc committere poſſint, non inficiandum. Ziegler. *ib. ad* Carpz. *num. 59. & ſeqq.* & *de Jur. Reg. cap. 13. ſect. 4. n. 20.* Bocer. *cap. 1. num. 29. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 8. h. t.*

Sed à Pontif. ſubditis.

Læditur in Objecto.

XIII. Læditur itaque Majeſtas non tantum in ſuo Subjecto, ſed etiam in Objecto: vid. præc. §. 9. ſi nimirum hoſtili animo Reſpublica evertatur & labefactetur. Unde in *l. 1. §. 1. ff. h. t.* dicitur, quod crimen Læſæ Maj. ſit, quod tendit adverſus Populum Romanum, per quem ipſe ſtatus Reipubl. intelligitur. Nam veriſimile eſt, JCtum non ad ſtatum popularem reſpexiſſe, ſed de ſuo tempore reſpondiſſe. Theod. *d. c. 3. aph. 1. num. 17.* Ludwell. *ad ff. Diſp. 18. th. 2. lit. b.*

Item à Membris.

XIV. Læditur denique Majeſtas in Membris & inſtrumentis ſuis, ſi nimirum quis doloſe & hoſtili animo adverſus Principis Conſiliarios, Senatores, Milites, &c. aliquid machinetur, quo impediti officio ſuo fungi nequeant, *l. 5. pr. C. h. t.* ubi ratio additur: nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt; *add. l. 8. C. de dignit.* hinc ſtatt, quod actu tales eſſe debeant, Theod. *d. c. aph. 3. num. 14.* & dicitur crimen quaſi Perduellionis, Bocer. *cap. 2. num. 7. & 8.* qui *n. 18. & ſeqq.* per varia argumenta hoc indiſcriminatim procedere probat: ſive quis ſtudio lædendi Principem, ſive privato odio, Conſiliarium, &c. læſerit. Ludwell. *d. l. lit. d.* Damhoud. *Pr. Cr. cap. 62. num. 2. & 7.* Stryck. *in uſu moderno §. 5. h. t.*

Diff. Spec. eſt læſio doloſa. Quomodo fiat,

XV. Forma & Differentia Specifica partim ab Objecto, partim à Fine dependet, & conſiſtit in doloſa Majeſtatis læſione, Læſio autem hæc fieri dicitur, quando tendit adverſus ſalutem Principis, ad ipſius eminentiæ & poteſtatis detractionem, vel Reipubl. labefactionem ſeu everſionem, aut ad ejus decorem & dignitatem minuendam, vel ſecuritatem publicam lædendam. Olim quidem Læſio ex ingeniis Principum æſtimabatur, ſed poſtea Imperatores hujus criminis ſpecies determinarunt, ita, ut crimen Læſæ Majeſt. non ſit, niſi quod ſpecialiter lege ſit notatum, ſive ex verbis & ſententia Legis appareat, illud crimen ad Majeſtatem læſam ſpectare.

& unde æſtimetur.

Modi Criminis Perduellionis.

XVI. Recenſentur autem LL. noſtris varii modi, quibus Majeſtas læditur. Et quidem Crimen Perduellionis committitur, ex. gr. ſi quis dolo malo conſilium ineat, ut arma in Republica ſint, vel conveniat contra Rempublicam; contra eandem arma ferat, hoſtili animo faciat, ut occupentur templa,

&

& alia loca publica; Homines ad ſeditionem convocentur, vel ut Magiſtratus Majores occidantur; Hoſti literas vel nuncium mittatur, ſignumve det, vel quovis modo hoſtes Imperii re aut conſilio juvet; Bellum gerat, Imperium affectet, &c. Hujusmodi XXXII. ſpecies in *l. 1. 2. 3. & 4. ff. h. t.* ibique Brunnem. recenſentur, & latius extenduntur in *l. 5. pr. l. 6. pr. C. d. t.* ubi Perduellionis crimen tàm affectu quàm effectu committi probatur, & propter cogitationem pœna dignus dicitur; Modò non conſiſtat in nudo mentis actu, quem ſolus DEUS *καρδιογνώστης* judicat, ſed voluntas quodammodo, ſcil. externo quodam actu, declarata ſit. Ludwell. *d. lit. d.* Stryck *in uſu modern. § 6. de privat. delict. & de J. S. Diſſ. 10. cap. 6. num. 22. & 23.* late ſupra *Tit. de priv. delict. § 4. & 5.* de Perduellionis modis plura vid. apud Matth. *de Crim. lib. 48. tit. 2. cap. 2.* Theod. *delict. cap. 5. aph. 3.* Struv. *Exerc. 49. th. 20.* ibique Mullerus Joh. Voet. *n. 3. h. t.* Etiam committitur voluntate declarata.

XVII. Secundum crimen Læſæ Maj. in ſpecie ſic dictum aliis committitur modis; ex. gr. Dolo malo in honorem Principis erectam vel conſecratam ſtatuam, imaginem, vel inſignia corrumpendo, *l. 6. l. 7. §. 4. ff. h. t.* junct. *l. 2. C. de ſtat. & imag.* quod maxime exacerbatur in Milites, quia tali violatione defectionem cogitabant. *d. l. 7. §. 4.* Aliud eſt, ſi ſtatua ſit reprobata, vel non conſecrata, vel caſu quid commiſſum. *l. 4. §. f. l. 5. ff. h. t.* Salvum Conductum violando. Menoch. *A. I. Q. caſ. 338. n. 13.* Monetam privata autoritate cudendo *l. 1. C. de falſ. monet.* Ea, quæ Imperii vel Magiſtratus ſunt, ex. gr. privatum carcerem, uſurpando. *l. un. C. de priv. carc.* add. Tit. *de Cuſtod. reor. § 4. & 5.* De his & aliis pluribus vid. Theod. *d. c. aph. 4. per tot.* Bocer. *c. 2. num. 38.* Stryck. *in uſu moderno §. 16.* & Brunnem. *ad l. 6. h. t.* De diff. criminis Perduell. à crim. Læſæ Maj. in ſpecie add. Franzk. *Ex. 14. q. 6.* Modi Crim. Læſæ Majeſtatis in ſpecie.

XVIII. Quær. Si quis maledixerit Principi, quia Blaſphemiæ genus quoddam eſt, Exod. *22. v. 28.* Act. *23. v. 5.* an hoc crimen committat? Ex communi DD. eſt opinio, antiquo rigore laxato ab Impp. Theodoſio, Arcadio & Honorio, maledictionem in Principem huc non pertinere, *l. un. C. ſi quis Imp. maled.* ratio, propterea diverſis titulis agi de maledictione, & ad L. Jul. Maj. Nec in maledicum certa pœna eſt conſtituta, vel eadem, quæ Reus criminis Læſæ Majeſt. ſed arbitrariè punitur. Hahn. *ad Weſ. h. t. N. 6.* cum Cravetta, Gigante, Afflicto. Menoch. *A. I. Q. l. 2. caſ. 377. n. 14.* Carpz. *Pr. Cr. q. 41. n. 111. & ſeqq.* Gilh. *arb. Crim. c. 2. t. 3. n. 11. n. 5.* Stryck. *in uſ. mod. §. 15. h. t.* Interdum tamen maledicorum dicacitas negligitur, maxime ſi ex levitate vel temulentia provenit; *d. l. un. l. 7. §. 3.* ibi: *Nec lubricum linguæ facile ad pœnam trahendum. ff. h. t.* item pro ratione temporum & qualitatum. Menoch. *num. 26.* Sin ex propoſito Maledictio in Princip. an ſit Cr. Læſ. Maj. Punitur arbitrariè. Interdum negligitur.

Si puniatur, ſi à Principe læſus deſuper cognoſcat.

ſitis & per injuriam Imperatorem convitians, non ut ab Inferioribus Judicibus puniatur, permittitur, verum remittendus eſt ad Imperatorem *d. l. un.* ut ipſe dignoſcat, anne pœna, quave, ſcil. an ob crimen privatum injuriæ, ex *d. l. un.* an ex *l. 5. C. d. t.* puniendus ſit? ex. gr. ſi verba ſint ſeditioſa, *l. 1. in f. ff. h. t. l. 1. C. de ſedit.* vel turbulentæ acclamationes. *l. 28. §. 3. ff. de pœn. l. 3. §. 20. ff. de re milit.* His enim caſibus, quin committatur Læſæ Maj. crimen, dubium non eſt. Carpz. *n. 112.* E contra maledicentiam in Principem ſemper ſpeciem criminis Læſæ Maj. eſſe, defendunt Boc. *c. 5. n. 5. & 6.* Theod. *c. 2. aph. 10. n. 56. & cap. 5. aph. 4. n. 56. usque ad fin.* Sed conf. Brunnem. ad *d. l. un. C.* aliosque æquiores. Tandem notant aliqui Dd. licet *d. l. un.* clementiam promittere videatur, metuendum tamen, ne illa venenum habeat in cauda, Præfatio enim clemens & principium lene atrocioris exitus ſignum eſſe poteſt. Parens, *Delib. jur. ad L. 48. ff. tit. 23.* add. Menoch. *d. caſ. per tot.* D. G. H. Bruckneri *Diſſ. Erfurti 1696. hab. de Injuriis ſummo Principi illatis occaſione d. L. un. C.*

Singularia circa proceſſum, quoad perſonas, quod ſit Judex?

XIX. Circa judicia & Proceſſum multa ſingularia reperiuntur conſtituta tam quoad perſonas, quam quoad modum procedendi. Joh. Voet. *n. 7. & ſeqq.* Quoad perſonas, & quidem Principales, (*1.*) Ex Dd. opinione in imperio ſolus imperator de hoc crimine cognoſcere & judicare poteſt, poſt alios, Gigas, *d. tr. rubr. quis de Cr. Læſ. Maj. cogn.* Theod. *d. c. 5. aph. 7. n. 1.* Verum ex diſpoſitione Juris Competens criminalis cauſæ Judex hac Læſ. Maj. quæſtione cognoſcit, *in l. 7. §. 3. ff. l. 4. C. h. t.* ubi Judici permittitur, neſcio Imperatore, fidicularum tormenta Reo Majeſtatis inferre. *L. 1. pr. & §. 4. ff. de offic. Præf. urbi.* quod confirmat Imp. Henricus VII. *in Conſtit. Extravag. tit. quom. in Læſ. Maj. crim. proced.* ibi circa finem. *Prout illi, qui Juriſdictionem præeſt, videbitur expedire.* Bocer. *c. 4. n. 2.* Stryck. *in uſu moderno*, *. 13. h. t.* Sed aliud dicendum, ſi cauſa criminalis concernat Statum Imperii, ex. gr. eum in bannum Imp. declarando vel ſi non ſit perſona Secularis, ſed Eccleſiaſtica privatione Regalium ac privilegiorum Imperii tantum puniendo, maxime, ſi periculoſi motus metuendi ſint. Inſtr. Pac. *art. 5. §. Quoad proceſſum inſ.* D. D. Schweder. *in Jur. publ. part. ſpec. ſect. 1. cap. 21. n. 3.* Stryck. *in uſu moderno §. 23. de judic.* Titius *in Jur. publ. l. 6. cap. 2. §. 39. & ſeqq.* cujus occaſione quær. An in tali caſu non tantum Electorum, ſed & aliorum Statuum ſententiæ & vota requiri debeant? vid. Dn. Mauric. *ad Capitul. Imp. Leopold. art. 28.* add. von *Herden, Grundveſte des Heil. Röm. Reichs, p. 3. c. 5. inſ.* poſt alios citatos, Dn. Schweder. *d. tr. part. ſpec. ſect. 2. cap. 17. §. 20.* add. *ſect. 1. c. 21.* Vitriar. Illuſtr. *Inſtit. Jur. publ. l. 3. tit. 4. §. 1. in not.* Knipſchild. *de Nobil. Germ. l. 3. aph. 23. n. 89. & ſeqq.* Obrecht.

Si Status Imp. declarandus in bannum.

An Statuum vota neceſſaria.

Obrecht. *ad Inſtr. Pac. art.* 8. §. 3. ubi cautum eſt, ut in proximis Comitiis de modo & ordine in declarando ſtatu in Bannum Imp. ſervando agi debeat. *jam res deciſa eſt in noviſſ. Capitul.* Caroli VI. *art.* 20.

XX. (2.) Quoad Accuſatores nulla inhabilitatis ratio habetur. Nam omnes, præter inimicos, etiam admittuntur, famoſi, *l.* 7 *pr. ff. h. t.* milites, *d. l. §.* 1. ſervus contra Dominum, libertus contra Patronum, *d. l.* 7. 2. *p. l. in f. C. de his, qui accuſ.* mulier, *l.* 8. *ff. h. t.* quod Bocerus admittit contra maritum perduellionis reum. *cap.* 4. *n.* 17. (3.) Omnes ſubditi criminis Læſæ Maj. Rei accuſari queunt, etiamſi aliàs in delictis publ. excepti reperiantur. *l.* 4. *Cod. h. t.* Etiam ſocii, ſatellites, miniſtri, eorumque liberi, imò & conſcii, qui ſcilicet certam ſcientiam habent, & quodammodo participes ſunt, vel qui dolo malo opem vel conſilium præſtiterunt. *l.* 10. *ff. l.* 5. *l.* 5. §. 6. *C. h. t.* vid. Menoch. *A. I. Q. l.* 2. *caſ.* 355. Joh. Voet. *n.* 11 *h. t.* Nudi vero conſcii, non tamen revelantes, ab illis differunt. vid. *ſeq.* § 23 *inf.* Add. late Rumelin. *ad A. B. p.* 3. *D.* 4. *th.* 19. *&* 20. Imò & poſt mortem Rei crimen (ſcilic. Perduellionis) inſtaurari & vindicari poteſt. *l.* 6. *pr. l.* 7. *l.* 8. *pr. C. junct. l. f. in f. ff. h. t.* Theod. *d. c.* 5. *aph.* 6. *n.* 36.

XXI. Perſonas Acceſſorias quod attinet, omnes, excepto inimico, etiam teſtes inhabiles in hoc crimine ad deponendum admittuntur, (quibus tamen plena fides non adhibetur, neque plene probant. Theod. *d. cap.* 5. *aph.* 7. *n.* 8.) unde ſervus in caput Domini torqueri, & adverſus illum deponere poteſt. *l.* 6. §. 2. *l.* 7. §. 1. *C. h. t.* Maſcard. *de prob. V.* 1. *concl.* 462. *n.* 31. vid. Beyer. *poſ.* 19. *& ſeqq. h. t.* De Advocatis traditur, quod nullus Reo criminis Læſæ Maj. permittatur, ſed talis infamia notetur. *l.* 5. §. 2. *C. h. t.* Theod. *d. l. n.* 10. Gigas. *d. rubr. q.* 4. *n.* 8. Stryck. *in uſu moderno* §. 11. *&* Beyer. *poſ.* 21. *&* 22. *h. t.* Verum d. l. propriè agit de interceſſionibus pro ipſo crimino ſo. vid. A. B. *c.* 24. §. 1. Brunnem. *ad d. l.* 5. *n.* 19. non de Advocatis, qui non intercedunt, ſed cauſam exponunt atque declarant. Proinde diſting. eſt inter crimen Notorium, & minus tale. Si enim ipſe Reus Crim. Læſ. Maj. nec confeſſus, neque convictus, ſed tantum inſimulatus ſit, crudele foret ipſi patrocinium vel defenſionem denegare. Theod. *d. c. aph.* 6. *n.* 47. Bocer. *d. c. n.* 15. Brunnem. *ad d. l.* vid. ſupra *tit. de accuſ.* § 13. Hodie tamen Interceſſores infamiam non incurrere, tradit Groenew. *ad l.* 5. §. 2. *C. h. t.* vid. ſupra §. 17. *de poſtul.*

Etiam inhabiles accuſare poſſunt.

& accuſari, qui alias excip.

Etiam poſt mortem Rei.

Et teſtes inhabiles admitt.

Advocatus tamen Reo permittitur. *cap. Reſp.*

XXII. Quoad modum procedendi etiam quædam particularia occurrunt, de quibus late Stryck. *in uſu moderno* §. 11. Schopffer. *n.* 18. *& ſeqq. h. t.* & quidem (1.) quod, ſive per accuſationem, ſive per denunciationem, ſive per inquiſitionem hoc crimen in judicium ſit deductum, vid. Gigas *rubr.*

Summarie procedatur,

Servatis tamen ſubſtantialibus.

Quæritur in crim. Majeſt. proc. q. 1. ſemper ſummarie & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii, procedatur, per *d. Conſt. Extr. quomodo in crimen L. Maj. tractand.* & præveniendi periculi cauſa. *l. 6. §. 9. ff. de injuſt. rupt. teſt.* Subſtantialia tamen proceſſus, de quibus in *Clem. Sæpe de V. S.* hic quoque non ſunt omittenda, ut Citatio, libellus accuſatorius, ſive Accuſatio, non quidem ſolennis, ſed aliqualis narratio quæ ipſi Reo pro meliori ſua defenſione communicatur, hic vero Litem conteſtari debet, non ſolenniter, ſed reſponſione, ne inauditus & indefenſus condemnetur, ſi neceſſitas poſtulet, teſtes recipiuntur, partium diſputationes audiuntur, probatione autem facta, & accurata prævia cauſæ cognitione, & ſpectata perſona, an potuerit facere, & an ante quid fecerit, & an cogitaverit, & an ſanæ mentis fuerit? *l. 7. §. 3. ff. h. t.* tandem ſententia publicatur, quam illico ſequitur executio. *add.* Beyer. *poſ. 23. & ſeqq. h. t.* Hinc

Non admittitur Appellatio.

(2.) in hoc judicio nulla admittitur Appellatio, quia ſententia ſtatim executioni eſt mandanda. *d. l. 6. §. 9. in fin.* quo facit *l. 16. ff. de appellat.* Ddres ad crimen Perduellionis notorium reſtringunt. Bocer. *n. 31. & 32.* Theod. *aph. 7. n. 13.* Ad Cam. Imp. in cauſis criminalibus regulariter nunquam appellatur. Ord. Cam. *p. 2. tit. 28. §. Item in ſubdem*, Beyer. *poſ. 28. h. t.* vid. infra *ad tit. de appell. recip. vel non §. 4. & quæ fuit ſine appellat.* (3.) Sed Reo non convicto, in-

Tortura eſt locus.

diciis tamen urgentibus vel teſtium depoſitione gravato, confeſſio tormentis ab ipſo exprimitur, cujuscunque ſit dignitatis. *l. 3. l. 4. C. h. t. l. 10. §. 1. ff. l. 16. C. de quæſt.* Zanger. *de Q. 3. c. 1. n. 60.* Knipich. *de Nobil. l. 2. c. 4. n. 108.* Carpz. *d. q. 41. num. 10.* Modo non ſit prægnans, impubes, & ſimilis perſona.

Imo. Etiam contra Accuſatorem.

Theod. *n. 9.* Imo & accuſatorem temerarium, qui manifeſtis indiciis accuſationem comprobare nequit, tormentis ſubdi oportet, ſicut & illum, cujus conſilio & inſtinctu ad accuſationem acceſſiſſe videtur, ne ſit veri diſſimulatio, nec deficiat temeritatis pœnæ. *l. 3. C. h. t.* ibi Brunnem. Bocer. *n. 26.* At qui factionem ſero, incognitam tamen adhuc, & conſiliorum arcana patefecerit, abſolutione ac venia dignus habetur. *l. 5. §. 7. C. h. t.* A. B. *d. c. 20. §. 7.* (4.) Jus

Poſt vicennium poteſt accuſari.

vero accuſandi vicennio non præſcribitur. Carpz. *n. 9.* vid. Beyer. *poſ. 32. h. t.* ſupra *tit. de div. temp. præſcript. §. 16.*

Eſt Pœna Perduell. reſpectu Rei 1 Corpus, eſt gladius, i. e. ultimum ſupplicium.

XXIII. Pœna hujus Crim. in diverſis caſibus diverſa eſt. Alia nempe Perduellionis, alia Criminis Læſ. Maj. in ſpecie ita dicti. Illa reſpicit vel ipſum Reum, vel ejus liberos. Reum iterum quoad vel corpus, vel exiſtimationem, vel bona. Quod attinet (1.) Pœnam corporis, dicitur in *l. 5. pr. C. h. t.* quod gladio vel capite puniri debeat, eſtque pœna ex Leg. XII. Tabb. antiquiſſima, *l. 3. pr. ff. h. t.* Sic A. B. *c. 24. pr.* dicitur *gladio feriatur.* Vox tamen *gladii* non certam ſupplicii ſpeciem, ſed quodvis ultimum ſupplicii ge-

nus

nos innuit. Sicuti merum Imperium dicitur jus gladii, quia gladius eſt inſigne in judiciis rerum capital. *l. 3. ff. de Juriſdict.* add. *l. 38. §. 1. & 2. ff. de pœn.* junct. *l. 6. §. 4. l. 7. ff. de re milit.* hinc in *§. 3. I. de publ. judic.* pœna dicitur animæ amiſſio. Ord. Crim. *art. 218* ibi: *vom Leben zum Tod geſtrafft werden.* Joh. Voet. *n. 6. h. t.* Noſtris moribus dd. condemnati interdum gladio ſtricte accepto, interdum ſupplicio Rotæ, nonnunquam diſſectione in quatuor partes, *Viertheilen,* quæ in maſculis, haud vero aquæ ſuffocatione, quæ in fœminis obtinet, quandoque puniuntur, Ord. Crim. *art. 124.* Carpz. *d. q. n. 90. & ſeqq.* quæ tamen pœnæ pro ratione circumſtantiarum mitigantur. Interdum ob atrocitatem commiſſi criminis per Raptationem vel Ultulationem exaſperari ſolent, ut ſcil. condemnatus trahæ, quandoque cratibus imponatur, & ad locum ſupplicii rapiatur, *ſchleiffen,* vel antequam ad dictum locum perveniat, una aut altera vice forcipibus candentibus prius adurátur, *mit glüenden Zangen reiſſen,* Interdum per quadrigas in diverſum actas dilaceratur. In quam rem variis, proh dolor! exemplis, etiam recentioribus, non deſtituimur. Zieritz. & Claſen. *ad d. art.* Bocer. *c. 3. n. 14. & 15.* Damhoud. *Pr. Cr. c. 62. n. 6.* Ne tamen judex temere procedat, maturam Juriſperitorum conſultationem requirit *d. art. in f.* Ob ſolam vero notitiam, ſed non factam manifeſtationem, quis huic pœnæ ſe non implicat, arbitrariæ tamen ſe ſubducere non poteſt. arg. *c. 5. de pœn. in 6to Nov. 117. c. 8. §. 1.* Menoch. *d. l. n. 13. & 14.* Theod. *d. c. 5. aph. 6. n. 12. & 13.* D. Bardili, *Exerc. 34. Concl. For. 2.* Carpz. *q. 134. n. 63.* eamque pro ratione ſingularium circumſtantiarum ad mortem extendi poſſe, Brunn. *ad d. l. 5. §. 6. Cod. h. t.* cui quidem Bartolus ſemper locum eſſe vult, è contra Baldus, ob hanc nimis rigoroſam doctrinam, Bartoli animam in inferno cruciari, & Judices hunc ſequentes homicidas eſſe ſcribit. vid. Dn. Bardili *Diſſ. de Reticentia. th. 112.* Hujusmodi autem crimina atrocia indicari debent, ſupra *tit. de Recept. §. 7. & 8.* Excuſantur tamen potentia conjuratorum deterritus, Pater, Uxor, ſupra *tit. de Recept. §. 4.* & maxime Confeſſionarius. Theod. *d. l. n. 16. & 17.* Mynſ. *c. 5. O. 41. in f.* B. Luther. *in Colloq. germ. c. 14. von der Beicht und Abſolution* ibi: *Es iſt mir nichts gebeicht, ſondern dem Herrn Chriſto,* add. ſupra *Tit. de Confeſſ. §. 30. Tit. de teſtib. §. 43.*

Judex ſe conſulat.

Crimen hoc reticens quomodo puniatur?

Notatur Bartolus.

Limit.

XXIV. (2.) Pœna, quæ reſpicit condemnati ex hoc crimine Exiſtimationem, eſt Infamia, quæ Reum hujus Criminis convictum ſemper ſequitur. *cap. 5. pr. de pœn. in 6to. l. 7. ff. de publ. jud.* Imo ejus memoria etiam poſt mortem damnatur. *§. 3. I. de publ. jud. l. 6. pr. l. 8. pr. C. h. t. l. 76. §. 5. ff. de Leg. 2. l. 6. §. 11. ff. de injuſt. rupt. teſt.* Unde neque lugetur, *l. 35. ff.*

2. Ex ſtimationem, eſt Infamia.

de

de relig. l. 11. §. 3. ff. de his, qui not. infam. nec cadavera ad ſepulturam conceduntur, *l. 1 ff. de cadav. punit* Stryck. *in uſu moderno §. 8. h. t.* Et hoc judicium contra defunctum inchoari poteſt, non ſolum Reo hujus Perduell. Crim. in reatu mortuo, ſed ſi etiam, antequam inter Reos receptus, vita functus fuerit, *l. f. ff. l. 6. l. 7. & 8 C. h. t.* A. B. *d. c. 24. §. 8.* Et putat Dn. Voet. hanc accuſationem intra proximum à morte quinquennium perduellis moveri poſſe arg. *l. 1. ff. ne de ſtatu def. l. 2. C. de apoſt.* Voet. *h. t. n. 6. in med.* Struv. *Exerc. 49 th. 20.* Schœpffer. *n. 22. h. t.* Ut autem infamia ſit teſtis, nomen hujus Rei ex catalogo honeſtiorum virorum tollitur, inſignia honoris, ſi quæ habuit, convelluntur, ſtatuæ ipſi poſitæ evertuntur, domus ſolo adæquantur & ſale aſperguntur *d. l. 5. pr. l. 24.* ibi Gothofr. *lit. d. ff. de pœn.* Carpzov. *d. q. 41. n. 11. & ſeqq.* poſt multos Küiſelius. *ad A. B. p. 3. D. 4. th. 2.* Stryck. *in uſu moderno §. 8. h. t. ubi exempla.*

& Reo jam defuncto agitur.

Quomodo ejus memoria damnetur?

3. Bona, eſt confiſcatio

XXV. (3.) Pœna, quæ reſpicit Bona, eſt Confiſcatio, & omnium bonorum Rei Perduellionis publicatio. Nam propter hoc crimen hodie omnia bona amittuntur, & Fiſco cedunt. *l. f. ff. l. 5 pr. l. 6. 7. & 8. C. h. t. L. 1. C. de petit. bonor. ſublat. L. 31 §. f. ff. de donat.* A. B. *d. c. pr. & §. 8.* Ord. Crim. *art.* 218. ibi: *So ein Ubelthäter auſſerhalb des Laſters der beleidigten Majeſtät, oder ſonſt in andern Fällen, ſo der Ubelthäter Leib und Guth nicht verwürckt, vom Leben zum Tode geſtrafft, Weib und Kinder an Betteiſtab, und das Guth dem Herrn zugewieſen werden.* Sicque non refert, bona ſint præſentia, an futura, id eſt, poſt crimen adquiſita. *l. 2. C. de bon. proſcript.* Bocer *d. c. 3. n. 40. & ſeqq.* Harpprecht. *ad §. 3. I. de publ. jud. n. 82.* Allodialia ſive feudalia, quæ ſcil. ab illo ipſo Principe, in quem crimen perpetratum, cognoſcuntur. *Clem. 2. §. Rurſus de ſent. & re jud. d. c. 5 de pœn. in ſto. 2. F. 24. viſ 37. & 38.* Capitul. Caroli VIII. *art. 20.* Proinde nec Legitima liberis ſervabitur, Bocer. *n. 89. & ſeqq.* Theod. *n. 51.* Bona vero, quæ Reus jure ſingulari poſſidet, non publicantur, hinc Feudalia non ad fiſcum pertinent, ſed vel ad Dominum revertuntur, vel ad Agnatos feudi Succeſſores, ſi crimen in alium, quam Dominum, perpetratum. Lüc Rumelin. *th. 7.* ubi *in addit.* limit. in feudo hæreditario. Bocer *d. c. n. 46. & ſeq.* Theod. *d. c. 5. aph. 6. n. 24. & ſeqq.* add. Ord. Crim. *p. 2. t. 9. §. So jemand. 2. verſ. Auch die Lehen.*

omnium bonorum.

Nec ſalva liberis legitima, Excip. bona, jure ſing. poſſeſſa.

Modo facta ſit condemnatio.

XXVI. Supra dicta tamen confiſcatio fit non ipſo jure à die ſceleris commiſſi, ſed condemnatione facta, Reus perduell. rerum ſuarum dominium amittit, arg. *l. 15. ff. qui & a quib. manum. §. 5. I. de hered. q. ab inteſt. l. f. pr. & §. f. C. h. t.* ibi Brunnem. *n. 10. l. 22. pr. l. 46. §. 6. ff. de jure fiſc.* Stryck. *in uſu moderno §. 7.* ſupra *tit. de his, quæ ut indign. §. ult.* A. B. *d. c. in f.* Ord. Crim. *d.*

art.

art. 218. ibi: *Zugevvieſen vverden.* poſt multos alios, Rumelin. *d. l. th. 5. in addit.* Gigas, Peregrinus, Faber, Fachinæus, Bocer. *d. l. n. 21. & multis ſeqq. ubi ad contraria reſpondet.* Bachov. *ad Titul. V. 2. D. 35. th. 1. lit. G.* Harppr. *d. l.* Carpz. *d. q. 41. n. 107.* Hahn. *ad W. h. t. N. 7. verb. Bonisque publicatis.* Franzk. *d. Ex. 9. 8.* ubi *n. 17.* limit. niſi crimen penitus ſit notorium. Ziegler. *de jur. Majeſt. l. 1. c. 2. th. 60.* Quicquid vero Reus à tempore criminis admiſſi emancipando, dotando, donando, contrahendo, vel quovis modo alienando geſſerit, annullabitur. *L. 5. §. 4. l. ſ. Cod. h. t. l. 31. §. ſ. ff. de donat.* A. B. *d. cap. §. 4. & 5.* In imperio Rom. Germ. quamvis hoc crimen in Imperatorem vel Imperium à Principum, Statuum vel Nobilitatis Immediatæ Vaſallis vel ſubditis commiſſum, bona delinquentis non debent applicari fiſco Cæſareo, ſed relinquenda ſunt liberrimæ diſpoſitioni Domini territorii, qui jure fiſci gaudet; Capitular. Imp. Leopold *art. 27.* ibi Dn. Maurit. & Imp. Joſephus, *art. 21.* Reinck. *de R. S. & E. l. 1. cl. 5. cap. 7. n. 25.* Rumelin. *ad A. B. p. 3. D. 3. th. 32. in addit.* etiamſi bona extra territ. confiſcantis ſita ſint. Hopp. *ad. §. 5. I. de publ. jud.* Capitul. Cæſ. *d. art.* ibi: *Die ſeyn gelegen, wo ſie wollen. Et Capit.* Caroli VI. *art. 21.* Rumelin. *d. l. th. 4. in f.*

Interim geſta annullantur.

Bona cujus Fiſco, Leit an Domini territorii cedant?

XXVII. Quamvis autem regulariter noxa caput ſequatur, & crimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere poſſit, cum unusquisque ex ſuo admiſſo ſorti ſubjiciendus, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituendus. *l. 26. ff. l. 22. C. de pœnis.* Quod ipſum in lege Divina & æquitate naturali fundatum. Deut. *24. v. 16. 2.* Paralip. *25. v. 4.* Ezech. *c. 18. v. 20.* DEUS quidem minatur, paternam ſe impietatem in poſteris vindicaturum, ſed ſub hac qualitate, ſi & ipſi peccata vel ſimilia commiſerint. Ziegler. *ad Grot. l. 2. cap. 21. §. 14. & §. 15. in fin.* add. *Non tamen diffiteor, prudenter coerceri per duellium liberos, ne noceant & parentum ſupplicia vindicent.* Aliud tamen ſtatutum in crimine Perduellionis, per *l. 5. §. 1. C. h. t.* cujus certæ pœnæ etiam ad liberos pertinent, quia in iis paterni, h. e. hæreditarii criminis exempla metuuntur; *d. l. 5. §. 1. cap. 10. diſt. 56.* & quia hoc ipſo parentes pro affectu magis in liberis deterrentur, quam in propria perſona. *l. 8. §. ſ. ff. quod met. cauſ. l. 7. pr. C. de cur. fur.* Stryck. *in uſu moderno §. 9. & 10. h. t.* Alias rationes vid. apud Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 32. th. 1. lit. K.* Et hoc extenditur ad filios ante crimen conceptum natos. Bocer. *n. 60. & ſeqq.* vid. tamen Theod. *n. 50.* late Rumelin. *d. l. th. 11.* Et ſub Filiis etiam comprehenduntur Filiæ, per *d. l. 5. l. 62. ff. de leg. 3. l. 1. ff. de V. S.* quæ tamen mitius illis puniuntur. *d. l. 5. §. 3. ſeq. §. 28.* Sed *d. l. 5.* non extenditur ad filios ante crimen Emancipatos; *d. l. 5. §. 4.* ibi Brunnem. *l. 6. pr. ff. de Senat.* Diſſ. Dn. Vocc. *h. t. n. 9. pr.*

Pœna Paterna non extend. ad liberos;

Sed in Crim. Perduell. ad filios.

Rationes.

Ampl.

Limit.

n. 9 pr. neque ad Adoptivos, ſanguine enim juncti non ſunt. *§. 4. l. 1. 23. ff. de adopt.* Theod. *n. 45 & 44.* Nec ad Patrem filii perduellionis, qui ad hujus ſucceſſionem quidem non admittitur, ſed de cætero nullam ſuſtinet pœnam. Bocer. *n. 70.* late Rümelin. *d. l. th. 17.*

Non quidem morti addicti, ſed ad infamiam, honores,

XXVIII. Perduellium ergo filii olim paterno perire debebant ſupplicio, Cic. *in Ep. 15. ad Brut.* quod imperatoria lenitate in *d. l. 5.* correctum, ut illi, vita quidem relicta, perpetua notentur infamia, & ad nullos pro ſuo honores, ad nulla Sacramenta perveniant. *d. l. 5. §. 1. c. 23. cauſ. 6. q. 1. cap. 5. de pæn. in 6to.* A. B. *d. c. §. 2.* Nec non perpetua egeſtate (intuitu juris ſuccedendi) ſordeant. Omnes enim ſucceſſionis tam legitimæ, quam teſtamentariæ, ſive maternæ, ſive aliorum propinquorum atque extraneorum hæreditatis plane incapaces redduntur, *d. l. 5. §. 1. d. cap. 23 d. cap. 5* A. B. *d. l. §. 1.* Ord. Crim. *d. art. 218* ibi *Weib und Kinder am Vermögen ab* quia tamen filii non indigni, ſed incapaces & inteſtabiles habentur, ideo hæreditas materna vel propinquorum non fiſco, ſed aliis ſcriptis, vel ab inteſtato proximis cedit. *ſupra tit. de his quæ pro non ſcript. § fin.* Tit. *de his, quæ ut indign. § 1.* Cum autem diſpoſitio *d. l. 5 § 1.* tantum de ſucceſſionibus poſt crimen delatis diſponat, non extendi debet ad contractus filiorum, vel ſi Mater ſive Extraneus filiis quid donet, nec ad peculium Caſtrenſe, aut Adventitium, nec ad ſucceſſiones ante crimen delatas. Brunn. *ad d. l. 5 n. 16* Theod. *n. 54.* Harpprecht. *ad d. §. 3 n. 72.*

& omnem ſucceſſionem poſt crimen delatam

Cui hæred. cedat?

Limit. in Contract. Donat &c.

Idem eſt Filiabus, quæ tamen habent prærogativam.

Idem ſunt in Filiabus, quæ quidem ſimiliter ex bonis paternis perduell. nihil accipiunt, liberæ tamen dicuntur à pœna infamiæ, Rumelin. *th. 5. in addit. 10 f.* & ipſis ex hæreditate materna Falcidia ſive Legitima relinquitur. Has namque pro infirmitate ſexus minus auſuras præſumunt. *d. l. 5 § 3. C. h. t.* Ac proinde dotes jam ante ex bonis paternis acceptas ſalvas habere. *d. l. 5. § 4.* Avita aliorumque propinquorum, & extraneorum ſucceſſione eas non privari, late defendunt Bocer. *n. 58.* Theod. *n. 61* Rumelin. *th. 10.* Uxor vero, ob hoc Mariti crimen, dotem recuperat, atque donationem propter nuptias retinet. *d. l. 5 § 5.* junct. *l. 1 C. ne uxor pro marit.* A. B. *d. c. § 6.* ibi Rumelin. *th. 18. n. 1.* Carpz. *P. P. p. 3. c. 21. def 23. n. 3* Gail. *l. 2 O. 16 n. 1. & n. 17* uxorem portionem ſtatutariam ſalvam habere ſtatuit Stryk. *in uſu mo. tertio §. 10. & 12.*

Pœna ad Nepotes non debet extendi. *Obj.* *Reſp.*

XXIX. Hæc tamen de Filiis & Filiabus conſtituta pœna ad Nepotes, juxta communem opinionem, extendi non debet, per *§ 7 I. quib. teſt. tut. l. 6. ff. de teſt. tut. l. 4 pr. ff. de excuſ.* Et quamvis Filiorum nomine quandoque veniant Nepotes, Hoc tamen tantum contingit in favorabilibus, atque ex juſta interpretatione. *l. 84. l. 201 l. 220. ff. de V. S.* ſupra tit. *de teſt. tut. § 14.* In pœnalibus vero & odioſis ſpecialis diſpoſitio (ſicut *d. l. 5.* de filiis & filiabus tantum loquitur)

quitur) ultra terminos proprietatis extendenda non eſt *l. pen. ff. de pæn. l. 155. §. 2. ff. de R. J.* Harpprecht. *n. 52.* Bachov. *d. lit. K.* Hocer. *n. 66.* Theod. *n. 65. & 66.* Joh. Voet. *n. 9. h. t.* & poſt multos Rumelin. *d. l. th. 13. & in add.* ubi notat, ipſos diſſentientes, hanc pœnam ultra ſecundum gradum deſcendentium ex maſculis incluſive extendendam non eſſe, aſſerere. Sicut & Infamia Nepotibus de Jur. Can. dictata reſtringitur ad crimen in Papam aut Cardinalem commiſſum. *c. 5. de pæn. in 6to.* Stryck. *in uſu moderno §. 9. h. t.*

XXX. Sed quær. An Filii etiam bonis Feudalibus, quæ alias jure proprio, ex pacto & providentia primi acquirentis, ad eos pertinent, privari queant? Et hoc per text. *præc. §. 25.* cit. communiter affirmatur, ita, ut permulti ſentiant, quosvis Agnatos tali caſu penitus à ſucceſſione excludi. Fachin. *l. 7. cap. 22.* H. Piſtor. *l. 2. q. 15. & 16.* Gail. *de P. P. l. 2. cap. 13. n. 11. 13. & ſeqq.* Alii tamen Feudum hoc ad Agnatos pertinere ſtatuminant, & hanc ſententiam, ut æquiorem, magis receptam atque communem, defendunt ac commendant Gloſſa, Andr. de Iſernia, M. de Afflictis, Curtius Jun. Jacobus de S. Georgio, Schneidewin. Weſenb. Clarus, Menochius, ap. Dn. Mauritium *Poſit. Jur. Feud. Art. 14. th. 10.* Bur(ſat). à Petra, Schurff. Roſenth. &c. ap. Rumelin. *diſſ. l. th. 7. in addit.* Alias foret potius contra feudalem contractum primæ inveſtituræ initum, quippe quo omnes primi acquirentis deſcendentes ad ſucceſſionem vocantur, adeoque nemo illorum abſque culpa, vel propria, vel patris, delationem ſucceſſionis impediente, à ſucceſſione, quæ ipſis legitime defertur, excludi poteſt, ſicut inquit Strув. *S. J. F. cap. 15. aph. 14.* & ibid. *n. 5.* notat, textus feudales in contrarium allegari ſolitos nihil aliud dicere, quam quod Feudum aperiatur hoc caſu Domino, Feudum namque revertitur ad Dominum non niſi revocabiliter, ita, ut poſt obitum Vaſalli delinquentis, ejusque filiorum, idipſum ad Agnatos, ex jure proprio ſuccedentes, redeat arg. *2. F. 24. & 31.* (ubi verba *a to gradu* non reſtrictiva, ſed ampliativa, & ita exponenda ſunt, *etiam illi, qui a to gradu remoti*, cum hodie in infinitum ſuccedant. Burſch. in *dd. tit.* Struv. *d. cap. aph. 15. n. 1.*) *ac. § ult.* junct. *2. F. 8. §. E contrario.* item. *45. & 71.* Hancque ſententiam juri & æquitati conformem, ſimulque conſulendo & judicando ſequendam dicit Obrecht. *de jur. feud. l. 4. c. 9. n. 113.* Rhet. *ad J. F. 5. p. 239. col. 1. & pag. 312. col. 2.* Carpz. *J. F. p. 3. c. 17. def. 6. & 8.* cum Ardizone, Alvarotto, Cujacio, de Marinis, Camerario, Roſenthalio, Setzero, Hunnelrich. Dn. Maurit. *d. th.* hocque verius, juſtius, rationique Juris feudalis convenientius dicunt Bocerus, *Diſp. feud. 9. th. 38.* Itter. *de feud. Imper. cap. 20. th. 10.* hunc Bocerus, *thoſ. 34.* Gailius, *d. l. num. 17.* excipiunt feuda gentilitia, ex pacto & providentia totius famí-liam

An Filii & bonis feudalibus priventur?

Revert. ad Dominum dat. revocabiliter & ſuo tempore redeunt ad Agnatos.

lex conceſſa. Huc facit Ordin. Camer. *p. 3. tit. 21. §. 1. in f.* ibi: *So lang der Achter in der Acht iſt*, ne ſcil. jus Agnatorum à primo concedente quæſitum & radicatum citra eorum culpam intervertatur. *& conſonat Capitulatio* Caroli VI. *art. 20.*

An pœna ex liberorum hodiernum obſervetur?

XXXI. Multi tamen Dd. dictam in liberis pœnam crudelem exiſtimant, per text. *in prin. §. 27.* alleg. rati, Impp. Arcadium & Honorium conſtitutionis in *d. l. 5.* pœnituiſſe, eamque poſtea abrogaſſe in *l. 22. C. de pœn.* quâ pœnæ ſuos debere tenere auctores, cum Budæo, Harppecht. *ad d. §. 3. n. 30.* Verum hæc ratio non ſufficit, quia ſpecies per genus haud derogatur, ſed potius vice verſa. *l. 3. C. de ſilent.* Bocer. *n. 32.* Bachov. *d. l.* Nihilominus *d. l. 5. C. h. t.* duritiem & pœnam quoad filios noſtris moribus amplius obſervari, communiter negatur, poſt alios, Schneidew. Schultz *ad d. §. 3. I. de publ. jud.* Treutl. *d. loc. K. in f.* Ludw. *d. l. in f.* Rusdorff. *in cond. conſ. Palat. c. 13. n. 20.* Theod. *n. 66.* & ita ex generali conſuetudine obtinere, Rumelin. *d. l. ib. 9. Add. inf.* Groenew. *de LL. abrog. ad l. 5. §. 1 & 3. C. h. t.* Dn. Voet. *h. t. n. 9. inf.* ibi: *Parentis quidem hereditate carent, ſed de cætero neque infames habentur, nec ab honoribus, aut extraneorum hereditatibus excluſi ſunt.* poſt multos Farin. *q. 116. p. 3. n. 144. ſeqq.* Verum quia *dicta l. 5* conſtitutio ſpecialiter probata & confirmata reperitur, per A. B. *d. c. 24.* & Ord. Crim. *d. art. 218.* quo facit R. I. Circul. *de anno 1567.* & Rec. *de anno 1576. §. 56.* Carpz. *de L. Reg. c. 9. ſect. 9. n. 24. & ſeqq.* ideirco contrariam conſuetudinem probandam eſſe, tradit Fibig. *ad d. Exerc. Franck. 10. quæſt. ſecunda 2.*

Exempla.

Suppeditat tamen hiſtoria valde laudabilia exempla. Sic Ludovicus Bavarus Fratris ſui in ipſum delinquentis filios conſpiciens, dixit: Pater, non autem filii, in me deliquerunt, ideoque non eſt æquum, ut alieni ſceleris pœnam luant. Imp. Frid. Barbaroſſa, Sobieslao II. Bohem. Duce ob crimen proditionis proſcripto & Ducatu privato, eo ſtatim agnatum Fridericum anno 1178. inveſtivit. Max. II. omnes ditiones Joh. Frider. D. S. ob defenſionem Grumbachii proſcripti, & ſi prolis maſculæ Pater eſſet, neutrius expectata morte, Dn. Johanni Wilhelmo contulit. *Cap. Abſch. zu Erffurt, de anno 1567. §. 15.* hic tamen non multum poſt eaſdem in favorem dd. nepotum ex Fratre iterum abdicavit, qui in Comitiis reſtituti ſunt. R. I. *de anno 1570. §. 40.*

Pœna Crim. Læſ. Majeſt. in ſpecie eſt mitior.

XXXII. Pœna, quæ ob crimen Læſæ Maj. in ſpecie ſic dictum imponi ſolet, mitior eſt pœna Perduellionis, unde etiam Reo defuncto hoc crimen extinguitur; nec memoria ejus eradicatur. *l. f. in fin. ff. h. t.* Pœna autem, pro qualitate delicti, & circumſtantiarum perſonæ eſt vel capitis ſive ultimi ſupplicii, vel deportationis, vel relegationis. *l. 10. l. 40. ff. de pœn. junct. l. 3. C. ſi reus vel accuſ. mort.* Bocerus, *d. c. 3. n. 103.* & *cl. 3. D. 11. th. 42. & ſeqq.*

& ſeqq. Carpz. *d. q. 41. n. 97.* Joh. Voet. *n. ſ. h. t.* Præterea nec bonorum publicationi locus eſt, ſi ſcil. liberi adſint; neque ad liberos pœna pertinet. *l. 9. ff. h. t.* per ea, quæ tradunt Theod. *d. aph. 6. n. 18. & ſeqq.* Bocer. *d. c. 5. n. 115. uſque ad fin.* ubi probant *Nov. 134. cap. ult.* perduellionis crimen propriè intelligi.

XXXIII. Vocab. Majeſtatis late ſumto etiam huc referri poteſt Crimen L. Majeſt. Eccleſiaſticum, quod in religionem Divinam committitur. *l. 4. §. 1. C. de hæret.* Struv *Exerc. 49. th. 22.* ibique Mullerus. Joh. Voet. *n. 1. h. t.* Nam quo major DEUS eſt Principe homine, eo gravius eſt æternam, quam temporalem offendere Majeſtatem, Auth *Gazaros pr. t. d. t. c. 10. x. de Hæret.* & eo magis, qui ipſum DEUM blaſphemant, digni ſunt ſupplicia ſuſtinere *Nov. 77. c. un. §. 1.* Hinc blaſphemantem quilibet accuſare, vel intra octiduum deferre tenetur, & intermittens arbitrariè puniri debet. *d. N. §. 2.* Reform. Pol. *de anno 1548. tit. 1. §. 3. 4. & 5.* Div. Theod. in Blaſphemiam, & in veritatis Divinæ proditionem, *d. c. 5. aph. 1.* Divid.

XXXIV. Blaſphemia eſt, quando Divina Majeſtas *l. 31. §. 4. ff. de ædil. ed. l. 4. §. 4. C. de hær.* dicto factove contumelioſe, vel ex pravo animo læditur. Theod. *d. l.* Berlich. *p. 4. concl. 1. n. 87 & ſeqq.* Committitur vel Immediatè, vel Mediatè. Illo modo, cum DEO tribuitur, quod Ei adverſatur, vel adimitur, quod Ipſi propriè convenit, vel eſſentia DEI oppugnatur. Ord. Crim. *art. 106* Damhoud. *Pr. Cr. c. 61. n. 11.* Gilhauſ. *d. c. 2. tit. 1. n. 5.* Dunte, *caſ. conſc. ſect. 1. q. 49.* D. Harpprecht. *Reſp. 81. n. 37. cum ſeqq.* D. Bardili *Exerc. 30. Concl. Fer. 5.* DD. Graſſ. *in diſſer. Receſſ. Imper. ſect. 15. §. 1. ubi caſus exhibent.* Quod cum ſit crimen omnium horribiliſſimum, propter quod & fames, & terræ motus, & peſtilentia fiunt, *d. n. §. 1.* Jure Divino pœna eſt lapidatio, Levit. *24. v. 16.* Jure Canonico pœnitentia publica *c. 10. c. 22. q. 1. c. 2. x. de maledicis.* Jure Civili, ſi admoniti non deſiſtant, ſicque blaſphemare conſueti, eſt ultimum ſupplicium. *d. n. §. 2.* Conſtitutionibus Imperii variæ ejusd. pœnæ ſunt conſtitutæ, uti videre eſt ex Rec. Wormat. *de anno 1495.* Auguſt. *de anno 1500. tit. 31.* Trev. & Colon. *de anno 1512. tit. 3.* Reform. Auguſt. *de anno 1530. tit. 1.* Ord. Crim. *art. 106.* Noviſſimis Imperii Conſtitt. regulariter pœna mortis, aut mutilationis membrorum, [ſcilic. amputationis linguæ blaſphemantis] pro ratione tamen circumſtantiarum, decernitur, *am Leben oder Gliedern*, Reform. Polit. *de anno 1548. tit. 1. §. 7.* Ord. Polit. *de anno 1577 tit. 1. §. 7.* Wirt. *Lands-Ordn. tit. 89. §. 4.* Stryck. *in uſu moderno §. 17. h. t. 18. & 19. h. t.* loco membrorum abſciſſionis quandoque ſurrogatur

Commune. Blaſphemia.

Quid ſit?

Committitur vel Immediatè. Quomodo?

Quæ pœna ſtatuta?

gatur fuſtigatio cum relegatione. Theod. *n. 11.* Carpz. *n. 22.* Sic etiam pœna mitigatur, ſi quis non conſuetus blaſphemare, vel nimia ebrietate, ira, vel dolore juſto commotus fuerit, & ex lubrico linguæ blaſphemaverit ſtatim ſe corrigens, Gilhauſ. *n. 15. 16.* Menoch. *de A. J. Q. l. 2. caſ. 375. n. 30 ſqq.* Damhoud. *n. 22 & ſeqq.* Carpz. *n. 57. ſeqq.* Theod. *n. 11.* Dn. à Lyncker. *dec. 718.* D. Harppr. *Conſil. nov. 78.* In Reform. *de anno 1530. tit. 1. §. 2.* ordinatur, quod blaſphemans prima vice pane & aqua puniatur: iterato, pro admiſſi qualitate, pecuniaria, pro pauperibus vel egenis virginibus in dotem applicanda: tertio delinquens mortis pœna, vel membrorum abſciſſione affici debeat. Sed addi merentur, quæ Author Juſtinian. Clem. *getr. ſchr. Anmerckung. c. 12.* habet: *Finden ſich ſolche Perſonen im Stande beſagter Unbußfertigkeit, ſo iſts ein ſchweres, ohne klaren Gottl. Befehl und Willen, einen unbußfertigen Sünder, durch verkürtzter Zeit ſeines Lebens, die Zeit der Buſſe abzuſchneiden, abſonderlich, da die Bekehrung ein Göttliches Werck iſt.* Jerem. 31. v. 18. &c. & 5. 13. *Seynd ſie aber durch rechtſchaffene Buſſe vor GOTT von aller Sünde und derſelben Straff gerechtfertiget, ſo iſt es nicht weniger eine ſchwere Sache, ob eine Chriſtliche Obrigkeit diejenige tödtlich beurtheilen könne, die nunmehr Glieder Chriſti worden ſind, und in ihrem Leben dem HErrn Frucht zu bringen hatten.* Sic Menochius pœnam mortis in deſuetudinem abiiſſe, ſed hodie arbitrariam, imo pecuniariam tantum locum habere tradit. *d. l. num. 27. & 30.*

Vel Mediatè

XXXV. Hoc modo & mediatè committitur, ſi blaſphemiæ evomantur contra verbum Divinum, Vulnera & Sacramenta CHRISTI. Sed puniuntur arbitrariè. Sicut & illi, qui in B. Virginem Mariam, aliosve Sanctos contumelioſa proferunt, quia ſuo modo in DEUM redundant. Reform. *de anno 1530. tit. 2. & 4. de anno 1548. t. 3. & 5.* Ord. Pol. *de anno 1577. t. 2. & 3.* *Wirt. Land-O. d. t. §. 10.* Carpz. *n. 71. & ſeqq.* Zieritz. & Claſen. *ad Ord. Crim. art. 106.* Brunnem. *J. Eccl. l. 2. c. 18. § 58. & ſeqq.* ubi addit, non multum à Blaſphemiis abeſſe pravas translationes phraſium S. Scripturæ, vel detorſiones ad res prophanas. Stryck. *in uſu moderno §. 20. & 21. h. t.* D. Harpprecht. *in Diſſer. March. Badenſ. p. 7. th. 11. & Reſp. 22. n. 39. cum ſeqq.* DD. Graff. *Land. ſect. 13.* Sunt quidem adeo rigidi, ut Reum blaſphemiæ ad defenſionem admitti nolunt, ſed contra æquitatem & Praxin. Claſen. *d. l.* Stephani, *ad d. art. n. 2. in fin.*

Quon ad uſar à punantur?

XXXVI. Porro Majeſtas divina læditur, & veritatis Divinæ proditio fit variis modis, eoque pertinet Crimen hæreſeos. *l. 5. C. de Hæret. N. 144. c. 1.* quæ text. generaliter de omnibus Hæret. accip. Eſtque pertinax error in arti-

Hæreſis quid ſit?

articulis fidei & Religione Chriſtiana. Hæretici ergo non ſunt Mahomedani, Ethnici, Judæi & qui nunquam in Eccleſiæ orthodoxæ gremio fuerunt. *Epiſt. 1. ad Cor. 5. v. 12.* Damhoud. *Pr. Cr. c. 61. n. 51. & ſeqq.* Nec illi, qui ſententiam quidem erroneam circa fidei articulum fovent, & ex rationibus defendunt; ſed corrigi parati, veritatem ſi invenerint. Nec alii errantes, vid. Carpz. *q. 44. n. 6. 5. 6.* Verum qui, contemtis omnibus admonitionibus, ejusmodi errorem fidei fundamentum tangentem, *l. 1. C. de S. Trin.* in intellectu, & pertinaciam in voluntate, obſtinate, *l. 2. pr. C. d. t.* cum injuria Eccleſiæ oppugnant. *Ep. ad Tit. 3. v. 10. Ep. 1. ad Tim. 1. v. 20. c. 28. 29. 31. cauſ. 24. q. 3.* Tales de Jure Can. excommunicantur. *c. 18. c. 24. q. 3. c. 13. x. de Hæret.* quandoque etiam mortui, *c. 5. x. d. t.* nec inter Chriſtianos ſepulturam accipiant, *c. 8. eod. junct. l. 9. C. d. t.* De Jure Civ. privantur privilegiis Eccleſiæ & aliis juribus, juxta *l. 1. & ſeq. Auth. l. 8. l. 10. Auth. Gazaros. C. d. t.* nec pro teſtibus admittuntur *l. 21. C. eod.* Modo prius legitime declarati ſint Hæretici, Mynſ. *C. 2 O. 43.* Menoch. *A. J. Q. l. 2. caſ. 416. n. 64.* ſed limit. & teſtes nihilominus eſſe queunt in ferendo teſtimonio contra hæreticum, ſi tamen ſit exceptum; ſi veritas aliter haberi nequeat; item in extrajudicialibus, v. gr. Teſtamentis, Contractibus, &c. cum Deciano, Farinacio, & aliis Brunnem. *ad d. l. 21.* Et liberi orthodoxi ſuccedunt Parentibus hæreticis ac conſanguineis. Molin. *de J. & J. T. 2. D. 638. n. 19.* Brunn. *ad l. 19. & ſeq. Auth. C. d. t.* Stryck. *de Cautel. Teſtam. c. 5. §. 60. & ſeq. & in uſu moderno §. 5. de privat. delict.*

Hæretici non ſunt Ethnici, Judæi,

quinam?

eorum pœna.

Teſtes eſſe nequeunt Limit.

XXXVII. Cum autem nihil voluntarium magis ſit, quam Religio, cui nullo modo imperari poſſe docet Lactant. *l. 5. c. 4.* add. *c. 9. x. de jud.* ideo ſecundum Chriſtianæ pietatis principia in Hæreticos, qui ſeditioſi non ſunt, Inquiſitione ſævire, & capitali ſupplicio animadvertere integrum non eſt, prout etiam ſacræ conſonant literæ, quæ nullibi gladium & ignem mandant, ſed ut per gradus admoneantur, ſi non reſipiſcant, vitentur, & tandem excommunicentur, ne bonos inficiant, ſicque ad meſſem uſque ferendi potius erunt quam auferendi. Matth. *c. 13. v. 28. & ſeqq. c. 18. v. 15. & ſeqq. Ep. 1. ad Tim. 4. v. 3. 4. 2. Petr. 2. v. 1.* Hinc pie inquit B. Lutherus: *Wer heut irret, kan morgen zu rechte kommen: Wer weiß, wenn das Wort GOttes ſein Hertz rühren werd? wo er aber verbrennet oder ſonſt erwürget wird, ſo wird damit gewehret, daß er nicht kan zu rechte kommen.* vid. *Tom. 2. Jenenſ. fol. 180.* & *t. m. 4. fol. 408.* Dedeck. *Conſ. Theol. p. 3. fol. 88. & ſeq.* Sin dogmata ſua alios docere velint, exilio plectendos eſſe, communiter traditur, potiſſimum ſi ſint Clerici vel Monachi. *l. 5. C. de Apoſtat.* De hac materia vid. poſt permultos alleg. Rumelin. *ad A. B. p. 3. diſſ. 2.*

Non ſunt morte puniendi.

Quomodo corrigi debeant?

Diſſ. 2. coroll. 4. & 5. & in add. Carpz. *Pr. Cr. q. 44. per tot.* D. Cocceji *Diſſ. de jure hæret.* Thomaſii *Diſſ. de crim. hæreſeos.* Theod. *d. c. 5. aph. 9.* ubi *n. 19.* ſimul probat, hæreticis fidem nihilominus ſervandam eſſe, idque ex præcepto Divino, Exod. *20. v. 7.* Levit. *19. v. 11.* Zachar. *8. v. 17.* Et Apoc. *21. v. 8.* omnibus mendacibus portio aſſignata eſt in ſtagno & ſulphure. Si enim fides Gentilibus, (qui unum Deum nobiſcum non agnoſcunt,) data ſine ſcelere violari nequit, multo minus hæretico data, Knipſchild. *de Nobil. l. 3. c. 14. n. 19.*

Fides tamen iis eſt ſervanda.

Apoſtaſia.

XXXVIII. Apoſtaſia eſt Obedientiæ, Regularitatis, vel fidei, *c. 1. 2. de Apoſt.* Damhoud. *d. c. 61. n. 42.* vid. ſupra *§ 8. de liber. & poſthum.* & hæc ultima eſt crimen Hæreſi gravius, quia Apoſtata in totum a Chriſtiana fide recedit, & ad Mahometiſmum ſeu Gentiliſmum, vel Judaiſmum tranſit. *l. 2. l. 3. C. de Apoſtat.* Sceleratius autem eſt veritatem agnitam abjicere, quam nunquam agnoviſſe. Eſtque verum peccatum in Spiritum Sanctum. *2 Petr. 2. v. 20. 21. ad Ebr. 6. v. 4. & ſeqq. c. 10. v. 26.* add. Math. *12. v. 31.* Quoad pœnam humanam, ſi ſcil. accuſatio fuerit approbata, præter confiſcationem bonorum, ſi vivat, *l. 1. C. de Apoſt.* vide in *l. 3. & l. 4. C. d. t.* ubi *m. f.* ſi mortuus ſit, hæreditas legitimis ſucceſſoribus defertur, ad Menoch. *caſ. 306. per tot.* Poteſt etiam poſt mortem intra quinquennium accuſari. *l. 2. C. d. t.* Seducens vero, quia gravius peccat, capite puniendus eſt. *junct. l. 5. C. eod.*

quid ſit

ejus pœna.

Perjurium.

XXXIX. Perjurium eſt mendacium juramento firmatum. *c. 2. c. 22. q. 2.* Sed tria hic concurrant neceſſe eſt, (1) Scientia rei, ſuper qua jurare quis debet, vel quod ſic conceptis verbis, Hinc etiam *gelehrten Eyd ſchwehren* Ord. Crim. *art. 107.* Nam jurantes prius informandi & accurate admonendi, quam vim illud habeat, & quam gravem pœnam ſecum trahat, nomine Divino falſo in teſtimonium vocato: *Warnung vor Meineyd.* (2.) ut dolo committatur, i. e. intentione falſum dicendi. (3.) Actus ipſe, ut ſcil. contra ſuam ſcientiam *præcipitando* affirmet, vel neget ob propriam utilitatem, alteriusve detrimentum. Claſen. *ad d. art.* Unde variæ dantur excuſationes, quarum 21. collegit Gilhauſ. *arb. Crim. c. 2. tit. 4. n. 5. & ſeqq.*

Ad hoc req. 1.

2.

3.

XL. Crimen autem perjurii, propter animæ periculum, homicidio gravius cenſetur, quia, præter fidem in ſocietate humana, pietas in DEUM contra primam Decalogi tabulam violatur, cujus Deus juſtiſſimus erit vindex. Exod. *20. v. 7.* Levit. *19. v. 12.* Pſalm. *24. v. 4.* & paſſim. Dicitur *in l. 2. jurisjurandi contempta religio ſatis Deum ultorem habet C. de R. C.* quod referunt alii ad perjuria inconſulta & ex calore facta, vel alteri non damnoſa. Claſen. *d. l.* Menoch. *A. I. Q. caſ. 319.* Sed Carpz. *q. 46. n. 22.* Theod. *Crim. d. c. 5. aph. 8. n. 17.* ex *d. l. 2.* perjurium LL. civilibus impunitum defendunt. E contra Brunnemannus,

Expoſit. l. 2. C. de R. C.

ſentit, quod *partic. ſatis*, non excludat pœnam Judicis; ſed exaggeret tantum criminis gravitatem. *ad d. l. 2. in f.* Jure Can. varie punitur *can. 17. c. 22. q. 1. c. 1. verſ. cum ergo. c. 22. q. 2. can. 4. 7. 12. 14. 19. cauſ. 22. q. 5. c. 40. c. 23. q. 5.* Sed hodie perjurii pœna quæ ſit, patet ex Ord. Crim. *d. art. 107.* Si perjurium ſit conceptis verbis, juxta *praec. §. 39.* & ſuper negotio Civili, unde ipſi lucrum proveniat, pejerans, quantum fieri poterit, damnum reſarcire tenetur, deinde fit infamis, & omni honore privatur, inſuper priores articuli duorum digitorum, quibus erectis perjurium commiſſum, abſcinduntur: Quandoque tamen, ob delicti qualitatem, alia pœna, ſcil. relegationis, carceris, aut mulcta pecuniaria afficitur. Carpz. *d. q. n. 43. & ſeqq.* Sin ſit de cauſa Criminali, & quis alium ad pœnam capitalem fecerit damnari, de Jure Carol. eadem pœna eſt damnandus, quam alteri intentavit; Sicut & is, qui, ut falſum juretur, alium doloſe conducit & ſubornat. *d. art. in f.* ſupra *tit. de Extraord. Crim. §. 8. n. 13.* Alter caſus, quo amputatio digitorum locum habet, exprimitur in Ord. Crim. *art. 108* ut ſi quis præſtitam urphedam de non vindicando carcere, & de non revertendo temere violaverit: Niſi mortis pœna de jure potuerit mulctari, tunc eand. pœnam ſubire debet. Menoch. *A. I. Q. caſ. 335.* Sed in ſingulis caſibus vel minimæ circumſtantiæ conſiderari debent, ne rigor juris ſapiat injuriam. add. Carpz. *q. 47.* Claſen. *ad d. art.* Quæ pœna ſit à jurata tranſactione recedentium? vid. Theod. *d. l. n. 22.* & ſupra *tit. de Tranſact. §. 31.*

Hodie diſt. an ſit de cauſa Civili, an Criminali.

XLI. Inter Læſæ Majeſt. Divinæ crimina pertinet Sortilegium, Maleficium, de quo agitur infra *tit. Ad L. Corn. de Sicar.* Adhuc alias ſpecies recenſet atque explicat Damhoud. *in d. c. 61.*

TIT. V.
AD L. JULIAM DE ADULTERIIS COERCENDIS.

Inſt. *L. 4. T. 18. §. 4.* Cod. *L. 9. T. 9. 10. 11.* Nov. *134. & 117. c. 15.*
Cauſ. *32. q. 4. c. 4. & 10. & quaeſt. 5. 6. & 7.*
Extra, *L. 5. T. 16.*

§. I.

SEcundum, propter gravitatem ſuam, obtinent locum, & hoc tit. coercentur Delicta Carnis; *c. 16. c. 32. q. 7.* de quibus Divus Apoſtolus inquit: Omne peccatum, quod fecerit homo, extra corpus eſt, Sed qui ſcortatur, in proprium corpus peccat. *1. ad Cor. 6. v. 18.* qualia DEO eo magis exoſa ſunt. Job. *31. v. 12.* ad Ebr. *13. v. 4. & paſſim.* Effata Imp. Juſtin. in honorem matrimonii vid. in *N. 22. praef. & N. 140 praef.* Adulterio vero ſeminarium Reip. violatur. Hinc JCt. Ulp. *publice*, ait, *intereſt, partus non ſubjici,*

Connexio. Sequuntur Delicta carnis. I. eſt Adulterium.

ut et domum dignitas familiae cujusque ſalva ſit. l. 1. §. 13. ff. de inſpic. ventr. & *l. 42. ff. de V. S.* propterea quoque hæc Carnis delicta ad Publica referuntur crimina, *l. 10. l. 11. l. 12. l. 15. l. 30. C. h. t.* De illis publica inſtituuntur judicia, *l. 1. ff. de publ. jud.* & ſupra *ad eund. t. §. 1.* & vindicantur ex L. Julia, ita dicta, non ut Gl. & Bartol. quaſi à Julio Cæſ. lata; Sed Authorem habet Imp. Auguſtum, *l. 1. ff. h. t.* qui à C. Julio Cæſ. adoptatus, Patris ſui adoptivi nomen aſſumpſit, & gentilitiis nominibus junxit Gothofr. *ad d. l. 1. lit. R.* Menoch. *A. I. Q. l. 2. c. 419. n. 29.* Et quamvis dicatur Lex Julia de Adulterio coercendo: Lex Julia de pudicitia, *l. 8. l. 9. C. h. t.* in ſuo tamen complexu omnia continet delicta carnis, huoque referuntur: ut ſunt, Adulterium, Stuprum, Sodomia, Fornicatio, Bigamia, Inceſtus, Lenocinium, Raptus. *§. 4. J. de publ. jud.* vid. *Beyer. h. t. pag. 651.*

C. Eff. R.

Synon. Sub. h. t. omnia contin. delicta carnis.

Etym.

II. Adulterium dicitur à verbo adulterare, quod idem eſt ac corrumpere; per agnominationem & alluſive dicitur quaſi acceſſio ad alterius Thorum. *can. 1. c. 36. q. 1.* Ejus vocab. & Stupri in L. Julia promiſcue accip. *l. 101. pr. in f. ff. de V. S.* arg. *l. 10. §. 1. l. 11. §. 4. l. 29. §. 6. ff. h. t. l. 18. C. de tranſact.* ſed non quoad pœnam Goedd. *ad d. l. 101. n. 3.* Theod. *Crim. c. 6. aph. 1. n. 6.* Adulterium de Jure Civ. proprie & in ſpecie ita dictum æſtimatur ex perſona patiente, & nihil eſt aliud, quam concubitus cum aliena uxore, *l. 6. §. 1. l. 34. §. 1.* junct. *l. 13. §. 6. ff. l. 1. C. h. t. d. l. 101. pr.* Gilhauſ. *arb. Crim. c. 2. tit. 18. n. 11. & 12. ubi Reſp. ad d. l. 18. C. h. t.* Joh. Voetius. *n. 7. h. t.* Mas uxoratus ſit, ſive ſolutus. Bocer. *de adult. c. 1. n. 18. & ſeqq.* quod idem quidam de Jure Moſaico ſentiunt. Levit. *20. v. 10.* Deut. *22. v. 22.* Sed vid. Bocer. *n. 33.* Jure vero Canonico, & Noſtris moribus, non tantum ex perſona patiente, ſed etiam agente æſtimatur; quo Jure Adulterium eſt crimen publicum, quo per concubitum conjugale vinculum ſive thorus conjugalis violatur; ita, ut hoc jure ſufficiat, ſive agens, ſive patiens perſona ſit conjugata, ſicque thorum proprium violat & fidem conjugalem frangit. Unde *Ebrbruch. can. 5. c. 32. q. 4. can. 15. 19. & ſqq. c. 32. q. 5. can. 2.* ibi: *quales vultis eas invenire, tales & ipſi inveniant vos. & ſqq. c. 32. q. 6.* Ord. Crim. *art. 120.* Ord. Prov. Wurt. *p. 267. §. 16. pr.* Idem eſt de jure Divino. Matth. *5. v. 28. 1. ad Cor. 7. v. 4.* ſecundum inſtitutionem primævam. Geneſ. *1. v. 27. c. 5. v. 2.* per generalitatem Sexti præcepti Divini. Exod. *20. v. 14.* Proinde hanc definitionem Theologi & Canoniſtæ communiter approbant. Gerhard. *loc. Th. tom. 7. de conjug. th. 611.*

quid ſit. de Jure Civ.

de J. Can. & Moribus;

Variæ ſunt Species. 1.

III. Jure Can. & Moribus noſtris tres dantur adulterii ſpecies. Quarum (1.) eſt, ſi conjux cum alterius uxore, & vocatur Adulterium Duplex ſive Dupli-

Duplicatum. Germ. *Ober-Hurerey.* Carpz. *Pr. Cr. q. 53. n. 6.* (2.) Si ſolutus cum aliena uxore vel maritata illicitam conſuetudinem habeat. (3.) Si maritus vel uxoratus cum ſoluta fœmina conſveſcat, quæ duæ ſpecies vocantur Adulterium Simplex, *Einfacher-Ehebruch* Carpz. *d. q. n. 36. & ſeqq.* Gerhard. *d. l. & th. 405. inf.* DD. Graſs. *different. Receſſ. Imper. ſect. 19. §. 1.* *Wurt. Lands-Ordn. tit. 94. §. 5.* Nov. Conſt. *d. §. 16.* Porro dividitur in Verum, quod jam definitum eſt, & Quaſi adulterium, quod in perſona delinquentis verum quidem non eſt, autoritate tamen juris pro tali habetur. *l. 8. pr. l. 35. §. 2.* add. *l. 2. §. 2. l. 11. §. 5. l. 29. pr. ff. h. t. l. 37. §. 1. ff. de minor. c. 5. c. 32. q. 1.* Bocer. *c. 2. n. 8. & ſeqq.*

2. 3. vocantur Simplex. Porro div. in Verum, & Quaſi.

IV. Cauſa Effic. Adulterii Remota quæ ſit, jam diximus. Proxima eſt, ſicut in aliis delictis publicis, dolus malus, vel malitioſa hominum voluntas, per *l. 12. l. pen. ff. h. t. l. 225. ff. de V. S. c. 6. c. 32. q. 5. ubi ratio.* Unde Adulterium non committit ignorans mulierem, cum qua illicitam conſuetudinem habet, nuptam eſſe. Nam vitians, & credens, eam viduam vel virginem eſſe, committit ſtuprum, fornicationem vero, ſi credat meretricem. Carpzov. *q. 61. n. 43. & ſeqq.* D. Bardili. *Exerc. 35. C. F. 4.* add. Stryck. *de J. S. Diſſ. 10. c. 6. n. 32.* Struv. *Diſſ. Crim. 5. th. 12.* infra *§. 41. 52.* De tali ignorantia, ut Judici conſtet, conjecturæ, ſi quæ adſint, non ſufficiunt; ſed eandem allegans probare, & aliquando juramento docere debet. per *c. 8. de Elect. in 6to.* & in terminis *can. 6. cauſ. 34. q. 1. & 2.* idem in praxi obſervari teſt. Carpz. *d. q. n. 52.* Maſcard. *de prob. V. 2. concl. 811. n. 8.* & tunc Mas non punitur ut adulter, ipſa tamen fœmina *l. 13. §. 2. ff. h. t.* Bocer. *c. 1. n. 61.* Theod. *d. c. aph. 2. n. 1. 2.*

C. Eff. Rem. Prox. Si ignoretur eſſe nuptam. Cui incumbat probatio?

V. Quoad Subjectum adulterii (1.) Perſonæ adulterium committentes ſint puberes; quia hoc crimen demum poſt pubertatem incipit; *l. 36. l. 38. §. 4. ff. h. t.* licet Minores ſint, nil refert. *l. 1. C. ſi adv. delict. l. 37. §. 1. ff. de minor.* (2.) Perſonæ rationis uſu non ſint deſtitutæ, & in quas cadit voluntas, vel dolus malus. *prec. §. 4.* (3.) De Jure Civ. perſona patiens ſit nupta. *l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. ff. h. t. l. 101. pr. ff. de V. S.* Sive juſta ſit uxor, ſive injuſta. *l. 13. §. 1. ff. h. t.* Hæcque ſententia Dd. communis eſt, *prec. §. 2.* quamvis Carpzovius, *q. 52. n. 49. & ſeqq.* contrarium doceat, ratus, *dd. ll.* de ipſa fœmina ſoluta non conjugata accipiendas eſſe, neque hanc; ſed ipſum maritum cum ſoluta conſueſcendo thorum ſuum violare. Verum de Jure civ. etiam hoc in caſu non adulterium, ſed ſtuprum committi, probat expreſſe *l. 18. C. h. t.* verb. *etiam crimen ſtupri.* Bocer. *d. c. 1. n. 20.* Theod. *d. aph. 2. n. 30. & ſeqq.* De Jure autem Canonico, & noſtris Moribus aliud obtinet; Sic in *can. 2. c. 36. q. 1.* Adulte-

Subjectum ſint puberes, rationis uſu non carentes. De J. Civ. ſit uxor, licet injuſta. Diſſ. Carpz. De J. Can. & moribus ſufficit, maritum vel

Fœminam eſſe conjugatam.

Adulterium in genere dicitur alieni thori violatio, quod & à Marito, & ab Uxore fieri poteſt. Periniquum enim eſt, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipſe non exhibet; *l. 13. §. 5. ff. h. t. can. 2. ibi. una lex est per omnia & viro, & fœminæ. c. 29. q. 2. can. 2. c. 32. q. 6.* quamvis major in fœmina, ob verecundiam & adulterini partus ſuppoſitionem, requiratur. *c. ſ. c. 32. q. 5.* D. Harpprecht *Differ. Jur. Civil. & Marchic. Bad. p. 7. th. 30. add. prac. §. 2. inſ.* ſupra tit. *de Divort. & Repud. §. 14.*

An deſponſati Adult. committant? rat. dubit.

VI. Quær. An à Sponſo, vel in Sponſam committatur adulterium, adque hoc crimen patrandum ſufficiat, unam harum perſonarum eſſe deſponſatam? Quamvis ſponſalia revera non ſint matrimonium, ſed invicem differant ut Spes, & Res, *l. 13. §. 3. ff. h. t.* & ſi ad vocabuli proprietatem reſpiciamus, nec ſponſus, nec ſponſa propriè conjuges ſint; ſupra *tit. de Sponſal. §. 1. & ſeqq.* Quia tamen ſponſus & ſponſa conjugum nomine ſæpe veniunt, ſupra *d. t. de Sponſal. §. 35.* hæc extenſio etiam in odioſis nonnunquam procedit, *l. 3. ff. de Parric.*

rat. decid.

Proinde & hoc in caſu adulterium in perſonam deſponſatam committi dicitur; cum nec matrimonium qualecunque, nec ſpem matrimonii violare permittatur, *l. 13. §. 3. ff. l. 7. C. h. t.* Gilhauſ. *n. 14.* cui accedit autoritas juris Divini. Hoſeæ *c. 4. v. 13.* Deuter. *c. 22. v. 23.*

Mitius tamen puniuntur.

Mitius tamen, quam ordinaria L. Juliæ pœna coercetur. Carpz. *Pr. Cr. q. 56. n. 37.* Brunn. *ad d. l. 13. n. 7.* Stryck. *uſu moderno. §. 13.* de Jure Wurt. vid. Ord. Prov. *p. 266. §. 13.* B. parens m. *De lib. Jur. ad L. 48. ff. th. 37.* Nec refert, ſponſalia de præſenti, an de futuro ſint contracta, per *dd. ll.* Nam Jus Civ. differentiam hanc ignorat, & per ſponſalia ſemper repromiſſionem de futuro matrimonio intelligit. *l. 1. ff. de Sponſal.* & ſupra *ad eund. tit. §. 5. & 6.* Bocer. *n. 41. uſque ad 52.* Theod. *n. 15. & ſeqq.* vid. Struv. *Exerc. 49. th. 28.* ibique Muller. Joh. Voet. *n. 9. h. t.*

An cum Uxore meretricio more vivente? Sent. 1.

VII. An etiam committatur adulterium cum alterius Uxore meretricio more vivente? Ulp. *in l. 13. §. 2. ff. h. t.* aſſirmat; Impp. vero *in l. 22. & 29. C. h. t.* id negant. Hos textus Dd. diverſimodè conciliant, (1.) *d. l. 22. C. h. t.* accipiendo de ſoluta fœmina vulgari Bocer. *n. 57.* Finckelth. *O. 5. n. 12.* Verum de Jure Civ. cum ſoluta adulterium non committitur.

2\.

(2.) Alii ſtatuunt, hoc Crimen neque in Viro, neque in Uxore ceſſare, per *d. l. 13. §. 2.* quamvis in illo mitius puniatur, *nam d. l. 22. C.* loqui de pœnis, *l. vero 13. §. 2.* de crimine adulterii. Sed quod *d. l. 22. C.* etiam de crimine loquatur, ipſa verba finalia docent.

3\.

(3.) Diſtinguendo inter Maſculum, & Fœminam, quod hoc in caſu non ille quidem, ſed uxor corpore quæſtum faciens adulterium committat, quia proprium thorum violet. Verum de tali uxore vulgari de Jure Civ. contrarium aſſe-

runt

ruunt in d. l. 22. (4.) Alii cum Saliceto ad d. l. 22. an Uxor marito adhuc cohabitet, inque ejus commoretur domo, quibusdam tamen meretricio more corpus ſuum concedat? an vero, marito relicto, extra ejus domum, vulgò membra pudicitiæ proſtituat. Priori in caſu, quia pro uxore cenſenda eſt, omnino rem cum illa habens, etiam adulterium committit, & de hoc accip. d. l. 13. §. 2. non item poſteriori. d. l. 22. Hæc diſtinctio, quamvis ex ipſis legis verbis non fluat, haud tamen repugnat. Matth. d. Com. l. 48. t. 3. cap. 1. num. 4. Struv. Exerc. 49. th. 27. ibique Mullerus. (5.) Alii dicunt, cum Uxore meretricio more vivente adulterium non committi, ex parte neque Maſculi, neque fœminæ, idque per d. l. 22. Sed d. l. 13. §. 2. loqui de illa uxore, quæ ante matrimon. corpus vulgavit, nunc autem nupta, relicta, quam in præteritum egit, vita, honeſte vivat. Si jam nupta ad illicitam redierit conſuetudinem, omnino adulterium committeret, quæ explicatio d. l. 22. verbis optime convenit, eamque, cum multis aliis, probat Bachov. ad W. b. t. n. 6. & ad Tr. V. 2. D. 32. th. 2. lit. B. Ludwell. ad f. D. 18. th. 4. lit. D. Schultz. in Syn. Inſt. de P. J. lit. K. Secundam tamen Sententiam in praxi obſervari, & de foro Saxon. teſt. Carpz. q. 57. n. 17. & ſeqq. ubi quod maſculus puniatur extraordinarie, uxor verò ordinarie. Schœpffer. n. 47. h. t. Brunnem. ad d. l. 22. cum aliis teſtatur, communem conciliationem eſſe, quod Uxor ordinaria afficiatur pœna, ut ille, qui primus illam corrupit; cæteri vero mitius, quamvis ipſi magis accedant ſententiæ Matthæi. add. Stryck. in uſu moderno §. 11. Joh. Voet. n. 8. h. t.

4.

5.

Quid obtineat in praxi?

VIII. Conjuges ergò legitimo divortio, i. e. ſententia judicis reſciſſoria ſeparati, vel inter ſe, vel cum alia perſona ſoluta concumbentes, non adulterium, ſed ſtuprum committunt. Carpz. p. 3. dec. 291. n. 7. & Pr. Cr. q. 61. n. 10. Uxor ergo licet à Marito malitioſè deſerta interea cum alio nuptias contrahens, vel alias rem habens, nihilominus committit adulterium; quia dicta deſertio legitima quidem cauſa eſt divortii, Matrimonium tamen non ipſo jure, ſed cauſa demum cognita, & ſententia lata ſolvitur. Attamen ob fidem, per deſertionem, violatam non ordinaria bigamiæ vel adulterii pœna; ſed mitius punitur. Carpz. q. 58. n. 38. Bardili, Diſſ. de Divort. ex cauſ. Deſert. th. 45. Multo magis facta ſolummodo quoad thorum & menſam, von Tiſch und von Bett, Separatione, e. gr. ob alterius conjugis ſævitiam, quia vinculum matrimonii durat, à ſeparatis interea venerem cum alia perſona exercentibus adulterium committitur, Reus tamen mitius punitur. Carpz. d. dec. n. 9. & Pr. Cr. d. 61. n. 38. Bardili, Diſſ. de Separat. quoad thor. & menſ. th. 31. ſupra tit. de Divort. §. 13. n. 3. & §. 14. Si Maritus ſit in captivitate, vid. l. 11. §. 12. ff. h. t. Auth. Hodie C. de repud. N. 117. c. 11. ſupra tit. de Divort. §. 7.

Non Conjuges à vinculo ſeparati.

bene tamen deſerti, mitius.

Vel quoad thorum & menſam ſeparati.

Forma.

IX. Forma hujus criminis conſiſtit de Jure Civ. in concubitu cum aliena uxore. Jure vero Canonico, & noſtris moribus in ipſa conjugalis fidei thorique violatione per concubitum. Sicque thorus non violatur, nec ordinaria adulterii pœna locum habet, niſi fiat actu aſſumpto per concubitum, & conſummato per ſeminis & ſanguinis commixtionem. *l. 225. ff. de V. S.* add. *l. 32. pr. ff. h. t.* Stryck. *in uſu moderno §. 4. h. t. & de J. S. diſſ. 1. cap. 4. num. 29.* Nam Adulterium intentione commiſſum tale in foro ſoli non eſt, ſicut nec per

Conatus non ſufficit.

conatum atque attentatum tantum; quod extra ordinem & minus punitur. Carpz. *q. 60. n. 19. & 22 & d. q. 61. n. 2. & ſeqq.* Schulz. *Exerc. 49. §. 11.* add. Dn. Stryck. *de Jure Senſ. diſſ. 10. c. 6. n. 52.* Theod. *in Jud. crim. pr. cap. 6. aph. 2. n. 6.* Struv. *Exerc. 49. th. 33. lit. ff.* Joh. Voet. *n. 15.*

Effectus. Vindicatur publice vel Criminaliter. Judex Comp. quis?

X. Sequitur ipſum judicium & pœna; vel ultio pudoris. *l. 18 C. h. t.* Hoc enim crimen vindicatur vel publica, vel privata autoritate. Illa per Sententiam Judicis vel criminaliter vel civiliter. Illo modo fit, ſi per ſententiam judicis competentis Reo criminalis dictetur pœna. Judex competens noſtris moribus proprie eſt judex ſecularis. Carpz. *q. 65. n. 1.* Quamvis criminalis hæc adulterii perſecutio de Jure Canonico ſit mixta, ut nec judex Eccleſiaſticus in totum ab ea excludatur. per *c. 1. x. de Off. Jud. Ordin. & c. 3. x. de procur.* vid. Bohmer. *n. 6. cum ſeqq.* D. Graſſ. *Diſſ. ad ordin. Criſor. Erl. c. 4.*

Procedit per viam vel Inquiſitionis. quomodo?

XI. Procedit autem Judex vel (1.) Per viam Inquiſitionis, quando nimirum, exiſtentibus legitimis indiciis, ex officio in delinquentem inquirit. Judex quidem ad ſpecialem inquiſitionem demum procedat, ſi certo conſtet de corpore delicti. Si tamen ſit facti tranſeuntis, indicia quoque legitima ſufficiunt. ſupra *tit. de publ. jud. §. 11.* Bocer *d. tr. c. 3. n. 38. 135. & ſeqq.* ubi pluribus quam caute Judex ex nullis remotis; ſed ſufficientibus indiciis inquirens diſpicere debeat. Vel (2.) per viam Accuſationis, quando nimirum judex alterius accuſatione requiſitus officium ſuum exercet.

Vel Accuſationis.

Accuſare poſſunt, quibus ſpecialiter conceſſum eſt.

XII. In cauſa adulterii, Jure vet. facultas accuſandi omnibus fuit permiſſa; quod tamen poſtea correctum, ut illi tantum accuſare poſſint, quibus ſpecialiter conceſſum eſt *l. 30. C. h. t.* Claſen. *ad art. 120. p. m. 437.* Idque ob favorem matrimonii & liberorum, ne cuivis temere liceat fœdare connubia. *d. l. 30. in pr.* Nec obſt. quod hoc judicium ſit publicum. vid ſupra *tit. de publ. jud. §. 1. & 3.* Nec *l. un. C. de mal. quæ ſe propr. ſerv. junx.* ubi caſus exceptus. Et

Reſp.

quamvis Weſembecius *h. t. num. 11.* Bocerus, *d. c. 3. num. 7. & ſeqq.* Theodor. *aph. 3. n. 18.* Extraneos non in totum ſed tantum ab accuſatione, quæ ſit jure mariti, excludi ſtatuant; Contrarium tamen patet ex *d. l. 30.* ubi non de prælatione

Suppl. in C. h. t.

accu-

accuſatorum agitur, ſed de accuſandi facultate. à qua Extranei procul arcentur, non modo ob particulam taxativam *ſolummodo*, ſed & ob diſerta legis prohibentis verba, ibi *extraneos autem procul arceri cenſemus.* Copia accuſandi tantum conceſſa Marito, Patri, Fratri, Patruo, & Avunculo; utpote quos verus dolor ad accuſationem impellit. *d. l. 30.* Hahn. *ad IV. d. N. XI.* ibi Bachov. *& ad Tr. d. th. 2. lit. G.* Salicet. *ad d. l. num. 3.* Brunnem. *ad d. l. num. 5.* Lauterb. *de crim. praeſcript. th. 15.* — Quinam ſint?

XIII. Sic de Jure Civ. excluduntur (1.) Uxores, quæ maritum adulterii accuſare non poſſunt, intellige criminaliter. *L. 1. C. h. t.* Hoc enim foret contra reverentiam, quia uxor eſt in poteſtate mariti, qui ejuſdem & totius familiæ caput eſt; Civiliter tamen agere non prohibentur. *l. 8. §. 2. l. 11. §. 2. C. de repud. Nov. 117. c. 9.* Item Jure Can. ad pœnam canonicam, vel ſeparationem thori *c. 4. c. 32. q. 1. c. 23. c. 32. q. 5.* Berlich. *p. 4. concl. 27. n. 155.* Stryck. *in uſu moderno § 1. h. t.* Hodie vero Jure Carol. uxori maritum adulterii accuſare licet. Ord. Crim. *art. 120. in f.* ibi Claſen. Heig. *p. 2. q. 29. num. 17.* Hahn. *N. 12.* Bocer. *n. 18.* Berlich. *d. l. in f.* Schilter. *Exerc. 49. §. 86.* (2.) omnes extranei, qui conſanguinei non ſunt. *d. l. num. 30. in fin.* ibi Brunnem. *n. 4.* (3.) Reliqui Cognati & Conſanguinei, in d. l. 30. ſpecialiter non recenſiti. Sunt quidem exiſtimantes, quia Extranei tantum in d. l. excluſi dicuntur, omnes cognatos & neceſſarios ad hanc accuſationem admitti poſſe. Sed Imp. partic. taxativa definitive & demonſtrative utitur *præ. §. 11.* Vocab. autem extraneus in jure pro ſubjecta materia varie accipitur, ut *in l. un. §. 13. in fin. C. de R. V.* Bachov. *d. l.* — Exclud. Uxores. Limit. — Hodie habili. — Extranei non conſanguinei, Cognati in d. l. 30. non recenſiti.

XIV. Perſonæ autem in d. l. 30. admiſſæ non ſimul; ſed obſervato Ordine accuſare poſſunt. (1.) Maritus, ceu potior genialis thori vindex. *d. l. 30.* etiamſi Pater mulieris ſimul ad accuſandum venerit. *l. 2. §. 8. ff. h. t.* Sed limit. vide *l. 5. & l. 26. ff. eod.* Et quidem Pater & Maritus intra LX. dies utiles, filiam vel uxorem adulteram, jure Patris & Mariti, accuſare poſſunt, ut reliquis omnibus in hac accuſatione præferantur, *l. 4. pr. l. 11. §. 6. l. 14. §. 2. l. 15. §. 5. ff. l. 6. C. h. t.* ſine inſcriptionis vinculo, vel periculo calumniæ *d. l. 30. C. eod.* Aliter ac ſi jure communi poſt 60. dies accuſare velint. *N. 117. c. 8. §. 2.* Sed vid. ſupra *tit. de Accuſ. § 17.* Et hoc jure uti volentibus adhuc IV. menſes utiles conceduntur *l. 4. §. 1. l. 29. §. 5. ff. h. t.* Computantur autem hi dies à die divortii, (in vidua ex die commiſſi criminis.) *l. 29. §. 5. l. 30. §. 1. ff. l. 5. C. h. t.* Nam jure D. & C. Maritus uxorem in matrimonio retentam adulterii accuſare nequit; ſed eam divortio prius dimittat oportet. *l. 11. §. 10. l. 26. ff. l. 11. C. h. t.* Hoc tamen novo jure mutatum eſt; *Nov. 117. c. 8.* — Accuſant in ordine 1. Maritus, intra 60. Dies. — à divortio. comput. — Sin uxorem in matrim. retinens.

à divortio, conjug. ſin autem in matrim. retineat.

c. 8. & Auth. inde deſumpta. Sed novo jure C. h. t. Schilterus, *d. Exerc. §. 16. no*, crimine nondum probato, matrimonium dirimatur. Bachov. *d. lit. G.* Modo maritus à cohabitatione abſtineat. *Wurt. Ehegerichts-Ordn. c. 9. §. 6.* Alias injuriam & accuſationem tacite remiſiſſe, ſeque ipſo facto reconciliaſſe cenſetur. *l. 13. §. 9. ff. h. t.* D. Stryck. *in uſu moderno tit. de tranſact. §. 14. & c. 9. h. t.* Berlich. *d. concl. 27. n. 154.* Carpz. *Pr. Cr. q. 55. n. 40. Wurtemb. Ehegerichts-Ordnung. c. 6. §. 3.*

2. Patr. 3. Cognati.

XV. (2.) Ceſſante Marito, qui ipſe deſiſtit, vel propter colluſionem, *l. 2. §. 1. l. 3. l. 26. ff. h. t.* ad accuſationem admittitur Pater, qui reliquis præfertur cognatis. *l. 2. §. 8. l. 14. §. 2. ff. l. 30. C. h. t.* (3.) Ceſſante Patre reliqui Cognati & neceſſarii in d. l. 30. enumerati admittuntur. *prae. §. 12. in f.* qui reſpectu Patris & Mariti Extranei dicuntur. *prae. § 13.* & ſupra *tit. de Div. temp præſcript. §. 15.*

Quo tempore.

Hiſque VI. menſes utiles adverſus Adulteram conceduntur, *l. 29. §. 5. ff. h. t.* adverſus Adulterum vero quinquennium. Gilhauſ. *n. 25.* De hoc ordine accuſationis pluribus vid. ap. Bachov. *d. l.* & Weſemb. *h. t. n. 9. & ſeqq.*

Qui non accuſari poſſint?

XVI. Omnes hujus criminis Rei, vel Reæ, Minores, Senes, Clerici, (qui tamen de J. Can. ab officio depoſiti in monaſteria toto vitæ ſuæ tempore detrudantur, ut pœnitentiam agant. *c. 10. in Gl. diſt. 81.*) Nobiles, & in Dignitate poſiti de hoc crimine poſtulari & accuſari queunt, ita ut nec in locis, ubi pœna hujus criminis eſt capitalis, ab eadem excludantur. Carpz. *Pr. Cr. q. 62. n. 1. & ſeqq.*

An duo ſimul in eod. libello?

Duo tamen adulterii ex eadem cauſa ſimul in eodem libello accuſari non poſſunt, *l. 15. §. ſ. l. 32. §. 1. l. 39. §. 6. ff. l. 8. C. h. t.* niſi tantum agatur ad ſeparationem thori, *c. 9. cauſ. 2. q. 4.* Gilhauſ. *c. 2. tit. 18. n. 2.* Poſſunt tamen duo accuſare, unus adulterum, alter adulteram, cujus ratio habetur in *l. 17. § 6. ff. h. t.*

Si Reus accuſatus affirmet, & ſimul de corpore delicti conſtet, etiam.

XVII. Accuſatione ergo inſtituta Reus reſpondere tenetur. add. ſupra *tit. de Accuſ. §. 15 & ſeqq.* Hic ſi litem affirmative conteſtetur & crimen fateatur, Accuſator quidem ulteriori probatione non eſt onerandus, modo etiam de corpore delicti conſtet, utpote ſine quo, licet adſit propria Rei confeſſio, Judex ad ultimum mortis ſupplicium devenire non poteſt; Cum nonnunquam tædio vitæ, vel metu gravioris pœnæ, ſi forte plura aut majora delicta haberent explorata, aut qua alia de cauſa in ſe confiteantur. teſte Ulp. *in l. 1. §. 17. & 27. ff. de Quæſtion.* Quia vero crimen hoc facti eſt tranſeuntis, ſufficit quidem, ſi per alterius partis ſeu coadulterantis confeſſionem delicti certitudo haberi poſſit, vel ex aliis indubitatis indiciis de corpore delicti conſtet; Attamen, ſi Judex ad mortis pœnam in hoc Crim. devenire velit, neceſſario (1.) per utriusque par-

demum ad mortis pœnam deveniri poterit,

tis

Quando indicia ſuppleant confeſſionem?

tis confeſſionem, de illo certior factus ſit. Aut ſi alterius partis confeſſio propter abſentiam vel mortem, deficiat, (2.) Ex indubitatis atque legitimis indiciis Judici de corpore delicti certo conſtare debet, v. gr. ſi Maritus integri anni ſpatio graviter decumbens cum uxore non cohabitaverit, aut ſi aliquot ann. abſens domum reverſus uxorem tamen gravidam, vel anniculum in domo invenerit, *l. 6. ff. de his qui ſui vel al. jur.* quo caſu uxoris confeſſio, & indubitatum prægnantis uteri indicium corpus delicti ſatis ſuperque demonſtrant. Carpz. *q. 60. n. 19. & ſeqq.* Bohmer. *n. 10. h. t.* D. D. Graſs. *in Diſſ. ad or. tract. Conſ. Esling. fol. 9. & 10. c. 1.* D. D. Harppr. *Conſil. nov. 47. n. 49.* & *51.* & *54. n. 5.* ſupra *tit. de probat. §. 3. & 44.* Tali vero indicio non concurrente pars confidens extraordinarie tantum & mitius punitur. Carpz. *d. l. n. 54.* Theod. *d. c. 6. aph. 3. n. 46. & ſeqq.*

Sin Reus neget, Accuſator prob. ex. vel ex indiciis.

XVIII. Sin Reus litem negative conteſtetur, Accuſatori incumbit probatio, quæ cum adeo difficilis ſit, quia hoc crimen abdite plerumque, & remotis arbitris committitur, cujus formalis ratio directo & ſpecifice probari nequit, proinde indiciis hic locus eſt. *l. 8. §. 6. C. de repud.* ſupra *tit. de publ. jud. §. 11.* Menoch. *A. J. Q. l. 2. caſ. 116. n. 11.* & *de Præſumpt. lib. 5. præſ. 41.* Maſcard. *de prob. V. 1. concl. 57.* Indicia vero alia ſunt certa & indubitata plenam fidem facientia, alia veriſimilia & probabilia tantum. ſupra *tit. de probat. §. 5. & 6.*

Indicia vel certa ex natura.

XIX. Indicia autem certa ſunt vel dicuntur (1.) Ex ipſa Natura, quæ ex principiis naturalibus neceſſario rem factam demonſtrant, e. gr. *in præc. §. 17.* & tandem vim, ac teſtium depoſitiones aut apertiſſima documenta habent. *l. 19. C. de R. V. l. f. C. de probat.* Bocer. *d. tr. c. 4. n. 4. & ſeqq.* Vel (2.) ex L. & Juris diſpoſitione, per præſumptionem juris & de jure, qualem lex ex certis & juſtis cauſis non tantum approbat, ſed ſimul diſponit, ut pro veritate habeatur. ſupra *tit. de probat. §. 44. & 45.* v. gr. Si duo Adulterii accuſati, excipiant, ſe ea familiaritate uſos eſſe jure conſanguinitatis, cujus religione nemo adulterium committere velle præſumatur; ſed antequam abſoluti fuerint, matrimonium inter ſe contraxerint. *l. 34. C. h. t.* Aliud exemplum eſt *in N. 117. c. 15.* & *Auth. Si quis. C. h. t.* vid. Beyer. *poſ. 18. pag. 658.* Beſold. *C. 181.*

ex L. diſpoſitione.

Vel vero ſimilibus. Quæ ſint illa?

XX. Veriſimilia indicia dicuntur, ex quibus adulterium arguitur, vid. *Nov. 117. cap. 8.* non tamen ſemper, ideoque pro veritate non habentur; ſed tantum *veluti certa* audiunt *in l. 8. §. 1. C. de quæſt.* Quorum plura ſi concurrant, ad extraordinariam quidem coërcitionem, minime vero ad ordinariam pœnam deveniri poteſt. Imo & locum faciunt Juramento purgationis, item torturæ, ſi perſonarum conditio patiatur. *d. l. 8. §. 1.* In hanc

rem plures caſus vid. ap. Carpz. *d. q. 60. n. 29.* Theod. *n. 31. & ſeqq.* Borer. *d. c. 4. n. 15. & multis ſeqq.* ubi *n. 85. ad fin.* deducit, quando, & quomodo teſtes ad probandum indicia admittantur. Farinacius *in prax. crim. Q. 136. c. 4.* Maſcard. *de probat. concl. 19.* Cruſium *de indic. delict. p. 2. cap. 9.* Stryck. *in uſu moderno. ſ. 14. h. t. & ſ. 13. de divort.* Dn. Walyncker *diſſ. 1550.* Sin Maritus nil probaverit, quomodo puniatur? vid. *Auth. Sed novo jure. C. h. t.*

Effectum eſt pœna.

XXI. Probato vero hoc crimine, ſequitur Sententia judicis condemnatoria, qua Reo imponitur pœna ſecundum proportionem arithmethicam. Nam delicto æqualis eſſe debet. ſupra *tit. de J. & J. ſ. 18.* Sin una tantum pars ex confeſſione condemnata, altera vero ſe defendere parata ſit, tamdiu pœna ordinaria locum non habet. Zang. *de Except. cap. 5. n. 63.* Abſoluto vero adultero mulier per eum vincet. *l. 17. ſ. 6. ff. h. t.* Quomodo hoc crimen vindicetur, dictum eſt *prec. ſ. 10.* Criminalis coërcitio reſpicit pœnam vel mortis, vel aliam corporis afflictivam. P. Alex. III. quidem Adulterium inter minora numerat crimina, *cap. 4. ſ. 1. x. de Judic.* Sed contrarium vid. *prec. ſ. 1.* add. Carpzovius, *q. 51.* Hinc ap. diverſas gentes, diverſisque temporibus, diverſa obtinuit pœna. Carpz. *d. q. 51. & 52.*

Qualis J. Divino, & Juſtinian.? An L. Julia pœna adult. capitalis ſtatuta fuerit, nec ne?

XXII. Jure Divino pœna erat lapidatio. *Lev. 20. v. 10. Deuter. 22. v. 22.* Joh. *8. v. 5.* Jure Juſtinianeo pœna gladii. *ſ. 4. J. de publ. Jud.* unde mortis pœnam ab Auguſto L. Julia impoſitam affirm. cum aliis Carpz. *q. 52. n. 36. & ſeqq.* Ludwell. *d. th. lit. G.* E contra Adulterium L. Julia Relegatione & Deportatione vindicatum eſſe alii probant ex *l. 5. ff. de his, quib. ut indign. l. 2. ſ. 3. ff. de his, qui not. infam. l. 4. ſ. 7. ff. de re milit. l. 6. ff. de divort.* imprimis *l. 14. l. 18. ff. de teſtib. l. 20. ſ. 6. ff. qui teſtam. fac.* ubi L. Jul. de adult. condemnatus à teſtimonio dicendo arcetur; qua prohibitione opus non fuiſſet, ſi dicta Lex pœnam capitis indixiſſet. Diſſentientes quidem dd. ll. accipi volunt de caſu ſingulari & raro accidenti, ubi Judex ad extraordinariam pœnam pervenire, & Reus ultimum ſupplicium evadere potuerit. At veroſimilius eſt, LL. ſancitas eſſe de iis, quæ ut plurimum eveniunt. Hancque ſententiam ex hiſtoriis defendit Lipſ. *ad Tac. l. 2. 3. Annal.* Bachov. *ad Tr. d. th. 2. lit. D.* Vinn. *ad d. ſ. 4.* Borer. *c. 5. n. 67. & ſeqq.* Utriusque ſententiæ rationes & aſſeclas vid. ap. Theod. *d. cap. 6. aph. 5. n. 54. & ſeqq.* Pœna autem capitalis Legi Juliæ eo modo adſcribitur, ſicut quartæ detractio SCto Trebelliano. vid. ſupra *tit. ad SCt. Treb. ſ. 29. & 30.* Nam ſolenne erat Impp. etiam leges ſuis temporibus & moribus uſitatas adſcribere illis legibus, in quibus principaliter de Judicio aliquo actum fuit; in Lege vero Julia de hoc crimine principaliter agitur, inde quoque ejus pœna eidem adſcri-

pta

pta eſt. Bachov. & alii *ad d. § 4. J. de publ. jud.* vid. Schopffer. *n. 29. & ſeqq. h. t.* D. Harppr. *Reſp. 64. n. 70. cum ſeqq.*

XXIII. Jure itaque Cod. & Impp. conſtitutionibus adulteri pœna ſanguinis & gladii eſſe cœpit. *l. 30. §. 1.* ibi Brunnem. *n. 7. l. 9. C. h. t. l. 18. C. de transact. l. un. C. de mul. quæ ſe prop. ſerv. junx.* ubi ſervo pœna flammæ dictatur Bocer. *n. 73. & ſeqq.* Imp. Juſtinianus tamen hanc capitalem in uxore adultera (aliud eſt, ſi concurrat inceſtus, Theod. *n. 66.*) mutavit, & mitiorem conſtituit, ut virgis cæſa in monaſterium detrudatur, quam tamen marito intra biennium recipere licet, biennio autem tranſacto, vel viro, priusquam reduceret ream, mortuo, adultera tonſa, monaſtico habitu ſuſcepto, ibi, dum vivit, detineatur, ut ibi pœnitentiam agat, *cap. 19. x. de converſ. conjug.* una tertia propriæ ſubſtantiæ, vel ſi liberos non habeat, duabus tertiis: interdum tota ſubſtantia Monaſterio applicanda, ſervatis ſemper viro pactis dotalibus. *Nov. 134. c. 10. Auth. Sed hodie. C. h. t.* Joh. Voet. *n. 10. h. t.* Hanc mutationem improbat Theod. *n. 67.* Bach. *d. l.* quia uxor alienum partum ſupponendo gravius peccat. Brunn. *ad d. Auth.* Heig. *d. q. 29. n. 71.* Sed rat. vid. ap. Gœdd. *ad l. 101. ff. de V. S. n. 4.* Carpzovius *q. 53. n. 24.* Ubi vero d. detruſio in uſu eſſe deſiit, ſucceſſit fuſtigatio cum perpetua relegatione. Berlich. *d. p. concl. 27. n. 21.* Heig. *d. q. num. 72.* Bocer. *num. 78.*

XXIV. Imp. Carolus V. in Ord. Crim. *art. 120.* ſimpliciter ad Jus commune Cæſareum ſeſe refert, quo jure Stephani, Zieritz. *ad d. art.* per octo rationes defendunt, quod fœmina adultera æquali pœna, qua mas adulter, afficiatur; ſicut hoc & alii ſtatuunt. Contrarium late defendit Hahn. *ad W. h. t. n. 9.* Hodie tamen pœna gladii contraria conſuetudine fere communiter abrogata eſt, & in perpaucis locis adhuc viget. Sed prout in aliis delictis, ita & in adulterio puniendo, cujuscunque loci conſuetudo attendenda eſt. Menoch. *A. I. Q. caſ. 110.* Sic plerumque hujus criminis Rei prima vice extraordinarie & arbitrarie puniuntur, puta relegatione, carcere, fuſtigatione, imo ſubſtituta quandoque mulcta pecuniaria, de quo tamen Dd. merito conqueruntur. Heig. *d. q. 29. n. 76.* Berlich. *d. concl. n. 21.* Menoch. *d. caſ. 410. num. 74.* Beſold. *C. 176. & C. 215.* Stryck. *in uſu moderno §. 5. h. t.* In Duc. Wurt. Rei convicti prima vice puniuntur carcere, ubi aqua & pane ſolum cibantur, & pœnitentia Eccleſiaſtica publice peracta, tanquam infames, *Ehegerichts-Ordn. p. 1. c. 6. §. 1. & c. 9. §. 2.* vid. ſupra *tit. de his, qui not. infam. §. 14.* omni honore privantur, atque ab omnibus honeſtis conſortiis repelluntur. Sed Adulterium ſemel punitum reiteratum, olim perpetua relegatione, hodie interdum gladio punitur. *Wurt. Lands-Ordn. tit. 90. §. 1. & 3.* Nov. Conſt. *p. 200. §. 16. & 17.* Beſold. *p. 3. conſ. 215. n. 4.* D. Harpprecht.

Jure Cod. erat pœna gladii, quam Imp. Juſtin. mitigavit.

J. Imperiali fœmina eâdem pœna, quâ mas, afficienda?

Moribus hodiernis, Regulariter, non eſt capitalis.

precht. *Teſt.* 64. & *Conſil. nov.* 14. & 15 *per tot.* Jure Saxon. communi, item in Elector. Saxon. quomodo puniatur diverſimode, latius vid. ap. Carpzov. *J. F. p.* 4. *c.* 19. Pr. Crim. *q.* 55. & *ſeqq.* Jure Hamb. prima & ſecunda vice, extraordinarie tantum punitur. Stat. Hamb. *p.* 4. *art.* 29. vide Stryck. *in uſu moderno* § 2. *cum ſeqq. h. t.* Et ubi mortis pœna non viget, nec ea inferri poteſt Judæo adulteranti cum Chriſtiana, poſt alios Theod. *n.* 77. & *ſeqq.* ubi limit. Dill. Menoch. *A. J. Q. caſ.* 290.

An in Judæo cum Chriſtiana adulterante?

Vel Civiliter. Et agitur ad matrimonii diſſolutionem. Quis ſit judex competens?

XXV. Vindicatur adulterium notorium etiam Civiliter, quando nimirum agitur ad matrimonii diſſolutionem, & dotis atque donationis propter nuptias amiſſionem. Quoad primum poteſt agere maritus contra uxorem, & vice verſa ad thori ſeparationem *c.* 2. *c.* 4. *c.* 5. *x. de Divort.* de quo ſupra *ad tit. de Divort.* § 14. Hicque judex competens de Jure Can. eſt Magiſtratus Eccleſiaſticus, quia cauſæ matrimoniales ad ſpirituales pertinere cenſentur. *c.* 10. *c.* 30. *q.* 6. *c.* 5. *x. de procurat. c.* 2. *x. de Jud.* Sed noſtris moribus quomodo inter cauſas mixtas referantur, & in Conſiſtoriis decidantur, vid. Carpz. *Pr. Cr. q.* 65. *n.* 2. & *Jurispr. Conſ. l.* 1. *def.* 4. add. Engel. *in Colleg. Jur. Can. lib.* 5. *t.* 16. *n.* 7. & 8. ſupra *tit. de Divort. th.* 10. & 11.

& Donationis propt. nupt. cum Dote amiſſionem.

XXVI. Secundo contra uxorem adulterii convictam Maritus lucratur Donationem propter nuptias, habetque Dotem. Marito vero adultero Uxori cedit Dos propria & Donatio propter nuptias. *l.* 8. § 5. *l.* 11. § 1. *C. de repud. Nov.* 22. *c.* 15 § 2. *Nov.* 117 *c.* 8 § 2. B. Dn. Parens. *Diſp. de Donat. propt. nupt. th.* 74. D. Harppr. *Diſſer. March. Badenſ. p.* 6. *th.* 17. Stryck. *in uſu moderno* § 14. *h. t.* & ad Brunnem. *Jus Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 16. § 36. Joh. Voet. *n.* 11. *h. t.* Idque ſive civiliter de adulterio agatur, ſive criminaliter; vel eo caſu, quo mulier in monaſterium detruditur. Theod. *n.* 79. Nec obſt. *N.* 134. *cap.* 10. utpote quod loquitur de reliquis uxoris bonis, quæ habet extra dotem, quorum tota ſubſtantia, ceu uxoris propria, marito in totum excluſo, cedit vel ipſius liberis, vel adſcendentibus, vel monaſterio ſupra *tit. Soluto matr.* § 17. Neque uxor de Jure Civ. amittit bona paraphernalia. *d. l.* 8. § 5 & *Nov.* 117 *c.* 8. de quo late Bocer. *d. cap.* 6. *n.* 31. & *ſeqq.* B. Dn. Parens. *Diſp. de crim. præſcr. th.* 17. & *Delib. Jur. ad lib. ff.* 48 *th.* 31. Besold. *p.* 2. *th.* 165 D. Harppr. *continuat. Diſſer. jur. Wirt.* § 22. D. Bard. *de divortio ex cauſa deſert. th.* 56. ſupra *d. tit. Sol. matr.* § 16.

Obj. Reſp.

Competit etiam Actio injuriarum. Obj. Reſp.

XXVII. Tandem etiam civiliter vindicatur adulterium à Marito Actione injuriarum æſtimatoria vel extraordinaria. Et quamvis obſtare videatur, quia adulter principaliter non animo injuriandi, ſed libidinis explendæ gratia cum alterius mariti uxore rem habuit; Sufficit tamen animus per indire-

ctum & neceſſitatem conſequentiam talis, ex actu contumelioſo atque illicito. Nam pudicitiam attemperare pertinet ad infamiam, & Marito, cujus thorus fœdatur, licet conſentiente uxore, fit injuria. *l. 1 §. 2 l. 25 ff. de injur.* poſt Harppr. Bachov. d. Diſp. *Delib. th. 32.* ſupra *tit. de inj. jur. § 10.* Dn. Stryck. *de jur. ſenſ. D. 7. c. 5. n. 18.* Tandem notandum, matris adulterium infanti non præjudicare, modo ſit natus in matrimonio, & maritus tempore conceptionis non abfuerit. *l. 11. §. 9. ff. h. t.* ibi, poſt alios, Brunnem.

Quando adulter. non præjudicet infanti?

XXVIII. Privata autoritate vindicatur Adulterium jure Patri & Marito in adulterio deprehenſum impune occidendi conceſſo. *l. 20. l. 22. l. 23. l. 24. l. 32. ff. l. 4. C. h. t.* Hæc poteſtas dicitur privata, quia fit ſine Judicis cognitione, nullaque Sententia prævia; quamvis ex LL. conceſſione defendat. Hoc enim jus originem trahit ex ipſa Lege Julia de adult. coerc. per. *d. l. 20. pr.* ibi *nam hac lege junct. l. 21 ff. eod.* quod Imp. Juſtin. *in Nov. 117. c. 15. pr. in fin.* extendit, concedendo facultatem, quaſi adulterum i. e. antehac de adulterio ſuſpectum, & poſt trinas in ſcriptis conteſtationes atque denunciationes, ſub præſentia trium teſtium, cum uxore ſua alicubi deprehenſum occidendi. *ſeq. §. 31.* Stryck. *in uſ. mod. §. 15. h. t.* Nec Jure Can. abrogatur. Nam quicquid Jure Civ. id etiam Jure Canonico eſt impune; niſi canones innuant contrarium: quia inter leges & canones temere non eſt ſtatuenda diſſenſio Zeithopf *de jure occid. adult. p. 1. th. 32.* Idem jus occidendi adprobat Conſt. Carol. *art. 148 & 150.* ibi Claſen. Zieritz. Fundamentum autem hoc jus habet ratione Patris in Patria Pot. qua de jure vet. Patri in liberos jus vitæ ac necis, in omnibus capitalibus delictis, competebat, ſupra *tit. de his, qui ſui vel al. jur. §. 6.* quod tamen mutatum eſt per *l. f. C. de Patr. pot.* excepto hoc adulterii caſu. per *l. 20. ff. h. t.* Ratione Mariti eſt juſtus dolor, quem temperare difficillimum eſt. *l. 38. §. 8. ff. h. t.*

Vindicatur privatim jure occidendi conceſſo.
Ipſo C. Eſt.
J. Civ.
J. Can.
J. Carol.
C. Imp.

XXIX. Hoc jus impune occidendi conceſſum eſt (1.) Patri; *l. 20. l. 22. §. 1. l. 23 ff. h. t.* Joh. Voet. *n. 12. cum ſeq. h. t.* qualis ſit, etiam adoptivum, *d. l. pr.* modo ſui juris ſit, & filiam adult. tempore occiſionis habeat in poteſtate. *d. l. 20. l. 21. d. l. 23. § 1.* Et hoc jus, propter identitatem rationis, ad Avum, nepotem in ſua poteſtate habentem, extendunt Gothof. *ad d. l. 21. lit. a.* Bacov. *d. c. 5. n. 2. in fin.* Zeith. *p. 2. num. 10. & 11.* Sed negant alii, quos alleg. Zeith. *ib. 9.* quia omnes LL. in quibus de hoc jure occidendi agitur, tantum Patris & filiæ faciunt mentionem. Sub quibus nec Avus, nec Neptis proprie comprehenduntur: *§. f. J. qui teſt. tut.* niſi juſta interpretatione, per modum extenſionis, *l. 201. ff. V. S.* quam tamen hoc, contra rationem juris ex ſpeciali L. indultum jus non admittere videtur *l. 14. ff. d. l.*

Sub. Adſt. eſt I. Pater qui ſui jur. & filiam non habet in poteſt.
An & Avo in nepotem ſub poteſt. competat?

Alii quidem *d. l. 21.* accipi volunt de caſu, ubi etiam filiusfam. Pater, & Avus adhuc in ſacris Proavi exiſtunt. Sed non eſt veriſimile, JCtum hanc Legem de illo, quod rariſſime accidit, promulgaſſe.

2. Marito. XXX. (2.) Marito per *l. 20. pr. ff. h. t.* Struv. *de indict. prov. c. 7. & 8.* Joh. Voet *n. 13 & ſeq.* Nec refert, ſui juris, an filiusfam. aliter ac in Patre. *d.*

Non Sponſus, *l. 20. §. 1.* Honeſtæ, an vilis conditionis perſona ſit, *d. l. § 1.* Et quia cum Sponſa quoque adulterium committi dicitur *l. 13. § 3. ff. h. t.* Sponſum etiam mariti nomine hic vult intelligi Zeith. *d. p. 1 n. 14 G.* de quo dubitat Brunnem. *ad l. 1 ff. h. t.* Quia ergo LL. de jure Patris & Mariti tantum loqq. nec alii hoc jus occi-

nec Uxor, &c. Latent. dendi habent. *arg. l. 60. § 4 ff. ſol. matr.* v. gr. Mater, Filius, Frater, Uxor, Patronus, Vaſallus. Zeith. *n. 14* Theod. *n. 91 & ſeqq.* Imo Pater & Maritus quandoque non impune occidunt, ſi v. gr. ipſi adulterio polluti, vel ignominia notati, vel filia aut uxor ſit ignominioſa Zeith. *n. 81. l. 20. § 5. h. t.*

Pater etiam poteſt filio ſuo mandare. Non alius. XXXI. Pater hanc ſibi conceſſam facultatem exercere poteſt vel immediatè, vel mediatè; ſi e. g. filio ſuo mandet, ut adulterum in actu deprehenſum (non ergo in futurum, ſi quem in adulterio Sororis vel Matris ſuæ inventurus ſit,) occidat, & hic pœnam non incurrat. *l. 4. C. h. t.* Et quia hoc ex ſpeciali conceſſione in filio obtinet, hæc vindicta privata aliis demandari nequit. Theod. *n. 95.* Zeith. *n. 21 & 22.* Attamen, Pater & Maritus comites ſecum

Comites ſecum ducere licet, cum lumine! ducere poſſunt, ut non tantum ſint teſtes deprehenſionis Rei in adulterio; *l. 25. § 1 ff. h. t.* ſed etiam, ſi illis periculum immineret, aut forte ab adultero ſuperati ſuccumberent, ut pro repellenda violentia auxilium ferant Zeith. *n. 29.*

Oportet eum ſunt delinquentes in ipſo actu deprehenſi. XXXII. Dictæ autem perſonæ, ut impune interficiant, ſi conſiderentur in genere, requiritur, ut delinquentes in ipſa turpitudine, *in αὐτοφώρῳ*, in ipſis rebus veneris deprehenſi fuerint. *l. 23. pr. l. 24. pr. l. 29. pr. ff. h. t.* Nec E. ſufficit, ſi nuda cum nudo in uno lecto cubare viſa ſit, Bocer. *c. 6. n. 21. & 22.* pœna tamen ordinaria mitigatur Zeith. *n. 103.* In ſpecie requir. & quidem

Rat. Patris in domo ſua. Generi vero, cujuscunque conditionis ſit adulter. (1.) Ratione Patris, ut adulterantes in domo ſua (non ratione proprietatis, ſed habitationis, *l. 23. § 2. ff. h. t. l. 1. § 2. ff. de injur.*) Generive ſui tantum, non alibi deprehendat & occidat. *l. 22. § 2 l. 23 § 2 ff. h. t.* Cujuscunque conditionis ſit adulter, Nobilis, Clericus, perſona Magiſtratus, &c. *d. l. 20. § 5. ff. h. t.* per rat. *in l. 22. § 4 ff eod.* Zeith. *n. 32 & ſeqq.* Theod. *n. 90. & ſeqq.* (2.) Ra-

R. Mariti in domo ſua. tione Mariti (*a*) ut adulterum cum uxore ſua deprehendat in proprio domicilio, non etiam ſoceri. *d. l. 24. pr.* Quod extendit Zeith. *n. 72.* ad domum propriam, licet non inhabitatam. (*b*) Ut adulter vilis ſit conditionis *d. l. 24.*

& adulter vilis ſit condit. *pr. e. g. v.* Zeith. *n. 38. & ſeqq.* Nam mariti calor & impetus facile decernentis eſt refrænandus. *d. l. 22. § 4.* Alium ſi occiderit propter juſtum dolorem, extra ordina-

cio

eat tantum punitur *l. 4. C. h. t.* Carpz. *P. 4. C. 10. def. 8.* Bocer. *c. 5. n. 21.* Hoc tamen Imp. Juſt. auxit, ut Maritus præſumtum adulterum, licet non ipſo in actu, nec in domo ſua, ſed uxoris vel adulteri, vel in popinis vel in ſuburbanis cum uxore deprehenſum interficere poſſit; *Nov. 117. c. 15.* Auth. *Si quis C. h. t.* Theod. in *P. Cr. Pract. 6. aph. 3. n. 90. 102. & 103.* ubi ſimul ut concurrant oportet: (1) Ut talis quaſi adulter marito de adulterio ſit ſuſpectus, non generaliter & temerarie, ſed legaliter ex cauſis probabilibus. (2) Maritus de ſua uxore ſuſpectum tribus conteſtationibus admonuerit, ut à converſatione Uxoris ſuæ abſtineret (3) Ut fiant in ſcriptis. (4) In præſentia trium teſtium, & (5) ut poſt trinas ita factas denunciationes illum denuò in loco ſuſpecto cum uxore ſua convenientem deprehendat.

Ampliat. modo concurrant V. requiſ.

1. 2. 3. 4. 5.

XXXIII. Forma & Diff. ſpecif. conſiſtit in poteſtate impune occidendi perſonas in adulterio deprehenſas. Quamvis autem LL. tantum de vitæ privatione loquuntur, argumento tamen à majori ad minus ducto adulter multo magis contumelia poterit affici. *l. 22. § 3. ff. h. t.* Unde Dd. permittunt illum caſtrare, Rebuff. *ad l. 131. ff. de V. S.* aures, naſum, crura præcidere, vel aliud ſignum imprimere; Boc. *n. 17.* etiam incarcerare, non tamen ultra 20. horas, ne quis in pœnam Criminis L. Maj. in ſpecie incidat, per *l. 13. pr. & § 1. ff. h. t.* vid. Tit. *ad L. J. Maj. § 17.* & Tit. *de cuſt. & exh. reor. § 1.*

Forma conſiſtit in occiſione, & alia contumelia.

XXXIV. Ut autem Pater & Maritus hoc jure ſuo utiliter uti poſſit, Req. in genere, ut in continenti adulterum deprehenſum interficiant. *l. 23. § 4. ff. h. t.* in ipſo adulterio vel turpitudine, *l. 23. pr. ff. eod.* etiam aufugientem in perſecutione *d. l. 23. § 5.* in ſpecie rationis Patris, ut utramque filiam cum adultero in turpitudine deprehenſam; æqualiter, uno quaſi impetu & ictu interficiat. *d. l. 23. § 5.* Sin filiam ſponte dimiſerit, pœna extraordinaria coercetur. *l. 32. pr. ff. h. t.* Hoc tamen limit. (1) Si filia prægnans ſit, ne partus innocens occidatur. Theod. *n. 87.* (2) Si graviter vulnerata ſupervixerit; tunc enim magis fato, quam patris voluntate filia ſervata videtur *d. l. 32. pr.* (3) Si profugerit, & pater eam aſſequi non potuerit *d. l. 23. § 5.* (4) Si vi compreſſa ſit. (5) Si filia ſit virgo, vel vidua. *l. 22. § 1. ff. h. t.* ubi Gothofr. & Dd. pro accuſatione legi volunt occiſionem [illegible] ſeqq. *l. [illegible] ff. eod.* Bocer. *n. 4.* Zeſch. *n. 37.* Gilh. *d. [illegible] n. 18.* Ratione Mariti deſideratur, ut ipſi in adulterii turpitudine deprehenſum in continenti interficiat. *l. 24. pr. ff. h. t.* Non vero uxorem, per rationem in *d. l. 22. § 5.* ſed eam ſine mora dimittere tenetur *d. l. § 1.* Et quamvis ignoſcendum dicatur, ſi Maritus uxorem in adulterio deprehenſam occidat *l. 3. § 3. ff. de SC. Sil.* hoc tamen non intelligitur in totum; ſed ut à pœna ordinaria excuſetur, quia juſto impetu doloris tractus ſe temperare non potuit; *l. 38. § 8. ff.* [illegible] *l. 4. C. h. t. l. 1. § 5. ff. ad L. Corn. de Sic.*

Sed adulter occidatur in actu deprehenſus vel in fuga à Patre ſimul cum filia.

Limit. 1. 2. 3. 4.

à Marito ſine Uxore. Alias punitur, quomodo?

Carpz.

Carpz. *Dec. 95.* & J. F. *d. def. 8.* Theod. *n. 100.* Bec. *n. 31.* Zeith. *n. 107. & ſqq.* & inſuper à ſucceſſione uxoris repellitur, per *l. 9. ff. de jur. fiſc. l. 10. § 1. ff. ſol. matr.* ibi Dott. & Zaſ. *banc conſuetudinem hodie locum eſſe aſſerunt*, ſed ſine dubio procul ad cujuscunque loci conſuetudinem reſpiciendum eſt. *junǵ.* Zeith. *Concl. 10 ſ.*

Pœnæ Effectus. An talis occiſor reus ſit in conſcientia, N.

XXXV. Finis eſt, ut juſtus dolor aliquod habeat levamen, & alii eo magis ab hoc crimine deterreantur. Effectus eſt impunitas; *l. 4. C. h. t.* add. *Matthæ. ad L. Corn. de Sicar. § 38.* Quamvis taliter occidens in foro conſcientiæ & coram DEO haud excuſetur. Nec obſt. (1.) quod ſiat ex LL. conceſſione. (2.) Exemplum Pinehæ *Num. 25. v. 7.* Nam (1.) Lex eſt Divina de non occidendo, quamdiu neceſſitas non aliter ſuadet. (2.) Nec congruit Juri naturali, cum facultas hæc certis conditionibus ſit reſtricta. *præc. § 32. & 20.* (3.) Chriſtiana pietas impedit proximum, in flagranti delicto & mortali peccato deprehenſum, abſque mora & ſpatio pœnitendi, interficere. Molin. *de J. & J. t. 4. diſp. 17. n. 11.* ubi, laudabilius mulier patitur oppreſſionem, quam ut vitam corporalem, cum ſpirituali oppreſſoris eripiat. add. *diſp. 7. n. 2.* (4.) LL. quandoque conniventibus oculis aliquid permittunt, licet honeſtum non ſit, *l. 144. pr. ff. de R. J.* propterea tamen non ac probant, ſed quoad pœnam externam ignoſcunt, unde ad forum conſcientiæ nullum firmum ducitur argumentum. Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 20. § 17.* ſupra *tit. de ſicar. § 2.* (5.) Læſio per attentationem pudicitiæ etſi atrox ſit, non tamen eſt proportionata extemporaneæ interfectioni. *c. 1. & ſqq. cauſ. 32. q. 5.* add. *c. 6. c. 33. q. 2.* Niſi violentia acceſſerit. poſt Baldum. *conſ. conſ. l. 4. c. 1. caſ. 13.* Ziegl. *ad Grot. l. 2. c. 1. § 7.* latè Zeith. *p. 1. n. 49. & ſqq.* (6.) Pinehas factum illud, ceu judex, & ſimul ex ſingulari DEI inſpiratione, commiſit. arg. Num. *d. c. v. 10. & ſqq.* junct. 1. Paralip. *25. v. 8.* Duo autem cum faciunt idem, non eſt idem. Et quamvis hoc jus impunitatis ab uſu non plane & ubivis receſſerit, Ord. Crim. *art. 150.* Claſen. *ad art. 150. in ſ.* Struv. *de vind. priv. c. 4. n. 10.* Cothm. *Vol. 3. Reſp. 1. n. 463. & multi ſeqq.* Zeith. *p. 1. n. 67. 78. & ſeqq.* Tutius tamen Patres & Mariti faciunt, qui depoſita privata vindicta, hanc poteſtatem publicæ authoritati & Magiſtratui relinquunt. Ziegl. *d. l.* Sicut multis in locis reſtrictum eſt, maxime ubi adulterii pœna non eſt capitalis, & arbitraria pœna in tali modo occidentem ſtatuitur. v. Carpzov. *de LL. abrog. ad d. l. 4. n. 2.* Godel. *de jur. nov. lib. 5. c. 18.* add. Oldekop. *in iſl. jur. crim. excerpt. & obſerv. tit. de adult. n. 1.* Bachov. *d. D. th. 6. lit. C.* Stryck. *in uſu moderno § 15. h. t.*

Adulterii accuſatio ceſſat 1. 2.

XXXVI. Sed Adulterii accuſatio jure Patris vel Mariti ceſſat. (1.) Lapſu LX. dierum, *præc. § 14.* (2.) Si ipſe ſit adulter, vel ignominia quadam notatus. *l. 3. l. 13. § 5. ff. c. 6. x. h. t. l. 8. ff. de accuſ. l. 15. C. qui accuſ. non poſſ.*

poſſ. Schaet. *ad l. 6. C. de inceſt. n. 12* ibi: *bleibt ſie eine Hur, und er ein Bub.* ſupra tit.
de compenſ. §. 21. (3.) Vel cauſam luxuriandi præbuerit; *l. 47 ff. ſol. matr.* 3.
aut conditionem uxoris ignoraverit Bocer. *c. 1. n. 62* Schurpff. *n. 12 & 13.*
h. t. (4.) Remiſſione expreſſa per tranſactionem; v. ſupra *tit. de Tranſact. §.* 4.
22. add. Vinn. *de Tranſact. c. 7 n.* per interceſſionem conjugis innocentis, & ſi
denuò cohabitationem promittat. Theod. *n. 75* Hahn. *ad W. h. t. N. 19* Johann.
Schilt. *Ex. 49 §. 90. cum ſeqq.* Stryk. *in uſu mod. §. 6. h. t.* Dn. à Lyncker *d. 474.*
(5.) Remiſſione tacita, vel Diſſimulatione, & ſi innocens uxorem in matri- 5.
monio retinent, vel quaſi reducat. *l. 11 § 10 l. 36 l. 40 ff. l. 11 C. h. t. præs. §. 14.* v. latiu
ſupra *tit. de Div. §. 15.* Hoc quo modo pœna & vindicta publica non plane tollitur;
ſed tantum mitigatur. Theod. *n. 136. & ſeqq.* add. Carpz. *Pr. C. q. 55.* Pœna vero
ſimul ceſſat (6.) Si uxor vim paſſa ſit *l. 13 § 7 l. 39. pr. ff. h. t.* (7.) Vel falſo ru- 6. 7.
more inducta alii nupſerit, *l. 11. §. 12 ff. eod.* aut per errorem tale quid conti-
gerit. ſupra *tit. de Div. d. §. 15.* Struv. *Diſſ. Crim. 5 §. 13.* (8.) Præſcriptione quin- 8.
quennii continui a die commiſſi criminis *L. 11. § 4 l. 29 § 5 & 7 l. 28 C. h. t.* add.
præs. § 15 Bocer. *c. 3. n. 131.* Carpz. *Pr. C. q. 59 n. 29.* Hahn. *h. t. N. 18* add. ſupra
tit. de div. temp. præſcr. §. 15. ubi limit. (9.) Morte. ſupra *tit. de accuſ. §. 12.* Hinc 9.
ſi maritus uxorem adulteram, & vice verſa, quamdiu vixit, non accuſavit, quia
adulterium ignoravit, vel ſi per patientiam ſubticere maluit, injuria remiſſa di-
citur, ut nec dotis ſimiliumque perſecutio ultra ſuperſit. poſt Menoch. Gilhauſ.
Arb. Crim. c. 2. t. 34. § 8 n. 11. & *tit. 16. n. 3. & ſeqq.* ubi de dd. modis. Dn. Voet. *h.
t. th. 16.* ſupra *tit. ſol. matr. §. 20.*

XXXVII. II. Carnis delictum eſt Stuprum; quod in jure accip. (1.) Latiſſime, & comprehendit adulterium, *l. 6 §. 1. ff. h. t. l. 101. pr. ff. de V. S.* (2.) Latè, excludit quidem adulterium, ſed continet maſtuprationem. *l. 34. §. 1. ff. h. t. l. 1 § 4 ff. ad L. Jul. de vi publ.* DD. Graſſ. *in Diſſ. ad Ord. Crim. Esling. cap. 1.* (3.) Strictè; ut hoc loco, & eſt publicum delictum per illicitum concubitum cum virgine vel vidua honeſte alias vivente commiſſum *§. 4. J. de publ. jud.* Publicum dicitur, quia L. publ. jud. notatur & coërcetur. *d. §. 4. d. l. 6 § 1 d. l. 101. pr.* Reliqua verba diſting. Stuprum (1.) ab Adulterio, quod de J. C. in nuptam committitur. *præs. §. 2.* (2.) A concubinatu, quia concubina nec virgo eſt, nec vidua. *d. l. 34 pr.* add. ſupra *ad tit. de Concub.* (3.) a Sodomia nefanda. *d. §. 4.* per τὸ *honeſte vivente* diſting. à Fornicatione propriè dicta, quæ cum innupta quidem; ſed etiam vulgari muliere & concubina committitur. *l. 22. C. h. t.* Gilhauſ. *Arb. Crim. c. 2. tit. 21. n. 9.* Moribus tamen noſtris, quibus maritus cum ſoluta rem habens adulterium quoque commiſiſſe dicitur. Stuprum eſt crimen publicum per illicitum concubitum ſoluti cum virgine vel

II. Carnis delictum. Stuprum Romanum.

Propriè quid de J. C. Diſſ.

Quid ſit moribus noſtris?

Præmaturus concub. hoc non pertinet.

vidua honeſte vivente commiſſum. Germ. *Schändung, Schwächung*. Stuprum ergo non eſt, ſi Deſponſati præmature concumbant, ſed ex conjugali affectione ſeceſſe præſumuntur, quia tamen peccant contra decentiam, arbitrario vel carcere, vel mulcta puniri ſolent. Theod. n. 45. *Würt. Ehe-Ger. Ordn. p. 1. c. 5. § 4.* D Harppr *c. 20. & Diſſ. March. Badenſ. p. 7. th. 56.* DD. Gieſſ. *in Diſſ. ad Ordinat. cenſor. Esling. c. 5.*

Div. in Violentum quid ſit? Quomodo fiat?

XXXVIII. Divid. Stuprum in Violentum & Voluntarium. Illud quidem non h. l. ſed L. Julia de vi publica coërcetur, *l. 3. § 4. ff. ad L. Jul. de vi publ.* pertinet tamen inter carnis delicta. Eſtque violenta fœminæ ſolutæ atque honeſtæ compreſſio Germ. *Nothzucht*. Carpz. *q. 75. n. 1.* Oppreſſio barbarica dicitur in *c. 10. c. 32. q. 5.* Quæ violentia cenſetur, ſive fiat doloſis perſuaſionibus, ſive malis artibus, *l. 1. § 5. ff. de hom. lib. exh.* ſive minis, vel vi adhibita. ſupra *ad tit. de extraord. crim. § 3.*

Ejus pœna. & Attentatum.

Quoad pœnam diſt. an ſit attentatum, & conatus, quamvis ad actum proximum pervenerit, ſicut communiter in aliis delictis, ita & hic extra ordinem & arbitrarie punitur, pro qualitate facti atque perſonæ. *l. 1. § 2. ff. de extraord. Crim.* Menoch. *A. I. Q. l. 2. caſ. 360. n. 35.* Ord. Crim. *art. 119.* interdum fuſtigatione vel relegatione, Carpz. *J. F. p. 4. c. 30. def. 5.* Interdum fuſtigatione vel manus amputatione. Stephani *ad d. art.* Coler *d. 126. n. 109.* Mev *ad J. Lub. l. 4. tit. 7. art. 1. n. 7.* Stryck. *in uſu mod. § 15. & 16. h. t.* Jure Wurt. Reus regulariter in numellis publicis eſt ponendus, & poſtea auris abſciſſione, fuſtigatione relegatione, vel confinatione puniendus. Nov Conſt. Wurt. *de anno 1586. § 8.* Ubi autem duplex crimen eſt admiſſum, [ut h. l. attentatum ſtuprum & violentia vel ſecuritatis publicæ turbatio] ibi gravior pœna eſt infligenda. arg. *l. 32. § 1. h. t. l. un. pr. C. de rapt. virg.* B. Dn. Parens, *de Diſſ. J. comm. & W. in cauſ. crim. th. 20.* DD. Harppr *Reſp. 62. n. 8. & ſeqq.*

Si conſummatum, punitur gladio.

An conſummatum? & ultimo ſupplicio, nempe gladio, punitur arg. *l. 5. § 2. ff. de re mil. l. 29. § 5. ff. h. t. d. l. 1. § 2.* Ord. Crim. *d. art.* Conſt. Wurt. *d. l. § 7. ſupra d. t. de extra-ord. crim. § 2.* Modo de conſummatione & violentia conſtet, ut ſcilicet vim paſſa non tantum manibus pedibusque obnixa fuerit ſed & vociferatione auxilium imploraverit. v. *Deut. 22. v. 27.* Claſen. *ad d. art.* Maſcard. *de prob. V. 4. concl. 1017. n. 26.* Berlich. *p. 5. concl. 45. n. 31.* Damhoud *c. 92. n. 4. & ſeqq.* Modicam autem fidei querelæ mulieris ſtupratæ tribuunt Carpz. *d. C. def. 10.* D Harppr *Reſp. 62. n. 11. 31. cum ſeqq. 136. & 155.*

Vim paſſa ex bonis ſtupratoris dotanda.

Inſuper vim paſſa ex bonis ſtupratoris, ſive fuſtigationis ſive mortis pœna affecti, erit dotanda. Brunn. *Jurispr. Eccleſ. l. 2. c. 18. § 27.* Oldekop. *ad Carpz. dec. 2. q. 5.* H. Piſtor *O. 161. in f.* Cujus notabile Exemplum ex Everhardo, *V. 2. conſ. 8.* refert Bardili, *Diſſ. de Satisf. ſtupr. c. 3. m. 2. n. 38.*

XXXIX. Et hæc ultimi ſupplicii pœna extenditur, etſi vi compulſa ex poſt facto in ſtuprum conſenſerit. Gilhauſ. *arb. crim. c. 2. t. 22. n. 3.* Carpz. *q. 75. n. 11. & n. 27. et ſeqq.* extendit, ſi puella ſit impubes. Carpz. *J. F. 4. c. 31. def. 5.* Claſen. *d. l. p. 422. inf.* Hahn. *N. 21.* verb. *capitale eſſe.* Stryk. *in uſu mod. §. 16. h. t.* vid. Conſt. Wurt. *d. §. 7.* Sed quomodo comprimens immaturam & nondum viri potentem de Jure Civ. puniatur? vid. *l. 38. §. 3. ff. de pœn.* Hodie ita conantes fuſtigatione cum perpetua relegatione puniri, docet Theod. *d. c. 6. aph. 4. n. 37.* & memini in Ducatu Wurt. & Furti ſimiles pœnas dictatas fuiſſe. add. Gilh. *d. l. n. 4.* Supplicio mortis pœna etiam adfici quandoque Auxiliatores, probat *d. l. §. 2.* & præjud. firmat Schilt. *Ex. 49. §. 103.* De Jure Sax. extenditur hoc ad eum, qui vulgarem fœminam meretricio more viventem vi cognovit; Carpz. *d. p. c. 3. def. 5.* Sed quia requiritur, ut ſit fœmina honeſta, *Eine unverleumbdete Perſohn,* in illo caſu mitius punitur de Jure Civ. *l. 29. inf. C. h. t.* Jure Carol. *d. art.* Jure Wurt. *d. l. §. 5.* punct. *§. 2.* Item pœna capitalis remittitur, & in aliam mutatur, ſi vi ſtuprata nubere velit Stupratori. arg. *c. ſ. x. de rapt.* per præjud. ap. Carpz. *d. c. def. 7.* Dn. Stryck. *in not. ad Brunn. J. Ec. el. l. 2. c. 18. §. 27.* Claſen. *d. l. in med.* Sed in adulterio violento remiſſio conjugis non proficit adultero. Carpz. *def. 2.* Et ſtuprator violentus etiam poſt quinquennium accuſari poteſt, propter concurrentem vim publicam. *l. 29. §. ſ. ff. h. t.* Dn. à Lyncker. *Dec. 900.*

Pœna cap. extenditur.

Quæ pœna, ſi puella non viripotens?

In Auxiliatores.

Quando mort. pœna ceſſet?

Non prodeſt remiſſio, nec quinquennii lapſus.

XL. Hæc vim paſſa, ſicut non delinquit, ita nullam incurrit pœnam, nec exiſtimatio ejus violatur; *l. 13. §. 7. l. 39. pr. ff. l. 20. C. h. t.* Berlich. *d. l. n. 66.* eoque propter non deſunt, qui illi habitum virginalem, ſertum ſcil. vel coronam in capite geſtare permittunt, quia *can. 3. & ſeqq. c. 32. q. 5.* pudicitiam non corpore ſed animo maculari dicitur. Pfeil. *cent. 2. conſ. 147.* Berl. *n. 67.* Steph. *ad d. art.* Brunn. *ad d. l. 20. n. 2.* addit, ſi illa conatu, clamore, ejulatu omnibus modis diſſenſum, ab initio uſque ad conſummationem, conteſtata ſit. Verum illa corona non eſt ſignum Virginitatis animi ſeu pudicitiæ, alias etiam uxores & viduæ ſertis verticem libere poſſent exornare, utpote, quæ nihilominus pudicitiam ſemper tenere atque colere debent. *1. ad Theſſal. 4. v. 3. 4. 5.* ad Hebr. *13. v. 4. 1* ad Tim. *5. v. 5. 6.* Ob virginitatem ergo corporis amiſſam ſe incontaminitatis non audeat comparare virginibus. *c. 14. c. 32. q. 5.* Carpz. *d. q. 75. n. 8.* Claſ. *p. 421.* B. Parens, *Dilib. th. 30.* Mev. *ad J. Lub. 4. t. 7. art. 1. n. 19. & n. 20.* jungit, quod vis viro, per fœminam, illata non capitaliter; ſed arbitrarie plectatur. vid. Stryck. *in uſu moderno §. 17. h. t.*

Vim paſſa eſt extra pœnam. An ipſi & ſertum geſtare liceat?

XLI. Voluntarium Stuprum eſt, quod cum volente & parum reluctante virgine vel vidua, alias honeſte vivente, committitur. *§. 4. J.*

Voluntarium quid?

de

Quomodo puniatur de Jure Civ. Jure Div. ſtupratam duc. & dotar.

de pub. jud. Joh. Voet. *n. 2. h. t.* Honeſta enim perſona ſeducta conſenſiſſe cenſetur. vid. Bardili, *d. l. n. 26. & ſeqq.* Hoc de Jure Civili punitur, ſi ſtupratores honeſti ſint, publicatione partis dimidiæ bonorum, ſi viliores, corporis coercitione, i. e. fuſtigatione cum relegatione. *d. §. 4. in f.* Sed Lex Moſaica ita mulctabat, ut ſtupratam & dotaret, & duceret. Exod. *22. v. 16.* Deut. *22. v. 29.* Dn. Seb. Schmid. *d. text. Exod.* ita legit: *Si perſuaſerit vir virginem, quæ non deſponſata, ut cubet cum ea, dote dotabit eam ſibi in uxorem.* add. Luc. Oſiand. *ad d. text.* Sicque Jure Div. hæc duo copulative requiruntur, quod confirmatum

Item de J. Can.

Jure Can. in *c. 1. X. de adult.* D. Bohm. *in Diſſ. de libello alternativo c. 2 [illegible]. & q.* Sin Pater virginis eam dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis congruæ. Wagnereck. *ad d. c. 1.* Mev. *d. tr. l. 4. t. 3. art. 1. n. 2. ſeq. §. 65.*

Quid moribus in terrarum obſervet, ut ducat aut dotet.

XLII. Ex his autem pœnis, eam, quæ eſt Juris Can. in terris Pontificiis obſervari, juxta Hoſtienſem, Panormitanum; in terris vero Imperii, quæ eſt Juris Civ. præjud. firmat Hahn. *ad 15. h. t. N. 11.* Niſi ex ſtatuto alia dictetur pœna, prout pœna Juris Can. hodie communiter eſt recepta in tantum, ut particula copulativa, Et, in alternativam, Aut, mutata ſit. Theod. *d. l. n. 26.* Brunn. *d. l. §. 26.* ibi Stryck. Carpz. *Jur. Conſ. def. 2 [illegible]. J. F. p. 4. C. 17. def. 1. n. 6.* & *Pr. Cr. q. 68. n. 6.* & poſt alios, Bardili, *Diſſ. de ſatisf. ſtupr. c. 2.* ubi *n. 17.* jungit. cit. Stryck. *in uſu mod. p. 20. h. t.* D. Graſſ. *ad ordinat. Conſ. Esling. c.* D. Harppr. *in ſtratum. 18. [illegible] ſpec. §. 10.* Sic etiam Jure Würt. *4. Nov. § 5.* diſponitur, *das [illegible].* Sed Jure Brandenb. ſtupratam ducere tenetur. Brunnem. *d. tr. §. 26.* Dn. à Lyncker *dec. 1000.* Quod idem in certo caſu obtinet in Foro Würt. juxta Reſcript. Eberhard. *Eh. Ger. Ordn. p. 2. t. 7. §. 2.* Imo ſemper ducere cogitur, ſi ſtuprum ſub conditione promiſſi matrimonii impetraverit. Bardili, *d. D. part. alt. pag. 18. uſque ad fin.*

Dotis quantitas a quo, & unde ſit æſtimanda?

XLIII. Dotis autem quantitas à Stupratore præſtandæ Judicis arbitrio committitur, qui eam ex conditione & qualitate ſtupratæ æſtimare debet. Nam quia non ſolum puellæ divites & ſplendidæ, ſed & humiliori loco natæ atque pauperculæ honeſtæ ſunt, arg. *l. 7. C. de inc. nup.* earum dotari debent. Carpz. *d. q. 68. n. 57.* Berl. *d. concl. 58. n. 77.* Ut plurimum ſecundum conditionem Patris ſtupratæ, quantam ille dotem ei ſoluiſſet. Sande, *Deci. l. 2. t. 1. def. 10.* Dn. Stryck. *d. l. §. 28.* Carpz. *d. q. n. 13.* Stryck. *in uſu mod. §. 11. &* Joh. Voet. *n. 3. h. t.* Interdum tamen, in odium Stupratoris divitis vel ducere nolentis, major dos conſtituitur, quia & vitiata majorem neceſſitatem habet, conditione illius per defloratione deteriorata. Harppr. *ad d. §. 4. n. 95.* Carpz. *d. q. n. 16.* Lin-

Amplius.

denſpür. *ad Jus P. W. p. 300.* Theod. *n. 28.* Sic & ſtupratoris & ſtupratæ qualitates conſiderandæ. Menoch. *caſ. 288. n. 19. 20.* Nec refert, licet Stu-

pratore

prator aliam in matrimon. duxerit. Item licet plures poſtea cum Stuprata rem habuerint, primus tamen ſtuprator non liberatur. Berl. *n. 54. & 60.* Carpz. *J. F. p. 4. C. 27. def. 3.* Bard *c 3. m. 3. n. 54. & ſeqq. & m. 4. per tot*

XLIV. Sed quær. An etiam viduæ ſtupratæ dos debeatur? Et affirm. quia dos non tantum pro defloratione, ſed uti ſatisfactio pro injuria ſtupratæ illata, & in compenſationem denegati matrimonii ſolvitur. Stryck. *d. l. § 28.* Carpz. *J. F. d. C. def. 4.* Juriſpr. Conſ. *l. 2. def. 231. n. 10.* & *d. q. n. 23.* Stryck. *in uſu mod. §. 20. h. t.* & quantitas determinatur juxta eam, quam ante accepit. Mev. *d. l. 4. t. 3. a. 1. n. 24.* Sed res aliter ſe habet in Duc. Würt. ubi *d. C § 5.* diſponitur, *ſo ſie eine Jungfrau geweſen*, ſi virgo, non vero ſi vidua fuerit; itemque in Friſia. Sande, *l. 2. t. 1. def. 10.* Joh. Voet. *§. 4. h. t.* Grœnew. reſtringit ad viduam ſine vi ſtupratam. *de LL. abrog. ad d. §. 4. J. de P. J. n. 18.* Hinc ſi ſolutus cum ſoluta rem habuerit, quod Judex, ut ſtupram punire vellet, maſculus vero aſſereret, ſtupratam fuiſſe devirginatam & ab alio jam cognitam, proin ſe tantum fornicationem commiſiſſe, quia in hunc caſum ceſſaret dotatio, Carpz. *Jpr. conſ. l 2. def. 231. n. 4.* Mev. *d. l. n. 12.* Menoch. *l. 6. præſ. 19. n. 3* quær. cui incumbat probatio? & Reo aſſerenti, quia fortior præſumtio contra eum militat. Nam honeſtas in puellis & mulieribus non ſolum ſplendidis; ſed etiam humilibus & pauperculis præſumitur. arg. *l. 7. C. de inc. nupt.* Carpz. *q. 68. n. 82.* donec contrarium probetur. Maſcard. *de prob. V. 3. concl. 1010.* Mev. *p. 3. dec. 73. n. 6.* add. ſupra *tit. de probat. §. 17 & 18.*

An dos etiam viduæ ſtupratæ debeatur?

Si mas prætendat non ſtuprum, ſed fornicationem commiſiſſe, cui incumbat probatio?

XLV. Sed quoad dotis ſolutionem, an tempus nuptiarum ſit expectandum, quia dos matrimonium præſupponit; an ſtatim poſt delictum commiſſum ſolvenda ſit? quær. & Dd. communiter poſterius affirmant, arg. *l. un. C. de Rapt. virg. §. 1. verſ. ſive maritum volueris accipere. & ſeq.* Joh. Voet. *n. 5. h. t.* Quia dotis datio eſt pœna ſtupri & ſatisfactio? *prat. §.* quæ, ſententia lata, quamprimum executioni eſt mandanda, adeo ut, licet ſtuprata matrimonium non ſupervixerit, jus tamen dotem exigendi ad heredes tranſmittat, Sicque eſt dos non proprie; ſed intentionaliter talis. Harppr. *d. l. n. 93.* Carpz. *d. q. 68 n. 83. & ſeqq.* Berlich. *n. 26.* Dn. Stryck. *ad d. §. 28.* Bard. *c 3. m. 3. n. 20. ſeqq.* & *n. 57. et ſeqq.* late defendit, quia actio ſtupratæ competens potius ſit ex lege ſive canone, *c. 1. x. de adult.* quam proprie & immediate ex delicto, ideo etiam contra heredes dari. add. Voet. *ib. 5. per tot.*

Hæc Dos ſtatim poſt delictum ſolvenda.

Ratio.

Et tranſmittitur ad heredes.

XLVI. Hæc ſtupratæ dotatio ceſſat, ſi ſtupratori nubere non poſſit, Mev. *p. 4. tit. 3. art. 1. n. 15.* Schœpff. *n. 67 cum ſeqq.* vel recuſet. Carpz *J. F. d. c. 27. def. 1.* & *q. 68. n. 84.* Si ſe ipſam ingeſſerit & occaſionem præbuerit. Brunn. *d. tr. §. 24. in f.* ibi Dn. Stryck. *in add. not. prejud.* Berlich. *d. concl. 38. n. 31.* Brunn. *Ex.*

Ceſſat dotatio, ex. gr.

Inſt. 12. tit. de publ. jud. §. 4. Joh. Voet. *n. 4. h. t.* Si dotem tranſegerit, aut de certo pretio convenerit. Carpz. *n. 17.* Voet. *ib. 4.* Stryck *in uſu mod. §. 22. h. t.* add. *Diſſ.* Gell. *de A. 1717. de virgine ſtuprata a ſtupratore non dotanda.* In Scortatione enim dotis exactio locum habet, ſi fœmina non ſit vulgaris. Carpz. *d. q. n. 70.* Mev. *p. 5. dec. 71.* Sed quid ſi dotem præſtare nolit? tunc in ſtupratoris bona fiet immiſſio. cum Carpz. Brunn. *d. §. 28. in f.* Sin bona non habeat, propterea Parentes ejus ad dotandum non tenentur, ſed ille obligatur, ut ſtupratam ducat, ſi de cætero par ſit conditio poſt alios, Bard. *d. c. 5. m. 6. n. 5. & ſeqq.* Quamvis ſtupri accuſatio & pœna quinquennio præſcribatur; *l. 29. §. 6. ff. l. 28. C. h. t.* petitio tamen dotis eodem tempore non tollitur. cum H. Piſt. Carpzov. *d. C. def. 5.* Theod. *n. 30.* Stryck. *in uſu moderno §. 26. h. t.*

Si ſtuprator dotem præſtare nolit vel non poſſit.

XLVII. Dotis tamen præſtatio ſive ceſſatio ſtupratorem non plane liberat. Nam ipſi, ſi ſtuprum confeſſus, præter ſumtus puerperii, incumbit onus alendi infantem, interdum ſtupratoris parentibus, de quibus, ut & ratione Termini à quo, & ad quem, vel quantitatis, vid. Bardili, *d. c. 5. m. 7. n. 22. ad fin.* Gail *l. 2. O. 85. n. 4. & 12.* Dn. Stryck. *§. 21. & in uſu mod. §. 23.* & Voet. *n. 6. h. t.* Sande, *l. 2. t. 8. def. 1.* Sopra *tit. de agn. & al. lib. §. 13. & ſeqq.* Porro non liberatur à pœna, *§. 4. J. de publ. jud.* Quæ hodie pro ratione circumſtantiarum, eſt vel carceris, vel relegationis, vel interdum fuſtigationis, v. gr. ſi quiſpiam ex illuſtri thoro natam, vel impuberem, inebriatam, dormientem, phreneticam, vel captivam cuſtodiæ ſuæ commiſſam, &c. ſtupraverit. Berlich. *conc. 100.* & *concl. 36. & 40.* Carpz. *q. 69. per tot. & Juriſprud. Conſ. l. 2. def. 231. n. 13.* J. F. *p. 4. C. 25. def. 1. C. 26. def. 1. C. 27. def. 6. & 7. C. 31. def. 1. & 2.* late Voet. *h. t. th. 2.* Stryk. *in uſu mod. § 16. 17. & 18. h. t.* Dn. a Lynker. *dec. 80.* Thomaſ. *Diſſ. de Jure circa ſcortum & ſcortat. c. 5. §. 28. & ſeqq.* D. Harppr. *in Deſſer. March. Bad. p. 7. th. 45.* De pœna Tutoris v. *l. un. C. Si quis eam, cuj. tut. fuit,* ibi Brun. Ob ſimplex quidem ſtuprum condemnatum, macula per vitæ emendationem abolita, à Collegio Senatorum excludendum non eſſe, tradunt Brunn. *ad l. 45. ff. de R. N. n. 5.* Mev. *d. art. 1. in add.* niſi ſpeciali ſtatuto tale delictum ad officium aliquem inhabilitet. Carpz. *p. 1. dec. 17.* Beſold. *p. 3. conſ. 117. n. 20.* Sic potiſſimum in Aſſeſſore Cam. Imp. honeſtas atque integritas vitæ requiritur, Ord. Cam. *p. 1. t. 3. §. 1.* quia illaudabilis eſt ſcientia, quam vita maculat. Magenhorſt. *ad O. C. d. l.* maxime ſi ex delicto publico quis ſit damnatus. Brunn. *ad d. l. 25. C. h. t.*

Stuprator inſuper tenetur ad ſumptus puerperii, alimentationem & ad pœnam.

An poſſit fieri Senator?

XLVIII. An vero Stuprum in Muliere ſit puniibile? Neg. Harppr. *ad d. §. 4.* Theod. *n. 40.* quia id nulla lege ſit expreſſum, ſed *n. 41.* limit. in vidua. vid. tamen *l. 13. §. 2. ff. h. t.* Alii diſtinguunt, an ſtuprata minis perſuaſionibus inducta, an ſponte conſenſum præbuerit? cum priori modo omnem pœnam ceſſare;

An etiam ſtuprata puniatur?

ſare, Berl. *n. 122.* Verum & illam pœna plerumque carceris alter, hodie dubio caret; quia copiam ſuffecit. Hahn. *ad W. h.t. n. 5.* Carpz. *d. c. 27. d. ſ. 9. d. q. 69. n. 57. & ſq.* d. N. Conſt. Wurt. *§. 5.* Eoque ipſo pœnam non incurrit dormiens, mente capta, quales ſunt extra omnem culpam. Carpz. *C. 26. def. 5.* In nonnullis locis, ut in Landgraviatu Haſſiæ, Wetlaviæ, &c. uſuvenit Pœnitentia Eccleſiaſtica, quæ & ſtupratori, & ſtupratæ injungi ſolet. Si Chriſtianus Judæam, vel vice verſa, carnaliter cognoverit, non deſunt, qui pœnam mortis dubitant, quam nimis rigoroſam, cum aliis dicit, Carpz. & fuſtigationem cum relegatione in tali caſu illatam eſſe, præjudicio firmat. *d. C. 26. def. 4.* & *Pr. Cr. q. 76. n. 66.* Stryck. *in uſu moderno. §. 12. & 13. h. t.*

Aſſum.

Amor.

Si Chriſtianus rem habeat cum Judæa.

XLIX. III. Carnis delictum, quod L. Jul. de Adult. coercetur, eſt Venus monſtroſa, quam olim jam Lex Scantinia damnavit. Zieriz. *ad Ord. Crim. art. 116.* Theod. *aph. 5. n. 28.* Coler. *dec. 117. & 441.* Farin. *in prax. crim. Q. 148.* Gomez ad LL. Tauri *80.* Eſtque vel nefanda cum maſculis libido, *d. §. 4. J. de P. J.* ubi ſexus perdit locum, ubi Venus mutatur in alteram formam, amor quæritur, nec videtur: & tale eſt ſcelus, quod non proficit ſcire, *l. 31. C. h. t.* quô homines diabolica inſtigatione graviſſimis luxuriis ipſi naturæ contraria agunt: *Nov. 77. c. 1. pr.* tam ſceleſta luxuria contra naturam, quam in brutis animantibus admiſſam reperire eſt. *Nov. 141. c. 1.* C. *11. cauſ. 32. q. 7.* quæ vocatur Sodomia in ſpecie, à Sodomitis, quos propterea igne & Sulphure, cœlitus delapſo abſumptos eſſe, ſicque civitates cum hominibus periiſſe, patet ex Geneſ. *19. v. 5. & 24. add. C. 13. & 14. C. 32. q. 7.* qualem contra naturalem & deteſtabilem Venerem tam in eodem Sexu S. Apoſtolus & in fœminis & in maſculis arguebat, ad Rom. *1. v. 26. & 27.* add. Lev. *18. v. 22.* Ord. Crim. *art. 116.* quam in diverſo ſexu, & Venerem præpoſteram ibi damnabat, eamque Auguſtinus execrabilem dicit in meretrice, ſed execrabiliorem in uxore. *d. c. 14.* Caball. *Reſol. crim. 16. n. 12. & ſqq.* Dn. à Lyncker. *Reſol. 584.* Pro ſpecie Sodomiæ inter homines habetur Concubitus cum fœmina demortua, & gladio punitur. Carpz. *q. 76. n. 21.* vid. Felmann. *tr. de cadav. inſpec. c. 33.* Sed Jure Wurt. igne. *Nov. Conſt. de anno 1586. § 27.* Maſtupratio vero, quam mollitiem dicit S. Apoſt. *1 Cor. 6. v. 9.* qui ſe ipſos ſecreta Venere polluit, non quidem Sodomia, grave tamen ſcelus eſt, & punitur arbitrarie, relegatione, & quandoque fuſtigatione. Carpz. *d. q. n. 13.* Struv. *S. J. C. Ex. 49. th. 43.* Stryck. *in uſ. mod. §. 3. & h. t.*

III. Eſt Sodomia.

Eſtque vel Sodomia in ſpecie.

ejus ſpec. Concubitus cum mortua Maſtupratio.

L. Altera ſpecies Sodomiæ eſt adhuc deteſtabilior, & dicitur Beſtialitas quia committitur à mare vel fœmina cum qualicunque bruto; D. D. Graſſ. *Differ. Receſſ. Imper. ſect. 19. diff. 1.* Crimen omnium fœdiſſimum, ſpurciſſimum & horribiliſſimum *Lev. 18. v. 23.* Cum autem natura hominis, multo

Vel Beſtialitas.

magis DEUM T. O. M. colentis, à quavis Sodomiæ ſpecie abhorreat, ſatius eſt ignorare, quam de tam abominanda turpitudine & execrando peccato quicquam noviſſe. Verſus Athenas & Tripolin hodienum viſuntur exempla Divinæ ultionis & juſtiſſimæ excandeſcentiæ, qua utriusque ſpeciei Sodomitæ una cum beſtia, in perpetuam deteſtationem, in ipſo flagranti in lapides ſubito commutati ſunt, ſervatis de cætero corporum atque membrorum figuris. Author *Aſiat. und African. Denckwurdigk. p. m. 401. & ſeq.* Joh. Voet. *n. ſ. h. t.*

Stupenda exempla.

LI. In utraque ſpecie DEUS Ipſe dictavit pœnam ultimi ſupplicii, & quidem in ſecunda Reus una cum bruto interficiendus. Exod. *22. v. 19.* Lev. *20. v. 13. 15. 16.* Deut. *27. v. 21.* item Jure Can. *c. 4. c. 15. q. 1.* Jure Juſtin. gladio punitur. *d. l. 13. C. h. t.* Hodie ſecundum Ord. Crim. pœna ignis indiſtincte eſt ſtatuta. *art. 116.* Sed communiter fere diſtingui ſolet inter duas Sodomiæ ſpecies, & prima, ſive in eodem, ſive diverſo ſexu exerceatur, gladio punitur. Carpz. *d. q. n. 21. & ſeqq.* Item de Jure Würtemb. *d. §. Welche auch auf ſo teuffliſche Bößheit. 27.* Altera ſpecie Sodomiticum peccatum cum brutis committentes flammis ultricibus vivi exuruntur, Carpz. *d. q. n. 50. & ſeq.* Conſt. Wurt. *d. §.* & quidem brutum ſimul in cineres redigatur; Vel ſi Sodomitam, ex cauſa juſta & rationabili, capite truncari contingat, brutum alia via è medio tollitur. Carpz. *n. 61.* Stryck. *in uſ. mod. § 33. h. t.* D. Harppr. *in diſſ. March. Bad. p. 7. th. 40.* add. ſupra *tit. de priv. del. §. 16.*

Punitur Jure Div. Juſtinian. Carolino, Sodomia in ſpec. Beſtialitas, ubi homo cum bruto coitum.

LII. Ut tamen ad dd. pœnas deveniri queat, Crimen ex communi ſententia conſummatum requiritur, alias mitiori pœnæ locus erit; & ſufficit, ſi de corpore delicti ex confeſſione Rei & manifeſtis indiciis conſtet, cum Claro, Gomezio, Farinacio, Menochio, Carpz. *n. 50. & ſeqq.* d. Conſt. Wurt. *d. §.* quam tamen diſpoſitionem Sereniſſ. Princeps *d. 13. Octob. 1659.* alio Reſcripto ita declaravit, ut crimen Beſtialitatis atrociſſimum pro perfecto habeatur, & ordinaria pœna puniatur, licet ultimus conſummationis gradus non acceſſerit; B. Dn. Parens. *Diſſ. J. C. & Wurt. th. 24. n. 6.* & ſi ad actum proximum perventum, licet non perfectum ſit, mortis tamen pœna adjudicatur. Theod. *d. aph. 5. n. 30. & 31.* Carpz. *in prax. crim. Q. 76. n. 58. & ſeqq.* Beſold. *C. 163.*

Modo crimen ſit conſummatum, & conſtet de corpore delicti.

LIII. IV. Coercetur non quidem L. Julia; ſed alia pœna arbitraria Fornicatio vel Scortatio ſimplex, eſtque illicita conſuetudo cum meretrice vel fœmina vulgari & vili commiſſa; ſic differt à Stupro, *præc. §. 41.* & à Concubinatu. *tit. de concub. § 1 & 3.* Nam Meretrix eſt, quæ ſe proſtituit, paſſim petentes admittendo, vel quæſtus, vel libidinis gratia. *l. 43. pr. §. 1. 2. & 3. ff. de R. N. l. 22. C. h. t.* ibi. *quæ paſſim venalem formam exhibet, ac proſtitutam meretricio*

IV. Et Fornicatio quid?

Meretrix quæ?

meretricio more vulgo ſe præbet Diſt. 45. ibi *quæ multorum libidini patet*. Joh. Voetius, *d. l. b. 1.*

LIV. Jure Divino pro peccato mortali habetur; *Ep. 1. ad Cor. 6. v. 9. & 18.* ſed jure Civ. hæc conjunctio LL. publ. jud. eſt impunis. *l. 13. §. 2 ff. l. 22. C. h. t.* Nam ad evitanda ſtupra & adulteria permittebatur. Clapmar. *de arc. rerump. l. 4. c. 19.* Menoch. *A. J. Q. caſ. 355.* Unde in Italia & alibi lupanaria aperte proſtabant, vid. B. Avus noſter Th. Lanſius, *Conſult. Orat. contra Ital. p. 830. & ſeq.* Mev. *ad J. Lub. P. 4. t. 5. art. 5.* jung. Theod. *d. t. 6. aph. 4. n. 14.* tametſi mulieres propudioſæ infames ſint, etiamſi urgente paupertate tale vitæ genus elegiſſent, *d. l. 43. §. 4. & 5. l. 24. ff. de his, qui not. infam. l. 4. §. 3. ff. de cond. ob turp. cauſ.* & veſtitu peculiari olim diſcretæ, *l. 15. §. 15.* ibi Gothofr. *lit. n. ff. de injur.* Hodie, & maxime in Germania, Scortatio merito inter punibiles Conjunctiones refertur, & tam Fornicator, quam fœmina clam meretricio more vivens arbitrarie, ac communiter carcere, vel concurrentibus circumſtantiis, aut propter reiterationem Relegatione punitur, Vel ſi illa ſe tanquam proſtibulum, *als eine gemeine, offenbahre, verruffte Hure,* in Venere exercuerit, vel Morbo Gallico ſimilive tabe alios non præmonitos infecerit, pœna ad fuſtigationem usque extenditur. Carpz. *Pr. Cr. q. 70. per tot.* & *J. F. p. 4. C. 28. def. 1. 2. & 3.* Stryck. *in uſu mod. § 28. h. t.* W. *art. Ehegerichts Ordn. p. 1. c. 3. §. 3.* & *in d. Conſt. de anno 1586. §. 2. & 4.*

LV. V. Carnis delictum eſt Bigamia ſimultanea, ſi Maritus vel Uxor, conjuge adhuc ſuperſtite, aliam perſonam ſuperinduxerit, & cum eo eave matrimonium contraxerit atque conſummaverit. *l. 11. §. 12. ff. l. 18. C. h. t. l. 1. in f. l. 13. §. 2. ff. de his qui not. inf. l. 2. C. de inceſt. nupt.* Auth. *Hodie. C. de repud. N. 117. c. 11.* D. D. Harppr. *Reſp. 16. & Conſ. nov. 99.* D. D. Graſſ. *in diſſ. Recreſ. Imper. ſell. 19. diſſ. 1.* Hoc delictum ſine dubio comitatur Infamia. *d. l. 1. d. l. 2. d. l. 18. junct. l. 7. ff. de publ. jud. l. 1. ff. de his, qui not. inf.* D. Harppr. *Reſp. 64. n. 23. & 78.* De Jure Civ. determinatam corporis pœnam non habet. add. Carpz. *Pr. Cr. q. 66. n. 14. & ſeqq.* Hahn. *ad W. h. t. N. 8.* Brunnem. *ad d. l. 18. n. 3.* Sed quia hoc crimen hodie ſemper continet adulterium, imo majus & atrocius eo reputatur, Ord. Crim. *art. 121.* præterquam enim, quod fidem violat conjugalem, etiam temerat Divinam matrimonii inſtitutionem, ſanctamque Eccleſiam ludibrio habet: proin Imp. Carol. V. in tales Bigamos capitis pœnam conſtituit: *d. art.* quæ & in terris Imperii adprobata eſt, ex. gr. de Jure Sax. Carpz. *d. q. n. 31. & ſeqq.* J. F. *p. 4. C. 20. def. 1.* Luneburg. Hahn. *ad. N. 8. in f.* Wurtemb. *d. Conſt. de anno 1586. §. 24.* Lubec. Mev. *l. 4. t. 6. art. 1.* Etiamſi Benedictio Sacerdotalis nondum acceſſerit: Vel conjux innocens

Jure Civ. non punitur.

Sed hodie in German.

V. Bigamia, quid?

Hodie punitur capite.

nocens pro nocente interceſſerit. *ſupra tit. de R. N. §. 37. in f.* Hahn *ad l.* Carpz. *d. G. d. [illegible]. & 4.* Dn. Lynckær *dec. [illegible].* Stryck. *in uſ. mod. §. 31. & 32. & Beyer. poſ. 37. h. t.* Vel perſona ſuperinducta ſoluta ſit. Carpz. *d. q. n. 33.* adde v. *Thomaſ. Diſp. de crim. bigam.*

Modo concurrant dolus, LVI. Ut autem hæc gladii pœna locum habeat, concurrant (1) Dolus ut ſciverit Uxorem vel Maritum adhuc in vivis eſſe. *d. l. 11. pr.* Nam ſi ex juſta cauſa abſentem conjugem mortuum eſſe perſuaſus, aliud matrimonium contraxerit, ab hac ordin. pœna excuſatur. per *d. art. 121.* Quomodo hæc prætenſa ignorantia probetur? vid. Theod. *d. a. 6. aph. 6. n. 13.* Carpz. *d. q. n. 46.* Stryck. *in uſu mod. §. 36. h. t.*

& conſummatio. (2) Secundi matrimonii conſummatio, & corporum ſcil. conjunctione *d. art. ibi [illegible]* vid. ſupra *tit. de R. N. §. 7.* Et in quibusdam locis ſufficit, ſi tantum ſponſalia publica de præſenti contracta, & corporum conjunctio fuerit ſecuta. *d. t. de R. N. §. 37. in f.* Stryck. *§. 37. h. t.* Struv. *exerc. 49. th. 36.* ibique Muller.

Lenius in conjuge deſerto, vel abſente pro mortuo habito. Dicta autem pœna ceſſat, & mitius animadvertitur in eam, quæ conjuge deſerto, non prævio deſertionis proceſſu, item ex juſta quidem cauſa abſente, ſed probabiliter pro mortuo habito, cum alia perſona matrim. inierit, & pœna erit carcer vel relegatio: Mauriz. *Conſil. Chil. 2.* Dn. Lynckær *dec. 39. 127. & Reſol. 318.* Si autem prior conjux ſupervenerit, ipſi uxor tradenda [illegible]. Brück. *Diſſ. matr. c. [illegible] n. [illegible] & ſeqq.* junct. *c. 14. n. 66.* ubi de cauſa Chriſtiani, per ſeminam, ex captivitate, ſub promiſſione matrimonii liberati, domum reverſus primam uxorem adhuc viventem invenerit, exemplo Dn. Com. de Gleichen. Porro, ſi prior conjux ſit impotens, vel propter

impotente, diſſoluto, vel non conſummato, ſponſa ſoluta. cauſam [illegible] approbatam diſſolus [illegible]. Si matrimonium coram Sacerdote initum, ſed corporum conjunctio non fuerit ſecuta, Reus quidem criminaliter accuſatur, ſed tantum fuſtigatione, aut relegatione, vel confinatione punitur. D. Harpr. *Reſp. 63. n. 65. & ſeqq.* Stryck. *in uſ. mod. §. 37. h. t.* Si Bigamo ſcienter nubens ſit virgo vel vidua, quia hæc non eſt Bigama, modo dicta pœna afficitur. Berl. *p. 4. concl. 28. n. 32.* Struv. *Exerc. 49. th. 35.* ibiq. Muller. Verum nulla copulatione ſive Sacerdotali, ſive carnali, ſecuta, pœna eſt carceris, qui vero bina ſponſalia contraxit, & alterutram cognovit, aut vivente uxore aliis clam matrim. promiſit, ille condemnatur ad numellas & ab omni dignitate removetur. De ſingulis his caſibus vid. Carpz. *d. q.* & *d. c. [illegible]. 3. d.* Conſt. Wurt. *§. 18. & ſeqq.* B. Dn. Parens *Diſſ. Jur. Civ. & [illegible] th. 22. n. 6. in f.* Gilhaus *Arb. Crim. c. 2. tit. 19.* Claſen *ad d. art.* Berl. *d. Concl.* Menoch. *caſ. 430.* De Polygamia vid. ulterius ſupra *tit. de R. N. § 37.*

VI. Inceſtus. LVII. VI. Ad delicta carnis pertinet Inceſtus, qui eſt concubitus illicitus inter conſangvineos & affines, in gradu prohibito commiſſus atque

atque conſummatus. Cujus pœna eſt incerta de jure Civ. vid. *l. 11. §. 1. l. 38. §. 1. & ſeqq. ff. h. t. l. 5. ff. de quæſt.* & *Nov. 12. c. 1.* idem de Jure Carol. juxta Ord. Art. *art. 117.* Diverſis tamen in caſibus punitur diverſimode, utpote vel inter Aſcendentes & Deſcendentes, vel inter Collaterales, vel Conſangvineos & Affines; de quibus, poſt alios, Berlich. *p. 4. concl. 32. & ſeqq.* Carpz. *Pr. Cr. q. 72. 73. & 74.* Theod. *d. c. 6. aph. 5.* Criminaliſtæ *ad d. art. 117.* B. Parens m. *d. tr. th. 21.* Stryck. *in uſu mod. §. 39.* Bayer. *poſ. 39. cum ſeqq. h. t.* D. Harp. *Reſp. 72. & 94. & Conſ. nov. t. 59.* ſupra *tit. de R. N. §. 13. & ſeqq.*

LVIII. VII. Lenocinium, quod committitur fœminas lucri vel quæſtus gratia aliis proſtituendo. *l. 29. §. 2. 3. 4. l. 33. §. 2. ff. h. t. l. 4. §. 2. ff. de his, qui not. inf. l. 43. §. 6. 7. 8. 9. ff. de R. N.* Leno autem vel Lena dicitur, ſive principaliter in conjuge vel liberis hunc quæſtum exerceat, *d. l. 29. d. l. 33.* D. Harppr. *Diſſer. Marb. Fad. p. 7. th. 37.* ſive alterius negotiationis acceſſione utatur, ut ſi in cauponâ, balneis &c. quæſtuaria mancipia & proſtitutas mulieres habeat, *d. l. 4. d. l. 43.* ancillis peccandi neceſſitatem ingerat; *l. 6. C. de ſpect. & ſcen. & lenon.* vel extraneas alliciendo, ut miſere caſtitatem ſuam confundant; *N. 14. §. 1.* vel domum ſuam, aut amici ſui, aliove modo auxilium conſiliumque hanc in rem præbuerit. *l. 8. l. 9. l. 10. ff. h. t.* VII. Lenocinium. Leno vel Lena quis?

LIX. Omnes Lenocinium facientes notantur infamia. *l. 1. l. 4. §. 2. & 5. ff. de his, qui not. inf. d. l. 43. §. 6.* Ord Crim. *art. 122.* De cætero diverſimode puniuntur, & de Jure Civ. Leno publicus ultimo punitur ſupplicio. *d. N. 14. §. 1. junct. l. 21. ff. de pœn.* Conjugem ſuam vel liberos ob quæſtum turpiter proſtituens, quaſi adulter vel adultera, pœna gladii punitur. *l. 2. §. 2. l. 8. pr. l. 10. §. 1. l. 14. pr. l. 29. §. 3. 4. l. 33. §. 2. ff. d. t. l. 37. §. 1. inf. ff. de min. 25. ann.* Stryck. *in uſu moderno §. 40. h. t. add. prax. §. 23.* Jure Carol. pœna committitur Juris diſpoſitioni. *d. art. 122.* & ita in praxi obſervari, teſt. Carpz. *Pr. Cr. q. 71. n. 6. & ſeqq.* J. F. *p. 4. C. 29. def. 1.* Theod. *d. c. 6. aph. 6. n. 22.* Ord. Würt. *tit. 96.* ubi *§. 5.* ad tutores & curatores extenditur. Nov. Conſt. Würt. *de anno 1586. §. 26.* Si vero conjux vel parens paſſus tantum ſit delinquere: Vel proſtituerit non ob ſpem lucri, ſed ex ſupina negligentia, levitate, patientia quadam, aut nimia credulitate, eodem quidem modo non coërcetur, *d. l. 29. §. 2. & 4.* ſed tamen fuſtigatione vel relegatione, Carpz. *n. 56. d. C. def. 3.* D. Bardili *Ex. 35. C. F. 25.* & Pater in filiam proſtitutam PP. amittit. *l. 6. C. de ſpect. l. 12. C. de Ep. aud.* Extraneæ vero perſonæ, ſi humiliores ſint, metalli & exilii pœna damnantur; honeſtiores bona & militiam ac dignitatem amittant. *l. 7. C. d. t.* Domum ſuam locantes X. librarum auri pœnam ſuſtineant. *D. N. §. 1.* Hodie

Notantur infamia. Puniuntur de J. Civ.

J. Carol. ſed diſt. an Parentes vel Conjuges proſtituant vel patiantur.

An perſonæ Extraneæ

extranei

extranei arbitrarie puniuntur pro qualitate facti, num ſcil. proſtitutio facta ſit propter, an citra quæſtum? perſonæ innocentis, an vulgaris & meretricis? an auxilio & conſilio dato, vel tantum permittendo? Böhm. *n. 30. h. t.* (quo pertinent Copulatrices nequiſſimæ, *die Kupplerin.*) An ædes eum in finem locaverint, & ſcorta receperint? & tunc gravius, aut mitius, vel relegatione, vel in numellas poſitione, aurium abſciſſione, fuſtigatione, aliave pœna congrua afficiuntur. Ord. Crim. *art. 123.* Carpz. *d. q. n. 56. & ſeqq.* & *d. c. def. 6.* Jur. Würt. *dd. loc.* Delictum autem commiſſum in perſonis proſtitutis punitur ut Adulterium, vel Stuprum, vel Scortatio. Carpz. *d. q. n. 54.* & *d. C. def. 7.* jung. Menoch. *A. I. Q. caſ. 534.* Berlich. *p. 5. concl. 40.* Claſen. *ad d. art.*

VIII. Raptus. LX. VIII. Huc etiam pertinet Raptus; ſed quia eſt ſpecies violentiæ, quæ L. Jul. de vi publ. coercetur, de Raptu ejusque pœna in mox *ſeq. t. §. 15.* tractabimus.

TIT. VI.

AD L. JULIAM DE VI PUBLICA.

Inſt. *L. 4. T. 18. §. 8.* Cod. *Lib. 9. Tit. 12. & 13.* Nov. *143. & 150.*
Extra *L. 5. Tit. 17.*

§. I.

Connexio. SEquuntur in hoc & ſeq. Tit. 7. duæ Criminum publ. ſpecies, quibus Respub. haud leviter turbatur atque læditur; quæ vocantur Vis publica, & Privata. vid. Beyer. *p. 664. h. t.* Hæc autem Vis conſideratur interdum tanquam Delictum privatum, quatenus ſcil. ex ea datur Reſtitutio in integrum quod metus cauſa: item Interdictum de vi & vi armata: item Actio vi bonorum Raptorum: de quibus in præced. ſuis locis dictum eſt. Hæc Vis in ſe & ſua natura conſiderata defin. *in l. 2. quod met. cauſ.* quod vis ſit majoris Rei impetus, qui repelli non poteſt, Quatenus vero conſid. ut Delictum publicum, ſicut hoc loco, eſt crimen publicum, quo per violentiam ſecuritas & tranquillitas publica læditur.

Vis Homon.

h. l. quid?

Eſtque vel Publica. quid? II. Eſtque duplex, Publica, vel Privata. *§. 8. J. de P. J. l. 152. pr. ff. de R. J.* Illa eſt crimen publicum, quo dolo malo, *l. 10. pr. ff. h. t.* ſecuritas publica, per atrociorem violentiam, maxime læditur. Quæ autem Vis atrocior hic habeatur, ut propterea Reſpubl. maxime læſa dicatur, DDres non conveniunt. Multi tamen eam æſtimant ex modo inferendi, ſi ſcil. fiat armis; *d. §. 8. & 6. in f. J. de Interd. l. 1. ff. h. t.* Carpz. *Pr. Cr. q. 46. n. 5.* Theod. *Crim. c. 6. aph. 7. n. 6.* Quamvis & ſine armis committi queat *l. 7. l. 8. l. 10. l. f. ff. h. t. l. 3. §. 5. & 8. ff. de vi & vi arm.* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 32. th. 4. lit. A. & B.* Dn. Voet. *h. t. th. 1.* Judicatur ergò (1.) Ex cauſa Effic. (2.) Inſtrumentali, (3.) Objecto, (4.) Loco.

Atrocior unde judicatur?

Loco. Inſuper caſus vis publicæ ſpecialis eſt in Stupro violento, quia ſecuritas publ. per id violatur. *l. 5. §. 4. ff. h. t. l. 29. §. 5. ff. ad L. Jul. de adult.* Joh. Voet. *num. 1. h. t.*

III. Sicque Vis publica I. Ratione C. E. infertur à perſona in officio publico conſtituta, poteſtate conceſſa abutendo. *d. l. 7. ff. h. t.* Stryck. *Diſp. de facto Jud. de facto.* II. Ratione Modi, quæ fit armis. *d. §. 1. J. d. t.* Nam armorum uſus publicus eſt, & extra caſum venationis, peregrinationis, commercii, hereditatis, vel ſalutis tuendæ, *l. 1. l. 2. l. 9. §. 5. ff. h. t.* inconſulto atque inſcio Principe, non conceditur, per *l. un. C. ut armor. uſus.* (quod tamen hodie parum obſervatur, & uſus privatus, modo citra abuſum fiat, prohibitus non eſt. Ludw. *ad d. §. 1. lit. b.*) Ind. *l. un.* Arma ſtricte & proprie æſtimantur ex fine facientis & comparantis, pro iis, quæ ad offendendum & defendendum conficiuntur & comparantur, ut gladius, haſta, bombarda, ſclopetum, &c. *l. 3. §. 2. ff. de vi & vi arm.* Late & improprie accip. ex fine utentis, ita, ut eo nomine omnia veniant inſtrumenta ad offendendum & defendendum apta, vel omne, quod nocere poteſt, ferrum, lapides, ligna, fuſtes, &c. & in hac ſignificatione arma uplurimum in jure accipiuntur. *d. §. 6. J. de Interd. d. l. 3. §. 2. 3. & 4. l. 9. l. 11. §. 2. ff. h. t. l. 41. l. 233. §. 2. ff. de V. S.* vid. ſupra tit. *de vi & vi arm. §. 5.* add. J. O. Tabor. *Tr. de jur. armor.*

Dicitur autem 1. C. Eſt 2. Modi.

Arma ſtricte, vel late ſumpta quæ h. l.

IV. III. Ratione Objecti ſive perſonæ patientis dicitur, ſi perſonæ publicæ vis inferatur, aut arma adverſus eandem ſumantur, e. g. *in l. 7. ff. h. t. l. 5. ff. de legat.* vel ſi circa negotia publica vis admittatur, v. gr. impediendo, ne judicia exerceantur, *l. 10. pr. ff. h. t.* nova vectigalia exercendo *l. ſ. ff. t. d.* IV. Moribus noſtris æſtimatur ex Loco, ſi nimirum in loco publico vel privilegiario, *an gefreyten Orthen*, v. gr. Caſtro, Arce, Palatio, Domo Principis & Domini, vel reſidentia, it. Curia Civitatis violentia admittatur. Stryck. *Diſp. de ſanct. reſident.* Hinc utplurimum hiſce locis tabulæ vel ſigna pacis, vulgo *Burgfried*, affiguntur, quibus loca ſanctificantur, & violatores pœnæ atrocioris ſubeundæ admonentur. Stryck. *in uſu mod. §. 1. h. t.* ſupra tit. *de R. D. §. 9.* Et quibuſdam in locis capite, aliis & plurimis minus (& quidem debilioris) amputatione, quandoque fuſtigatione, relegatione, vel mulcta tantum pecuniaria puniuntur. vid. *d. l. 9. §. 1. ff. de R. D. l. 7. §. 5. l. 9. ff. de injur. l. 16. §. 4. ff. de pœn.* Sed præfinita hac pœna non afficitur, ſi quis abſque dolo & defenſionis gratia in tali loco ad arma venerit, alterumque vulneraverit; Nam defenſio, tanquam juris naturalis, quovis, etiam ſacro, & conſtitutionibus Principum ſancito in loco permiſſa eſt. Sicuti hæc & alia late pertractant Hering. *de jure Burgorum concl. 52. n. 722. & ſeqq.* Kilbger. *de Ganerb. caſtr. diſſ. 3. n. 41. & ſeqq.* Wehner.

3. Objecti.

4. tan. Loci.

Pacis Burgenſis violatores quomodo puniantur?

Speidel. Beſold. voc. *Burgfrid.* Carpz. *Pr. Cr. q. 40. n. 30. & J. F. p. 4. c. 15. def. 9.* & alii apud Mylerum, *de Princ. & Stat. Imp. c. 32.*

Idem actus ad Vim publ. & privatam referri, & illa tanquam privata vindicari poteſt.

V. Vis publicæ variæ ſpecies & exempla, quique hac lege teneantur, per totum hunc tit. recenſentur, uti collegit Weſ. *h. t. n. 3.* & Theod. *d. aph. 7. n. 12.* Cum autem exinde, atque ex præc. §§. pateſcat, unde vis publica æſtimetur, hinc ſæpe fit, ut unus idemque actus diverſo reſpectu modo ad publicam, modo ad privatam vim referatur. Sic convocatis hominibus vim faciens hac L. Julia de vi publica tenetur, *l. 10. §. 1. ff. h. t.* & quidem quod ex L. Jul. de vi privata conveniri poteſt juxta *l. 2. ff. ad L. Jul. de vi priv.* Vis enim publica majori judicio de vi privata vindicatur, & talis Reus multo magis vis privatæ accuſari poteſt; *ſed* non vice verſa. Bachov. *d. th. 4. lit. A.* Ludwell. *ad d. §. 8. lit. C.*

Pœnam de J. Civ.

VI. Vis publica Jure Civ. punitur aquæ & ignis interdictione, *l. 10. §. 2. ff. h. t.* vel deportatione, *§. 8. J. de P. J.* Utpote quæ in illius locum ſucceſſit, *l. 2. §. 1. ff. de pœn.* & in conſequentiam deportationis amplius locum habebat confiſcatio bonorum, Brunn. *ad l. 11. ff. h. t. n. 2.* Interdum, propter concurrentes & aggravantes circumſtantias, augeri ſolet, e. g. Si quis vigiles in excubiis ſtantes pulſaverit. Item ædes alienas aut villas expilaverit, effregerit, expugnaverit: Item ſecuritatem domeſticam turbaverit, *freventlicher weiſe Thüren oder Fenſter einſchlagen*, cum tamen domus tutiſſimum cuique refugium atque receptaculum ſit. *l. 18. ff. de in jus voc.* *Haus- oder Stadt- oder Hauß-Frieden gebrochen.* Struyk. *in uſu mod. §. 2. h. t.* Beyer. *Diſſ. de violatione ſecuritatis domeſticæ.* Et pro gravitate admiſſi criminis, acceſſionis armorum, &c. punitur capite. *l. 11. pr. ff. h. t.* Item ſi in violenta expulſione homo perierit. *l. 6. Cod. eod.* Servo cum vel ſine juſſu Domini ſui vim publicam vel privatam committenti, quæ pœna ſit conſtituta? vid. *l. 8. pr. C. h. t.*

Noſtris moribus arbitraria.

Noſtris moribus hujuſmodi turbatores, ſicut & obſeſſores itinerum, viarum, & ſimiles, pro ratione circumſtantiarum, conditione perſonarum, & delicti atrocitate, arbitrio judicis, mulcta pecuniaria, vel pœna carceris, relegationis, fuſtigationis, manus amputationis, coercentur, & interdum, ſi ſcil. incidat in homicidium &c. ultimo ſupplicio afficiuntur. Carpz. *d. q. 40. n. 5. & ſeqq.* & *J. F. 4. C. 15. def. 2. & ſeqq.* Theod. *d. l. n. 16. & 17. ubi multi caſus proponuntur, quando, & quomodo pœna augeatur vel mitigetur.* D. Happr. *Diſſ. March. Bad. p. 7. th. 27.* Joh. Voet. *n. 3. h. t.*

Limit. certamque pœnam habet 1. Crimen fractæ P. P.

VII. Dantur tamen ſpecies Vis publicæ, quæ noſtris moribus certam & definitam habent pœnam, quarum prima eſt, quæ incidit in Crimen fractæ ac violatæ pacis publicæ. Pax autem Imperii Publica eſt vel Religioſa, *Religions-Frieden*, vel profana, *Land-Frieden*, Supraut. *de vi & in arm. & 31.*

Utra-

Utraque totum Imperium ejusque membra obligat, ut quisquis eam violans vel turbans Reus fiat fractæ pacis publicæ. Dn. Schwed. *J. Publ. art. gen. c. 3. th. 9.*

VIII. Hæc eſt, quæ res profanas reſpicit, peccando contra Conſtitutionem de P. P. vel committendo, vel omittendo. Ord. Cam. *p. 2. t. 9. §. 4.* Roding. *Pand. Cam. l. 1 t. 7. §. 26. & ſeqq.* Conſt. de P. P. primum conſtituit Conradus I. Imperat. anno 915. quem plures Impp. in eo ſecuti ſunt, donec Imp. Maximil. I. A. 1495. exceptione omni ſublata, concordi Statuum ſuffragio, pacem publicam perpetuam ſancivit. Dn. Vitriar. *Inſt. Jur. publ. l. 1. c. 2. p. 11.* Dn. Schilter. *ad ff. Ex. 49. §. 107. & ſeq.* quæ ſecutis temporibus, ſcil. anno 1500. 1521. 1522. 1548. 1551. 1555. 1557. &c. ac 1598. ut publica tranquillitas ſervetur, aucta fuit. Dn. Schweder. *d. l. th. 10. & ſeqq.* ubi articuli ejus præcipui recenſentur. add. Blum. *Proc. Cam. tit. 29. n. 6. & ſeqq.* Roding *d. l.* & Ord. Cam. *d. tit. 9. & ſeqq.* Ex quibus locis patet, ob Conſtitutionem Imperii pro Pace Publica violatam Statum & in prima inſtantia in Camera Imperiali accuſare licere. Ord. Cam. *p. 2. t. 9. §. 16.* R. I. *de anno 1566. §. Und nachdem 6.* Mev. *p. 1. dec. 104. n. 3.* add. D. Graff. *in diſſ. Receſs. Imp. Voet. 18. diſſ. 1.*

Pax publ. eſt vel profana. Hujus Conſt. Author.

IX. Frangitur P. P. vel abſque, vel cum vi publica. Illo modo, pacifragum tecto menſaque recipiendo, non perſequendo, &c. Ord. Cam. *d. t. 9. §. 4.* & tunc ſolus probari debet dolus. *d. §. 4.* Blum. *n. 39.* Hoc vero modo, & ut vis publ. in hoc crim. incidat, Requir. (1.) Vis publica *öffentlicher Gewalt*, major ſcil. quæ vis repelli poteſt. (2.) Armata, *mit gewapneter, gewaffneter Hand*, quæ ſcil. ſit collecta manu & coadunatis hominibus. (quod ſufficiant, Judicis relinquitur arbitrio O. C. *d. t. 9. §. 1.*) (3.) Dolus malus & animus hoſtilis, *fürſetzlich, gefährlich und freventlich. Landfr. de anno 1548. pr. & §. 1.* Ord. Cam. *d. l.* Roding. *n. 61. & ſeqq.* Blum. *n. 40. & ſeqq.* Gail. *l. 1. O. 3. n. 2. de P. P. l. 1. c. 7.* Carpz. *Pr. Cr. q. 35. n. 10. 31. & q. 40. n. 2.* Stryck. *in uſu mod. §. 3. h. t.* Ex his patet, inter fractam Pacem publicam, & vim publicam multum intereſſe. add. Mev. *p. 1. dec. 105.*

Frangitur vel abſque, vel cum vi & req. Vis publica, armata, & dolus.

X. Super violatione P. P. accuſat Violatus, vel Procurator Fiſci, vel uterque ſimul; & Fiſcus agit ad pœnam atque privationem, ſicut Violatus. Hic vero inſuper ad damnorum reſtitutionem, O. C. *d. t. 9. §. 1.* Dictis autem tribus requiſitis ſingulis probatis, agitur vel ad pœnam Juris communis, corporis nempe afflictivam, coram Ordi. Blum. *n. 105. & ſeq.* Carpz. *q. 35. & 36.* Vel ad pœnam fractæ pacis publ. quæ eſt. (1.) Bannum Imperii, quo Reus ab Imperatore vel Imperio in ſummo vitæ fortunarumque periculo conſtituitur, ſicque amittit famam, feudum, bona, &c. (2.) Privatio omnium jurium, actionum, privilegiorum ab Imper. conceſſorum. (3.) Pœna 2000 marc. auri puri; [hodie

Modus procedendi. Pœna fractæ pacis in perſonas Seculares.

192000. Imp. pro marca 96. Imp. comput.] & Pœna Reformat. Regiæ 100. marca auri, [9600 Imp.] partim Fiſco, partim Violato applicanda. D.D. Schvved *in I. publ. part. gen. c. 3. n. 15.* Blum. *in proceſſ. Camer. t. 29. n. 103.* ibique Deckh. Porro Indignatio Imperatoris atque Imperii, quo ipſo pro hoſte Imperii reputatur. Pœnam vero ſolvere non potens, eam luat in corpore. Inſuper in offenſi eſt arbitrio, an ad reſtitutionem ablatorum & damnorum reparationem cumulate com petat, an ſeparatim ad unum eorum agere velit. *d. Landf. art. 10. & ult.* O. C. *d. l.* Gail. *d. tr. l. 1. c. 6. n. 7.* Dekh. *ad Blum. d. t. 29. n. 109.*

in Eccleſiaſticis. Principes vero Imp. Eccleſiaſtici non eo modo, quo Seculares, ordinaria Banni pœna condemnantur; ſed regalibus, privilegiis & bonis, quæ ab Imperio habent, privantur. Ratione enim perſonæ juriſdictio deficeret. Interim tamen etiam ratione pœnæ pecuniariæ & reſtitutionis ablatorum damnorumve in Clericorum bona executio fieri poteſt. *Landfrieden, art. 2. & ult.* v. Stryck. *in uſu moderno §. 23. de jud.* Tit. *in Jure publ. lib. 6. c. 2. §. 39. cum ſeqq.* Schœpffer. *n. 5. h. t.* Beyer. *h. t. m. ad tit. de interdict. & relegat.*

Sed neq. ſententia declaratoria. Si reus ante L. C. decedat. In Cam. Imp. quomodo procedatur? XI. Tandem notandum, licet dd. pœnæ ipſo jure vel facto ſint impoſitæ, quod tamen executioni non locus citra Sententiam declaratoriam, Gail. *d. tr. l. 2. c. 3. n. 9.* quæ publicata retrotrahitur ad tempus delicti commiſſi. Et ſi Reus ante L. C. obierit, actio pœnæ pecuniariæ nihilominus ad heredes tranſit. *Landfr. art. 11.* O. C. *d. t. 9. § 5.* Gail. *l. 1. c. 20. n. 17.* per cat. ſuperata *de O. & A. § 38. ampl. 1.* Hodie in Cam. Imp. ita practicatur, ut edoctis requiſitis, decernatur Citatio ad videndum declarari ſe incidiſſe in pœnam fracti pacis publicæ, una cum Mandato de non offendendo Sine, de reſtituendo vero Cum Clauſula; Gail. *l. 1. c. 5. n. 9. & ſeqq.* & loco Declarationis in bannum, petitio in majorem pœnam pecuniariam dirigi, vel ita pronunciari ſolet. Plura ad proceſſum ſuper hanc Conſtit. facientia vid. ap. cit. AA. & Deckher *ad Blum. d. tit.*

Vel eſt Pax Religioſa, quæ? XII. Altera ſpecies eſt Pax Religioſa, quæ eſt Pragmatica Sanctio perpetuo valitura, concordi Imperatoris ac Statuum Imperii conſenſu promulgata, de certæ Religionis libero exercitio in Imp. R. G. Dn. Schwed. J. P. *d. c. 3. § 10.* & Diſſ. *de Pac. Rel. conſt. & perpet. th. 4. & ſeqq.* ubi late de hujus Pacis origine atque proceſſu.

ejus Origo. Poſt graviſſimos enim motus atque diſſenſiones propter cauſam Religionis variæ Pacificationes temporariæ fuerunt erectæ, donec anno 1552. per Tranſactionem Paſſavienſem ſuper libero Religionis exercitio inter Imp. & Status Imp. conventum fuit; cui Comitiali conſenſu & Lege publica anno 1555. ſucceſſit Pax Religioſa, quæ juxta verba ibi expreſſa,

Habetur pro Lege perpetua. habetur pro Lege Imp. perpetua, proin confirmata eſt in permultis ſeqq. Rec. Imp. Inſt. Pacis Weſtphal. *art. 5. 7.* Capitulationibus Impp. Rec. Imp.

Imp. *de anno 1654. §. 193* Perque eam omnis turbatio Religionis intuitu in perſonis vel rebus interdicitur. Præcipuos ejus articulos collegit Blum. *Proc. Cam. t. 28. n. 12. & mult. ſeqq.* D. Vitriar. *Inſt. jur publ. d. §. 15.*

Quinam ea in ſpecie gaudeant, vel teneantur? Violatores conveniuntur in Supr. Imp. Judic.

XIII. Beneficio Pacis Religioſæ in Imp. tantum gaudent Romano-Catholicæ, Evangelicæ, & Reformatæ Religionibus addicti. Inſtr. Pac. *art. 7. §. 1. in f.* Brükner. ad Schutz *Man. Pac. q. 6.* Ad hanc obſervandam Imp. & omnes Status pro ſe & ſuis ſucceſſoribus ſub pœna P. P. *Bey peen des Landfr.* ſeſe obligarunt, imo & Nobiles Immediati adſtricti ſunt R. J. de A. 1555 § 20. Inſtr. Pac *art. 5 §. 27.* Sicut & Communitates Immediatæ. *d. art. § 2.* Huic ſi contraveniant, & intuitu Religionis turbatio fiat, ſuper Conſtit. fractæ pacis Relig. vel proprio, vel Subditorum nomine, imploratur Cam. Imp Ord. Cam. *p. 2 t. 9 §. 16.* d R. J. §. *Her beſchen.* Gail. *l. 1. O. 2. n. 1.* Quæ & ſubditis adverſus ſuos Magiſtr. & Dominos (præmiſſis literis pro informatione.) ex hac lege decernere ſolet Proceſſus, id quod omni dubio caret. add. Deckher *ad Blum. tit. 28. th. 65. 68. 73. 75.* Imo Dn. ab Andler teſtatur, ex obſervantia Judicii Imp. Aulici, in tali caſu, ſi de narratis ſufficienter conſtet, literas pro informatione nullas præmitti. *Juriſpr. publ & priv. l. 1. tit 3 p. 2. n. 20.*

Eor. pœna. Proceſſus quomodo inſtituatur?

XIV. Hujus Pacis Violatores iisdem pœnis, quibus Violatores Pacis profanæ tenentur. d Rec. de A. 1555. §. 15. *& ſq.* Inſtr. Pac. *art. 5. § 6.* Et ſi agatur ad pœnam, ſolet peti, itque præſtitus præſtandis, per paritatem Judicantium, decerni Citatio *auf den Relig. Frieden*, annexo Mandato de non offendendo S. C. item Caſſatorio & Reſtitutorio C. Cl. Vel miſſa actione ad pœnam, (poſſunt enim Citatio & Mandata ſeparatim, vel conjunctim peti) impetratur Mandatum de non contraveniendo Inſtrumento Pacis, amplius non turbando, Caſſatorium & Reſtitutorium, facta qualificatione ad 4. caſus, vid. Ord Cam. *p. 2. t. 23 pr*) Sine clauſula. Si vero Actor adhuc eſt in poſſeſſione, Mandatis de non offendendo Inhibitoriis ſibi conſulere poterit, uti ſuſius explicat Deckh. *d. l. n. 74* Hiſtoriam Pacis Relig & quæſtiones circa illam occurrentes ſuccincte & erudite collegit Dn Schwed. *tit. Deſ.* cui add Hortled. *Urſachen des teutſchen Kriegs* Cortrej. *Corp. Jur publ tom. 2.* & quoad Proceſſum Roding. *l 1 tit 6* Blum. *tit 28* ibi maxime Deckh. *& tract. de Pace Civ.* aliique à dd. Auth magno numero allegati.

II Raptus. Definitur. Explicatur.

XV. Secunda ſpecies Vis publ. certam & definitam pœnam habens eſt Raptus; *§ 8. J de P J. l. 5. § 2. ff. h. t. L un. Cod de rapt. virg* Crimen peſſimum, *L 54. C. de Ep. & Cler.* & eſt delictum publicum, quod committitur, fœminam honeſtam, libidinis gratia, abducendo, Joh Voet *n. 4. h. t.* Delictum publicum, quia eſt ſpecies vis publicæ. *d. § 8. & dd L.* Honeſtam fœminam, vel virginem, vel vacantem ſive viduam, vel nuptam, cujuscunque

Honeſta ſit fœmina. Ampl.

 de

de cætero ſit Status atque conditionis, propter generalitatem *d. d. un. pr.* Ord. Crim. *art. 118.* Ord. Prov. Wurt. *p. 270 §. 25.* Beſold. *p. 2. conſ. 40.* Carpz. *Pr. Cr. q. 40. n. 26.* Harppr. *ad d. §. n. 34.* Unde meretricem aliamve tum temporis inhoneſte viventem rapiens non hoc crimine Raptus, ſed extra ordinem tenetur. Claſen. Zietitz. *ad d. art.* Maſcard. *de prob. V. 2 concl. 1260 n. 28.* niſi ad pudicos mores reverſam eſſe rebus ipſis & factis conſtiterit. arg. *l. 23. §. 1. C. de nupt.* Brunn. *ad d. l. un. n. 15.* Nec refert, fœmina honeſta ſoluta ſit, vel deſponſata, vel nupta, ita tamen, ut hoc caſu pœna exaſperanda ſit, & raptor, ſecuto concubitu, Adulterii quoque teneatur. *d. l. un. pr. N. 143.* Dn. à Lyncker. *Reſp. 143.*

Non meretrix. Limit. Ampl.

XVI. Quamvis Raptus ex alia quoque cauſa fieri poſſit, & tanquam vis publica coerceatur, vid. Maſcard. *d. l. n. 33.* Harppr. *d. l.* Carpz. *n. 18.* D. Harppr. *Diſſ. March. Bad. p. 7. th. 41.* Hic tamen ad diſtinct. ponitur Libidinis cauſa, ut pœna eo atrocior ſtatuatur. Hinc DD. non conveniunt, An, ut Raptor quis dicatur, Raptam cognoviſſe requiratur; Alii negant, quia (1.) *d. §. 1. J.* ſimpliciter loquitur, (2.) in *d. l. un. pr. d. l. 5. §. 2.* & *l. 54. C. de Ep. & Cler.* ſimiliter pœna indifferenter ſtatuta legitur. (3.) per *l. 5. C. de Ep. & Cler.* (4.) item Ord. Crim. *d. art. 118.* non diſtinguit, nec raptam à raptore cognitam eſſe requirit. Carpz. *n. 27.* Perez. *h. t. n. 9.* Lindenſp. *ad J. P. 15. p. 367.* Alii diſting. An Raptor propria pœnitentia, vel ab aliis impeditus, quo minus raptam cognoverit, & hoc caſu pœnam ordinariam, illo vero extraordinariam locum habere ſtatuunt. Bach. *ad Tr. V. 2. D. 32. th. 3. lit. D.* Alii ſimpliciter affirm. eamque à pœna ordinaria liberant, etiamſi raptor contra ſui intentionem à concubitu fuerit impeditus, & quidem per rationem in *d. l. un. pr.* ibi. *maxime cum virginitas vel caſtitas corrupta reſtitui non poſſit.* Atque ita in praxi, & juxta Statuta localia ſæpiſſime obſervatur. Harppr. *n. 37.* Fab. *in C. l. 9. t. 9. def. 1. n. 1.* Laut. *in delib. ad l. 48. th. 40.* D. Bard. *Ex. 34. Concl. For. 12.* Quamvis quoad veritatem juris τὸ *maxime*, ceu particula amplicativa accipi queat, ut ſcil. multo magis ſtupro ſecuto dicta pœna locum habeat, idque per tot textus ſupra cit. Nam licet raptor matrimonium meditetur, dici tamen poteſt, libidinis cauſa feciſſe, imo & poteſt abductæ conſueſcere. Qui autem uxorem vult ducere, eum oportet ſecundum LL. procedere. *d. l. un. §. 1. inf.* Nec enim raptus ſub prætextu futuri matrimonii deſinit eſſe talis, nec poteſt excuſari. Ludw. *ad d. §. 8. lit. g.* Sed quibusdam perſonis raptorem in flagranti & ipſa rapina deprehenſum impune occidere licet. *d. l. un. pr.* Alias via ad turbandam publicam tranquillitatem, inſimulque omnium virginum ſeductionibus ac ſubornationibus aperiretur. Theod. *c. 6. aph. 8. n. 10.* Claſen. *d. l. p. 412.* Matthæus. *de Crim. l. 48. t. 4. c. 2. n. 6.*

Fiat; libidinis cauſa. An raptam cognoviſſe requiratur? affirm. de praxi? non de jure. Rationes.

XVII.

XVII. Porro committitur crimen hoc raptam abducendo, de uno ſcil. loco in alium rapiendo, & in hoc formalis ratio conſiſtit. Qualis non cenſeri poteſt, ſi, melioris commoditatis ergo, ex uno conclave in aliud deducatur. Maſc. *d. l. n. 20.* Jul. Clar. *l. 5. §. Raptus. n. 1.* Lindenſpuhr. *d. l. p. 166.* Carpz. *n. 26.* Violenta autem debet eſſe abductio, non ſemper, quæ fit per vim apertam; ſed etiam pro tali habetur, ſi fœmina malis artibus, perſuaſionibus, blanditiis, donationibus ad conſenſum inducta; ſiquidem ſeducta pro invita dicitur, & perſuaſio in actibus illicitis violentia gravior eſſe cenſetur *l. 1. §. 5. ff. de ſerv. corr. l. 3. §. 5. ff. de hom. lib. exhib.* Harppr. *n. 33.* Farin. *Pr. Cr. q. 145. n. 9.* Menoch. *A. J. Q. l. 2. caſ. 291. n. 15.* Vel ſi fiat contra voluntatem eorum, in quorum tutela, cura, & cuſtodia eſt abducta. Hinc nihil refert, fœmina conſenſerit nec ne, ſi fiat invitis Parentibus, cognatis, conſanguineis, & inſciis Tutoribus, Curatoribus, Patronis, Dominis, vel Marito. Utpote quibus ſemper libera poteſtas hoc crimen & admodum atrocem injuriam vindicandi conceditur. *d. l. un. pr. in med.* Hosque modos Imp. *in d. art. 118.* comprehendit ſub vocab. *unehrlicher weiſe, wider des Vatters Willen.* add. Thomas *in Summa 2. q. 154. art. 7.* Beſ. *c. 40.* Nam voluntas raptæ rationem formalem non excludit, neque illa reſpicitur. Hinc Juſtin. dicit, *ſive volentibus, ſive nolentibus virginibus, ſive aliis mulieribus. d. l. un. §. 2. d. l. 54. C. de Ep. & Cler.* Nov. *143. & 150. d. art. 118.* ibi: *unangeſehen, ob Sie ihren Willen darzu gibt.*

Abducendo violenter. Quando hoc cenſeatur? Non refert, licet rapta conſentiat.

XVIII. Pœna hujus criminis in Raptorem ordinaria eſt Ultimum ſupplicium, *d. l. 5. §. 2.* & in ſpecie pœna gladii. *d. §. 2. J. d. l. un. d. l. 54. d. N. 143.* Si tamen Parentes ex poſt facto patientiam præbuerint & dolorem remiſerint, pœna eſt deportatio. *d. l. un. §. 2. in f.* Inſuper data eſt licentia parentibus, tutoribus, conſanguineis, marito fœminæ, raptores in ipſa rapina & flagranti deprehenſos occidendi *dd. ll. & d. N. l. 1. §. 1. ff. ad L. Corn. de ſicar.* Harppr. *n. 9.* Gilh. *Arb. Crim. c. 2. tit. 25. n. 2.* Nec tantum ipſi ſceleris Autores, ſed & Complices omnes, qui conſcii & miniſtri hujus criminis reperti & convicti, quive eos in rapina comitati, vel ſuſceperint, vel opem tulerint, cujuscunque ſexus conditionis & gradus, vel dignitatis ſint, etiam capitali ſupplicio plecti, *d. l. un. §. 2. d. l. 54.* Sin dictæ perſonæ ſervilis fuerint ſtatus, igne ſuffocari & concremari debent. *d. l. un. §. 3.* D. Harppr. *diſſ. Marc. Bal. p. 7. th. 41.* Joh. Voet. *n. 5. h. t.* Nec refert de Jure Civ. licet volens rapiatur, cum non tam privata mulieris injuria, quam vis publ. & ipſe raptus hac pœna vindicetur. *dd. ll. d. art.* Ludwell. *ad d. §. 8. lit. g.* Claſen. *p. 414.* Imo Imp. Conſtantinus fœminam raptam, ſi voluntatis ejus aſſenſio detegeretur, eadem cum raptore pœna affici voluit *l. 1. C. Theod. de rapt. virg.* vid. Ludw. *d. l. in f.* Præterea, in odium hujus criminis,

Punitur de J. C. gladio, niſi Parentes condonaverint. Raptores in rapina poſſ. occidi. Et Auxiliatores capite puniuntur. Imo & Rapta conſentiens.

Item omnia Bona Raptoris & ſodalium adjiciuntur vi abductæ vel Eccleſiæ; ſin raptori nupſerit, ejus proximis, vel Fiſco. Ead. pœna obtinet in fœmina juvenem rapiente.

mulier, vi abductæ, ſi ingenua ſit perſona, non ſolum raptori; ſed etiam ſodalium, comitum, auxiliumve in ea rapina præbentium, omnes res, mobiles & immobiles, pleno dominio ac proprietate adjudicantur. *d. l. un. §. 1. d. l. 54. d. N. 143. & 150.* Si vero Virgo Sanctimonialis rapta, bona ipſi adjudicantur, quoad uſumfructum, Eccleſiæ vel Monaſterio quoad proprietatem Brunn. *ad d. l. 54. C. de Ep. Cler. n. 2.* Sin abducta in nuptias raptoris conſenſerit, non illa, ſed ejus proximi, vel his deficientibus, Fiſcus modo dicta bona vindicabit. *dd. Nov.* Nam delicta pœnis corrigi, non præmiis honorari convenit, & bona raptæ deferuntur ſub conditione, ſi raptori non nupſerit. *d. N. 143. inſ.* Et dictam pœnam ordinariam etiam locum habere in Fœmina, amoris furore correpta juvenem rapiente, arg. *d. l. un. §. 2.* cum in hoc ſexu major caſtitas commendetur, *l. 2. §. 1. C. de his, qui ven. ætat.* probant Claſen. *ad d. art. inſ.* Theod. *n. 20. & 21.* Matth. *d. c. n. 2. & 3.* Brunn. *ad d. l. un. n. 3.* Bardili *Exerc. 34. C. F. 11.* Harppr. *diſſ. Marc. Bad. p. 726. 41.* Joh. Voet. *n. 4. h. t.*

Raptor non habet benef. aſyli, appellandi, præſcript. fori except. raptam ducendi. aliter de Jur. Can.

XIX. Porro raptor nullo gaudet jure aſyli, neq; condemnatus beneficio appellandi, *d. l. un. pr. inſ. l. 2. C. quor. ap. non recip.* nec præſcriptione alias in delictis publ. conceſſa, nec fori exceptione ſe tueri poteſt. *d. l.* Harp. *n. 10.* Gilh. *d. l. n. 3.* Denique mulier vel virgo abducta habet quidem nubendi poteſtatem, ſed raptorem ſuum nunquam poteſt in maritum expoſcere. Hic enim indignus cenſetur matrimonio illius, quam in peccata Reipubl. more hoſtili matrimonio ſibi jungere voluit. Beyer *poſ. 6. h. t.* Et ſi parens conſenſerit, pœna exilii mulctabitur. *d. l. un. §. 1. dd. Nov.* De Jure quidem Can. rapta raptori nubere poteſt. *c. p. & ult. x. de raptor.* Quamvis huic Juri nonnihil derogetur in Concil. Trident. *Seſſ. 24. c. 6.* Matth. *d. c. 2. n. 16.* Sed ad l. ſupra *tit. de R. N. §. 75.*

Quæ pœna. Ord. Crim.

Hodiernis moribus pœna capitis ſæpe remittitur ex. gr.

XX. Hæcque ordinaria Raptus pœna Jure civ. ſancita, inque Raptores conſtituta expreſſe approbata eſt in Ord. Crim. *art. 118.* ubi per relationem ad Jus commune Cæſareum fit remiſſio Ord. Prov. Würt. *d. p. 570. §. 25.* ibique hoc ſingulare habetur, quod nupta in raptum conſentiens pœna adulterii plectatur, Soluta autem ſponte conſentiens, tamen non crim. accuſetur, ſed carcere in aqua & pane coerceatur. Hodie plerumque reſpiciendum ad Statuta localia, & licet Raptus talis eſſe non deſinat, pœna tamen gladii ordinaria in multis locis & caſibus ſolet remitti, v. gr. ſi Raptor probet fœminam non inductam eſſe, ſua ſponte ante raptum conſenſiſſe; copulam carnalem non fuiſſe ſecutam; Si rapta raptorem petat in matrimonium; &c. Sic etiam Auxiliatores ſæpe pœna tantum arbitraria afficiuntur. De his & aliis vid. Claſen. *d. l.* Theod. *d. l. n. 20. & ſeqq.* Harp. *n. 35.* Beſold. *d. conſ. 40. n. 1. & 2.* Mev. *ad J. Lub. l. 4. tit. 7. art. 2.* Maſcard.

ſcard. d. l. n. 9. 14. 31. B. Dn. Parens. *Delib. Jur. ad lib. 48. ff. tit. 40.* Stryck. *in uſu mo. derno §. 31. ad L. Jul. de adult.* Beyer. *poſ. 6. &* Bohm. *n. 13. &* Joh. Voet. *n. 6. h. t.*

TIT. VII.

AD L. JULIAM DE VI PRIVATA.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 18. §. 8.* Cod. *Lib. 9. Tit. 12.*

§. I.

Vis Privata, de qua h. t. agitur, eſt crimen publicum, quod leviori committitur violentia, ita ut quies, tranquillitas & ſecuritas publica non tam graviter lædatur. *§. 8. J. de publ. jud.* Quinam in hoc delictum incidant, & quando illud committatur, exemplis docetur in *l. 1. l. 2. & ſeqq. ff. l. 1. l. 3. l. 4. l. 5. C. h. t.* ubi tamen quædam ſunt, quæ etiam ad vim publ. pertinent, quo laxior ſit accuſandi facultas. vid. *præc. tit. §. 5* Joh. Voet. *n. 1. h. t.* Vis Privata, quid? Qui in hanc legem committant?

II. Pœna Jure Civili conſtituta eſt, ut de vi privata damnato imponatur publicatio tertiæ partis bonorum *d. §. 8. l. 1. pr. l. ſ. ff. l. 2. C. h. t. l. 12. §. ſ. ff. de accuſ.* & inſuper infamia notatur; *d. l. 1. pr. d. l. ſ. ff. h. t.* prout in omnibus delictis publicis generale eſt. *l. 7. ff. de publ. jud.* & ſupra *ad eund. tit. §. 6. inſ.* Sin quis vilis ſit conditionis, vel bis aut ter delictum commiſerit, pœna erit exaſperanda. *l. 8. §. 1. C. h. t.* Fiſcus autem, pro ea tertia parte, tenetur ad æs alienum. *d. l. 2.* ibi Brunnem. *n. 4.* Sed hodiernis moribus, ſi Vis privata in nullum aliud crimen incidat, pœna eſt Arbitraria, pro qualitate admiſſi & conditione perſonarum. Perez. *h. t. n. 14.* Ludw. *ad d. §. 8. lit. c.* Carpz. *Pr. Cr. q. 40. n 7. & ſeqq.* Si autem judex aliquem, cui utriusque legis crimina objecta, de vi ſine diſtinctione condemnaverit, mitior lex, i. e. de vi privata, erit ſequenda. *l. 32.* junct. *l. 42. ff. de pœn.* Si tamen Judex ſine juſta cauſa mitior ſit lege, Vim Publicam aut Privatam non, aut juſto mitius puniendo, vel pœnam differendo, notetur infamia. *d. l. 8. §. 2.* Pœna de Jure Civ. Hodie eſt arbitraria, & judex mitiorem poteſt ſequi, modo juſta ſit cauſa.

III. Similiter cum hoc judicio, pro ratione circumſtantiarum, concurrunt Actio quod metus cauſa, Actio Vi bonorum raptorum, Interdictum Unde vi &c. *præced. tit. §. 1.* Qui, prohibente domino, ex fundo alterius vel bonis alienis quid aufert, licet ſine convocatione & pulſatione, Actio injuriarum cum Vi privata concurrit. *l. 3. §. 2. ff. h. t. l. 13 §. ſ. ff. de injur.* Et in Actoris eſt arbitrio, privato, num publico judicio agere velit. Mev. *p. 3. dec. 387.* Sed *dec. 397.* limit. niſi ingrediens probabilem habeat cauſam. add. ſupra *tit. de Re jud. §. 31.*

TIT. VIII.

AD L. CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIIS.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 18. §. 5.* Cod. *Lib. 9. Tit. 16. & Tit. 14. 15. 18.* Diſt. *50. var.* Cauſa 23. *q. 5.* & C. 26. *per tot.* De Pœnit. *diſt. 1. c. 23. & ſeqq.* Extra. *L. 5. Tit. 12.* In Sexto. *L. 5. Tit. 4.* Clem. *L. 5. Tit. 4.*

§. I.

Connexio. L. Cornelia de Sicariis unde nomen habeat?

SEquuntur aliæ publicorum judiciorum ſpecies, quæ vindicantur Lege Cornelia, ita dicta à L. Cornelio Sylla Dictatore: *l. 2. §. 32. ff. de O. J.* & ad differentiam aliarum ab eod. latarum LL. dicitur de Sicariis, à ſica, quæ ap. Romanos ſignificabat incurvum gladium vel ferreum cultrum *§. 5. J. de Publ. Jud.* Ab initio autem tali inſtrumento hominem occidentes tantum Sicarii audiebant; Sed nunc omnes ita vocamus, qui cædem telo vel modo quocunque commiſerunt. Theod. *Crim. c. 7. aph. 1. n. 2.*

In h. tit. tria proponuntur delicta. Homicidium in genere quid?

II. In hoc Tit. non tantum Homicidium; ſed quædam alia adhuc proponuntur delicta, ut Veneficium, & Incendium. *d. §. 5. J. l. 1. l. 3. l. 10. ff. h. t.* Homicidium itaque dicitur quaſi hominis cædes, *l. 51. pr. ff. ad L. Aquil.* & in genere nihil eſt aliud, quam actus in corpus & vitam hominis lethalis ſive mortiferus.

Div. in Doloſum,

III. Cum autem diverſæ ſint ſpecies Homicidii, varie etiam dividitur, & quidem commode in doloſum, & Non doloſum. Illud dicitur, quod à ſciente & volente dolo malo commiſſum. De quo Lex Cornelia proprie lata, & hujus eſt loci, ſicque definitur per delictum publicum, quod hominem dolo malo interficiendo committitur. *l. 7. ff. l. 3. C. h. t.* Non doloſum eſt, quod non ex dolo committitur. Eſtque vel Culpoſum, vel Non Culpoſum. Et hoc ſubdiv. in Caſuale, & Neceſſarium. De quibus ſingulis infr. *§. 37. & ſeqq.*

& Non doloſum.

Subdivid.

Hom. Doloſ. div. in Simplex, & Qualificatum. Utrumque eſt vel Mediatum, vel Immediatum quid?

IV. Homicidium Doloſum divid. in Simplex, quod ſimpliciter Homicidium dicitur, ac nomen generis retinet, & Qualificatum, quod, ob concurrentes delictum aggravantes circumſtantias, aliud nomen recipit, ut eſt Parricidium, Veneficium, Aſſaſſinium, Latrocinium. Utrumque ſubdiv. in Mediatum, & Immediatum. Illud eſt, quod mediante alia perſona committitur, & quidem vel certo pretio interveniente, & vocatur Aſſaſſinatus; *ſeq. § 23.* Vel ſine pretio, & dicitur Verbale. *ſeq. § 30.* Hoc eſt, quod quis ipſe immediate, propria, nulla alia perſona interveniente, dolo malo committit.

Homicidii

V. Cauſa Effic. Prox. hujus homicidæ eſt animus doloſus, ita, ut in crimi-

criminalibus ad ordinariæ pœnæ inflictionem nec lata culpa ſufficiat. *l. 7. ff. l. 7. C. h. t.* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 32. th. 5. lit. C.* Nec quævis ſufficit voluntas, cum & alterum ad ſui defenſionem, aliave ex neceſſitate interficiens, itidem occidendi animum habeat, non tamen malitioſum, ſed juſtum atque licitum, per *l. 1. §. 5. l. 7. l. 16. ff. h. t.* In hoc autem crimine, ſicut in omnibus aliis delictis, principaliter voluntas ſpectatur, non exitus; *l. 14. ff. eod.* niſi ſecundario & quoad pœnæ qualitatem. *l. 16. §. 8. ff. de pœn.* Si ergo quis probaverit, non doloſo occidendi animo hominem à ſe percuſſum eſſe, nec ut homicida ex L. Cornelia de Sicariis puniri debet. *l. 1. l. 5. C. h. t.* Ord. Crim. *art. 137.* ibi: *fürſetzlicher muthwilliger Todſchläger, und der keine genugſame Entſchuldigung hat.* D. Harpprecht. *Reſp. 75. n. 242. & ſeqq.*

Dol. Simpl. Immediati C. E. P.

Animus delictū diſtinguit.

VI. Dicta voluntas eſt vel Directa, ſi quis aliquem animo & intentione occidendi vulneret, aut voluntas directo in homicidium tendat, vel Indirecta, quæ per indirectum fertur in homicidium, v. gr. ſi quis aliquem gladio aliove inſtrumento ad cædem apto lethaliter percuſſerit vulnerandi tantum, vel cicatricem infligendi animo, atque mors inde ſecuta ſit, quamvis autem non directo voluntatem occidendi habuerit, quia tamen ſcit, vel ſcire debuit, vulnera non dari ad menſuram, & facile gladio lethale vulnus infligi, ideoque per neceſſariam conſequentiam & indirecto voluntas ejus fertur in homicidium, qualis etiam ad doloſum homicidium & ejus ſuſtinendam pœnam ſufficit. Nam animus occidendi per animum nocendi explicatur. *l. 1. C. h. t.* Et quicunque dolo malo rei illicitæ operam dedit, ille tenetur de omni eo, quod exinde, per ſe, & tanquam cauſa ordinata, ſequitur. *l. 1. §. 3. l. 15.* ibi: *nihil intereſt, occidat quis, an cauſam mortis præbeat. ff. l. 1. C. h. t. l. 38. §. 5. ff. de pœn. C. 3. de homic. in ſexto. l. 6. C. ad L. Jul. de vi publ.* Ord. Cr. *d. art. 137.* Carpz. *Pr. Crim. q. 1. n. 28. & ſeqq.* & *J. F. p. 4. C. 7. def. 8. & ſeqq.* ibique Goswinus *ab Esbach.* Beſold. *C. 200.* Stryck. *in Diſſ. de alapa pag. 36.* D. Harpprecht. *Reſp. 20.* Joh. Voet. *n. 3. h. t.* poſt alios, B. Parens m. *Delib. th. 42.* Huc referri poteſt injuriæ vindicandæ & honoris defendendi cauſa ſuſceptum Duellum, quod certe omni jure prohibitum. Licet enim vita & fama pari paſſu ambulent; *l. 9. ff. de manum. vind.* non tamen in æquali ſunt periculo, ideo nec eundem defenſionis modum Jura concedunt, cum famæ læſio facilius reparari queat. Harpprecht. *ad d. §. 5. n. 163.* Imo cum fama per alterius injurias revera auferri nequeat, prorſus irrationabile eſt, ejus retinendi cauſa hominem occidere. Bachovius, *ad Treutl. V. 2. D. 32. theſ. 6. lit. G.* Wincler. *de princ. jur. l. 4. c. 10. p. m. 415.* Paulus Voetius, *de duell. lic. & illic. cap. 32.* Quapropter

Voluntate occidit extra animum occidendi; ſed qui vulnerando cauſam mortis præbet. Regula.

Duellum omni jure eſt prohibitum. Obj. Reſp.

propter & in Imperio ſecundum Edictum Comitiale in bene conſtitutis Rebuspubl. & Academiis hodie eo ſeveriores LL. non ſolum in provocantem; ſed etiam provocatum cum deliberatione in certamen deſcendentem religioſe ſatis ſanciuntur. vid. ſupra *Tit. de J. & J. §. 11. Tit. de minor. §. 65.* add. Voet. *d. tract. ubi de variis duellorum generibus.* Berlich. *p. 4. concl. 16.* Luc. Floron. *de probib. duell.* Petege & Bocer. *de Duell.* & Rachelium, *de duell. inter Diſſert. Mauritianas, pag. 933.*

Dolus etiam præſumitur,

VII. Cum autem voluntas ſenſus externos non incurrat, & per conſequens teſtibus probari nequeat, ideo ad probandum, animum doloſum adfuiſſe, etiam conjecturæ ac præſumptiones admittuntur, quæ ex ipſo facto & genere armorum depromuntur. Hinc requir. (1.) Ut ex vulnere vel percuſſione mors ſecuta. Exod. *21. v. 12.* Sic Virgilius: *Una eademque via ſanguis animusque ſequuntur.* Sin per accidens fiat, ut non lethaliter vulneratus ex improviſo cadens vitam amittat, percuſſor de vulnere tantum tenetur. Harppr. *ad d. §. 5. J. de P. J. n. 65.* Carpz. *d. q. 1. n. 44. & q. 26. n. 5.* Bachov. *Exerc. 38. C. T. 8.* D. Harpprecht. *Conſil. nov. 75. n. 20.* (2.) Ut percuſſor inſtrumento ad homicidium frequenti & apto uſus ſit. *l. 1. §. 3. l. 15 ff. h. t.* Nam ſi baculo derepente percuſſus ex illo ictu per accidens decedat, pœna homicidii doloſi regulariter locum non habet, Aliud eſt, ſi percuſſio grandiori baculo, graviter, iteratis vicibus, vel in capite fiat. vid. *l. un. C. de emend. ſerv.* D. Harpp. *Conſ. nov. 29.* Dn. à Lynck. *Reſ. 465.* Hic autem multum Judicis arbitrio relinquitur, quæ ſint inſtrumenta ad interficiendum apta, inter quæ non tantum referuntur ferrea ut bombarda, gladius, haſta, lancea, culter, D. Harppr. *C. 20.* vid. ſupra *tit. ad L. Jul. de vi publ. §. 3.* ſed & ſi lapide manuali, aut ligneo inſtrumento manuali, quo quis interfici poteſt, percuſſus homo mortuus ſit, ſanguine percuſſoris vindicetur. Item pedibus per inimicitiam calcando, arg. *l. 4. ff. de agn. vel al. lib. l. 5. C. h. t.* D. Harpprecht. *C. nov. 66.* vel manu contracta ſeu pugno, *mit voller Fauſt*, ictum lethalem inferendo. *l. 27. §. 23. ff. ad L. Aq.* Num. *c. 35. v. 16. 17. 18. 20. & 21.* Harppr. *n. 67.* Stryck. *in Diſp. de alapa* Joh. Voet. *n. 1. h. t.* Carpz. *q. 5. per tot.* Quoniam ergo interficere eſt de genere prohibitorum, & in delictis ſemper præſumptio eſt contra delinquentem, hinc, ſi Reus de homicidio accuſatus ſe occiſum gladio lethaliter vulneraſſe fateatur, ſed occidendi animo id feciſſe, neget, probatio non Actori, ſed Reo, ipſum abfuiſſe, incumbit. *l. 1. C. h. t.* ſupra *tit. de probat. §. 18.* B. Parens in *Delib. th. 45.* Franck. *l. 2. Reſol. 18. n. 35.* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 32. th. 5. lit. C. in f.* Theod. *d. aph. 2. n. 13. & in ſeqq. addit. quando, & unde animus doloſus præſumatur?*

Margin notes: ſi ex vulnere mors ſecuta, — & percuſſor inſtrumento apto ad homicidium uſus ſit. — Quænam inſtrumenta huc ſpectent? Werffen, werffen, mit voller Fauſt ſchlagen. — In dubio cui incumbat probatio de animo occidendi?

VIII.

Subjectum ſunt committentes & cauſam præbentes. ex. gr.

VIII. Subjectum doloſi homicidii, (quatenus conſideratur juris effectum producens, & ad pœnam ſuſtinendam obligans) ſunt perſonæ dolo malo homicidium committentes; ſive ſtatim interficiant, ſive mortis cauſam, ſcil. proximam, præbeant. *l. 4. § 1. l. 15. ff. h. t.* ex. gr. Hominis occidendi cauſa cum telo ambulando; *l. 1. pr. ff. l. 7. C. h. t.* Falſum indicium profitendo, ut innocens condemnetur. *d. l. 1. pr. l. 3. §. 4. l. 4. pr. ff. h. t.* Naufragium ſupprimendo, aliove modo, cum facile fieri poſſet, Periclitanti opem non ferendo. *d. l. 3. §. 4. l. 3. §. 5. ff. de incend. l. 6. § 8. & 9. ff. de re milit.* Hominem includendo, ut fame pereat. *l. 4. ff. de agn. & al. lib.* Hominem per laſciviam virilitatis ademptione, libidinis vel commercii cauſa, caſtrando. *l. 3. §. 4. l. 4. §. 2. ff. d. t.* Aliud eſt in ſervis, ut pretioſiores fiant; *l. 27. §. 28. ff. ad L. Aq. l. 5. pr. in f. C. comm. de Leg. l. 1. §. 5. C. de comm. ſerv. man.* Schopffer *n. 60. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 16.* & Joh. Voet. *n. 5. h. t.* Vel in evnuchis cubiculariis. *l. 4. C. de præpoſ. ſacr. cubic.* Filios circumcidendo, exceptis Judæis. *l. 11. pr. ff. h. t.* jung. *N. 57.* ſed add. *ſeq. §. 11.*

Exclud. Mente capti, Furioſi, Infantes, Infantiæ proximi.

IX. Qui ergo doli capaces non ſunt, in illos non cadit præſumptio. Sic excluduntur, ob rationis defectum, Mente capti, Furioſi. *l. 12. ff. h. t. l. 9. §. 2. ff. de L. Pomp. de Parric.* Sed jung *l. 14. ff. de Off. Præſ.* Tales homicidium Involuntarium committere dicuntur. Theod. *aph. 5. n. 2. 3.* Infantes, & Infantiæ proximi. *d. l. 12. ff. h. t. l. 108. ff. de R. J. C. 2. X. de del. puer. §. 9. J. de inut. ſtip.* ſupra *tit. de Accuſ. §. 10.* Aliud tamen dicendum de Pubere, & Pubertati proximo, qui doli capax eſt; *l. 111. §. 1. ff. de R. J.* quamvis propter imperfectum & minus plenum judicium mitius atque extraordinarie puniantur. arg. Ord. Crim. *art 164.* Carpz. *Pr. Cr. q. 145. n. 46.* Beſold *Conſ. 90.*

Ebrii.

Item enormiter Ebrii, ſi tanta ſit ebrietas, ut mentis exilium inducat. Sic dolo quidem carent, non tamen omni culpa, quia in re verſantur illicita. Attamen prædicta Reg. *in §. 6. in med.* hic non obtinet, cum ex ebrietate neceſſario & immediate per ſe tanquam cauſa ordinata homicidium haud ſequatur, ſed tantum per accidens. Theod. *aph. 7. n. 10. 11.* ubi lim. niſi ſe propterea inebriaſſet, & de facinore gloriatus eſſet. Ludw. *D. 15. th. 5. lit. D.* Bach. *th. 6. lit. D.* Dn. à Lyncker. *Reſ. 24. & 77. & dec. 948.* D. Harpprecht. *Reſp. 20. n. 66. 88. & 92.* De his ſingulis vid. plura ſupra *ad tit. de priv. del. §. 16. usque ad 21.*

Limit.

Reliqui omnes rationis uſu non deſtituti doloſum homicidium committere poſſunt, & hujus L. pœna tenentur, cujuscunque fuerint Ætatis, Sexus, Conditionis, Status, Nationis, Religionis. poſt multos, Carpz. *4. tr. q. 2. n. 1. atque ad 21.* Molina, *de J. & J. Tom. 4. Diſp. 16. & ſeqq.* vid. tamen *Diſp. 21. n. 3. & D. 22. n. 4.*

Objectum eſt Homo ſine diſtinctione.

X. Objectum doloſi Homicidii eſt Homo, ſine omni diſtinctione, cujuscunque ſit ætatis, etiam fœtus vivens in utero; *l. 8. C. h. t.* (de partus abactione vid *l. 8. ff. h. t.* & ſupra *tit. de Extraord. Crim. §. 4.*) Sexus, Conditionis & Status, ſervus, vel liber, plebejus, vel in dignitate conſtitutus, ſive nobilis, aut Illuſtris cujuscunque nationis vel religionis, licet Turcam, Judæum, aut Ethnicum quis doloſe interfecerit. Generalis enim eſt ſanctio, qui hominis ſanguinem profuderit, per hominem ſanguis illius effundatur, quoniam ad imaginem ſuam fecit hominem DEUS. add. Exod. *20 v. 13.* Matth. *5. v. 21. & c. 26. v 52.* idem docet Marcianus JCt. in *l. 1. §. 2. ff. h. t.* poſt multas Authorit. Theod. *aph. 1. n. 5.* Carpz. *d. q. 1. num. 22.*

Licet in perſona erratum ſit.

Unde non refert, licet homicida in perſona erraverit, & Titium pro Cajo occiderit; quia error non eſt in propoſito, ſed in individuo. Sufficit autem malitioſus animus ad necem inferendam deſtinatus & cum effectu conjunctus, Corpus ſcil delicti, quod prob. per *§. 8 J. de obl. quæ ex del. l. 5. §. 1. ff de ſerv. corr. l. 18 §. 3. & 5. ff. de injur.* poſt alios, Theod. *aph. 5. n. 6. & 7.* Carpz. *q. 5.* Ludw. *d. l. inf.* Bach. *d. D 32. th. 6. lit. A. verb. An vero.* Mynſ. *C. 5. O. 81.* Molina, *Diſp. 30.* D. Harpprecht. *Reſp 1. n. 94. & ſeqq.* Goſtmus ab Lsbach *ad Carpz. p. 1. C. 6. def. For. 1.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.*

Forma eſt actus doloſus lethiferus.

XI. Forma conſiſtit in doloſo actu lethifero, ex quo hominis vulnerati mors ſecuta. Sicque mortem toti corpori infert ſimpliciter & abſolute, vel ut plurimum, non per accidens. cum Royzio Guizzino, Zacchia, Feltmann. *de cadav. inſp. cap. 31. n. 2.* Hinc dicitur *l. 30. §. 5. ff. ad L. Aquil. ſi vulneratus non mortifere, negligentia autem perierit, de vulnerato actio erit, non de occiſo*, quod multo magis procedit in Actione L. Corn. de ſicariis. per *l. 15. ff. eod.* Mev. *p. 8. dec. 116.* Et quamvis ex *d. §. 5. J. de P. J. l. 1. pr. ff. l. 7. C. h. t.*

Conatus non ſufficit Limit.

in crimine homicidii conatus pœna quoque ordinaria puniatur, hoc tamen moribus totius orbis, effectu non ſecuto, haud obtinet, ſed extraordinarie punitur, Carpz. *q. 2. n. 51. & ſeqq.* Mynſ. *C. 3. O 9.* Brunnem. *ad d. l. 7.* niſi in caſibus in ſpecie exceptis. Joh. Voet. *n. 4. h. t.* ſupra *tit. de priv del. §. 5.*

Unde mors ſecuta, ex judiciali vulnerum inſpectione judicandum eſt.

XII. Ut itaque Judici luce clarius appareat, an ex ipſo vulnere, *vel natura partis læſæ*, an ex ſymptomate, vel inſcitia Medici, aut intemperantia propria, aliorumve negligentia mors ſecuta ſit, v. g. Feltm. *c. 58.* Finckelth. *O. 61.* Molina *diſp 23.* judicialis vulneris Inſpectio ante omnia inſtituenda, & accuratiſſima mente inveſtiganda erit. add. D. Hahnii *Diſp. de corpore delicti.* Balthaſ. Wernher. *de crebrina certitud. corpor. delicti.* Bodini *Diſp. de non requirend. lethalit. vuln.* Quamdiu autem de lethalitate vulneris atque de corpore delicti, ſicut in omnibus aliis delictis, non certo conſtat, Judex

ſemper

ſemper eſt incertus, nec ad ſententiam definitivam, nec ad ipſam mortis pœnam pervenire poteſt. Morte enim per accidens ſecuta, vulnerans de occiſo non tenetur. *d. l. 51.* Carpz. *q. 26.* Unde corpus, inſpectione neglecta, vel non legitime facta, humatum iterum effodi debet, ut accurata inſpectio fiat. Carpz. *d. q. n. 25.* Berl. *p. 4. concl. 59. num. 51.* Felm. *c. 61.* Harppr. *Reſp. 36. n. 60. ſeqq. & Conſil. nov. 71 n. 4. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.*

XIII. Ipſa autem inſpectio Cadaveris occiſi & dijudicatio vulneris lethalis, regulariter (1.) ſtatim, atque de homicidio conſtat, & antequam corpus alteretur, fieri debet; (2.) autoritate Judicis, (3.) adhibitis uno vel duobus Medicis atque Chirurgis, omnibus juratis. Formulam juram. Chirurg. vid. in Ord. Cam. *p. 2. tit. 85.* Nam & Chirurgorum judicium in hac cauſa admittitur. Carpz. *d. q. n. 31. & ſeqq.* Medicus plerumque requiritur promotus, quod tamen, niſi ita ſtatutum, vid. Statut. Univ. Tubing. renov. *C. 7. rubr. de Facult. Med.* non ſemper eſt de eſſentia, modo artis ſuæ habeat fundamenta non tantum ex multo uſu, ſed & ſcientia ſimulque ex principiis Anatomicis humani corporis ſtructuram calleat, & deſuper ſufficienti teſtimonio inſtructus praxin medicam exercendi licentiam habeat. vid. late Felm. *c. 44. & c. 45.* ibi: An Judæus, qui Med. Doctor, adhiberi poſſit; In ſpecie autem Chriſtiani Judæorum conſilio & medicina uti prohibentur. *C. 13. & 14. c. 28. q. 1.* Marq. Suſan *de Jud. p. 2. c. 7. n. 10. & 11.* Kulant. *de Commerc. p. 1. l. 4. c. 15. n. 9.* Chirurgus ſimiliter in chirurgia bene ſit exercitatus. Ab his (4.) in præſentia Judicis, duorum Scabinorum vid. D. Harppr. *Reſp. 21. n. 6. & ſeqq. & Reſp. 36. n. 71.* & Actuarii, accurata fiat ſectio, & ſumme attenta cadaveris occiſi inſpectio, diligenter examinatis & notatis cunctis qualitatibus vulnerum, ictuum, omniumque, quotquot acceſſerunt, ſymptomatum, & ſingularum circumſtantiarum. Prout hæc requir. in Ord. Crim. *art. 147. & 149.* Carpz. *d. q. 26. n. 30. & ſeqq.* Welſch. *de lethal. vuln. c. 15.* D. Harppr. *Conſil. nov. 58. & Reſp. 36.* Quia tamen Medicorum relatio vel ſententia nunquam tranſit in rem judicatam, Judex vel ob Medicorum diſſenſum, Stryck. *in uſ. mod. §. 8. & Beyer. poſ. 5. h. t. O. h. t.* vel quia cauſæ lethalitatis (de quibus ſecundum omnes fere partes corporis vid. *Welſch. d. tr.*) non ſatis adjectæ, aliorum opinionem deſuper exigere poteſt. Felm. *c. 41. & 16.* Medicorum tandem de vulnere denunciationes atque judicia competens judex, antequam contra Reum pronunciet, exacto diſcrimine examinare debet. *l. 6. C. de re milit.* Theod. *aph. 1. n. 31. usque ad fin.* vid. D. Harppr. *Reſp. 20. n. 6. & 28. cum ſeqq. & Reſp. 21. n. 6. 39. & 52. cum ſeqq. ubi caſus exhibet, ubi non neceſſaria inſpectio.*

Hæc Inſpect. fiat ſtatim, auth. Judicis a Medic. & Chir. jurat.

An Medicus promotus

An Judæus Med. Doct.

præſ. Judice, Scabinis & Actuario, accurate examinatis & notatis omnibus circumſt.

Quæ judex exacte examinet.

XIV.

Effectus.

XIV. Effectus eſt varius. Nam Accuſator habet facultatem obligandi, Reus ad pœnam obligatur. Et judicis eſt poteſtas Reum puniendi. Jure Civ. tam Attentatum, quam Conſummatum homicidium punitur. *l. 1 pr. ff. l. 7. C. h. t. add. prac. § 10. in ſ.* Jure vet. pœna erat Deportatio cum omnium bonorum publicatione, *l. 3 § 5. ff. h. t.* Poſtea in vilioribus ultimum ſupplicium, in honeſtioribus vero & dignitate conſtitutis d. Deportatio. *d. L. 16. ff. h. t. § 7 J. de publ. jud.* Non obſt. *l. 1 § 2 ff. h. t.* ibi intellig. conditio, *Servus ſit, an liber*, quamvis ex L. Corn. pœnam ſtatim capitalem fuiſſe, oſtendat Theod. *d. c. 7. ap. 6. n. 2. & ſeqq.* Novo Jure, conſummato homicidio, indiſtincte eſt pœna mortis, non habita differentia ſexus, conditionis, dignitatis, vel ſtatus, per generalitatem *l. 3. C. de Ep. aud. l. 9. C. h. t.* Joh. Voet. *n. 6. h. t.* Haecque ſententia Juri Divino morali eſt conveniens, & toti humano generi ſtatim poſt diluvium mortis pœna à DEO fuit præſcripta. Geneſ. *9. v. 6.* Imo quod ipſa juſtitia naturalis hanc pœnam ſpecialem dictaverit, videtur exemplo Caini, qui ex dictamine rationis & trepidante conſcientia talionem metuens, ſe mortis Reum confitebatur. Gen. *4. v. 14.* DEUS quidem ipſius vitæ voluit parcere, ut per ſignum ei impreſſum aliis exemplo & terrori eſſet. Porro etiam LL. Forenſes ex cauſa univerſali, ex ipſis juris naturæ principiis ac moralium LL. fundamentis deſumpta, eandem pœnam ſevere determinarunt, Exod. *21. v. 12. & ſeqq.* Levit. *24. v. 17. & ſeqq.* & maxime Num. *35 v. 16. & ſeqq. v. 31. 33.* Reus tamen ad minimum duobus idoneis teſtibus convictus eſſe debebat. Num. *d. c. v. 30.* Deut. *c. 17. v. 6. & c. 19. v. 15. l. 12. ff. de teſtib.* De homicidii doloſi interdicto naturali, & pœna capitali in politia Judaica irrogata, plura vid. ap. Selden. *de J. N. & G. lib. 4. cap. 1 & 3.* Pœna autem uti dictum, ſpecialiter

Carolina,

ſine diſcrimine ſancita etiam obſervatur in Ord. Crim. *art. 137* ibi: *Ein jeder Morder, wo er deßhalben nicht rechtmaſſige Entſchuldigung außführen kan, hat das Leben verwircket.* Ord. Prov. Wurtemb. *tit. 91.* B. Dn. Parens, *Delib. th. 41.* & Diſp. *de jure Aggrat. th. 10.* Carpz. *d. q. 2.*

quomodo in Clericis, Jure canon. & hodierno.

Clerici quidem de Jure Can. ob commiſſum homicidium aliudve crimen deponantur, & citra mortis periculum in perpetuum carcerem detrudantur. *c. 10. x. de Judic. c. 27. x. de V. S.* Apud Proteſtantes Judex Secularis ſtatim in eos, atque alios ſeculares, animadvertit. Imo ap. Romano Catholicos quoque, degradatione prius facta, de qua *c. 2. de p. in 6to.* ad judicem Secularem remittuntur, & pœnis ordinariis ſubjiciuntur, teſte praxi quotidiana, poſt alios Sabelli, *Summa Tract. §. Clericus, num. 10. & 15.*

Si plures interficiant, diſting.

XV. Quær. Si plures hominem interficiant, an omnes ultimo ſupplicio ſint afficiendi? Diſting. ſunt caſus: I. Si omnes, facta conſpiratione, delibe-

deliberato, occidendi animo, ſicque auxilio cooperativo in necem unius conſentiunt atque conveniunt, omnes tenentur de dolo, & conſequenter ordinaria homicidii pœna; unum, ſive plura inflicta ſint vulnera lethalia; unus percuſſerit, ſive plures; conſtet de autore vulneris lethalis, ſive non. arg. *l. 15. ff. b. t.* Ord. Crim. *art. 148.* Ludw. *d. th. 5. lit. C in f.* Gail. *l. 2. O. 109. num. 19.* poſt alios. Theodor. *d. c. 7. aph. 6. n. 49* Carpz. *J. F. p. 4. c. 7. def. 6.* & *q. 25. n. 11. & ſeqq.* Molina, *D. 23. n. 9.* Coccejus *in Diſp. de ſocio crim. ſect. 2. th. 17. & ſeqq.* II. Si unus a pluribus in rixa ſubito contingente, vel tumultu vulneratus velocitius fuerit, & quisnam vulnus lethale intulerit, liquido conſtet, is ſolus de homicidio tenebitur. *d. art. 148.* ibi: *ſo aber etliche Perſonen.* Carpz. *d. l. n. 19.* Nam cujuscunque ictum contemplari oportet. *l. ſ. ff. b. t.* vid. Beſold. *C. 225.* D. Harppr. *Reſp. 35. num. 20 & ſeqq.* Joh. Voet. *n. 7. b. t.* III. Si vero in rixa vel tumultu caſuali plures ſimul plura vulnera lethalia alicui inflixerint, ac de iis certo conſtet, ſed non appareat, quis primum vulneraverit, illi ſinguli tanquam homicidæ gladio puniendi ſunt. per *d. art. 148. v. wäre aber der Entleibte.* ibi Claſen *per l. 11 §. 2. ff. ad L. Aq.* Berl. *p. 4. concl. 11. n. 33* Carpz. *d. C. 7. def. 5* & *d. q. n. 24. & ſeqq. ubi præjud.* & *n. 21.* plures recenſet Authores diſſent. quos cum aliis ſequitur Theodor. ſed Ziegler. *ad d. art.* monet, quod clare debeat apparere, ſingulos animum occidendi habuiſſe, ex genere armorum, ex crebris ictibus in occiſum. conſer. Coccej. *Diſp. de eo quod juſtum eſt circa inquiſit. in authorem rixæ, ſi de occiſore non conſtat.* IV. Si de eo, qui vulnus lethiferum inflixerit, certo non conſtet, tunc videndum: An contra quenquam homicidii commiſſi indicia ad torturam ſufficientia militent, & is torturæ ſubjiciendus erit, ne ſcil. homicida, ſi confeſſio ipſius haberi queat, impunitus evadat. Sed dd. indiciis deficientibus omnes in rixa armis præſentes (niſi quos non percuſſiſſe conſtat D. Harpprecht. *Reſp. 2. n. 31*) extraordinarie puniuntur. *d. art. 148* verb. *auch ſo einer in einem Aufruhr.* Carpz. *d. l. num. 34.* Beſold. *C. 50.* Quænam autem ſint indicia ſufficientia? vid. Ord. Crim. *art. 34.* Carpz. *d. q. n. 38.* & *d. c. def. 2.* Berlich. *num. 65. & ſeqq.* Claſen. *ad d. art. 148. in f.* Inter quæ non eſt Cruentatio cadaveris occiſi in præſentia ſuſpecti, (unde *das Baar-Recht.* Beſold. *Th. pract. h. voc.*) niſi aliunde hic ſit gravatus; arg. *l. 8. pr. l. 9. pr. ff. l. 8. §. 1. C. de quæſt. l. 5. pr. ff. de pœn.* ſicut poſt multos alleg. probant Carpz. *q. 121. n. 33.* Felden. *d. tr. cap. 59.* Bohn. *de offic. Med. c. 5. pag. 625.* Claſen. & J. O. Tab. *ad Ord. Crim. art. 33. in f.* Bocer. *d. quæſt. c. 5. num. 22.* Heig. *p. 2. q. 30. num. 96. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 7. de quæſt.* Muller. *Diſp. de cruentatione, Baar-Recht.* V. Si in rixa ex improviſo orta plures unum vulneraverint,

1. vel facta conſpiratione *Amplius.*

2. an in rixa caſuali, & conſtet de occiſore.

3. vel plura vulnera lethalia inflicta, nec conſtet de primum vulnerante.

4. Si non conſtet, quis vulnus lethale inflixerit.

Cruentatio occiſi non eſt indicium legale.

ſ Singula vulnera lethalia non fuerint. & ſingula vulnera lethalia non fuerint, ſimul tamen juncta mortem attulerunt, hoc caſu omnes etiam arbitrio Judicis extraordinarie puniuntur, per *d. art. 148. verſ. und man mochte keinen ver ſſen.* Carpz. *d. q. n. 41. & ſeqq.* & *d. c. def. 5.* Imo nec autor rixæ capitaliter punitur; quia tantum caſu & per accidens cauſam morti præbuit. *l. 1. §. 3. l. 4. §. 1. ff. h. t. l. 1. l. 5. C. eod.* Carpz. *n. 51.* D. Harppr. *Reſp. 2. n. 14. & ſeqq.*

XVI. Quamvis quoad homicidii doloſi reatum nulla habenda ſit differentia, ut in præced. dictum; quoniam tamen pœna, ut juſta ſit, ſemper reſpondere debet delicto, *l. 11. pr. ff. de pœn.* ideo quoad hanc infligendam non omnis deſinit reſpectus; vid. *c. 6. x. de homicid.* Sed ſicuti delictum augetur, & gravi-

Pœna homicid. aggravatur ob circumſtantias, ex. gr.

us reputatur ob concurrentes circumſtantias, ea propter quoque pœna aggravari poteſt & debet. *l. 16. ff. de pœn.* Ord. Crim. *art. 137.* Joh. Voet. *in h. t.* ſupra *tit. de J. & J. § 18.* & infra *tit. de pœn. §. 14. & 19.* Theod. *d. c. aph. 1. n. 6.* Quæ autem tales circumſtantiæ ſint, certa regula definiri nequit,
1. ſed judicis arbitrio relinquitur, qui potiſſimum reſpicere debet (1.) Ad cauſam Eſſic. num deliberatum ſit homicidium. Carpz. *q. 7. n. 33. & ſeqq.* & *q. 24. n. 16. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* add. Mynſing. *C. 2. O. 30.*
2. *n. 3.* (2.) Ad Perſonam occiſam, an ſit conſpicua, Dominus, Conjux, Conſanguineus, Ord. Crim. *d. art. 137. in f.* Fœmina impregnata, infans, qui ſe
3. defendere nequit, &c. Carpz. *d. q. 24. n. 10. & ſeqq.* (3.) Quo fiat loco, ſacro, publico, ex propoſito, item in propria ſua domo. vid. *l. 18. ff. de in jus voc.*
4. Carpz. *d. q. n. 39. & ſeqq.* (4.) Ratione qualitatis & quantitatis, ſi nimir. cultro domeſtico, atrociori modo, pluribus vulner. inflictis commiſſum. Carpz. *d. q. n. 59.* vid. Oldenburg. *Meſſer Conſtitution.* ap. Hahn. *ad W. h. t. n.*
5. *51.* D. Harppr. *Reſp. 20.* (5.) Propter reiterationem; ſi quis plures interfecerit. Carpz. *d. q. n. 64. & ſeqq.* ubi quærit, an non in tali caſu aduſtulatio ſimul locum habeat? & negat ex variis rat. aſſerens, quod Ord. Crim. *art. 130.* de pœna veneficorum, *art. 137.* de latronum accipi debeat. At ſi raptatione ad locum ſupplicii, Rotæ impoſitione cadaveris, aliave ratione pœna exacerbari poteſt, cur non, ſi atrox reiteratio efflagitet, aduſtulatione? cum *d. art. 137.* etiam de Sicariis diſponat. Ziegler. Clarus *ad d. art in fin.*

XVII. Homicidæ autem ſunt non tantum, qui alios; ſed & qui ſibi ipſis

Αὐτοχειρία mortem conſciſcunt, *αὐτόχειρες*, propricidæ dicti, ſive fiat fame, ſive manus violentas ſibi inferendo, item & caſtrando, *l. 1. C. de Eunuch.* add. *l. 3. §. 4. l. 6. §. 7. ff. h. t.* Damhoud. *Pr. C. c. 88.* Nam *αὐτοχειρία* (quam Stoici quidem

omni jure eſt vetita. permiſerunt. v. Lipſ. *manud. in Philoſ. Stoic. l. 3. c. 22. & 23.*) omni jure eſt ve-

tita,

ieta, quia DEUS, Natura & Respubl. inde læditur, late Ariſt. 5. *Ethic. ult.* Molina, *de J. & J. tom. 4. Diſp. 9.* Carpz. *q. 2. n. 28.* Felton *d. tr. c. 19. n. 4.* Puſend. *de J. N. & G. l. 2. c. 4. §. 5.* ita, ut nec Magiſtratus Reo liberam facultatem mortem ſibi dictatam exequendi (more Japonenſium, vid. Mandelslo, *Itiner. l. 3 p. 225.*) concedere poſſit, cum Rei ſit pati, non agere. Theod. *d. c. 7. aph. 2. n. 5.* vid. *l. 8 §. 1. ff. de pœn.* Dunte, *Caſ. Conſc. c. 10. ſect. 2. q. 35.* infra *tit. de pœn. §. 18. in f.* An nauta Chriſtianus ſe ipſum cum navi comburere queat, ne in manus Turcarum perveniat? vid. Dedeken. *Conſ. V. 2. ſect. 7. N. 7.* Dunte, *d. l. q. 31.* An, ne quis incidat in manus tyranni, aut perſecutoris fidei: vel honeſta matrona, ne vim patiatur, ſibi ipſi manus violentas inferre liceat? vid. Gœbel. *Chriſt. Vapul. pag. 877. quæſt. 6. & 7.* S. Auguſt. inquit. *Nec propter bona aſſequenda, nec propter mala vitanda, licet ſe interficere. de Civit. DEI. l. 1. c. 16. & 17.* D. Hieron. *Non recipio tales animas, quæ me nolente exierunt a corpore.* L. Oſiander. *Cent. 4. l. 1. cap. 6. pag. 8.* Schröter. *caſ. conſc. 15.* Sed quoad pœnam τῆς αὐτοχειρίας diſt. An quis fuerit in reatu, vel delicto vitæ amiſſionem merente, & propter illud delictum ex conſcientia facinoris & metu ſubeundæ pœnæ ſe interfeciſſe probari poſſit, cadaver ignominioſe ſepeliri, vid. ſupra *tit. de Relig. §. 14.* Interdum juxta delicti qualitatem ſuſpendi, rotæ affigi, vel comburi ſolet. Hahn. *ad W. h. t. n. 7. verb. Aut[illegible]* Cubach. *Crim. 2. dec. 6. q. 7. pag. 450.* infra *tit. de pœn. §. 17.* Bona interdum Fiſco cedunt, de quo infra *ad tit. de Bon. eor. qui ante ſent.* An impatientia doloris, morbi, luctus, tædio vitæ, vel effectu melancholico, jactatione, pudore, cujus aliquot exempla vid. ap. Mandelslo, *d. l.* furore, aliove caſu deficientis ſenſuum uſus tale quid commiſerit, & extra pœnam verſatur. *l. 6. §. 7. ff. de injuſt. rupt. teſt. l. 3. §. 3. ff. de bon. eor. qui ante ſent. l. 45. §. 2. ff. de jure fiſc.* ita, ut honeſta in tantum ſepultura non ſit deneganda, temperatis ſcil. ceremoniis alias uſitatis. Carpz. *Jur. Conſiſt. l. 2. d. 277. & ſeq.* Claſen. *ad d. art. 135.* Sin αὐτοχειρία ſaltem attentata ſit, iterum diſting. An quis nimio corporis dolore, &c. ſe vulneraverit, & nulla pœna plecti debet; *l. 3. §. 6. ff. de bon. eor. qui ante ſent.* ſed commiſeratione dignus eſt. Carpz. *d. q. 2. n. 38.* An metu criminis vel pœnæ, vel ex alia cauſa probroſa, ex. gr. ſi nimia habendi libidine flagrans, ſpe alieni lucri fruſtratus &c. & puniendus erit. *d. l. 3. §. 6.* Nec deſunt, qui capitis pœnam dictitant; ſed alii, juxta ea, quæ *præc. §. 11.* rectius arbitraria afficiunt, v. g. mulcta cauſæ piæ applicanda, carcere, relegatione temporali, ſi officio publ. fungatur, remotione, &c. Hahn. *d. l.* Carpz. *num. 44.* Theod. *d. c. aph. 6. num. 65.* Damhoud. *in prax. crim. cap. 88. num. 14.* Nec obſt. *l. 38. §. 12. ff. de pœnis. l. 6. §. 7. ff. de re milit.* ubi de militibus tantum ſeveritas

Reus nec à magiſtratu permiſſa, vel ſua ob ſolem, pudorem, &c.

Rat. pœnæ diſt. an propter delicti metu pœnæ.

an impatientia, &c.

Si ſaltem attentata, diſt. an nimio dolore, an ex cauſa probroſa.

Obj.

Reſp.

tius diſponitur, ex ſpeciali ratione, ne alios ſuo exemplo facile ad deſperationem moveant, qui tamen majorem animi intrepidi conſtantiam oſtendere deberent. Claſen. *d. l. in f.* Aliam rat. addit Bachov. *d. D. 32. th. 5. lit. D. in f.* Et Dn. Voet. *ad tit. de bon. eor. qui ante ſent. in f.* tradit, unicuique ſine nota licere hominem merſum ex aqua educere, modo illum in ripa reponat: vel laqueum ſuſpenſi, ſi id quantotius judici denunciet.

Homicidium doloſ. Qualificatum. Ejus Species eſt Veneficium, proprie quid?

XVIII. Sequitur Homicidium doloſum qualificatum, quoad aggravantes habet circumſtantias, cujus ſpecies ſunt I. Parricidium, de quo *in tit. ſeq.* II. Veneficium, quod late ſumptum denotat crimen magicis artibus commiſſum, de quo *ſeq. §. 41.* Proprie & h. l. nihil eſt aliud, quam homicidium doloſe malo veneno commiſſum. *l. 1. §. 2. l. 3. pr. ff. h. t.* Dicitur malum, i. e. necandi hominis cauſa, ad diſtinctionem boni, quod ad ſanandum paratum eſt; *l. 3. §. 2. ff. h. t. l. 236. ff. de V. S.* ſicut ex mercurio, antimonio, cicuta, &c. ſalubria medicamenta conficiuntur. *l. 3. §. 3. ff. h. t. l. 35. §. 2. ff. de contr. empt.* Quamvis hoc vocab. ſimpliciter poſitum, ut plurimum malum venenum denotet. Alb. Gentil. *ad d. l. 236. de V. S.*

Eſt crimen valde atrox.

XIX. Hoc homicidium, quia eſt proditorium, merito ad atrociora refertur crimina. Plus enim eſt hominem extinguere veneno, quam occidere gladio, *l. 1. C. de Malef. & Mathem.* Ariſt. *Ethic. lib. 2.* quia cibus vel potus venenatus ſub ſpecie amicitiæ porrigi ſolet, ita ut ſibi proſpicere vix liceat, maxime ſi venenum ſit præſentaneum. De Veneni indiciis & ſignis vid. pluribus Ord. Crim. *art. 37. ibi Comment.* Zacchias, *qq. med. leg. l. 2. t. 2. q. 7. junct. conſ. 12. & ſeqq.* Carpz. *q. 21. n. 3. & ſeqq.* add. Stryck. *de jure ſenſ. D. 6. c. 4. n. 27. & ſeqq.* Unde veneno vel mortis Reum necare interdicitur. *l. 8. §. 1. ff. de pœn.*

Nec in hoſtes permiſſum.

Nec Jus Gent. adverſus hoſtem veneno uti permittit; Flor. *l. 2. c. 20. ibi Freinsheim. in not.* Alb. Gent. *de bello, l. 2. c. 6.* Hugo Grot. *de J. B. & P. l. 3. c. 4. n. 15. & 16.* nam armis bella, non venenis geri debent. Val. Max. *l. 56. c. 5.* Sic ferrum, fontes, &c. veneno inficere, inſidioſa & infamata eſt vincendi ratio. Grot. *d. n. 16.* ibi Ziegl. J. O. Tab. *de jur. arm. c. 5. th. f. in f.* Decian. *tr. crim. 8. c. 3. n. 29.*

Ejus pœna de J. Civ. eſt gladius Ampl. t. 2.

XX. Hoc crimen punitur de J. Civ. pœna L. Corn. de Sicar. gladii ſcil. *§. 5. in f. J. de P. J. l. 1. pr. & §. 1. l. 3. pr. ff. h. t. l. 28. §. 5. ff. de pœn.* D. Harpprecht. *Conſil. nov. 19. & in Differ. March. Badens. p. 7. th. 24.* D. Graſſ. *in Differ. Receſſ. Imper. ſect. 16. Diff. 3.* Etiamſi non ſit conſummatum; Nam hac quoque pœna afficitur non tantum doloſe propinans; ſed & qui venena hominis necandi cauſa confecit, dedit, vendidit, vel habet. *d. l. 1. §. 1. & d. l. 3. pr.*

l. 1.

l. 1. in f. ff. de L. Pomp. de Parric. Alb. Gentil. *ad l. 1. C. de Malef. & Mathem.* Molina, *Diſp. 24. n. 14.* Jure Civ. mala venena habere ſimpliciter erat prohibitum, ut nec in commercio eſſe credebantur. *l. 35. §. 2. ff. de contr. empt.* ſupra *eod. tit. §. 18.* Unde Judex malum venenum in hereditate repertum dividere omnino non debebat, ſed protinus corrumpere. *l. 4. §. 1. ff. fam. erciſc.* Aliud eſt, ſi mixta aliis materiis, & nocendi naturam deponant, qualia etiam de Jure Civ. vendi potuerant. *d. l. 35. §. 2.* junct. *l. 3. §. 3. ff. h. t.* Noſtris tamen moribus non ſimpliciter venena vendere eſt prohibitum; ſed reſpiciendum ad uſum, & inſuper Pharmacopolæ, & quibus in uſum bonum venena habere vel vendere permittitur, propter periculum abuſus, in Rebusp. bene conſtitutis juramento adſtringuntur, ne illa mala medicamenta perſonis ignotis, vel ſuſpectis divendant, Ord. Crim. *art. 37. in f.* & vendentes notent nomen Emptoris, diem & horam, item ſpeciem, & quantitatem veneni. Claſen. *ad d. art. 130 in f.* Temere enim contravenientes arbitrarie puniendi ſunt. Carpz. *q. 20. n. 7. & ſeqq.* Menoch. *A. J. Q. l. 2. caſ. 359. n. 2.* Theod. *d. c. 7. aph. 3. n. 5 & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 17 h. t.* — *Hodie venena vendere licet, ſub certis cautelis.*

XXI. Moribus noſtris Veneficium conſummatum, veluti famoſum latrocinium, punitur in maſculis Rotæ pœna, in fœminis ſuffocatione in aquis, aliave pœna adæquata. Ord. Crim. *art. 130.* Sed hæc, ut locum habeat, requiritur (1.) ut conſtet de corpore delicti, & ejus circumſtantiis, nim. occiſum ex veneno propinato periiſſe, D. Bardili *Exerc. 36. Concl. For 18.* Esbach. *ad CZ. p. 4. C. 18. Def. For. 7.* ſicque conſiſtit in ſeqq. (α) venenato revera exhibitum fuiſſe venenum, (β) idque noxium & malum, vel ore, vel clyſtere, aliove modo. *vid. l. 9. pr. & §. 1. ff. ad L. Aq.* (γ) Ex eoque immediate, non vero ex ſymptomate hominem periiſſe. De priori Judex, de ſeqq. Medicus judicare debet. Alb. Gentil. *d. l.* Carpz. *q. 21. n. 7.* Zacch. *d. tit. 2. q. 1. n. 1. & ſeqq.* (2.) Venenum malum propinatum ſit animo occidendi. De Medico, qui venenato medicamento uſus eſt, vid. Ord. Crim. *art. 134. & ſeq. §. 35.* Sed ſi datum morbi depellendi cauſa, vid. *d. l. 9. pr. §. 1.* vel poculum amatorium, & poſtmodum præter dantis opinionem mors per accidens ſecuta fuerit, non mortis pœna, attamen, quia eſt res peſſimi exempli, extra ordinem punitur. *l. 3. §. 2. ff. h. t.* vid. Stryck. *in uſu moderno §. 17 h. t.* Sicut & temere & imprudenter venena vendentes arbitrarie coercentur. *prec. §. 19. in f.* Nec obſt. *L. 38. §. 5. ff. de pœnis.* ubi non ſermo eſt de ſimplici Philtro; ſed & poculo abortionis, de quo late dictum ſupra *ad tit. de Extraord. crim. §. 4.* poſt multos ap. Carpz. *q. 21 n. 16. & ſeqq.* Imo ſi philtrum propinans dolo non careat, ob mortem inſecutam, non quidem ordinaria, pœna tamen mortis afficiendum eſſe, ſentiunt Boſſius, Zie- — *Moribus punitur rota. ſi conſtet de corpore delicti. Venenum datum ſit animo occidendi. Obj. Reſp.*

 ritz.

Mors male ſecuta, rit. Claſen. *ad d. art. 130. inf.* (3.) Ut mors ſecuta ſit. Licet *in d. art. 130.* diſponatur ſi venenarius corpus aut vitam male adfecerit, *Leib oder Leben beſchädiget*. Hodie tamen, niſi Statutum adſit contrarium, ſi veneno dato mors non ſubſequatur, pœna eſt extraordinaria, fuſtigatio cum perpetua relegatione; Carpz. *q. 21. n. 37.* Claſen *ad d. art. n. 37.* Viſius, *art. 487.* & ita in caſu ſupra *tit. de extr. crim. §. 20.* mentionato contra uxorem veneniatriam pronunciatum fuit. Morte vero ſecuta ult. ſuppl. pœna ubivis non eſt uniformis. In atrocioribus enim delictis, ſi attentata jura non certam ſtatuant pœnam, determinatio judici relinquitur. Molina, *Diſſ. 24. n. 9.* Jure Saxon. in utroque ſexu pœnam eſſe Rotæ, docet Carpz. *q. 20. n. 22. & ſeqq.* Jure Sax. Elect. vivos concremari, cum Colero & Mollero tradit, atque præjud. firmat Berl. *p. 4. concl. 26. n. 11. & ſeqq.* Poteſt tamen Judex pro ratione delicti pœnam vel mitigare, vel ob reiterationem, aut ex juſta cauſa exaſperare, per trahæ impoſitionem, ignitis forcipibus aduſtionem. *d. art. 130. inf.* ibi Claſen. Carpz. *d. q. n. 46. & ſeqq.* D. D. Graſs. *ſect. 16. Differ. 3. Receſſ. Imper.*

Brunnen, Vieh. XXII. Huc pertinent, qui fontes, frumentum, vinum, cereviſiam inficiunt ad homines enecandos. Berlich. *p. 4. concl. 26* Schilt. *Ex. 44. §. 125.* Qui animalia in eſcam hominum deſtinata ita occidunt non quidem ordinaria d. Conſtit. pœna, alia tamen, pro ratione delicti, afficiuntur. Claſen. *d. l.* Carpz. *q. 21. n. 24.* & *d. C. def. 3.* Paſcua veneno inficientes, juxta nonnullos gladio

Weyde vergifften. puniri, Jure Saxon. vivos comburi, ſi ſcil. damnum ſecutum ſit: alias fuſtigari & ad tempus vel in perpetuum relegari, docent Claſen *d. l.* Berlich. *d. concl. per tot.* Carpzov. *d. q. n. 29. & d. C. def. 1. & 2.* Stryck. *in uſu moderno §. 17. h. t.* add. ſupra *tit. de Extraord. crim. §. 7. n. 10.* Struv. *in d. ſect. crim. Diſſ. 6. th. fin.*

Aſſaſſinium, quid ſit? XXIII. III. Species Homicidii Doloſi Qualificati eſt Aſſaſſinium, ab Aſiæ quondam incolis ita dictum. Theod. *d. c. 7. aph. 4. n. 2. & 3.* Eſtque delictum publicum, quo homicidium cum præmii oblatione mandatur, & ab alio ſuſcipitur. B. Dn. Parens, *in Diſſ. de Aſſaſſinio, th. 5.* Germ. *Meuchel-mord.* Peſold. *Th. Pr. h. voc.*

Div. in Verum, & Fictum. Div. in Verum vel Proprium, cum infidelis ad occidendum Chriſtianum intuitu oblati præmii operam ſuam pollicetur, de quo in *c. 1. de homicid. in 6to.* & Quaſi vel Fictum, cum Chriſtianus ad interficiendum Chriſtianum ſpe promiſſæ mercedis conduci ſe patitur. Et ad hoc *d. cap. 1.* per interpretationem ampliativam, juxta *l. 12. & 13. ff. de LL.* communiter eſt productum. d. Diſp. *th. 10.* D. D. Graſs. *ſect. 16. Diff. 2. Receſſ. Imper. & Conſil. nov. 46. & 47.*

XXIV. Si ergo Aſſaſſinator, homicidium ſcil. alteri cum oblatione præmii mandans, & Aſſaſſinus, tale ſcil. mandatum pacta mercede in ſe ſuſci-

ſuſcipiens, modo doli capaces, cujuſcunque ſexus, gradus, conditionis & dignitatis ſint: *d. c. 1.* ibi: *quicunque Princeps, Prælatus, ſeu quævis alia Eccleſiaſtica, ſæcularisque perſona* conveniant de homine interficiendo, (ſecus autem eſt, ſi mandatum non directo tendat ad occidendum, ſed ad vulnerandum, vel aliquid aliud, ex quo mors ſequi poteſt) & merces, vel pecunia, aut quæcunque alia res, magni vel parvi pretii, locatori data, vel ſaltem promiſſa, Carpz. *d. p. 4. c. 6. def. 10.* D. Harpprecht. *Diſſer. Marbur. Bod. p. 7. th. 23.* hicque certa ſpe ac intuitu lucri mandatum ſuſceperit, & ad actum quendam homicidii proximum vel inſultum pervenerit, licet cæde non ſecuta, *ſupra tit. de priv. del. §. 5.* tam mandans, quam mandatarius, quia horrenda inhumanitate & deteſtanda ſævitia mortem aliorum ſitiunt, & ſi de execrabili hoc ſcelere probabilibus argumentis conſtet, de Jure Can. etiam deponantur ab omni dignitate, honore, ordine, officio & beneficio, priventur omnibus bonis adquiſitis & adquirendis, quæ tamen non Fiſco, ſed proximis heredibus cedunt: tandem pro excommunicatis habeantur: & in toto orbe Chriſtiano pro perpetuo diffidatis, ut à quocunque etiam privato ubivis impune occidi poſſint. Hasque pœnas incurrunt ipſo jure, ut non opus ſit ſententia aliqua condemnatoria, ſed ſaltem declaratoria. *d. c. 1.* Et licet conventio in uno territorio inita, in altero verò crimen commiſſum ſit, uterque Reorum in utroque loco forum ſortitur. per *l. 1. C. ubi de Crim. ag.* d. Diſp. *th. 61. & per tot. ubi latius de hactenus dictis.*

[Margin: Forma requiſita pactum ad occid. interveniente pecunia. — & executionem. — Pœna Jur. Can.]

XXV. Quamvis *d. cap. 1.* tantum de Aſſaſſinatore & vero Aſſaſſinio loquatur, Gl. tamen & Dd. communiter etiam extendunt ad Aſſaſſinium fictum. Hodie quidem pœna ultimi ſupplicii, pro locorum diverſitate, varia eſſe ſolet. Sic in foro Saxon. Aſſaſſinator vel Conductor gladio punitur, cadavere poſtea rotæ impoſito. Aſſaſſinus verò vel locator pœna rotæ plectitur. Carpz. *d. q. n. 15. 20.* & *d. C. 4. def. 8.* Quomodo alias hujus criminis Rei puniri debeant, fundatur Jure Carolino *art. 130. & 137.* ibi Claſen. *p. m. 506.* Et ſi ad ædes ſacras confugerint, extrahi: arg. *N. 17. c. 7. pr.* Decian. *Crim. l. 9. c. 30. n. 12.* Giurba. *Conſil. crim. 50. n. 43. & ſeqq.* Imo Clerici abſque degradatione ad commeritum ſupplicium rapi poſſunt. *d. c. 1.* Aſſaſſinus ad indicandum latentem Aſſaſſinatorem abſque aliis indiciis torqueri poteſt. Prout totus hic proceſſus varia habet ſingularia, quæ vid. d. Diſp. *th. 59.* Theod. *n. 41.* Nudi quoque Receptatores, defenſores & occultatores, ob criminis enormitatem, mortis (plerumque gladii) ſupplicio afficiuntur. *d. c. 1.* d. Diſp. *th. 55* Theod. *n. 44.* ubi quod pœna homicidii etiam dictetur nuncio literas mandati ſcienter portanti.

[Margin: Saxon. — Carolin. — Quomodo puniantur Clerici. — Receptatores. — Nuncii.]

Cognati

portanti. Cognati tamen occultantes levius plectendi ſunt, per ea, quæ ſupra *tit. de Recept. §. 3.*

Latrocinium quid? Diff. à Prædatione.

XXVI. IV. Species homicidii Qualificati eſt Latrocinium, quod eſt homicidium ſpolii vel lucri gratia commiſſum. *Mordthat Beraubungs halber* D. D. Graſs. *ſect. 17. Receſs. Imper.* Harpprecht. *C. nov. 63. 64. & 65.* Duo delicta includit, adeoque differt à Prædatione, quâ citra hominis internecionem bona tantum ſpoliantur. ſupra *tit. vi bon. rapt. §. 2.* Adque hoc crimen ſufficit cauſa vel ſpes lucri & ſpolii, ſive præſentis, ſive futuri, imò & præteriti, e. gr. ne furtum commiſſum manifeſtetur. Carpz. *J. F. p. 4. C. 5. def. 7. & 8.*

Ad Latroc. ſufficit ſpes lucri.

Nec refert, licet homicida poſtmodum impeditus ſpoliare haud potuerit, vel rem minimam aut nihil plane lucratus ſit, aut qualecunque commodum inde ſperet, v. gr. ut alterius hæreditatem acquirere, vel viduam ducere poſſit. Carpz. *q. 21. n. 38. & ſeqq.* & *d. C. def. 8.* Porro perinde eſt, quovis loco fiat, ſive in viis publicis, ſylvis, vel ædibus privatis, vel veſpilones lue peſtifera infectos ſpe lucri occidant. Carpz. *num. 19.* & *d. Def. 1. & 4.* Claſen. *ad art. 137. p. 505.* Stryck. *in uſu moderno §. 9. vi bon. rapt.*

Pœna de J. C. eſt furca. de J. Carol. rota.

XXVII. Hujus criminis pœna de Jure Civ. eſt furca in loco delicti. *d. l. 28. §. 15. ff. de pœn.* Sed ſi latro alibi deprehenſus, ibidem puniri poterit. Bocer. *de Latrocin. num. 23.* Jure Carol. & hodierno communi eſt pœna Rotæ, *art. 137.* ibi Claſen. Bocer. *n. 24.* Carpz. *d. q. n. 8.* & ſine diſtinctione loci, item etiamſi ſpe lucri exciderit. Nam intentio lucrandi cum alterius internecione ſufficit. uti *in præced. §.* dictum. Carpz. *d. C. def. 1. 4. & ſeqq.* Mauritius *Conſil. Tub. 4.* D. Harpprecht. *p. 7. Differ. March. Baden. th. 22.*

etiam in ſocios.

Eadem quoque pœna tenentur auxiliantes, vel approbantes, aſſociantes & de lucro participantes. per *l. 1. C. qui latr. occult.* Carpz. *d. q. 21. n. 30. & ſeqq.* Claſen. *d. l.*

Nudi receptatores arbitrarie puniuntur.

Nudi vero receptatores, qui eos Judici offerre ſuperſederunt, pro qualitate circumſtantiarum & perſonarum, arbitrarie puniuntur. Et clementius agendum cum iis, qui cognatos & ſimiles receptarunt. juxta ea, quæ diximus ſupra *ad tit. de Receptat. §. 2. & 3.* Boc. *d. tr. de Latroc. n. 30. & ſeqq.*

Delicto non conſummato diſt. an ad actum remotum, vel proximum pervenerit.

XXVIII. Sin Reus contra voluntatem ſuam delictum non conſummaverit, diſting. An ad Actum remotum, an verò proximum pervenerit? Illo caſu arbitrarie punitur, juxta Ord. Crim. *art. 178. in fin.* & proin judices, in pœna determinanda, ad conſilium Prudentum remittuntur. Poſteriori in caſu, v. gr. ſi latro graviter vulneratum prorſus occiſum putans ſpoliet, mortis pœna afficitur. Si enim ſola deprædatio ultimo punitur ſupplicio: Ord. Crim. *art. 126.* ſupra *tit. vi bon. rapt. §. 19. & 20.* multo magis hoc crimen ob concurrentem atrocitatem, ita, ut gladius ad rotæ pœnam quando-

que

que extendatur; uti exemplis demonſtrat Carpz. *d. q. n. 69. usque ad fin.* Si homicidium proditorium, quando quis alterum per ſimulationem amicitiæ nefarie occidit, inſtar latrocinii rota puniendum eſſe, tradit Claſen. *ad d. art. 137.* D. D. Harpprecht. *Reſp. 22. n. 55. & ſeqq.* Goswinus ab Esbach. *ad Carpz. p. 4. C. 5. Def. For. 9. n. 10.*

XXIX Dicta ordinaria Rotæ pœna interdum propter circumſtantias exaſperari poteſt, ſi nimirum crimina æque horrenda concurrant, vel aliquoties diſtinctis vicibus reiteratum ſit, unde Latrones Famoſi dicuntur, *l. 28. §. 15. ff. de pœn.* & ferro candenti toties ſolent uſtulari, quot perſonas, una dempta, necarunt, non tamen ultra ſextam vicem, ne miſer homo, ob nimios cruciatus, deſperationis periculum incurrat, vel ante executionem ſupplicii vitam finiat. Carpz. *q. 22. n. 18. usque ad fin.* Stryck. *in uſu mod. §. 9 & 10. vi bonor. rapt.* D. D. Gra's. *ſect. 17 diſſ. 1. Receſs. Imper* D. D. Harpprecht. *Reſp. 22.* Dicta pœna exaſperatur.

XXX. Homicidium Doloſum Mediatum eſt, quod per alios committitur. *præc. §. 4.* Fitque vel interveniente mercede, & dicitur Aſſaſſinatus, de quo *præc. §. 22. & ſeqq.* vel gratis, nulla interveniente mercede, & vocatur à Dd. Verbale, & poteſt deſcribi per homicidium doloſo cædis mandato commiſſum, vel quod doloſus cædis mandator committere videtur. *l. 15. §. 1. ff. h. t.* Requir autem (I.) Mandatum, *d. l. 15. §. 1.* quo ipſo diſting (α) ab Aſſaſſinio, quod per locationem fit, data vel promiſſa mercede. *præc. §. 22.* (β) A Conſilio homicidii, quod non ſufficit, plus enim eſt mandare, quam conſulere. Carpz. *Pr. Cr. q. 4. n. 3.* Nam qui mandat, ille præciſe vult, ut homicidium ſequatur, & quidem ſui gratia. Conſultor autem non præciſe vult homicidium; ſed tantum ſuam mentem declarat, quid faciendum cenſeat. *l. 10. §. 7. ff. l. 1. mand. §. 14. ff. depoſiti. l. 20. ff. de his, qui not. infam.* ſupra *ad tit. mand. §. 17.* Sed ſi mors ſequatur, an doloſus Conſultor etiam ordinaria homicidii pœna teneatur, diverſæ ſunt Dd. ſententiæ, ſed in genere dicendum, pœnam criminalem conſilii doloſi ad delinquendum dati, arbitrariam & Judicis arbitrio committendam eſſe; quoniam homicidium non neceſſario ſequitur, verum à Conſilium accipientis voluntate dependet. Judex tamen probe conſiderabit, An conſilium ſit nudum, an non, ſed cooperativum? An Occiſor citra conſilium idem facturus nunquam fuiſſet? quibus probatis etiam ordinaria gladii pœna ſuaſor & inſtigator afficitur. Alios enim ſuadendo juviſſe ſceleris eſt inſtar. *l. 16. pr. ff. de pœn.* Theod. *d. c. 7. aph. 6. num. 41. & 57.* Menoch. *A. J. Q. caſ. 351. n. 17.* Harpprecht. *add §. 5. J. n. 97.* An delictum ſecutum? *ſeq. §. 31.* An Conſultor inde emolu-

Hom. Doloſ. Mediatum.

Verbale quid?

Requir. I. Mandatum

Conſultor quando & quomodo teneatur?

emolumentum habeat? Theod. *d. n. 57.* poſt Menoch. Schrad. Farin. Gieſebert. Decian. Damhoud. Boer. B. Dn. Parens in. *Diſp. de Conſil. p. 2. cap. 1. th. 12.* & *Delib. jur. ad Lib. ff. 48. th. 46.* add. D. Coccejus *in Diſp. de ſocio crim. §. 32. & de ſuggeſt. cap. 4. §. 26.* D. Stryck *in Diſp. de mandato delinquendi ſect. 1. §. 18. & ſeqq.* Molina, *Diſp. 33.* ubi late de Conſulente, Mandante, Ratum habente, Conſentiente, Non impediente, & Auxilium præbente homicidio.

2. Doloſum, XXXI. II. Requir. ut Doloſum mandatum intervenerit; Sic diſting. ab homicidio, vel executione à Magiſtratu juſtitiæ amore demandata, *c. 19. cauſ. 23. q. 5.* quia crimine vacat. Idem eſt, ſi quis juſſu Magiſtratus hoſtes transfugas: *l. 3. §. 6. ff. h. t.* Gilhauſ. *Arb. Crim. c. 2. t. 12. n. 4.* vel filius Mandato Patris adulterum deprehenſum occiderit, *l. 4. C. ad L. Jul. de adult.* ſupra *d. tit. §. 31.* Sin ſuperior, nim. Judex, Pater, Dominus injuſte juſſerit, mandatarius non excuſabitur. Nam in delictis nemo ſine pœna audiens eſſe ſolet. *l. 20. ff. de O. & A. l. 11. §. 7. ff. quod vi aut clam. l. 11. § 3. ff. de injur.* Et Judex doloſe innocentem morte damnans ut homicida quoque damnandus eſt. Damhoud. *c. 70.*

3. Cædis. *num. 15.* III. Mandatum Cædis. Nam mandans baculo parvo aliquem percutere, vel alapam infligere, ſub expreſſa tamen conditione de non occidendo, homicidio poſtea ſecuto, non mortis pœna, ſed arbitrarie punitur. Sin mandans archibuſium in aliquem emittere, vel gladio aliove inſtrumento ad homicidium apto vulnerare, expreſſe vero prohibuerit, ne interficeret, quær. An de homicidio poſtea nihilominus commiſſo teneatur, & cum mandatario eadem mortis pœna affici debeat? Affirmativam communem dicit Boſſius, & tanquam jure veriorem, cum Claro, Deciano, Barthol. Veron. Voltzio, Gometzio, Cæpolla defendit ac præjud. firmat Carpz. *d. q. 4. num. 21. & ſeqq.* Menoch. *A. J. Q. l. 2. caſ. 352.* Bachov. *ad Tr. V. 1. D. 27. th. 3. lit. G.* B. Parens in *d. Delib. jur. th. 47.* Nam adeſt mandatum cædis indirectum, cum tali inſtrumento notorie vulnera ad menſuram non dentur, ſicque inde non ſolummodo per accidens homicidium eliciatur. add. *c. ult. de homic. in ſexto.* Regula vero, quod Mandatarius fines Mandati excedendo Mandanti non præjudicet, *l. 10. C. de procur. l. 5. pr. ff. §. 8. J. Mand.* reſtringi ſolet ad mandatum in re licita. Nec porro Mandatarius limites adeo ſtricte obſervare potuit, utpote qui non eventum, ſed diligentiam præſtat. Negativam tamen, ut tutiorem atque benigniorem, cum permultis aliis ſequuntur, & latiſſime defendunt Harpprecht. *ad d. §. 5. n. 80. & ſeqq.* Beſold. *del. jur. lib. 48. q. 17.* Frantzk. *Ex. 14. q. 8. & ibi Fibig.* Theod. *d. aph. 6. n. 52. & ſeqq.* vid. Stryck. *Diſſ. de mandato delinquendi ſect. 1. n. 50. & de imputat. facti alieni c. 3. n. 16. & ſeqq.*

Si interfici eſſe prohibuerit, ſed cum inſtrumento lethali.

4. IV. Doloſus Mandator non quidem

propter

proprie committit, ſed per juris interpret. committere videtur, & pro homicida habetur. *d. l. 15. §. 1. junct. l. 169. ff. C. 72. de R. J. in ſexto.*

XXXII. Pœnam hujus homicidii quod attinet, diſting. eſt, Mors ſecuta fuerit, nec ne? Hoc in caſu arbitraria locum habet, In illo uterque ordinaria gladii pœna punitur. Mandatarius enim reale committit homicidium, *l. 1. C. de accuſ. l. 11. §. 12. ff. mandat.* Mandans vero ex ſua quoque perſona tenetur. *d. l. 5. d. l. 15. §. 1. ff. h. t. l. 11. §. 3. ff. de injuriis. l. 7. §. 5. ff. de jurisd. l. 1. §. 1. ff. de eo, per quem fact. l. 1. §. 12. ff. de vi & vi arm. l. 169. pr. ff. de R. J. c. 72. d. t. in ſexto* Carpz. *d. q. 4. n. 9.* Theod. *d. aph. 6. n. 51.* D. Harppr. *Conſil. 87. n. 24. & ſeqq. & Reſp. 71. n. 196. cum ſeqq.* Nec refert, ſi quiſpiam mandavit Titio, & hic iterum Cajo, omnes quippe tenentur. *l. 4. ff. quod vi aut clam. d. l. 7. §. 5.* Nec obſt. quod Mandatum Rei turpis non dicatur obligatorium, *l. 6. §. 3. ff. Mandati.* hoc intellig. quoad obligationem inter Mandantem & Mandatarium, & quatenus ut contractus conſideratur, *l. 22. §. 6. ff. d. t.* quatenus vero ut delictum, omnino obligatorium eſt quoad actionem vel accuſationem parandam ei, in cujus præjudicium mandatum, & pœnam eorum, qui ex delicto propter mandatum tenentur. *d. l. 11. §. 3. d. l. 5.* Harppr. *d. l. n. 79.*

Rat. Pœnæ diſt. Mors ſecuta, nec ne?

Obj.
Reſp.

XXXIII. Sed quær. ſi ipſe Mandatarius, citra hoc mandatum, idem perpetraturus fuiſſet, an nihilominus Mandans cum illo eadem gladii pœna feriendus? Ita aſſ. Harppr. *d. l. n. 77.* idque per generalitatem legum *in præc. §.* alleg. quo etiam facere videtur Ord. Crim. *art. 148.* Carpz. *d. q. 4. n. 19.* diſting. an Mandans ſciverit, Mandatarium idem facturum eſſe: hoc probato extraordinaria, ſcil. fuſtigatione cum perpetua relegatione; juxta præjud. ap. Carpz. *d. l. n. 22. & J. F. p. 4. C. 6. def. 7.* ubique Gotwinus ab Eſbach. ſin ignoraverit, ordinaria puniendus ſit. Si tamen liquido conſtaret, internecionem in gratiam ſolius Mandantis, licet ab inimico, eo nimiſſam eſſe, adhuc mortis pœnam ſubire debeat. ita Theod. *d. n. 51.* Menoch. *d. caſ. 352. n. 15.* add. Stryck. *in uſu moderno §. 8. h. t.* Cocceius in *Diſp. de ſuggeſtion. c. 4. §. 22. & ſeqq.*

Q. Si Mandatarius mandato non interveniente occiſurus eſſet?
Diſt. an mandans ſciverit.
an ignoraverit.

XXXIV. Sequitur Homicidium Non doloſum, quod quidem proprie ad h. t. non pertinet; nam L. Corn. de Sicariis non vindicatur, quia abeſt dolus, *l. 7. ff. h. t.* Ob cognationem tamen neceſſaria de illo dicenda erunt. Illud autem eſt vel Culpoſum, quod citra voluntatem agentis culpa committitur, vel Non culpoſum, quod caſu, vel jure, citra culpam, committitur. Joh. Voet. *n. 9. h. t.*

Homic. Non doloſum.
Divid.

XXXV. Culpoſum dupliciter committitur, (1.) quatenus culpa caſum præcedit, & dicitur Caſus improviſus, ſi quis rei illicitæ operam dederit, ex qua mors, licet non immediate, ſed per accidens ſequatur; vel ſi

Culpa verſatur vel in exercitio actus illiciti,

in illicito, quod ad eum caſum aut eventum ut plurimum, aut ſaltem veroſimiliter tendere poteſt, verſatus ſit, v. gr. ſi quis lapidem projiciendo in locum prohibitum hominem tranſeuntem interfecerit: Quod non ad ſuam profeſſionem & artem ſpectat ſuſcipiendo. *l. 36. ff. de R. J.* ex. gr. *l. 9. pr. §. 1. ff. ad L. Aq.* (2) quando culpa, dum agens in opere eſt, intervenit, & dicitur Caſus culpæ mixtus. Bach. *d. D. 32. th. 6. lit. A.* ut ſi in re quidem licita verſatus, debitam providi hominis diligentiam non adhibuerit, v. g. Putator ramum dejiciendo, Architectus lapidem, tegulas ex alto projiciendo, ſine clamore & claris ſignis non poſitis, tranſeuntem occiderit. *§. 5. J. l. 45. §. pen. ff. ad L. Aq.* Si quis tenellum in lecto ſecum collocatum oppreſſerit. *c. 20. cauſ. 2. q. 5. c. 3. x. de his, qui fil. occider.* Ord. Crim. *art. 146. verſ. unterſtunde ſich aber &c.* plura collegit Menoch. *A. I. Q. caſ. 324.* Carpz. *q. 27. n. 9.* Huc referri poteſt, ſi ægrotus non vi morbi, quo conflictatur, mortuus ſit, ſed culpa medici, aut ex propoſito, ſi per venenum ſub ſpecie Medicinæ necaverit, & puniendus erit, ut famoſus Latro, Ord. Crim. *art. 134. ibi: Criminal ſte.* Heig. *p. 2. q. 26. n. 50.* B. Parens in. *Diſp. de Conſil. p. 2. c. 1. th. 11.* ſupra *h. t. §. 20.* aut ex negligentia, vel deſultoria quadam levitate, vel nimia temeritate, aut ex imperitia curandum ſuſceperit. Nemo enim quicquam affectet, in quo intelligere debet, infirmitatem ſuam alii periculoſam futuram. *§. 8. J. l. 8. §. 1. ff. ad L. Aq.* Si autem judicio prudentum Medicorum, per iſtam malam curationem, morti præbita fuerit anſa, juxta conſilium Prudentum arbitraria pœna dictatur. Ord. Crim. *d. art. 134.* ibi Claſen ſupra d. Diſp. *de Conſil. th. 6.*

vel in omiſſione debitæ diligentiæ. ex. gr.

Punitur arbitrarie.

XXXVI. Hoc autem homicidium culpoſum committens extra pœnam non eſt, quia vel actum illicitum evitare, vel in actu licito debitam diligentiam adhibere debuiſſet; Cum autem dolus atque animus nocendi deficiat, propter culpam ſaltem ex protervia, vel negligentia, vel imprudentia, citra mortem, punitur arbitrarie & extra ordinem; *l. 4. §. 1. ff. l. 1. C. h. t.* prout culpa lata, levis, vel leviſſima fuit commiſſa. In his enim caſibus Judex plus miſericordiæ, quam ſeveritatis adhibeat. Ord. Crim. *art. 146.* ibi Zieritz. & Claſen. *Theod. Crim. dec. 7. aph. 7. n. 20.* Carpz. *q. 27. n. 10. 25. & ſeqq.* Schilter. *Ex. 49. §. 124.* Stryck. *in uſu mod. §. 9. h. t. & §. 17. ad L. Aquil.* Dn. à Lyncker. *reſ. 189. & dec. 1064.* Brunn. *de cumulat. act. ibique ſubject. Reſp. 2.* D. Harppr. *de Jure aurigarum circa delict.*

Homic. Non Culpoſum eſt vel Caſuale.

XXXVII. Homicidium Non Culpoſum eſt vel Caſuale, vel Neceſſarium. Illud eſt, quod caſu fortuito vel inopinato rei eventu, ſine homi-

hominis dolo & culpa, ſequitur. Sed DEUS aliquem objicit alicujus manui, *GOtt hat ihn ungefehr in ſeine Hände fallen laſſen.* Exod. c. 21. v. 13. Dum ſcil. quis rem licitam debito modo loco & tempore tractat, juxta exempla Deut. 19. v. 5. l. 9. §. 4. l. 11. pr. l. 31. ff. ad L. Aq. Ord. Crim. d. art. 146. plura collegit Carpz. d. q. 27. n. 12. & 13. Joh. Voet. n. 10. h. t. Hujusmodi caſu interficiens excuſatur ab omni pœna, & ſimpliciter eſt abſolvendus, l. 1. in f. l. 5. C. h. t. ut nec civiliter de damno conveniri poſſit. Mev. p. 1. dec. 220. & 221. *ubi de caſu, ubi auriga puerum ſuper currum in platea residentem occiderat.* Nec de Jure Can. cenſura Eccleſiaſtica vindicatur. c. 13. 22. 23. & 25. X. *de homicid.* Quod enim fato imputandum, quilibet æquo animo ferre debet. l. 6. C. *de pign. act.* Claſen. *ad d. art. pr.* Theod. *aph.* 5. n. 13. & *aph.* 7. n. 14. Carpz. d. q. n. 51. & *ſeqq.* ubi quod de Jure Saxon. adhuc diſting. inter caſum improviſum, ſi cauſa levi[illegible] dependeat ab eo, cui caſus imputatur, & fortuitum: ut in illo Reus occiſi hæredibus in ſolatium, ſi mas, integrum Wergeldum, i. e. 12. thal. pro fœmina vero occiſa dimidium ſolvat. add. Carpz. q. 30. *per tot.* Apud Græcos tamen caſus fortuiti exilio voluntario luebantur, l. 16. §. 8. ff. *de pœn.* — *eſt extra pœnam.* — *In Sax. ſolvitur Wergeldum.*

XXXVIII. Homicidium Neceſſarium in lata ſignificatione, quod nim. fit ex mandato Magiſtratus, *præc.* §. 31. vel in ſtricta pro eo, quod ad neceſſariam ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ committitur. Si ſc. de improviſo inique armis lethalibus inſultatus in corporis & vitæ diſcrimen conjiciatur inevitabile, niſi usque ad debilitationem vel internecionem aggreſſoris ſe defendat, Si autem ſequatur homicidium, dicitur Neceſſarium, & Reus, eo probato, vid. Berl. p. 4. concl. 14. & Carpz. q. 33. nec punitur, nec quicquam alteri debet. Nam defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur. l. 2. l. 3. l. 4. C. h. t. ibi Brunnem. Ord. Crim. art. 139. 140. 141. 145. Talis enim tutela inevitabilis non tantum Comprobatur jure Civ. l. 3. ff. de J. & J. l. 4. l. 45. §. 4. ibi: *vim vi defendere omnes LL. omniaque jura permittunt.* ff. ad L. Aq. l. 12. §. 1. ff. *quod met. cauſ.* l. 1. §. 27. ff. *de vi & vi arm.* l. 1. ff. *de bon. eor. qui ante ſent.* l. 9. ff. h. t. l. 2. C. *quando lic. unic. ſine jud.* l. 1. C. *unde vi.* De jure Can. C. 7. *Diſt.* 1. c. 38. *diſt.* 50. c. 19. *cauſ.* 23. q. 3. *Quia,* inquit Quintilianus, *natura potior eſt ſalus noſtra, quam adverſarii pernicies. Inſt.* l. 7. c. 2. Sed & de Jure Naturali ac Gentium eſt licita. d. l. 3. d. l. 45. §. 4. d. l. 1. §. 27. ibi: *eaque jus naturæ comparatur, ut ſe non defendens homicida Reus fieri poſſit.* Ziegl. *ad Grot. de J. B. & P.* l. 1. c. 3. §. 3. Molina, *Diſp.* 11. ſupra tr. *de J. & J.* §. 11. Theod. d. tr. cap. 11. *aph.* 1. *ubi num.* 15. *eandem defenſionem etiam ex Jure Divino licitam probat.* Item Harppr. *ad* §. 3. *J. de P. J.* n. 112. 148. & *ſeqq.* Dn. Mauric. *Diſp. de Vita Defenſ. ſuæ. th.* 1. & *ſeqq.* Et hoc non tantum in periculo vitæ extremo procedit; — *vel Neceſſarium,* — *Defenſio neceſſaria eſt licita Jure Civ.* — *Canon.* — *Nat. & Gent.*

ſed etiam diſpendio honoris excuſatur, v. gr. in periculo pudicitiæ attentatæ, ſi virgo, honorem virginitatis aliter conſervare nequiens, opprimere conantem interficiat, vel Pater, aut Maritus filiæ aut uxori ſtuprum vel adulterium inferre conantem in flagranti occidat. *l. 1 ff. h. t.* Ord. Crim. *art 140 & 150* ibi: *ohn Verletzung ſeines Leibes, Lebens, Ehr, und guten Leymuths.* Theod. *Crim c. 11. aph. 5. n. 2 & 3* Gilhauſ. *d. tr c. 2 tit 12. n 36.* Brunnem. *ad l. 1 n 6 ff. h. t.* ſed vid. ſupra *tit. ad L. Jul. de adult. § 55* An pro tuitione Famæ? vid. *præc. § 6 in f.* An pro conſervatione bonorum? vid. Gilh. *d. tit. n 40.* Bach. *ad D th. 6. lit. H.* Puffendorff. *de J N. & G. lib. 2. cap. 5. § 16.* Thomaſii *Jurisprud. divin. lib. 2. cap. 2. num. 120.* add ſupra *tit de Furt. § 13.* jung. Molina. *Diſp 16 17. & 18.* Damhoud. *cap. 76 & ſeqq.* ubi de licita interemptione hominis ex neceſſaria defenſione Sui ipſius, Bonorum ſuorum, Honoris ac Famæ, & Amicorum. add. Wincler. *de princ. jur. l. 4. c. 10.*

Stuprum filiæ vel uxori inferre conans impune occiditur.

XXXIX. Ut igitur hoc Homicid. extra omnem L. pœnam ſit, uti dictum, neceſſaria defenſio, ſine qua vita defendi non potuit, fiat obſervato inculpatæ tutelæ moderamine. Joh. Voetius, *n 11. & ſeqq. h t.* Hujus autem, juxta *d. art. 140.* tria requiſita ſunt: (1.) Cauſa ſeu injuſta cum armis lethalibus offenſio, Si enim fuerit author rixæ, illo prætextu à pœna gladii, tanquam culpoſus rixator, & homicida, ſeſe liberare non poterit. Berl *p 4. concl. 13. n. 5.* Carpz. *q. 29. n. 42.* Theod. *d. c. 11. aph. 5. n. 10. & 13.* (2.) Modus, i. e. propulſatio ad periculum imminens proportionata, ſi ſcil. præſens mortis periculum aliter evitari nequeat. Non tamen armorum paritatem involvit, per *l. 3.* ibi: *gladio repulerit C. h. t.* Theod *n 2. & ſeqq.* Dn. Maurit. *d. l. th. 11.* Sed quid ſi inſultatus fugere queat? vid. Harpprecht *n 120. usque ad 129.* Mev. *p. 8. dec. 118.* & maxime Dn. Mauritius, *d. l. th. 21.* ubi varie diſting. & *th. 22.* eruit, quomodo injuſte aggreſſus tertium alias innocentem, ſed defenſionem aut fugam impedientem transfodere queat. Frommann. *Diſſ. de fuga juſtitia & injuſtitia §. 16. & ſqq.* D. Harppr. *Reſp. 3 n. 119. & ſeqq.* (3.) Tempus, i. e. ut fiat in continenti, durante ſcil. dubio vitæ diſcrimine; *l. 2. C. h. t. d. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aq.* ſupra *tit de A. vel A. P. §. 33.* Nec inſultatus primum ictum expectare tenetur. Ziegl. *ad Grot l. 2. c. 1. §. 5.* late Harppr. *n. 114. & ſqq.* De his ſingulis fuſius tractat Carpz *q. 28. n. 20 & ſeqq.* aliique citt. AA. Sed in uno vel altero peccans punitur arbitrarie, mulcta pecuniaria, carcere, relegatione temporali, fuſtigatione, interdum gladio, juxta modum exceſſus. Ord. Crim. *art. 142.* uti late præjud. firmat Carpzov. *q 29. 30. & 31.* Stryck. *in uſu moderno §. 10. & 11. h. t. ubi duo præjudicia recenſet.* Cæterum non ſolum non

Si fiat cum *moderamine* inculpatæ tutelæ, requir 1 Cauſa.

2. Modus,

non paritas armorum.

3. Tempus

Exceſſus punitur.

ipſos,

ipſos; ſed etiam alios, ſive nobis junctos, ſive extraneos, injuſte offenſos & pericturos recte defendimus, nec pœnam homicidii pro illarum perſonarum tuitione inculpate commiſſi ullam ſufferre cogimur. Late Harpprecht. *n. 130. & ſeqq.* Theod. *aph. 4. n. 64. & ſeqq.* Dn. Mauritt. *d. l. th. 14. & 15.* D. D. Harpprecht. *Reſp. 3. n. 93. cum ſeqq.* Natura enim talem cognationem inter homines inſtituit, ut ad opitulandum vi oppreſſis quilibet devinctus ſit. Matthæus, *ad lib. 48. tit. 5. c. 2. n. 11.* Bachov. *d. th. 4. lit. J.* Sed annon Chriſtiani conſcientiæ magis ſalutare ſit, permittere ſe occidi, quam alterum cum æterno animæ diſpendio occidere? Rationes pro & contra vid. apud. Muller. *Danck-Altar. in fin.* & Pufend. *de J. N. & G. l. 2. c. 5. §. 14.* & ibi alleg. Ziegl. *ad Grot. l. 1. c. 3. §. 3. verb. Deinde morali.* Dn. Mauritt. *d. l. th. 3. & ſeqq.* Molina. *d. Tom. 4. Diſp. 13. & 14.* Plura de defenſione neceſſaria vid. præter citt. Auth. ap. Claſen. *add. Art.* Kremberg k. & Obrecht. *tr. de Defenſ. neceſſ.* Lederer. *tr. de Jure belli privati.*

Defenſio Neceſſ. tam ſui, quam aliorum eſt extra pœnam.

An conſcientiæ tutius ſit permittere ſe occidi, quam alium occidere?

XL. Tandem notandum, quamprimum ex actis inquiſitionalibus probabiliter apparet, homicidium non dolo malo, ſed ad occiſoris defenſionem, vel culpa tantum, aut caſu commiſſum eſſe, tunc quidem, ſi plene & judicialiter de facto illo conſtet, contra Reum Accuſatio & Proceſſus, non tamen Criminalis, decernitur & inſtituitur, ſed Reus ſæpe etiam ex carcere dimiſſus, aut conceſſo ſalvo conductu, tantum ſuper facto accuſatur, *ohne Lautung des Malefiz-Glöckleins.* Si vero in proceſſu dolus Rei legitime probetur, Judex pœnam promeritam, etiam criminalem, dictare non prohibetur. In Criminalibus enim ſufficit, ſi ſententia facto legitime probato & juris diſpoſitioni conſentanea, etiamſi non conformis ſit libello. Lindenſpür. *ad Ord. Prov. Wirt. tit. 91. n. 6.* B. Dn. Parens m. *in Diff. Jur. Comm. & Wirt. in cauſ. crim. th. 18. n. 3. ad fin.*

Quomodo in hoc caſu procedatur?

XLI. Secundum h. t. propoſitum crimen eſt Veneficium, & eſt publ. delictum, quod magicas artes exercendo, & pacto cum Diabolo inito committitur. *§. 5. J. de P. J. l. 4. l. 6. C. de malef. & math.* Vocatur alias Magia, ſc. illicita, ad diſting. licitæ, Naturalis vel Artificialis. Sortilegium vel Maleficium, uti patet ex *toto Tit. C. de Malef. & Mathem.* ubi Mathematici in malo ſenſu dicuntur, qui aſtrologia, ſuperſtitioſe vaticinando, aliove modo abutuntur. Alb. Gentil. *Tr. de Malef. ad l. 1. C. h. t.* Dicuntur etiam Præſtigiatores, Aruſpices, Arioli, Striges, Magi, Sagæ, Sortiariæ, Lamiæ, Sortilegi, Necromantici, Vates, Augures, Incantatores & Exorciſtæ, &c. DD. promiſcue his vocabulis utuntur, quamvis multum invicem differant, uti explicant poſt *c. 1. cauſ. 26. q. 4.* Boc. *cl. 4. D. 10. th. 33.* Damhoud. *pr. crim. c. 61. n. 86. 100. & ſeqq.*

Veneficium quid? Synon.

Carpz.

Carpz. *Pr. Cr. q. 48. n. 3 & ſeqq.* Gilhauſ. *arb. crim. c. 2. t. 17.* Germ. *Hexen, Zauberinnen, Alraunen, Trutten, Unholden*, Goldaſt. *Rechtl. Bedencken von Confiſcat. der Zaub. und Hexen Guter. §. 28.* Mauritius *in diſput. de denunciat. ſagarum cap. 2. & 3.*

An detur? XLII. Hoc crimen non dari, & omnem Magiam eſſe impoſturam humanam, ſomnia vigilantium, Sagas miſere à Dæmone dementari, eſſe plerumque vetulas melancholicas, imaginationis corruptæ vitio laborantes, Pomponatius, Wierius, Scotus, Palinghus & alii defendere conantur. Verum quamvis negari non poſſit, maleficos & ſagas à ſummo impoſtore Diabolo valde illudi, hoc tamen non impedit vere tales eſſe, prout Jure Divino convenit. Exod. *c. 7. 8. 22. v. 18.* Levit. *20. v. 27.* Num. *23. v. 23.* Act. *8. v. 9. c. 13. v. 6.* Sic etiam Mulier in Endor imaginem Samuelis Saulo provocavit. 1 Sam. *28.* jung. Deut. *18. v. 10. 11.* Lev. *20. v. 27.* Juri Canonico. *cauſ. 26. per tot.* Theologi, JCti, Medici & Philoſophi probant, & quotidiana experientia firmat, uti late docent, cum permultis aliis, Thummius, *tr. de Sagarum impietate, nocendi imbecillitate & pœna gravitate.* (quamvis contrarium de illo Theologo legatur ap. Beſoldum *Th. Pr. voc. Hexen*, ſed hoc non habetur in prima Beſoldi editione, in ſecunda verò multa adverſa atque erronea adjecta eſſe, bene notat Dn. Mauric. *de Denunciat. Sag. c. 1. th. 27.*) Th. Eraſtus *de Lam.* Petr. Binsfeld *de confeſſ. malef.* Mart. del Rio, *Diſq. mag.* Carpz. *q. 48. n. 13. & mult. ſeqq.* ubi ſimul contrariis reſpondet, quod idem accurate & ſollicite obſervavit D. Mauric. *d. q. c. 1. & 2. per tot.* Thumm. *d. tr. q. 8.* diſting. An melancholia laborantes tantum à Dæmone faſcinentur, quales tamen malefici vel ſagæ male audiunt, neque pœnæ ſubjici poſſunt. Nam verſutiſſimus ille Spiritus hominum affectus exploratiſſimos habens ad eos quandoque miro artificio, occulto DEI judicio permittente, ſeſe poteſt applicare. An DEO & cultui Ipſius renunciaverint, cumque Diabolo pactum inierint, & proprie ſunt Malefici vel Sagæ; Rebus creatis damnum dederint, ſive non. Mulieres ſodomiticis congreſſibus plerumque ſe mancipant. Ad alia verò ope Dæmonis utentes Magi tantum vel Magæ potius ſunt. Dn. Mauric. *d. c. 2. th. 2. ſeq. §. 45.*

Affirm.

Conſtet de Corpore delicti. Poteſt judex ad torturam progredi. XLIII. Ante omnia autem conſtare debet de corpore delicti, vel tantum ex indiciis. (quia eſt delictum occultum, & eo difficilioris probationis) Carpzov. *J. F. p. 4. c. 2. def. 5.* Hujusmodi quatuor notat Imp. in Ord. Crim. *art. 44.* ut judex ad torturam progredi poſſit. Sed Dn. Mauric. *d. tr. cap. 3. n. 10. ſeqq.* inſuper requirit perſonas ob tale crimen infamatas. Plura indicia collegit Carpzov. *q. 49. n. 62. & ſeqq.* add. *q. 122. n. 67.* D. Harppr.

Conſil.

Conſil. 7. & Diſſer. Matth. Badens. p. 7. th. 12. & ſeqq. Cum verò Sagæ fixum odium adverſus quodlibet eo magis præſumatur, quia eſt perſona infamis, quæ DEO Omnipotenti & fidei Chriſtianæ plane renuntiavit, ideo unius vel duarum Denuntiationes non ſufficiunt, per Ord. Crim. *art. 23. & 30.* ibi: *mit zweyen guten tauglichen unverwerfflichen Zeugen*; ſed judex adhuc aliis requiſitis ſuffultus ad inquiſitionem devenire, exque hac, ſi fortiora ac ſufficientia indicia emergant, progredi demum ad torturam poteſt; prout hæc poſt Bodin. *de Dæmon. l. 4.* Taborem, *de Confeſsi. p. 4. c. 3. num. 16. & p. 5. c. 1. n. 12.* accuratè explanat Dn. Mauritius, *d. tr. cap. 4.* In hoc enim tam occulto ſimulque graviſſimo delicto eo plus circumſpectionis, diligentiæ atque prudentiæ in Judice tam ad ad inquirendum, quam puniendum requiritur. Et quam accurate Reus, licet faſſus, nihilominus ſuper ſingulis circumſtantiis interrogari debeat? docet Ord. Crim. *art. 54.* De puero apud coætaneos ſuos magiam jactante vid. Manz. *deciſ. Palat. q. 81.*

Sed cum multa circumſpectione.

XLIV. Hoc crimine probato pœna de Jure Divino eſt ultimum ſupplicium. Exod. *22. v. 18.* Levit. *20. v. 6. & 27.* Item de Jure Civ. ſed diverſimode, & quidem gladius determinatur, in *§. 5. J. de P. J. l. 3. §. 5. l. 13. ff. h. t. l. 5. C. de Malef. & Mathem.* & ignis *l. 3. C. d. t.* add. *l. 6.* ibi: *feralis peſtis talem Reum abſumat. l. 7. C. eod.* Carpz. *d. q. 48. n. 40. & ſeqq.* Damhoud. *Pr. Crim. c. 73. n. 1.* D. D. Graſs. *ſect. 16. diſſer. 2. Receſſ. Imper.* Dn. à Lyncker. *vol. 2. Reſp. 2.*

Punitur Jure Div. Civ.

XLV. Moribus noſtris diſt. an cum Diabolo expreſſum initum ſit pactum, DEO Supremo Creatori, & fidei in CHRISTUM unicum Salvatorem noſtrum renunciando, fœdus S. Baptiſmi reſcindendo, & Diabolo ſeſe, in cujus nomine ſe baptizari patiuntur, cum anima & corpore mancipando. Sed communiter ſubdiſtingui ſolet, an damnum ſimul dederint animalibus vel hominibus, an non? Priori in caſu pœna ignis dictatur. Ord. Crim. *art. 109.* Ord. Prov. Würt. *tit. 90. §. 3.* & in hoc Dd. conveniunt. Poſteriori caſu prudenti Judicis arbitrio relinquitur. *d. art. 109.* Sicque eſt pœna arbitraria, & ita diſponitur Jure Wurt. *d. t. §. 4.* Ita tamen, ut, pro ratione circumſtantiarum, ad mortem etiam extendi queat & ſoleat. prob. Beſold. *conſ. 82. n. 15. 21. & 33. conſ. 102. n. 5 & 6.* Lindenſp. *ad d. t. 90. §. 3.* Imo ſemper ultimi ſupplicii pœnam irrogandam eſſe, communis eſt ſententia, idque per loca S. S. *prae. §. 44.* citt. *l. 3. l. 5. C. de Malef. & Mathem.* Beſold. *d. l.* ubi *n. 6.* addit, ſolum pactum expreſſum, etiamſi alter incantatione non læſus, igne expiandum eſſe. Frantz. *ad l. 6. C. d. t.* Proc. Crim. *c. 9. n. 14.* Struv. *Exerc. 49. th. 22. & 62.* ibique Müllerus. Stryck. *in uſu moderno §. 18. h. t.* Quod idem

Hodierna, diſt. an pactum cum Dæmone expreſſum. & ſimul damnum ſit datum.

an pactum tacitum?

extendi ſolet, ſine expreſſa pactione, nefandam libidinem cum Dæmone exercendo, aliove modo tacite paciſcendo, poſt multos alleg. Carpz. *q. 49. n. 45. & ſeqq.* & *J. F. p. 4. c. 2. def. 2. & 3.* Berl. *p. 4. concl. 5. n. 58.* idque ex mente Imp. *in d. art. 109.* ubi in *f.* Dd. plane nolunt intelligi maleficum vel ſagam pactum expreſſum vel tacitum cum Satana habentem. poſt alios, Zieritz. Stephani. Claſen. & alii, *ad d. art.* Harppr. *d. l. n. 368.* Theod. *c. 7. aph. 4. n. 58.*

Sola abnegatio ſine maleficio an morte puniatur?

Nec tamen deſunt, qui, propter ſolam abnegationem, ſi nullum externum maleficium acceſſerit, pœnam extraordinariam ad mortem extendi poſſe, acriter impugnant, quia magis ſpirituale ſit delictum, & dolo deceptas perſonas ſanctiſſimis inſtitutis reducendas eſſe. Hinc dicit Dunte: *Carolus M. hat Zauber und Zauberin dem Biſchoff, ſie zu bekehren, und nicht dem Richter zu urtheilen untergeben, caſ. conſc. cap. 10. ſ. 3. 1. q. 47.* latiſſime, & poſt multos magnæ auctorit. viros, Harpprecht. *num. 306. & ſeqq.* Thomaſ. *d. l.* Dn. Oſiand. *in Pentateuch. lect. prac. § 41. citt. & Theol. caſual. p. 2. c. 1.* Mayfart. aliique Theologi textum Hebr. *Ex. 22. v. 18.* accipi volunt de prædicto primo caſu, confer. D. D. Graſs *dict. ſect. 14. § 2.* & D. D. Harpprecht. C. *7. n. 207.*

Judex Chriſtianus non nimis ſeverus ſit in puniendo.

Tandem uſu inter Chriſtianos obtinuiſſe notandum, niſi ſingulares circumſtantiæ aliud poſtulent, ut ad flammas damnati Rei prius compreſſis faucibus interficiantur aut ſtrangulentur, ne lenta mors, ob ſævos cruciatus, in blaſphemiam aut deſperationem eos trahat. Dn. Mauriz. *d. tr. de amnes. conſ. n. 1.* Harpprecht. *n. 316.* Melius enim ſemper eſt errare in miſericordia remittendi, quam in ſeveritate ulciſcendi *c. 12. c. 36. q. 7.* Et ſi Reus ante accuſationem veram pœnitentiam agat, pœna alias ordinaria in mitiorem converti debet Berl. *d. Concl. n. 71.* Carpz. *d. q. 49. n. 76. & ſeqq. d. C. 4. def. ult.* Tiraq. *de pœn. temp. q. 60.* Claſen. *d. l. inf.*

Quomodo puniantur magicis artibus nocentes?

XLVI. Sed qui, citra conventionem cum Diabolo, implicitè tamen commercium cum eo habet, magicis artibus utendo, & hominibus vel brutis nocitum ſit, usque ad gladii pœnam deveniri, docent Berl. *d. concl. 9. n. 49.* Carpz. *q. 50. n. 21. & ſeqq.* J. F. *d. C. 2. def. 6.* D. Stryck. *in uſu moderno § 20. h. t.* Claſenius vero, ſi non ingens ſit damnum, pœnam tantum fuſtigationis vult adhiberi. *ad d. art. 109. n. 5.*

has artes docentes, diſcentes. Arioli, & omnes vates?

Jure quidem Civili tam diſcentes, quam docentes: ut & Arioli, qui per tacitam dæmonum invocationem divinare conentur: vid. *c. 2. c. 26. q. 4.* ex cryſtalli vel aſtrolabii inſpectione ſecreta conſulentibus indicantes: & omnes hujusmodi vates gladio puniuntur. *l. 5 l. 8.* ibi Brun. *C. d. t.* Bocer. *Cl. 41. D. 10. th. 37.* Struv. *Exerc. 49. th. 64.* ibique Muller. item de Jure Saxon. Carpz. *q. 50. n. 37.* J. F. *d. C. def. 7.* Berl. *l. n. 54.* Sed alibi, pro ratione circumſtantiarum, juxta *d. art. 109.* arbitrarie

arbitrarie, etiam fuſtigatione, vel relegatione coercentur. Theod. *n. 56.* Ord. Würt. *§. 5.* Sic etiam, qui characteribus & ſuperſtitioſis remediis morbos curant, faſcinationes depellunt: opes abditas indicant: res furto ablatas vel perditas recuperant: juvenes in capro ſibi advehi curant: Schopffer *n. 23. b. 1.* &c. Pariter ac illi, qui tales ſortiarios conſulunt, pro facti qualitate, relegatione, carcere, vel mulcta pecuniaria coercentur. Claſen. *d. l. in f.* Carpz. *d. q. n. 50. usque ad fin.* & *d. C. def. 8. & 9.* Struv. *th. 65.* ibique Muller & pœnitentiam in Eccleſia agere tenentur *cap. 15. c. 26. q. 7. c. 1. & 2. x. de ſortil.* & *d. c. 16. c. 7. q. 2.* ibi: *qui ſine Salvatore ſalutem vult habere, in aſſidua ægritudine laborabit, & ſine vera ſapientia prudentem ſe fieri poſſe æſtimans, in cæcitate noxia ſtultus permanebit.* Artes enim magicæ adeo exoſæ ſunt, ut non tantum earum exercitium, ſed & ſcientia puniatur. *l. 4. C. d. t.* Hinc libros magicos apud ſe habere, aut legere, aut deſcribere prohibetur. *l. 4. §. 1 ff. fam. erc. l. 6 §. 1. C. de Her.* Alb. Gent. *ad l. 1. C. de Malef. & Math.* ſupra *tit. de C. E. §. 18. in med.* Ex imprudentia tamen hic peccantes mitius puniendi ſunt. Ord. Würt. *d. t. §. 6. & 8.* confer. Schrœteri *Diſp. de lamiis* & Diſp. Altorf. *de indiciis in crim. magicis.* Bodini *Diſſ. de fallacibus magiæ indicibus.* D. Thomaſii *Diſſ. de crimine magico.* Nicol. Braid *de legit. maleficos & ſagas inveſtigandi & convincendi ratione.*

XLVII. Tertium Crimen, quod h. t. proponitur & L. Cornelia vindicatur, eſt Incendium, quod cum variis contingat modis, dolo ſc. culpa & caſu, Lubler. *de incend. c. 1. p. 5.* hic intelligitur doloſum, *l. 1. l. 10. ff. b. t. l. 28. §. 12. ff. de pœn. l. 11. C. de his qui accuſ. non poſſ.* quod ob inimicitiam, pro vindicta vel prædæ cauſa, malo ſtudio, ex propoſito data opera immittitur, *d. l. 28. d. l. 11. c. 32. cauſ. 23. q. 8.* eoque pax publica violatur *l. 5 pr. ff. ad L. Jul. de vi publ.* Eſt autem delictum publicum, quo dolo malo incendium fit. *dd. ll.* Rei hujus criminis dicuntur Incendiarii, *d. l. 28. § 12* Sive ipſi ignem appoſuerint, ſive apponi fecerint, ſive appoſitoribus conſilium vel auxilium ſcienter tribuerint. *d. c. 32.* Carpz. *q. 38 n. 48.* Bocer. *de prædat. latroc. & incend. n. 75.* In auxiliatoribus tamen & conſciis diſting. incendium attentatum, an conſummatum ſit? Berl. *p. 4. concl. 24 n. 26.* Si committunt, ut occaſionem ſpoliandi & necandi ſimul conſequantur, dicuntur Incendiarii famoſi. *Mordbrenner.* Sed ſolo odio & nocendi cupiditate accenſi Temerarii audiunt, & ſimplices *Brenner.* Claſen. *ad art. 125.* Sed primo omnium conſtare debet de corpore delicti, incendium ſcil. eſſe factum, & de delinquente, vel ſuſpecto ex legitimis indiciis, quæ inculpatus

Incendium

quale h. t.

quid ſit?

Incendiarii ſunt etiam conſcii.

vel ſunt Famoſi,

vel Temerarii.

Conſtet de corp. del. & ſuſpecto.

 contra-

contrarius conjecturis vel rationibus veroſimilibus eludere nequit. Ord. Crim. *art.* 41. Et confeſſus, ob delicti gravitatem, adhuc ſuper ſpecialioribus circumſtantiis, item inſtrumentis, ſociis & conſciis interrogari debet. Ord. Crim. *art.* 31.

Confeſſus iterum poteſt interrogari.

Pœna de Jure Civ. incendii commiſſi.

XLVIII. Hoc crimen, ob peſſimam, ſiquidem depopulatricem, atque horrendam malitiam, præ aliis deteſtabile dicitur *in d. c.* 32. *ubi pœna de Jure Can. dictata exprimitur*, ac apud Romanos fere ſemper capitale fuit, & malitioſus Reus de Jure Civ. jubetur vinctus prius & verberatus igne necari, vel vivus exuri, vel beſtiis objici; *l.* 9. *l. ſ.* §. 1 *ff. de incend. ruin. naufr. d. l.* 28. §. 12. Interdum vero mitius punitur, gladio ſcil. vel deportatione, juxta *l.* 1. *l.* 10 *ff. h. t. d. l.* 28. §. 12. *d. l.* 9. *d. l. ſ.* §. 1. Namque de Jure Civ. varie diſt. & ſi Incendium doloſum commiſſum in Civitate, Oppido, vel Pago, Bocer. *d. tr. n.* 64. & quidem à Perſona humilis vitæ, aut vilis conditionis, idque ſit magnum, Reus igne comburi, vel, juxta arbitrium Judicis, beſtiis objici ſolebat, quia hæ duæ pœnæ æquiparabantur, *d. l.* 9. & *l. ſ.* §. 1. *d. l.* 28. §. 12. quia incendium in tali loco mortem ignis multis præparat, ideo Reus eandem recipiat. *arg. l.* 7. *ff. de extraord. crim.* Schneidew. *ad* §. 13. *J. de L. Aq. n.* 5. Si non magnum, eſt pœna capitis. *d. l.* 28 §. 12 *l.* 11. *C. de his, qui accuſ. non poſſ.* Sin Incendiarius in aliquo gradu conſtitutus, vel perſona ſit egregia, ob magnum decapitatur: ob parvum deportatur. *d. l. ſ.* §. 1. Quando committitur in Villa, Reus vilis, ob incendium magnum, punitur capite; honeſtior deportatione. Ob parvum ille damnatur in metallum, hic relegatur. *d. l.* 28. §. 12. Paul. *l.* 5. *Sent. t.* 20. Mynſ. C. 5 O. 88. *n.* 5. Berl. *p.* 4. *concl.* 20. *n.* 6. Schneidew. *d. l.* Claſen. *d. l.* D. Graſſ. *in differ. Recess. Imper. Sect.* 16. §. 1. Præterea quivis doloſus vel culpoſus incendiarius ad damni emendationem tenetur. Mynſ. *d. O. n.* 5. Theod. *d. c.* 7. *aph.* 8. *n.* 5. Carpz. *q.* 39. *n.* 40. & 41. Ad æſtimationem damni enim regulariter quivis poteſt civiliter conveniri, cujus dolo vel culpa incendium ortum. Nec per criminalem actionem civili præjudicatur. *l.* 1. *C. quand. civ. act. crim. præjud.* Schneidew. *d. l.* ſupra tit. *de O. & A.* §. 93. vid. Berl. *d. concl.* 24. *n.* 46. & 50.

In Civitate vel Oppido, à perſona vili, ſi magnum,

aut parvum.

Ab egregia.

Si in Villa.

Inſuper damnum eſt reſtituendum.

Pœna de Jure Carol. eſt ignis.

XLIX. Moribus noſtris, juxta Conſtitutionem Crim. Caroli V. Incendiarii doloſi & legitime convicti vivi exurendi ſunt. *Art.* 125. qui propter ſuam generalitatem hodie, ex communi ſententia, etiam generaliter accipitur. Qui enim generaliter loquitur, nihil excipit. *c.* 1. *diſt.* 19. *in med.* Quod confirmant Zieritz. Claſen. Stephani, & alii, *ad d. art.* Gail. *l.* 2. *O.* 22. *n.* 6. Beſold. *p.* 2. *conſ.* 70. *num.* 2. Coler. *p.* 1. *Deciſ.* 186. Stryck. *in uſu*

moderno

moderno §. 22. *h. t.* DD. Graſſ. *d.* §. 1. *ſeſt.* 16. Brunnem. *in proceſ. inquiſitor. cap.* 9. *n.* 81. Neque refert, (1.) Maſculi ſint, aut Fœminæ. Carpzov. *d. q. num.* 19. Coler. *de proc. exec. p.* 4. *c.* 1. *num.* 58. Quandoque tamen ætas mitigat pœ- Ampl. 1.
nam. Carpzov. *J. F. p.* 4. *c.* 17. *def.* 11 ſupra *tit. de priv. del.* §. 18 *&* 19. (2.) 2.
Plebeji, aut Nobiles, quoniam certa à lege definita eſt pœna. Qui enim ſceleribus ſe maculaſſe convicti, honore exuti, inter peſſimos quosque & plebejos habeantur. Nec ſibi poſthac de eo honore blandiantur, quo ſe ipſos indignos judicarunt. *l.* 12. *C. de dignit.* Berlich. *n.* 6. *&* 9. Claſen. *d. l.* Carpz. *d. q. n.* 15 & *J. F. d. C. def.* 1. (3.) Qui ædes In, vel Extra civitatem incenderit. Carpz. 3.
n. 50. Claſen. *d. l.* ubi extendit ad proprias ædes. Carpz. *d. C. def.* 2. (4.) In- 4.
cendium Magnum, aut Parvum, etiamſi ſtatim extinctum fuerit. dd. Auth. Bocer. *n.* 71. *ſed diſtinguit n.* 68. 69. *quoad* 2. *&* 3. *ampliat. idque arg. l.* 2. *l.* 28. *ff. de LL. l.* 32. §. 5. *C. de appell.* Neque (5.) excuſat à pœna ordinaria, etiamſi Reus 5.
offenſus fuerit, vel damnum reſarcire paratus ſit. Nam talis ſpecies defenſionis non eſt proportionata; Nec tranſactio in tam enormi delicto vindictæ publicæ derogare poteſt. Carpz. *n.* 44. *&* 58. & *d. C. def.* 3. *&* 9. Claſen. *d. l. p.* 450. D. Harppr. *Diſſer. Marchic. Badens. p.* 7. *th.* 59. Schöpffer. *n.* 86. *&* Stryck. *in uſu moderno* §. 22. *h. t.*

L. Porro d. pœna extenditur, ſi Incendium attentatum, & ad actum Si incend. attentatum
proximum perventum ſit, materiam incendio commodam alicubi deponendo. arg. *l.* 1. *pr. ff. h. t.* Nam in atrociſſimis delictis conatus pro conſummatione habetur. arg. *l.* 5. *C. de Ep. & Cler.* Berl. *d. concl.* 24. *n.* 21. *&* 42. Zieritz. Claſen. *dd. loc.* Bocer. *n.* 74. Carpz. *n.* 42. add. *J. F p.* 4. *C.* 17. *def.* 7. Theod. *num.* 8. quamvis in certo caſu JCti Tubing. teſte Beſold. *d. l.* pœnam gladii dictarint. Quomodo illi, qui incendium minantur, & minas ſuas exequi ſolent, puniantur? vid. ſupra *tit. de Concuſſ.* §. 4. *& ſeqq.* Si Reus, materiam igni concipien- Si Reus ante
do expoſitam nondum inflammatam, pœnitentia ductus, iterum removerit, ex- inflammatio-
tra ordinem tantum punitur. Claſen. *d. l.* Coler. *d. loc. num.* 2. Carpzovius, *q.* nem pœnituerit.
59. *num.* 3. & *d. C. def.* 10. Struvius, *Exerc.* 49. *th.* 67. ibique Mullerus Benigniorem tamen in puniendo amplectitur ſententiam Theodoricus, Incendiariis Famoſis, ob crimen perpetratum, vel ad actum proximum traductum pœnam ignis: ob attentatum gladii: Simplicibus ob magnum vel parvum, ſed alio concurrente crimine, ignis: Ob parvum vel attentatum in loco periculoſo gladii: vel non periculoſo fuſtigationis aut relegationis dictandam putans. *d. l. num.* 8. *& ſeqq.* Sicut etiam nimis duram dicit pœnam ignis pro incendio ſimilis Zieritz. *d. l.* Et quia quælibet cauſa delinquentem à dolo

quoad pœnam mitigandam excuſat, ita, quamprimum dolum abfuiſſe conjecturari poſſit, durior pœna ceſſat. *Carpz. q. 39. n. 10. 11.*

Ex incendio Culpoſo, Lata Culpa, Reus tenetur ad damnum, qua actione?

LI. Sequitur Incendium culpoſum: Sicuti autem culpa uniformis non eſt, ſupra *tit. Commod. §. 30. & ſeqq.* ita ſi Lata culpa, ſupina ſcil. alicujus negligentia, incendium exortum fuerit, *l. 11. ff. de incend. ruin.* Reus ad damnum ac intereſſe tenetur Actione incendiaria, vel incenſarum Ædium, *l. 7. §. 13. ff. de Pactis.* quam uſitatam dicit Bocer. Actionem L. Aquiliæ, per *l. 27. §. 7. & ſeqq. ff. ad L. Aq.* add. ſupra *ad eund. tit. §. 18. ſeqq.* Bocer. *num. 89. & 90.* D. D. Graſſ. *in Collat. Jur. Rom. & Receſſ. Imper. & Ordin. & Criminal. §. 1. ſect. 16.* Berlich. tamen ad damnum conſequendum etiam Condictionem ex Lege, & actionem ex Edicto Prætoris de incend. ruin. naufr. concedit. *d. p. 4. concl. 25. num. 10. 11.* add. Carpzovius, *q. 39. num. 39.* Et ſi damna aliter non appareant, probari poſſunt per juramentum in litem contra incendiarium. Berlich. *num. 13.* Claſen. *ad art. 125. inſ.* Qui

& punitur extra ordinem ſed citra mortem.

inſuper puniri poteſt. *d. l. 11.* Sed quia certa pœna non determinatur, extraordinaria intelligitur; *l. 1. §. 1. ff. de Effract.* quæ, citra mortem, pro ratione circumſtantiarum & perſonarum, eſt vel fuſtigatio, relegatio, carcer, vel pecuniaria. *l. 3. §. 1. ff. de offic. præfect. vigil.* Berlich. *n. 7. 8.* Carpz. *n. 36. & def. 12.* Bocer. *d. tr. n. 87. & ſeq.*

Levi culpa.

LII. Incendio Levi culpa orto, non adhibendo diligentiam, quam quilibet paterfam. bonus & frugi ſuis rebus adhibuiſſet, *l. 31. §. 4. ff. de contrah. empt. l. 11. ff. de peric. & comm. rei vend.*

ex. grat.

verbi grat. ſi quis abjectum mucum luminis candentem non extinguat: candela menſæ impoſita non extincta cubitum eat: plures conjecturas culpæ levis commiſſæ vid. apud Berlich. *concl. 25. num. 90. & ſeqq.*

damnum eſt reſarciendum.

tunc Actione L. Aquiliæ læſis extra dubium damnum datum eſt reſarciendum. *l. 9. ff. de incend. d. l. 28. §. 12. l. 1. C. de L. Aq.* Quod ſi ex inopia ſolvere nequeat, luat in corpore. *d. l. 9. l. 28. §. 12.* Sed quæritur: An, præter damni emendationem, etiam pœna locum habeat? & negandum videtur, *d. l. 9. d. l. 28. §. 12.* ubi alternative dicitur, *quod damnum resarcire, vel caſtigari debeat.* Brunnem. *ad d. l. 9.* Schneidew. *d. num. 5.* Communior tamen opinio, & quæ in praxi obtinet, punit incendium levi culpa

& pœna pecuniaria. Limit.

commiſſum etiam criminaliter; ſed pœna pecuniaria fiſco applicanda; per *l. 11. ff. de incend.* Schneidew. *d. l.* ſi Reus ſit inops, vel incendium magnum, leviori corporali caſtigatione, carcere, vel etiam relegatione punitur. Berlich. *d. concl. 25. n. 18. & ſeqq.* Carpz. *d. q. 39. n. 36.* Bocer. *n. 97. & ſeq.* ubi partic. vel

in

in *d.* §. *12.* reſtringit ad civilem actionem & caſum damni præſtandi Berlich. vero *d. l. 9.* vult intelligi de culpa leviſſima. Cui autem probatio Culpæ, ædium inhabitanti, num Actori incumbat? vid. Carpz. *n. 51. & ſeqq.* Schilter. *Ex. 5. §. 11. & ſeq* Finckelt. *Obſ. 89.* Berlich. *n. 83. usque ad fin.* ubi *n. 110.* quod paterfam. ex incendio domeſtici, qui pro fideli habitus, non teneatur. Carpz. *def. 14.* add. ſupra *tit. locat. §. 120.* & maxime Vinn. *ſel. quæſt. lib. 1. q. 33. per tot.* Quis probet culpam?

LIII. Si Leviſſima culpa exortum, tunc quis ad nullam quidem pœnam, ſed tamen ad emendationem damni tenetur; vel ſi non habeat in ære, minori pœna corporali afficitur. *d. l. 9. d. l. 28. §. 12.* Hancque Damni reparationem civili actione Legis Aquiliæ peti ſimpliciter, dicit Bocer. *d. l. n. 100.* Sed hæc non indifferenter procedunt, cum damnum reſarcire teneantur illi tantum, qui culpam leviſſimam ex natura negotii præſtare debent. Et quamvis, juxta *l. 44. ff. ad L. Aquil.* dicta actio detur ex culpa leviſſima, attamen *d. l.* reſtringitur ad illa negotia, in quibus præſtanda venit culpa leviſſima. ſupra *tit. ad L. Aquil. §. 9.* add. Berl. *n. 36.* ubi explicat, quinam ad hanc claſſem pertineant? Leviſſima culpa, & damnum reſarcitur.

LIV. Si vero Incendium caſu fortuito contigerit, eſt impunibile, usque adeo, ut nec civiliter ad damnum & intereſſe aliquem obliget. *l. 8. l. 11. ff. de incend.* Schneidew. *d. l.* quod late exemplificat Berlich. *d. l. n. 53. & ſeqq.* add. ſupra *tit. Commod. §. 46.* & Gail. *l. 2. O. 22. n. 7.* ubi allegat. præjud. quo committens culpam ad caſum incendii fortuitum immediate ordinatam ad emendationem damni dati fuit condemnatus. Ex caſuali incendio nemo obligatur.

TIT. IX.

DE L. POMPEJA DE PARRICIDIIS.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 18. §. 6.* Cod. *Lib. 9. Tit. 17.* Extra. *Lib. 5. Tit. 10. & 11.*

§. I.

HÆc lex de Parricidiis nomen ſuum accepit à Cn. Pompejo M. qui eam tertio ſuo Conſulatu tulit anno U. C. 781. Harppr. *ad §. 6. J. de P. J. n. 1.* quamvis hanc in rem etiam Corn. Syllam legem tuliſſe, doceat Pompom. *l. 2. §. 32. ff. de O. J.* & *l. 9. pr. ff. h. t.* dicitur, pœnam *more majorum* inſtitutam eſſe. Parricidii

Vocabulum Parricidii accipitur vel (1.) Late, pro qualicunque homicidio, quaſi paris hominis; unde judices rebus capitalibus præpoſiti *Quæſtores Parricidii* vocantur. *l. 2. §. 23. ff. de O. J.* (2.) Stricte pro cæde conjunctarum perſonarum. *§. 6. J. de P. J. l. 1. l. 3. l. 4. ff. h. t. L. un C. de his, qui par. vel lib. occid.* Homon.

(3.)

(3.) Strictiſſime pro homicidio Parentum, & dicitur Parricidium per Syncop. quaſi Parenticidium. In Stricta ſignif. & h. L. definitur, quod ſit crimen publicum conjunctas perſonas doloſe occidendo commiſſum. d. l.

Definitio.

Div. in Proprium.

II. Divid. in Proprium, & Improprium. Illud eſt, quod in Aſcendentes, vel Deſcendentes committitur. d. §. 4. L. 9. §. 1. ff. h. t. d. l. un. Huc Carpzovius referri vult Conjuges, ob arctiſſimum inter illos vinculum; J. F. p. 4. C. 3. def. 6. & Pr. Crim. q. 12. n. 10. dicuntur enim una caro, Geneſ. 2. v. 24. ſicut Pater & filius una perſona. l. f. C. de Imp. & al. ſubſt. Hoc eſt reliquarum conjunctarum perſonarum cædes. cit. 8. ff. h. t. Cauſa Effic. Prox. ut ſcil. L. Pompeja coerceatur, eſt doloſa, perſonas conjunctas occidendi, voluntas. d. §. 4. & d. l. 1. Requiritur itaque (1.) Voluntas. (2.) Malitioſa. (3.) Occidendi, (4.) Perſonam conjunctam. d. L. 1. Sicut enim Parricidium non eſt homicidium ſimplex, ſed qualificatum: ita & C. Eff. qualificata eſſe debet. add. Joh. Voet. n. 6. h. t.

& Improprium. C. E. P.

Non h. L. tenentur ob defectum voluntatis furioſi,

III. Hac ergo L. non tenentur, (1.) ob defectum Voluntatis, per furorem, Parentem vel liberos interficientes; propter L. 40. ff. de R. J. Sed tales diligentius cuſtodiri, vel ob majorem ſecuritatem vinculis coerceri debet. d. L. 9. §. f. l. 14. ff. de Offic. Præſ. Schilter. ad ff. Ex. 49. §. 128. (2.) Item, qui ex perturbata mente falſa imaginatione, deſperatione vitæ & melancholia tale quid committunt. poſt multos, Hergius, p. 2. q. 38. ubi n. 55 caſus, quo Matri tenellam infantem occidenti fuſtigatio cum perpetua relegatione dictata. add. Schilt. Ex. 49. §. 127. Hahn. ad 15 cſ. tit. de pæn. N. 10. Stryck. in uſu moderno §. 14. de privat. delict. D. Harpprecht. Reſp. 26. (3.) Parentes infantulum in ſomno opprimentes. Qui tamen, quoniam omni culpa haud carent, etiam extra omnem pœnam non ſunt. C. 3. x. de his, qui fil. occid. Carpz. d. C. def. 14. & Pr. Cr. q. 11. n. 31. & ſeqq. Menoch. A. J. Q. caſ. 356. n. 76. Stryck. in uſu moderno §. 18. de privat. delict. præc. tit. ad L. Corn. de Sic. §. 35. (4.) Si non eſt animus directus atque doloſus occidendi, ut ſi Pater filium corrigens modum excedendo necaverit, nec parricidii pœna tenetur, arg. L. 1. ff. h. t. l. 7. C. ad L. Corn. de Sic. Carpz. def. 12. & q. 11 n. 9. & ſeqq. (5.) Lata culpa Parentes vel conjunctas perſonas occidendo, cum illa in hiſce judiciis dolo malo non æquiparetur. l. 7. ff. ad L. Corn. de Sicar. Hinc ſtupratæ, quia ad puerperium occultandum neminem advocaverit, & ſic partum negligendo cauſa mortis extiterit, fuſtigationis pœnam dictatam refert Carpz. d. q. 11. n. 22. & ſeqq. d. C. 3. def. 13. Cui accedit Sande, ſi mulier ſola quidem enixa, nec per torturam de infanticidio convicta, aliove modo gravata ſit. Dec. Friſ. L. 5. t. 9. def. 8. Vel de corpore occiſi non conſtet,

Deſperatus & Melancholicus.

in Somno.

Excedens in corrigendo.

Lata Culpa occidens.

An Fœmina partum negligens.

conſtet, niſi ex ſola Reæ confeſſione. Theod. *Crim. c. 7. aph. 8. n. 22.* Attamen talis fœmina cum ſciat, aut ſcire debeat, infantem recenter natum plerumque perire, niſi debito modo ipſi ſubveniatur, ob indirectam occidendi voluntatem, plerumque capite plecti ſolet; maxime, ſi, imminente partu, de pœna admonita, graviditatem abnegaverit, partum vivum & perfectum celaverit, iſque in loco ſuſpecto mortuus reperiatur, & ſimiles circumſtantiæ concurrant. B. Dn. Parens, *Diſſ. Jur. Comm. & Wirt. in cauſ. crim. th. 25. n. 10. 11.* vid. *Ord. Crim. art.* 131. & ibi Claſen. *Wirt. Ausſchr. de anno 1658. d. 1. Mart.*

IV. (6.) Ob ceſſantem dolum, ſi Filius Patrem hoſtem Patriæ occiderit. *l. 35. ff. de relig. & ſumpt. fun.* ibique Brunnem. quod tamen Dd. merito reſtringunt ad caſum extremæ neceſſitatis ut periculum Reip. aliter evitari nequeat. Ergo non pertinet ad Patrem bannitum, uti, poſt alias ampliationes, recte probat Berl. *p. 4. concl. 6. n. 27. & ſeqq.* Ad ſui tamen inculpatam defenſionem late extendit Harppr. *ad §. 5. J. de P. P. n. 222. & ſeqq.* Kremberg. *de neceſſ. ſui defenſ. q. 3.* Sed extra illum publicæ extremitatis caſum filius conſcientiæ ſuæ magis conſulit, ſi nunquam arma contra Patrem ſumit, nec ad ſui defenſionem; Licet enim LL. contemptor & impius ſit, tamen Pater eſt. *N. 12. c. 2.* Frenck. *de prov. par. proleg. n. 25. pr. 2. c. 2. n. 17. 19. & c. 6. n. 10.* Menoch. *A. J. Q. l. 2. caſ. 90. n. 45.* Dn. Mauritt. *de vita defenſ. ſav. th. 12.* ubi ita inquit: *Potius magis convenire putamus, ſi mortem potius patiantur Subditi & filii, quam Principem aut Patrem aggreſſorem interimant* juxta AA. alleg. à Kremb. *d. l.* add. ſupra *tit. de obſeq. par.* Alium caſum licitum vid. *in l. 23. §. 4. ff. ad L. Jul. de adult.* (7.) Interficiens de nocte, vel inſolito habitu veſtitum, aliove modo ex errore Patrem, quem extraneum credebat, quia voluntas quidem malitioſa occidendi adeſt; ſed non conjunctam perſonam, ideoque tantum de homicidio Cornelia, ſed non L. Pompeja de Parricidio tenetur. Carpz. *q. 18. n. 14. & ſeqq.* Item ſi fiat in conflictu. Menoch. *A. J. Q. caſ. 356. n. 28.* Licet alias in delictis dolus præſumatur, hoc tamen caſu, propter qualitatem conjunctionis & ſanguinis, ſecus eſt. Berl. *p. 4. concl. 6. n. 58.* Joh. Voet. *n. 6. h. t.*

Ob ceſſantem dolum, in Patre hoſte, temp. extremæ neceſſitatis. An ad ſui defenſionem?

ex errore.

in conflictu.

V. Subjectum Activum ſunt perſonæ conjunctæ, ſcil. ratione ſanguinis, cognationis, vel affinitatis, vel ſingularis affectionis, vel beneficii inæſtimabilis. *d. l. 1. d. l. un.* Poteſt tamen Extraneus, qui conſcius eſt, hujus criminis particeps fieri, & pœna Parricidii affici. Nam ſufficit conjunctio inter perſonas principales. *d. §. 6. J. l. 6. ff. h. t.* Conſcii autem hic intelliguntur, non qui, ſine participatione, tantum notitiam ex rumore forſan perlato habent criminis, & non manifeſtarunt; de quali caſu loq. *l. 2. ff. h. t.* ſed opem ferendo complices & participes ſunt, e. gr. ſi quis filio mutuo dederit pecuniam ad

Subj. Act. ſunt perſ. conjunctæ, unde ita dicantur?

Et conſcii qui complices.

venenum comparandum, quo Patrem occideret. *l. 7. ff. h. t.* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 32. th. 7. lit. F.* Theod. *Crim. c. 7. aph. 4. n. 16.* Joh. Voet. *n. 5. h. t.* Sperelli *Dec. For. Eccleſ. 60. n. 61. & 62.* Farinac. *in prax. crim. Q. 120. n. 139.* Carpzov. *in prax. crim. Q. 11. n. 54. & ſeqq.*

Subj. Paſſ. vel Obj. ſunt conjuncti ratione I. Sanguinis. Aſcendentes.

VI. Subjectum paſſ. vel Objectum ſunt perſonæ conjunctæ antea recenſitæ. Committitur itaque in perſonas conjunctas I. ratione Sanguinis. Quales ſunt (1.) omnes Aſcendentes. *l. 1. ff. h. t. d. l. un. C.* Cujuſcunque Sexus, *d. l. 1. l. 51. ff. de V. S.* vel Gradus. *d. l. 1. l. 4. §. 2. d. l. 6. ff. de in jus vocand. d. l. 51.* Legitimi ſint, ſive Illegitimi, quia Lex Pompeja ſubſtantiam, naturam, & ſanguinem, non qualitatem parentum reſpicit. Illegitimi enim liberi acceperunt quoque vitam à parentibus illegitimis. *l. 6. ff. de in jus voc.* Carpz. *d. C. def. 2. n. 12. & Pr. Cr. q. 8. n. 38. q. 9. n. 15.* Harppr. *ad d. §. 6. n. 10.* Berlich. *p. 4. concl. 6. n. 55. & ſeq.* Joh. Voet. *n. 3. h. t.*

Deſcendentes.

(2.) Deſcendentes, ſi ab Aſcendentibus occidantur. *d. §. 6. d. l. 1. d. l. un. C.* D. Harppr. *Reſp. 52. usq. ad 57.* v. gr. Si Mater filium filiamve occiderit, aut Avus (ſcil. maternus. Bach. *d. th. 7. lit. E.*) nepotem. *d. l. 1.* ubi notandum, quod in *d. l.* Patris non fiat mentio, quia Patri olim jure P. P. filium ſine crimine occidere licebat. *l. 11. in f. ff. de lib. & poſt. l. ult. C. de Patr. Pot.* vid. Diod. Sicul. *lib. 1. antiq. c. 3.* Sed poſtquam Patri hæc poteſtas eſt adempta, etiamſi audiverit filium facinoroſum *l. 3. C. de P. P.* hinc dubio caret, quin & hodie in ipſo hujus L. pœna obtineat. Nam P. P. in pietate debet, non atrocitate conſiſtere *l. 5. in f. ff. h. t.*

Obj. Reſp.

Nec obſt. *l. 2. ff. ad L. Corn. de Sic.* Inde enim ſequitur, de jure Pand. Patrem filium propria autoritate occidere non poſſe, niſi à Magiſtratu auditum & damnatum. Interim argumentum à contrario ſenſu non procedit, ubi contrarius juris diſpoſitioni reluctat intellectus. Harppr. *ad d. §. 6. n. 9.* Simon. *præſid. Acad. p. 3. D. 9. cap. 9.* Nec etiam refert, cujus ſexus, vel gradus ſint Deſcendentes. *d. l. 1.* & per generalitatem *in d. §. 6. & d. l. un. l. 10. ff. de Senat. l. 3. §. 6. ff. de aſſign. libert. l. 220. ff. de V. S.* Legitimi, vel illegitimi. *arg. d. l. 6.* Qui tamen natum ex publico ſcorto, cum quo & ipſe rem habuit, occidit, homicidium, ſed non infanticidium ſtrictè loq. committit. *§. 12. J. de Nupt.* Carpz. *def. 3. & d. q. 9. n. 10.* Bardili *Exerc. 36. C. E. fin.*

& Collaterales

Collaterales, in Fratrem, Sororem, ſive ex utroque, ſcil. germanum, ſive ex uno latere, ſc. patruelem, i. e. conſanguineum, vel matruelem, i. e. uterinum, *d. l. 1.* Patruum, Avunculum, Amitam, Materteram, Conſobrinum & Conſobrinam, nimirum usque ad quartum gradum, ſecundum computationem civilem per *d. l. 1. l. 3. ff. h. t.* Jure Sax. perpetratur inter perſonas, quæ jure Divino matrimonio jungi prohibentur. Carpz. *d. C. 3. def. ult. & Pr. Crim. q. 13. n. 31. ſeqq.*

VII.

VII. II. Ratione Affinitatis conjunctæ ſunt (1.) in Linea aſcendenti, qui Parentum & liberorum loco veniunt; *l. 4. ff. h. t.* ut Socrus, Gener, Vitricus, Noverca, Privignus. *l. 1. l. 3. ff. h. t.* (2.) In Linea collaterali, ſic fratris uxorem occidens hac lege tenetur. Carpz. *d. C. def. 11.* Licet autem affinitas per ſponſalia non contrahatur, *§. 9. J. de Nupt.* hoc tamen caſu per ſponſalia contracta videtur. *l. 4. ff. hoc tit.* III. Ratione ſingularis Affectionis. *d. l. un. d. §. 6.* (ubi in nonnullis editionibus legitur *affinitatis*, quod vocab. cum fonte *d. l. un.* non convenit, ſed per errorem ſubſtitutum eſt. Harpprecht. *n. 29.*) Conjuges, *l. 1. ff. h. t.* & hoc in ſpecie dicitur Mariticidium, vel Uxoricidium. Licet etiam Sponſus & Sponſa nec Maritus, nec Uxor audiant, hicque omiſſi ſint, ſententia tamen legis continentur. *l. 3. ff. h. t.* Carpz. *q. 12. n. 30.* IV. Ratione Beneficii inæſtimabilis, nimirum inter libertum & Patronum. *l. 1. ff. h. t.* Sicuti enim Liberi à Parentibus Naturalem: ita Liberti à Patronis Civilem vitam accipiunt. *§. 7. J. qui & ex quib. c. m. l. 106. ff. de R. J.*

Rat. II. Affinitatis in lineis aſcend. & collat.

Rat. III. Singularis Affectionis.

Conjuges. Deſponſati.

IV. Beneficii inæſtimabilis.

VIII. Forma partim dependet ab objecto, partim ab ipſo facto ſ. cæde; ſive quis clam, ſive palam auſus fuerit; *d. §. 6. d. l. un.* ita tamen, ut juris intellectu conatus pro ipſa cæde puniatur. *l. 1. in f. ff. h. t.* & per text. ott. ſupra *tit. de obſeq. par. §. 4.* quod tamen reſtringendum ad liberos Parentes ſuos interficere conantes. Berl. *d. concl. 6. n. 48.* Moribus tamen noſtris, & ex generali ubique fere locorum recepta conſuetudine, diſting. An Conatus actui proximus, & læſus damnum permanens acceperit, quod pœna gladii: vid. Ord. Crim. *art. 178.* Sin tale damnum non datum, fuſtigatione cum perpetua relegatione vindicatur. Conatus vero parricidii adhuc in actu remoto ſubſiſtens, veluti, ſi quis emerit venenum, & propinare volens non potuerit, quamvis de J. Civ. Lege Pomp. puniatur, *l. 1. in f. ff. h. t.* Harppr. *n. 14.* hic ipſe tamen addit, judicem temperare & mitigare poſſe, ſicque hujus arbitrio relinquitur. De his, & quomodo injuriæ leviores contra pietatis officium in parentes commiſſæ puniantur? vid. Carpz. *q. 17. per tot.* & *d. C. def. 10. & ult.* add. ſupra *tit. de obſ. par. §. 4. & §. 5. de delict. privat.*

Forma conſiſtit in cæde. Sufficit quoque Conatus.

Moribus diſting.

IX. Finis varius eſt, modo ad hæreditatem lucrandam, modo ad crimen occultandum, &c. Effectus eſt pœna, ſi de corpore delicti certo conſtet, Carpz. *q. 16. per tot.* & *d. C. def. 16.* atrociſſima, quia crimen eſt aſperrimum. *d. §. 6.* De Jure Divino Maledictus ſit non honorans Parentes. Deut. *c. 27. v. 16.* Parentibus maledicens morte moriatur. Exod. *c. 21. v. 17.* *Lev. c. 20. v. 9.* Exemplo Chami, Gen. *c. 9. v. 25.* Rubenis, Gen. *c. 49. v. 3.* Abſolonis, 2 Sam. *18. v. 9. & v. 18.* immo ſit Statuæ, quam Abſolon in convalle regis in ſui memoriam

Finis. Effectus eſt pœna.

conſi-

confici curavit; hocque monumentum artificioſæ & ætatem ferentis ſtructuræ hodienum conſpici, ſed nunc cippi infamis vicem gerere, adeo ut nullus Turcarum vel Arabum prætereat, qui non Abſaloni, ceu filio quondam immorigero, maledicat, patet ex Diario Hallenſi mſct. Menſ. Sept. 1706.

De Jure Civ. in linea recta eſt pœna culei.

Jure Rom. diſting. An crimen commiſſum ſit in linea recta in Aſcendentes, vel Deſcendentes, & Reus culeo inſutus in mare dejiciebatur. Secutis temporibus vipera & ſimia jungebantur. Poſtea hæc pœna abiit in deſuetudinem, & Legis Corneliæ obtinuit. *d. l. 1.* Schult. *d. §. 127.* Imo Reus beſtiis objectus, vel etiam vivus concrematus fuit. Paul *l. 5.* Sent. *tit. 24.* Harppr. *n. 17* Theod. *num. 18.* Tandem ſancitum, ut virgis ſanguineis (i. e. ad ſanguinem eliciendum) verberatus, culeo una cum cane, gallo gallinaceo, vipera & ſimia (*cujus rationes* vid. ap. Forſter. *de jurisd. Rom. p. 1. n. 16. & ſeqq.* Carpz. *q. 9. n. 10.*) inſutus, in vicinum mare vel amnem projiciatur, ſicq; omnium elementorum uſu vivus carere incipiat, ei cœlum ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur. *l. 9. pr. ff. h. t.* Illamque Imp. Conſtantinus quoque, omiſſa tamen virgarum cæſione, reſtituit, *d. l. un.* ut & confirm. Imp. Juſtin. *in d. §. 6. h. ſt.* Carpz. *q. 8. n. 8. & 9.* D. D. Geaſl. *ſect. 17. Diſſer. 3. Receſſ. Imper. & ordinat. Crim.* vid. tamen Dn. Voet. *h. t. §. 2.*

etiam Jure Carol.

X. Dictam culei pœnam, ob barbaram ſeveritatem, hodie in uſu eſſe deſiiſſe, cum aliis, ſentit Harppr. *n. 30.* Joh. Voet *n. 4. h. t.* Sed de Imperio R. G. contrarium defendit Berlich. *p. 4. concl. 6. n. 6* Coler. *dec. 157.* Carpz. *d. q. n. 15.* & *d. C. def. 1. n. 4.* Struv. *Exerc. 49. th. 68.* ibique Mullerus per Ord. Crim. *art. 131.* ubi ſuffocatio in aquam conſtituitur, cujus qualitas ex Jure Civili deſumenda, eique tamdiu inhærendum donec contraria in uno vel altero loco recepta probetur conſuetudo. Sic dicta culei pœna paulo mutata multis in locis hodienum locum habet, & in Elect. Saxon. teſte Carpz ſacco lineo (ut ſtatim ſuffocentur) inſuuntur una cum dd. animalibus; ſed loco ſimiæ, felis & ſerpens, ſi haberi nequeat, depictus inſeritur. *q. 8. n. 19. & ſeqq.* Stryck. *in uſu mod. §. 1. h. t.* Nec refert, cujus ſexus vel gradus Parentes vel liberi iidem Legitimi, an illegitimi & inceſtuoſi ſint, per ea, quæ *prec.* §. 6. Carpz *d. c. d. 1. 2.* Joh. Voet. *n. 3. h. t.*

modo Reus & Occiſus ſanguine juncti.

Sed conſtare debet, Reum & Occiſum in linea recta ſanguine eſſe junctos. Hinc fornicator natum ex proſtibulo interficiens punitur tantum gladio, ut homicida, quia non conſtat, an infans ex illo conceptus ſit *prec. §. 6.*

XI. Deficiente vero aquæ commoditate hi miſeri Rei de Jure Civ. beſtiis objiciuntur *d. l. 9. pr.* Sed de Jure Saxon. hodie rota plectuntur. Carpz. *q. 8. n. 23. d. C. def. 1 n. 8.*

Hodie diverſimode puniuntur.

In iis vero locis, ubi pœna Juris Civ. in deſuetudinem abiit, aliæ ſatis atroces ſurrogatæ ſunt, nimirum ut vivi defodiantur palo præacuto

per

per corpus transfixo: vel in quatuor partes diſſecentur: dolio incluſi in flumen projiciantur. forcipibus candentibus prius lacerentur: ad ſupplicium rapientur. Harppr. *d. n. 30.* Ob reiterationem enim, aliasque enormitates pœna exaſperari ſolet. Carpz. *q. 14. per tot.* D. D. Graſſ. *dict. ſect. 17. diff. 3.* vid. Ord. Crim. *art. 131.* In Ducatu Würt. teſte experientia, parricida ad ſupplicium raptari & rota plecti: Infanticidæ vero gladio puniri ſolent, B. Dn. Parens, *d. l. n. 6.* Beſold. *C. 207. n. 3.* D. Harppr. *Reſp. 34. & Conſil. nov. 45. n. 118.*

XII Si mulier infantem ita exponat, ut fame & inedia eum perire oporteat, deſuper convicta, mortis pœnam æque ſuſtinebit. Ord. Crim. *art. 132.* ibi Claſen. Berl. *concl. 7. n. 35.* ſupra *tit. de Extraord. crim. §. 8. n. 14.* Jure Saxon. pœna culei dictatur. Carpz. *q. 10. n. 8. 9.* Sed filius à patre ita expoſitus, ſi major factus Patri impias manus inferat vel occidat, non fit Reus parricidii. per *C. un. X. de infant. & lang. expoſ.* Berl. *concl. 6 n. 59. & 60.* vid. tamen Eneck. *pr. 2. c. f. n. 10.* Porro abortus procuratio, prægnantem ea intentione verberando, ſive poculum propinando, &c. quandoque infanticidii rationem habet. juxta Ord. Crim. *art. 133.* ibi DD. & per ea, quæ ſuprà *tit. de Extr. crim. §. 4.* add. Molin. *de J. & J. Tom. 4. Diſp. 27.* Damhoud. *c. 74. n. 13.* Berl. *p. 4. concl. 8. ſeqq.* Reliqui præter opinionem parricidium committentes extra ordinem puniuntur Carpz. *q. 15.* Infantis expoſitio ut puniatur. abortus procuratio, &c.

XIII. In alias perſonas conjunctas hoc crimen committens punitur gladio *l. 9. §. 1. h. t.* Hodie tamen, ſi occiſor nec verbis nec factis offenſus, ſed ex propoſito occiderit, fieri ſolet, ut ante principalem executionem ferro candenti aduratur, vel trahæ illigatus ad locum ſupplicii rapteur, vel poſt executionem cadaver vel caput rotæ imponatur. per Ord. Crim. *art. 137. inf.* Carpz. *q. 13. n. 42.* Et locum habet in parricidio commiſſo (1.) in Collaterales, v. gr. in Fratrem, Sororem, utrinque etiam ex uno tantum latere. Carpz. *q. 13. & def. 8.* Bocerus quidem *Cl. 4. D. 4. th. 47.* refert caſum, ubi Sororicidæ pœna rotæ dictata; verum ob ſpem lucri latrocinium erat commiſſum. (2.) In reliquos Conſanguineos, Patruum, Avunculum &c. Carpz. *q. 13. n. 19 & ſeqq.* (3.) In Affines, in linea aſcendenti, deſcendenti, ut & transverſali, v. gr. in Vitricum, Novercam, Socerum, Socrum, Privignum, Privignam, Generum, Nurum Carpz. *q. 8. n. 29. q. 9. n. 62. ſeqq.* Sororium, Fratriam &c. Carpz. *q 13. n. 30. d. C. 3. def. 4. ſ. 9. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. & 2. h. t.* D. Harppr. *Conſil nov. 79 & differ. March. Bad. p. 7. th. 26.* Joh. Voet. *n. 4. h. t.* Nec obſt. *d. §. 6. J. de P. J.* vid. *prae. §. 7.* In alios conjunctos eſt gladius. Ut ſunt Collater. Conſang. Affines.

Conjuges. Deſponſati. XIV. (4.) In Conjuges. per *d. l. 9. §. 1. ff. h. t.* Ord. Crim. *art. 137. in f.* D. Harpprecht *Reſp. 26. & 27. & Reſp. 36.* Item in perſonas Deſponſatas. per dicta *in prae. §. 7.* Pro Parricidio quidem in conjuge pœnam culei de Jure Civ. obtinere, ſicut & de Jure Sax. docet Carpzov. *def. 6. & q. 12.* per *d. l. un.* quia maxima affectio conjuges intercedere debet. Berl. *concl. 7. n. 34. & ſeqq.* ubi mult. ampl. Hodie tamen pœnam gladii cum exaſperatione præc. *§. 13.* communem eſſe, probat Hahn. *ad W. h. t. in f.* Simon, *d. l. in f.* Theod. *n. 26.* Brunnem. *ad l. 9. ff. h. t. n. 1.* ſed vid. *ad d. l. un. num. 6.*

Patronus. (5.) In Patronum. per dicta in *prae. §. 7. in f.*

Hæc pœna mitigatur. Nunquam præſcribitur. XV. Quomodo hæc pœna mitigetur, ſi ex juſto dolore, *l. 5. ff. h. t.* melancholia, ebrietate, ira, &c. parricidium ſit commiſſum, collig. ex præced. add. Carpz. *q. 18.* Menoch. *A. J. Q. caſ. 356.* Hæc tamen pœna, ob nimiam atrocitatem, nullo tempore præſcribitur, *l. 13. ff. de SCt. Silan.* eaque propter eorum, qui parricidii pœna teneri poſſunt, ſemper accuſatio permittitur. *l. f. ff. h. t.* ibi Brunnem. Bach. *d. th. 7. lit. G. in f.* ſupra *tit. de div. temp. praſcr. §. 16.* Diſſ. Theod. *num. 17.*

TIT. X.
DE L. CORNELIA DE FALSIS, ET DE SCTO LIBONIANO.

Inſt. *Lib. 4. T. 18. §. 7.* Cod. *Lib. 9. Tit. 21. 22. 23. 24. 25. Lib. 12. T. 60. l. 11.* Nov. *73.* Diſt. *19. c. 3.* Cauſ. *22. q. 2.* Extra. *L. 5. T. 20.*

§. I.

Falſi Etymol. Homon. Synon. JUdicior. Publ. Species crimen Falſi hoc tit. propoſitum eundem authorem cum L. Cornelia de Sicar. habet, *l. 2. §. 32. ff. de O. J.* Falſum, à fallo, quod à fando derivat Varro, Dn. Grav. *Diſp. de Crim. falſi th. 1.* accipitur (1.) Latiſſime, pro omni eo, quod veritati contrarium eſt, etiamſi non procedat ex fraude & dolor v. *l. 15. §. 3. ff. de reb. dub. c. 4. cauſ. 22. q. 2.* (2.) Late, pro fraudulenta veri immutatione. *c. 3. & 2. ſeqq. d. q.* (3.) Stricte, pro falſo Juridico, quo, cum dolo, veritas in alterius præjudicium immutatur, & hac Lege tanquam Publ. Jud. notatur, §. *7. J. de P. J. l. 1. l. 2. l. 16. pr. l. 22. pr. l. 23. ff. & paſſim h. t. l. 1. ff. de P. J.* Hæc L. Cornel. de Falſis vocatur, item Lex teſtamentaria, *d. §. 7. l. 30. ff. h. t. l. 6. §. 1. ff. de extraord. crim.* Lex Corn. de Teſtamentis, *l. 1. pr. ff. de Publ. Jud.* Lex Nummaria; Cic. *Orat. in Verrem. 3.* quia majore ex parte de falſo circa teſtamenta & nummos cavetur.

tur. *l. 2. l. 8. l. 9. l. 19. ff h. t.* Vinn. Franzk. Harpprecht. *ad d. §. 7. n. 1.* Bocer. *Cl. 4. D. 15. th. 5. & 9.* Stryck. *Diſp. de falſ. prec. princip. oblat.*

II. Falſum hic eſt crimen publicum, quo veritas, in alterius damnum & præjudicium, improbe immutatur, quodque ſpeciali hac lege, tanquam falſum, notatur. Gilhauſ. *arb. crim. c. 2. t. 26. n. 1.* Dicitur Publicum. *l. 1. ff. de P. J.* De reliquis Defin. verbis in ſeqq. — Definitio.

III. Dividitur hoc crimen in Verum vel proprie dictum, & Quaſi falſum. *l. 1. §. fin. l. 27. pr. ff. h. t. l. f. C. de probat.* Bocer. *d. l. th. 3.* Illud eſt, quod L. Corn. de falſis notatur & coercetur, & commiſſum eſt vel circa teſtamenta. *d. §. 7. J. l. 1. §. 8. l. 2. l. 14. l. 15. pr. §. 1. l. 30. pr. ff. l. 14. l. 16. C. h. t.* vel circa nummos. *l. 8. l. 9. l. 19. ff. eod. t. 1. C. de falſa mon.* Quaſi Falſum, quod non dicta L. Cornelia, ſed aliis Conſtitutionibus vel SCtis notatur & coercetur. v. gr. Si quis adhibitus ad ſcribendum teſtamentum emolumentum quoddam ſibi vel ſaltem futurum adſcripſerit, jubente etiam & dictante teſtatore prout SCto Liboniano & Claudiano cautum eſt. *l. 10 pr. l. 15. pr. ff. h. t. l. 3. & c. 1. C. de his, qui ſibi adſcr.* ſupra *tit. de his, quæ pro non ſcript.* Si quis rationes, acta, libellum, chirographum, inſtrumenta, teſtationes, cautiones, epiſtolas, &c. ut verum non appareat, mutaverit, ſubjecerit, confecerit, ſubſcripſerit. *l. 1 §. 4. l. 9. §. 3. l. 16. l. 23. l. 25. l. 29. l. p. ff. l. 13. C. h. t.* Qui ad litem contra innocentem advocatione teſtibus, inſtruendam pecuniam acceperunt, vel pactionem fecerunt. *l. 1. §. 1. l. 20. ff. h. t.* &c. aut tale quid fieri curarunt. *l. 2. inf. d. l. 20. ff. eod.* Bocer. *th. 11. & ſeqq.* Grav. *th. 5.* Vel ab objecto div. in Perſonale, quod circa perſonas, & Reale, quod circa res committitur. de quibus §. 5. *& ſeqq.* — Divid. 1. in Proprie dictum, & Quaſi falſum. ex. gr. 2 in Perſonale, & Reale.

IV. C. Eff. quærenda eſt & in Legislatore, & in Delinquente. Requir. (1.) ut ſpeciali Lege publicorum judiciorum, qua Falſum, notatum ſit. Nemo enim Falſi accuſari poteſt, niſi ejus factum pro tali habeatur. per LL. *prec. § 1.* alleg. Sicuti, quoad caſus Falſi proprie dicti, à Luc. Cornelio Sylla: Quaſi falſi, Conſtitutionibus & SCtis, v. gr. Liboniano, tempore Imp. Tiberii Statilio Tauro & Libone Coſſ. Claudiano, ex edicto D Claudii, *d. l 15. pr. d. l. 3.* & aliis notantur cum Cujacio, Dn. Grav. *th. 6.* Weſ. *h. t. n. 2.* ibi Bachov. Hahn Tabor. *in Racem Crim. Diſp. de Stellionatu, n. 10.* Hinc Zaeſius inquit. *Notabile eſt, quod Falſi pœna locum tantum habeat in caſibus à LL. expreſſis, ad Ord. Crim. art. 113. inf.* Carpz. quidem *Pr. Crim. q. 93. n. 14.* putat, generalem L. notationem ſufficere; Verum contrarium inde patet, quia nulla foret differentia inter crimen hoc, & alia, & in ſpecie Stellionatum, utpote — Ad C. E. F. req. 1. Specialis legis notatio. Diſſ. Carpz.

utpote quod crimen ex falſitate quoque oritur. *l. 3. §. 1. ff. de Crim. Stell.* ex. gr. *l. 16. §. 1. l. 36. 9. ſ. ff. de pign. act.* Harpprecht. *ad d. §. 7. n. 7. 8.* Grav. *d. l.*

9. Dolus malus perpetrantis. (2.) Req. in perpetrante, ſicuti in omnibus Publ. Judiciis, dolus malus; *d. §. 7. l. 1. pr. l. 2. l. 9. §. 3. l 22. pr. l. 32. pr. ff. h. t. Nov. 73. pr.* Ord. Crim. *art. 111. & ſeqq.* ibi: *boshaftig.* ſine quo falſitas non committitur, nec punitur. *l. 20. C. h. t.* Joh. Voetius *n. 2. h. t.* Ex ignorantia autem, vel errore veritatem immutans, teſtimonium dicens, &c. pro falſario non habetur. per *l. 31. in f. ff. h. t. l 131. pr ff de V. S l. 2 §. 2. C de jurejur. propt. cal. c. 3.* ibi *in f. Ream linguam non facit, niſi mens rea. c. 4. cauſ. 22. q 2.* Carpz. *d. q. n. 6.* & quia magis error, quam malitia præſumitur *l. 5. in f. C. de his, qui ſibi adſcr.*

quomodo indagandus? Ideoque falſum acerrime argumentis, teſtibus, ſcripturarum collatione, aliisque veſtigiis veritatis indagari, *l. 22. C. h. t.* & dolum ex indiciis concludentibus atque perſpicuis probari convenit. *l. 6. C. de dolo malo. l. 19. §. 1. ff. de probat.* Theod. *Crim. c. 8. aph. 5.*

Præſumptus non ſufficit. Ergo præſumptus dolus non ſufficit, ſed verus requiritur. *l. 15. §. 1. & 3. ff. h. t.* poſt alios Theod. *d. c. aph. 1. num. 2. uſque ad 6.* Modos cognoſcendi falſitatem in literis vid. apud Menoch. *l. 1. præſ. 20. & ſqq.* Maſc. *de prob. concl. 740. n. 8. & ſeqq.* Grav. *th. 41.* Theod. *d. aph. 5. n. 6.* & potiſſimum J. Ravenau, *Traité des Inſcriptions en faux, & Reconnoiſſances d'Eſcritures & ſignatures, à Paris. 1666.*

Subjectum. V. Ratione Subjecti nihil ſpeciale in hac lege occurrit. Omnes enim in hoc crimen incidere poſſunt, qui doli ſunt capaces. *prac. §. 4.* Sive ipſi, ſive per alios patraverint. *l. 2. in f. l. 20. ff. h. t.* Theod. *d. cap. 8. aph. 4.*

Obj. ſunt vel Perſonæ. Objectum ſunt Perſonæ, vel Res. Circa illas committitur hominem doloſe alterius lædendi cauſa, fingendo, qualis re vera non eſt. Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.* v. gr.

ſupponendo falſum partum, (1.) Falſum partum ſupponendo, vel alienum ſubſtituendo. *l. 19. §. 1 l. 30. § 1. ff. l. 1. l. 10. C. h. t. l. 1. pr. ff. de agnoſc. lib.* In *d. l. 1. C.* quidem dicitur Partûs ſubjecti cauſa capitalis; ſed in lata ſignificatione, intelligendo deportationem, quæ hodie mutata eſt in fuſtigationem & relegationem. Carpzov. *d. q n 29. & 30.* Hujus accuſatio ſolis parentibus, & quorum intereſt, competit; *l. 30. §. 1. ff. l. 10. C. h. t.* Sed liberi contra Matrem civiliter tantum agere poſſunt. *l. 5. C. t. l. 11. ff. de accuſ.* Quomodo autem partus ſuppoſitus probetur? v. Theod. *aph. 2. num. 3.*

aliam perſonam, (2.) In teſtamento, contractu, judicio, &c. aliam perſonam, pro alia, ſupponendo, cujus exempla vid apud Coras. *in tract. de Arreſt. Parlam. Tholoſan.* Menoch. *A. J. caſ. 218.* Grav. *th. 10.* Theod. *n. 4.* & *aph. 6. n. 33.* refertur exemplum *de pœna impoſita impoſtori, qui ex familia Ranzoviana oriundum falſo ſe jactaverat.* Beyer. *poſ. 2.*

poſ. 2. h. t. (3.) Nomen, pronomen, vel cognomen mutando, ſicque falſo nomine, doloſe in tertii fraudem vel præjudicium, utendo; *l. 13. pr. ff. h. t. l. un. C. de mutat. nomin.* Innocentibus tamen hæc mutatio periculoſa non eſt. *d. l. un.* Geſleri *diſp. de nominis mutatione.* (4.) Falſum titulum Comitis, Baronis, Doctoris, Militis, Notarii, &c. *l. 27. § 1. ff. h. t. l. un. C. ad L. Viſell.* ſtemma, inſignia, vel ſigilla aliena, alterius decipiendi cauſa, ſibi adſcribendo, *d. l.* vid. Knipſchild *de nobilitate Lib. 1. c. 12 n. 34. & ſeqq.* Sed quoad titulum Dd. requirunt, ut quis eo prætextu actum dignitati huic convenientem ceu ſimilis perſona exerceat. arg *d. §. 2.* ibi: *geſſit.* & *d. l un.* Et pro delicti qualitate relegatione vel fuſtigatione punitur. Carpz. *n. 33.* Sola verò Appellatio, nullo ſubſecuto effectu, punitur extraordinarie, non ſcil. ut falſum, ſed ut mendacium. *l. 25. ff. h. t.* Carpz. *d. q. n. 36. & ſeqq.* Berl. *p. 1. concl. 14. n. 21.* Theod. *v. 6. & ſeqq.* Ludw. *ad IV. h. t. n. 8.* Huc pertinent falſo diplomate aut atteſtato vel defectum naturæ, aut morbum ſimulando, mendicantes, aliove modo vias commeantes, *mit falſchen Paſſbrieffen, d. l. 27. §. 2.* Carpz. *d. q. num. 40. & 72. Cod. tit. de mendic. val.* Nov. *80. c. 5.* Fritſch. *de val. mendic. c. 15.* Heig. *p. 2. q 27.* Joh. Voet. *n. 4. h. t.* Vel falſo Reſcripto utentes. *l. 4* ibi Brunnem. *C. h. t. l. ult. ff. eod.* unde vult. Jac. de Belloviſio, quod falſo allegans legem in alterius perniciem de falſo teneatur. *Pr. Crim. lib. 3. cap. 23. n. 8.* (5.) Baptizatum Chriſtianum, tanquam Ethnicum vel Judæum, lucri gratia, iterum baptizari curando. Carpz. *d. q. n. 43.* & memini, Tubingæ Judæum eapropter fuſtigatione, ſtigmatis inuſtione, & perpetua relegatione punitum eſſe. Beyer *poſ. 14. p. 620. de extraord. crim.* D. D. Harppr. *Conſil. nov. 59. n. 3. usque ad n. 63.*

utendo falſo nomine, titulo, inſignibus, &c. modo fiat cum effectu. curando rebaptizari.

VI. Circa Res committitur I. in ultimis Voluntatibus, in teſtamento, vel codicillis emolumentum quoddam ſibi adſcribendo; *l. 1. §. 7. l. 14. l. 15. ff. h. t.* etiamſi teſtator juſſerit & dictaverit. *l. 3. l. 5. C. de his, qui ſibi adſcr.* cujus limit. vid. ſupra *tit. de his, quæ pro non ſcript. §. 4. & per tot.* Vivi teſtamentum aperiendo. *d. l. 1 §. 6.* Licet enim hæres teſtamentum penes ſe habere poſſit, ejus tamen dominus non eſt, niſi poſt mortem teſtatoris. Grav. *th. 16.* ſupra *tit Teſtam quemadm. aper §. 1.* Ultimam voluntatem amovendo, celando, comburendo, delendo, ſuperinducendo, mutando verba vel ſigilla, & quovis modo mentem defuncti atque ult. voluntatem intervertendo. *l. 1. pr. l. 2. l. 16. l. 30. pr ff. l. 1. l. 14. C. h. t.* Si autem falſitatem ignorans hæreditatem adierit, vel legatum acceperit, comperto dolo, de falſo nihilominus agere poteſt; *l. 3. ff. l. 3. C d. t.* niſi jam fidem habuerit ſuſpectam, & tamen tranſegerit. *l. 4. Cod. eod.* Sed ſi teſtamentum non ſubſiſtat; tunc diſt. juxta *l. 6. pr. ff. h. t.*

Vel Res. In ult. volunt.

In negotiis inter vivos, vel extrajudicialibus, ex. gr.

VII. II. In negotiis inter vivos, & quidem Extrajudicialibus committitur, ex. gr. Alienas epiſtolas, animo vel tenorem prodendi, vel ut verum non appareat, intercipiendo vel reſignando. etc. *d. l. 1. §. 5. & 6. l. 16. §. 2. inſ ff. h. t.* cum Matth. Claro, Honded. Vivio, Thomingio, Deciano, B. Parens m. *Diſp. de Numm. th. 52. n 9.* Grav, *th. 27.* quod pro modo admiſſi diverſimode, unitur. Coler. *p. 1. dec 179. n. 15.* Carpz. *d. q. num. 70 & ſeqq.* Theod. *d. c. aph. 6. n. 26.* Nam peccatur contra fidem publicam, imo Jus Gentium. Claſen *ad art. 112. n. 7.* (Sin curioſitatis gratia fiat, pœna extraordinaria Stellionatus punitur. poſt alios, d. Diſp. *de Numm. d. th. n. 8.*) add Pte.l. *conſ. 195. n 1. & 2.* Dn. Stryck. *Diſp. de intercept. liter.* Hüpingk. *de pr. Sigill. c. 14. n. 51. cum ſeqq.* Dn. a Lyncker *Reſol 66.* Cocceyus *de regali poſtarum jure cap. 6. §. 5.* Signa adulterina, falſa documenta, atteſtationes, v. g. *falſche Bettelbrieff*, chirographa, rationes, epiſtolas, contractus, &c. conficiendo, vel producendo, libellum vel rationes intercidendo, *Bl itter auſſchneiden*, vel deſcribendo & mutando, *andere ſetzt* ; *d. §. 7. l. 1. § 4. l. 9. § 3. l. 16 §. 1 & 2. l. 21. l. 27. §. 2. l. 28. l. 30. pr. l. 31. l. 32. pr. ff. l. 25. C. h. t.* Ord. Crim. *art. 112.* D. Harpprecht. *Conſil. nov. 20. & 76.* Joh. Voet. *n. 5. h. t.* quod etiam fit, quovis modo vera radendo, mutando, vel corrumpendo, *dd. ll.* Falſis Reſcriptis juſtitiæ vel gratiæ utendo. *l. 4. C. 7. 2. h. t.* Si Actuarius, quo minus de veritate conſtet, acta, inſtrumenta celaverit, vel ſubripuerit. *d. l. 1. § 4. d. l. 16. §. 2.* Thoming. *dec. 33.* Theod. *aph. 4. n. 8. & ſeqq. ubi plures caſus.* Depoſita inſtrumenta adverſariis prodendo. *d l. 1. §. 6.* Falſis ſcriptis ſcienter utendo. *l. 4 l. 8. C c. 7. 2. h. t.* Alterius manum animo fallendi imitando. *l. 23 ff l. 13. C. h. t. N 73 pr.* ubi Imp. ad imitationem literarum ſemetipſos exercentes falſatores appellat. vid. Bullæ *ad d. art. 112.* Aut qui chartas vacuas ſibi facit ſubſcribi vel ſubnotari, & poſtea aliena, verbi gratia alterius manum imitando, obligationem ſupra ſcribit Farinac. *Op. Crim. q. 150. num. 92.* Dominus Voetius *h. t. th 5. in f* uti deprehenſum fuit in cauſa *Walter contra Leopold*, qui propter hic prætenſus Reus non tantum in prima, ſed ſecunda inſtantia in Cam. Imp. d. 29. Octobr. 1697. fuit abſolutus, remiſſo puncto falſi puniendi ad Dn. Judicem priorem. Vel, qui apocham ſibi curat ſcribi, ac ſi depoſitum reſtitutum. *l. 15 C. h. t.* Falſum rumorem ſpargendo. Theod *d l num 2.* Duobus eandem rem in ſolidum vendendo. *l. 21. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 46. theſ. 13.* Merces adulterando, Menſuras publice probatas corrumpendo, & Pondera falſando, *l. 32. §. 1. ff. h. t.* vel iisdem ſcienter utendo. Ordinat. Crimin. *artic. 113.* ibi Criminaliſtæ. Harpprecht.

d. l.

d. l. num. 63. Carpzov. *num* 79. *& ſeqq.* Mevius, *ad J. L. l.* 6. *tit.* 12. *art.* 1. D. Harpprecht. *Diſſer. March. Badens. p.* 7 *th.* 16. *& Reſp.* 75 Myler. *de ſtat. Imper. c.* 66. *n.* 8 *& ſeqq.* ſupra *tit. de Extraord. crim. §.* 5. *eaſ.* Tit. *Strikar. §.* 5 *num.* 7. Monetam radendo, tingendo, vel fingendo. *l.* 8. *ff. h. t. l.* 1. *C. de falſ. mon. ſeq. §.* 12. Plures modos collegit Dn. Vort. *h. t. th.* 5. 6. D. Harppr. *in Diſſ. de jure monet. circa debita Cap.* 2. *§.* 18.

VIII. In Judicialibus, (1.) Si Judex conſtitutiones Principum neglexerit. *l.* 1. *§.* 3. *ff. h. t. pr. J. de offic. Jud. l.* 10. *pr. C. de Judic.* ibi: *non aliter judicialem calculum accipiat, niſi prius ſacramentum præſtiterit, omnimodo ſeſe cum veritate & legum obſervatione judicium eſſe diſpoſiturum.* Sicut hodie plerumque ante ſuſceptionem officii fieri ſolet, vid. Ord. Cam. *p.* 1. *tit.* 57. ſupra *tit. de LL. §.* 41. add. *tit. de Re jud. §.* 18. & *tit. de Extraord. cogn.* (2.) Ratione Judicis pecunia ſe corrumpi patiendo, & (3.) Ratione Partis, Judicem corrumpendo, corrumpendumve curando. *d. l.* 1. *§.* 2. de quibus *tit. ſeq. de L. Jul. Repet.* (4.) Teſtimonium contra veritatem perhibendo. *l.* 13. *C. de teſtib.* Diverſa duobus teſtimonia præbendo. *l.* 27 *§.* 1. *h. t.* Veritatem ſubticendo, *c.* 1. *x. h. t.* ibi: *Reus eſt, qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit.* Et Plaut. *in Querol. tantum eſt verum tacere, quantum & falſum dicere.* Illudque fit, ſi quis à Judice interrogatus dixerit, ſe nihil ſcire, aut ſe ejus non recordari, cujus tamen, modo velit, certo recordari poteſt: vel depoſuerit dubitanter, obſcure, aut verſute, aut ſe aſtute ſubduxerit, ne ad teſtimonium dicendum adigatur. Vort. *h. t th.* 6. Tales omnes iram DEI ſuper ſe provocant, quia magis timent hominem, quam DEUM *c.* 80. *c.* 11. *q.* 3. Canoniſtæ *ad d. c.* 1. Theod. *d. aph.* 2 *n.* 10. *& 18.* Multo magis tenuiter munera accipiendo, ne quis teſtimonium dicat: vel ut pro ſe dicat, *l.* 1. *§.* 2. *ff. h. t. l.* 5. *§.* 1. *ff. de teſtib. l.* 2 *ff. de concuſſ.* Harppr. *n.* 13. *& ſeqq.* niſi contra dantem nihilominus deponat. Mynſ. *C.* 6. *O.* 87. *n.* 2. Imo ad veritatem dicendam pecuniam promiſſionemve accipiendo, *d. l.* 1. *§.* 1. quia eſt res peſſimi exempli, nam virtutis & Juſtitiæ amore veritas gratis dicenda. *d. l.* 5 *§.* 5 *c.* 1. *&* 15. ibi: *teſtis non debet vendere verum teſtimonium. c.* 14. *q.* 5. & *c.* 5. ibi: *jurent, ſe non ſtipulatos eſſe, neque pro aliquo commodo, quod habuerunt, vel quod habeant, vel habituri ſint, induſtos. x de teſt.* Ord. Crim. *art.* 64. ibi: *Belohnte Zeugen ſeynd auch verworffen, und nicht zuläſſig.* Bachov. *ad Tr. V.* 2. *D.* 31. *th.* 8. *lit. B.* Harppr. *d. l. n.* 15. Gilhauſ. *d. l. n.* 8. Mynſ. *d. l.* nec producens tale teſtimonium allegare poteſt. Carpzov. *d. q. n.* 60. *& ſeqq.* Theod. *n.* 15. *& 17.* ubi addit, quod non tantum expenſas viatici, ſed & poſt depoſitionem aliquid accipere liceat, quod

vel Judicialibus.
ex gr.

vocari ſolet *Zeugen-Geld* jung. Grav. *th. 20. & ſeqq.* Hos ultimos tamen mitius puniri, præjud. firmat Carpz. *d. q. num. 50. & ſeqq.* Boeer. *th. 65.* Sic extra ordinem, ut mendax, punitur, qui, quod extra judicium affirmavit, poſtea in judicio contrarium atteſtatus eſt. poſt alios, Gilhauſ. *n. 9.* Quoniam lattiſſime patet hoc crimen, omnes ejus Species recenſeri non poſſunt.

Forma. Ejus req. Veritatis immutatio.

IX. Forma conſiſtit in fraudulenta veritatis immutatione alterius lædendi gratia facta. Sicque req. (1.) ut præter dolum etiam veritas ipſa immutetur. *Nov. 73. in præf. pr. l. 23. ff. h. t.* Hinc teſtis aliquid deponens, quod falſum credit, & tamen in ſe verum eſt, hoc crimine non contaminatur, ſed magis falſo, quam falſum deponit; Carpz. *d. q. n. 9.* item, ſi quis in computatione mentiatur, quia ex accuratiori calculo pateſcit. *d. l. 23. in f.* Theod. *aph. 1. n. 8 & 9.* Quomodo Falſiloquium & Mendacium differant? vid. Puſend. *de J. N. & G. l. 4. c. 1. §. 8. & ſeqq.*

Dolus.

(2.) ut fiat alterius decipiendi gratia. Hinc falſum teſtamentum nullo jure validum ſupprimens non committit falſum arg. *l. 38. § 6. ff. de pœnis* Harppr. *n. 29.* Menoch. *de A. J. Q. caſ. 306 n. 15. & ſeqq.* ubi cum aliis defendit, quod Notarius ſuper negotio per ſe invalido inſtrumentum conficiens, ut falſarius, puniendus ſit, de quo tamen dubitat Gilhauſ. *n. 11.* quia falſitas nemini noceat. Sufficit autem negotium aliquod admiſiſſe, quo alterum lædere poſſit, niſi impediatur, licet læſio actu ſecundo data non ſit. arg. *l. 5. §. 11 ff. de his, qui eff. vel. dej.* Sed ſingulis hiſce caſibus extraordinaria tantum pœna locum habet, ſicut in delictis conatus mitiori pœna coercetur, etiamſi ad actum proximum pervenerit. Carpz. *d. q. n. 11 & ſeqq.* Theod. *d. c. 7. aph. 3. n. 2.*

Accuſare nequeunt conjuncti, ſeminæ. An ſervi?

Inſuper notandum, quod non quilibet h. l. ad accuſandum admittatur, v. gr. inter perſonas conjunctas *l. 17. l. 9. C. de his, qui acc. non poſſ.* feminæ; *l. 19. C. d. t.* ſed limit. in *l. 5. C. d. t.* Servis tamen datur hæc facultas in caſu *l. 7. ff. h. t. l. 53 ff. de Judic.* De partu ſuppoſito accuſant ii, ad quos ea injuria pertinet. *l. 30. § 1. ff. l. 10. C. h. t.* Sed quid hodie uſu veniat? vid. ſupra *tit. de Accuſ. §. 2.*

Finis. Effectus.

Finis eſt læſio proximi. Effectus eſt obligatio ad pœnam.

Reus convenitur vel Criminaliter.

X. Contra Reum agitur vel Criminaliter, vel Civiliter. *l. 1. 4. 9. l. 11. l. 16. l. 23. C. h. t.* Poſt probationem autem Pœna Falſi vel Quaſi falſi in plurimis caſibus de Jure Civ. eſt in hominibus liberis deportatio ac omnium bonorum publicatio; Quæ quomodo mutata ſit? vid. *Nov. 130. c. ult.* add. Schilt. *Ex. 49. § 150. & § ſ. Dobm. damnat.* in ſervis vero ultimum ſupplicium. *l. 1. §. ſ. ff. h. t.* Cum vero hujus crim. variæ atque diverſæ ſint ſpecies, proinde ipſis commenſurandæ ſunt pœnæ. Hinc Dd. pœnam h. l. regulariter Arbitrariam

eſſe

eſſe dicunt, & pro modo admiſſi. *l. 27. §. f. ff. h. t.* Stryck. *in uſu mod. § 3. h. t.* Namque punitur interdum relegatione, *l. 21. ff. h. t.* ſcil. temporali, *l. 13. §. 1. ff. eod.* deportatione, *l. 22 inf. C. h. t.* hodie ſuffecta fuſtigatione cum perpetua relegatione, Hahn. *ad W. h. t. n. 7.* Carpz. *d. q. n. 28. ſeqq.* Heig. *p. 2. q. 27. n. 21.* vel condemnatione ad triremes, Farin. *Op. Crim. q. 150. n. 86.* manus vel pollicis amputatione, *N. 17. c. 8 pr. 2. Feud. 55. pr. inf.* item aurium abſciſſione, ſtigmatis inuſtione, excommunicatione, *c. 7. x. h. t.* banno, *l. f. ff. h. t.* degradatione, *N. 123. c. 20. c. 7. & 27. diſt. 50. c. 3. x. h. t.* certorum bonorum confiſcatione, R. J. *de anno 1551. §. Als uns auch.* carcere, *d. c. 7. x. h. t.* pœna pecuniaria &c. D. Harppr. *Conſil. nov. 76.* Nec non omnis falſi condemnatus, præter pœnam, pro falſitate ferat infamiam, *c. 1. cauſ. 5. q. 6. c. 7. cauſ. 22. q. 5.* & per hanc maculam homo ad nihilum redigitur inter homines. Theod. *d. c. aph. 5. n. 1. aph. 7. n. 1. l. 2. C. de pœn. jud. N. 124. c. 4. c. un. 2. F. 55.* add. *l. 7. ff. de publ. Jud.* De his ſingulis pœnis, & quando locum habeant, latius videre eſt ex Ord. Crim. *art. 112. & ſeq.* Theod. *d. c. aph. 6.* Dn. Grav. *th. 45. & ſeqq.* Et ſi magnitudo commiſſi exigat, ultimo ſupplicio punitur, *l. 8 ff. h. t.* etiam in liberis hominibus. *l. 1. l. 22. C. eod. c. 1. C. de falſ. mon. d. Art. 112.* ibi: *nach dem die Fälſchung viel oder wenig, boßhafftig und ſchädlich.* Dd. *add. art.* Carpz. Theod. *dd. loc.* Bocer. *n. 42 & ſeqq.* D. Harpprecht. *Reſp. 75.* Sic Joh. Frid. Werner falſa chirographa, inſtrumenta, obligationes conficiens & ſigillis alienis abutens, poſtquam Mandatum de ſolv. vel dimitt. S. C. ſub & obreptitie deſuper obtentum, falſificatione detecta, iterum per ſent. d. 29. Octobr. 1699. in Cam. Imp. caſſatum, Monachii deprehenſus atque confeſſus capite plectebatur. Dnn. Scabini Lipſ. ſigillo alieno abutenti fuſtigationem & ſtigma dictitarunt. Schilt. §. 188. ubi addit præjud. quo falſo luſori, *ſo dem falſchen ſpielen nachgezogen,* fuſtigatio & oculorum effoſſio dictata. Punitur arbitrarie pro modo admiſſi. Quandoque ultimo ſupplicio.

XI. Quædam tamen ſpecies certam in jure noſtro pœnam habent. Sic Teſtis calumnioſe falſum in criminalibus committens atque deponens eadem pœna mactatur, qua teneretur Reus, ſi contra eum vere probaretur delictum. *l. 1. §. 1.* ibi Prunnem. *n 3 ff ad L. Corn de Sic.* Ord Crim. *art 68. & art. 107.* Deut. *c. 19 v 18. 19.* Dan *6. v. 24.* Licet autem in aliis pœna talionis regulariter ſublata ſit, idem tamen non ubivis de crimine falſi dicendum eſſe, ſupra exemplificavimus, & ex Millei Pract. docet Grav. *th. 58.* Theod. *d. c. aph. 6. n. 20.* Gilh. *n. 11.* Certa pœna ſtatuitur in falſum teſtem in criminal.

XII. Sic quoque, pro varietate modorum monetam adulterandi, variatur ejus pœna. Nam ad monetam tria requiruntur, Materia, Forma, & Pon- Monetæ Falſificio committitur circa Materiam.

Pondus, circa quæ falſum committi poteſt, *l. 8. l. 9. ff. h. t. l. 1. C. de veter. numiſm. pot.* Ord. Crim. *art. 111.* Matth. *de Crim. l. 48. tom. 7. cap. 4.* DD. Graſſ. *Sect. 18. Differ. 2. Recaſſ. Imper. &* DD. Harppr. *Conſil. nov. 100.* quamvis plerumque ad duas ſpecies materiam & formam referant. Ex falſa igitur & injuſta materia, *l. 1. pr. ff. h. t.* monetam Imperatoris vel Imperii, ſive aliorum Statuum, majoris ſive minoris Valoris, fabricans, ſive cudendo, *wann einer betrüglich müntzet, und ein ander Zeichen darauff ſchlegt*, ſive adulterando, *unrecht Metall darzuſetzet*, aut permutans aut falſam monetam ab aliis fabricatam, *boßhafftig dem Nechſten zum Nachtheil*, ſcienter exponens, flammarum exuſtionibus
punitur igne. mancipetur. *l. 2. C. de falſ. mon.* Stryck. *in uſu moderno §. 4. h. t.* Harpprecht
Obs. Reſp. *Differ. March. Badenſ. p. 7. th. 13.* Joh. Voet. *n. 7. & 8. h. t.* (Non obſt. *l. 1. C. eod.* ubi pœna capitali ultimum ſupplicium indigitatur. *l. 2. pr.* ibi Gothofr. *ff. de pœn.* Gilh. *n. 28.*) *d. art. 111.* ibi Ziegler. & Claſen. Harpprecht. *add. §. n. 50.* Edict. Monet. *de anno 1559. §. Wir ordnen. 171.* ibi: *daß männiglich ſich hüten ſolle, bey Straff des Feuers, des granalirens, kornens, ſeygerns, und anderer dergleichen betrüglichen vortheiligen Handlung und Falſchung aller alten und neuen guten Müntzen außerhalb der frembden &c. enthalten ſolle.* Menoch. *A. J. Q. caſ. 306. num. 10. c. 310. n. 14.*
Non ſemper. De aliis locis idem tradit Dn. Grav. *th. 44.* Pœnam tamen ignis de praxi Imperii demum imponi Reo, qui falſam monetam fabricavit, vel operam aut auxilium contulit, & qui ipſo facto expendit, tradunt Steph. Claſen. *ad d. art.* Quamvis tales expendentes hodie fuſtigatione vel tantum relegatione punitos eſſe prob. Theod. *aph. 4. num. 5. & 7.* D. Harpprecht. *Reſp. 75. n. 309. cum ſeqq. & Conſil. nov. 100. num. 28. & ſeqq.* Notandum tamen, quod improbam quidem, ſed nondum improbatam monetam expendens falſatæ monetæ Reus non ſit, ſed ſaltem uſurariæ pravitatis, ſi ex ea lucrum quæſitum convincatur. Mev. *p. 5. dec. 267.* Cæterum, quia hoc crimen ſpecies quædam eſt læſæ Majeſtatis, ideoque ædes ſuas ad ſcelerum horum miniſteria locantes, eas amittunt, fiſco vindicandas *l. 1.*
Quomodo in Imp. R. G. *C. de falſ. mon.* Ord. Cr. *d. art.* Sed in Imperio R. G. monetam peregrini Principis adulterans & expendens hodie non ignis; ſed gladii pœna plectitur. Sicut & quandoque falſificans minoris Valoris monetam. Grav. *th. 45. & 46.* Mitius porro, fuſtigatione ſcil. cum relegatione, punitur Monetarius ob ſummam paupertatem; Theod. *n. 14.* prout contigit Spiræ Nemetum Anno 1687. *&c.* ſi pœ-
in Saxon. nitentia ductus non abſolverit. *l. 19. ff. h. t.* In foro Sax. diſting. (1.) An ipſe fecerit & expenderit? (2.) An fabricator non expenderit? (3.) An expenderit, ſed ab alio falſificatam? Et primo caſu igne: (2.) gladio: (3.) fuſtigatione punitur. Carpz. *Pr. Crim. q. 42. n. 28. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 5. h. t.*

XIII.

XIII. Si vero in Forma commiſſum ſit; quod ſit (1.) ſine privilegio ſingulari, privata authoritate, licet juſtam materia & pondere monetam cudendo, & punitur arbitrarie. *d. art. 111.* ibi Claſen. *n. 4. p. 510.* Carpz. *q. 43. n. 11. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 4. h. t.* (2.) Si Jure cudendi præditus alterius Principis vel Status ſignum monetæ alias in materia legitimæ imprimat, etiam punitur extraordinarie. Bocerus quidem *d. l. n. 45.* putat, hoc caſu *arg. d. art. pr.* ignis pœnam locum habere. Verum ibi voc. *zeichen* pertinet ad primam ſpeciem, quando quis monetam ex falſa materia fabricatam ſignat. Carpz. *num. 26. & ſeqq.* Claſen. *n. 7.* (3.) Juſtum pondus radendo, tondendo, excoquendo, mutilando, vel chryſulca, aliove modo adimendo; *l. 8. ff. h. t.* adeo, ut ne quidem monetam legitimum pondus excedentem reducere liceat. Menoch. *d. caſu 316. n. 38.* Et pœna eſt arbitraria; *d. art.* quæ tamen ad ult. ſuppl. extendi poteſt. Carpz. *num. 32.* Theod. *num. 11.* Claſen. *num. 5.* Stryck. *in uſu moderno §. 6. h. t.* (4.) Grandiorem alterius monetam reſolvendo in fornace, aut minorem & deteriorem recudendo, pœna corporali, aut pro ratione delicti, mulcta coercetur. Et Magiſtratus, illud fieri permittens, privilegium monetandi ipſo jure amittit. *d. art.* Nam & pœna afficiendus eſt is, qui, cum prohibere tale quid poteſt, non prohibuit. *l. 9. §. 1. ff. h. t.* Imo permiſſu Principis fabricantes omnem fructum amittunt, & inſuper pœnam dignam accipiant. *l. ult. C. h. t.* Hinc omnibus impoſita fuit neceſſitas inquirendi in adulterinam monetam clandeſtinis ſceleribus exercentes, *d. l. 1. C. de falſ. Wurt. Lands-Ordn. tit. 130. §. 4.* Bachov. *d. th. 8. lit. E.* Edictum quidem monetale de anno 1559. *§. 171.* privatis reſolventibus monetam, & argentum ad alios uſus transferentibus ignis ſupplicium dictat; à cujus rigore tamen *in ſeq. §. 173.* intuitu Aurifabrorum, non nihil: ſicut & hodie receſſum eſt, teſte Carpz. *d. q. in f.* Huc pertinent, qui nummos peregrinos & reprobatos important & expendunt, vel qui juſti ponderis & monetæ ad peregrinos mittunt, ut deteriores fabricentur. d. Edict. monet. § *50. & 53.* Dn. Voet. *th. 7. Wurt. Lands-Ordn. d. l.* & Reſcr. *de anno 1620. tit. 7. & 10.* add. Mev. *p. 3. dec. 267.*

Circa Formam.

Circa pondus.

Quid ſi Magiſtratus permiſerit?

Omnibus licet hic inquirere.

Qui reprobatos important, vel probos exportant.

XIV. Appellatione hic locus eſt nullus *l. 1. C. de falſ. mon.* Pœnæ quidem non ſubjacent Viduæ ſceleris ignaræ, *d. l. 1.* Impuberes, *d. l. 1.* junct. *l. 22. pr. ff. h. t.* Qui bona f. liquefaciunt ducatos ad deaurandum ſcyphos; per *l. 20. C. h. t.* R. I. *de anno 1576. §. Und in ſonderheit.* R. I. *de anno 1594. §. Wie dann auch* Qui perſuaſione inductus reprobam accepit monetam, eamque juſtam credens expenderit; per *d. l. 20. d. art.* ibi: *Wiſſentlich, boßhafftig,* Joh. Kitzel. *de Jure monet.*

A pœna excuſantur.

monet cl. 5. q. 2. Sect. 4. num. 41. cum ſeqq. D. Harpprecht. *Reſp 75. n. 295. 340. & 354. cum ſeqq.* Socii falſæ monetæ indicantes impunitatem conſequuntur. *d. l. 1. l. 5. §. f. C. ad L. Jul. Maj* Mulieri tamen maritum monetarium cum ſociis non revelanti pœna ordinaria non infligitur. Fab. *in C. lib. 9. tit. 15.*

Accuſator non teneatur de calumnia.

def. 3. & 4. Tandem hujus criminis accuſatio adeo favorabilis eſt, ut accuſator veriſimiles proferens rationes, intentionem tamen non probans, de calumnia haud teneatur. *d. l. 1.* Ed. Mon. de anno 1559. *f. So ferne aber der An-*

Probans quid lucretur?

geber. 169. Sed probans tertiam partem mulctæ forſan irrogatæ conſequitur. Claſen *ad d. art. in f.* Quomodo autem judex in crimine falſi procedere debeat? docet *l. 22. C. h. t.*

Vel contra Reum agitur Civiliter, quibus actionibus?

XV. Interdum ex crimine falſi etiam Civiliter ad perſequendum intereſſe privatum agitur (1.) Actione in factum pœnali, in caſu *l. 21. ff. l. p. C. h. t.* (2.) Actione dupli. *l. 32. §. 1. ff. h. t.* (3 Exceptione doli. *l. 1. & 2. ff. de dol. mal. except.* (4.) Replicatione, ſi falſo deceptus pacto actionem remiſerit; Licet poſtmodum opponatur exceptio pacti, tamen replicatione doli elidi poteſt. *l. 19. C. de tranſact.* (5.) Reſtitutione in integrum contra ſententiam ex falſis teſtimoniis latam. *l. 33. ff. de re jud.* Weſ. *num. 10.* Bocer. *d. l. th. 25. & ſeqq.* add. ſupra *tit. de re jud. §. 25. 26. & 27.* vid. Stryck. *in uſu mod. §. 3. de in integr. reſtitut.* D. Böhmer. *in diſſ. de ſentent. in rem judic. non tranſeunt §. 34.*

Affinia.

XVI. Limites criminis Falſi proxime attingunt Species ſupra *tit. de Extraord. Crim.* mentionatæ, Concuſſio: Prævaricatio: Stellionatus: Repe-

Contraria Mors Rei.

tundarum: Peculatus. &c. de quibus ſuis locis. Hoc crimen extinguitur morte Rei. *l. 6. ff. de publ. jud. l. 1. C. ſi reus vel accuſ. mort.* Sed Reo ante ſententiam decedente, ceſſante Lege Cornelia, quod ſcelere quæſitum, heredi non

Lapſus temporis.

relinquitur, *l. 4. pr. l. 12. ff. h. t.* junct. *l. 5. pr. ff. de calumn.* Porro præſcriptione XX. annorum; *l. 12. C. h. t.* adeo, ut tempore hoc à die commiſſi delicti elapſo, nec accuſatio, nec inquiſitio amplius ſuper illo inſtitui poſſit. Dn.

Lenit.

Grav. *th. 65. in med.* Dn. Parens m. *Diſſ. de Crim. præſcr. th. 24.* Excepta accuſatione ſuppoſiti partus quæ eſt perpetua, *l. 19. § 1. ff. h. t.* & procedi poteſt etiam poſt mortem Matris. *d. l.* junct. *l. 1. §. 13. ff. de ventr. inſp.* Molin. *de J. & J. Tr. 2. D. 701. n. 3. & 4.* Sed tunc agendum civiliter, *d. l. 19. §. 1.* vel contra ſocios criminaliter. Brunnem. *ad l. 1. C. h. t. num. 4.* Elapſo tamen vicennio non convaleſcit falſum inſtrumentum; ſed per modum exceptionis de falſo ſemper opponi poteſt. *l. 17. C. h. t.* junct. *l. 5. §. f. ff. de dol. mal. exc.* Si civiliter de

hoc

hoc crimine quis agere velit, XXX. annorum ſpatio actioni præſcribitur. per *l. 3. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.*

TIT. XI.
DE L. JULIA REPETUNDARUM.
Inſt. *Lib. 4. Tit. 18 §. 11.* Cod. *Lib. 9. Tit. 27.* *& Lib 7. Tit. 49.*

§. I.

SEquuntur nunc alia Crimina publica, quorum tamen accuſatio hodie non frequens eſt. Inter ea primo loco occurrit Lex Julia Repetundarum, cujus ratio deſumi poteſt ex ipſius DEI Lege, Exod. *23. v. 8.* *Du ſolt nicht Geſchenck nehmen*, ſubjuncta ratione: *Denn Geſchenck machen den Sehenden blind, und verkehren die Sachen der Gerechten.* Bis eandem repetentis ſub ſpeciali maledictione. *Deut. 16. v. 19. & c. 27. v. 25.* Eccleſiaſt. *20. v. 31* Job. *15 34* Prov. *c. 15. v. 27.* Eſ. *1. v. 23. & c. 5. v. 23.* vid. late Dn. Mandelslo, *Poſterg Juſt. c. 3. p. 39.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Fuit autem de Rep. eundis L. XII. tabb. Porcia, Calpurnia, Cæcilia, Junia, Servilia, Acilia, Livia, Cornelia, notante ex Cic. Theodorico, *Crim. c. 9. aph. 1. n. 1.* & ex Roſino J. C. Tab. *de crim. Repet. lib. 13.* quam poſtea repetiit C. Julius Cæſar, unde nomen habet Lex Julia Repetundarum, *§. 11. J. de P. J. l. 1. pr. & paſſim ff. h. t.* vel de Repetundis, *l. 7. pr. ff. eod.* Vix bene ordinata reperitur Reſpublica vel Judicium, ubi non juſtitiæ incorrupta adminiſtratio demandetur, De Aug. Cameræ Imp. Judicio vid. verba prolata ſupra *ad tit. de off. proconſ. § fin.* Jur. Prov. Wurt. *p. 1. t. 2. Hofgerichts-Ordn. p. 1. t. 4.* Quam acriter judices corrupti puniti fuerint à Cambyſe, Dario, Alex. Severo, recenſet Menoch. *A. J. Q. caſ. 340 n. 2. 3 4.* Cæterum nominatur ab Objecto, à repetendo, ſcil. quod publica lege conceditur facultas repetendi pecuniam, ab illis, qui in officio vel munere publico ſunt conſtituti, acceptam, quo magis vel minus officium ſuum faciant *l. 1. pr. ff. h. t.* — Crim. Repetundarum C. & R. / Etymol.

§. II. Hoc Crimen accipitur vel in genere, vel in ſpecie. Illo modo, ut omnia delicta hac lege prohibita comprehendat, quorum IV ſpecies in Jure noſtro reperiuntur. (1.) Si Proconſul legatum ſuum ante ſe dimiſit de provincia. *l. 10. § 5 ff. de off. Proconſ.* (2) Si Senatores navem habeant maritimam. *l. 3. ff. de vacat. & excuſ. muner.* (3.) Si in off. publ. conſtitutus in acceptum ferat opus publicum faciendum, frumentum publice dandum, præbendum, adprehendendum, ſarta tecta tuenda, antequam perfecta, probata, præſtita fuerint. *l. 7. §. 2. ff. h. t.* (4.) Si in officio publico conſtituti ſordide aliquid acceperint, quo magis vel minus officium faciant. *l. 6. §. 2. ff. h. t.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.* Sicque in genere definitur, quod ſit crimen publicum, quod magiſtratus — Nomen. In genere. 1. 2. 3. 4. quid?

& alii in officio publico conſtituti, turpiter & ſordide aliquid quærendo, contra L. Jul. repetund. prohibitionem committunt.

In ſpecie & h. l. quid ſit?

III. Vel accipitur ſtricte, & quidem pro quarta ſpecie, & in hoc ſenſu definitur, quod ſit crimen publ. quod Magiſtratus, vel alii in officio vel munere publico conſtituti, dona vel munera turpiter accipiendo, quo magis aut minus quid ex officio ſuo faciant, committunt. Et quamvis in *d. l. 7. §. 2.* tertiæ ſpeciei mentio fiat, quarta tamen ſpecialis eſt hujus loci. per *L. 1. pr. l. 3. l. 4. l. 6. pr. & §. 2. l. 7. pr. ff. h. t.* Vocari ſolet Barrattaria, & Judex ita corruptus Barrattarius, ab Italico barrattare, i. e. commutare, juſtitiam ſcil. cum pecunia. Germ. *Beſtechen.* Hocque ſolum vitium in jure Sordium nomine venit, *l. 31. pr. ff. de excuſ. l. 6. pr. ff. h. t. l. 15. §. 1. de judic.* quia Judicem efficit ſordidum, eumque omni pudore exuit. *c. 1. de Sent. & re jud. in ſexto. Mylet. in hyperbolog. c. 11.* Dn. à Lyncker *in Diſp. de Barrattaria.*

Barrattaria unde?

C. E. Pr.

IV. Cauſa Eff. ratione determinationis quæ ſit, dictum *præc. §. 1.* Ratione vero perpetrationis eſt malitioſa hominis voluntas. Subjectum ſunt Magiſtratus, ſive ſit municipalis, ſive urbanus, & omnes reliqui in adminiſtratione officii vel miniſterii publici conſtituti, dum gratis officium ſuum impertire debeant, dona accipientes. v. gr. Tutores, Curatores, Adminiſtratores, Syndici, Senatores, &c. *L. 1. pr. l. 6. §. 2. ff. l. 3.* ibi *omnes cognitores & judices, &c. C. h. t.* & *l. 1. C. de pœn. jud. qui mal. l. 14. pr. C. de judic. Nov. 8. tit. 3.* *Nec refert*, ſive per ſe, ſive per interpoſitam perſonam, v. g. Uxorem, Liberos, domeſticos, aut quempiam ipſorum, qui ad ipſos pertinent, quidquam accipiant. *l. 3. ff. l. 5. C. h. t. N. 8. c. 7. Nov. 161. c. 1.* add. *l. 4. §. 5. ff. de off. procoſ.* Sic ex delicto miniſtrorum quoque tenentur, *l. 1. C. h. t.* quia illorum eſt eligere fidos, & obſervare ſuſpectos. Dum enim domeſticis vel adjutoribus offeruntur, obliquum eſſe corrumpendi modum bene notat Ziegl. *Dicaſt. concl. 20. §. 25.* Quia autem prudentiſſimorum oculos dona occæcare ſolent, hinc eadem officii nomine, ſive directe, ſive indirecte, per ſe, vel per intermedias perſonas accipere, aut ſub fidejuſſoribus facere, aut aliquid exigere, aut partes ad tranſigendum compellere, generaliter prohibetur in *l. 7. §. 1. ff. l. 5. C. h. t. Nov. 124. c. 4.* add. ſupra *tit. de Prævar. §. 2. in med.* Imo & Impp. conſtitutionibus factum eſt, ut non tantum Accipientes; ſed & ſponte litis cauſa Offerentes in hoc crimen incidant, quia & hi perſonas publicas corrumpere videntur *d. l. 5.* ubi Accipiens & Dans invicem comparantur. Et ſicut unus officii ratione accipere, ita alter dare prohibetur, add. *tot. tit. C. de pœn. jud. qui mal.*

Subject. ſunt omnes in off. publ. conſtituti.

Etiamſi per alios accipiant.

Accipientes & Offerentes.

Excip.

V. Excipiuntur tamen, qui hiſce perſonis aliquid dare, & à quibus accipi dona queunt, ut ſunt (1.) Cognati in ſexto gradu conjuncti. per *L. 1. §. 1. ff. h. t.*

ff. h. t. l. 7. §. 1. ibi: *in infinitum.* i. e. modo non detrimento. *ff. eod. §. 6.] de grad. cogn.* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 32. th. 9. lit. A.* Struv. *Exerc. 50. th. 25.* nam ratio ſanguinis in caſu dubio omnem tollit ſuſpicionem. [illegible] *add. l. 1. inſ.* (2.) Uxor donans marito. *d. l. 1. §. 1.* Nec obſt. *l. 1. ff. de donat. int. V. & U.* Hic enim non agitur, an valeat donatio, nec ne, ſed tantum dicitur, quod propter donum acceptum non incidat in hoc crimen. Quamvis ob cauſam quando [illegible] etiam ſubſiſtat ſupra *add. t. de donat. int. V. & U. §. 8.* Sicut & h. l. dd. perſonæ dignitatis, non corruptionis vel officii cauſa dare cenſentur; nam coram eo non poſſunt litigare. *l. 10. ff. de Jurisd.* Ærod. *rer. jud. l. 9. t. 3. c. 24.* add. Ord. Cam. *p. 1. t. 13. §. 12.* ibi *Einer Parthey mit Sipſſchafft, Schwägerſchafft, oder ſonſten der-geſtalt, daß er de Jure mochte recuſirt werden, verwandt, ſoll ſich derſelben Sachen gäntzlich enthalten.* add. ſupra *tit. de re jud. § 1.* (3.) Urbani Magiſtratus, qui extra officii rationem munera accipere poſſunt, ſingulis annis uſque ad 100. aureos. *l. 6. §. 2. ff. h. t.* vid. ibi Gothofr. *lit. M.* add. J. O. Tabor. *th. 49.*

3. Obj. Rep.

VI. Objectum regulariter ſunt dona ac munera, uti patet ex *d. l. 6. §. 2. l. 6. §. 3. ff. de Offic. Proconſ. l. 18. ff. de Offic. Præſ.* Nec refert, in quibus rebus, etiam minimis conſiſtant. *l. ſ.* ibi *exceptis ſolis ſalariis, nihil penitus accipientes.* C. *h. t. N. 17. c. 1.* ibi *oportet mundas ſervare DEO, nobisque & legi manus & nullum contingere lucrum, neque majus, neque minus.* Maſc. *de prob. v. 1. concl. 455. num. 1.* Xenia tamen i. e. eſculenta & poculenta (quæ donis opponuntur) licite accipi, ſi intra paucos dies proximos prodigantur vel conſumantur, probari ſolet ex *d. l. 6. §. 3. d. l. 18.* Hucque referri ſolet vetus proverbium οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, neque omnia, neque quovis tempore, neque ab omnibus. per rat. in *d. l. 6. §. 3.* add. J. O. Tab. *th. 52. & ſeqq.* Struck. *in uſu mod. §. 3. de offic. præſid. & de J. S. Diſſ. 6. c. 4. n. 41. & ſeqq.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.* vid. quæ diximus ſupra *ad tit. de off. Proconſ. §. 3.* Quia vero etiam in minimis eſt affectio, & ex minimis, ſi permittantur, facilis ad majora optanda & capienda ſit via, ideoque tutius eſſe, ſi talia oblata, ut verus juſtitiæ Sacerdos, renuat, perbene monet Carpz. *q. 5. n. 61.* arg. *C. 5. cauſ. 23. q. 1.* Hoc quidem multis in locis eſt de genere permiſſorum, maxime ſi non ſufficientia conſtituuntur ſalaria; in quo tamen Principes non leviter peccant. B. Dn. Parens, *delib. Jur. ad Lib. ff. 48. th. 56.* add. Winther. *Parth. Litig. l. 2. c. 10. n. 28.* Paris de Puteo, *de Synd. verb. Eſculenta c. 2. n. 2.* & poſt alios Ziegl. *d. l. § 33. & ſeqq.* à Mandelslo, *d. c. 3. p. 63.* Facile enim quis imitari poteſt Themiſtoclem, qui acceptas edulias retro aliis vendidit.

Object. ſunt dona.

Non Xenia.

VII. Forma conſiſtit in datione & acceptatione corruptionis cauſa. Sic req. (1.) ut aliquid datum ſit. *pr. l. 1. ff. l. ſ. C. h. t. d. l. 6. §. 2.* Sive

Forma req. aliquid datum.

fiat directè, ſive indirectè. *prin. §. 4.* Sive naturaliter, ſive civiliter, v. gr. ſi quis debitum acceptum tulerit, vel aliquid compendii ſenſerit. *l. 2. l. 3. ff. de calumniat.* Venationes, locationes ejus rei cauſa pluris minorisve fecerit. *l. 8. §. 1. ff. h. t.* Sive alius titulus, vel cujuscunque contractus velamentum interceſſerit; *d. l. f.* Menoch *n. 33. & ſeqq.* vel quodcunque modo litium privatarum mercator exiſtat. *l. 3. C. d. t.* & add. Wintner. *d. tr. l. 2. c. 10. n. 23.* *Non decet judicem, ut ſe contentionis litigatorum muneri excipi paratur.* Imo & ſpes ſufficit, ſi ſaltem aliquid promiſſum ſit. Auth. *Novo jure C. de pœn. jud. qui male jud. N. 124. c. 1.* Menoch *n. 28.* de Puteo, *verb. Corruptio. c. 1. n. 6.* Nam promiſſum eſt debitum. *l. f. C. ad L. Falc.* Modo promiſſio ſit certa, & ad minimum non recuſata; *l. 11. ff. mand. l. 102. ff. de R. J.* quia promittens generali & incerta promiſſione non obligatur. *l. 115. ff. de V. O.* (2.) Req. ut corruptionis cauſa factum ſit, vel ut judex aliusve munere publico conſtitutus magis aut minus ex officio ſuo faciat. *l. 3. l. 4. ff. h. t.* Exempla recenſentur in *l. 6. l. 7. ff. h. t.* Et hoc procedit, etſi in bonum finem, vel in bona cauſa, vel ad maturandum judicium judici quid datum aut promiſſum ſit. per *R. ſupra tit. de cond. ob turp. c. §. 8. l. 10. C. de accuſ.* Ziegl. *d. concl. 20. §. 11. & ſeqq.* Menoch. *n. 26. & ſeqq.* & *caſ. 293. n. 20.* extendit ad eum, qui ſolum corrumpere tentavit. Nam veritatis & juſtitiæ amore excitatus Judex officium ſuum facere debet. *l. 2. §. 1. ff. de cond. ob turp. c.* Qui ergo accipit, ut faciat, ad quod lege juſtitiæ obligatus eſt, turpiter accipit, & peccat contra juſtitiam. *c. 15. cauſ. 14. q. 5.* Carpz. *d. q. n. 32. & ſeqq.* Sic qui bonam habet cauſam, ſibi & Judici facit injuriam, ut ait Ziegl. *Rabuliſ. c. 14. §. 14.* & Angelus, *ad d. l. 2.* inquit: Si totus mundus veniret, non poſſet credere, quod ſi una pars det, judex dantis non ſit naturaliter favorabilior.

vel promiſſum.

corruptionis ex cauſa. Ampl. etiamſi in bonum finem.

Qu. Annon ſponte cauſa deciſa oblatum accipere liceat?

VIII. Sed annon cauſa deciſa finitoque proceſſu, ſine prævio pacto vel promiſſione, à victore munus antidotale, ſponte oblatum, accipere liceat? Hoc multi affirmant apud Theod. *c. 9. aph. 1. n. 14. & ſeqq.* ubi jungit limit. modo ante ſententiam nulla promiſſionis ſuſpicio, aut recipiendi expectatio præceſſerit; *c. 1. de re jud. in ſexto.* quia amor præmii tales ad veritatem provocat. *c. 66. cauſ. 11. q. 3.* Sayri inquit. *Finita lite donatio eſt liberalis, & munus acceptum non eſt à litigante.* Theol. Mor. *l. 12. cap. 13. n. 14. in f. & n. 15.* *nec ſunt facile damnandi judices, munus aliquod moderatum, juxta conſuetudinem, ſciente Principe receptum, accipientes.* add. Dn. ab Andler. *Juriſpr. publ. & priv. l. 2. tit. 3. n. 49. in f.* Sed Juri Divino, Canonico, *per textus ſupra citt.* & Civili magis conſentanea eſt ſententia, Judici nec ante, nec poſt cauſam finitam, imo & depoſito munere, intuitu adminiſtratæ juſtitiæ, remunerationem accipere permiſſum eſſe. *l. 6. l. f.* ibi: *neque do-*

Neg.

nis

dediſſe quidpiam, neque daturos unquam poſtmodum fore: & paulo poſt; *nihil penitus tam in adminiſtratione poſitos, quam* poſt depoſitum *officium, pro aliquo præſtito beneficio tempore adminiſtrationis, quam gratuito meruerunt, accepturos.* C. *h. t. l.* 1. §. 2. *ff. de calumn. N.* 124. *c.* 1. ibi. *quolibet modo dederunt aut promiſerunt*. aut poſtea dabunt. Sic Dn. Judex & Aſſeſſores Cameræ Imp. juramento ſe obſtringunt, nihil accepturos, *vor, oder nach der Urtheil*; idque per Comm. Decr. *d.* 7. *Jul.* 1687. confirmatum, ſupra *tit. de offic. proconſ.* §. 4. 5. poſt alios, Ziegl. *d. concl.* §. 22. *ſeqq.* à Mandelslo. *d. c.* 3. *p.* 61. & 62. Matth. *de crim. l.* 48. *t.* 8. *c.* 1. *n.* 8. Brunnem. *ad d. l. f. n.* 7. add. ſupra *tit. de Donat.* §. 28.

IX. Aliud tamen eſt, neque huc pertinet, ſi extra ſtata ſalaria prorſus non intuitu adminiſtratæ juſtitiæ; ſed verb. gr. ſub initio, in ſignum gratulationis, *zum Auffzug*, vel in remunerationem privati cujuſdam officii vel beneficii, Mev. *ad J. Lub. l.* 1. *tit.* 1. *art.* 4. *n.* 31. aut in caſu *l. un. Cod. de ſuffrag.* quid offeratur, Vel ex teſtamento legatum relinquatur, *l.* 16. *C. de legat.* Theod. *n.* 28. Vel ex more, ſicut hodiernis Legatis diſcedentibus dona dari conſueverunt. Theod. *n.* 29. De his & aliis Limit. vid. poſt alios, Myler ab Ehrenbach, *Hyparchol. cap.* 12. §. 40. & *ſeqq.* ubi ſimul monet, quod qualitas & dantis & accipientis ſit conſideranda. Tandem & Compromiſſa, ſalvo condigno ſalario, etiam in Camera Imp. recipiuntur. Mem. jud. & Aſſ. Cam. 1577. §. *Wann etwas beſchloſſen.* 21. R. I. *de anno* 1594. §. *Als auch* 65. Concept *Cammer-Gerichts-Ord. p.* 2. *tit.* 29. *pr.* Sic in cauſa *Oettingen contra Bemelberg* pro ſportulis ad Cameram deponebantur 3000. flor. Rhenani. *Limit.*

X. Accuſatio aut Delatio hujus criminis, coram ſuperiore Judice competente, contra accipientem & dantem, etiam durante officio, (quod h. l. ſpeciale) cuique permittitur. *l.* 4. *C. h. t.* ibi Brunnem. *in f.* Et ſi delator probaverit, victoriam reportaturus erit & gloriam, *l.* 4. *C. d. t.* Sed cautus omnino ſit Judex, nec facile hujuſmodi admittat proceſſus, cum & juſtus Ariſtides à maledicis poſſit accuſari; & Judex communiter, quot profert ſententias, tot ſibi faciat inimicos. Proinde in hac re ex rumore non ſtatuendum eſſe, cenſet Tiberius, apud Tacit. *Annal. l.* 3. *c.* 69. quia præſumtio militat pro judice. uti loq. Impp. Theod. & Valent. Neminem divini timoris, contemnendo jusjurandum arbitramur immemorem, ut ſaluti propriæ ullum commodum anteponat. *d. l. f.* Quoniam tamen hoc crimen plerumque occultum eſt, & ſic difficillimæ probationis, ad illud inveſtigandum etiam teſtes alias inhabiles admittuntur. *Maſc. V.* 1. *concl.* 160. *n.* 3. (non vero ſufficiunt ad pœnam dictandam, *l. f. C. de probat.*) Porro etſi litigator probare nequiverit, ſupponendo tamen præſumptio- *Quomodo procedatur? Monitum.*

nes quaſdam moventes adeſſe, perſona quæ dicitur aliquid ſuſcepiſſe, tenetur jurare, quod neque per ſe, neque per aliam perſonam acceperit, aut promiſſionem habeat, & ſic libera erit; Sed à litigatore in cauſa pecuniaria æſtimatio litis exigitur: in criminali omnia bona confiſcantur. Jusjurandum vero refutans iisdem ſubjacet pœnis, *d. Auth. Novo Jure.* Et ſi quis litigantium juraverit, ſe non dediſſe, vel promiſiſſe, poſtea tamen contrarium oſtendatur, dans & accipiens dd. pœnis ſubjacebunt. *d. Auth.*

Probato crimine quæ ſit Effectus Corr. Accipientis.

XI. Probato hoc crimine, per ſordes perperam judicatum eſſe, Judex hic ſceleratus *c. 15. cauſ. 14. q. 5* litem facit ſuam; add. infra *tit. de Extraord. cogn.* & parti inde læſæ ex vero maleficio veram litis æſtimationem præſtare, omneque damnum cum expenſis judicio Syndicatus reſtituere cogitur, *l. 2. C. de pœna Jud. l. 15. § 1. ff. de Jud.* (ſicque in pœnam judicis & quoad ejus præjudicium, ut actio contra ipſum fundari poſſit, ſententia pro valida habetur. Bach. *ad Tr. V. 1. D. 14. th. 14. lit. D.*) ſalva manente actione pœnali. Bach. *d. V. 1 D. 12. th. 14. lit. C.* & *V. 2. D. 25. th. 5. lit. A.* Frantzk. *Ex. 15 q. 10. th. 25.* Ziegl. *d. l. §. 55.* Freher. *de Exiſtim. lib. 3 de Infam. cap. 14. n. 1. & 2.* Suſtinet quoque diſpendium exiſtimationis. *d. l. 2.* Hinc damnatus teſtimonium dicere, judex eſſe, poſtulareve prohibetur. *l. 6. §. 1. ff. h. t.* Imo ab officio removetur, qui non tantum per ambitionem ſententiam dixit; ſed litem ita protelavit, ut inſtantia lapſa ſit & periit. *l. 13. § 8. C. de judic.*

Rat. Sententiæ!

Sententia eſt ipſo jure nulla; *l. 7. C. quando prov. non eſt nec.* etiamſi de cætero juſta ſit. Brun. *ad d. l. 7.* ubi *in f.* excipit caſum, ſi ex pluribus judicibus unus tantum ſit corruptus. Menoch. *caſ. 343. n. 12.* Omnes contractus hoc nomine facti ſunt irriti. *l. 8. §. 1. ff. h. t.* Resque hoc modo accepta habetur pro vitioſa, æque ac res furtiva, eaque propter uſucapi nequit; *d. l. 8 pr.* niſi prius in poteſtatem ejus, à quo profecta, hæredisve ejus pervenerit. *d. l. 8 §. 1.*

Accipiens pœnæ in Cauſ. Civ. mulcta.

XII. Inſuper & ultra dd. civiles effectus delinquens adſtringitur ad pœnam. LL. XII. tabb. capite mulctabatur. Menoch. *n. 5* Sed in cauſis Civilibus & à Corrupto exigitur mulcta pecuniaria, vel quadruplum, ſi fuerit adminiſtrator provinciæ, *l. 1. l. ſ. inſ. C h. t.* Si judex triplum, promiſſi vero duplum, ſimulque condemnatus cingulum vel dignitatem amittit. Auth. *Novo Jure C. de pœn. Jud. qui male jud.* Nov. *124. c. 2* Menoch. *caſ. 343. n. 14. & 15.* Hinc talis dicitur famæ ſuæ prodigus & proprii perſecutor honoris, *c. 1. de Sent. & re jud. in ſexto.*

Quæ pro parte.

Quadruplum autem, ſi ab invito exactum, (quo pertinet, ſi flagitioſus ſine tali obligatione pronuntiare nolit.) dividitur inter Fiſcum, & ſpoliatum; *l. 3 C. de Aſſeſſ.* de quo caſu dubio procul intellig. Ord. Cam. *p. 3. t. 33. §. 3.* & judex Concuſſionis crimen incurrit, ſupra *tit. de Concuſſ.*

Concuſſ. ſ. 3. Bocer. *cl. 4. D. 16. th. 8.* Struv. *Exerc. 49. th. 74.* ibique Mullerus. Sed ſponte Judici officii ratione datum totum Fiſco cedit. Ludw. *ad J. D. 18. th. 10. lit. b.* Et in heredes, adhuc intra annum, à morte ejus, qui arguebatur, datur actio in ſolidum: *l. 2. ff. l. 2. C. h. t. l. 20. ff. de accuſ.* quod ſingulare eſt. Bach. *de act. D. 5. th. 4.* Poſt annum in id, quod ad eos pervenit. *l. ſ. ff. ad L. Jul. pecul. l. 24. ff. de dolo.* Gothofr. *ad d. l. 2. C. lit. k.* Theod. *n. 46.* Harpprecht. *ad d. §. 11. n. 18.* Datum autem; licet ſine corruptione & pro juſta Sententia reſtitui debet, *l. 2. ſ. ſ. ff. de cond. ob turp. cauſ.* quia juſtum Judicium non vendatur. *d. c. 15. c. 14. q. 5.* Menoch. *n. 16. & 22.* Vel etiam, poſtquam ab officio remotus, punitur extraordinaria animadverſione, exilio, vel durius, pro qualitate perſonæ, & quantitate muneris. *l. 7. ſ. ſ. ff. h. t. l. 38. ſ. 10 ff. de pœn. c. 18. x. de Simon.* Carpz. *d. q. n. 35.* Schilt. *Exerc. 49. §. 100.* Freher. *d. c. n. 2. in f.* Joh. Voet. *n. f. h. t.* Vel in totum cedit Fiſco. Et Heredes tenentur, in quantum?

Punitur etiam extraordinarie.

XIII. Si vero cauſa Criminalis fuerit, confiſcatis omnibus, (vid. tamen *Nov. 134. c. f.*) in exilium mitti vel relegari: *d. Auth. & d. Nov. c. 2.* vel ex L. Corn. de falſis puniri: *præc. tit. §. 8.* aliave pœna affici: Carpzov. *d. q. n. 52. & ſeqq.* Vel ſi, ob innocentem necandum, calore inductus, aut pecuniam acceperit, capite plecti, vel in Inſulam deportari debet. *d. l. 7. §. ſ.* Bocer. *d. l. th. 14.* add. Mattenzu, *de Advocat. Referendar. & Judicum Offic. requiſ. & commem. p. 3. c. 24. & ſeq.* Vid Lauterbach. *diſp. de Crim. præſcript. th. 14.*

In Cauſa Criminali, quomodo?

XIV. Cum ex Conſt. Impp. Lex de repetundis etiam ad dationem pertineat, *l. ſ. C. h. t.* Corrumpens (ſponte ſcil. dans) datum quoque repetere nequit, quia ejus turpitudo arguitur, ſupra *tit. de cond. ob turp. cauſ. § 8.* ubi variæ ampliat. Et Actor, qui, diffidentia juſtæ ſententiæ, in pecuniæ corruptelam ſpem negotii reponit, actionem · *l. 1. §. 3. ff de calumniat. l. 1. C. de pœn. jud.* Reus verò defenſionem amittit, *dd. ll.* ibi Gothofr. *lit. i.* ſi ſcil. de crimine pronuntiatum, i. e. Sententia condemnatoria lata ſit. *l. 29. pr. ff de jure fiſc.* Porro quandoque notatur infamia, ſc. in caſu *l. 7. ff de publ. jud.* add. *l. 1. ff. de his, qui not. infam.* Pro admiſſi qualitate & quantitate *c 18. x. de Simon.* convenitur vel ex L. Corn. de falſis, *l. 1. ff ad L. Corn. de falſis,* vel ex L. Jul. Repet. pecuniarie in quadruplum, *l ſ. in ſ. C. h. t.* vel etiam extraordinarie. In cauſa verò capitali Reo non nocet, nec defenſionem amittit, etſi adverſarium corruperit, per tat. *in l. 1. ff. de bonor eor. qui ante ſent.* Porro corrumpens veniam meretur, ſi in exordio litis faſſus ſit, ſe dediſſe alicui vel promiſiſſe, & perſonam declaraverit, & hoc probaverit, *d. Auth. Novo Jure.* Bocer. *num. 23.*

Corrumpens quomodo puniatur?

Quid ſi cauſa ſit capitalis, vel reus ſponte faſſus ſit?

XV.

Quando accipiens condonari poſſit?

XV. Sin quis munera in bonum finem, & in cauſa juſta, ſine prævio pacto, vel promiſſione ſaltem tacita, finito proceſſu, ultro oblata, quidem acceperit, nullam tamen de cætero fecerit injuſtitiam; ſed inſuper alia merita hoc delictum longe præponderantia habeat, veniam admiſſi concedi poſſe, docetur exemplo M. Aquilii apud Ærod. *rer. jud. l. 9. t. 3. c. 8.* J. O. Tab. *th. 60.* cui addit Mylerus, ſi quis habeat nullum, aut non condignum ſalarium, *d. c. 12. §. 45. & 47.* quilibet enim ex officio ſuo vivere debet *l. 7. ff. teſtam. quem. ap.* quo facit Mynſing. *C. 2. O. 75. n. 12.* J. O. Tab. *th. 37. n. 4.* Dubio procul jungi poteſt, ſi conſtitutum ſalarium debito tempore non perſolvatur. Si autem non eſt juſtum, Officiales mendicare in opprobrium ſuæ dignitatis, quo Juſtitiæ Zelo quis in Officiales ſuos, juxta legem præſcriptam, poterit animadvertere, cum ipſe lege vel contractu non vivat? Hoc ergo corrigatur, & illi corrigentur, vel à transgreſſoribus pœna cum rigore poterit ſumi, ſicque haud dubie melius in Republica ageretur. Nemo enim inficias ibit, delictum hoc frequentiſſime committi; ſed rariſſime decenter puniri. Interim ſibi caveant corrupti Judices & Magiſtratus, licet non timeant terrenum Judicem, docent nihilominus exempla quotidiana, de tali modo quæſitis vix gaudere ſecundum hæredem; & quod magis, illorum conſcientia eſt Judex, ac cauteriata efficitur, quia DEO, legi, atque juramento nolunt puras ſervare manus, vid. omnino *Nov. 8. tit. 8. in f.* & *cap. 1. de ſent. & re jud. in ſexto.* Sayri, *d. c. 13. num. 7. & ſeqq.*

TIT. XII.

DE L. JULIA DE ANNONA.

Inſt. *Lib. 4. T. 18. §. 11.* Cod. *Lib. 10. Tit. 46. Lib. 11. T. 24. & Lib. 12. T. 38.*

§. I.

Annonæ

Etymol.

Diviſio.

Homon.

SUpra quidem de Annona dictum; *tit. de Extraord. Crim. §. 5.* Sed h. l. proponitur, quatenus Lege publica Julia coercetur. Vocatur flagellatæ vel fraudatæ Annonæ, ab anno, quaſi annua alimonia. Theod. *c. 9. aph. 2. n. 1.* Alia eſt Civilis, quia civibus victum ſingulis diebus fuit erogari ſolita, loco ſalarii. *tit. C. de Ann. civ.* Hi panes poterant dari in dotem. *l. f. §. f. C. de jur. dot.* itemque legari; *l. 12. C. de H. I.* Alia Militaris, quæ victus cauſa militibus erogabatur. *Tit. de erog. mil. ann. Tit. C. de excoct. & translat. mil. ann.* quo etiam refertur *Tit. C. de Annon. & Tribut.* add. R. J. *de anno 1532. pr. §. 8.* R. I. *de A. 1566. §. 59.* Annona h. l. comprehendit omnia ad

victum

victum humanum pertinentis, etiam ligna, & ſub Militari continentur etiam paleæ & fœnum. *Rauh-Futter. l. 1. l. 2. l. 8. C. de erog. mil. ann.* add. *l. 43. l. 44. ff. de V. S.* Bocer. *cit. l. 4. Diſp. 16. th. 23.*

II. Deſcribitur, quod ſit publicum delictum, quo dolo malo rei cujusvis ad annonam pertinentis abundantia & commercium impeditur, quo annona carior fiat. *l. 2. pr. ff. h. t.* Sicut autem maxima cura erat Impp. ut omnia juſto pretio præbeantur, eaque certis magiſtratibus demandata erat: *l. 2. §. 33. ff. de O. J. l. 1. §. 11. ff. de off. Praef. urb. l. 13. ff. de Accuſ.* Struv. *Diſſ. de Annona, th. 7. & ſeqq.* ita in bene ordinatis Rebuspubl. hodienum diligens annonæ cura haberi ſolet, quia eſt vinculum civitatis. Theod. *anim. 5.* Hahn. *ad W. h. t. N. 4.* Harpprecht. *ad §. 11. J. de P. J. n. 22.* Magiſtratibus quidem Municipalibus hæc determinandi pretium poteſtas de Jure Rom. non competit, *l. 3. § 1. ff. h. t.* Aliud tamen eſt de moribus hodie receptis. Zahn. *de jure munic. c. 61* Dn Schilt. *Ex. 49. § 141.* Dn. Stryck. *Diſſ. de Dardan. c. 3. n. 33. & ſeqq.* add. ſupra *tit. de LL. §. 8.* Crim. Annonæ quid ſit? Cujus ſit hæc cura?

III. In hanc legem incidunt, qui ſocietatem coeunt, quo annona fiat carior; *l. 2 pr. ff. h. t.* qui navim nautamve annonam advehentem detinent, aut dolo malo faciunt, quo magis detineatur, *d. l. 2. §. 1.* Annonam potiſſimum flagellant, qui monopolium ejus exercent, aut conveniunt, pactisve ſe conſtringunt, ne merces annonarias vilius vendant, *l. un. C. de monop.* & Dardanarii atque Propolæ, *l. 6. ff. de Extraord. crim.* & quovis modo annonæ abundantiam impedientes. Struv. *th. 26. & Exerc. 49. th. 75.* ibique Müllerus. Quinam in hoc crimen incidant?

IV. In odium hujus criminis, & propter publicam utilitatem, ad accuſandum vel deferendum admittuntur Mulier, *l. 3. § f. ff. h. t. l. 13. ff. de accuſ.* add. *l. 1. eod.* Miles, *d. l. 13.* Servus, contra proprium Dominum annonam attemperantem vel vexantem. *l. 1. ff. h. t. d. l. 13. l. 53. ff. de judic.* Infames, *d. l. 13.* Reform. Polit. *de anno 1548. tit. 18. § 9.* & Ord. Polit. *de anno 1577. t. 18 §. 8.* Et hic, ſicut in aliis cauſis privilegiatis, Proceſſus de ſimplici & plano debet abſolvi. Reform. Polit. *d. l. §. 11.* Ord. Polit. *d. l. §. 10.* Qui accuſare poſſint?

V. Crimine Probato Pœna ex L. Julia ſtatuitur XX. aureorum, *l. 2. §. f. ff. h. t.* Sed quia hæc poſteris levior viſa, etiam extraordinarie, pro admiſſi quantitate & qualitate, puniri poteſt. *l. 37. ff. de pœn. l. 6. ff. de extraord. crim.* Stryck. *in uſu moderno h. t* & ſupra *ad eund. tit. §. 5.* ubi pluribus jam dictum. Monopolium verò exercentes, de Jure Civ. bonorum confiſcatione, & perpetuo exilio puniti: Negotiatores autem in certum pretium conſpirantes XL. librarum auri pœni ſolutione percelli jubentur. *l. un. C. de Monop.* Illaque pœna Rec. Imp. eſt firmata, niſi quod delatori quarta pars bo- Quænam ſit pœna.

norum debeatur, d. Reform. Pol. *§. 2. & 5.* d. Ord. Polit. *§. 2. 5. & 8.* Ipſi Magiſtratus, qui, ſpreta admonitione, negligentes ſunt in retundendis monopoliis, & exigendo à transgreſſoribus pœnas, per Imperii conſtitutiones impoſitas centum marcas auri Fiſco ſolvere tenentur. Sed dolendum, quod hujusmodi ſaluberrimæ leges non obſerventur.

TIT. XIII.

AD L. JULIAM PECULATUS, ET DE SACRILEGIS, ET DE RESIDUIS.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 18. §. 9. & 11.* Cod. *Lib. 9. Tit. 28. & 29.*

Cauſ. *17. q. 4.*

§. I.

Peculatûs Etymol. POrro contra Remp. peccatur crimine Peculatûs. Hoc nomen *Feſtus* vult derivari à pecore, quia in eo Veterum opes conſiſtebant, & ab eo initium fraudis eſſe cœpit. Wel. *h. t. num. 1.* Theod. *crim. c. 9. aph. 3. num. 2.* Homon. Late. Accipitur vel Late, ut etiam Sacrilegium comprehendat, & definitur, quod ſit crimen publicum, quo pecunia publica, ſacra vel religioſa, ſurripitur. *§. 9. J. de P. J. l. 1. l. 4. pr. l. 9. §. 2. ff. h. t.* vel Stricte, & in oppoſitione ad Sacrilegium, Stricte quid ſit? dicitur Peculatus in ſpecie, & definitur, quod ſit crimen publ. *l. 5. ff. h. t.* quo pecunia publica profana ab eo, cujus fidei & periculo commiſſa non eſt, ſurripitur. *d. l. 9. §. 2.* Nam Quæſtores & Adminiſtratores, & ſimiles, pecuniam ſibi concreditam retinentes, vel in ſuos uſus convertentes, de Reſiduis tenentur. *l. 4. §. 3. & 4. ff. h. t. & ſeqq. §. 9.*

C. E. R. II. C. Eff. Rem. eſt Octav. Auguſtus, qui legem de Peculatu tulit. Prox. Prox. eſt malitioſa hominis voluntas, *l. 1. in f. ff. h. t.* Subject. Subjectum eſt omnis, cujus fidei & periculo pecunia hæc commiſſa non eſt, *d. l. 9. §. 2 & 4.* fraudem tamen ærario per ſe vel per alios facit. *l. 2. ff. h. t.* v. gr. Si pecuniam publicam aufert, vel recipit: intercipit: in rem ſuam vertit: *l. 1. ff. l. un. C. h. t.* ex gr. qui in aurum, argentum, æs publicum quid indit vel immiſcet, quo in pejus fiat: *d. l. 1. l. 9. pr. ff. ad L. Corn. de falſ.* qui præter pecuniam, quam publico nomine facit, ſibi publico nomine ſignat, vel ſignatam furatur: *l. 6. §. 1. ff. h. t.* qui in tabulis publicis quid delet, vel immutat: *l. 8. l. 10. pr. ff. eod.* vel contra prohibitionem, earum inſpiciendi vel deſcribendi copiam facit: *l. 9. §. 5. ff. d. t.* Judices, qui authoritate officii pecunias publ. ad ſe trahunt, vel penes ſe retinent. *§. 9. J. d. P. J. l. un. C. h. t.* Plura exempla vid. *l. 6. §. 2. l. 9. §. 3. l. 11. l. 13. ff. h. t.* ibique Brunnem. (aliter tamen hodie. Theod. *n. 6. & ſeqq.* Qui prædam ab hoſtibus captam ſubripiunt. *l. 13. ff. h. t.* Nec ſolum hi ipſi? ſed & qui fecerunt, quo quis interciperet,

vel

vel miniſterium adhibuerunt, vel res ſubtractas ſcientes ſuſceperunt, vel quovis modo furanti ſinum præbuerunt. *d. §. 9. J. l. 1. l. 6. §. ſ. ff. l. un. C. h. t.* Joh. Voetius *n. 2. h. t.*

Objectum eſt pecunia, id eſt res mobilis, publica, & civitatis. Obj. Reſp.

III. Objectum eſt pecunia publica, *Diebſtahl gemeiner Gelder.* Sed pecunia hic non ſumitur latiſſime: juxta *l. 222. ff. d. V. S.* Sic enim comprehenderetur res immobilis, cujus tamen furtum non committitur, Ergo nec peculatus. Proinde vocab. *Pecunia*, h. l. in media ſignificatione accipitur, ut denotet res mobiles, quarum nimirum furtum committitur. arg. *d. l. 9. §. 2.* Bachov. & Hahn. *ad W. h. t. N. 3.* ſupra *tit. de Furt. §. 19.* Porro pecunia vel res debet eſſe publica, & quidem ab initio, quæ ad res Reipubl. Rom. pertinuit. *l. 8. §. 1. l. 13. ff. h. t. l. 15. de V. S.* Sed poſtea conſtit. Trajani & Hadriani ad Res Civitatis extenſum eſt. *l. 4. §. ſ. ff. h. t.* Nec obſt. *l. 81. ff. de furt.* ad quam Dd. variè reſpondent. J. O. Tabor exiſtimat, illam pertinere ad Adminiſtratores ipſarum rerum civitatum; arg. *d. l. 9. §. 2. & 4. ff. h. t.* & in *l. 80. §. 5. &. & ult. ff. de furt.* agi de Adminiſtratore, ibique an & quando falſus Procurator furtum admittat. Huic L. immediate ſubjici *l. 81.* in qua nullum ſubjectum exprimatur, quia autem utraque ſit Papiniani, veriſimile eſſe, JCtum ad præc. *l. 80.* reſpexiſſe. J. O. Tab. *Racem. 2. th. 33.* Dn. Voet. ita excuſat, novum non eſſe, ut antiqui Juris veſtigia proponantur, etiamſi quædam mutatio contigerit. *h. t. th. 1.* vid. Bach. *ad Tr. V. 2. D. 32. th. ult. lit. E.*

Forma. Finis. Effectus. Pœna eſt pecuniaria, datur adverſus hæredes, vel corporalis, vel capitalis.

IV. Forma hujus criminis eſt prædictæ pecuniæ fraudulosa contrectatio. Finis eſt lucrum, ſicut in furto. *d. l. 9. §. 2.* Effectus primus eſt obligatio; & inde ortus pœnæ irrogatio. Quæ pœna de J C. eſt vel pecuniaria, nimirum quadrupli, in caſibus *l. 6. §. ſ. & l. pen. ff. h. t.* Et adverſus hæredes etiam exercetur, quia principalis quæſtio ablatæ pecuniæ hic quoque movetur. *l. ſ. ff. h. t.* Theodor. *in Jud. Crim. pract. c. 9. aph. 3. n. 13.* Sed non niſi intra annum à morte ejus, qui peculatum fecit. arg. *l. 2. ff. ad L. Jul. repet. d. l. ſ.* Gilh. *arb. crim. c. 2. t. 18. n. 7. in fin.* Vel corporalis, & quidem in privatis perſonis Deportatio, *d. §. 9. l. 3. ff. h. t.* Vel capitalis animadverſio in Magiſtratibus, & iis, qui publico munere funguntur, & eorum miniſtris, *d. §. 9. J. d. l. un. C.* quia hujuſmodi perſonæ plures habent opportunitates pecunias publicas intercipiendi, hinc & majoris pœnæ metu fuerunt deterrendi. Menoch. *A. J. Q. caſ. 377. n. 6.* Math. *l. 48. tit. 10. c. 2. n. 2.* Moribus noſtris pro criminis quantitate applicatur pœna furti. Theod. *n. 16.* Schilt. *Exerc. 49. §. 142.* Stryck. *in uſu mod. §. 1.* & Voetius *n. 3. h. t.* Grœnew. *ad d. §. 9. J. de P. J.* teſtatur, hanc pœnam hodie fere arbitrariam eſſe. Hoc crimen adverſus ipſum ejus auctorem præſcribitur quinquennio. *l. 7. ff. h. t.* vid. Stryck. *de off. Jur. inveſtig. ſect. 3. m. 2. ax. 3. n. 29.* & *in uſu moderno §. 1. h. t.*

Quando præſcribatur?

V. De Sacrilegis.

II. Sacrilegii.

Secundum Crimen, de quo *in h. t.* agitur, eſt Sacrilegium, quaſi ſacræ rei legium, i. e. furtum; Theod. *d. cap. aph. 4. n. 1.* quamvis in Jure varie hoc vocabulum extendatur, *l. 30. §. 1. C. ad L. Jul. de adult. t. t. C. de crim. ſacril. l. 1. C. ut dign. ordo ſerv.* In ſenſu tamen proprio atque de Jure Civ. eſt crimen publicum, quo pecunia vel res ſacra ex loco ſacro, vel religioſa ex loco religioſo ſurripitur. *l. 1. l. 4. pr. §. 1. l. 9. §. 1. ff. h. t. l. 5. C. de ſepulchr. viol.* ſupra *ad eund. tit. §. 1.* D. Harpprecht. *in Diſſer. March. Bad. p. 7. th. 50.* Joh. Voetius *n. 4. & 5. h. t.*

Quid ſit?

C. E. & S. Obj. eſt Res Sacra,

VI. C. Eff. & Subjectum ex præced. patent. Objectum eſt (1.) pecunia vel res ſacra, i. e. quæ (α) DEO ad cultum divinum publice conſecrata: *dd. ll.* ſupra *tit. de Div. rer. §. 6.* & (β) in ſacro loco conſtituta. *d. l. 9. §. 1. l. 10. §. 1. ff. h. t.* Quæ duo de J. Civ. conjunctim requiruntur. Claſen *ad O. Cr. art. 171. th. 2.* Si enim extra talem locum res ſacra fuerit ſurrepta, non ſacrilegium, ſed furtum committitur; Unde ſæpius templi fit mentio. *l. 6. pr. d. l. 10. §. 1. l. 16. §. 4. ff. de pœnis.* Carpz. *Pr. Crim. q. 89. n. 4. & ſeqq.* (2.) Res Religioſa, quæ ex loco religioſo, v. g. ornamenta mortuorum, vel ſepulchrorum, vel res ſimiles, vid. ſupra *tit. de Relig. & ſumpt. fun. §. 32. & tit. de Sep. viol. § 1.* ſurripiantur. *§. 9. J. l. 1. l. 4. pr. ff. h. t. l. 5. C. de ſepulchr. viol.* Unde ſequitur ſi res privata in ædem ſacram contra rapinas militum depoſita ſurrepta fuerit, non ſacrilegii, ſed furti actionem eſſe. *l. 5. ff. h. t.* Non obſt. *d. l. 16. §. 4.* ubi JCtus non quærit de Objecto; ſed tantum de loco, præſupponendo rem ſacram, quæ e loco ſacro ſurrepta ſacrilegium, e profano furtum æſtimetur. Gilh. *arb. crim. tit. 28. n. 2.* Damh. *Pr. Cr. c. 3. n. 3.* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 32. th. ult. lit. F.* Hahn. *h. t. n. 4.* (In *d. l. 4. §. 6. in f.* cavetur, ne cum corporibus mortuis aut reliquiis pecuniæ condantur.)

Religioſa.

Quid ſi res privata in ædem ſacram depoſita ſurripiatur?

Jur. Canon. & hodierno Res & Locus faciunt Sacrilegium.

VII. Sed Jure Canon. & hodierno, Res & Locus faciunt Sacrilegium, hocque reſpectu eſt crimen publicum, quo vel res ſacra, vel ex loco ſacro aliquid ſurripitur. Stryck. *in uſu mod. §. 2. h. t.* Sicque tres complectitur ſpecies. (1.) Si quis rem ſacram de ſacro, quod atrociſſimum: (2.) Rem Sacram de profano: (3.) Rem profanam de ſacro loco contrectet & auferat. *cauſ. 17. q. 4.* Sayr. *Theol. mor. l. 9. c. 13. n. 8.* Struv. *Exerc. 49. th. 79.* ibique Muller. Et hanc Jur. Can. diſpoſitionem approbat quoque ſanctio crim. Carol. *art. 171.* & Moribus noſtris obſervatur. Carpz. *d. q.* Claſen *ad d. art. th. 3.* ubi *in f.* jungit, quod Canoniſtæ Sacrilegium extendant ad perſonas Clericales, ut homines eo magis ab illarum offenſione deterreantur. add. *l. 10. & ſeq. Auth. C. de Ep. & Cler.* ſupra *tit. de Injur. §. 39.*

VIII.

VIII. Ad hujus criminis accuſationem omnes admittuntur. *d. l. 10.* Omnes gentes ſemper graviter in ſacrilegos animadvertiſſe, demonſtrat Theod. *n. 12.* De Jure Can. poſt trinam admonitionem neglectam eſt pœna excommunicationis. *d. c. 21. & c. 22. x. de Sent. excomm.* Jure Civ. capitali animadverſione puniuntur; *§ 9. J. de P. J. l. 9. pr. ff. h. t.* ita tamen, ut pœna pro qualitate perſonæ, rei conditione, & temporis, & ætatis, & Sexus, vel ſeverior, vel clementior ſtatuatur. Sicque de J. Civ. eſt arbitraria, ad mortem tamen extenſibilis. *l. 4. §. 2. l. 6. pr. l. 10. pr. & §. 1. ff. h. t.* Theod. *n. 15. 16. 17.* Carpz. *d. q. n. 10. & ſeqq.* Struyck. *in uſu moderno §. 3. h. t.* ſupra *tit. de ſepulchr. viol. §. 7.* Idem dicendum de Jure Hodierno, ſecundum Ordinat. Crim. Nam hierothecam, in qua conſecratus panis repoſitus, vulgo Monſtrantiam, furans, apud Rom. Eccleſiæ addictos, propter tranſſubſtantiationem, quam credunt, igne comburitur. Ord. Crim. *art. 172.* D. Harppr. *Reſp. 45. n. 37. & ſeqq. n. 81. cum ſeqq.* add. *d. l. 6. pr.* vid. Zieritz. *ad d. art. verb. ignis.* Sacra vaſa auferens, vel Ædem ſacram, aut ſacrarium furandi animo effringens, pro rei qualitate punitur, Ord. Cr. *d. art.* modo ſupplicio rotæ, laquei, capitis, quandoque mitius, ſecundum varia præjud. ap. Theod. *d. c. 9. aph. 4. n. 18. & ſeqq.* Arcæ eleemoſynariæ ſive Gazophylacii extractores pœna aut corporali, aut capitali, prout viſum erit prudentibus, afficiantur. Ord. Cr. *art. 173.* D. Harppr. *Diſſ. Bad. p. 7. th. 50.* Res ſacras minoris pretii, e. g. ceram, candelabra, linteamina, &c. vel res in templo depoſitas auferentes, juxta facti qualitates, puniendi. Ord. Cr. *art. 174.* Nam in ſingulis his caſibus quævis circumſtantiæ, v. gr. famis, vid. *1. Sam. 21. v. 6.* Matth. *12. v. 3.* ætatis, ſimplicitatis, probe perpendi debent; Ord. Cr. *art. 175.* quia in dubio proniores ad abſolvendum, quam condemnandum eſſe decet. vid. Criminaliſtæ, *ad d. art.* D. Harppr. *Reſp. 45. n. 18.* Quomodo hoc crimen in Foro Sax. puniatur? vid. ap. Carpz. *d. q.*

Quomodo puniatur de Jure Can.

Civili.

Hodierno. Secundum varios caſus.

IX. De Reſiduis.

Tertium h. t. propoſitum crimen eſt Reſidui. Reſiduum in Jure noſtro varios habet ſignificatus; vid. B. Dn. Parens, *in diſſ. de Reſiduo, th. 1.* Hic ſumitur in ſenſu ſtrictiſſimo, pro pecunia publica, quæ ap. ejus adminiſtratorem ſupereſt, & in uſum publicum erogari vel in ærarium inferri debuit. Sic diff. Reſiduum & Reliquum, cum hoc dicatur quod in rationibus & pecuniis privatis reſtat. Harppr. *ad §. 11. J. de P. J. n. 36.* Reſidui retentionem coercuit Imp. Oct. Aug. Lege Jul. de Reſiduis, *§. 11. J. de P. J.* vel Reſiduorum. *l. 2. l. 4. §. 3. l. 9. §. 6. in fin. ff. h. t.* Hocque crimen definitur, quod ſit crimen Publ. illicita retentione pecuniæ publicæ, ab eo, cujus fidei & periculo illa ad uſum publicum concredita erat, commiſſum. Joh. Voet. *in ſ. h. t.*

III. Reſidui. [illegible]

Diff. ei a Reliquo, quid ſit?

Crimen Reſidui quid?

Nn nn nn 3 X.

Quinam in Crimen hoc incidant?

X. In hoc crimen incidunt doloſi Quæſtores, Præfecti, Publicani, & ſimiles Officiales, qui publicam pecuniam, in uſum aliquem delegatam, ex propoſito retinent, neque in eum conſumſerunt vel erogarunt. *l. 2. l. 4. §. 4. l. 9. §. ſ ff. h. t.* (niſi in aliud commodum publicum expenderint. Menoch. *d. caſ. 316. n. 26.* ubi tamen ſublimitat in pecunia ad ſalaria deſtinata.) Vel qui ex locatione, emptione, alimentaria aliave ratione acceptam publico non ſolvunt, vel in uſum proprium convertunt; *d. l. 4. §. 3. d. l. 9. § 6.* ſive in ſolidum, ſive ex parte, Gilh. *arb. crim. d. t. n. 8.* qui pecuniam ex adminiſtratione Fiſco debitam, intra annum, non ſolvunt. *d. l. 9. §. 6.* Theod. *n. 8.* Qui ergo ex ſola culpa, vel negligentia tantum, quæ potius, quam dolus præſumitur, rationes reddere nequeunt, huc non veniunt, modo defectum reſarciant. *Berlich. p. 5. concl. 57. n. 50 & ſqq. docet, quando dolus h. l. præſumatur.* Si autem alicujus fidei pecunia, vel aliud quid, cum adminiſtratione, ſed privata committatur, qualis eſt tutor, curator, inſtitor, negotiorum geſtor, & ſimilis, is, ob converſionem in alium uſum, non tenetur hac ratione, nec furti, niſi de animo furandi conſtet, ſupra *ſuo loco*. Berlich. *n. 22. & ſeqq.*

Exceptio.

Tenentur Act. Reſiduæ pecuniæ, quæ pœna?

XI. Reus hujus Criminis Actione Reſiduæ pecuniæ tenetur, *d. l. 9. §. 6.* & convictus non modo quantum debet, reſtituit; ſed & amplius tertia parte punitur. *d. l. 4. §. 5.* i. e. ſi quis retinuerit 300. flor. pœna foret 100. flor. Inſuper cum infamia officio movetur. Gilh. *n. 9.* Harppr. *n. 38.* Stryck. *in uſu moderno §. 4.* & Schopffer. *n. 11. h. t.* Hancque pœnam aliquoties in Foro Würt. dictatam eſſe memini. Sic etiam pecuniam in ſalaria deſtinatam tempore debito non ſolvens, ſed apud ſe retinens, vel in ſuos uſus convertens, committit hoc crimen, & de jure Civ. tertia parte amplius, quam debet, punitur. arg. *d. l. 2. d. l. 4. §. 5. ff. h. t.* B. Dn. Parens in *Delib. ad lib. ff 48. th. 60.* Item ſi Præfecti ſtipendia militaria ſibi adnumerata militibus non exſolvant. Dn. Voet. *h. t. th. 6.* Perfidos Xenodochiorum adminiſtratores & Senatores, Civitatis reditus in ſuos uſus convertentes, aliosque Adminiſtratores publicos res ſuæ adminiſtrationi commiſſas perfide intercipientes, criminaliter accuſari poſſe, Reſponſo illuſtrat Theod. *num. 17. & ſqq* & gladio punitos eſſe, præjud. firmat Manz. *Dec. Palat. q 17 inſ.* vid. Heeler *de rat. redd. loc 8. num 45 loc 10. num. 277.* & Coc. *14. num 62.* Beſold. *C. 141.* Sed quomodo puniantur in foro Sax. vid. Carpz. *J. F. p. 4. C. 41 def. 1. & ſqq. in Pr. Cr. q. 85.*

qui ſalaria apud ſe retinent, Stipendia milit. aliosve reditus publicos.

Exceptio.

Exceptio etiam eſt in caſu, ſi quis pecuniam frumentariam minuerit, vel ad quosc. alios uſus converterit, ut teneatur in duplum. *l. 2. C. de frum. urb. Conſtant.* ibi Brunnem. Porro, qui non habet in ære, luit in corpore, ſc. carce-

re,

re, vel prout commiſſi circumſtantiæ expoſcunt. Hujusmodi autem Reos extra Elect. Saxon. nunquam ſuſpendio, ut fures; ſed extraordinaria ſaltem pœna affici, multis rationibus docent Berlich. *num. 31. & ſqq.* Carpz. *d. q. 85. num. 10. & ſqq. & d. C. def. 1.* Struv. *Exerc. 49. th. 80.* ibique Mullerus. Aliorum ſententias refert Manz. *d. q. 87.* Tandem in hæredem quoque ejus, qui reſidua debet, judicium hoc exercetur; quia quæſtio principalis ablatæ pecuniæ movetur. *L. fin. ff. h. t.* Theod. *in Judic. crim. practico c. 9. aph. 5. n. 15.*

TIT. XIV.
DE L. JULIA DE AMBITU.

Inſt. *Lib. 4. Tit 18 §. 11.* Cod. *Lib 9. Tit. 26.* & *Lib. 1. Tit. 3. leg. 31.* Nov. *8. 17. 123. & 161.* Cauſ. *1. q. 1. & ſeqq.* Extra. *Lib. 5. Tit. 3.* Extravag. Comm. *Lib. 5. Tit. 1.*

§. I.

INter Crimina publica non immerito refertur Ambitus, quod vocab. derivatur ab ambio. Apud Rom. illo Seculo, quo in adulationes & aſſentationes totus populus propendebat, erat ritus, quo Candidati officiorum & dignitatum curſitare, Tribus circuire, & continuis illecebris, obſequio, blanditiis, aſſidua compellatione, iteratis precibus, & nihil omnino omittendo, quod ad gratiam ſibi comparandam faciat, e. gr. dandis congiariis, prandiis præbendis, gladiatoribus exhibendis, locis parandis & pecuniis dividendis, favorem populi captare & aucupari, ſicque ſuffragia emendicare, & tandem emere ſolebant. Quales ritus Cicero ſæpius perſtringit. Sicuti hæc pluribus recenſet Dn. Ziegler. *Dicaſt. concl. 4. §. 7. & 8.* Roſin. *Antiq. lib. 7. c. 8.* Sed poſtea diviſio pecuniarum & ſuffragiorum emptio Lege vindicari cœpit. Unde LL. contra Ambitum ſanctæ ſunt, quas tandem repetiit Cæſ. Octav. ut notat Theod. *Crim. cap. 9. aph. 6. num. 2.* Menoch. *A. J. Q. caſ. 401. n. 12.* Legem quidem Juliam de Ambitu in Urbe Rom. ceſſare ait Modeſt. *L. un. ff. h. t.* non quod officiorum non amplius eſſet nundinatio, ſed quod, mutato ſtatu in Monarchicum, non fieret per ambitionem favoris popularis. vid. Stryck. *in uſu mo e r o §. 1. h. t.* Nihilominus tamen hæc redemptio nonnullis Principibus tam exoſa fuit, ut novæ Conſtitutiones contra eam factæ fuerint. *L. 1. Cod. Theod. ad L. Jul. de amb. l. pen. C. ſi cert. pet. Nov. 8.* Ziegl. *concl. 7. §. 16. ſeqq.*

Ambitus Etym. Ritus Rom. officia ambiendi.

Obj. Reſp.

II. Ambitus eſt vel in ſpecie talis, de quo proprie *h. t.* agitur, vel Simonia. Ille eſt crimen publicum, quo quis illicitis mediis, v. gr. datis vel

Ambitus in ſpecie quid ſit?

vel promiſſis pecuniis, honores & dignitates publicas atque civiles ambit, ſibique parat. *l. ſ. C. ad L. Jul. repet. Nov. 8. pr. in ſ. c. 1. & 7. Nov. 161. c. 1.*

Subj. & tem.

Quod omnis nequitiæ principium eſt & terminus, *d. N. 8. pr.* Inque hoc incidunt, qui publicos honores civiles non ſimpliciter, vel ſolis precibus petunt; utpote quod omnino licitum, dummodo officium honeſtis non ſit impar. *l. 8. ff. ad L. Aq.* Harppr. *n. 10.* Theod. *c. 9. aph. 6. n. 13.* Tacit. *11. Annal. c. 22.* Seu deſiderant, uti loq. P. Greg. *c. 9. cauſ. 8. q. 1.* ne fiat anxie, ardenter, importune, multa cum affectatione, v. g. clam dando, vel promittendo, corruptis per ſe vel per adſtipulatores ſuffragiis, turba coacta eo emittendo, ut honos ſibi præ aliis decernatur: aliisque malis artibus, vel caſibus obliquis. Quibus ambitionibus egregie dicam ſcribunt *text. alleg.* unde nonnulli hoc referunt & eos, qui Principum Conſiliariis quid pro ſuffragiis erogant. Harppr. *n. 5. 6.* [illegible] *Ex alt.* Diſſ. Theod. *n. 12.*

Quomodo liceat civiles petere honores?

Obj. Reſp.

Nec obſt. *l. un. C. de ſuffrag.* quæ non officia publica ſpectat. Ziegl. *§. 17.* Quaſi ambitum exercere dicitur novum vectigal inſtituens, unus ex litigantibus domum judicis ingrediens *l. un. §. 3. & 4. ff. h. t.* intellige conciliandi favoris vel contemptus gratia. Harppr. *n. 32.* Ante redditas officiorum rationes eadem officia repetens atque continuans. *l. un. C. h. t.* add. Ziegl. *concl. 8. §. 30.*

Quaſi ambitus.

Quomodo puniatur?

III. Olim pro temporum varietate & pœna varia fuit, uti videre eſt apud Menoch. *d. l. n. 12.* Aliquando etiam Lege Calpurnia perpetua erat remotio à Senatu & omni magiſtratu: quam Lex Julia mutavit in quinquennalem. Dion. *lib. 36.* Porro ex SCto & Lege Judiciaria cœpit eſſe pecuniaria, centum ſc. aureorum, cum infamia. *d. l. un. §. 1. 3. & 4. ff. h. t.* Si tamen damnatus alium de eodem crimine convicerit, famæ poterat reſtitui. *d. l. §. 2.* Mox erat confiſcatio bonorum, *l. 1. C. Theod. ad L. Jul. de ambit.* pœna exilii *l. 9. C. [illegible]* Deportatio, in caſu *l. un. C. h. t.* Poſtea prodierunt aureæ Conſtitutiones, ut omnis ad munus publicum evehendus conceptis verbis de ambitu non commiſſo juraret. *l. ſ. C. ad L. Jul. repet. Nov. 8.* Joh. Voetius *h. t.* Sicut hodienum in multis bene conſtitutis judiciis obſervatur, & contrafacientes hodie arbitrarie puniuntur. Brunnem. *ad d. l. un. n. 5.* Schilt. *ad J. de P. J. n. 31.* Quamvis vitio Seculi hæc nundinatio valde uſitata ſit. vid. *tit. de contr. empt. §. 18.* Tit. *de Collat. §. 15.* Beyer *h. t.* vid. Stryck. *in uſu mod. §. 1. ubi præjudic. exhibet.*

Simoniæ Etym.

IV. Species Ambitus eſt Simonia, quæ nomen habet à Simone Mago, *c. 11. 19. 21. cauſ. 1. q. 1.* qui à D. Apoſt. Petro Spiritum Sanctum ejusque dona pecunia emere tentavit, ut vendendo ſigna lucraretur. Act. Apoſt. *c. 8. v. 18. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.*

Definitio.

Eſtque crimen publicum, quo quis Sacerdotia, Beneficia, Præbendas, Resque Eccleſiaſticas temporali aliquo pretio, ex quocunque contractu, ſibi comparat. Redoan. *de Simon.*

num. c. 2. n. 3. Dicitur paſſim in Jure Can. crimen, ſcelus deteſtabile, morbus cancroſus, piaculare flagitium, & crimini L. Maj. ac Hæreſeos comparatur, quoad accuſationem, ut etiam teſtes criminoſi admittantur. c. 3. 7. 31. x. h. t. de Simon. l. 31. inf. Cod. de Ep. & Cler. Nam quantum quisque mereatur, non quantum dare ſufficiat, æſtimatur. Div. in Mentalem, ſi quis conferat, beneficium ſpe remunerationis, alias non collaturus, & ſi quid datum citra pactum, eſt extra pœnam, ſed ſufficit pœnitentia, c. f. x. d. t. vel Actualem, quæ ſubdiv. in Conventionalem, quæ in pactionem expreſſam vel tacitam deducta eſt, nondum tamen impletione utrinque facta, de qua in cap. 11. 12. 20. 24. 26. x. d. t. & Realem, quæ rei traditione perficitur. de qua c. 19. 20. 23. 26. x. eod. Hahn. de Ambitu Eccleſ. th. 8. & 9. Div. in Mentalem, & Actualem. Quæ ſubdiv. in Conventionalem, & Realem.

V. Hanc committunt tam Dantes, quam Accipientes. c. 6. cauſ. 1. q. 1. 8. & 38. x. h. t. Nov. 123. c. 2. §. 1. Hique tam Clerici, licet Papa ſit, vel Epiſcopus vel inferior, c. 11. c. 1. q. 1. c. 11. q. 3. quam Seculares, c. 8. inf. 1. q. 1. Reges, Principes, c. 11. inf. x. h. t. Miniſtri, c. 1. eod. Notarii, vel Secretarii, ſi temporale quid exigant, d. c. 1. & 21. niſi pro labore, duntaxat tanquam pars ſalarii, in ſcribendo aut expediendo quid detur. Item Mediatores, Interceſſores, & Proxenetæ, qui adjuvando & ſuadendo interveniunt. d. c. 8. inf. d. Nov. Committitur autem, ſi pretio vel pacto quodam comparetur Sacramentum vel Miniſterium, Honor, Promotio, aut Dignitas Eccleſiaſtica, Præbenda. c. 15. c. 1. q. 3. c. 8. 38. x. h. t. l. 31. C. de Ep. Cler. Plures caſus vid. c. 1. 12. 17. 21. 29. 45. x. h. t. add. Brunnem. J. Eccl. l. 2. c. 18. §. 7. Unde & olim indecorum æſtimarunt Rom. Pontifices pro Pallio aliquid exigere. C. 3. diſt. 100. ibi: *Oportet, ut neque per commodum, neque per gratiam, aut quorundam ſupplicationem aliquis ad ſacros ordines conſenſionis vel permiſſionis adducı.* Sed propter magnum inde provenicns lucrum d. canon inter Paleas refertur. De Pallio vid. c. 1. & 4. diſt. 100. Sed add. R. J. de anno 1530. §. 131. Hortled. l. 4. c. 9. m. 30. Canonicatus emptionem, vel pro pecunia ceſſionem, aut reſignationem de Jure Can. Simoniam eſſe, patet ex c. 1. & ſeqq. c. 1. q. 3. c. 34. x. h. t. Theod. d. t. aph. 7. n. 10. Verum in terris Evang. Relig. cum conſenſu Superioris fieri poſſe, multis probat Hahn. d. tr. th. 38. 39. & 40. Dedek. Conſ. Eccleſ. V. 1. tit. von den Domherren. n. 6. Sed diſſ. Carpz. Jpr. Eccl. def. 312. refutatus à D. Stryck. in uſu mod. p. 2. h. t. Subjecti. Object.

VI. Simoniacus de Jure Juſtin. à gradu ſacerdotii retrahatur, & perpetua infamia damnetur, ſimiliter & ille, qui pro ſuffragio quid accepit. d. l. 31. Quod vero datum, Eccleſiæ illi vindicetur, cujus voluit ſacerdotium comparare. Sin Laicus quid acceperit aut promiſſionem, vel mediator rerum ſit, Quæ pœna de Jur. Civ.

De Jur. Can. eſt varia. dati vel promiſſi duplum Eccleſiæ dare jubetur, *Nov. 123. c. 2. §. 1.* De Jure Can. pœna eſt varia. (1) Legitime convictus vel confeſſus per ſententiam ju-
1. betur ſpiritualia reſignare, & temporalia reſtituere. *c. 3. 8. 100. cauſ. 1. q. 1. c. 11.*
2. *13. x. h. t.* (2.) Excommunicatio Pontificia. *c. 7. c. 1. q. 1. Extrav. Comm. cap.*
3. *1. & 2.* (3.) Suſpenſio ad triennium, vel ultra ab ordinum functione. *d. c. 8. &*
4. *c. 4. x. h. t.* (4.) Depoſitio & Infamia. *c. 4. c. 15. q. 3. c. 6. & 8. in f. x. d. t.* Sed
5. limit. vid. *c. 20. & 22. x. eod.* (5.) Exacta duplicata reſtituantur in utilitatem
6. locorum, in quorum diſpendium fuerint ſoluta, *c. 11. 19. 41. x. h. t.* (6.) Vel per Simoniam in monaſterium receptus expellitur: vel pro varietate rei, perſonæ, & criminis adhuc pœna quædam imponitur: Menoch. *d. c. 401. n. 22. & ſeqq.* Omnes vero Cautiones & Promiſſiones Simoniacæ inutiles declarantur.
Sed hodie. *N. 123. c. 2. §. 1. in f.* Sed quem latet, conſuetudinem prohdolor contrariam diu invaluiſſe, etiamſi P. Alex. eandem dudum improbaverit, eaque propter delictum adgravari dixerit, *d. c. 8. in f.* Redoan. *de Simon. p. 3. c. 26.* quem ergo murum integritatis aut vallum fidei pro videbimus, ſi auri ſacra fames in penetralia veneranda proſerpat? *d. l. 31.* confer. D. Bohmeri *Diſp. de involucris Simon. detectis.*

TIT. XV.
DE L. FABIA DE PLAGIARIIS.
Inſt. *Lib. 4. Tit. 18. §. 10.* Cod. *Lib. 9. Tit. 20.*

§. I.

Plagii Ultima ſpecies publicorum judiciorum hoc *ff.* libro propoſitorum eſt Plagium, quod coercetur lege Fabia; quidam putant Flavia alii Favia, Goth.
Etym. *ad rubr. h. t. lit. p.* item Fannia. Lud. Vives, *lib. 5. de trad. diſc. p. 414.* Plagium non à plaga; ſed ἀπὸ τῦ πλαγίυ dicitur, i. e. quod oblique & fraudulenter fit.
Quid ſit? Ludw. *ad §. Ex. ult. ib. 9. lit. f.* Eſtque crimen publicum, *§. 10. J. de P. J. l. 13. C. h. t.* quo liber homo *l. 1. l. 4. ff. l. 7. l. 15. C. h. t.* vel ſervus alienus, *l. 3. l. 5. ff. l. 2. l. 9. l. 14. C. h. t.* dolo malo, *d. l. 3. l. 6. §. 2.* Stryck. *in uſu moderno h. t.* ſupprimitur. *l. 3. ff. l. 5. C. h. t.* Germ. *Menſchen Dieb.* Exod. *c. 21.*
Quomodo fiat? *v. 16.* 1 Tim. *1. v. 10.* Fitque ſuppreſſio emendo, vendendo, abducendo, rapiendo, ad fugam perſuadendo, celando, permutando, donando, in dotem dan-
Amplius. do. *l. 1. l. 2. pr. l. 4. l. 5 l. 6. §. 5. ff. l. 2. l. 5. l. 15 C. eod.* Item ſervi propter fugam vendendo, *l. 2. §. 5 ff. l. 6. C. h. t.* ut à fuga deterreantur ſervi Matth. *de crim. lib. 48. tit. 12. c. 1. n. 6.* Nec refert, cum, vel ſine vi committatur. *l. 1. l. 2. C. h. t.*

Forma. II. Forma in eo conſiſtit, ut ſcienter & doloſe fiat ſuppreſſio. *dd. ll.* Sic differt à Furto, quod in libero homine, cujus nulla eſt æſtimatio, nullumque com-

commercium, *l. 1. §. 5. de his, qui effud.* furtum non fit. Beyer *h. t. ubi differ. plurer.* Nec ſervi alieni ſuppreſſio eſt furtum, niſi lucri faciendi cauſa fiat. *l. 6. pr. ff. h. t.* Sed excipitur, ſi non dolus, juſta vero cauſa ſubſit ex. gr. b. f. poſſeſſor, *l. 3. pr. ff. h. t.* qui ſervos in hæreditate repertos ſuos exiſtimans vendiderit. *l. 14.* ibi Brunnem. *C. d. t.* Apud quem fugitivus operas ſuas, ut paſceretur, locavit. *l. 6. §. 1. ff. h. t.* Pater in extrema neceſſitate, e. gr. captus ab hoſtibus, occidendus foret. Theod. *Crim. c. 9. aph. 8. n. 3.* add. ſupra *de his, qui ſui vel alien. jur. §. 6.* Plures except. collegit Menoch. *A. J. Q. caſ. 336. n. 15. & ſeqq.* vid. D. Harppecht *in Reſp. 47.* Excip.

III. Crimen plagii dominium non transfert, nec ſtatum mutat. *l. 11. C. h. t.* Pœna hujus criminis Vet. Rom. Jure tantum pecuniaria. *l. 5. ff. l. 6. C. h. t. l. 12. ff de manum.* poſtea, illa relicta, erat arbitraria, pro modo delicti, plerumque metalli; *d. l. 5.* ſed propter frequentiorem uſum Impp. capitis pœnam irrogarunt, *d. §. 10. J.* maxime in caſibus *l. 7. & l. ult. in f. C. h. t.* Non obſt. *d. l. ult. pr.* ubi Gothfr. cum aliis vult legi *tenebantur.* vid. Menoch. *n. 6.* Joh. Voet. *h. t.* quæ mortis pœna & Juri Divino eſt conveniens. Exod. *c. 21. v. 16.* Deut. *c. 24. v. 7.* eamque approbavit Jus Can. *c. 1. x. de furt.* Et moribus noſtris, cum non tantum Judæi quandoque in Chriſtianorum liberos involent, ſed & opulenti cives à ſceleratiſſimis capi, abduci & pecunia emungi ſoleant, ſi circumſtantiæ exigant, pariter ultimo ſupplicio locus eſt. Stryck. *in uſu moderno h. t.* Fridericus Placidus Elect. Saxon. memorabili exemplo A. 1455. plagii pœnam dictavit Conrado à *Kauffung* Ducum Erneſti & Alberti plagiario. Heig. *p. 2. quæſt. 12. n. 4.* Theod. *n. 9.* Carpz. *Pr. Cr. q. 83. n. 90.* Speckhan. *Syn. diſc. Jur. univ. pag. 99.* confer. Rechenberg *p. 2. Diſſ. Hiſtor. pol. 13.* Nec non d. pœna extenditur in Auxiliatores & delicti ſocios. *l. 6. § f. ff. h. t.* Heig. *num. 54. & 55.* Carpz. *n. 93.* Sic in præmemorato exemplo unus ſuſpendio affectus, alter membratim in partes fuit ſectus. Theod. *d. n.* Et notandum, licet is, propter quem quis in L. Fabiam commiſit, deceſſerit, adhuc accuſatio & pœna legis ſuperſit. *l. 3. §. 1. ff. h. t.* Effectus. Quæ pœna Jure Civ. Obj. Reſp. Divino, Canon. Hodierno? In auxiliatores?

IV. Ultra actionem criminalem de Plagio etiam Civilis ad interreſſe operarum & commodi, quod Pater & Dominus percepturi eſſent, inſtitui poteſt. Theod. *n. 11.* Porro cum accuſatione Criminali concurrunt Rei Vindicatio, *l. 1. C. h. t.* Actio ſervi corrupti. *l. 2. C. eod.* Interdictum de libero homine exhibendo. ſupra *tit. de hom. lib. exhib.* Inſuper datur actio ad intereſſe & Concurrunt R. V. &c.

V. Ad hujus exemplum aliud crimen vocatur Quaſi plagium ſive Literarium, & committitur in alienis ſcriptis doloſe transſcribendis, ſuppreſſo Quaſi Plagium, vel Literarium.

authoris nomine, & pro ſuis venditandis: de quo vid. Jac. Thomas. *tract. de Plagio litterario.* Titius *obſervat. 1362. ad Compend.* Lauterb.

TIT. XVI.

AD SCTUM TURPILIANUM, ET DE ABOLITIONIBUS CRIMINUM.

Cod. *Lib. 9. Tit. 42. 43. 45. & 46.* Cauſ. 2. q. 3.

§. I.

Continuatio.

HActenus conſideravimus varias publicorum Judiciorum ſpecies, ut & perſonas, quæ propter ejusmodi crimina accuſantur. Nunc pergitur ad ipſum Proceſſum, in quo cum Accuſatores ſæpe peccent in accuſandis Reis, proinde in h. t. de illis agitur. Juſtitiæ namque intereſt, ut nocentes puniantur, innocentes vero defendantur. Accuſatorum autem temeritas in his judiciis tribus modis committitur: (1.) Calumniando, (2.) Prævaricando, (3.) Tergiverſando. *l. 1. pr. ff. h. t.* Calumniari in ſenſu generali nihil eſt aliud, quam malitioſa & mendax infamatio; quatenus vero ad judicia refertur, eſt aliquem per fraudem litibus vexare; *l. 233. pr. ff. de V. S.* & hoc loco calumniari dicitur ille, qui falſa crimina dolo malo intendit. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Nam non omnis, qui non probat, quod intendit, protinus calumniari videtur; ſed qui dolo malo crimen intendit, atque de non perpetrato accuſat. *d. l. 1. §. 3. e. gr. l. 6. §. 4. ff. eod.* add. ſupra *tit. de Calumn. §. 2.* Qui ergo ex officii neceſſitate crimen quoddam denunciat, propterea calumniari non præſumitur; ſed ſatis excuſatur, *l. 5. §. 13. ff. de his, q. ut indign.* poſt alios, Brunnem. *ad l. 6. ff. h. t.* ſupra *tit. de publ. jud. §. 8.* etiamſi quis denunciationem ſuam jurejurando confirmaverit. Carpz. *dec. 188. n. 18. & ſeqq.* Animus autem calumniandi manifeſte probari debet. Mev. *p. 1. dec. 41.*

Accuſatores ſæpe temeritatem committunt.

1. Calumniando. quid ſit in genere?

in ſpecie h. l.

II Quoniam calumnia nunquam impunita debet relinqui, *l. 1. §. 1. ff. ſi menſ. ven. l. ult. C. de calumniat.* Calumniatoribus olim pœna irrogabatur L. Rhemmia, *l. 1. §. 2.* ibique Brunnem. *n. 2.* qua poſtea ſublata, vid. *l. 17. C. de pœn.* ſupra *d. tit. de Calumn. §. 2.* In Delictis privatis pœna extraordinaria, pro qualitate admiſſi: *l. 3. ff. h. t.* In Criminibus publicis ſimilitudo ſupplicii, vel talio conſtituta eſt; *l. f. C. de Accuſ.* quæ tamen hodie raro obſervatur; ſed communiter Arbitraria obtinet. ſupra *tit. de Accuſat. §. 17.* Menoch. *A. J. Q. caſ. 322. n. 3.* Stryck. *in uſu moderno §. 1.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.*

Ejus pœna.

2. Prævaricando. Quomodo?

III Prævaricari dicitur vera crimina doloſe abſcondens, cum Reo in publico judicio colludens, translatitie vel obiter munere accuſationis defungens,

ſuas

ſuas probationes diſſimulando, falſas Rei excuſationes ad mittendo, ut hic abſolvatur. *l. 1. §. 1. & 6. h. t.* Coercetur de Jure Civ. pœna talionis. *l. 6. ff. de prævaric.* Hodie arbitrarie, uti diximus ſupra *tit. de prævar. §. 3. & ſeqq.* add. *tit. de Poſtul. §. 23.* Schöpffer. *n. 4. & ſeqq. h. t.*

IV. Tergiverſari dicitur, qui, non interveniente aut impetrata abolitione ab accuſatione, in crimine publico, inchoato jam judicio, in univerſum deſiſtit. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Deſiſtere autem dicitur, non qui aliquantiſper differt Joh. Voet. *n. 1. h. t.* ſed qui affectum & animum agendi in totum depoſuit. *L. 6. §. 1. & 2. l. 13. ff. l. f. C. d. t.* Tergiverſatores incidunt in SCtum Turpillianum & pœnam incurrunt. *d. l. 1. §. 7.* Niſi permiſſu Principis deſiſtant. *d. L. 13. §. 1.* Notantur autem (1.) Infamia, *l. 2. C. ad SCtum Turpill.* (2.) mulcta, & quidem quinque librarum auri, *l. 3. §. fin. ff. de prævaricat.* ſi crimen publicum ſit; *l. 1. C. d. t.* ſed ſi privatum, extraordinarie coercentur. *d. l. 2. l. 7. §. 1. ff. eod.* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 31. th. f.* Sicut & hodie arbitrarie Schilt *Ex. 49. §. 133.* Nec tandem refert, an ſimpliciter deſiſtat, an per tranſactionem ab accuſatione diſcedat, iis in caſibus, quibus per LL. tranſactio de crimine permiſſa non eſt, Dn. Mauritt. *Diſſ. de Abolit. th. 22. & ſeqq.* ſupra *tit. de Tranſact. § 23.* ſive ipſe alium inſtigaverit, ſive accuſationem inſtruxerit. *l. 1. §. 13 l. 15. pr. ff. h. t.* Licet pœnitentia ductus ad accuſationem reverti velit. Nam agere deſiſtens amplius accuſare prohibetur. *l. 2. l. 15. §. 4. in f. ff. h. t.* Et hæc de vitiis Accuſatoris, & illorum pœnis. 3. Tergiverſ. Deſiſtere quid? Ampl.

V. De Abolitionibus Criminum.

Ceſſat SCti Turpill. pœna, ſi abolitio intervenerit. Abolitio nihil eſt aliud, quam neceſſitatis accuſationem peragendi remiſſio. *l. 15. §. 1. ff. h. t.* Ab Accuſatione enim ſemel inſtituta, ob Reip. intereſſe, impune deſiſtere non licet, niſi quis velit incurrere Tergiverſationis delictum. *l. 1. §. 7. ff. h. t.* Alias in actoris eſſet arbitrio, Reum impunitate delicti donare; contra *l. 14. C. de pœn.* Bachov. *d. th. ult lit. G.* Vel innoxii nomen ad Judicem deferre; quapropter jur. vet. in crimen ſubſcriptio erat neceſſaria. *l. 7 pr. ff. l. 17. C. de accuſ.* Juſtam vero deſiſtendi cauſam habens abolitionem petere poteſt. *ſq. §. 7.* Pœna h. SCti ceſſat Abolitione quid ſit?

VI. Abolitionem Perez. *in C. ad h. t.* cum aliis dividit in Abolit. Accuſationis, & ipſius criminis, ſed admitti nequit. Nam vocab. crimen vel accipitur pro ipſa accuſatione, (ſicut hanc mentem Rubricæ hujus tit. eſſe, ſubjecti LL. oſtendunt. *l. 1. §. 9. ff. h. t.*) & ſic nulla foret diviſio, interdum pro delicto illiusve pœna, & tunc ejus nulla abolitio dicitur, quia Reus nihilominus ab alio vel ex officio per viam inquiſitionis accuſari poteſt: *l. 11. § f.* add. *l. 3. §. f ff de accuſ.* & liberatio à pœna dicitur Indulgentia ſeu Aggratiatio, quæ differt ab Abolitio- Notatur Perez.

ne, ſicut in Civilibus Inſtantia ab ipſa Abſolutione Dn. Mauritt. *Diſſ. de Abolit. th. 12.* B. Dn. Parens, *in Delib. ex lib. ff. 48. th. 61.* Div. autem in jure noſtro

Abolitio divid. & eſt

ſtricte ſic dicta Abolitio in Generalem vel Publicam, Specialem ſive Privatam, & Legalem ſive Legitimam. *l. 8. l. 10. pr. ff. h. t.* Theod. *Orat. c. 10. aph. 7 n. 29 & ſeqq.* Joh. Voet. *n. 3. h. t.*

vel Privata.

C. Eff.

C. Imp. petitio, & juſta cauſa. Quænam?

VII. Abolitio Specialis vel Privata eſt, quam Judex competens accuſatori ex juſta cauſa petenti, cauſa cognita, concedit. Joh. Voet. *n. 4. h. t.* Cauſa itaque Effic. non eſt Princeps; ſed Judex competens, *l. 1. §. 8. ff. h. t. l. 2. C. de abolit.* in cujus officio actio fuit inſtituta. Ab alio enim impetrari non poteſt, quam cui cognoſcendi & decernendi jus eſt. *l. 16. C. ad L. Jul. de adult. l. 15. pr. ff. de jure fiſci. add. l. 37. ff. de R. J.* Cauſa impulſ. eſt (1) petitio Accuſatoris. Judex enim officium, niſi imploratus, non interponit. *d. l. 10. pr. d. l. 2. C. l. 4. §. 8. ff. de damn. inf.* (2) Juſta cauſa, quæ eſt error, *d. l. 1. §. 3. l. 15. pr. ff. de jur. fiſci. l. 70. ff. de R. J.* 112. *l. 1. §. 5. ff. h. t. l. 48. ff. de R. J. c. ſi quis iratus. 2. q. 3.* inconſultus dolor: item qui ſuam & ſuorum (vid. *l. 1. §. 5. ff. de poſtul.*) injuriam defendunt. *d. l. 1.* ibi Brunnem. Durum enim videbatur, qui hoc modo ad accuſationem proſilirent, æquali cum cæteris pœna animadvertere in illos, cum tamen nunquam habuiſſent animum lædendi alterum.

Limit.

ſupra *tit. de Accuſ. §. 17.* Sin quis ad poſtulandam abolitionem venerit per deceptionem, vel pecunia corruptus, ſicque calumniandi animo, petitio minime admittitur. *d. l. 1. §. 3. ff. d. l. 2. & ſeq. l. 3. l. 9. C. de calumn. c. 2. q. 3. c. 8.*

Fit prævia cauſæ cognitione

An invito concedi Reo invito?

diſting.

ſub diſting.

VIII. Cum itaque juſta requiratur cauſa, ſua ſponte ſequitur, quod Judex ſine prævia cauſæ cognitione abolitionem concedere nequeat. *d. l. 2. d. l. 1. §. 8.* Hæc autem petitio ut rite fiat, præſentes debent eſſe partes. *d. l. 2.* Sed quær. An Reo invito abolitio concedi poſſit? & diſting. an ipſe accuſator abolitionem petat intra XXX. dies, à tempore nunc. inſtitutæ accuſationis computandos, *v. l. 10. §. 2. ff. h. t.* an vero non? Priori in caſu ſubdiſting. an res adhuc ſit integra, i. e. Reus nihil injuriæ, v. gr. carceres, tormenta, verbera, catenas, eatenus ſuſtinuerit, nec teſtibus tormenta ſint illata, tunc illo licet invito abolitio dari poterit. *l. 3. C. h. t. de abolit.* Chriſtin. *V. 4. dec. 205. n. 5.* Sed ſi res non amplius ſit integra, tunc Reo demum conſentiente abolitio conceditur. *d. l. 3.* Si triginta dierum intervallum à delata accuſatione præterfluere paſſus ſit, res integra ſit, ſive non, fruſtra petitur abolitio, niſi Reus conſentiat. *d. l. 3. C. l. fin. pr. & §. 1. ff. h. t.*

Subject.

Excep.

IX. Subjectum ſunt & abolitionem petunt, qui accuſarunt ante. *l. 10. pr. ff. h. t.* Excip. tamen, & ſine hac petitione impune deſiſtere poteſt, qui ſuſpectum tutorem poſtulavit, *d. l. 1. §. 11. ff. h. t.* idque in favorem pupillorum. *ſup. tit.*

tit. de ſuſp. tut §. 6. Minor, itemque Mulier *l. 1. §. 10. l. 4. pr. ff. h. t. junct. l. 108. ff. de R. J.* vid. ſupra *tit. de Accuſ. §. 2.* Non obſt. *l. 5 C. h. t. ad SCt. Turp.* ubi muliebris audacia in malitiam tranſire præſumitur, dum non ſimpliciter, ſed interveniente pretio vel pacto deſiſtat. *l. 110 §. 4. ff. de R. J.* Hahn. *ad W. h. t. N. 8* Objectum ſunt accuſationes criminum, & quidem omnium in ſpecie non exceptorum, ut ſunt (1.) Crimen læſæ Maj. (2.) Patriæ oppugnatæ & proditæ. (3.) Peculatus. (4.) Sacramenti militiæ deſertio, *d. l. 3. inf. C. de abolit.* aliaque crimina, quæ immediate Reip. & quidem majus detrimentum afferunt, inter quæ porro L. Julia de Vi publica, Repetundarum, Annonæ, Sacrilegii, de Reſiduis & Ambitus communiter referuntur. Dn. Maurit. *d. l. th. 38.* Forma conſiſtit in venia ſ. remiſſione: Finis & Effectus eſt, ut Accuſator impune deſiſtere poſſit ab accuſatione, nec ex L. Julia talionis, nec ex SCto Turp. teneatur. *l. 4. §. 1. ff. h. t. l. 11. §. 5 ff. de Accuſ.* Et ſemel ſpeciali impetrata abolitione idem crimen, ab eodem, in eundem instaurari non poteſt. *l. 2. l. 4. §. 1. l. 15. §. 3. ff h. t. l. 6. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* Niſi (1.) ſpecialiter à Principe abolitionem abolitionis impetraverit, *l. 1. C. de abolit.* (2.) Niſi in cauſa capitali, tanquam pecuniaria, ſicque ex falſa cauſa, abolitio fuerit impetrata, quapropter Judex eam reſtituit, *l. 5. §. 5. ff. h. t.* Abolitio ergo regulariter tollit accuſationem, ut Reus à priorum adverſarii intentione tutus ſit, non vero crimen, *d. l. 4. §. 1. ibi ab eod.* Res enim inter alios actæ aliis non præjudicant, *t. t. C. ne res int. al. act.* add. *l. 11. §. 5. ff. de accuſ.* Dn. Maurit. *d. l. th. 45.*

Object. Excip.

Forma Effectus.

Poſt abolitionem accuſationi amplius non eſt locus. *Limit.* 1 2.

X. Abolitio Generalis vel Publica dicitur, quæ ſine alicujus inſtantia, propter publicam cauſam, vel ipſo jure, vel SCto conceditur. C. E. eſt vel ipſa Juris diſpoſitio, e. g. ſi ob diem Inſignem, ob ferias Paſchales, *l. 3. C. de Ep. Aud.* publicam gratulationem, ſc. ob natalem filii, item poſſeſſionem regni adeptam, vel rem proſpere geſtam, vel victoriam: *l. 8. l. 9 ff. h. t.* vel SCtum, ſi ob lætitiam aliquam, vel honorem, & conſecrationem domûs Divinæ, aliamve ob cauſam, Rei leviorum criminum ab accuſatione eximuntur, *l. 12. ff. h. t.* vid. Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t. & de J. S. Diſſ. 7. cap. 3. n. 26. & ſeqq.* Sicque hæc abolitio non petitur, ſed ex officio conceditur, ne tempore publicæ lætitiæ in ſordibus & luctu quis hæreat, *d. l. 3.* Dummodo præſtetur cautio ab incarcerato, quod finitis feriis ad carcerem redire velit. Jul. Clar. *l. 5 § f. q. 46. num. 9.*

Vel Publica. C. E. C. Imp.

XI. Subjectum ſunt Accuſatores levium criminum, *d. l. 3. C. de Ep. aud.* Eo ipſo enim, dum Rei quidem principaliter eximuntur, Accuſatores quoque ab accuſandi neceſſitate liberantur. Hinc dicitur reſpectu illorum exemptio libe-

Subject.

Object. liberativa, reſpectu vero horum abolitio, *d. l. 12. inf. ff. h. t.* Objectum ſunt *Forma.* accuſationes levium criminum. *d. l. 3 C. de Ep. aud. l. 12. §. f. ff. de accuſat.* Forma eſt publica remiſſio à neceſſitate accuſandi.

Effectus. XII. Effectus in eo conſiſtit, ut, durantibus feriis accuſatio ſuſpendatur, his vero finitis in Accuſatoris eſt arbitrio, utrum accuſationem intra 30. dies utiles proſequi velit, (quod ſecus eſt in ſpeciali abolitione, ubi ſponte deſerunt actionem) num in totum deſiſtere malit, *l. 10. §. 2. l. 12. ff. h. t. l. 1. l. 2. C. de gener. abolit.* Reus autem, ſi liber, (nam miſeris ſervis hic nihil indulgent leges, *l. 16. ff. h. t.*) interea temporis tantum à vinculis & carcere liberatur. Nam generalis Abolitio non tollit crimen; ſed judicium & accuſationem ſuſpendit; *d. l. 10. §. 2. l. 3. §. f. ff. de accuſ.* niſi delicta ſint privata & leviora, *per d. l. 3.* Dn. Maurit. *th. 43.* Sicque abolitio hæc regulariter eſt temporaria & tantum remittit, interdum tamen perpetua, & extinguit accuſationem, ſicuti ap. Judæos intuitu feriarum Paſchalium. Matth. *c. 27. v. 15. Joh. 18. v. 39.*

Vel Legalis. XIII. Tertia Abolitio Legalis dicitur, quæ à L. conceditur, ſcil. ſine petitione, vel decreto; veluti Reo, vel Accuſatore mortuo, vel etiam Accuſatore ex juſta cauſa impedito, per *l. 10. pr. l. 15. §. 3. & 5. ff. h. t.* Joh. Voet. *n. f. h. t.* Nam per mortem Reus regulariter eximitur foro judicis, & efficitur de foro DEI. Seb. Medices, *tr. Mors omnia ſolvit. p. 1. concl. 2 & 32.* add. *l. 6. ff. de publ. jud. l. 19. l. 20. ff. de accuſ. l. f. ff. ad L. Jul. Maj. l. 26. ff. de pœn.* Excip. tamen crimina, quorum accuſatio etiam poſt mortem Rei contra hæredes admittitur, *d. l. 15. §. 3. l. 30.* & ſupra *ad tit. de Accuſ. §. 12.* Accuſatore vero mortuo, Reus ab alio intra 30. dies accuſari poteſt, *l. 3. §. f. l. 19. pr. ff. de accuſ.*

Reo mortuo, *Item.* *Ad Accuſatore.*

An materia Abolitionis adhuc ſit in uſu? XIV. Non deſunt, qui hanc Abolitionis, potiſſimum privatæ, materiam plane in deſuetudinem abiiſſe tradant. Gilh. *arb. crim. c. 3. p. 2. n. 20.* Sed contrarium probat, cum aliis, Dn. Maurit. *th. 50. & ſqq.* Schilter, *ad ff. Ex. 49. §. 133.* Non obſtante, quod conſtitutio Carolina ejus expreſſam mentionem non faciat, add. *l. 195. ff. de R. J.* Inq; hanc rem ad unum vel alterum caſum non deſunt exempla quotidiana.

Affinis ſunt Aggratiatio, quomodo diff. XV. Cum hac Abolitione magnam habet affinitatem Aggratiatio & Indulgentia Principis *l. 10. C. de Sent. paſſ.* Differunt tamen invicem, quia hæc fit non à Judice, ſed à Principe, vel vi Superioritatis Territ. Reo jam convicto vel confeſſo, ob certas cauſas, pœnæ gratiam faciendo, *l. 1. l. 2. l. 3. C. de ſent. paſſ.* Nec tollit infamiam, *l. f. C. de gen. abol.* niſi id expreſſe velit Princeps, *d. l. 1. & 3.* Neque jus partis læſæ excludit. Dn. Maurit. *th. 48. in f.* Illa vero eſt accuſationis, Reo nondum convicto, licet gravato, ſicque ante Sententiam conceditur, *d. l. 10. C. de ſent. paſſ.* De Indulgentia Principis vid. Gebhardus, *de princ.*

princ. & dign. juriſpr. Perez. *in C. tit. de gener. abolit.* Carpz *Pr. Cr. q. 150.* Dd. quidem communiter hanc cum Remiſſione pœnæ, quæ fit juſtitia poſtulante, confundunt, ſicut & videre eſt ap. Tiraq. *tr. de remiſſ. pœn.* De Aggratiatione plura dicemus infra ad Tit. *de Pœn. §. 29. & ſeqq.*

XVI. Abolitio Principis, qua, Reo licet gravato vel convicto, proceſſus criminalis, ante ſententiam definitivam, ob magnam vel juſtam cauſam, caſſatur, v. gr. ob ætatem, imperfectum rationis uſum, ſexum, & plures alias cauſas; ita, ut Reus ob idem delictum iterum ab alio de novo conveniri non queat. In multis convenit cum Aggratiatione, vid. late Dn. Stryck. *Diſſ. de Abolitione Principis.* Lapſus temporis de J. Civ. judicio cœpto & finiendo deſtinati, *l. ſ. C. ut intra cert. temp. crim. quæſt. term. l. 18. ff. de accuſ.* Præſcriptio, quæ regulariter XX. annorum, quandoque minori ſpatio facultatem accuſandi aufert, *l. 12. C. ad L. Corn. de falſ.* ſupra *tit. de div. & temp. præſcr. §. 13. & ſeqq.* Sed diff. in eo, quod hæc facultatem accuſandi tollat, Abolitio vero accuſandi neceſſitatem remittat. *l. 2. ff. de req. vel abs. damn.* Sic quoque differt ab Amneſtia, ubi præterea & hoc accedit, quod per Amneſtiam, ob fugiendum majus malum, obligatio ex delicto, & inde conſequentes accuſationes tollantur. Dn. Mauritius, *th. 49.* Abolitio Principis. Lapſus temporis. Præſcriptio. Amneſtia.

TIT. XVII.

DE REQUIRENDIS VEL ABSENTIBUS DAMNANDIS.

Cod. *Lib. 9. Tit. 40.*

§. I.

CUm autem Jus Civ. per æquitatis rationem non patiatur, quenquam abſentem, in gravioribus criminibus, quorum pœna eſt corporis afflictiva, accuſari, & inaudita cauſa damnari: *l. 1. pr. ff. h. t. l. 6. C. de accuſ.* junct. *l. 5. ff. de O. & A.* Beſold. *p. 4. conſ. 164. n. 16. & ſeqq.* Proin talis Reus delatus, ſi non præſens ſit, debet requiri & Edictis evocari, vel literis ad Magiſtratum factis, ut ei poſſit innoteſcere; *d. l. 1. §. 1. & 2. l. 4. pr. ff. h. t.* non utique ad pœnam, ſed ut poteſtas ei ſit purgandi ſe, ſi potuerit, *l. 1. C. h. t.* add. ſupra *tit. de Accuſ. §. 11.* & *tit. de Cuſtod. & exhib. reor. §. 1.* Nam, inquit Dn. Grav. *Diſſ. de ſalvo cond. judic. th. 31.* cum Carpz. Mev. Brunnem. *Magiſtratus officium eſt ſumma ope niti, ut talem Reum quamprimum in poteſtatem ſuam redigat; quod ſi per officiales cum literis incarcerationis patentibus, Steck-Brieff, emiſſos fieri nequeat, conſultius eſt, Reo ad probandam innocentiam, vel ad defenſionem ſe offerenti, ſalvumque conductum petenti,* Sin Reus ſit abſens, debet requiri vel evocari. Quomodo?

ti, hunc ipſi contra vim injuſtam concedi, quam ut cauſa, eodem evadente, plane maneat indiſcuſſa. Conſt. Crim. *art. 156.* Et propterea, ut citius veniat, cautio ſaltem juratoria ab ipſo recipi poteſt. Grav. *th 36.* Mev. *p. 1. dec. 4.* Dn. Harppr. *de Caut. jurat. th. 48. p. 73.* ſupra *de Cuſtod. reor. §. ſ.*

Interim ſit bonorum Annotatio, quomodo jure Antiqui.
Si reus intra annum,

II. Interim requirendi nomen in Acta publica refertur, & ejus bona ſtatim à tempore fugæ obſignantur, & poſtea annotantur, exque iis latitanti nihil prorſus conceditur, nec à debitoribus ejus quidquam ſolvatur, quo minus habeat, unde ſeſe alere & ſuſtentare, diutius ue latitare queat, ſed eo magis copiam ſui præſtet, *l. 1. §. 1. l. ſ. §. 3. ff. h. t. l. 6. Cod. de accuſ.* Si intra annum computatum à tempore accuſationis, vel die illo, ex quo Adnotatio, vel edicto, vel literis ad Magiſtratum miſſis publice innotuit, *l. 1. §. 2. & 3. l. 4. pr. ff. l. 2. C. h. t.*

reverſus.

reverſus ſe crimine purgaverit, integram rem ſuam recipiat, *l. 5. pr. ff. l. 1. C. h. t.* vel pretium, ſi quæ exigente neceſſitate diſtracta. *d. l. 5. §. 1.*

vel mortuus. Poſt annum bona cedunt fiſco.

Sin intra annum mortuus ſit, needum ſe purgaverit, quia crimen extinctum, *l. ſ. ff. ad L. Jul. Maj.* bona ad hæredes ejus transmittuntur. *l. 1. §. 4. ff. l. 1. C. h. t.* Si vero intra anni ſpatium noluerit adeſſe judicio, nec reſponderit, neque ſe defenderit, bona adnotata Fiſco irrevocabiliter vindicantur, *d. l. 5 pr ff. l. 2. C. h. t.* etiamſi poſt annum repertus innocentiam ſuam dilucida probatione purgaverit. Sin nocens deprehenſus, ſeveriori ſententiæ ſubjugetur. *d. l. 2.* Et hæc d. jure antiquo. vid. Joh. Voet. *n. 1. h. t.* Sicut autem Imperator Juſtinianus in omnibus damnatis (except. vid. ſupra *tit. ad L. Jul. Majeſt. §. 25.*) ſuſtulit publicationem bonorum, *Nov. 134. c. ult.* ſic idem traditur in fugitivis Bach *ad Tr. V. 2. D. 31. th. 7. lit. B.* Ziegl. *ad Conſt. Crim. art. 151. verb. Si quis.* Schöpf. *n. 5.* Br. *ad l. 2. n. 3. h. t.*

Aliter Jure Novo.
Jure Carol. quid circa annotationem obſervetur?

III. Jure Novo quid circa bona Rei fugitivi ſancitum? vid. *2. F. 27. pr. vers. Si vero* Jul. Clarus, *l. 5. §. ſ. q. 44.* & alii dictam bonorum annotationem plane in deſuetudinem abiiſſe ſentiunt, ſed contrarium conſtat ex Jure Carolino *art. 206.* ubi diſponitur,

1. (1.) ut omnia bona, etiam immobilia, quantum fugitivus facinoroſus, *Ubelthater* (ſicque ſubintelliguntur delicta graviora, pro quibus pœna mortis vel corporis afflictiva locum habet) in iſto territorio tum temporis poſſederit, ſicque præſentia, non futura:

2. (2.) Diſtincte annotentur à judice, in præſentia duorum aut trium profugi cognatorum, nec non duorum judicii Aſſeſſorum, per Actuarium juratum; nec quicquam profugo de iis concedatur, ut mediis deſtitutus facilius revertatur.

3. (3.) Bona vero damna ſubjacentia publice, in præſentia modo dictarum perſonarum, poſſunt

poſſunt diſtrahi, & pretium accurate notatum in judicio deponatur. (4.) Si fugitivi Uxor, Liberi, aut Propinqui bona notata malint retinere, 4.
ipſi admittuntur ſub cautione regulariter fidejuſſoria, quandoque etiam juratoria, de bonis fideliter aſſervandis, nec ad fugitivum ante cauſæ deciſionem transferendis, ne per hoc fuga ejus inſtruatur. *l. 5. §. 5 ff. h. t.* (5.) Exinde fugitivi Uxori & Liberis neceſſaria alimenta, cum præſcitu Magiſtratus, ſuppeditanda. Tandem, fugitivo abſoluto, omnia bona ipſi reſtituuntur, vel alio quovis caſu ipſius proximis heredibus relinquuntur; Fiſco autem non cedunt. In quo differt à jure Veteri. *d. art. 206.* ibi Zieritz. & Claſen. Groenew. *de LL. abrog. ad l. 6. C. de accuſ.* Stryck *in uſu moderno §. 1. h. t.* D. Fromm. *in Differ. ad. Civil. & Crim. in actu extremo § 38.* Dicta annotatio etiam viget Jure Wurt. ex Ordin. Carolina in caſibus non expreſſis interpretando. *W. Lands-Ordn. tit. 24.* Lauterbach *in Diſſer. Wurtemb. quoad cauſas crim. §. 11. n. 8. & ſeqq.* 5.

Ad Aſylum confugiens non eſt fugitivus.

IV. Sed dicta limit. accipiunt in iis, qui ad Aſylum confugiunt; cum pro fugitivis haud cenſeantur. *l. 17. §. 12. ff. de Ædil. Ed.* & Aſylum non protegat Reos doloſos, Exod. *21. v. 13.* Num. *35. v. 11.* Joſ. *20. v. 3.* ideoque nec annotatio bonorum ſuſcipi, *c. 35 c. 17. q. 4.* nec iis ſubminiſtratio alimentorum denegari poteſt. Hinc in Privilegiis Aſylorum caveri ſolet, *daß weder die, ſo in ſolcher Freyheit ſich aufhalten, noch auch ihre Guther nicht gericht, gerechtet, geurtheilet noch procedirt werden.* Knipſch. *de Civ. Imp. l. 3. c. 44. n. 28.* & ita in praxi teneri docet Myler ab Ehrenbach, *de jure Aſyl. cap. 12. n. 15.* ſed *n. 16.* limitat, *ut tamen pars læſa contra confugam in loco domicilii, & ubi bona ſita, utilem Legis Aquiliæ actionem, ad reſarcienda damna & intereſſe, inſtituere poſſit.* Belold *ad Ordin. Pr. Wurtemb. pag. 101.* His enim patrocinatur, ut à ſqualore carceris liberati, ex locis privilegiatis, cauſam ſuam commodius defendere queant. Laymann. *Th. Mor. tr. 4. c. 3. n. 1.*

An & quando Eccleſiæ habeant Jus Aſyli?

Hoc jus Aſyli, per abuſum, à multis extenditur ad Eccleſias & Monaſteria, in recipiendis cujusvis delicti Reis. *l. 1. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. c. 1. X. de immunit. Eccleſ.* Sed Petrus de Ferrar. inquit, hæc jura facta ſunt ſine ratione, & ad beneplacitum, imo contra Jus Divinum. *in pract. tit. 52. Gl. 1. n. 47.* Jus enim Divinus ſolum aſylum dari juſſit, qui ἀκουσίως ſanguinem effuderunt. Selden. *de J. N. & G. l. 4. c. 2.* Abſurdum foret in templis tutum ſcelus conſiſtere, ideo Rei doloſi inde abſtrahendi ſunt. Exod. *21. v. 14.* Deuter. *19. v. 11 12. l. 3. §. 5. C. de his, qui ad Eccleſ. N. 17. c. 7.* ubi Impp. levioris tantum delicti ſuſpectos recipi voluerunt.

An ſtatuæ Principum?

Item qui ad Statuas Principum confugiunt. *l. 28. § 7. ff. de pœn. l. un. C. de his, qui ad ſtat. confug.* Cæterum apud Evangelicos Eccleſiæ & Templa per ſe Reis nullam ſecuritatem præbent. add. Myler.

d. tr. c. 5. n. 10. & ſeqq. apud quem vid. reliqua ad materiam Aſylorum pertinentia.

Quomodo contra fugitivos procedatur?

Quandoque Abſens condemnatur,

V. Quomodo contra fugitivos ſit procedendum, eleganter oſtendit Sigiſm. Wittum, *conſ. crim. 5. p. 379. & ſeqq.* add. J. O. Tab. *de defenſ. Rei abſent. de crim. capit. accuſati, ad l. 5. C. de accuſat. in fine tract. de confront.* vid. Joh. Voet. *n. 2. h. t.* Quamvis autem abſens Reus criminis (ſcil. gravioris, pœnam ultimi ſupplicii inferentis, aliud enim eſt in levioribus. ſupra *tit. de accuſat. §. 11.*) facile non condemnetur, quia videtur indefenſus: *l. 1. pr. ff. h. t. l. 33. §. 2. ff. de procur. l. 5. pr. ff. de pœn. l. 1. ff. an per al. cauſ. app. l. 1. C. quom. & quand. Jud. ſent.* & tritum alias ſit: Suſpendio enecari neminem, niſi qui præſens ſit: Complura tamen proſtant exempla per totam Europam in abſentes commentitio ſupplicii genere in imagine animadverti, & dicitur Executio in Effigie, qua criminum capitalium enormiſſimorum Rei aufugientes, licet ſe metu pœnæ judicio ſiſtere non auſi, nihilominus cauſa cognita, teſtibus probationibusque auditis, non ſecus, ac ſi præſens eſſet, judicati atque condemnati effigies ad eum modum tractatur à carnifice, quali modo ipſe Reus præſens tractandus eſſet; & ſic ipſam principalem pœnam præciſe, quæ Reo per ſententiam dictata, reducique certo expectanda eſt, omnium oculis exhibet atque exponit. Dn. Frommann, *Diſp. de Exec. in effig. th. 13.* Coccej, *Diſp. de execut. in effig.* In ſententia autem ſemper alternative poni ſolet, ut pœna dictata fiat in corpore, aut eo deficiente in effigie. Quando autem locum inveniat, quem effectum habeat, aliaque circa hanc materiam pluribus enucleat Dn. Frommann, *d. l.* Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.* In Ducatu Wurt. ſicut in multis aliis Imperii provinciis, in Abſentes nullus fit proceſſus; ſed illorum bona tandem deſcribuntur & aſſervantur. *Lands-Ordnung tit. 24.* Beſold. *d. conſ. 160. n. 19.* add. Ord. Crim. *d. art. 106.*

per Executionem in Effigie, quæ deſcribitur,

Et talis habetur pro Banno.

VI. Talis in effigie executionem paſſus in effectu pro Bannito habetur, quamvis proprie invicem differant. Frommann, *d. l. th. 65.* Sæpe tamen contingit, ut hujusmodi Rei fugitivi ad citationem in termino non comparentes proſcribantur, & in bannum, *in die Mord-Acht* declarentur, ſi ſcil. de corpore delicti, & fugitivum ejus non falſo inſimulari conſtet. Ord. Crim. *art. 155.* ibi Claſſen. Stamm. *de ſerv. perſ. l. 1. tit. 5. c. 5.* Carpz. *Pr. Crim. q. 140.* & *Proc. Judic. t. 3. art. 4. n. 20. & ſeqq.* Quamvis etiam in Civilibus, uti ſupra *tit. de Re judic. §. 52.* jam dictum, ob enormem contumaciam Bannum etiam decerni queat. Stryk *in uſu moderno §. 5. h. t.*

TIT.

TIT. XVIII.
DE QUÆSTIONIBUS.
Cod. *Lib. 9. Tit. 41.* Cauſ. *23. q. 5. c. 1.*

§. I.

IN præmiis & pœnis ſalus Rei publicæ conſiſtit. Boni quidem ultro præmia appetunt, ſed Rei, licet copiam ſui fecerint, ut tamen pœnam promeritam ſubterfugiant, crimen commiſſum plerumque infitiari ſolent. Verum, ne ſcelera maneant impunita, ideo Græcis, & maxime Athenienſibus, aliisque populis ſtrictior inquiſitio criminum uſitata, à Romanis quoque, & ad noſtra usque tempora, ex cauſis juſtis urgentibus, ubi ſcil. ſola Rei confeſſio deeſſe videtur, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* & vid. *ſeq. §. 5.* neceſſitate ita exigente, ſervata eſt, quæ vocatur Quæſtio. Bocer *de quæſt. & tort. præf. n. 6.* D. Harppr. *Conſ. nov. 63. 64. & 65.* Sin Reus præſens crimen negaverit. quandoque decernitur Quæſtio. Ejus Etym. Homon.

II. Hæc Quæſtio dicitur à quærendo, explorando & inveſtigando, quia Judex inquirit in veritatem. *l. 1. pr. l. 8 ff. h. t.* Sumitur vel pro dubitatione ex jure vel facto orta. *l. 10. l. 16. ff de ſtat. hom. l 30. pr ff. de pecul. l. 1. §. 1. ff. de C. E. l. 1. §. 1. ff quæ res pign. l. 2 §. 5. ff. de don l. 21. pr ff de furt.* Vel pro controverſia Status. *l 9. C. h. t. tot. tit de ſtat. hom l. 1. §. 10. ff. de ventr. inſpic. l. 1. l. 2. ff. ne de ſtat. def.* Vel pro judicio privato, ut quæſtio nummaria. *l. 3 ff. eod. l. 15. C. h. t.* Vel pro judicio publico. *l. 2. §. 23. & 32. ff. de O. J.* Vel uti *h. l.* denotat interrogationem judicis, de crimine commiſſo, per corporis cruciatus, ad eruendam veritatem. *l. 15. §. 41. ff. de injur. l. 1. §. 21. & ſeq. l. 9. §. 1. l. 17. pr. l. 18. §. 6. & 7. ff. l. 6. & paſſim. C. h. t.* Germ. *Die ſcharffe oder Peinliche Frag.* Hinc in Ducatu Würt. Sententia interlocutoria, qua hæc quæſtio decernitur, hac formula pronunciari ſolet: PP. *Daß, zu Erlernung der Wahrheit, Peinlich-Beklagter peinlich gefragt, oder mit der Peinlichen Frag angegriffen werden ſolle.* Lindenſpühr. *ad Ord. Prov. p 475. n. 12.* B. Dn. Parens m. *Diſſ. Jur. Civ. & Wurt. circa cauſ. Crim. th. 3. n. 5.* In Foro Saxon. pro diverſo torturæ gradu diverſis utuntur formulis.

III. Quæſtio hæc eſt interrogatio ex juſta cauſa à judice, *l. 1. § 21. ff. l. 7. l. 9. l. 15. C. & paſſim h. t.* per corporis cruciatus, *d. l. 15. §. 41. l. 1. pr. ff. & paſſim. h. t.* maxime de crimine commiſſo, ad eruendam ejus vel cauſæ veritatem, *dd. ll. l. 10. l. 12. C. h. t. l. 1. § 24 ff. de SC. Silan.* legitime inſtituta. *l. 1. pr. §. 1. l. 32. l. 7. l. 8. pr. l 10. § 3. l. 18. §. 2. ff. l 8. C. h. t.* Bocer. *d. tr. c. 1. n. 3.* Definitio.

IV. Ex hac definitione apparet, non unum idemque eſſe, Quæſtionem & Torturam. Nam Quæſtio eſt interrogatio Rei per tormenta, & Tortura eſt cauſa Inſtrumentalis, & pars hujus quæſtionis *in d. l. 15. §. 41. l. 10. l. 12. C. h. t.* Diff. à Tortura.

Bocer *d. c. 11 num. 12. & 13.* Carpzov *Pr. Crim. q. 117. num. 17.* D. Harpprecht *Reſp. 46.* Quamvis negari non poſſit, quod hæc duo vocabula ſæpe confundantur, & pro uno accipiantur. Carpz. *d. l. n. 8.*

C. E. R. C. Imp. V. Cauſa Eff. Remota eſt mos quorundam populorum antiquiſſimus: Weſemb. *h. t. n. 2.* & ibi Hahn. Idque ſalute publica ita exigente, per *l. 51. §. 2. ff. ad L. Aq. l. 70. §. 5. ff. de fidei.* Nam fere omnia delicta forent impunita, ſi negare ſufficeret, quia uplurimum clam & remotis arbitris perpetrantur, ut haud raro de delicto quidem, non vero de ejus authore conſtet, niſi quod graviſſima adſint indicia, proinde hoc remedium optimo jure adinventum eſt. Quamvis nonnulli ex Theol. & JCtis illud juri & æquitati repugnare exiſtiment: (1.) Quia non fuerit in uſu apud Iſraelitas. (2.) Multi innocentes cruciati ſint. vid. Juſt. Oluckop. *in Obſerv. ad Crim. in fine.* (3.) Fatente ipſo Ulp. *in l. 1. § 23 ff. h. t.* fragilis atque periculoſa res ſit quæ veritatem fallat. Sed Reſp. ad (1.) inde non eſſe ſequelam. Et Deo tum temporis placuerunt remedia homogenea. Num. *5. v. 11. & ſeqq.* Joſ. *7. v. 15.* Ad (2.) Uſum non tolli propter abuſum; alias & judicia rejicienda forent, cum & judices ſæpe falſo jus dicant, & teſtes falſa teſtimonia. Ad (3.) Tum demum eſſe rem fragilem, ſi quis à tormentis incipere, uſque initio velit, *l. 1. pr. ff. h. t.* proinde caute, prudenter, ac perſpecte in hoc negotio procedendum. Nec enim in omni cauſa & perſona deſiderari debet. *l. 1. pr. ff. h. t.* Nec propter omnia indicia, ſed ſi quaſi ſola confeſſio deeſſe videatur. *d. l. 1. §. 1.* Denique moderate adhiberi debet, ne ſcil. Reus vitæ & ſanitatis periculum incurrat. *l. 7 ff. d. t.* quo tendit *l. 9. ff. eod.* cujus ſenſus eſt, Neminem eſſe damnandum, ut tormentis enecetur, cum Quæſtiones non ad puniendum, ſed veritatem eruendam ſint inventæ. *l. 8. § 3. ff. de pœn.* vid. Hahn. *d. N. 2.* Beold. *th. Pract. voc. Peinl. Frage.* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 31. th. 5. lit. F.* Gomez. *var. reſol. tom. 3. cap. 13. n. 1.* Zang. *de quæſt. & tort. praf num. 59. & ſeqq.* J. O. Tab. *de tort. c. 1. per tot.* Ziegl. *Dicaſt. concl. 30.* Stryk. *in uſu mod. §. 1. h. t.* Thomaſ. *Diſſ. de tortura ex foro Chriſtian. proſcribenda.* Bodinus *in diſſ. de uſu & abuſu tortur.* Beyer. *Lat.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.*

Armon æquitati repugnet ad tur. Adum.

Reſp. ad 1.

2.

3.

Sed rarius adhibetur, & moderate.

C. E. Prox. eſt Judex competens, quis h. l. ſit? VI. Cauſa Eff. Prox. eſt Judex competens, qui niſi interloquendo decernat, nunquam ad quæſtionem veniendam *l. 2 ff. de appell. recip.* Eſtque hic, qui habet poteſtatem de illo crimine cognoſcendi & judicandi, aut merum imperium, Vel, ut hodie loquuntur, criminalem juriſdictionem, cuique Reus ſubjectus eſt ratione domicilii, delicti, vel deprehenſionis. Siquidem Quæſtio eſt cauſarum criminalium acceſſio. *l. 8 ff. h. t.* junct. *l. 3. ff. de juriſd. l. 178. ff. de R. J.* Alii vero per torturam interrogare nequeunt. *l. 3. C. de defenſ. civit.* Bocer. *d. c. 1. n. 13.* Alb. Gentil. *tr. de Juriſd. l. 3. c. 10.* Carpz. *d. q. 117. n. 19.* Gail.

de

de P. F. l. 2. c. 2. n. 16. J. O. Tab. *d. tr. cap. 2. n. 5. & 8.* Theod. *Crim. c. 9. aph. 9. n. 8.* D. Bardili *Exerc. 37. Concl. Fer. 2.* vid. D. Harppr. *C. 49. n. 137.* Brunnem. *ad l. 8. n. 3.*

VII. Illi tamen periculoſiſſime errant, qui in arduo atque ſatis periculoſo torturæ negotio, ſine conſilio Juriſperitorum, ex conteſtatione, ſtatim occaſionem ad quæſtionem inferendam ſumunt. Brunnem. *ad l. f. C. h. t. in f.* Siquidem remittit Imp. Carolus V. in Ord. Crim. *art. 7. & 28.* In foro Sax. indiſtincte obſervari ſolet. Carpz. *Pr. Crim. q. 116. n. 24. q. 125. n. 61.* Et tamen non leviter peccant Judices, qui, dum Acta criminalia JCtis pro concipienda Sententia transmittunt, ſimul per epiſtolam nonnullas facti circumſtantias, vel perſonæ qualitates addunt, de quibus in judicio inter partes actum eſt nihil. Verum JCti tales relationes vel negligere, vel ut judicio proferantur, reſcribere debent. Oldekop. *in tr. 2. contr. Carpz. decad. 1. q. 7.* quo facit *l. 1. l. 2. C. de relat.* B. Patens in *d. l. n. 10.* D. Thomaſi. *Diſſ. de Judice ſententiam in cauſis criminal. latam ab actu removente.* Judex tamen ſicut licite per viam Inquiſitionis in cauſa principali ex officio procedit: ita eadem via quæſtionem quoque criminalem decernit, & Reum ſuſpectum torturæ ſubjicit. Ord. Crim. *art. 46.* ibi: *von Amts wegen.* Sed in Ordinario & Accuſatorio tortura, niſi ab accuſatore petita, decerni haud poteſt. Bocer. *c. 3. n. 6.* Et quamvis nonnulli exiſtiment, quod ſi decernatur tortura, proceſſus mutetur in Inquiſitorium; contrarium tamen patet inde, quod & in puncto torturæ, & tandem in cauſa principali ſententia formetur: *Daß in peinl. Rechtfertigung ſich haltend zwiſchen NN. Anklägern eines &c.* Item, *auf Klag, Antwort, &c.* & proh. Ord. Crim. *art. 45. 46. 47.* late Oldekop. *d. decad. 1. q. 6.* D. Harpprecht *C. nov. 63. & 79.* Sed in Duc. Würt. quia in criminalibus tam quoad quæſtionem, quam pœnam principalem decernendam proceſſus accuſatorius eſt obſervandus, ideo judex ex officio torturam ab Accuſatore non petitam haud decernit, ſed interloquendo ita pronuntiat: *Iſt der Beſchluß ex officio hiermit reſcindirt und erkandt, was jeder Theil zu Verſtand ſeines Rechten beweiſen wolle, ſolches gebürt &c.* tuncque Accuſator admonetur, ut torturam decerni petat. Lindenſ. *tr. d. l.* Beſold. *C. 24. in fin. C. 35. n. 12.* Mauritius *Conſil. Tub. 3. num. 12. & ſeqq.* add. Beſold. *C. 177.* & Mauritz. *C. Tub. 4. & 5.* D. Harpprecht *Conſil. nov. 45. num. 21. & 151.*

Qui tamen Conſilium JCtorum adhibeat.

Eorum officium in transmittendis Actis.

An Judex ex officio torturam decernere poſſit? Auſlag.

VIII. Cauſæ moventes ſunt aliarum probationum defectus, & legitimorum indiciorum præſentia. Judex enim non ſemper ad quæſtionem procedere debet, ſed demum, ſi de Crimine atroci vel facto ipſo liquido conſtet. infra *§. 48. & 51.* Ord. Crim. *art. 6.* Bocer. *cap. 5. num. 47.* Et tunc requiritur I. aliarum ſufficientium probationum defectus. Nam judex ad-

Cauſæ moventes ſunt I. aliarum ſufficientium probationum defectus.

ad inveſtigationem Veritatis non debet initium ſumere à tormentis, vel ſtatim ad quæſtiones convolare, ſed in ſubſidium ſemiplenæ probationis, ſi veritas aliter inveniri nequeat; *l. 1. pr. l. 8. l. 9. pr. l. 10. §. 4. l. 20. ff. l. 8. §. 1. l. 12. C. h. t. c. 6. X. de R. J.* Bocer. *c. 3. n. 4.* unde tortura dicitur omnium probationum ſubſidiaria. *d. l. 8. & 9.* Carpz. *quæſt. 119. n. 64.* Zanger. *d. tr. c. 2. n. 3.* Leſſ. *de J. & J. c. 29. n. 151.* Theod. *Crim. c. 9. aph. 9. n. 14.* Nec tertio ſine legitimis indiciis locum habet. Guazz. *def. 30. c. 4. n. 1. & c. 5. n. 2. & ſqq.* Joh. Voet. *n. 3. h. t.* Et de jure Civ. accuſator petens quæſtionem prius jurare debet, quod non propter offenſas ad hoc veniat; ſed quia aliter veritatem exquirere non poſſit. *l. 1. §. 1. C. de jurejur. propt. calumn. l. f. in f. C. h. t.* Bocer. *d. l. n. 9.* Quod ipſum tamen moribus noſtris non obſervatur, teſte experientia.

Non torquendus eſt confeſſus. IX. Ex dd. ſequitur, ſi aliæ adſint probationes, ad Quæſtionem deveniendum non eſſe. *l. 16. C. d. pœn. l. 2. C. de cuſtod. reor.* v. g. ſi Reus ipſe crimen, de quo liquido conſtat. vid. Ord. Cr. *art. 48.* & quod nondum eſt præſcriptum, (alias confeſſio confitentem non afficit. Guazz. *def. 2 & def. 32. c. 21.*) legitime confeſſus: *l. 15. & l. 1. §. 23. ff. h. t. l. 1. ff. de confeſſ.* vel de eodem teſtibus aliisve probationibus adeo convictus ſit, ut ipſius negare non ſufficiat. *vel convictus.* Talem namque condemnari, non torqueri fas eſt. *d. l. 16. can. 1. c. 2. q. 1.* *Obj. Reſp.* Non obſt. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* ubi non agitur de plene convicto. add. Ord. Crim. *art. 22.* ibi: *aus eigen Bekennen oder Beweiſung* & *art. 69.* & hoc in praxi obſervari teſtatur Carpz. *q. 116. n. 36. & ſeqq.* D. Harppr. *Conſ. nov. 1. n. 83. & ſeqq. & C. 37. n. 20. & ſeqq.* Joh. Voet. *n. 6. h. t.* add. Gomez. *d. l. c. 13. num. 9.* Sande. *dec. Friſ. l. 5. tit. 9. def. 14.* J. O. Tab. *c. 5. th. 47. 48.* & hæc regulariter.

Limit. Interdum tamen confeſſus, aut convictus, aut damnatus torturæ ſubjicitur, *Niſi ob qualitatem criminis, vel in caput ſocii.* vel ratione qualitatum criminum, e. g. ſi contra Reum homicidii legitima militent indicia, ſocium ſuum lucri gratia occidiſſe; vel ut Reus obſtinatus complices edat atque profiteatur, ſi ſcil. ex delicti qualitate, aliisve indiciis ſocios ſceleri interveniſſe conſtet. *l. 1. §. 21. ff. h. t. l. 6. ff. de cuſt. reor. l. 29. in f. ff. de pœn.* Carpz. *q. 119. n. 65. ſqq.* Damhoud. *Pr. Crim. c. 37. n. 14.* His vero deficientibus de ſe confeſſus, vel per tormenta impulſus, in aliorum caput non torquebitur. *l. 16. §. 1. ff. h. t. l. f. in f. C. de accuſ.* Ita tamen alias deferentibus ſimpliciter credi non oportet, nec ultroneè nominantes denuo torquendi ſunt, ut confeſſio robur accipiat. *l. 1. §. 26. 27. ff. l. 4. C. h. t.* J. O. Tab. *d. c. 5. th. 50. & 51.* & de Confront. *p. 4. c. 1. n. 6. & ſqq.* add. Ord. Cr. *art. 31.*

II. Præſentia legitimorum indiciorum. X. II. Cauſa impulſiva eſt præſentia legitimorum indiciorum,

glaub-

glaubwirdige redliche Anzeigungen vid. Ord. Crim. *art. 19.* J. O. Tab. *d. c. 3. p. 105.* Hiſce enim præcedentibus Judex continuus demum ad torturam venire debet *l. 1. §. 1. & 4. l. 18. §. 2. l. ſ. ff. l. 8. §. 1. C. h. t. l. 17. C. ad L. Corn. de falſ.* Ord. Crim. *art. 6. 7. 8. 18. 22. 25. & 40.* His vero deficientibus, ſi quis tortus utcunque crimen confeſſus fuerit, illa tamen confeſſio non præjudicat, nec ad condemnandum ſufficit. Sicut enim tortura, ceu actus contra legem ſuſceptus, ipſo jure nulla eſt: *l. 5. C. de LL. c. 64. de R. J. in ſexto.* ita etiam tota confeſſio per eandem extorta nullius eſt momenti, neque ullum habet effectum. *l. 4. §. 6. ff. de re jud.* Ord. Crim. *art. 20.* Etiamſi ex poſt legitima ſuperveniant indicia, confeſſio tamen non convalidatur; quia ab initio nullum ex poſt facto non convaleſcit. poſt alios, Bocer. *d. tr. c. 3. n. 10.* Carpz. *Pr. Crim. Q. 123. n. 10. ſeqq.* Criminaliſtæ *ad d. art. 20.* (quomodo inſuper judex teneatur? vid. infra *§. ult.*) Ex hoc Dd. propter metum torturæ extendunt, quod illegitime tortus, licet in ea confeſſione perſeveraret, tamen non ſit condemnandus. Carpz. *d. l.* Freber. *de fama, l. 1. cap. 11. n. 26.* Pro qua ſententia facere videtur *d. art. 20.* qui de reiterata confeſſione accip. quia nec legitime tortus, ſi confeſſionem poſtea negaverit, condemnatur. Carpz. *d. q. n. 21.* Et hæc procedunt, etiamſi tortura ad reſcriptum Principis inſtituta ſit, quia hoc reſcriptum juri eſt contrarium. *l. 3. C. de precib. imperat. off.* Carpz. *d. l. n. 23.* Dicta tamen ita temperanda ſunt, ut ex novis indiciis legitime probatis, novus incipiatur actus, & ex iis tortus crimenque faſſus omnino condemnandus ſit. cum Hipp. de Marſil. Farinac. Gilhaus. Maſcard. J. O. Tab. *add. art. n. 7.*

Non ſufficiunt poſt torturam ſupervenientia.

Sed ex novis indiciis novus incipit actus.

XI. Quæ autem Indicia ſint legitima, generali regula definiri nequit, ſed judicis arbitrio relinquendum eſt, propter diverſitatem criminum, perſonarum, &c. Nam minima circumſtantia variat jus. *l. 3. §. 2. ff. de teſtib.* Ord. Crim. *art. 18. 24. & 27.* Unde hæc materia judiciorum à Dd. arbitraria vocatur. Carpz. *q. 120. n. 3. & q. 123. n. 28. & ſeqq.* Hoc autem Judicis arbitrium non eſt liberum: ſed ad juris, juſtitiæ, prudentiæ & æquitatis rationem reſtrictum. Hinc dicitur, facilius eſſe in cauſa principali judicare, & Reum ad mortem condemnare vel abſolvere, quam in puncto torturæ ſecundum jura & æquitatem bene arbitrari. Oldekop. *obſ. crim. tit. 4. O. 1. n. 3.* B. Parens m. *Delib. ad lib. ff. 48. th. 65. & ſeqq.*

Indicia legitima Judex definit ex ratione juris & æquitatis.

XII. Hæc indicia nihil ſunt aliud, quam argumenta rei propoſitæ demonſtrativa & indicativa. *l. 8. §. 1. C. h. t. l. ſ. C. de probat.* Carpz. *q. 120. n. 6.* Et ſunt vel Communia omnium criminum, vel Propria certorum criminum, Ord. Crim. *art. 25. & ſeqq. art. 33.* ibi J. O. Tab. & Criminaliſtæ. Neceſſaria ſunt, quæ per neceſſariam conſequentiam delicti veri-

Indicia ſunt vel Communia vel Neceſſaria.

Hæc ſufficiunt ad condemnandum.

veritatem evincunt; ita, ut res non poſſit non ita ſeſe habere, & judici nullum dubium relinquant. Hinc vocantur probationes evidentiſſimæ, apertiſſimæ, &c. *l. 17. in fin. ff. de manumiſſ. teſtam. l. 3. §. 4. ff. de ſuſp. tutor.* ſupra *tit. de Probat.* §. 4. *in med.* ex. gr. indicium neceſſarium eſt adulterii vel ſtupri commiſſi, ſi, marito per biennium abſente, uxor gravida reperiatur. *l. 6. ff. de his, qui ſui vel alien. jur.* Si virgo vel vidua prægnans ſit. Hujusmodi indicia non faciunt ad torturam; ſed ſufficiunt ad condemnationem, quia Pleniſſimæ ſunt probationes. *l. ſ. C. de probat. l. 19. C. de R. V. c. 12. x. de præſumpt.* Ideoque ad extraordinarium remedium non eſt recurrendum. Zoes. *h. t. n. 8.* à Sande, *4. tit. 9. def. 14.* D. Harppr. *Reſp. 8. n. 189.* & *Conſil. nov. 79. n. 36. cum ſeqq.*

Ob. Reſp. XIII. Nec obſtat, quod nemo ex præſumptionibus ſit condemnandus. Nam ex hiſce argumentis non oritur præſumptio? ſed certa demonſtratio, ſive evidentia facti: ſupra *tit. de Probat. §. 41. & 44.* Præſumptio vero eſt rei probabilis conjectura. Bocer. quidem *c. 3. n. 20.* tutius exiſtimat, ſi judex hoc caſu ad torturam procedat. Verum omnia illius argumenta de præſumptionibus probabilibus loq. Et quamvis Sande putet, etiam ex probabilibus urgentiſſimis ad condemnationem procedi poſſe; nobis tamen ſermo eſt de indiciis neceſſariis & clariſſimis. Carpz. *q. 117. circa fin.* Dantur etiam neceſſaria argumenta ex juris diſpoſitione. e. g. *l. 34. C. ad L. Jul. de adult. c. 30. x. de ſponſal. c. 12. x. de præſumpt.* & dicuntur Præſumptiones juris & de jure. add. ſupra *tit. de probat. §. 40. §. 34. de ſponſal.* & *§. 19. ad L. Jul. de adult.*

Vel Probabilia, Quæ ſubdiv. in Plena. & Minus plena.

XIV. Non neceſſaria ſive Probabilia indicia ſunt, quæ ex probabilibus argumentis crimen demonſtrant. Suntque vel Plena, vel Minus plena: Illa dicuntur, quorum ſingula ſufficientem ad torturam faciunt probationem. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Et ſic non abſolute, ſc. quoad condemnationem ita dicuntur, ſed in ſuo genere. Vocantur etiam certa, majora, urgentiſſima, propinqua, clara, & Germ. *redliche und gnugſame Anzeigungen.* Ord. Crim. *art. 19. & 20.* ibi Tabor. & Claſen. *ſeq. §. 23.* vel Minus plena, quorum non ſingula; ſed conjuncta ad torturam ſufficiunt. Ord. Crim. *art. 27. Iſt keines allein zu redlicher Anzeigung, darauf peinliche Frage mag gebraucht werden, gnugſam.* Carpz. *q. 130. junct. ſeq. §. 22.* Vocantur à Dd. remota, minora.

Communia probabilia minus plena ſunt 1. a Vita ante acta.

XV. Quamvis impoſſibile ſit omnia indicia enumerare, Ordinem tamen Sanctionis Carolinæ ſequentes præcipua quædam recenſebimus. Communia Probabilia, ſed minus plena ſunt & deſumuntur I. à Vita male ante acta, & Fama. *art. 25. verſ. Erſtlich.* Nam conſuetudo delinquendi in eodem genere

nere facit indicium ad torturam remotum, quia ſemel majus in eodem delicti genere ſemper præſumitur talis, *l. 3. §. 1. ff. de ſuſp. Tut.* idem probatur ex *l. 7. §. 3. ff. ad L. Jul. Maj.* & huc facit *l. 5. §. 6. ff. de re mil. l. 10. §. 5. ff. h. t.* Carpz. *q. 119. n. 61. & Q. 122. n. 55.* modo alia concurrant adminicula. Zang. *de quæſt. c. 2. n. 137.* Brunn. *de proc. inq. c. 4. per tot.* Dn. Stryck. *Diſp. de vita Anteacta. c. 4. per tot.* Malam Famam ſimiliter indicium facere remotum ad torturam, prob. *d. l. 10. § 5. d. art. 25. §. 1.* Cum autem auditiones & rumores vagi multum trahant ex mendacio: fama quoque ſæpe ſit mendax, falſa & fallax, proinde DD. X. conjunctim requirunt, ut huic famæ ad præparatoria Judicii criminalis ſit locus, quæ recenſet Cothmann. *Vol. 1. Reſp. 12. n. 167. & ſeqq.* Steph. *ad d. art.* Carpz. *q. 120. n. 22.* Sed Imp. Carol. V. duo tantum vult concurrere: (1.) Ut Reus ſit perſona ita diffamata, in quam cadat ſuſpicio generalis ex vita anteacta. *l. 3. §. 2. ff. de teſtib. Ob der Verdacht in ſolche verwegene oder leichtfertige Perſohn von böſem Gerüchte ſeye, daß man ſich der Miſſethat zu ihr verſehen möge,* vel ſpecialis ex facto conſimili, *oder, daß ſie dergleichen Miſſethat vormahls verübet. d. art. 25. §. 1.* (2.) Ut fama ortum ſuum habeat non ab inimicis, malevolis, & levibus hominibus, ſed Impartialibus, honeſtis, fideque dignis perſonis. *d. art.* Attamen quia Fama per ſe & ſola non eſt ſufficiens ad torturam: arg. *l. 12. §. 1. C. de pæn.* ideo cum ea concurrant alia indicia, tum operari poteſt torturam. *d. art. 25. & art. 27.* ibi J. O. Tab. & Claſen. add. Strauch. & Freher. *de Fama publ. l. 1. c. 11. num. 30. & per tot.* Dn. Hert. *de paræmiis juris. 110.* Zang. *de quæſt. c. 2. n. 203.* D. Happr. *Reſp. 36. n. 213. cum ſqq.* & *Conſil. nov. 97. n. 116. cum ſqq.*

Marginal notes: & Fama. — Modo ſit perſona levis. — Et fama ab impartialibus ortum habeat, aliaque concurrant indicia.

XVI. II. Præſentia vel Deprehenſio perſonæ ſuſpectæ in loco periculoſo & inſidioſo. *d. art. §. 2.* ibi: *An gefährlichen Orthen zu der That verdächtlich.* ex. gr. in domo aut vicinia, ubi crimen perpetratum, vel quæ ad perpetrandum apta eſt; *l. 32. C. ad L. Jul. de adult. l. 5. C. ad L. Corn. de Sicar.* ut tunc judex inquirere atque per gradus progredi queat. J. O. Tab. *ad d. art. §. 21. in f.* III. A veſtitu vel habitu hominis ſuſpecti, ſi à quopiam in loco criminis ante vel poſt perpetrationem viſus, ſed de facie non fuerit cognitus; tum inquirendum de ſuſpecti forma & ſpecie, de veſtitu, armis, equo, &c. *d. art. §. 3.* ibi Claſen, *th. 5.* Item ſi veſtigium pedis vel calcei in nive, arena, vel terra humida reſpondeat formæ pedis ſuſpecti vel accuſati, Zanger. *d. c. 2. n. 55.* Bocer. *d. c. n. 77.* Sed hæc fallere queunt, ideo nullam omnimodam certitudinem inducunt. J. O. Tab. *d. l. §. 24.* D. Grav. *in Diſp. de accuſ. reſp. th. 41.*

Marginal notes: 2. Deprehenſio ſuſpecti in loco inſidioſo. — 3. Habitus ſuſpecti.

XVII. IV. Societas malorum, ſi ſcil. de crimine ſuſpectus vel accuſatus, vel alias diffamatus, ſciens malorum conditionem, citra probabilem cauſam, habitet vel familiariter converſetur cum ejuſmodi facinoroſis. *d. art. 25. §. 4.*

Marginal note: 4. Societas malorum.

ſ. 4. Sicque noſcitur ex ſocio, qui non cognoſcitur ex ſe. *Prov. c. 13. v. 20. c. 22. v. 24. 25. Pſ. 18. v. 27. l. 25. §. 1. & 6.* ibi *ſi mutatione conſervorum deterior factus eſt, aleator forte, vel vinarius, vel erro evaſit. ff. de Ædil. Edict.* Aliud ergo dicendum, ſi quis ſit bonæ exiſtimationis: vel non ſciverit conditionem malorum: vel legitimam converſationis cauſam habuerit. Carpz. *d. q. 120. n. 41.* Claſen. *d. l. th. 4.*

5. Affectus XVIII. Indicium veriſimile ſumitur ab Affectu: ut, ſi ſuſpicio commiſſi maleficii cadat in hominem, qui læſum odio proſequutus ſit, aut inimicitiam manifeſtam cum eo alŭerit: Nam inimicus inimico male cupere præſumitur: *l. 3. pr. ff. de teſtib. l. 3. §. 5. ff. de adim. legat.* aut in genere minatus ſit ei: aut lucrum vel commodum, ſc. hæreditatem vel ſucceſſionem in officio ex ipſo facto expectare potuerit; unde probabiliter colligi queat, hominem de cætero ſuſpectum ad facinus forte impulſum eſſe. *d. art. 25. §. 5.* Hæcque tantum adfert momentum, ut, ſi aliis adminiculata indiciis, ad torturam perveniri queat. Carpz. *d. q. 120. n. 43. & 49.* Dn. Frommann, *Diſſ. de inimicitia, th. 33. & 34.* pluribus vid. J. O. Tab. *d. l. §. 27. usque ad 35.* Claſen, *d. l. th. 5.*

6. Lis ſuper majore bonorum parte mota. VI. Ex lite ſuper majore parte bonorum mota, & conſtet de gravi inimicitia inde inter læſum vel occiſum & ſuſpectum orta. Ord. Crim. *art. 26.* ibi J. O. T. & Claſen, Carpz. *d. n. 43.* Gabriel *l. 7. comm. Concl. 18.*

7. Aſſertio læſi ex cauſis juſtis, & confirmata. XIX. VII. Inculpatio & aſſertio læſi vel vulnerati ex juſtis cauſis facta, & morte vel juramento confirmata. *d. art. 25. §. 6.* Stryck. *in uſu moderno §. 4. de accuſat.* Neceſſario ergo concurrant. (1.) Læſi inculpatio ex juſtis cauſis, ut conſtet de plenitudine intellectus. (2.) Perſeverantia in confeſſione delicti, quia nemo divini timoris ſalutisque æternæ in ultimo vitæ actu immemor præſumitur. *l. 6. C. ad L. Jul. repet.* Nihilominus tamen judex, propter *l. 3. §. 1. ff. de SCto Silan.* ex circumſtantiis probe examinatis decernat, quantum inculpationi ſit tribuendum. Zang. *d. c. 2. n. 158.* cum Mollero, Claſen.

Quid ſi reum exculpaverit ex veritate vel affectu *ad d. art. 25. th. 6. inf.* D. Harppr. *Reſp. 2. n. 42. 51. & 71. cum ſeqq.* Verum læſi moribundi Exculpatio majoris eſt momenti, tollit enim reliqua, quantumvis legitima, indicia, ita, ut Reus ex illis torqueri nequeat. *l. 2. ff. de SCto Silan.* Claſen. *d. l. inf.* Niſi aliunde conſtet, exculpationem ex metu affectuque potius, quam rei veritate proveniſſe, tunc non impedit ea, quo minus, aliis indiciis concurrentibus, ad torturam procedi poſſit. Privata enim remiſſio non impedit vindictam publicam. Zoes. *h. t. n. 26.* Sicque judicis relinquitur arbitrio, quantum illi exculpationi ſit credendum. D. Harpprecht, *Reſp. 2. n. 59. & 101. cum ſeqq.* add. Klein *Diſſ. de in- & exculpatione moribundi,* Stryck. *Diſſ. de eſſatis agonizantium.*

XX.

XX. VIII. Eſt Fuga ſola, ſi ſcil. homo malæ famæ, ob crimen nuper perpetratum, ſubito aufugerit. *d. Art. 25 §. 7.* Ergo non intelligitur fuga, quæ opponitur ut ipſum delictum; ut eſt Milites e caſtris, Monachi è Monaſterio. Berlich. *p. 1. concl. 36. n. 57.* poſt multos, Farinac. *pr. crim. l. 1. tit. 5. q. 48. n. 65.* quoties autem lex fugam pro crimine habet, illa probata, probatum eſt delictum. *l. 3. C. de Aſſ. ſſ. c. f. x. de regular.* Si Officialis fugiat, vid. *d. l. 3. Nov. 95. c. 1.* Umm. *de proc. D. 18. th. 3. & 9. n. 9.* Maſcard. *de prob. V. 1. concl. 498. n. 11. ſqq. V. 2. concl. 821. n. 2. ſqq.* de Puteo, *de Synd. verb. Fuga Officialis, cap. 2.* Nec intelligitur fuga, quæ fit metu carceris; Maſcard. *concl. 820. n. 27.* ſupra *tit. de Effract.* Sed quæ tanquam indicium ad delictum, & quidem ſolæ ad torturam non eſt ſufficiens, ſed remotum ſaltem. J. O. Tab. ad *d. art. §. 6. & ſqq. ubi Reſp. Carpzovio ad contraria.* Frommann, *diſp. de Fuga juſt. & injuſta th. 54. & 55.* Gail. quidem *l. 2. O. 109. n. 7.* Myſi. *c. 6. O. 95. n. 1. ſqq.* & alii diſtinguunt, an poſt, num ante inquiſitionem fuga ſuſcepta? Verum Judex potius ad animum fugientis, quam ad ipſam fugam reſpicere debet. Carpz. *d. q. 120. n. 67. & 68.* Dn. Frommann, *d. th. 54. in f.* Coccej. *Diſp. de fuga.* 8. Fuga ſola

XXI. IX. Indicium torturæ remotum eſt Variatio & Inconſtantia ſermonis. *l. 10. §. 5. ff. h. t.* Si Reus interrogatus circa principale negotium variaverit, Zang. *d. c. 2. n. 96.* Carpz. *d. q. n. 74. & ſeqq.* quæ varietas erubeſcenda. *l. 5. §. 6. C. de mod. mulct.* Tale quoque indicium eſt Titubatio, animi Trepidatio, & Vacillatio. *d. l. 10. §. 5. l. 15. §. f. ff. eod.* D. Harpprecht, *C. 8. n. 20. 99. & 157.* Iidem Dd. huc referunt Oculorum declinationem, Coloris mutationem, quoniam difficile eſſe fertur, crimen non prodere vultu. Experientia tamen teſtatur, innocentiſſimos quandoque trepidare & palleſcere. Zang. *n. 102.* X. Taciturnitas, ſi quis ad objectum crimen nil pro ſua innocentia reponat. Sed tacens & non contradicens in criminalibus pro conſentiente non habetur. Zang. *n. 105. ſeqq.* Carpz. *d. q. n. 81.* Claſen. *ad art. 26.* Huc referunt & Collocutionem in aurem, malam Phyſiognomiam, Occultationem, Nationem infamem, & ſimilia. Bocer. *d. tr. c. 3. per tot.* Carpz. *q. 120. n. 86.* Zang. *d. l.* add. Damhoud. *c. 36. n. 27.* 9. Variatio ſermonis. 10. Taciturnitas.

XXII. Tandem denuo notandum, ſingula hactenus recenſita exempla atque indicia remota ad Torturam non eſſe ſufficientia, per regulam in Ord. Cr. *art. 27.* Sed adminiculata eſſe debent aliis indiciis, licet æque remotioribus, modo ſint conſentanea atque conſonantia, ut ad effectum torturæ (non autem pœnæ) conjungi queant; nec ſe invicem deſtruant, neque exceptionibus elidantur, ſed perfecta ſint in ſuo genere, tum enim valet Reg. Quæ ſingula non proſunt, conjuncta juvant. *l. 5. pr. C. h. t. l. 5. l. 6. C. de prob.* Brunn. *ad l.* Hujusmodi indicia non adminiculata. per Reg.

add. l. 15. §. 11. ff. de Excuſ. Hic tamen conſentioſi & prudentis Judicis arbitrio non vago, ſed J. L. & rationi conformi multum relinquunt Claſen & Tab. *ad d. art. §. 7. & per tot.* add. B. Dn. Frommann, *Diſſ. de Norma Judicis arbitrii, th. 5.*

Plena indicia ſunt
1. ſi res inquiſiti in loco delicti reperta.

XXIII. Exempla quædam plenorum & propinquorum indiciorum, quorum ſingula per ſe ſufficientem ad torturam faciunt probationem, *prec. §. 14.* ſunt I. Si res in loco perpetrati ab inquiſito deperdita, vel poſt ſe relicta, v. gr. veſtis, gladius, baculus, annulus, &c. vid. Genes. *38. v. 18. 25.* in loco vel prope locum delicti reperiatur, iſque eandem paulo ante poſſederit. Ord. Crim. *art. 29.* Zang. *d. c. 2. n. 34.* Admittit tamen probationem in contrarium, ſi inquiſitus hoc Indicium elidere & innocentiam docere velit. *d. art.* e. gr. ſe tum temporis alibi fuiſſe, rem illam amplius non habuiſſe, alteri commodaſſe. Carpz. *q. 121. n. 7 ſeqq.* Et pro defenſione teſtis unus, teſtes inhabiles de credulitate deponentes, & alia ſingularia admittuntur. Gail. *de P. P. l. 1. c. 16. n. 22.* Hercul. *de prob. Negat. n. 409.* Claſen, *ad d. art. in f.*

2. Semiplena probatio.

II. Semiplena ipſius delicti probatio per unum teſtem omni exceptione majorem. Facit ergo indicium ad torturam, ſi (1.) teſtis unicus bonus & virtuoſus, i. e. omni exceptione major: (2.) immediate de ipſo actu delicti *von der Haupt-ſach*: (3.) dilucide atque exacte *gründlich* deponat, e. gr. ſe vidiſſe hunc vel illum delinquere. Ord. Crim. *art. 30.* Carpzov. *Reſp. 121. n. 10. & ſqq.* Claſen & Kreſſ. *ad art. 30. Conn.* ſupra *ad tit. de Probat. §. 12.* Nec obſt. *l. 20. in f. ff. h. t.* ubi intellig. plena probatio. late Farinac. *l. 1. de Indic. & tort. tit. 5. q. 36. n. 211. & ſeqq.* Indicia vero plura ac circumſtantiæ non niſi ad minimum per duos teſtes bonos, idoneos & irreprehenſibiles probari debent. *d. art. 30. in f. ibi Dd. ſeq. §. 35.*

3. Convicti nominatio.

XXIV. II. Indicium propinquum eſt de ſocio criminis convicti legitima Nominatio vel Denunciatio. Cocceji *Diſp. de ſocio Crim. ſect. 3. §. 41. cum ſeqq.* Cum autem non quælibet ſufficiat; *l. 10. ff. l. 10. C. de teſtib. l. f. C. de accuſat.* Berl. *p. 4. concl. 4. n. 104. prec. §. 9. in f.* ideo qualificata atque legitima eſſe debet. Bocer. *c. 3. n. 44.* Ad quam quinque ut concurrant neceſſe eſt. Ord. Crim. *art. 31*

Quomodo debeat eſſe qualificata?
1

Facta namque ſit hæc complicum nominatio, ratione modi, (1.) ad generalem judicis interrogationem. Ex quo ſequitur, (α) quod ſpontanea complicis nominatio ſit ſuſpecta; Zang. *d. c. 2. num. 59.* quamvis hæc, tanquam denunciatio, non negligenda, modo aliunde adminiculata ſit, ut Judex maxime de occultis inquirere poſſit. J. O. T. *de Confront. p. 4. c. 2. n. 10. & add. d. art. th. 8.* Bocer *c. 3. n. 46.* (β) interrogatio in genere, non in ſpecie de certa perſona præcedere debeat, ne magis ſuggerere, quam quærere videatur

videatur *l. 1 §. 21. ff. h. t.* niſi cauſa aliud ſuadeat, dum illa perſona ſatis forte gravata ſit. J. O. T. *d. n. 9. in med.* Carpz. *q. 121. n. 29.* D. Harpprecht, *Reſp. 46. num. 35. & ſeqq. & Conſil. nov. 46. n. 197. & ſeqq.* (7) Quidam requirunt, ut nominatio fiat in tortura, vel in loco torturæ, Carpz. *d. q. n. 28.* arg. *l. 11. C. de teſtib. l. fin. C. de accuſat.* quod tamen *in d. art.* non præciſe requiritur. Hinc Tabor perinde eſſe probat, ſive in loco judicii, ſive carceris fiat, *de confront. p. 2. n. 13. 14. & ad d. art. th. 7. 11. & ſeqq.*

XXV. (2.) Judex nominatim interroget circumſtantialiter, de modo, loco, tempore, auxiliis, & omnibus qualitatibus neceſſariis, pro ratione facti; *d. art. §. 2.* ibi: *aller möglicher Umſtand, nach Gelegenheit und Geſtalt jeder Sach.* (3.) & quidem ratione perſonarum, Judex inquirat, num denuntians cum nominato ſimultates, inimicitiam aut malevolentiam fo- 2.
verit; quo probato, depoſitioni hujuſce, ceu illiquidæ, fides haberi non debet. *l. 1. §. 24. ff. h. t. l. 3. pr. ff. & Auth. Si teſtis, C. de teſtib.* Niſi denuntians juſtas & validas factæ denuntiationis rationes afferat, quæ in inveſtigatione tales deprehendantur. *d. art. §. 3. in f.* J. O. Tab. *de confront. p. 4. c. 2. n. 12.* (4.) Denunciatus talis ſit vitæ & conditionis vel ſubleſtæ famæ, ut in eum facile perpetrati criminis ſuſpicio cadere poſſit *d. art. 4.* (5.) Denuntians in facta nominatione conſtanter perſeveret *d. art. §. ult.* Hæc denuntiatio qualificata, ſi denuntiatus contra eam in copia ſibi communicatam nil ſolidi afferre poſſit, proficit ad torturam. Sed revocatione facta, probe dijudicet Judex, an ſuſpecta ſit ex aliorum ſuggeſtione ad liberandos complices, ideoque malitioſa: an ſeria & ductu conſcientiæ; quod poſterius creditur, ſi denuntiati vita anteacta proba & honeſta fuerit, isque nullam vel parvam familiaritatem cum denunciante habuerit, *d. art. in f.* Vel ſi unicum ex dictis V requiſitis deficiat, etiamſi de cætero plures nominaverit, non ſufficit ad torturam; quandoque tamen ad inquiſitionem. Bocer. *n. 53. & ſeqq.* Carpz. *n. 37. & ſeqq.* J. O. Tab. *ad d. art. n. 29. uſque ad fin.*

3. 4. 5.

Sed Revocatione facta, quid conſiderandum?

XXVI. IV. Indicium ad torturam plenum eſt Confeſſio ſeu Jactitatio de certo perpetrato crimine extrajudicialiter facta. Ord. Crim. *art. 32.* Sed hic concurrant idonea indicia ſcil. ut illa perſona (1.) ejus ſit conditionis, in quam ejusmodi delicti ſuſpicio cadere poſſit. (2.) Speciale illud crimen, ſua ſponte, & (3.) ſerio confeſſa ſit, non joci gratia; & hæc confeſſio vel jactatio per duos teſtes probari poſſit. Carpz. *d. q. 121. n. 41. & ſeqq.* Claſen. & J. O. Tab. *ad d. art.* Coccej. *Diſſ. de eo, quod juſtum eſt circa inquiſitionem in authorem rixa cl. 2. §. 6. & 15.* ſupra *ad tit. de confeſſ. §. 27.* V. Indicium propinquum ſunt Minæ qualificatæ; *d. art. 32.* ſed req. ut (1.) quis non in genere,

4 Jactatio extrajudicialis, concurrente Indicio.

5 Minæ qualificatæ, cum

ceri's requiſita. genere, verum ſpeciale delictum minatus ſit, vid. ſupra *tit. de confeſſ. §. 3. & 4.* (2.) Sitque perſona alioquin de tali maleficio diffamata, vel in quam de perpetrato ſuſpicio cadere poteſt. (3.) Malum alteri, adverſus quem minæ directæ, mox contigerit *Art. 44.* Claſen. *ad d. art. 32. in f.* Sed quanto temporis ſpatio, judicis arbitrio deciditur. Carpz. *n. 50. & ſeqq.*

6. Auxilium præſtando. Locus. XXVII. VI. Eſt Auxilium & Præſidium facinoroſis ſcienter & doloſe præſtitum, e. gr. receptando, occultando, participando de crimine quæſitis, &c. Ord. Crim. *art. 40.* Aliud vero eſt in perſonis conjunctis, & ubi dolus ceſſat, *l. 7. §. 7. ff. de dolo malo*, plura vid. ſupra *tit. de recept.* Multa alia indicia collegit Boſſius, Brunus, Cruſius, *de indic.* Carpz. *d. q. 121.* Bocer. *d. c. 3.*

Et ſimilia. Zanger. *d. c. 2.* Menoch. *præſ. 89. & ſeqq.* & alii plures. Judici enim ex indiciis nominatis, circumſtantiis urgentibus, ad ſimilia non expreſſa per comparationem arguere licet. Ord. Crim. *art. 24.*

Indicia propria Homicidii Clandeſt. XXVIII. Indicia certorum criminum ad torturam Propria & convenientia ſunt ex. gr. in Crim. Homicidii, & quidem vel Clandeſtini: (1.) Si quis

1. eodem tempore in loco, vel propinquo commiſſi delicti viſus vel deprehenſus eſt, veſtibus & armis cruentatis, prægnanti ſuſpicione gravatus. Ord. Crim. *art. 33.* Cruſius *de indic. d. 19. p. 2. c. 27.* Imo Reum propterea, concurrentibus tamen aliis quibusdam circumſtantiis, ad mortem condemnatum eſſe, refert

2. Joh. à Sande, *d. l. def. 14.* (2.) Si quis ex occiſi bonis aliquid acceperit, vendiderit, alienaverit, vel adhuc apud ſe retinuerit, *d. art. 33.* add. ſupra *tit. de Suſp.* *§. 27.* Hæc duo tamen indicia contraria probatione poſſunt elidi, *d. art.* Si autem in atrocibus nihil plane pro innocentia adferri queat, ad torturam demum tanquam remedium ſubſidiarium & ultimum erit confugiendum, *l. 8. pr. l. 9. pr.*

3. *ff. l. 8. §. 1. C. h. t.* (3.) Si quis homicidium fateatur, neget tamen ſe animo occidendi; ſed defendendi neceſſitate commiſiſſe. Adverſus ipſum autem oritur præſumptio doli, donec contrarium probet. Carpz. *Pr. Cr. q. 122. n. 7. uſque*

Manifeſti. *ad n. 14.* ſupra *tit. de Suſp. §. 8.* Vel Homicidii Manifeſti in tumultu caſuali perpetrati, ſi ſuſpicione quadam gravatus præſens, occiſo inimicus, illum punctim vel cæſim, aut periculoſis ictibus percuſſerit, cædem tamen neget. Ord. Crim. *art. 30.* Struyk. *in uſu moderno §. 7. h. t.* D. Harppr. *Reſp. 2. n. 192.* ſupra *d. tit. de Suſp. §. 15.* ibi de cruentatione occiſi.

Veneficia. XXIX. II. Veneficii, ſi quis ſuſpectus, quia occiſi inimicus, vel ex illius morte commodum ſperaverit, vel alias perſona levis ſit, malum venenum emiſſe vel paraſſe convictus, illud tamen à Magiſtratu interrogatus negaverit, vel bonum uſum probare nequiverit. Ord. Crim. *art. 37.* Carpz. *q. 122. n. 15. ſeqq.* Tit. *de Suſp. §. 21.*

XXX.

Infanticidii.

XXX. III. Infanticidii, ſi puellæ cujusdam ſuſpectæ uterus ſucceſſive intumeſcat, & poſtmodum decreſcat, illaque macra ac livida exiſtat, facta ſimul corporali inſpectione à peritis mulieribus, quæ de credulitate, illam gravidam fuiſſe, jurato deponunt. Ord. Crim. *art. 35.* Item, ſi in ſuſpectæ mamillis lac perfectum & copioſum deprehendatur; vid. tamen Hippocr. *ſect. 5. aph. 39.* & alia inſuper indicia concurrant. Ord. Cr. *art. 36.* Vel ſi fœmina graviditatem abnegans, ſola enixa dicat, ſe infantem mortuum peperiſſe, ob præſumptum occidendi animum torturæ ſubjici poteſt. Ord. Crim. *art. 131.* D. Harppr. *Reſp. 32.* Dn. a Lyncker. *dec. 856. 1270. & 1388. Reſol. 155. & 324.* ſupra *tit. de Parric. §. 3. in f.*

Furti &c. concurr. requiſita.

XXXI. IV. Furti, Latrocinii, Rapinæ indicium eſt, ſi res furtiva vel rapta apud aliquem reperiatur, & præbet indicium ad torturam, ſi concurrant (1.) Ut illa perſona ſit levis atque ſuſpecta; ſecus ſi ſit honeſta, qualis regulariter delicti præſumptionem excludit. (2.) Res in ejus cuſtodia reperiatur. (3.) Et poſſeſſor ipſius rei authorem indicare non poſſit, nec probare, ſe rem bona fide comparaſſe, *l. 5. C. de furt.* Ord. Crim. *art. 38. 39. 43.* Schœpffer, *n. 32. & 33. h. t.* Maſcard. *de probat. Concl. 832. n. 10.* Boniſac. *de furt. §. 2. eſt n. 44.* Farinac. *de furt. Q. 176. n. 50.* Carpzov. *Q. 122. n. 55. & 56.* ſupra *ad tit. de furt. §. 6. & 32.*

Sortilegii.

XXXII. VI. Sortilegii vel maleficii quatuor indicia recenſentur in Ord. Crim. *art. 44.* D. Harpprecht, *C. 7. n. 49. 54. 209. & 221.* Schœpffer, *n. 36. h. t.* vid. ſupra *ad tit. de Sicar. §. 44.* Sed admodum fallax hujus criminis indicium eſt Impoſitio in aquam frigidam. *Waſſer-Prob.* per *l. 1. §. 17. l. 8. pr. ff. l. 8. §. 1. C. h. t.* add. *c. 20. cauſ. 2. q. 5.* Bocer. *c. 3. n. 105.* Carpz. *q. 122. n. 69.* Frommann. *Diſſ. de Innoc. præſ. th. 29.* Stryk. *in uſu moderno §. 7. & 8. h. t.* Esbach. *ad CZ. p. 4. C. 2. Def. 5. n. 8.* ſupra *tit. de probat. §. 15.*

Incendii.

VII. Incendii, ſi ſuſpectus talia minatus ſit, vel res occultum ignem foventes tractaverit, & incendium paulo poſt ſubortum, nec ipſe præſumptionem elidere poſſit. O. Cr. *art. 41.* Zanger. *de tortura c. 2. n. 190.* Carpz. *Q. 122. n. 80.* ſupra *tit. de Sicar. §. 48.*

Proditionis, Falſæ monetæ.

VIII. Proditionis. vid. Ord. Cr. *art. 42.* IX. Falſæ monetæ, ſi inſtrumenta ad monetam cudendam apta, apud eum, in quem ſuſpicio talis cadere poteſt, fuerint inventa. Carpz. *d. q. 122. n. 84.*

Adulterii.

X. Adulterii, ſi v. g. nudus cum nuda in uno lecto deprehendatur, *c. 10. & 13. x. de præſumpt.* Carpzov. *d. q. 122. n. 70.* add. ſupra *ad tit. de adult. §. 9. 20. & 32. in f.* Plura reliquorum criminum indicia videri poſſunt apud Authores *præt. §. 27.* citt. add. omnino Dn. Granz. *Deſenſ. Inquiſit. cap. 4. membr. 2. ſect. 2. per tot.*

Indiciorum

XXXIII. Ut autem quis ad torturam condemnari poſſit, non ſufficit indi-

probatio Plena.

cia allegare; ſed ut legitime probentur, neceſſe eſt; Ord. Crim. *art. 20.* & quidem plene, per duos teſtes omni exceptione majores. Ord. Crim. *art. 6. 23. & 30.* Num. 35. v. 30 Deut. 19. v. 15. Maſc. *concl. 461. num. 1.* add ſupra *tit. de prob. §. 5.* Eosque judex de Jure Civ. ipſe examinare, hanc vero poteſtatem aliis delegare non debet. *Nov. 90. c. 5.* & inde deſumpta *Auth. Apud eloquentiſſ. C. de fid. inſtr.* Moribus tamen noſtris hoc examen aliis (ſed non ſine diſcrimine, ſupra *tit. de Juriſd. §. 38.*) committi poteſt, teſte quotidiana experientia; add Sichard. *ad l. 18. C. de fide inſtr.* D. Harpprecht *Reſp. 34. n. 84. & ſeqq.* ſupra *tit. de teſtib. §. 7.* quamvis judicis præſentia in hujusmodi arduis cauſis perquam utilis ſit. J. O. Tab. *de confront. p. 1. th. 26.*

Minus plena.

Minus plene fit, ſi Unicus teſtis de proximo indicio deponat, quamvis non ad affectum torturæ, ſed ſaltem Territionis. Zang. *c. 1. n. 89.* Carpz. *q. 121. n. 59.* Claſen. *ad art. 19. th. 4.*

Illorum communicatio fiat Reo, etiam ex officio, & ab eodem reprobatio ſemper audienda eſt.

XXXIV. Indiciis probatis, non ſtatim properandum eſt ad torturam; ſed, niſi judex pœnam velit incurrere, copia illorum danda eſt Reo, ut innocentiam ſuam defendere poſſit. O. Cr. *art. 28. 29. 33. 47.* Zang. *c. 3. n. 1. & ſeqq.* Heig. *p. 2. q. 35. n. 15. & ſeqq.* Gvazzin. *tom. 2. def. 24. c. 2. n. 2.* Spathar. de inciſa, *de modo corrig. regular. tr. 9. c. 23. n. 4.* In cujus favorem indiciorum refutatio & reprobatio quocunque tempore, etiam poſt ſententiam latam, negari non oportet. *l. 18. §. 9. ff. h. t.* ſupra *tit. de accuſ. §. 19.* Proinde acta & indicia Reo petenti ſunt edenda. *l. 2. C. de edend.* Imo & non petenti ex officio. Gvazz. *d. l. n. 3. & def. 30. c. 4. n. 16.* Gomez. *tom. 3. c. 13. n. 35.* Mev. *p. 2. dec. 321. n. 5.* ſupra *tit. de accuſ. §. 18.* Judex enim pro Rei defenſione & innocentia vigilare debet niſi ad gehennam ædificare velit. *l. 19. ff. de pœnis. c. 24. §. debet. x. de accuſat.* Bocer. *c. 3. n. 160.* Carpz. *q. 33. n. 9.* Ziegl. *Dicaſt. concl. 31. per tot.* Eaque propter in hac rei defenſione, & indiciorum refutatione, multa ſingularia, in favorem innocentiæ, recepta ſunt. v. g. admittendo teſtes inidoneos, item fratrem pro fratre, teſtem unicum &c. ſupra *tit. de probat. §. 12.* teſtem de credulitate, auditu, &c. Maſcard. *de prob. v. 2. concl. 491. n. 1. & ſeqq.* Menoch. *lib. 5. præſumpt. 48. n. 7.* Bocer. *n. 161.* Frommann. *Diſp. de innocentia præſidio th. 30. cum ſeqq.*

Quandoque adhibetur confrontatio. quid?

XXXV. Ad eruendam veritatem, quia nihil quicquam omittendum, quod honeſta ratione illi fini comparari poteſt; *c. 11. c. 30. q. 5. l. 9. C. de jud.* ſæpe multum facit Confrontatio, quæ eſt actus judicialis, quo judex vel teſtes inter ſe, vel reum cum teſtibus, vel etiam cum correo, aut denuntiante coram componit, ad veritatem inveſtigandam comparatus. J. O. Tab. *de Confront. p. 1. th. 9.* Sed quia famam viri honeſti non parum lædit,

lædit, talis ſine indiciis legitimis & ſufficientibus ea non facile onerandus. J.O. Tab. *th. 24. & 32. & late 35.* Carpzov. *q. 124. num. 77. & ſeq.* addit: *Videant judices immoderati, quomodo actionem injuriarum effugiant, qui ad ſolam inculpationem virum honeſtum cum inquiſito confrontari faciunt.* Hinc non inſtituitur in cauſis levioribus; nec regulariter filius cum patre, frater cum fratre, ſervus cum domino, vilis cum nobili vel honeſto & in dignitate poſito, timidus cum potente, vel ſimiliter confrontari debent. J.O. Tab. *d. l. th. 27. 35. & p. 3. c. 1. th. 6.* — *Monitum Carpzovii.*

XXXVI. Probatis indiciis & auditis inculpati excuſationibus, Judicis eſt diligenter & in timore Dei omnia ad juſtam trutinam revocare, *l. 9. C. de judic. l. 7. ff. de minor. reſtit.* ut pondus adjiciat fortioribus. Ord. Crim. *art. 28. & 47.* Hinc duos ſales, ſapientiæ & ſecuræ conſcientiæ, in judice requir. *C. 1. de ſent. & re jud. in ſexto.* Dannh. *c. 36. n. 1.* Semper tamen in dubio pronior ſit ad abſolutionem, quam torturam, *l. 47 ff. de O. & A. l. 125 ff. de R J.* Mev. *p. 8. dec. 424. n. 2.* & admittere magis indicia delictum excludentia, niſi indicia ab accuſatore profecta multum ſuperent, cum Menoch. Farin. Claren. *ad d. art. 28. n. 5.* Sunt autem varia argumenta Reum adjuvantia, v. g. (1.) Si non aufugerit, licet potuerit; *l. 17. §. 1. ff. de Ædil. Edict.* Sed (2.) ſponte judici ſe exhibuerit. (3.) Ea nocte, qua commiſſum homicidium, quiete dormiverit. Valer. Maxim. *l. 8. c. 1. n. 13.* (4.) Exculpatio ipſius læſi. Carpz. *q. 45. n. 56. & 58. præc. §. 19.* (5.) Si teſtes revocaverint extra judicium teſtimonium ſuum. Bocer. *c. 3. n. 165.* (6.) Vita anteacta, Bona fama, & Exiſtimatio. add. D. Harpprecht. *Reſp. 2. n. 92. & 112. cum ſeqq. & Reſp. 36. n. 225.* ſupra *tit. de publ. jud. §. 11. in f.* — *Judicis circa torturam decernendam officium.* — *Argumenta Reum adjuvantia.*

XXXVII. Cauſa inſtrumentalis ſunt tormenta. *l. 15. §. 41. ff. de injur. l. 10. l. 12. C. h. t.* Divid. autem Tortura ratione modi in Uſitatam, quæ fit inſtrumentis modisque in loco torturæ receptis. Sic ap. Anglos eſt *die Preß.* Diethern. ad Beſ. *Th. Pr. voc. peinl. Frag.* Ap. Italos *Capra*, Damhoud. *c. 37. n. 1.* item Vigiliæ, quem modum alii reprobant, alii efficaciſſimum & tutiſſimum laudant. Hipp. de Marſil. *ad l. 1 pr. n. 55 ff. h. t.* Brunnem. *de proc. inq. c. 8 m. 5. n. 46.* Oldekop. *tit. 4. caut. 40. n. 13.* Plures vid. apud Brunnem. *de indic. p. 2. q. 2. num. 6. & ſeqq.* Bocer. *c. 5. num. 20.* Girland. *de quæſt. q. 2 & 4.* Damhoud. *c. 37. n. 18.* Carpz. *q. 117.* & Inuſitatam, à qua judex regulariter abſtinere, & modis conſuetis torquere debet, ne carnifici potius comparandus ſit. Clar. *R. S. l. 5. §. f. q. 64.* Bocer. *d. c. n. 16.* Carpz. *d. q. §. 41. in f.* — *C. Inſtrum. eſt Tortura. Rat. modi.*

XXXVIII. Gradus quod attinet, alii faciunt tres, alii plures. (1.) Territionem, (2.) Ligaturam, (3.) Elevationem in eculeo & quaſſationem. (4.) Adhibi- — *Rat. graduum.*

hibitionem candelarum ſulphurearum, &c. Sed prima non eſt vera tortura; per *l. 15. §. 41. de injur.* Bocer. *d. c. n. 23.* D. Harpprecht *Diſſer. Marb. Bad. p. 7. th. 5.* Brunnem. *in proceſſ. inquiſitor. c. 8. m. 5. n. 43. cum ſeqq.* & ſic aliud eſt Territio, aliud Tortura ipſa. Illa div. in Verbalem ſi Reus in locum torturæ deducatur, inſtrumenta exhibeantur, & Carnifex ſimulat de ſtatim torquendo, attamen ſine omni tactu; Zang *c. 4. n. 17.* & Realem, quando præter minas, Carnifex manum admovet, inquiſitum veſtibus denudatum ad ſcalas deducit; his addit Carpz. *d. q. n. 52. & ſeqq.* ſi pollices fornice comprimat, vel etiam funiculis leviter conſtringat, *mit Daumſtocken oder mit Schnuren den anfang machet*; ſed pollettrum, non territionem tantum eſſe ipſe fatetur; Manz. *dec. Palat. q. 88.* vid. D. Harppr. *C. nov. 17. n. 120. Reſp. 28. n. 17. & ſeqq. & C. 8. n. 194. & ſeqq.* Huic eſt locus, ſi conſtat de corpore delicti, pœnam corporis afflictivam poſt ſe trahentis, & Reus urgeatur magnis indiciis, ſed non plene probabilibus, Gerland. *q. 4. n. 1.* Bocer. *n. 25.* vel ſi perſona torturæ ſubjaci nequit, *l. 1. §. 33. ff. de SC. Syllan.* quia habenda eſt ratio ætatis, conſtitutionis corporis, virium, &c. Manz. *d. q. n. 16. 17. ſeq. §. 42. & 43.*

Territio verbalis. Realis an includat Pollettrum? Quando adhibeatur?

Tortura ſtricte dicta quid? Ejus gradus 1. Infimus, 2. Medius, qui ſuos habet gradus. 3. Summus.

XXXIX. Tortura ſtricte dicta, quæ fit per corporis cruciatum & dolorem ad eruendam veritatem; *d. l. 15. §. 41.* tres habet gradus, quorum (1.) eſt Infimus vel levis, quando Carnifex, adhibitis funiculis, Rei manus vel crura retro arctiſſime conſtringit usque ad oſſa, *mit denen Schnuren*, fidiculis, *l. 4. C. ad L. Jul. Maj. l. 16. C. h. t.* *auch da es nothig, mit Hand und Beinſchrauben oder Spaniſchen Stiffeln.* (2.) vel Medius, quando Reus ſcalæ ſubjicitur, & violenta expanſione omnium membrorum articuli in ſcala diſtringuntur & dilacerantur, *auf die Leiter geſpannet gezogen und geſoltert.* Sed hic ſuos iterum habet gradus, dum (α) elevatum Reum Carnifex per aliquod temporis ſpatium detinet. (β) quaſſando dum funi, ex quo Reus pendet, ictum impingit: vid. D. Harppr. *Reſp. 32. n. 6.* (γ) pedicas manicasque ferreas Reo pendenti apponendo. (3.) Et Summus, quando præter dd. cruciatus corpus miſerrimi Rei candentibus luminibus, ſulphure vel igne corporis in ecto, lente aduritur, vel extremæ digitorum partes, immiſſis infra ungves pineis cuneolis, aduſtione læduntur, qui tamen gradus in atrociſſimis ſaltem criminibus, e. gr. Sacrilegio, Maleficio, adhiberi ſolet. Zang *c. 4. n. 8. ſqq.* Carpz. *d. q. n. 60. & ſeqq.* Brunnem *d. c. 8. m. 5. n. 43. & ſeqq.* Claſen. *ad Ord. Crim. art. 58.* Ipſi vero gradus dignoſcuntur ex formulis uſitatis. Richt. *p. 5. conſ. 24.* Territio tamen ſemper præcedere debet, per *l. 200. ff. de R. J.* Damhoud. quidem teſtatur, vegetes a pœnaque

raſque virgas plerumque ad confeſſionem plus effeciſſe, quam omnia tormentorum genera. *c. 37. n. 24.* add. *c. 1. cauſ. 23. q. 5.* ibi: *Imple, Chriſtiane Judex, pii patris officium, ſic ſuccenſe iniquitati, ut conſulere humanitati memineris: nec in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciſcendi libidinem; ſed peccatorem vulneribus curandi adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipſa inquiſitione ſervaſti, quando tantorum ſcelerum confeſſionem, non extendente equuleo, non ſulcantibus ungulis, non urentibus flammis, ſed virgarum verberibus eruiſti.* Damhouderii conſilium.

XL. Quem autem gradum Judex adhibere debeat, cum in jure non reperiatur expreſſum, ipſius arbitrio eſt relinquendum. *l. 7. ff. h. t.* Qui tormenta adhibeat, non quanta accuſator poſtulat; ſed ut moderatæ rationis temperamenta deſiderant, *l. 10. §. 3. ff. h. t.* exactiſſima ſemper habita ratione perſonarum, qualitatis, delictorum atrocitatis, indiciorum gravitatis, & temporis, Ord. Crim. *art. 58.* ibi: *Nach Gelegenheit des Argwohns, der Perſohn, viel, oft, oder wenig, hart oder linder, nach Ermeſſung eines guten vernünfftigen Richters.* & *art. 59.* cogitet, ſe Chriſtianum eſſe, & quæſtionem ita inſtituat, ne tortus vitæ vel ſanitatis periculum incurrat; ſed ſalvus ſit vel innocentiæ, vel ſupplicio. *d. l. 7. & d. art.* ibi Claſen. Gradum adhibet Judex, uti circumſtantiæ ſuadent.

XLI. Ad Torturam in cauſis arduis rapiuntur omnes, qui indiciis & argumentis ita convicti, ut ſola confeſſio deeſſe videatur, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* & veritas aliter haberi non poſſit. *l. 8. pr. l. 9. pr. ff. l. 8. §. 1. C. h. t.* Maſculi & Fœminæ. *l. 3. §. 3. C. h. t.* Modo perſonarum conditio patiatur. *d. l. 8. §. 1.* illæque non ſpecialiter exceptæ reperiantur. Jus autem ſpeciale præſupponit jus commune contrarium. Excipiuntur enim à tormentis ob defectum vel judicii & intellectus, vel corporis & virium. Item ob Privilegium dignitatis, & Labores Reip. præſtitos: Nam quo majori dignitate præditi, eo majori vitæ puritate debent eſſe conſpicui. Subjectum.

XLII. I. Ob defectum judicii excipiuntur (1.) Furioſi & Mentecapti; *l. 3. §. 11. ff. de SCto Sylan.* utpote in quibus finis eruendæ veritatis obtineri nequit; Bocer. *d. c. 4. n. 11.* licet ante furorem deliquerint: arg. *l. 14. ff. de off. præſ.* J. O. Tab. *de Tort. c. 5. n. 24.* D. Bardili *Exerc. 37. Concl. For. 10.* & ex identitate rationis Melancholici in ſummo gradu. Carpz. *q. 118. n. 18. & ſeqq.* Non tamen prodigi Carpz. *n. 22.* Clarus, *q. 64. n. 11.* (2.) Impuberes. per *l. 10. pr. ff. h. t. l. 1. §. 32. & 33. ff. de SCt. Sylan.* Impuberes tamen pubertati proximi, ſi intellectum rei habeant, terreri poſſunt, & habena (i. e. loro) vel ferula Excip. 1. ob judicii defectum Furioſi. 2. Impuberes. *Limit.*

rula cædi, *d. l. 1. §. 33.* per lictores & ſtatores. vid. *l. 1. C. de cuſtod. reor.* Sed hoc ad applicationem inſtrumentorum carnificis produci poſſe, contra Carpz. *n. 14.* merito dubitat J. O. Tab. *n. 27.*

An Minores?

Minor, qui quidem 14. ſed nondum 25. ætatis annum complevit, quin torqueri poſſit, dubium non eſt, *l. 1. l. 2. C. ſi adv. del.* & in *l. 10. pr. l. 15. §. 1. ff. h. t.* tantum minores 14 annis excipiuntur. Exceptio autem firmat regulam in caſibus non exceptis. Carpz. *n. 29.* D. Harpprecht *Reſp. 28. n. 20. & ſeqq.* Joh. Voet. *num. 4. h. t.* Hodie fit ſine curatore. Carpz. *n. 15.* Guazz. *def. 30. c. 4. n. 21.* vid. Bocer. *n. 20.* Oldekop. *Obſ. Crim. l. 2. O. 32.* add. J. O. Tab. *ib. 28.* ſupra *tit. de accuſ. §. 6.*

3. Surdus & Mutus.

(3.) Surdus & Mutus ſimul natura, arg. *l. 10. C. de teſtam. l. 3. §. 1. & 10. ff. de SC. Syllan.* vel caſu, modo literas ſciat. *d. l.* Carpz. *d. q. n. 22. & ſeqq.* Dn. Stryck. *de jure Senſ. D. 4. c. 5. n. 27. & ſeqq.* D. Bardili. *Exerc. 37. C. F. 12.*

Ob virium defectum, Senes,

XLIII. II. Propter virium defectum (1.) Senes *& ætate defecti, vel* plane repuéraſcentes. *d. l. 3. §. 7. ff. de SC. Syllan.* D. Harpprecht. *C. 8. n. 77. & ſeqq.* & *Reſp. 28. n. 22. & ſeqq.* Non autem tam ad annos, quam ad imbecillitatem reſpiciendum eſt. Carpz. *d. q. n. 40.* Unde plus quam ſexagenarius robuſti corporis torqueri poteſt. Zang. *c. 1. n. 39.* In decrepitis vel terrino, vel levis quandoque tortura adhibetur. arg. *l. 1. §. 33. ff. de SC. Syllan.* Carpz. *n. 34. & ſeqq.* J. O. Tab. *n. 29.*

Valetudinarii,

(2.) Valetudinarii; arg. *d. l. 3. §. 7. l. 7. ff. h. t.* item graviter Vulnerati, Hernioſi, Epilepſia laborantes; terreri tamen, vel pro modo torqueri poſſunt, quem vires & valetudo patiuntur. Ord. Cr. *art. 59.* Carpz. *n. 46. & ſeqq.* D. Harpprecht *Reſp. 28. n. 27. & ſeqq.* & *Conſil. nov. 80.* Guazz. *def. 30. c. 16. n. 1.* ubi diverſa morborum genera exprimit.

Fœmina prægnans.

(3.) Fœmina prægnans, non tam propter ſe, ſed ut partus illæſus ſervetur. Calamitas enim matris non debet nocere ei, qui in utero eſt. *pr. J. de ingen. l. 3. ff. de pœnis, l. 18. ff. de ſtatu hom.*

Ampliat.

Etiamſi ante paucos ſaltem dies etiam illegitime conceperit. Adeo, ut ne quidem terreri queat, ne abortus ſequatur. Carpz. *n. 61. & 62.* Joh. Voet. *n. 4. h. t.*

Puerpera.

(4.) Puerpera intra 40. dies poſt partum, ut vires recolligat. *Vel ſi* ſana ſit, vid. *l. 14. §. 4. ff. de ed. ed.* ne recens nato ob nutrimenti corruptionem noceatur.

An Lactans?

Proinde etiam lactantes non niſi moderate ſaltem torquendæ ſunt; Carpz. *n. 60. 61.* J. O. Tab. *n. 30.* maxime ſi non alia nutrix reperiatur. Brunn. *d. c. 8. m. 5. n. 31.* Guazz. *d. def. c. 15.* Carpz. *q. 118. n. 57.* & *q. 137. n. 22.* Richter. *dec. 7. n. 6. & ſeqq.*

Ob Dignitates & Labores publ. Presbyteri, Non reliqui Clerici.

XLIV. III. Ob Dignitates, Virtutes & Labores Reipubl. præſtitos (1.) Epiſcopi & Presbyteri; *l. 8. C. de Ep. & Cler.* niſi in criminibus exceptis. v. gr. Magiæ. J. O. Tab. *n. 41.* Reliqui autem Clerici *l. 6. C. eod.* non eximuntur. per *Auth. Presbyteri. C. d. t. N. 123. c. 10.* Guazz. *def. 30. c. 10.* Bocer.

d. c.

d. c. 4. n. 52. Carpz. *n. 68. & ſeqq.* Hodie tamen omnes, qui Presbyterorum nomine veniunt, etiam Diaconi & Subdiaconi iſto privilegio gaudent, donec ab officio deponantur. J. O. Tab. *n. 41* add. Spathar *d. tr. 9. c. 28. per tot.* (2.) de Jure Civ. Viri Eminentiſſimi, perfectiſſimi, clariſſimi, *l. 11. C. h. t. l. 10. C. de dignitatib.* & in magna dignitate, vel magno magiſtratu poſiti. Guazz. *def. 30. c. 17. n. 2. 3.* Quibus hodie comparantur Perſonæ Illuſtres, Principes, Comites, Barones; Quod hodie in noſtro Imperio non multum dubii habere videtur, cum rarius ejusmodi perſonæ ob crimina incarcerentur. Carpz. *n. 71.* In Gallia tamen nec Comites & Barones à quæſt. eximuntur. Tiraquell. *de pen. temp. cauſ. 51. n. 16.* Rebuff. *ad conſtit. Regn. Gall. in proœm. Gl. 5. n. 115.* (3.) Nobiles; quia gaudent privilegio Decurionum. Tiraq. *d. c. 51. n. 15. & de Nobilit. c. 19. 20. & 21.* D. Graſſ. *in Diſſ. de Except. nobilit. §. 22.* per *l. 4. C. ad L. Jul. Maj.* Unde etiam Quæſtiones pœnæ plebeiorum vocantur, in *l. 8. l. 11. C. h. t.* à quibus Nobiles diſting. per *l. un. C. de Equeſt. Dign.* Carpz. *n. 76. & ſeqq.* poſt multos, Knipſch. *de Nobil. l. 2. c. 4. n. 102.* Schilter. *Exerc. 49. §. 164.* Beyer. *poſ. 13. lit. E.* & Schilpf. *n. 64. h. t.* Maurit. *Diſp. de nobil. th. 44.* (4.) Decuriones eorumque liberi usque ad pronepotes. *l. 11. l. 16. C. h. t. l. 33. C. de Decurion.* Quibus hodie comparantur Conſiliarii, & Senatores præcipue in Civitatibus Imperialibus. Imo ex d. ratione Conſulem Municipii in puncto Crim. peculatus & torturæ & laqueo ſubductum eſſe, not. J. O. Tab. *n. 55. & 56.* ubi extendit ad Decurionum viduas in Delictis non exceptis.

In dignitate & Magiſtratu poſiti, Perſonæ Illuſtres.

Nobiles.

Decuriones, eorumque liberi & Viduæ, Conſiliarii.

XLV. (5.) Doctores, Licentiati, Profeſſores. *l. 6. C. de Profeſſ. & Med. l. 10. C. de dignitat.* junct. *l. 1. in f. l. 4. §. 1. C. de Advocat. divers. judic.* ibi comparantur Clariſſimis, quales à quæſtionibus eximuntur. Iidem Nobilibus ac Decurionibus dignitate: Militibus autem meritis æquiparantur, *l. 14. C. de Advoc. 1.* add. *l. 8. pr. C. h. t. l. 4. C. ad L. Jul. Maj.* Dn. Schweder *Jur. Publ. part. ſpec. ſect. 1. c. 6. n. 15.* poſt multos, Knipſch. *de Nob. l. 1. c. 6. n. 149.* niſi dignitatibus ſuis abutantur. Carpz. *n. 92. & n. 98.* excipit Magiſtros & Studioſos. (6.) Advocati. *l. 14. C. de Adv. 1.* Medici. *l. 6. C. de Profeſſ. & Med.* (7.) Jure Rom. Milites, eorumque liberi primi gradus; *d. l. 4. C. ad L. Jul. Maj. d. l. 8. pr. C. h. t. l. 3. §. 1. ff. de re milit.* quia ab initio potiſſimum ſervi, vel infames, aut viles homines torturæ ſubjici ſolebant. *l. 9. ... ff. l. 15. C. h. t.* vid. omnino J. O. Tab. *n. 20. & ſeqq.*) Militia quidem vera dignitas non eſt, ſed tamen in ordine honorato *l. 7. C. de div. offic. & appar.* J. O. Tab. *n. 41.* Stryck. *in uſu moderno §. 5. h. t.* add. Achat. ab Enenckel *de priv. milit. l. 2. c. 27. n. 2. & 3.* Milites noſtri temporis hoc privilegio gaudere affirm. Weſemb. *p. 1. conſil. 17.*

Doctores, Licentiati, Profeſſores.

Limit.

Advocati, Medici, Milites.

An hodie?

fol. 17. n. 32. Bocer. *de bello & duello, c. 2. n. 9.* Sed Carpz. *n. 74.* reſtringit ad milites in officio publ. conſtitutos, Capitaneos, &c. Verum in militibus hodie amplius obſervari negant Zang. *d. tr. c. 1. n. 58.* Clarus. *q. 64. n. 18.* Schulz. *ad ff. Ex. 49. §. 164.* Quamvis Enenck. *d. l. n. 8.* dubitet de ipſius generalitate; Idcirco ad cujusque loci conſuetudinem reſpiciendum eſt. Vid. Ludovici *Kriegs-Proceſs cap. 11. n. 13.*

Etiam officio ex cauſa non famoſa depoſiti. Excipiuntur tamen crimina quædam.

XLVI. Ex prædictis perſonis, Decuriones, Milites, & ſimiles hoc privilegio gaudent non tantum durante; ſed etiam finito vel depoſito officio, modo ex cauſa non famoſa dimiſſi ſint. *l. 8. pr. l. 17. C. h. t. l. 5. C. de Decurionib.* Stryck. *in uſu moderno §. 5. h. t.* Porro de Jure Civ. quædam excipiuntur crimina, in quibus hactenus enumeratæ perſonæ per torturam poſſunt interrogari, qualia ſunt (1.) Crimen Læſæ Maj. *l. 3. l. 4. C. ad L. Jul. Maj. l. 10. §. 1. ff. l. 16. C. h. t.* (2.) Proditionis Patriæ. *l. 3. §. 10. l. 7. ff. de Re milit.* (3.) Hæreſeos. *l. 4. §. 4. C. de Haeret.* (4.) Magiæ & Veneficii. *l. 7. C. de malef. & math.* (5.) Falſi. *l. 21. C. de falſ.* (6.) Homicidii, Aſſaſſinii, Latrocinii, & omnia alia nefanda atque atrociora delicta. Bocer. *d. c. 4. n. 75.* Zang. *c. 1. n. 65. & ſeqq.* Carpz. *n. 86. & ſeqq.* Knipſch. *d. tr. l. 2. c. 4. n. 108. & ſeqq.* Sed fiat conſulto Principe. arg. *l. 27. §. 2. ff. de pan. l. 9. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 4. C. ad L. Jul. Maj.* Carpz. *n. 93.* Bocer. *n. 76.*

An Nobiles, Doctores, &c. hodiernum à tortura immunes ſint?

XLVII. Quær. An Nobiles, Doctores, Profeſſores, & Decuriones, in aliis non exceptis delictis, adhuc hodie à tortura ſint immunes? De Gallia contrarium docent Rebuff. *in Auth. Habita. C. ne filius pro patre.* Faber. *in C. h. t. quæſt. 13.* præced. *§. 44. n. 2.* De Italia Franciſc. Caſonus, *de torment. c. 10. n. 13.* de Germania Zanger. *c. 1. n. 57.* Colet. *de proc. execut. p. 2. c. 3. n. 170.* De Saxon. Weſenb. *p. 3. conſ. 147. n. 12.* Sed Carpz. præſupponit Principis permiſſionem, *d. n. 93. & ſeqq.* Alii vero prærequirunt exauctorationem. Binsfeld. *de confeſſ. Malef.* per *l. 7.* ibi: *Præſidio dignitatis exutus cruciatus & tormenta non fugiat. C. de Malef. & Mathemat.* Gail. *de P. P. l. 1. c. 1. n. 28. & ſeqq.* Bocer. *d. l. n. 78.* has conſuetudines contrarias ipſo jure nullas eſſe dicit. per *l. 32. C. de Decurion. & Auth. Caſſa C. de SS. Eccleſ.* ibi: *conſuetudines contra Imperiales ſanctiones ipſo jure nullæ audiunt.* quod de præteritis accip. Tamdiu ergo Privilegiis Imperialibus inhærendum, donec lex vel conſuetudo regionis aut loci in contrarium autoritate Principis inducta probetur. J. O. Tab. *n. 46.* Knipſchild. *n. 105.* Bardili. *concl. Th. Pract. Ex. 37. th. 13.*

XLVIII. Ut itaque quæſtio inſtitui poſſit, & torturæ locus ſit, requiritur

ratione

ratione Objecti (1.) Crimen, *l. 1. pr. ff. h. t.* (2.) Atrox & Capitale, *l. 9. pr. ff. eod.* ex quo pœna mortis vel naturalis vel civilis vel corporis afflictiva, ut fuſtigatio, Stryck. *in uſu moderno §. 2. h. t.* Lauterbach. *in deliber. ad lib. 48. th. 72.* Brunnemann. *in proceſſ. inquiſitor. c. 8. m. 5. n. 20.* Joh. Voet. *num. 2. h. t.* irrogatur. Clarus. *l. 5. ſent. §. 1. num. 1.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 31. th. 5. lit. F.* Carpz. *q. 119. num. 8.* Sed add. J. O. Tab. *c. 4. num. 8.* & late ſupra *tit. de publ. jud. §. 2.* & Dn. Schilter. *d. Ex. 49. §. 167. & ſeq.* In delictis vero levioribus, quorum pœna non eſt ultimum ſupplicium vel corporis coercitio, ſed mulcta, relegatio, carcer &c. Quæſtio locum non habet; Iniquiſſimum enim foret, inquiſitionem atrociorem eſſe pœna. Hahn. *ad W. h. t. N. 5.* Tortura autem morti & manuum amputationi comparatur *in Nov. 134. c. fin.* Idem dicendum de delictis, quorum pœna eſt arbitraria, niſi concurrant circumſtantiæ, quæ ſi verificentur, Reus mortem & pœnam corporis afflictivam ſubiret. Carpz. *n. 35. & ſeqq.* Cæterum in levioribus tamen territionem aliquando adhiberi poſſe, tradunt Jul. Clarus, *l. 5. §. f. q. 64. inf.* Carpz. *num. 52.* D. Bardili. *Exerc. 37. Concl. For. 4.*

Objectum eſt 1. Crimen, 2. Atrox & Capitale, non Levius, nec cujus pœna eſt arbitraria,

XLIX. Porro nec in cauſis pecuniariis & civilibus liber homo torqueri poteſt; *l. 9. §. f. ff. h. t.* ſed tantum ſervus tum demum, ſi veritas aliter inveniri nequeat. *d. l. 9. pr. l. 18. §. 4. ff. eod.* Aliud eſt, ſi cauſa civilis vel pecuniaria crimen habeat annexum, in quo torturæ locus eſt. *c. 1. x. de Depoſito.* Carpzov. *d. q. num. 37. & ſeqq.* Hinc mercatores fallitos, qui dolo malo, in fraudem creditorum, pecuniam ſive rationes ſuas ſupprimunt, torturæ ſubjici poſſe, tradunt Dd. ap. Strauch. *de Mercat. tr. de decoct. p. 7. & ult. num. 2.* Non ob cauſam creditorum, quæ eſt civilis; ſed ob annexum factum, quod proxime accedit ad crimen falſi, vel ad minimum eſt ſtellionatus, *l. 1. § 4. l. 16 ff de falſis.* cujus criminis pœna eſt mors. *l. 3. §. 2. ff. Stellion.* quare in deſcript. Quæſtionis additum eſt verbum *maxime. prec. §. 3.* Aliud exemplum eſt, ſi quis theſaurum in alieno fundo inventum indicare nolit. de quo ſupra *tit. de A. R. D. §. 41.* D. Lauterb. *in Diſp. de theſaur. th. f.* & D. Frommann. *de act. civil. & crim. in act. exercit. §. 65.* add. Guazzin. *defenſ. 30. c. 3. n. 7. 8.* D. Fromm. *in Diſp. de anatociſmo th. 45. in fine* & ſupra *§. 16. de injuſto rupt. irrito teſt. un.*

neque cauſa pecuniaria & civilis, niſi crimen eo qualificatum ſit annexum, ex. gr.

L. Imo & Teſtes in cauſis civilibus arduis, quando ſcil. veritatem & teſtimonium dicere contumaciter & malitioſe recuſant, eoque ipſo in Crimen Falſi incidunt, propter annexum hoc crimen, ſicut & in criminalibus, torturæ ſubjiciuntur. Clar. *lib. 5. §. fin. q. f. n 9.* Zang. *c. 1. n. 9.* Carpz. *n. 46.* Stryck. *in uſu moderno §. 3. de teſtib.* Bardili *Exerc. 37. Concl. For. 7.* Sed req. ut (*a*) Veritas

Teſtes in cauſis civil. quandoque torqueri poſſunt, Req. 1.

tus aliter haberi non poſſit; nam hoc remedium eſt ſubſidiarium. *l. 8. pr. ff. h. t.*
2. (β.) Ex Indiciis urgentiſſimis conſtet, illos veritatem ſcire, v.gr. ſi convicti ſint, actui eos fuiſſe præſentes: *l. 18. §. 3. ff. h. t.* item ſi varii ſint atque vacillent. *l. 15. pr. ff. h. t.* Zang. *n. 11.* Carpz. *n. 49.* J. O. Tabor, *de Confront. p. 2. th. 16.* vid. late Guazzin. *defens. 19.* Bohmer *in Jur. Eccleſ. lib. 2. tit. 21. §. 5.* Joh. Voetius, *n. 8. h. t.*

1. Commiſſum, LI. (3.) Ratione objecti requiritur etiam, ut crimen atrox ſit commiſſum. Nam nec ad inquiſitionem, ſupra *de cuſtod. reor.* multoque minus ad quæſtionem deveniendum, niſi plene & liquido in iis, quæ ſunt facti permanentis, conſtet de corpore delicti, *l. 1. §. 24. ff. de SCt. Silan. præced. §. 8.* Damh. *c. 35. n. 7.* cum quæſtio non ad liquidandum crimen, ſed de perſona delinquentis, facti qualitate, & circumſtantiis recte adhibeatur. Carpz. *d. q. n. 56.* Gabriel, *l. 7. Comm. concl. 17.* Interdum tamen ſufficiunt indicia urgentiſſima de facto ſive corpore delicti, maxime in delictis occultis & facti tranſeuntis, quæ ſcil. poſt ſe veſtigium nullum relinquunt, v. gr. Adulterii, Sodomiæ, Magiæ, Ord. Crim. *art. 6. & 8.* Claſen. *ad art. 45. n. 2.* J. O. Tab. *de tort. c. 4. n. 5.* Carpz. *n. 63.* Guazzin. *defens. Reor. 4. c. 1. & 2.* ſupra *tit. de Publ. jud. §. 11.* Mauritius *Conſil. Tub. 3. & 4.*

De corpore delicti debet conſt. plene vel per indicia.

Forma. LII. Præſuppoſitis omnibus requiſitis, de quibus *in præc. §. 7. & ſeqq. §. 30. 41. 48. 51.* add. Claſen. *ad art. 60.* Forma & executio torturæ conſiſtit in judicis interrogatione per tormenta, ſuper commiſſo crimine rite inſtituta. vid. D. Harpprecht *Reſp. 54. n. 151. Reſp. 53. n. 164. Reſp. 52. n. 6. Conſil. nov. 63. n. 120.* Sic requir. (1.) Ut fiat præſente per totum actum Judice cum duobus ad minimum Adſeſſoribus & Actuario. Ord. Cr. *art. 46. & art. 47. in f.* In Ducatu Wurt. numerus Aſſeſſorum non eſt expreſſus. *Wurt. Lands-Ordn. pag. 361. §. 8.* Advocati moribus noſtris non admittuntur. Clar. *q. 45.* (2.) Juſto loco, ſcil. remoto, & juſto tempore mane, ut plurimum, i. e. non diu differatur; ſed ſtatim poſt latam ſuper tortura ſententiam inſtituatur. *Wurt. Lands-Ordn. d. §. 8.* Non tamen die feriato cultui Divino deſtinato; *l. f. C. de feriis.* Lauterbach *Diſp. de feriis th. 16.* Excepto crimine Latrocinii, aliove moræ periculo, ne differatur ſceleratorum conſiliorum proditio, quæ per latronum tormenta quærenda. *l. 3. C. d. t.* ſupra *tit. de Feriis §. 19.* Clarus tamen mavult, in ſeq. diem differri torturam. *q. 64. n. 34.* In reliquis diebus feriatis humanis quæſtio peragi poteſt. arg. *l. pen. C. h. t.* Boerr. *c. 5. n. 17.* Moribus noſtris hæc quæſtio inſtituitur poſt cibi digeſtionem, ne ſcil. ventriculus vertatur, & Reus moleſtiam creet Judici. Brunnem. *de proceſſ. inquiſ. c. 8. m. 5. n. 41. 48.*

Tortura fiat præſ. Judice cum Adeſſ. & Actuario juſto loco & tempore.

Limit.

LIII.

LIII. (3.) Reus, antequam realiter equuleo ſubjiciatur, prius à Judice interpelletur plenè de ſpontanea confeſſione, & de cruciatu corporis evitando, Sin Reus fateri nolit, ſub comminatione, & ſic prius terreri debet. Ord. Crim. *art.* 46. (4.) Reo, circa declarationem innocentiæ, in negatione perſiſtente, ſi plures adſint Rei torquendi, juſtus Ordo obſervetur, & quidem (α) initium torturæ fiat à ſuſpectiſſimo; *l. 1. ſ. 2. ff. h. t.* Stryck. *in uſu moderno ſ. 11. h. t.* Si autem omnes æqualiter ſuſpecti ſint, tunc (β) debiliores, timidiores, & qui teneræ ætatis ſunt, *l. 18. pr. ff. eod.* (γ) fœminæ ante maſculos: (δ) filius ante Patrem, in ipſius conſpectu, (cum pro affectu Parentes magis in liberis terreantur, *l. 8. §. 3. ff. quod met. cauſ. l. 7. pr. C. de cur. fur.*) torqueri debent. *d. l. 1. & d. l. 18.* Zanger. *c. 4. n. 27.* Bocer. *c. 5. n. 11.* Carpz. *q. 124. n. 13. ſeqq.* Joh. Voetius *n. 5. h. t.* & Dd. communiter. (5.) Moderate, juxta tenorem in Sententia expreſſum Carnifici communicatum, neque remiſſius, neque durius tortura peragatur. *l. 7. l. 10. ſ. 3. ff. h. t.* Ord. Crim. *art. 58.* *Wirtemb. Lands-Ord. d. ſ. 8.* Carpz. *n. 25.* Brunnem. *n. 69.* Stryck. *in uſu moderno ſ. 12.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.* ſupra *ſ. 5. m f.* Parva interpellatione ac territione. Juſto ordine plures Rei. Moderate.

LIV. (6.) Ut ipſa interrogatio inſtituatur, (α) non dum Reus ſub cruciatibus hæret; ſed poſtquam iterum demiſſus, & tormentis relaxatus eſt; quodcunque enim Reus in tormentis loquitur, nullius eſt momenti, neque Actuarius illud annotare debet. O. Cr. *art. 58. Wirt. Lands-Ordn. d. ſ. in fin.* Carpz. *n. 28.* Bocer. *c. 5. n. 35.* (β) In genere, ſine omni circumſtantiarum mentione, ne judex quid ſuggerere videatur; *l. 1. ſ. 21. ff. h. t.* ſed Reus eas ſuis verbis ſuove marte edicat. Ord. Cr. *art. 56.* Guazzin. *def. 20. c. 13.* Carpz. *Q. 124. n. 51. & 55.* Brunnem. *proceſſ. inquiſitor. c. 8. m. 5. n. 50. & ſeqq.* (γ) Articulatim, ad evitandam confuſionem; qui articuli debent eſſe breves, de eo crimine, cujus legitima exiſtunt indicia, omiſſis captioſis, ſophiſticis, inutilibus & minus neceſſariis interrogationibus. O. Cr. *art. 100.* Carpz. *d. q. n. 37.* Guazz. *d. l. c. 12. & def. 20. c. 24. & 25.* ibi: An confeſſio ſub promiſſione impunitatis extorqueri poſſit, illaque ſervanda ſit? Si vero Reus crimen ſit confeſſus, tunc poſt torturam de omnibus delicti circumſtantiis interrogari debet. O. Cr. *art. 48. & ſqq. prac. ſ. 25.* (7.) Conſignatio Actuarii, qui accuratiſſime annotare debet non tantum ipſam Rei vel totu confeſſionem vel aſſertionem, cum quibusvis circumſtantiis; ſed etiam quantitatem & qualitatem torturæ cum duratione actus. Ord. Crim. *art. 46. 47. & 51. in f.* Carpz. *n. 64. & ſeqq.* Reus interrogatur demiſſus. In genere. Articulatim. Actuarius quid debeat conſignare?

LV. Finis eſt, ut veritas eruatur. *l. 8. pr. ff. l. 10. C. h. t. l. 15. ſ. 41.* Finis.

ff. de injur. vulgo *die peinl. Urgicht oder Auſſag.* O. C. *art. 91. Wurt. Lands-Ordn. d. §. 8. 9. & 10.*

Effectus in genere.

Effectus in genere conſiſtit in eo, quod omnia, quæ in tortura à Reo dicta ſunt, vera eſſe præſumantur, arg. *d. l. 8. pr.* ibi: *quæſtiones ad requirendam veritatem eſſe, adſertas eſſe habendas.* Beſold. *V. 5. conſ. 109. n. 1. & 6.*

In ſpecie Reo negante eſt purgatio.

In ſpecie vero diſt. an Reus in negatione perſtiterit, num crimen confeſſus ſit? Priori in caſu effectus eſt indiciorum purgatio. Beſold. *d. l. & V. 5. conſ. 109. num. 1. 2. & ſeqq.* ubi in foro ita receptum teſtatur. Bocer. *c. 5. num. 1.* Carpz. *q. 125. n. 3.* Proin neque tortus infamiam incurrit. *l. 22 ff. de his, qui not. inf. l. 14. C. ex quib. c. inf. irrog.* Spathar. de Incaſa, *d. tr. 9. cap. 22. num. 2.* D. Frommann. *in Diſſ. de levis notæ macula th. 33.*

Et tortura repeti nequit, niſi ex indiciis novis, *Obj. Reſp.*

LVI. Cum autem ad Quæſt. ſine urgentiſſimis indiciis *nunquam deveniendum*: *præc. §. 10.* ex hac indiciorum purgatione, ſicque iis deficientibus *ſequitur*, quod tortura ex iisdem actis repeti non poſſit, niſi nova indicia ſupervenerint. *l. 18. §. 1. ff. h. t.* Tabor. *Racem. 5. th. 10. & conſil ibi annexo.* Beſold. *d. conſ. 109. n. 2. 8. & in Comment. ad O. P. W. p. 476.* Weſemb. *h. t. in f.* Carpz. *n. 30. & ſeqq.* Nec obſt. *l. 16. pr. ff. h. t.* ubi ſimpliciter dicitur, quod; ſed non exprimitur, quando repeti poſſit, quod ex *d. l. 18.* ſupplendum, ob nova ſcil. atque evidentiora argumenta. Nec obſt. O. Cr. *art. 58.* ubi repetitio torturæ arbitrio judicis ad æquitatis & juſtitiæ rationes reſtricto relinquitur, legitima autem & juſta cauſa eſt ſupervenientia novorum indiciorum à prioribus diverſorum & fortiorum. *d. l 18.* Tab. *d. l.* Carpz. *n. 42. & ſeqq.* Myns. *c. 5. O. 12. Wurt. Lands Ordn. d. §. 8.*

& fortioribus,

Vel ſi Reus induraverit corpus.

Item ſi Reus corpus & animum duraverit, *d. l. 18. §. 1.* Magica vel alia arte, patientia & duritia tormenta contemnens; *l. 1. §. 23 ff. eod.* prout famoſi latrones corpora ſua exercitatione durare, & in ſylvis ſe invicem torquere ſolent. Carpz. *q. 125. n. 56.* Ant. Fab. *in Cod. h. t. n. 3.* Joh. Voet. *n. 7 h. t.* His autem in caſibus quomodo obviandum? vid. Dn. Brunnem. *d. l. n. 61. & ſeqq.* Dn. Stryk. *d. tr. D. 7. c. 4. n. 16. 17.* Damhoud. *c. 37. num. 22.* Si leviter tortus, quam indicia depoſcebant. D. Harpprecht, *C. 7. num. 140. & 141. C. 8. n. 69. cum ſeqq.* D. Bardili, *Exerc. 37. C. F. 22.*

Quoties reiterari poſſit?

Tortura toties reiterari poteſt, prout judex arbitrabitur, quia in jure non reperitur definitum. Communiter tamen Dd. eandem ultra tres vices non decernunt. Beſold. *d. p. 476.* Carpz. *q. 126. n. 50. ſeqq.* Tab. *d. th. 14.* Theod. *aph. 11. n. 3. ſeq. §. 61.* In Elect. Saxon. diſting. & tortura regulariter in delictis, ubi ſimplex mortis pœna obtinet, binis vicibus: in criminibus vero atrociſſimis, ubi ult. ſupplicium, trinis vicibus adhiberi ſolet. Carpz. *d. q. 126. n. 60. & ſeqq.* Si poſt tertiam vicem iterum nova ſupervenerint indicia urgen-

tia,

tia, Judex reum extraordinarie, relegatione, mulcta pecuniaria, vel alia pœna afficere debet. Carpz. *q. 125. num. 75 & ſeqq.*

Indiciis probatis Reus abſolvitur. An ab inſtantia tantum,

LVII. Cæterum, ſi nova indicia nulla ſupervenerint, & tortus in negatione perſtiterit, Accuſatore non probante, & quia indicia purgata cenſentur, Reus dimittendus & abſolvendus eſt, *l. 5. ff. de calumn. l. 4. C. de edend.* Sed Menoch. *de præſumpt.* Girland. *d. l.* Zanger. *c. 5. n. 2. & 5.* Fachin. & alii Reum tantum ab inſtantia abſolvi volunt, ne tutus ſit exceptione rei judicatæ; & ex novis poſtea ſupervenientibus indiciis denuo accuſari queat. Alii diſting. an evidenter conſtet de innocentia Rei, & tunc illum definitive abſolvendum eſſe; Sin minus, & de certo quidem delicto, non autem de perſona delinquente conſtet, tunc, quia Reus non probavit innocentiam ſuam, ſed indicia tantum contra ipſum militantia per torturam purgavit, abſolvi quidem debeat ab inquiſitione & proceſſu, verum, novis ſupervenientibus indiciis, contra ipſum rurſus procedi poſſit. Mynſ. *C. 4. O. 11. & 12.* Peſold. *d. l. p. 477. & V. 5. conſ. 208. & 209. ubi formula ſententiæ.* Alii è contra Reum ſimpliciter & definitive abſolvunt, (1.) per *d. l. fin.* Abſolvere autem pertinet ad ſententiam definitivam, *l. 3. C. de ſent. & interlocut.* (2.) per *d. l. 4.* Nam eo ipſo, dum Actor delictum non probat, præſumpta Rei innocentia ſufficit ad abſolutionem, jung. *l. 125. ff. de R. J.* (3.) per Ord. Cr. *art. 61.* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 31. th. 5. lit. G.* Bocer. *c. 6. num. 4.* poſt alios Claſen. *ad art. 61.* Theod. *d. aph. 11. n. 6.* Carpzov. *n. 14.* Quæ ſententia de jure veriſſima eſt. Nam (1.) Exceptio rei jud. tantum priori accuſationi obſtat; & (2.) Novis indiciis ſupervenientibus nova admittenda erit accuſatio. Carpzov. *n. 39. & ſeqq.*

an ſimpliciter hoc affirm. ratio.

Abſolutus præſtat Urphedam.

LVIII. Reus autem abſolutus, antequam dimittatur, Urphedam præſtare tenetur, de non vindicando carcere, eoque, quod ex negotio, cujus intuitu incarceratio facta, perpeſſus eſt. *Daß er die Gefängnuß und Marter weder mit Worten, noch Wercken, heimlich oder öffentlich, in keinerley Weiß oder Weg rächen wolle.* Gail. *l. 1. O. 22. n. 1.* Carpz. *n. 14. & q. 127. n. 46.* Expenſas verò quod attinet, in prædicto caſu & Accuſator & Accuſatus quilibet ſuas ſuſtinet; Judex verò ſumptus judiciales pro carnifice, miniſtris, & cuſtode carceris. Ord. Cr. *art. 61.* ibi Claſen. *circa fin.* & *d. art. 204.* Stryck. *in uſu moderno §. 15. h. t.*

Expenſas quis ſolvat?

Reus convictus, ſed non confeſſus an ult. ſuppl. afficiendus?

LIX. Sed ſi Reus criminis ſufficienter convictus ſit teſtibus, probationibus, & argumentis apodicticis, (ut ſic de ſtricto jure Carol. *art. 69.* confiteri nolens abſque tormentis condemnari poſſit; *l. 19. C. de R V. l. 5. C. de prob.* Sande, *l. 5. t. 9. def. 14.* quamvis Judex conſcientiæ ſuæ magis conſulat, ſi non niſi confeſſum ult. ſupplicio afficiat, add. Bocer. *c. 3. n. 30.* Damhoud. *c. 37. n. 7.*)

ſed per imprudentiam judicis torturæ ſubjectus in negatione perſtiterit, Quær.

An tortura ſe purget?

An illa plena probatio purgata cenſeatur per torturam? Ex Reſp. Neg. quia tortura eſt illegitima & ipſo jure nulla, poſt alios, Dn. Bardili, *Conc. Th. Pract. Ex. 57. th. 8.* Reus tamen, ob perpeſſos maximos cruciatus ac dolores, quodammodo venia dignus cenſetur, eaque propter extraordinarie tantum punitur.

Confeſſus ob ſocios torqueri poſſit.

Carpz. *n. 19. & ſeqq.* At ſi Reus de proprio facto confeſſus & convictus, propter criminis ſocios, torturæ ſubjectus, ſed in negatione quoad ſocios perſtiterit, nihilominus ob propria delicta condemnari debet; jure enim tortus eſt. Carpz. *q. 119. num. 72.*

Reo confitente conſtanter,

LX. Sin Reus juſte atque legitime tortus confiteatur, non ſtatim condemnandus eſt; quia torturæ non ſemper, nec tamen nunquam fides habenda eſt. Nam quandoque confeſſio fit ex impatientia, metu, deſperatione, aut alia de cauſa; quod exemplis illuſtrat Menoch. *A. J. Q. caſ. 269. n. 2.* Damhoud. *c. 39. n. 45. l. 1. §. 17. 23. & 27. ff. h. t.* Gail. *de P. P. l. 1. c. 15. n. 8.*

ſi ſcil. ſit confeſſio congrua,

add. Spatharr. *d. tr. cap. 26.* Proinde requir. ut illa confeſſio (1.) veritati ſit conſentanea, i. e. facto ejusque circumſtantiis reſpondens. O. C. *art. 60. Würt. Lands-Ordn. p. 362. §. 10.* Si delictum ſit facti tranſeuntis, confeſſio veriſimilis dicitur; Et ſi talis non ſit, licet Reus in ea perſeveraverit, non eſt condemnandus. Carpz. *q. 126. Würt. Lands-Ordn. d. §. 10.* Vel in dubio extra-

& legitime ratificata. Quomodo?

ordinaria pœna affici debet, *dd. ll.* (2.) Rite ac legitime à Reo propriis verbis ratificata; *l. 2. C. de cuſtod. Reor.* Ord. Crim. *art. 56.* Menoch. *n. 6. & ſeqq.* Ad quam requiritur, ut facta (α) extra locum torturæ, & conſpectum carnificis. *d. l. 2. & d. art. 56. §. der Gefangene ſoll. Würt. Lands-Ordn. p. 362. §. 9.* Stryck. *in uſu moderno §. 13. h. t.* (β.) Non in continenti poſt torturam; ſed interveniente aliquo temporis intervallo, ad minimum diei & noctis, uti in Duc. Würt. & quidem tempore matutino, *d. §. 9.* prout judex ſecundum torti & torturæ qualitatem arbitrabitur, *d. art.* Sed ultra tres dies differri haud debet. Carpz. *n. 26. ſeqq.* (γ) Coram judice, præſentibus duobus Adſeſſoribus cum Actuario, facta prælectione eorum, quæ antea confeſſus eſt, ad ratificandum; *d. l. 2. d. art.* In Ducatu Würt. fit coram ſeptem honeſtis viris, hinc vocatur *Beſchwerung. d. §. 9. & 10.* (δ) Actuarius Rei reſponſionem vel ratificationem iisdem verbis prolatis diligenter conſignatam ipſi prælegerit, & judex eum deſuper interrogaverit. O. C. *d. art.* ibi Claſ. & late Carpz. *d. q. 126. per tot.* Brun. *d. l. n. 73. & ſq.* ubi *n. 83.* hanc ratificationem non tantum in vera; ſed & quaſi tortura, h. e. territione neceſſariam dicit, quia quoad confeſſionem idem eſt. per *l. 2. C. quor. app. non recip. l. 16. C. de pœn.*

[illegible] eſt con-

Denique ratificationem hanc ſequitur Condemna-

demnatio, *d. l.* Ord. Crim. *art. 92. & ſeqq.* in pœnam lege definitam, vel loci conſuetudine receptam. Ord. Crim *art. 104.* In Ducatu Wurt. elapſis 3. vel 4. diebus accuſator demum ad ordinarium proceſſum progreditur. *d. §. 10.* demnatio.

LXI. Si vero Reus confeſſionem factam revocaverit, videndum, an ex juſta cauſa, quia forſan prior confeſſio ex errore, vel metu, &c. facta dicatur, & tunc ad propoſitarum rationum deductionem atque probationem omnino admittendus eſt. Ord. Crim. *art. 57.* Sin defecerit, ſicque ex injuſta cauſa revocaverit, tortura eſt reiteranda, licet alia indicia nova non adſint. Ord. Crim *d. art.* vid. D. Harpprecht. *Conſil. nov. 90.* Nec obſt, quod ad torturæ repetitionem nova requirantur indicia, *prac. §. 56.* ibi enim Reus in tortura in Negatione perſtitit, hic autem confeſſus eſt, & ex poſt revocat. Sicque Rei variatio novum indicium facere videtur. *d. art. 57.* Si autem in ſecunda tortura in revocatione perſiſtat, tunc purgata cenſentur indicia, & Reus abſolvitur. Sin confitetur; ſed confeſſionem denuo revocet, tertia vice torqueri debet, propter Rei ſcil. variationem. *d. art. 57.* Zanger *c. 5. n. 79.* Sin iterum confiteatur, & paulo poſt revocet, amplius ſuper eodem facto torturæ ſubjici nequit; ſed juxta communem opinionem, extraordinarie puniendus eſt. Bocer. *d. tr. c. 5. num. 59.* Zanger. *num. 81.* Stryck. *in uſu moderno §. 14. h. t.* Harpprecht. *C. 8. num. 192.* Claſen. *ad d. art. in fin. prac. §. 56.* ubi *in f.* quomodo in foro Saxon. diſting. add. D. Harppr. *C. 8. n. 195. & 197.* Reo confeſſionem revocante. ex cauſa injuſta tortura reiteratur. Obj. Reſp. tertia vice torquet, non ultra.

LXII. Quid ſi Reus confeſſionem ſuam ratificatam, in die Executionis, revocaverit? Reſp. ſi præcedentia omnia rite & legitime facta ſint, ipſeque Reus juſtam vel probabilem revocationis aut innocentiæ cauſam allegare, vel proceſſum nullitatis arguere nequeat, quod judex accurate inveſtigabit, inſimulque de facta Ratificatione per duos Adſeſſores juratos conſtet, accedente JCtorum ſuffragio, quod tam in directione proceſſus, quam in ipſa cauſa nil peccatum ſit, ad executionem procedere poteſt. juxta diſpoſit. Ord. Crim. *art. 91.* ibi Claſen Carpz. *n. 63.* add. Bocer. *c. ult. n. 12.* D. Harppr. *C. 8. n. 181. & Reſp. 37. n. 29. & ſeqq.* Zanger. *de quæſt. c. 5. n. 73. & ſeqq.* Ut vero hujusmodi temeraria revocatio executionem non impediat, Ratificationi, juxta *prac. §. 60.* legitime adhibetur Notarius publicus, qui factam ratificationem acceptet, & deſuper inſtrumentum conficiat, uti monent Coler. *p. 1. deciſ. 133. n. 4.* Carpz. *n. 67.* Schiker. *d. Ex. 49. §. 171.* At ſi Reus taceret, confeſſionem neque ratificando, neque revocando, reſponſio extorquenda foret. Carpz. *n. 73. & ſeqq.* Guazzin. *def. 20. c. 17. n. 3.* Stryck. *in uſu moderno §. 14. h. t.* Confeſſio ratificata injuſte revocata executionem haud impedit. Cautela. Rei reſponſio extorquenda.

LXIII.

Judex circa torturam excedens.

LXIII. Hactenus dicta procedunt, ſi tortura legitimo modo fuerit adhibita, nec Judex in uno alterove exceſſerit. Sicut enim graviter peccant judices, qui non tam provide ac circumſpecte, uti decet, in decernenda & adhibenda tortura verſantur, ſed tantum, ut exquiſitiſſimis cruciatibus confeſſionem extorqueant, Ziegl. *dicaſt. concl. 50. §. 11.* quod utique impune ferre non debent. Ita probato, Reum illegitime & injuſte ſub quæſtionem vocatum fuiſſe, non ſolum confeſſio extorta cum ipſo actu nulla cenſetur, *l. 5. C. de LL.* etiamſi toties ratificata ſit, juxta communem, Mynſ. *C. 5. O. 25. num. 2.* Neque ſententia contra ipſum ex illa ferri poteſt; *l. 4. §. 6. ff. de re jud.* Ord. Cr. *art. 20.* Carpzov. *num. 8. & ſqq.* Zanger. *c. 5. num. 50.*

ex dolo, quomodo teneatur?

Verum etiam Judex ita imprudenter in Rei corpus ſæviens, ſi dolo & nequiter tormenta injecerit, conveniri poteſt de vi publica, *l. 7. ff. ad L. Jul. de vi publ.* vel ex L. Corn. de Sicariis, ad pœnam capitalem, ſi tortus inde enecatus, *l. 1. §. 1. l. 4. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 7. §. ſ. ff. ad L. Jul. repet.* Sin adhuc ſuperſtes ſit, pœna eſt deportatio. *d. l. 7.*

& ex culpa, quomodo?

Si ex imperitia & culpa quadam, extraordinarie pro ratione culpæ punitur. Ord. Crim. *art. 61. in f.* Et in dubio eſt præſumtio contra judicem excedentem, donec ſufficientiam indiciorum probaverit. Claſen. *ad d. art. §. 3.* Ziegl. *d. l. §. 16.* Item contra ipſum inſtitui poteſt Actio injuriarum, *l. 15. §. 34. & 42. ff. de injur.* (de cujus duratione vid. ſupra *Tit. de injur. §. 37.* Zietiz & Claſen. *ad d. art.*) nec non Utilis actio L. Aquiliæ *l. 13. pr. ff. ad L. Aq.*

ab eodem injuſte tortus ſatisfactionem petit quadruplicem.

Hicque injuſte tortus ſatisfactionem petit quadruplicem, ſcilicet Æſtimationem injuriæ & corporis exantlati, Dolorum illatorum, Sumptuum & impenſarum, comprehenſis alimentis, & Damni, quod inde tortus ſenſit, aut ſenſurus eſt in re familiari. Ord. Cr. *art. 20.* ibi. *ſeiner Schmach, Schmertzen, Koſten und Schaden der Gebühr Ergäntzung zu thun.* Zietiz, J. O. Tab. Claſen. *ad d. art.* Carpz. *q. 127. num. 7. & ſeqq.* Ziegler. *§. 12. & ſeqq.* Theod. *d. aph. 11. num. 10.* add. ſupra tit. *ad L. Jul. repetund. §. 11.* Si plures uno ſint judices, vid. Dn. Parens, *Delib. ad lib. 48. ff. th. 75.*

Non obſtante a Reo præſtita urpheda.

Neque judicem relevare poteſt Urpheda à Reo præſtita; *d. art.* quia manifeſtum iniquitatis & extorſionis vitium continet, *l. 5. §. 1. C. de LL.* J. O. *Tab. d. l. in f.* Tutius tamen eſt, ut à Superiore judice, & quidem Seculari, R. J. *de Anno 1654. §. Als ſub dann. 164.* Mynſ. *C. 3. O. 99.* Carpzov. *num. 49.* petatur relaxatio juramenti ad effectum agendi, Berlich. *p. 2. concl. 44. n. 1.* Claſen. *d. l.* Ord. Cam. *p. 2. tit. 24.* Et ſi notoria ſit injuſtitia facti, in Cam. Imp. relaxatio fieri poteſt & ſolet per Decretum extrajudiciale, abſque ſpeciali citatione, & Proceſſus ſimul in cauſa principali decernuntur, Gail. *l. 1. O. 22. n. 5.* Roding. *Pand. Cam. l. 3. t. 46. §. ſ.*

TIT.

TIT. XIX.

DE POENIS.

Inſt. *Lib. 4. Tit. 18. §. 9.* Cod. *Lib. 9. Tit. 47. & 51.* Extra. *Lib. 5. Tit. 37. & 23.* in Sexto *Lib. 5. Tit. 9.* Clement. *Lib. 5. Tit. 8.*

§. I.

Continuatio. Pœna quid ſit? Diff. à Mulcta. Homon.

JUdiciorum publ. finis principalis eſt, ut delicta puniantur; unde *l. 14. C. h. t. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aq.* & unius pœna multorum ſit metus; *l. 1. C. ad L. Jul. repet.* unde generalis de Pœnis titulus ſubjicitur. Pœna, juxta Ulp. *in l. 131. pr. ff. de V. S.* dicitur noxæ vindicta. Grotius illam deſcribit, quod ſit malum paſſionis, quod infligitur ob malum actionis. *de J. B. & P. l. 2. c. 20. n. 1.* Quamvis enim interdum delicta puniantur mulcta, pecuniariæ tamen ſolutiones à nolentibus exiguntur, & Reis moleſtiam faciunt. Mulcta quidem à Pœna in ſpecie differt. *L. 131. §. 1. l. 244. ff. de V. S.* Porro peccatur committendo vel omittendo. Ziegl. *ad Grot. d. l.* add. Pufend. *de J. N. & G. l. 8. c. 3 §. 4.* D. Hochſtetter. *tr. de pœnis.* Sumitur vel Late, comprehenſo omni illo, quod malitiæ, culpæ, & moræ coercitionem reſpicit. Stricte pro eo, quod delicti coercendi cauſa imponendum vel exigendum venit, uti h. t. Strictiſſime ſignificat pœnam lege determinatam. B. Dn. Parens m. Diſſert. *de pœna convent. §. 1.*

Div. in Conventionalem, Teſtamentariam, & Legalem, quæ h. l.

II. Pœnæ in genere conſideratæ in Jure noſtro div. in Conventionales, quæ ex conventione partium dependent. Hæque ſuccedunt in locum intereſſe. *§. 5. J. de V. O.* & ab heredibus quoque exiguntur. *l. 47. ff. de A. E. V.* add. ſupra *ad tit. de Contr. Empt. §. 77. & ſeqq.* Tit. *de V. O. §. 25. & d.* Diſp. *de Pœna Convent.* Teſtamentarias, quæ à teſtatoris diſpoſitione originem ducunt. Hæ Vet. jure erant prohibitæ, ſed Novo ſunt reſtitutæ *§. fin. J. de legat. l. un. C. de his, quæ pœnæ nom.* ſupra *tit. de his, quæ pœnæ cauſ. rel.* & *tit. de his, q. pro non ſcr. hab.* Legales, quæ Legibus introductæ. *l. 12. pr. & §. 8. ff. de O. & A. l. 15. ff. ad munic.* quæ hujus loci.

Hæc divid. in Civilem & Criminalem. ex. gr.

III. Pœna Legalis div. in Civilem, quæ privatum Actoris intereſſe reſpicit, ſive quam utilitas privatorum exigit; *l. 9. §. 5. ff. de publican. §. 10. J. l. 37. §. 1. ff. de injur.* & Criminalem, quæ intereſſe publicum reſpicit, ſive, quam vigor publicæ diſciplinæ poſtulat. *d. l. 9. §. 5.* Qualis eſt non tantum Relegationis, Fuſtigationis, Carceris, &c. ſed etiam illa, quæ fiſco applicatur. Carpz. *Pr. Cr. q. 102. n. 29. & 30.* add. ſupra *ad Tit. de O. & A. §. 85. Tit. de Judic. §. 11. & 12.* & *ad Tit. de Publ. Jud. §. 2.*

Crim. ſubdiv. in Capitalem,

IV. Criminalis ſubdiv. in Capitalem, & Non capitalem. Joh. Voet. *n. 2. & 3. h. t.* Illa, quæ caput adimit, i. e. vitam hominis, eamque vel naturalem, vel civilem. Sicuti enim Mors duplex, Naturalis, & Civilis: *l. 63. §. 5. ff. pro ſoc.* ita etiam Vita duplex eſſe dicitur, Naturalis & Civilis. *l. 2. ff. de P. J. l. 2. pr. l. 6. §. f. l. 8. §. 1. & 4. l. 28. pr. ff. h. t. l. 103. ff. de V. S.*

quæ tollit vitam vel Naturalem, quod ſub ult. ſuppl. intellig.

Capitalis ergo pœna tollit vitam vel naturalem, & dicitur Ultimum ſupplicium, *l. 21. pr. ff. h. t.* pœna mortis, ſanguinis. *l. 1. ff. de bonis eor. qui ante ſent. l. 5. ff. de prævaric. l. 1. §. 2. in f. C. de Judæis. l. 18. C. de Tranſact.* Sub mentione autem ultimi Supplicii & Sanguinis in jure vitæ naturalis ademptio intelligitur. *l. 21. l. 28. pr. ff. h. t.* Ergo fuſtigatio, aurium vel manus abſciſſio huc non pertinent. Theod. *crim. cap. 10. aph. 2. n. 7.*

Ejus gradus Jure Div.

Genera ultimi ſupplicii apud Hebræos erant IV. ſcil. Ignis, *Lev. 20. v. 14.* Lapidatio, Num. *15. v. 36.* Deut. *21. v. 21.* Gladius, Deut. *13. v. 15.* & Suſpendium de ligno, *aufhangen an dem Holtz.* Deut. *21. v. 22.* vel Strangulatio. Tollan. *ad Num. 15. num. 46.* D. Grall. *in Differ. Receſſ. Imp. ſect. 17. th. 1.*

Crucifixio.

Quam quidam accipiunt pro Crucifixione, utpote quæ in omni antiquitate fuit celeberrima & graviſſima, Servorumque propria; qua damnatus poſt flagellationem, crucisque exportationem, nudo extenſis brachiis ad ſuperiores ejus antennas manibus, dextraque prius, pedibus vero ad ſtipitem duobus clavis ferreis affigebatur, atque ſtillante ſanguine & fame enecabatur. Lipſ. *de cruce, cap. 2.* Sed in Dominicæ paſſionis venerationem Conſtantinus M. inter Chriſtianos ſubſtituit furcam. Lipſ. *d. tr. l. 3. c. 14.* Theod. *d. aph. 2. num. 31.* Gothofr. *ad l. 28. pr. ff. h. t. lit. g.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.*

Jure Civ.

In Jure noſtro occurrunt Gladius vel Ferrum, i. e. Decollatio ſive capitis amputatio, *l. 8. §. 1. ff. h. t. l. 8. §. 4. ff. qui teſtam. l. 25. §. 3. ff. de A. O. H. d. l. 3. §. 5. ff. ad L. Corn. de Sicar.* &c. Damnatio in furcam vel Suſpendium; *l. 28. pr. ff. h. t.* Vivi concrematio, *d. l. 28. pr. & §. 11. l. un. C. de Nili agg.* Objectio beſtiis, *l. 11. §. fin. ff. h. t. d. l. 3. §. 5. l. 9. pr. ff. ad L. Pomp. de Parric.* à qua differt Condemnatio ad beſtias. *d. l. 8. §. 4. d. l. 25. §. 3.* Bachov. *ad W. h. t. num. 3. lit. G.* Carpzov. *q. 128. num. 26.* Submerſio in aquis. *l. 9. ff. ad L. Pomp. de Parric.* plura vid. ap. Carpz. *d. q. num. 45. & ſeqq.* Verum Veneno necari, vel de Saxo præcipitari interdicitur. *l. 8. §. 1. l. 25. §. 1. ff. h. t.* Nec obſt. *d. l. 8. §. 1.* ibi: *gladio, non alio modo.* intell. ubi pœna ultimi ſupplicii in genere, non vero certa quædam imponenda dictatur.

Vel civilem, Libertatem,

Vel tollit vitam civilem, Libertatem ſcil. vel Civitatem. *l. 2. l. 6. §. f. l. 28. §. 1. ff. h. t. l. 103. ff. de V. S.* D. Fromm. *in differ. aſſ. civ. & crim. in alio ſignato th. 8.* Libertas adimitur Damnatione in metallum, & ad opus metalli, quæ differunt. *l. 8. §. 6. l. 17. §. 1. ff. h. t.* Hæcque ſi in perpetuum, ſimul tollit cum libertate Civitatem, ut ea damnati ſtatim ſer-

vi

vi efficiantur. *d. l. 17. §. 1.* In hujus locum hodie ſucceſſit Condemnatio ad Triremes. Carpz. *q. 129. n. 8.* Civitas tollitur perpetua condemnatione ad Opus publicum. *d. l. 17. §. 1.* Temporalis autem eſt tantum pœna civilis. *d. l. 28. §. 1. & 6.* Qualis etiam eſt Deportatio, *d. l. 17. §. 1.* quæ in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſſit. *l. 2. §. 1. ff. h. t.* vid. *§. 11. de interdict. & relegat.* vel civitatem tollendo.

V. Non capitales dicuntur, quæ non ad capitis periculum pertinent. *l. 28. §. 1 ff. h. t.* Vel, quibus nec naturalis, nec civilis vita adimitur. Qualis eſt Damnum cum infamia, aut dignitatis quædam depoſitio, aut alicujus actus prohibitio. *l. 8. pr. ff. eod.* vid. *l. 9. ff. h. t.* Nec obſt. *d. l. 103.* ubi infamia latiſſime & minus proprie capitalis appellatur. *d. l. 28. §. 1.* add. Beſold. *del. Jur. l. 3. q. 7.* Relegatio, Fuſtigatio, Membri abſciſſio, Stigmatis inuſtio. *l. 17. C. h. t.* Confinatio, in opus publicum damnatio, ſcil. extra opus metalli, ut in ſalinas. *d. l. 28. §. 1. l. 8. §. 8. ff. eod.* Bocer. quidem *de Jurisdict. c. 3. n. 61.* has etiam pœnas refert ad capitales, ſicut & Weſemb. Vultej. Farinac. cum aliis ap. Carpz. *q. 102. n. 9.* Theod. *d. aph. 2. n. 7.* ſed contra text. expreſſ. §. *2. J. l. 2. ff. de P. J. l. 2. l. 28. §. 1. ff. h. t.* Carpz. *d. q. n. 10. & ſeqq.* Theod. *d. l.* His jungenda Incarceratio, vid. ſupra *Tit. de cuſtod. & exhib. reor. §. 11.* Theod. *n. 8. 9.* Mulcta, fiſco applicanda. *l. 2. ff. de P. J.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. & 2. h. t.* Fuſtium admonitio, Flagellorum caſtigatio, Vinculorum verberatio. *l. 7. ff. h. t.* alii tamen h. l. malunt legi *vincula, verberatio.* Dn. Voet. *h. t. n. 2. in f.* add. Böhm. *n. 2. h. t.* Et non capitalem. ex. gr. Obj. Reſp.

VI. Porro pœna Legalis divid. in Ordinariam, quæ lege determinata & definita eſt; *l. 1. §. 4. ff. ad SCt. Turp. l. 8. §. 1. ff. h. t. l. 8. §. f. C. ad L. Jul. de vi publ.* & Extraordinariam, quæ Judicis arbitrio relicta eſt, *l. 1. §. 1. ff. de Effractor.* Quod tamen arbitrium non eſt liberum; ſed reſtrictum ad circumſtantias facti, & æquitatis rationes. *d. l. 1. §. 1.* ibi: *cognita cauſa.* Unde modo graviores, modo leviores infliguntur pœnæ. *l. 13. l. 14. l. 16. ff. h. t.* Stryck. *in uſu moderno §. 8. de privat. delict.* Semper tamen perſpiciendum eſt judicanti, ne quid aut durius, aut remiſſius ſtatuat, quam cauſa poſtulat. *l. 11. pr. l. 13. ff. h. t.* add. ſeq. *§. 19.* Legalis ſubdiv. in Ordinariam, & Extraordinariam. Judicis arbitrium eſt reſtrictum.

VII. Hodiernis moribus Pœnæ etiam divid. in Civiles & Criminales: ſed aliter, quam Jure Civ. explicantur. Civiles, *Burgerliche Straffen,* dicuntur, ratione modi infligendi, omnes, quæ non ſunt directò corporis afflictivæ. *Die nicht an Haut und Haar gehen.* v. gr. Mulcta pecuniaria, Carcer. ſupra *Tit. de cuſtod. §. 10. inf.* Detruſio in monaſterium, *Nov. 134. c. 10.* Confinatio, Relegatio perpetua & temporalis, Confiſcatio bonorum, Privatio digni- Hodiernis moribus, quæ pœnæ dicantur Civiles, verb. grat.

dignitatis, Infamia, &c. Quamvis hæ pœnæ ſuo modo & per conſequentiam etiam Criminales, & in ſpecie Infamia *eine peinliche Straff*, dicantur, vid. Ord. Cr. *art.* 104. 107. 110. 111. 113. 158. 161. 164. 196. hoc tamen fit in ſenſu latiori & per conſequentiam; uti accip. Reink. *de R. S. & E. l. 2. cl. 2. c. 14. n. 38.* Sed add. Hahn. *ad Weſ. h. t. N. 2.* Carpz. *q. 102. n. 33. & ſeqq.* late Stephani, *proœm. ad Ord. Crim.* D. D. Graſs *Differ. Receſſ. Imper. ſect. 12. th. 3.* ſupra *tit. de Publ. Jud. §. 2.* Huc etiam pertinet expoſitio in Numellis, *am Pranger, Halßeiſen ſtellen,* Beſold. *Th. Pr. h. voc.* qua quidem non corpus affligitur; ſed ignominiæ cauſa imponitur. Ut plurimum eſt præparatio aliarum pœnarum, Ord. Crim. *art.* 198. interdum tamen ſola dictatur *art.* 158. Carpz. *q.* 129. *inſ.* vid. Lauterbach *in Differ. Wirt.* quoad cauſas crim. *§. 1. n. 18.* D. Bardili, *Exerc. 38. Concl. For. 1.*

quæ Criminales?

Criminales vero dicuntur, quibus agitur ad pœnam corporis afflictivam. *Peinliche Straffen, die an Haut und Haar gehen.* Carpz. *q. 102. n. 31. ſeqq.* add. ſupra *ad Tit. de P. J. §. 2. in f. alleg. AA. ſuper voc. Peinlich.* Huc adſcribendam eſſe Condemnationem, quæ fit in fines Hungaricos contra Turcam, tradit Dn. Bardili, *Concl. For. Exerc. 38. th. 3.*

Hæ ſubdiv. in Capitales, *ut ſunt:*

VIII. Hæ Criminales iterum ſunt vel Capitales, vel Non Capitales. Illæ, Germ. *Lebensſtraff*, quibus vita naturalis tollitur. Theod. *d. aph. 3. n. 1.* Carpz. *q. 128. n. 8. & 9.* Hodie uſitatæ ſunt, e. gr. Pœna gladii vel Decollatio, Ord. Crim. *art. 126. 137.* Suſpendium, *art. 159. 162.* Supplicium Rotæ, *art. 130.* & regulariter primo collum, cervix, vel cor contunditur, vulgo *von oben an radern*, interdum tamen propter aggravantes circumſtantias prius crura & brachia rota franguntur, vulgo *von unten auf radern*, quod à Judice in ſpecie mandari debet Carpz. *q. 23. n. 63. & q. 128. n. 66.* D. Graſs. *Differ. Receſſ. Imp. ſect. 17. th. 2.* Suffocatio in aquis; *art. 124. 130. 131. 159.* quæ tamen pœna, ob deſperationis periculum, rarius adhibetur. Carpz. *d. q. 128. n. 48.* Pœna ignis, vel Vivi Combuſtio, *art. 109. 111. 125.* Diſſectio in quatuor partes. *art. 124.* Forma autem executionis in ſententia condemnatoria exprimi ſolet *Daß Peinl. Beklagter wegen ſeiner begangenen Mordthat, &c. ihm zu wohlverdienter Straff, andern aber zum abſcheulichen Exempel, nach innhalt Kayſer Carls des V. und des Heil. Röm. Reichs Peinl. Hals-Gerichts Ord. mit dem Schwerdt, Strang, Rad, durch Zerſtoſſung ſeiner Glieder, Waſſer, Feuer, Viertheilung, vom Leben zum Tod geſtrafft werden ſolle.* Ord. Crim. *art. 192.* Carpz. *d. q. n. 33. & ſeq.* Hæ tamen pœnæ quandoque ob delicti enormitatem exaſperantur & augmento aggravantur, ſi accedat Impoſitio trahæ & Raptatio ad ſupplicium, *Die Schleiffung auff die Richtſtatt.* Ord. Crim. *art. 193.* junct. 130. 137. vid. Ziegler. *ad d. art. 137. & 193.* Cada-

verum

vecis rotæ impoſitio & affixio, *art. 192.* Carpz. *d. q. n. 60.* Uſtulatio vel Aduſtio forcipibus candentibus, *mit glüenden Zangen reiſſen art. 194.* junct. *art. 130. 132. & 137.* vid. §. 29. *ad L. Cornel. de Sicar.* Defoſſio vivæ matris parricidæ, ſtipite acuto per corpus transfixo, in caſu iterati infanticidii, quæ tamen ubique fere in deſuetudinem abiit, ſicut & ipſe Imperator, ut periculum animæ atque deſperatio evitetur, aliam pœnam ſubſtituit. *art. 131.* Stryck. *in uſu moderno §. 7. h. t.*

IX. Non capitales, *die Leibſtraffen*, hodie ſunt, quibus corpus quidem afficitur, vita naturalis autem non adimitur; quales ſunt Fuſtigatio, Ord. Cr. *art. 196. & 198.* vel Fuſtium ictus admonitio. *l. 22. ff. de his, qui not. inf. l. 7. ff. h. t.* Germ. *Staupenſchlag, Ruthenaushauen* Beſold. *Th. Pr. h. voc.* Stryck, *§. 3. h. t.* Quæ ſemper ita moderanda, ne Reus inde moriatur. *d. art. 196.* & per *l. 8. §. 3.* ibi *Nec ea quidem pœna damnari quem oportet, ut verberibus necetur: vel virgis interimatur, vel tormentis ff. h. t.* Hinc in perſona debili, etſi atrocitas facti ſeveriorem requirat, modica tamen, ob vitæ periculum, eſt adhibenda. Sicut in fœmina lactante, ne infanti alimentatio detrahatur. Carpz. *quæſt. 129. n. 24. in f.* Et Fuſtigatio hodie plurimis in locis cum Relegatione, modo temporali, modo perpetua, eſt conjuncta. *d. art. 198.* B. Dn. Parens m. *Diſſ. de Aſſiſ. th. 38. Wurt. Lands-Ord. tit. 90. §. 5. & 6. p. 265. §. 10. p. 270. §. 23.* Membri abſciſſio, ſcil. auris, digitorum, manus, quæ ſcil. nimus eſt apta, vel linguæ, Ord. Crim. *art. 107. 105. 159. 198.* Quid ratione hujus in Foro Sax. uſuveniat, vid. apud Carpz. *d. q. n. 34. ſeqq.* Stigmatis inuſtio, *Brandmarcken*, quæ in facie prohibetur, per rat. *in l. 17. C. h. t. ibi Dd.* etiamſi per Statutum imponeretur. Myiſ. *C. 2. O. 44.* Quandoque tamen in ſingularibus caſibus adhibetur; ſed frequentius in brachio aut dorſo, Dn. Schilter. *ad ff. Ex. 49. §. 181.* Claſen. *ad d. art. lit. C. in f.* Membrorum extenſio, *Wippen.* Tratto di Corda. Carpz. *d. q.* Stryk. *in uſu moderno §. 5. & 6. h. t. n. 39. & ſeqq.* Condemnatio ad Triremes, *auf die Galleren*, vel ad Opus publicum, vid. late Damhoud. *Pr. Cr. c. 151. n. 45. & c. 153. n. 2.* Stryck. *Diſſ. de confinatione.*

X. Quamvis ex præd. nonnullæ, ſcil. Fuſtigatio, Relegatio perpetua, Membri abſciſſio, inuſtio, quodammodo duriores capitalibus dici queant, Uti probe admonet Juſtinianus Clemens Leucopolitanus (ſub quo nomine latere fertur Vir Clariſſimus, Profeſſor quidam Philoſophus in vicina Academia, cujus verum nomen initiales literæ hujus nominis aſſumtæ refe unt) in Tr. *Gewiſſenh. Anmerkung, von dem Ambte Chriſtlicher Obrigkeit, die eingeführte Straffen der*

& Non capitales. ut ſunt:

An non quædam ex his duriores ſint capitalibus & per rationes.

 Ubel-

Ubelthaten betr. ibi § 11. *Dann ſie* (ſcil. pœnæ) *einen ſolchen Menſchen auf ſeine gantze Lebens-Zeit am Leibe unnützig machen, wann er eines ſeiner vornehmſten Glieder beraubet iſt*, oder per infamiam indelebilem *in ſolchen Zuſtand ſetzen, daß er aus der Gemeinſchafft aller ehrlich gebohrenen Leuthe auf einmahl außgeſtoſſen, unſtath und flüchtig ſeyn, und wann es ihm an rechter Erkanntnuß des Guten u. biß andern Hülffs-Mittelen fehlet, nohtwendig mit anderen ſeines gleichen allerhand* deſperata conſilia *ergreiffen muß, ſo lang, biß er doch zuletzt dem Scharff-Richter wieder in die Hände fält, wann er nun in anderen Landen, dahin man ihn, zu deren Uberlaſt, durch die Verweiſung außgetrieben, in neuen Ubelthaten iſt ergriffen worden*; Sed prudens & pius judex punit, ne amplius peccetur, Senec. *1. de clem. c. 16.* & qui uni nocuit, ne alius noceat. Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 20. §. 9.* Hinc Ser. Wurt. Dux Joh. Frid. *d. 12 Sept. anno 1617.* pie reſcripſit, ubicunque aliqua emendationis ſpes, non facile ad fuſtigationem, (*als welche die erſte Staffel zum Galgen.*) deveniendum, ſed Reum potius ad Operas publicas condemnandum eſſe. Beſold. *Th. Pr. voc. Ruthen außhauen.* Cur enim dubitemus, eam viam utilem

Et tamen præſtat Condemnatio ad opus publ. eſſe caſtigandis ſceleribus, quam ſcimus olim tamdiu placuiſſe Romanis adminiſtrandæ Reip. prudentiſſimis, qui magnorum facinorum convictos in opus publicum varii generis condemnabant? *l. 8. § 6. 7. 10. l. 17. §. 1. ff. h. t.* Sic alii magis deterrentur, *l. 6. §. 1. ff. h. t.* & ipſi vitam facilius ad meliorem mutant; vid. *N. 80. c. 5 pr.* Dum valde tenui victu vivere, graves pro cujuscunque viribus labores ſingulis diebus abſolvere, quod ſi negligerent, verbera, famem, aliosque cruciatus ſuſtinere debent, ut ipſis ſæpius non ingratior foret ſuſpendii, gladii, vel alia mortis pœna, quam talis excarnificata vita. Damhoud.

& Raſpinus? *d. cap. 155. n. 5? 62. & ſeqq.* Cum autem S. Raſpinus tantum conducat Reip. tranquillitati, Parentum auctoritati, familiarum honeſtati, malitioſorum propriæ ſaluti, perutile atque optandum foret, ſi Germania noſtra pluribus Ergaſtulis, *Raſpel- und Zuchthäuſern* inſtructa eſſet. vid. poſt alios B. Parens in *Delib. ad lib. ff. 48. th. 781.* Beſold. *Th. pr. voc. Zuchthauß.* Libellus inſcriptus: *Miracula S. Raſpini.* Dn. Styck. *Diſſ. de Deniſt. cap. 4. n. 1.* & maxime Tract. cui Tit. *Conſult. Polit. jurid. modo cum pen. §. 18. usque ad § 96. ubi ſolid. ſatis rationibus demonſtratur, quomodo, & quanto Imperii Romano-German. commodo Raſpini cenſura introduci queat*, & in *uſu moderno § 1. de furt. & h. t.*

C. Eff. Rem. eſt Jus Nat. XI. Cauſa Effic. Pœnarum Remota eſt Jus non tantum Civile; ſed & Naturale. Sicuti enim id ipſum delicta prohibet, ita, ut eadem puniantur, præcipit; Unde Naturalia & Civilia delicta dicuntur in *l. 42. ff. de V. S.* Ergo jure etiam naturali pœnæ conſtitutæ ſunt. Eo ipſo enim, dum Lex naturæ bona faci-

facienda præcipit, & mala fugienda prohibet, ſimul gladium & virgas Judici dat, & transgreſſores punire jubet, cum imperfecta ſit Lex, quæ pœnæ ſanctione caret. Hinc dicitur *l. 7. ff. de LL. Legis virtus eſt imperare, vetare, permittere, punire.* Sic delicta & pœnæ ſunt correlata. Selden. *de J. N. & G. l. 1. c. 4. n. 46.* Grotii ergo ſententia, qua vult, Jus Nat. non præcipere delicta puniri, ſed, quo minus fiat non vetare, *de J. B. & P. l. 2. c. 2. §. 1.* ex dd. rationibus non ſatis firma cenſetur. Puſendorf. *ad Grot. d. l.* add. Matth. *de Crim. ad lib. 48. t. 19. c. 5. num. 2. ſeqq.* Etſi enim pœna in ſpecie, vel pœnæ genus à natura non determinetur, propterea tamen pœnas ab ea exigi non eſt negandum. Puſend. *d. l. §. 22.* Dum enim Juſtitiæ adminiſtrationem præcipit, ipſa juſtitia commutativa vult, ut proportio inter pœnam & delictum obſervetur, *ſeq. §. 19.* Quapropter etiam Decalogus indicat pœnas contra delinquentes paratas. Et DEUS, ut ipſius quoque Juſtitiæ ſatisfiat, in S. Codice delicta punire jubet. Deut. *c. 13. v. 8. 11. & paſſim.* Eamque juris naturæ ſanctionem Jus Gentium & Civile pœnis temporalibus in delicta conſtitutis imitantur. Winckler. *de princ. jur. l. 5. cap. 8.* Gentium & Civile.

XII. Cauſa Effic. Proxima eſt Magiſtratus & Judex competens. Brunnem. *ad l. 2. C. h. t.* Theod. *Crim. c. 10. aph. 1. num. 3.* ſupra *tit. de accuſ. §. 1.* Ipſa enim natura indicat, ut pœnam irroget ſuperior, cum par in parem non habeat Imperium, & pœna ſit Juriſdictionis effectus, add. Mev. *p. 4. dec. 363.* Quid ſi Princeps deliquerit? vid. ſupra *tit. de Judic. §. 10.* Tit. *de Accuſ. §. 9.* Tit. *ad L. Jul. Maj. §. 19.* Quoniam vero facti inquiſitio exquiſitam requirit diligentiam, pœnæque æſtimatio multum prudentiæ & æquitatis deſiderat: Grot. *d. c. § 9.* Ord. Crim. *art. 150. in f.* proinde Judices, ne peccent, pœnas raro determinare ſolent, niſi Iuris peritos deſuper adhibuerint; imo ad hoc in cauſis dubiis & graviſſimis obligantur; Ordinat. Crimin. *art. ult.* Carpzovius, *q. 116.* quod Imp. toties ſevere injunxit, uti diximus ſupra *tit. de P. J. §. 4. in f.* Hinc prudenter monet Bocer. *de Furt. c. 1. n. 41.* quod unicus JCtus in cauſis criminalibus de jure reſpondere, pœnamque præciſe determinare haud debeat; prout in Ordinat. Crimin. paſſim plurimorum JCtorum fit mentio. Tutius ergo integra acta irrotulata ad JCtorum collegium transmittuntur. Carpzov. *d. q. 116. num. 23.* ſupra *tit. de Injur. §. 6.* Et Judices, quantum poterunt, dent operam, ne in cauſæ cognitione nimium feſtinent, & præcipiti ſtudio ferant ſententiam. *l. 2. C. de ſent. ex lib. recit.* Dn. Ziegler. *Dic. concl. 26. per tot.* Sic DEUS omniſcius nobis exempla Geneſ. *c. 3. v. 9.* & *c. 18. v. 20. & ſeqq.* dare voluit, ne in diſcutiendis negotiis, maxime criminalibus, & ad proferendam ſententiam unquam præcipites ſimus. *c. 20. cauſ. 2. q. 1.* ſupra *de Except. §. 9.* C. Eff. Prox. eſt authoritas Judicis. qui toties adhibet JCtos.

XIII.

Judicis & JCtorum in pœnis irrogandis officium.

XIII Quodnam in graviſſimis hiſce cauſis Judicis vel JCtorum ſit officium, patet ex Ord. Crim. *art. 92. & 150.* ibi: *Ein jeder Richter und Urtheiler iſt, bey ſeinem Eyd, und ſeiner Seelen Seeligkeit, ſchuldig nach ſeinem beſten Verſtehen gleich und recht zu richten &c. Wann zu groſſen Sachen, als zwiſchen dem gemeinen Nutz, und der Menſchen Blut zu richten, groſſer ernſtlicher Fleiß gehört, und angekehrt werden ſoll.* Cum autem jus in cauſa poſitum, *l. 52. §. 2. ad. L. Aq.* & ex facto jus oritur, & moritur; Monach. *dec. Flor. 48. num. 7.* idque minima mutari poteſt circumſtantia: *l. 31 pr. vers. ubi deſit. ff. de excuſ.* hinc acriter monet Imp. ut acta ſumma attentione perlegantur & relegantur, ſummo ſtudio facti veritas indagetur, & ſingulæ Circumſtantiæ non tantum circa tam facientes, quam patientes, ſed etiam circa factum ipſum diligentiſſime conſiderentur; nim. (1.) Cauſa ex qua, qua intentione, quo animo factum ſit. juxta *l. 16. §. 1. & 2. ff. h. t.* Animus enim delicta diſtinguit. Et gravius peccat atque punitur, qui doloſo propoſito, quam qui impetu ſeu motu animi rapido ac inconſulto delinquit. *l. 5. §. 2. l. 11. § 9. ff. h. t. l. 53. ff. de furt.* late B. Parentum. *De lib. ad lib. pand. 48. th. 81.* D. Harppr. *Reſp. 8. n. 181.* (2.) Qualitas delinquentis & læſi; Gravius puniuntur, qui quid in Dominum, Parentem, Maritum, Uxorem, Propinquum auſi ſunt, quam in extraneum: in Magiſtratum, quam privatum. *d. l. 16. §. 3.* Habita quoque ratione ætatis, *d. §. 3. l. 7. C. eod.* conditionis, &c. late Theod. *d. c. aph. 4. per tot.* (3.) Locus, qui diſtinguit furtum à Sacrilegio, & gravius cenſetur delictum in publico, quam in privato commiſſum. *d. l. 16. §. 4.* (4.) Tempus diſcernit furem diurnum à nocturno. *d. l. §. 5.* (5.) Qualitas delicti, manifeſtum ſit, necne: in rixa contigerit, an graſſando: petulantia, an violentia? *d. l. §. 6.* (6.) Quantitas diſcernit furem ab abigeo. *d. l. § 7.* add. ſupra *Tit. de furt. §. 11 & ſeqq.* (7.) Eventus, An delictum effectus ſit ſecutus. Nam de Iure Civ. quidem conatus pro ipſo facto ſæpe habetur. *d. l. §. 8.* Sed quid hodie obtineat? vid. ſupra *tit. de Priv. del. §. 5. & ſeqq.* & Cogitationis (nudæ) pœnam nemo patitur. *l. 18. ff. h. t.* ſupra *Tit. ad L. Jul. Maj. § 16.* De ſingulis circumſtantiis vid. Theod. *d. aph. 4.*

VII. Circumſtantiæ conſid. juxta Cauſam, Perſonam, Locum. Tempus, Qualitatem delicti, Quantitatem, Eventum.

Judex pœnam æſtimat juxta probata.

XIV. Cognito facto, porro pœnam æſtimare debent, quanta ſit reſpectu hujus vel illius perſonæ, ut, ſepoſita intempeſtiva clementia & cerebrina æquitate, ſecundum acta & probata, ex juſto & æquo, debita ſemper proportione ſumta, vid. *ſeq. §. 18.* pœnam facto convenientem imponant; & ſi lex in tali caſu certam ſtatuat, Judex, ceu legum miniſter, eam non in inſolitam mutare, *l. 8. §. 1. ff. h. t.* nec ſeverior, ſed potius Legum comprehenſis contentus. *l. 19. ff. de V. O.* Tiraq. *de pœn. in præf. num. 1. & 3.* nec clemen-

Lege non ſeverior, nec

mentior eſſe debet. *l. 14. C. h. t. Nov. 82. c. 10.* Facti enim inquiſitio in arbitrio eſt judicantis, pœnæ vero perſecutio legis authoritati reſervatur. *l. 1. §. 4. ff. ad SCtum Turpill. l. 15. pr. in fin. ff. ad Municipal.* Neque Judex ſua ſententia Juri derogare poteſt. *l. 1. §. 1. ff. de ferus.* Hinc ſi dolo molliorem, quam lex certa deſiderat, pœnam protulerit, gravi infamia notatur; *l. 8. §. 2. C. ad L. Jul. de vi publ.* ibi Brunnem. imo interdum eandem pœnam, qua Reus afficiendus, pati debet. *l. ſ. C. ne ſanil. Baptiſm. iter.* Carpz. *q. 102. n. 15. & ſeqq.* add. *ſeq. §. 19.* D. Harppr. *Conſ. 49. n. 126. cum ſeqq.* Joh. Voet. *n. 4. h. t.*

clementior eſſe debet.

Alias ipſe pœnam incurrit.

XV. Cauſæ Inſtrumentales ſunt Miniſtri publici, Lictores & Carnifices, per quos Judex infligit pœnas, præſertim criminales. Eorumque officium juſtum, legitimum, ac in Rep. neceſſarium eſt. Hocque munus interdum ſupplent cognati, aliique cives. Dn. Granz. *Def. inquiſit. c. 4. m. 1. ſect. 7. n. 95. & ſeqq.* Sunt enim Juſtitiæ & proin DEI miniſtri, *can. 28. 29. caus. 33. q. 3.* Hinc eligendi ſunt viri boni, probi, commiſericordes, qui Reos pie conſolentur. Carpz. *q. 137. n. 52.* Damhoud. *c. 153.* Nec homicidas, &c. punire eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium. *can. 30. c. 23. q. 5.* Neque crudeles ſunt, ſed tales patientibus eſſe videntur. *can. 28. 31. d. c. 23. q. 5.* Hoc ergo officium ſua natura turpe non eſt. Dunte, *caſ. conſc. c. 10. ſect. 2. q. 24.* Carpz. *n. 55.* Nihilominus certum eſt, quod huſce perſonis ubique locorum hodie, ex opinione hominum, levis notæ macula adhæreat, ut viro honeſto opprobium eſſe cenſeatur, cum iſtiuſmodi hominibus converſari, idque propter crudelitatem & inhumanitatem, qua æquo ſævius officium ſuum communiter exercere ſolent, inde ſuſtentationem quærunt, & omne ipſorum munus cum infamibus occupatur, nec non aliis vitiis plerumque laborant. Damhoud. *c. 141. n. 6.* Carpzov. *d. l.* B. Dn. Fromm. *Diſſ. de Levis notæ mac. th. 22.* Si tamen Carnifex in civitate ejusve confinio non reperiatur, unus ex viliorbus ſubditis ad exequendam ſententiam ſine nota cogi poterit, *ſupra tit. de his, qui not. infam. § 33.* pro condigno ſalario, vel unus ex facinoroſis reis, aut capitalem pœnam promeritus, pro remiſſione pœnæ. Jul. Clarus, *lib. 5. ſent. §. fin. q. 99. n. 4.* Carpz. *d. q. n. 58. & ſeqq.* Theod. *aph. 5. num. 75.*

C. Inſtrum. eſt Carnifex. Ejus officium, qualitas, & conditio.

Si nullus adſit?

XVI. C. Imp. ſunt crimina & delicta, quæ ut puniantur, Reip. multum intereſt. *ſeq. §. 20.* Pœnæ autem ſubjiciuntur homines doloſi, facinoroſi & noxii tantum. Nam ibi debet eſſe pœna, ubi & noxa. Et peccata ſuos teneant auctores, nec ulterius progrediatur metus, quam reperitur delictum. *l. 22. C. h. t. l. 74. l. 155. pr. ff. de R. J. c. 18. 23. eod. in Sexto.* Nov. *134. c. 4.* Unde nec Dominus pro ſervo puniendus, *l. 1. §. 12. 13. & l. 5. pr. ff. de vi & vi armat.* nec uxor pro marito, *l. 14. C. de don. int. V. & U.* nec filius pro Patre;

C. Imp. Subj. ſunt homines doloſi & noxii, non tertius.

tre, *l. 26. ff. h. t. l. 2. § 7. ff. de Decurion.* add. *l. 7. §. fin.* & *l. 9. ff. de Senat.* & *t. t. C. ne filius pro Patre. c. 1. cauſ. 24. q. 3.* nec Pater ex delicto filii *c. 2. x. de del. puer.* & Levit. *c. 14.* Deut. *c. 24. v. 16.* Ezech. *c. 18. v. 4. 19. 20.* 2. Reg. *14. v. 6.* 2. Paralip. *25. v. 4.* Carpz. *q. 131. n. 5.* vid. ſupra *§. 9. de var. act.* & *§. 15. de priv. act. del. ll.* Ergo nec populus propter delicta Principis. Dn. Ziegl. *d. l. 2. c. 21. § 17.*

vel heredes — Idem de heredibus dicendum. *l. 20. ff. h. t. l. 22. ff. de N. O. N.* Quamvis nimpe et onam defuncti repræſentare dicantur, *Nov. 48. pr. in f.* non tamen hoc locum habet in delictis & pœnis. Pœna enim venit ex merito, hoc autem eſt perſonaliſſimum quid, nec ad heredes tranſit, unde in *l. 20. & 26. ff. h. t.* dicitur, quod nemo alieni criminis ſucceſſor conſtituatur. add. *l. 47. ff. de R. J.*

Limit. — Sin præter meritum alia obligationis cauſa accedat, e. g. ſi cum defuncto lis ſit conteſtata: *l. 26. l. 58. ff. de O. & A.* qua Reus quaſi contrahit, & ſe ſoluturum promittit, quod in ſententia continebitur, tunc pœna ab heredibus exigitur. *l. 20. in f. ff. de accuſ.* per ea, quæ ſupra *Tit. de priv. del. §. 29.* & ad *Tit. de O. & A. §. 58.* ubi plures limit. Item ſi delinquens poſt ſententiam, quæ in rem judicatam tranſiit, defunctus, tunc heredes ex quaſi contractu, ceu ſententia celebrato, ad pœnam Bonorum ademptionis teneri incipiunt. *l. 5. §. 11. ff. de pecul. l. 20. ff. de accuſ.* Imo quandoque ſi cum defuncto nihil actum fuerit in caſibus *d. l. 20. l. 22. ff. de SCto Syllan.* vid. ſupra *Tit. de O. & A. §. 59. Tit. de Accuſ. §. 12.* & ob delicti atrocitatem. *Tit. ad l. Jul. Maj. §. 27.* Theod. *d. c. 10. aph. 5. num. 2. & 3.* D. Coccejus in *Diſp. de oblig. hered. ex delicto.* Quando autem in criminali cauſa hæres ex delicto defuncti tenetur, etiam ad reaſſumendam cauſam citari poteſt. Mev. *p. 5. dec. 392. in f.*

Si plures Rei. — Si plures ſint Rei, tot erunt pœnæ. ſupra *Tit. de priv. del. §. 27. in f.*

Si universitas deliquerit, puniuntur authores. — Si univerſitas deliquerit, vid. ſupra *d. Tit. §. 14.* tuncque conſultius, ut, animadverſione in authores facta, metus ad omnes, pœna ad paucos perveniat, *l. 1. C. ad L. Jul. repet.* niſi in crimine L. Majeſtatis, Theod. *d. c. aph. 3. n. 13. 14. 15.* Gail. *de P. P. l. 2. c. 9. n. 27.* Sed vid. exemplum Regis Caroli II. reducis in Regnum Angliæ apud Dn. Bœcmann. *D. de pœn. c. 2. th. 11.* Ducis Wurtemb. de anno 1514. ap. Cruſium, *Annal. Suev. p. 3. l. 10. c. 4. p. 551.* ubi enim multorum ſtrages jacet, ibi ſubtrahendum eſt aliquid ſeveritati, ut addatur amplius charitati. *c. 5. in f. cauſ. 9. q. 1.* add. *c. 32. cauſ. 23. q. 4.*

vel Sortitio admittitur. — Et ſi integra univerſitas ultimo ſupplicio punienda foret, Sortitionem admittit Dn. Ziegl. *ad Grot. l. 2. c. 1. §. 15.* jung. *d. c. 21. §. 7.* prout ap. vett. Rom. aliaſque gentes Decimatio moris erat, ſi cœtus militare flagitium admiſiſſet, qui modus hodienum viget, ut inter plures milites tumultuantes, ordinem deſerentes, vel fugientes, ſorte quidam ad ſupplicium deligantur. Summa enim humanitas eſt, cum multi paucorum animadverſione ſalvantur.

N. 10.

N. 3. c. 11. vid. B. Dn. Hopffert *Diſſ. de Ritu decimat. Vett. Rom. & Sortitione ad mortem. Anno 1677. Tubingæ habita.* De Pœnis circa delictum Univerſit. add. Puſend. *de J. N. & G. l. 8. c. 3. §. 29.*

XVII. Ex dd. apparet, quod à ſubjecto pœnarum removeantur, qui delinquere non dicuntur; v. g. Infantes, furioſi, dormientes, &c. item Animalia bruta, utpote quæ ratione deſtituuntur, & propriè facinoroſa dici non poſſunt; quamvis interdum, ad memoriam nefandiſſimi cum iis perpetrati facinoris abolendam, à medio tollantur. Joh. Voet. *n. 6. h. t.* vid. ſupra *Tit. de priv. del. §. 16. & ſeqq. Tit. ad L. Jul. de Adult.* §. 50. Res inanimatæ. Interdum tamen ad ſcelus eo magis deteſtandum, aliisque horrorem incutiendum, domus Rei ſolo adæquatur, & ejus loco cippus infamis erigitur. ſupra *tit. ad L. Jul. Majeſt. §. 24. in f.* Diar. Hiſtor. Francofurt. *p. m. 340.* add. Heig. *p. 2. q. 37. n. 44. & 54.* Cadavera reorum. *l. 6. ff. de P. J.* Nonnunquam tamen, ſi in Reatu moriantur, aut inviſam lucem ſibi abrumpant, aut poſt mortem demum facinus innoteſcat, in territionem aliorum è ſepulchro extrahi, ad locum ſupplicii raptari, ibi furca ſuſpendi, vel rotæ imponi, vel concremari ſolent, Theod. *d. aph. 3. n. 8.* Klein *Diſſ. de execut. in cadav. delinquent.* vel in locum ignominioſum abjiciuntur, ut beſtiarum prædæ fiant. 1. Sam. *7. v. 44. & 46.* 1. Reg. *21. v. 23.* add. Heig. *p. 2. q. 36. n. 64.* Carpz. *q. 131. n. 48 ſeqq.* In tantum & ad tempus eximuntur Mulieres prægnantes damnatæ, & pœna differtur, donec pariant, *l. 3. ff. h. t.* ne calamitas matris noceat ei, qui in utero eſt. *l. 18. ff. de ſtat. hom.*

Excip. Infantes, &c.

Bruta,

Res Inanimatæ.

Cadavera Reorum Lanat.

In gravida pœna differtur.

XVIII. Forma conſiſtit in eo, quod hoc malum paſſionis infligatur propter delictum, i. e. ut delictum juſtè & commenſuratè puniatur. Hinc ſi Chirurgus manum amputet, licet adſit malum paſſionis, non tamen punit. Deinde omnis pœna juſta eſt, ſi delicto ſit adæquata, & ſecundum proportionem arithmeticam reſpondeat. Et quamvis Nobilis atque ruſticus quandoque in qualitate diverſis puniantur pœnis in abſtracto, in concreto tamen & in quantitate ſunt eædem. Licet autem delictum & perſona per ſe non æquiparentur, ut tamen legitima inter delictum & pœnam proportio fieri queat, juſta ſemper ſit æſtimatio; *l. 11. pr. l. 13. ff. h. t.* in quam venit conſideratio conditionis, perſonæ, aliarumque circumſtantiarum; præc. *§. 13.* unde conjunctim delicti gravitatem & læſionis quantitatem metimur. *l. 16. ff. h. t. c. 6. X. de homic.* ſupra *ad tit. de J. & J. §. 18.* add. Franzk. *ad tit. ff. de J. & J. th. 21. & ſeqq.* Struv. *S. J. C. ad d. t. Ex. 1. th. 31.* Theod. *aph. 4.* Horneji *Philoſ. Mor. l. 3. c. 13. n. 10.* Hinc crudelis

Forma.

Quomodo pœnarum irrogatio proportionata eſſe debeat?

delis dicitur, qui cauſam quidem, ſed modum puniendi habet nullum; ſed in quantum pœna juſto major eſt & delicti quantitatem excedit, in tantum innocens damnatur. *ad. Dehb. ad lib. ff. 48. th. 80. & 81.* Sed quær. An alicui optio dari poſſit, num dictata morte occumbere, vel ſe ipſum veneno necare velit? Neg. *l. 8. §. 1 ff. h. t.* add. ſupra *tit. ad L. Corn. de Sicar. §. 17.* Vel in foveam ad res explorandas ſe demittere velit, ut inde rediens à pœna liber ſit? Affirm. Si Reip. expediat. Glæſer. *de grat. delinq. fac. art. 29.*

An Reo mortis optio dari queat?

XIX. Quamvis autem Judex clementior lege eſſe non debeat, *prœc. §. 14.* nec unum delictum variis æſtimationibus coercere: *l. 41. ff. h. t.* hoc tamen accipiendum, niſi rationabilis ac juſta cauſa diverſusque reſpectus aliud ſuadeant, tunc namque haud impedit, quo minus vel graviorem vel leviorem ferat ſententiam, modo in utroque caſu rationem non excedat, *l. 13. ff. h. t.* & competens moderamen adhibeat. *l. un. C. de ſent. quæ pro eo, quod int.* add. *l. 13. §. 7. ff. de his, qui not. inf. l. 3. C. ex quib. c. infam. irrog.* late Carpz. *q. 142. n. 20. & ult. ſeqq. ubi ad contraria reſpondet.* Plane in levioribus cauſis pronior ad lenitatem eſſe: in gravioribus ſeveritatem legum, cum aliquo tamen temperamento benignitatis, ſequi debet, *l. 11. pr. ff. h. t. l. un. C. de emend. propinq.* quia in cauſis pœnalibus ſemper benignius interpretandum. *l. 32. l. 42. h. t. l. 155. §. 2. ff. de R. J. l. 47. ff. de O. & A.* Myns. *C. 2. O. 54.* Joh. Voet. *n. 8. h. t.* Hinc meliorem rationem reddet, imo majorem laudem meretur, qui miſericordiam ſperantibus Reis eandem largitur: & mitiores potius pœnas, quam exquiſitiora ſuppliciorum tormenta, adhibere ſtudet: *c. 12. cauſ. 26. q. 7.* ex Thummio, Harppr. *ad §. 5 J. de P. J. n. 358.* Math. *d. l. c. 4. n. 5.* dummodo miſericordia non ſit intempeſtiva. *c. 38. cauſ. 23. q. 5.* Si autem poſt crimen commiſſum; ſed ante condemnationem, pœna ſtatuta exaſperata, vel mitigata, aut conditio delinquentis mutata ſit; utroque caſu Tempus commiſſi delicti in pœnæ genere infligendo conſideratur. *l. 1. pr. & §. 1.* ibi Brunn. *ff. h. t.* Dn. Voet. *h. t. th. 10.* Marz. *deciſ. Palat. q. 82. & ſeqq.* ibi: *qua pœna Reus ob delicta in pueritia vel adoleſcentia commiſſa afficiendus.*

Interpretatio fiat conſultius in partem mitiorem.

Art. pœnæ tempus commiſſi conſideratur.

XX. Finis eſt diverſus, & quidem, (1.) ut ſatisfiat Juſtitiæ Divinæ malum tollendo. Deut. *13. v. 11. c. 19. v. 20. c. 32 cauſ. 23 q. 5.* (2.) Reip. intereſt, ut delicta puniantur ejusque ſecuritati juſta ultione conſulatur *l. 14. C. h. t. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aq. l. 31. in f. C. de Ep. & Cler. c. 18. c. 23. q. 5.* add. *l. 13. pr. ff. de off. Præſ.* (3.) Emendatio delinquentis, *l. 20. ff. h. t.* ut, quem timor DEI à malo non revocat, experimento & correctionis medicina compellatur, vel

Finis
1.
2.
3.

ſeveri-

ſeveritate pœnæ coerceatur. *l. un. C. de emend. prop. c. 38. c. 23. q. 5. c. 7. §. Clerici. x. de elect.* (4.) Ut alii exemplo deterreantur, *l. 6. §. 1. l. 28. §. 9. ff. h. t. l. 7. C. ad L. Fab. de plag.* & multi paucorum animadverſione ſalventur; 4.
l. 1. C. ad L. Jul. repet. Nov. *30. c. 11. pr. d. c. 38.* ſicut in ſententiis jungitur: *Andern aber zu einem abſcheulichen Exempel.* Hinc Seneca. *lib. 1. de Clem. c. 10.* ait: *Nemo Regi tam vilis ſit, ut illum perire non ſentiat,* & *in ſeq. c. 22.* *In injuriis vindicandis lex tria ſecuta eſt, quæ Princeps quoque ſequi debet, aut ut eum, quem punit, emendet, aut ut pœna ejus meliores reddat cæteros, aut ut, ſublatis malis, cæteri ſecuriores vivant.*

XXI. Executio fiat regulariter Loco publico, ut conſpectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus; *d. l. 28. §. 9.* Epiſt. Paul. *1. ad Timoth. c. 5. v. 20.* niſi Princeps ex ſingulari ratione aliter diſponat Theod. *aph. 5. n. 72. & 80.* Item in loco conſueto; hinc, *daß Er auf die gewöhnliche Richtſtatt geführt,* interdum fit prope locum, ubi crimen perpetratum; *d. l. 28* ſicut in Gallia communiter fieri ſolet, niſi crimen extra civitatem commiſſum.

Accidentia Executionis, Fiat Loco publico, conſueto.

XXII. Porro fiat Tempore juſto, ſcil. die non feriato: *l. f. C. de feriis.* ſupra *ad d. t. §. 19.* & ſententiæ religioſæ conceptæ vid. *prec. §. 12.* publicatio, ejusque executio non nimis differatur; *l. 5. C. de cuſt. reor. l. 18 C. h. t.* idque ex favore tam Reip. ne ſcil. dilatione Reo conceſſa ipſi anſa præbeatur, vel fuga, vel aliis malignis artibus ſententiam eludendi & evitandi; *d. l. 18.* quam Reorum, ne ſcil. confeſſi & convicti diutius carceris ſqualore excrucientur. *d. l. 5. l. 8. §. 9. ff. h. t.* add. ſupra *tit. de Cuſtod. §. 8.* Hinc plus pœnæ dicitur mora mortis, quam ipſa mors. & Seneca ſcribit: *Acerbiſſima eſt crudelitas pœnas differre. de benef. l. 2. c. 5.* Theod. *aph. 5. n. 69. & ſeqq. num. 76.* conſcientioſe monet, ne Executio nimis ſit feſtinans, ut miſer condemnatus ſuæ animæ ac conſcientiæ rectius conſulere, & Deo reconciliari queat. De Clerici degradatione vid. ſupra *tit. ad L. Corn. de Sic. §. 14. in f.*

Tempore juſto, & ſententia publicata, non nimis dilato, nec feſtinato.

XXIII. Certi tamen dantur caſus, quibus Sententiæ executio differenda eſt: (1.) Si ulterior gravioris cujusdam criminis accuſatio & inquiſitio ſuperſit. arg *l. 11. §. 3. ff. ad L. Aq. l. un. §. f. ff. nihil innov. app.* (2.) Si ex condemnato adhuc in alios quæſtio habeatur, & ſocii Criminis indagandi ſint. *l. 29. ff. h. t.* ut e. gr. confrontari queant, Carpz. *q. 137. n. 10.* (3.) Reorum potentia & tumultus metuendus id deſideret. Carpz. *d. q. n. 12* Beyer *poſ. 10. h. t.* (4.) Teſtes, qui in illa ipſa cauſa depoſuerunt, criminis Falſi arguantur. *l. 9. C. ad L. Corn. de Sicar.* Sufficit autem, etſi poſt ſententiam latam de innocentia Rei conſtiterit. *l. 27. pr. ff. h. t. l. 1. §. ult. in f. ff. de quæſt.* (5.) Condemnatus aliorum adminiſtrator fuerit, & rationes nondum reddi- 5

Quandoque ſententiæ executio differenda, ex. gr. 1. 2. 3. 4.

 derit,

derit, aliquot dierum ſpatium ipſi concedendum eſt. *l. 1. C. de bonis proſcr.* ubi quidem ſermo eſt de ſervis, propter identitatem tamen rationis ad alios
6. quoque extenditur. (6.) Si Princeps ſolito ſeveriorem pœnam pro cauſæ intuitu dictaverit, Judex illud reſcriptum non ſtatim executioni det, ſed XXX. dies expectare tenetur, *l. 20. C. h. t.* an modica dilatio Principis iram mollire atque temperare queat, uti Aurelius Victor de Theodoſio teſtatur. Carpz. *d. q. n. 18.* Menoch. *A. J. Q. caſ. 130. n. 6.* Beyer. *lit. K. h. t.* Joh. Voet. *n. 5.*
7. *h. t.* (7.) Mulier ſit prægnans, donec enixa fuit. *l. 3. ff. h. t.* junct. *l. 18. ff. de ſtat. hom.* & in Saxon. multiſque locis, exactis inſuper ſex ſeptimanis. Carpz. *n. 29.* Brunnem. *ad l. 3. ff. h. t.* Alibi vero diſt. an ad mortem, num aliam pœnam corporalem damnata ſit? & in caſu poſter. executio differtur, donec vires recuperaverit, ut pœnam ſine periculo vitæ ſuſtinere poſſit, Theod. *aph. 5. n. 64.*
8. Stryck *in uſu modern. § 9. h. t.* Sicuti (8.) Si Reus adverſa valetudine affectus pœna corporis afflictiva, v. gr. fuſtigatione, membri abſciſſione, ſit afficiendus, arg. *l. 7. ff. de quæſt. l. 3. pr. ff. de SCto Syllan.* Aliud eſt in pœna ultimi ſupplicii, cujus executio non differenda, ne ſententia, mortuo Reo, irrita reddatur. Carpz. *n. 1. & ſeqq.* De ſingulis his & aliis caſibus, poſt alios alleg. vid. Theod. *aph. 5. n. 16. uſque ad n. 72.* Si ad Judicem Superiorem provocetur vel appellatio fiat, vid. infra *tit. de appell. recip.*

Reo ad ult. ſuppl. damnato, quod obſerv. ante executionem?

XXIV. Executio pœnæ corporis afflictivæ ſtatim fit poſt ſententiam. Sed pœna ultimi Supplicii exequenda Reo tempeſtive, & ad minimum triduo ante executionem ſententiæ capitalis, denuncianda eſt, idque propterea, ut Reus non tantum de bonis diſponere, ſed potiſſimum veram pœnitentiam agere & perſeverantis in Chriſti Salvatoris noſtri unici meritum fide SS. Synaxi ſumpta animæ ſuæ conſulere ac Deo conciliari poſſit. Ord. Cr. *art. 79. & 102.* Itaque propter triduo illo in conclavi aliquo tolerabili detinendus, eique unus vel duo Sacerdotes adjungendi, qui eum ad executionem uſque conſolentur, atque in vera fide in Chriſtum retineant, *dd. art.* Stryck *in uſu modern. § 10. h. t.* quia tanta Dei in genus humanum eſt clementia, ut quotidianis hominum peccatis ſemper ignoſcere, & pœnitentiam ſuſcipere noſtram, & ad meliorem ſtatum eam deducere dignetur. ita Juſtin. *in l. 25. pr. C. de nupt.* Inſuper Reus cibo & potu lautiori alendus, ne triſtitia ſupprimatur, ſecundum *Prov. c. 31. v. 6.* hoc tamen moderate & citra abuſum fiat, ne inebrietur, ſed piis meditationibus poſſit vacare. *d. art. 79.*

Quid ſi hic Reus pœnitere nolit?

XXV. Quid ſi Reus ad mortem condemnatus pœnitere atque peccata confiteri nolit? tunc differenda eſt executio ad aliquod tempus, & interea quovis ſtudio, omnibus modis & publicis precibus laborandum, ut Reus ad Dei

gratiam

gratiam ac Chriſti meritum in ſolatium animæ ſuæ confugiat; Sin, his omnibus ſpretis, citra ſpem converſionis obſurdeſcat, & obſtinate in defenſione criminis ac improbitate perſiſtat, ex communi ſententia & praxi quotidiana, juſto DEI judicio committi, & ſententia executioni ſolet mandari, *c. 5. cauſ. 24. q. 2.* ne ex ſuo delicto & contumacia fructum ſentiat, pœnam condignam evitet, ac aliis malo ſit exemplo. Carpz. *d. q. num. 67.* Claſen *ad d. art. 79 p. m. 281. in f.* Sed hæreo, num iſtiusmodi rationes in foro poli excuſent, per ea, quæ ex Juſtiniano Clemente Leucop. ſupra *tit. ad L. Jul. Maj. §. 34. in f.* adduximus; & d. Dn. Auctoris, *mem. §. 12* verba ſeqq. addi merentur, ibi: *Alſo daß es nicht ſchlechter Dings in menſchlichem Vermögen ſtehet, auf einen von dem Judice nach menſchlichem Willen beſtimpten Executions-Tag eine wahre Bekehrung des Hertzens auszuwürcken;* Matth. *20. v. 1. 3. 5. 6.* *zu geſchweigen, daß die ſchröckliche Todesfurcht, und die mit vielen ängſtlichen Vorſtellungen auch andern ſtreitenden Gedancken angefüllte Imagination ſolcher Leute ſie gar ſchwerlich zu ſich ſelber kommen läſſt, und daß vielmahl der Zuſpruch derer jenigen, die als Seelſorger allererſt nach angekündigtem Tod zu bußfertigem Abſchied ſie bereiten ſollen, bey unerfahrnem und kaltſinnigem Vortragen nicht alſo bewandt iſt, daß er in ſo armen Seelen zu lebendiger Krafft gedeyhen möchte.*

XXVI. Carnifex de lapſu Rei dolens ipſum clementer tractet, ad certam Dei fiduciam cohortetur, Damhoud. *c. 155. n. 1.* & mandato Judicis executionem intrepide perficiat, Ord. Cr. *art. 96.* eique ſecuritas auctoritate Magiſtratus adverſus populum, *bey Leib- und Guth-Straff*, Ord. Cr. *art. 97.* præſtetur. Et ſi caſu aliquo minus feliciter officio ſuo defungatur, ea propter male quibusdam in locis lapidibus à populo petitur & obruitur. Exempla v. ap. Zieritz. & Manz. *ad d. art. 97.* Pro modo tamen commiſſæ culpæ punitur. Carpz. *d. q. n. 67.* Sumptus quis ſolvat? vid. ſupra *tit. de cuſtod. reor. §. 12.* Carpz. *Pr. Cr. q. 138.* & *J. F. p. 4. C. 12. def. 1. & ſeqq.* ibi, quod Reus, ſi leviori pœna afficiatur, impenſas ſolvere debeat, & ſi ſolvendo non ſit, gravior in ipſum pœna ſtatuatur. *l. 1. §. 3. ff. h. t.* Carpz. *d. q. n. 66.* Lyncker. *Reſol. 318. & 634.* Stryck. *in uſu moderno §. 5. h. t.* D. Frommann. *Diſſer. de ſtyl. & crim. in actu exercito §. 69.* Carnificis officium. Si in eo deficiat, punitur.

XXVII. Effectus eſt, ut, pœna ſuſtenta, (non ergo, ſi rupto laqueo, vel ob aliud impedimentum ad effectum plenarium non pervenerit, ſupra *tit. de furt. §. 60.*) reatus tollatur, non aliter ac obligatio in civilibus, ſi quis debitum ſolverit. Reus enim ex delicto obligatur ad pœnam, *l. 12. pr. ff. de V. S.* qua ſuſtenta tollitur obligatio. Weſembecc. *h. t. num. 9.* Ziegl. Eff. eſt ut reatus tollatur.

ad

ad Gret. l. 2. c. 20. § 2. Hinc propter unum idemque delictum nemo bis puniri debet, *l. 41. ff. de accuſ.* ſupra *eod. tit. §. 10. n. 4.* niſi circa diverſa peccaverit. Manz. *dec. Palat. q. 71. n. 6.* Prius tamen delictum, ſi punitum, ſed denuo continuatum ſit, quia reiteratio arguit perſeverantem malitiam citra ſpem emendationis, proinde gravius punitur *l. 28. §. 3. & §. 10. ff. h. t. l. 3. in f. C. de Ep. aud. l. 4. verſ. ſi vero C. de ſerv. fugit.* (*l. 6. §. 3. C. de modo mulct.* dicitur, quod unum delictum iteratum non pluries, niſi ter in anno, mulctari poſſit, add. Brunnem. *ad l. 1. de priv. del. n. 7.*) *c. 1. 2. de pœn.* Berlich. *p. 5. concl. 71. n. 50.* Manz. *d. q. n. 9.* Denique Effectus conſecutivus eſt infamia, quæ pœnas ex publico judicio ſequitur *l. 7. ff. de publ. jud.*

Reiteratio gravius punitur.

Hinc pœnam ſequitur infamia.

XXVIII. Contraria ſunt & pœnam tollunt (1) Mors Rei; regulariter enim morte delicta extinguuntur. *l. 6. ff. de publ. jud. l. 3. §. ſ. l. 19. pr. ff. de accuſ. l. 10. ff. ad SCt. Turp. l. 20. l. 26. ff. h. t. l. 1. l. ſ. C. ſi reus vel accuſ. mort.* ſupra *Tit. de priv. del. §. 31.* Interdum tamen non ſolum pœnæ ab heredibus exiguntur, bonaque defuncti Fiſco vindicantur, vid. *prec. §. 16.* & *Tit. mox ſeqq.* ſed etiam ob nimiam delicti atrocitatem, veluti Perduellionis, Latrocinii, Veneficii, ſi Reus criminis capitalis ſe ipſum mala conſcientia necaverit, &c. in cadaver animadverti ſolet. *prec. §. 17.* Carpz. *q. 131. n. 44. ad fin.* Heig. *p. 2. q. 37. n. 32.* (2.) Præſcriptio criminis regulariter XX. annis *l. 12. C. ad L. Corn. de falſ.* add. ſupra *tit. de div. temp. praſcr. §. 13. & ſeqq.* Sed notandum, quod hæc Præſcriptio ſit tantum pœnarum imponendarum, non vero impoſitarum, ut damnatus nec L. annorum præſcriptione ſe tueri poſſit. Imo præſcriptionem impediri Reorum fuga & abſentia, tradit Carpz. *q. 141. n. 55. & 56.* Nec non Reum ſponte confitentem crimen jure naturali prohibitum, præſcriptione licet impleta, ſi de corpore delicti conſtet, in aliquam pœnam (concurrentibus circumſtantiis mitiorem,) condemnari poſſe firmat Idem, *d. q. n. 84.* vid. late B. Dn. Parens, *Diſp. de Crim. praſcr. th. 26.* Similiter ubi Jus Divinum, ex cauſa univerſali, certam pœnam determinavit, ut Princeps nec aggratiandi facultatem habeat, ibi neque terminum ponere integrum erit. v. gr. in Crim. Aſſaſſinii, Sodomiæ, &c. *tit. de divers. temp. praſcr. §. 16.* Dn. Granz. *def. Inquiſ. c. 8. m. 1. n. 13.* Aliud eſt in caſu talis homicidii, ubi jus Aſyli & pœna extraordinaria locum habet. *ſeq. §. 30. in f.* ſupra *tit. de req. & abſ. reis. §. 4.*

Contraria ſunt Mors Rei.

Præſcriptio.

An ex diuturnitate temp. pœna minuatur?

Si Reus ſponte confiteatur.

Si jure Div. pœna determinata.

XXIX. (1.) Aggratiatio, alias indulgentia, *l. 1. C. de ſent. paſſ. & reſt.* Remiſſio pœnæ, Impunitas facinoris, *l. 3. pr. ff. h. t. die Erlaſſung und Begnadigung der verdienten Straff.* Beſ. *th. pr. h. ver.* qua reis convictis & confeſſis pœna criminalis promerita, ex gratia, remittitur. Judices & Magiſtratus gaudent

Aggratiatio quid?

quidem innocentes abſolvendi poteſtate, *l. 37. ff. de R. J.* non vero aggratiandi jure; ſunt namque legum ſaltem miniſtri. Stryck. *in uſu moderno §. 11. h. t. prae. §. 14.* Sed de Jure Civ. ſolus Imperator, vel Principes, penes quos ſumma in Republica eſt poteſtas. *l. 4. l. 9. §. 11. l. 27. pr. ff. h. t. l. 1. §. ſ. in ſ. ff. de quaeſt.* Unde dicitur Indulgentia noſtra, ſcil. Principis, *in l. 2. l. 3. l. 7. l. 10. C. de ſent. paſſ. & reſt.* Et hodie in noſtro Imperio omnes, qui Superioritate territoriali gaudent. Cum enim hæc gratia nonnihil per privilegium fieri queat, ejus ſolius eſt, qui jus in Territorio habet, arg. *l. 1. C. de LL.* Rec. Imp. *de anno 1526. §. 6. & 8.* Reink. *de R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 6. n. 27.* Limn. *de J. P. Tom. 1. l. 4. c. 8. n. 268.* Carpz. *q. 150. n. 14. & 49.* Ziegl. *de Jur. Maj. l. 1. c. 8. th. 1.* B. Dn. Parens, *Diſp. de jure Aggrat. th. 1. 2. 3. & 4.*

Exercetur vi jurisdict. territor.

XXX. Aggratiantes tamen non indiſtincte hoc jus exercere queunt; verum ſummopere ſolliciti ſint, ne omnibus promiſcue & ſæpius in ejusmodi gratia concedenda ſine ſufficienti ratione proclives ſint, ſicque ex gratia fiat injuſtitia. Nam Summus Princeps legibus quoq; divinis & Naturæ conſtringitur, utpote quæ à DEO omnibus ex æquo ſunt præſcriptæ. Carpz. *de L. Reg. c. 12. ſect. 1. n. 29.* ſupra *tit. de LL. §. 7. & ſeqq.* late *d. Diſp. de Jur. Aggrat. th. 5.* Proinde in delictis, quorum turpitudo ex natura conſtat, & quibus DEUS ſummus Legislator ad omnes gentes reſpiciens, ſicque ex cauſa perpetua & univerſali, mortis ſupplicium determinavit, Principes diſpenſandi poteſtate regulariter deſtituti, B. Dn. Avus m. Lanſius, *de Legib. th. 13. & 14.* DEO ſubmittere ſe neceſſe habent; e. gr. Genes. *9. v. 5. 6.* Exod. *21. v. 12. 14. c. 22. v. 18. 19.* Levit. *20. v. 15.* Num. *35. v. 31.* 1. Reg. *20. v. 24.* Matth. *26. v. 52.* poſt mult. d. Diſp. *th. 8. & 10.* Ziegl. *ad Grot. l. 2. c. 20. §. 22.* Theod. *c. 10. aph. 7. n. 11.* Richt. *V. 1. p. 5. conſ. 11. n. 6.* Dn. Stryck. *de Abolit. Proc. c. 3. n. 23. & ſeqq.* niſi cauſæ urgentiſſimæ, v. gr. in homicidio imprudenter, aliud ſuadeant. vid. ſupra Tit. *ad L. Jul. de adult. §. 28.* Tit. *ad L. Corn. de Sicar. §. 9. & 38.* Tit. *de req. & abſ. reis. § 4.* Heig. *p. 2. q. 24. n. 42. uſque ad fin.* Carpz. *d. q. 150. n. 41.* Diſſ. Thomas. *de jure aggratiandi in cauſa homicidii.*

non indiſtincte, ut ſi obſtet jus Nat. vel Div.

XXXI. Jus ergo aggratiandi exercetur circa pœnas jure humano conſtitutas; attamen non facile, ſed cum circumſpectione, & ex cauſa legitima; ne ad maleficia temere quisquam proſiliat. *l. 14. C. h. t. l. 4. in f.* ibi: *nemo poteſt dare (gratiam, niſi imperator ex aliqua cauſa, de pœn.* Hæc namque remiſſio moralem continet cauſam delicta duplicandi, & quaſi ad peccata invitat. *Clem. 1. de celebrat. miſſ.* Carpz. *q. 150. n. 40.* Limn. *d. c. 8. n. 277.* Mev. *ad J. Lub. l. 4. tit. 15. art. 1. n. 12.* Fieri autem poteſt gratia e. gr. ob numerum liberorum, *l. 7. §. 3. ff. de bon. damnat.* ob delinquentium multitudinem, *prae. §. 16. in f.*

In pœnis humanis, ex cauſa legitima.

ex. gr.

in f. confeſſionem ſpontaneam, *l. 5. §. 7. C. ad L. Jul. Maj. ſupra tit. de L. Jul. Repet. §. 10. in f.* vel ſub promiſſione veniæ, Carpz. *q. 149. n. 9.* ob Sociorum vel An pœna remiſſa executio per teſt. demandari poſſit? conjurationis revelationem, &c. Quær. Si Principem pœnituerit pœnam mortis remiſiſſe, an ejus executionem nihilominus ſucceſſori per Teſtam. demandare queat? Negat. Myler. *Nomol. c. 16. §. 6.* Stoſch. vom *Præcedenz-Recht in Europa, p. 317. & ſeqq.* Nonobſt. *2 Sam. 19. v. 23.* junct. *1 Reg. 2. v. 9.* Nam qui, obtenta gratia, de novo delinquit, in ipſum etiam ratione præteritorum animadverti, & Limit. quandoque hæc clauſula jungi ſolet, ut tunc conceſſa gratia privatus eſſe debeat. Ipſe Dn. Stryk *de Abol. c. 5. n. 140. & ſeqq.* & Thomaſ. *ad d. v. 23.* notat, Davidem cognoviſſe, Simejum à delictis non deſtiturum. Sic etiam gratiam impetratam perimit ſubreptio ob falſitatem precum, ſuppreſſionem quarundam qualitatum. Theod. *aph. 7. n. 28. & n. 18.* notat requiſita ad reſcriptum gratiæ. Klein *Diſſ. de mitigat. pœn. favore matrimonii contr. ahendi vel contr. acti.*

Aliud eſt Mitigatio, quæ fit à Principe à Lege XXXII. Ab Aggratiatione differt Mitigatio, qua non tota pœna, ſed ex parte tantum remittitur, ſicque temperatur. Fitque à Principe, ob cauſas moventes, v. gr. ob Merita, Diſciplinam militarem, Dignitatem, antecedentem Vitæ integritatem, &c. Vel à Lege, ob Eruditionem vel Artificium inſigne, *l. 31. pr. ff. h. t.* tenellam, *l. 16. §. 3. ff. h. t. L. 108. ff. de R. J.* vel ingraveſcentem & decrepitam Ætatem, *l. 38. §. 4. & 7. ff. ad L. Jul. de adult. l. 3. §. 7. ff. de SCt. Sylan.* Sexum, Melancholiam, Hahn. *ad W. h. t. N. 10.* Ebrietatem, *L. 11. §. 2. h. t.* Item, *l. 46. ff. de R. J.* Joh. Voet. *n. 7. h. t.* Diuturnitatem temporis, ſcil. qui olim diu in reatu fuit, *L. 25. pr. ff. eod.* Diutinam incarcerationem, à Judice. *L. 23. C. h. t.* Bach. *ad Tr. V. 2. D. 31. th. ſ. lit. E.* &c. Vel à Judice, ſi juſtitia remiſſionem urgeat, v. gr. in dormiente. *Conf. tit. de homic. volunt.* ſupra *tit. de priv. del. §. 6. & ſeqq.* Judicis enim non eſt clementiam, contra legem, inconſulto Principe exercere. Heig. *d. q. n. 50.* princ. *§. 14.* Hinc probe diſcernendi ſunt caſus juſtitiæ & clementiæ, quales magno numero collegit Tiraquell. *de de pœnis temp.* Farinac. *de pœn. remiſſ.* Carpzov. *q. 145. uſque ad 150.* Glaſer. *de gratia delinq. faciendà, membr. 5. art. 66. per tot.* addi meretur Dn. Gratz. *Defenſ. Inquiſ. cap. 6. membr. 2. per tot.* & *c. 8. m. 21.* Cauſam vero mitigationis Judex in ſententia ſua adſcribere, *l. 6. ff. de app. recip. L. 38. §. 7. ff. ad L. Jul. de adult.* Carpz. *q. 143. n. 55.* & *q. 149.* vel in genere, *juſtis de cauſis nos moventibus, auſſ bewegenden Urſachen,* exprimere ſolet, quia præſumptio eſt pro Judice. Gail. *de P. P. l. 2. c. 9. n. 26.*

Eff. Aggrat. eſt Liberatio à pœna publ. ſine reſtit. bo- XXXIII. Effectus Aggratiationis eſt, ut Reus liberetur à pœna publica. Hæc namque gratia ſtricte eſt intelligenda, ideoque nec reſtitutionem bonorum confiſcatorum juriumque priſtinorum operatur, nec infamiam

miam criminis tollit; *l. 3. C. de gener. abolit. l. 2. l. 6. l. 7. C. de ſent. paſſ.* niſi Princeps illud expreſſe velit, Reum plenarie in integrum reſtituendo, *l. 1. l. 3. C. d. t. l. 10. C. de gen. abol.* Perez. *ad d. tit. n. 3. & 4.* ſcil. in iis, quæ more civitatis infamiam ſecum ferunt. Sicque reſtituto Senatori, ſalva exiſtimatione, reliqui aſſident. Brunnem. *C. 3. dec. 74.* Verum ſecus eſt de illis, quæ natura etiam turpia ſunt, *l. 42. ff. de V. S.* Dn. Mauric. *de Abolit. §. 48. inf.* add. Glaſſer. *art. 102. & ſeqq.* Neque hæc gratia extendenda eſt ad intereſſe partis, cum non ſolum reconciliatio cum parte offenſa neceſſaria ſit; Heig. *d. q. n. 18.* ſed & in factum actio ad reſarcienda damna illata huic competat. *l. 25. ff. l. 9. C. ad L. Corn. de Sic.* Perez. *d. l.* Dn. Stryck. *V. 1. D. 4. de Caut. ad Cuſt. c. 4. n. 5. & 6.* add. infra *Tit. de Sent. paſſ. & reſtit.*

norum & infam. Nec tollit infamiam. Limit.

Et parti læſæ ſatisfaciendum.

TIT. XX.
DE BONIS DAMNATORUM.
Cod. *Lib. 9. Tit. 49. & 48.* Nov. *134. c. ult.*

§. I.

GRaviores pœnas Jure Civ. vet. ſequitur Publicatio bonorum Rei, vel Confiſcatio, quæ capitalibus pœnis juncta eſt, unde huc titulus ſtatim ſubjicitur. Bona autem publicantur, cum aut vita adimitur, aut civitas: aut ſervilis conditio irrogatur. *l. 1. pr. ff. h. t. l. 4. l. 10. C. de bon. proſcr. & damn.* Sicque non ſufficit Reum eſſe, vel in carcerem ductum; ſed in quem lata eſt ſententia condemnatoria, per appellationem non ſuſpenſa; *l. 2. ff. h. t.* add. ſupra *tit. qui teſtam. fac. §. 29.* niſi forte confiſcatio bona citius afficiat. *l. 20. ff. de accuſ. l. 31. §. 5. ff. de donat.*

Connex. Quando Confiſcatio imponatur?

II. Confiſcatio fit vel expreſſe & principaliter, quando Judex (auctoritate tamen Superiorum, *l. un. C. ne ſine juſſu Princ. cert. jud. lic. confiſc.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.*) eam verbis in ſententia exprimit, ut in ſtupro, inceſtu; *d. §. 4. J. de P. J. Nov. 12. c. 1. N. 117. c. 10.* Ord. Cam. *p. 2. t. 9. §. 2.* & *p. 3. tit. 48. §. 8. inf.* vel tacite & per conſequentiam, quæ ſententiæ adhæret, licet non exprimatur; ſicut Jure vet. obtinuit in omnibus pœnis capitalibus, *l. 1. pr. ff. h. t. l. 8. §. 4. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* add. Stamm. *de ſerv. perſ. l. 1. tit. 2. c. 5.*

Div. in Expreſſam & Tacitam.

III. Subjectum ſunt Rei condemnati, ſine differentia ſexus, *l. 3. ff. l. 6. C. h. t.* quibus bona auferuntur, & Fiſcus, cui ea adjiciuntur. *dd. ll.* de quo infra *tit. de jur. fiſci.* Objectum ſunt bona Reorum propria in ſenſu lato, etiamſi Rei habeant tantum jus ad rem, & quæ bona ad extraneos hæredes tranſire poſſunt. *l. 7. C. h. t.* ubi jungitur pœna ejus, qui in deſcribendis bo-

Subjectum. Quæ bona in confiſc. veniant?

nus dolum vel culpam commiſit. *confer.* Joh. Voetius *n. 5. h. t.* Exceptis pœnis particularis, de quibus *l. 6. C. h. t.* Porro ex ratione naturali videndum, num damnatus liberos habeat ſuperſtites, qui ad univerſitatem venturi erant jure ſucceſſionis, ſc. juſti ex nuptiis natos. *l. 1. §. 2. ff. h. t.* ne alieno admiſſo graviorem pœnam luerent, quos nulla contigerat culpa, *l. 7. pr. ff. eod.* & duobus dimidia pars bonorum concedebatur, *d. l. 1. §. 3.* etiamſi adoptivi ſint, *d. l. 7. §. 2.* Sed pluribus liberis omnia conceſſa erant, *d. l. 7. §. 3.* (Quomodo Jure Cod. fiat diviſio? vid. *l. 10. C. h. t.*) Nam Imperium hominum adjectione potius, quam pecuniarum copia amplificandum eſt. *d. l. 7. §. 3.*

An excludantur liberi?

Excep. de Jur. Vet. Bona aliena. v. g. uxoris.

IV. Cæterum quia bona propria ad extraneos tranſeuntia eſſe debent, ergo Excluduntur bona aliena, vel in quibus alteri jus antea quæſitum fuit, *e. gr.* (1.) Marito condemnato bona Uxoris, ea etiam, quæ ab innoxio adhuc marito titulo donationis accepit; item dos: *l. 9. pr. C. de bon. proſcr.* aut quod uni conjugum, vigore pacti aut ſtatuti, debetur, Gail. *l. 2 O. 86. & de P. P. l. 2. c. 18.* Myler *de ſtat. Imper. c. 66 n. 15.* Lauterbach. *Diſſ. de ſucceſ. bon. conjug. cap. 5. §. 1.* Joh. Voet. *n. 5. h. t.* Nec conſtante matrimonio (aliud eſt, ſi ſolutum ſit.) mulieris damnatæ dos publicatur; niſi V. caſibus, *l. 5. ff. h. t.* & tunc Jure Cod. nihil de bonis ejus ad liberos devolvitur, *l. 6. C. h. t.* aliter ac in Patrem. *l. 10. C. eod.* Maritus tamen ſalvas habet in res dotales competentes actiones contra fiſcum, *l. 4. ff. eod.* ſicut & pupillus in caſu *l. 5. C. eod.* (2.) Servi condemnati peculium, utpote cujus uſumfructum & proprietatem Dominus habet. *l. 1. C. d. t.* ſupra *tit. de pecul. §. 5.* (3.) Ex eadem ratione Filiifam. ex delicto damnati peculium profectitium, alias Pater ex alieno delicto damnum ſentiret. *d. t. de pecul. § 33.* Idem procedit in omnibus peculiis, etiam Caſtrenſi & Quaſi caſtrenſi, licet pleno jure ſint ipſius filiifamilias, confiſcationi tamen non ſubjacent, ſed Patri relinquuntur. *l. 5. C. d. t.* qui textus multo magis locum habet in Adventitio, cum in Caſtrenſi jus majus habeat filiuſfam. Ratio autem hujus Conſtitutionis eſt, quia Vet. jure omnia ex quacunque cauſa à Filiofam. acquiſita pleno jure cedebant Patri, Verum poſtea in favorem filii quædam ſeparata ſunt, ſupra *d. t. de pecul. § 6.* ceſſante autem cauſa, dicto ſcil. favore, ipſum effectum, ſeparationem puta, ceſſare oportet. Hahn. *h. t. N. 6. verb. Item de allod.* Bach. *ad Tr. h. t. n. 5.* Zoeſ. *h. t. n. 4.* Guazzin. *de confiſc. bon. p. m. 141. num. 1.* Matth. *de crim. l. 48. tit. 20. c. 2. n. 78.* Stryck. *in uſu moderno § 5. h. t.* Nec pater legitimam filio in caſum mortis debitam Fiſco præſtare tenetur, quia filius vivente patre ratione legitimæ neque jus in re, neque ad rem habet. Zoes. *h. t. n. 5.* ſupra *tit. de inoff. teſt. §. 44.*

Peculium ſervi, filiifam.

Feudalia.

V. (4.) Nec veniunt in confiſcationem Bona Feudalia. Nam Vaſſallo condem-

condemnato Feudum tranſit vel ad Dominum directum, vel ad Succeſſores feudales. Hahn. *d. l.* ſecundum dicta ſupra *tit. ad L. Jul. Maj. §. 10.* add. Ord. Cam. *p. 2. t. 9. §. 2. & p. 3. t. 48. §. 8. inf.* add. Bohmer. *n. 5.* & Joh. Voet. *n. 3 h. t.* (5.) Bona etiam allodialia, ſed extra familiam alienari prohibita vel fideicommiſſo ſubjecta. Hahn. *d. l.* Knipſchild *de Fideic. famil. nobil. cap. 16. n 326. cum ſeqq.* Fuſarius *de Fidei. ſubſtit. Q. 529.* add. ſupra *tit. ad SC. Treb. §. 24.*

Alienari prohibita.

(6.) Quæ Reus aliis ex Contractibus debet, quia non ſunt bona propria, quæ demum intelliguntur ære alieno deducto; ſiquidem & Fiſcus hoc ſolvere tenetur. *l. 14 ff. de jure fiſc. l. 96. §. 1. ff. de leg. 1. l. 2. C. ad L. Jul. de vi publ. l. 5. C. de bon. proſcr. l. un. C. pœn. fiſc. credit. præf.*

Aliis debita ex contr.

(7.) Quæ Reus poſt condemnationem ex nova cauſa labore ſuo acquiſivit, de quibus inter vivos tantum pro ſuo arbitrio diſponere poteſt. *l. 22. §. 5 ff mandati.* Nam ſi per condemnationem civis eſſe deſiit, amittit jus teſtandi, neque hæredes habere poteſt *l. 8 §. 1 & 2. ff qui teſt. fac. poſſ.* per conſequens bonis poſtea quæſitis tantum fruitur, dum vivit, eo vero decedente illa tanquam vacantia Fiſco vindicantur, *l. 2. l. 6 C. de bon. proſcr.* Hahn. *h. t. inſ.* Et hæc de jure Veteri. add. Joh. Voetius, *n. 1. h. t.*

Acquiſita poſt condemnationem.

VI. At Jure noviſſimo, ſolo crimine perduellionis excepto, *Nov. 134. c. ult. in f.* de quo ſupra *tit. ad L. Jul. Majeſt. §. 25 & ſeqq.* Confiſcatio bonorum damnatorum tacite & per conſequentiam delictis capitalibus regulariter non adhæret, *d. Nov. c. ult.* Schupfler *n. 2. h. t.* Dn. D. Stals *in Diſſer. Receſſ. Imper. Sect. 16. th. 2.* & quamvis ad ultimum ſupplicium damnati de jure teſtamenti factionem activam non habeant: Dn. Mencken, *Diſſ. Jurid. 12. th. 5. & ſeqq.* illorum tamen ab inteſtato heredes, deſcendentes & aſcendentes, usque ad tertium gradum, Fiſco præferuntur. Et ſi Reus habeat uxorem, hæc & dotem & antenuptialem donationem accipiet. Si vero ſit indotata, portionem ſuam in *N. 117. c. 5.* definitam de tota ſubſtantia habeat. *d. N. 134. c. ult. inf.*

Sed aliter ſe habet Jure Noviſſimo.

De praxi tamen communi condemnati teſtandi jure gaudent, niſi ſententiæ cohæreat bonorum confiſcatio. Dn. Brunnem. *ad Auth. Bona damnatorum. C. h. t. n. 1.* poſt multos. Dn. Menck. *d. l. th. 25. & ſeqq* ſupra *tit. qui teſtam. fac. poſſ. §. 29.* Wurt. *Landr. p. 3. t. 2. §. dem aber.* add. Stamm. *de ſerv. pers. l. 1. tit. 2. c. 1. n. 4.* junct. *c. 7.*

De Praxi.

VII. Ex dd. apparet, (1.) Quod confiſcatio bonorum non in totum ſit ſublata, ſed tantum reſtricta ad caſum exiſtentium, deſcendentium & aſcendentium usque ad tertium gradum. Collateralibus ergo tantum exiſtentibus confiſcatio procedit. Quamvis enim *d. Auth. Bona Damnatorum.* Collateralibus etiam bona damnatorum concedat, id tamen non convenit cum fonte *d. N. 134. c. f.* proin d. Auth. ab Irnerio vitioſe tranſcripta legis vigorem non habet.

Confiſc. eſt reſtricta.

ſupra *Prolegom.* §. 5. n. 10. *inf.* Matth. *l.* 48. *d. c.* 2. *n.* 2. B. Dn. Parens, *in D. de jure fiſci. c.* 3. §. 6. *inf.* Stryck. *in uſu moderno* §. 1. *h. t.* D. Harppr. *Diſſer. Marb. Bad. p.* 6. *th.* 29. D. Graſſ. *in Diſp. de neglectu fiſci commodis c.* 3 §. 2. Nihilominus de communi ſententia Collaterales admitti, ſicque manifeſto errore conſuetudinem introductam eſſe teſtatur Brunnem. *ad d. Auth. n.* 5. Dn. Mencken. *d. l. th.* 33.

& hodie contum in certis caſibus obtinet.

VIII. (1.) Confiſcationem adhuc locum habere in illis caſibus, in quibus tanquam pœna ſpecialiter atque expreſſe imponitur & ſententiæ adjicitur, ut in *Nov.* 12 *c.* 1. *Nov.* 117. *c.* 10. & poſt *N* 134. *in c. un.* 2 *F.* 56. Item quando Fiſcus alicui, ceu indigno, ſupra *tit. de his, quæ ut indign.* §. *ult.* & propter alias cauſas, bona aufert. Dn. D. Schwedet *in Jur. publ. Sect.* 2. *cap.* 15. §. 11. Sic ſuccedit ſpurio & ex damnato coitu nato, niſi privilegium aut conſuetudo obſtet Mynſ. *C.* 391. Fab. *in Cod. lib.* 5. *t.* 10. *def.* 1. Plures hujusmodi cauſas vid. in d. Diſp. *de Jure fiſci d. c.* 3 Mylet. *de Princip. & St. Imp. c.* 61. Ord. Crim. *art.* 135 *&* 218 ibi: Item an etlichen Orten, ſo ein Ubelthäter, auſſerhalb der Laſters unſerer beleydigten Majeſtät, oder ſonſt in andern Fällen, &c. Extra quos caſus contrariæ Conſuetudines & Statuta confiſcationem inducentia improbantur. Stamm. *de ſerv. perſ. l.* 1. *tit.* 2. *c.* 5. vid. D. Harppr. *p.* 6. *th.* 28. *Diſſer. Baden.* Stryck. *in uſu mod.* §. 1 *&* 2 *h. t.* Schöpf *Diſp. de lata culpa ſtatus miniſtri. c.* 3. *n.* 57. *cum ſeqq.* Thomaſ. *Diſp. de regal. Fiſci Princip. German. c.* 2 §. 9. Sicque *d. Nov.* 134 non intellig. eſſe de caſibus, quando ob delictum, vel contumaciam pœna confiſcationis bonorum expreſſe imponitur, defendunt poſt plures alleg. Heig. *p.* 2. *q.* 33 *n.* 50. *& ſeqq.* Theod. *d. c.* 10. *aph.* 6. *n.* 15 Ziegler. *ad d. art.* 135. *verb. vitam & bona.* poſt Clar. Bartol. Boſſ. Farin. Cujac. Gudelin. Grœnew. *de LL. abrog. ad d. Auth. n.* 2 *& ſeqq.* ubi hanc ſententiam communem dicit.

Alii novi introduci nequeunt.

E contra nullum hodie dari caſum confiſcationis extra crim. L. Maj. prout in multis locis conſuetudine receptum eſt, tradunt, cum Mollero, Carpz. *Pr. C.* q. 135. *n.* 27. *& ſeqq.* Matth. *d. c.* 2 *n.* 3. Brunn. *ad d. Auth. n.* 7. Hahn. *ad W. h. t. N.* 4. ubi addit, dicta invicem non contrariari, cum cauſæ, ex quibus bona indignis auferuntur, non incidant in crimina capitalia, de quibus *d. c. ult.* tantum loquatur. Neque veroſimile eſſe, Juſtinianum generali conſtitutione *Nov.* 134. *c.* 5. derogare voluiſſe Novellis ſuis, quia ſaltem mentionem facit vett. legum, quæ bon. publicationem in multis criminibus inducebant. vid. Bardili *Exerc. ad Ord. Fer.* 12 De novo ergo confiſcatio vi juriſdict. territ. in certis criminibus introduci non poteſt. *N.* 17. *c.* 12. O. Cr. *d. art.* 218. Mylet. *d. c.* 61 *th.* 12. *&* 14. ubi idem in contradictorio Cameræ Imp. judicio palmam obtinuiſſe teſtatur. Tandem addendum, quod ex delicto capitali bonorum confiſcationem paſſus

pro

pro mortuo habeatur, & ab omni ære alieno & actione civili liberetur. *l. 3. C. de ſent. paſſ.* add. Joh. Voet. *n. 6. cum ſeqq.*

TIT. XXI.
DE BONIS EORUM, QUI ANTE SENTENTIAM VEL MORTEM SIBI CONSCIVERUNT, VEL ACCUSATOREM CORRUPERUNT.

Cod. *Lib. 9. Tit. 50.*

§. I.

Diximus, quomodo de Jure Civ. vet. bonorum confiſcatio pœnis adhæreat capitalibus, lata nim. ſententia condemnatoria. *prac. tit. §. 1. in f.* Hoc tit. idem ex Jure Civ. Vet. traditur de Quaſi damnatis, quorum etiam bona poſt interemtionem tanquam vere condemnatorum confiſcantur, contra Reg. quod judicium criminale morte finiatur. Sunt autem I. qui in reatu capitali ipſimet mortem ſibi conſciverunt, ex præſumpta conſcientia admiſſi criminis, metu futuræ ſententiæ. *l. 3 pr. ff. l. 1. C h. t.* Contin. Jur. Vet. Confiſc. ab. tinet in quaſi Damn. ut ſunt Propricidæ,

II. Ut autem quaſi de ſe ſententiam quis tuliſſe habeatur, ejusque bona publicari queant, req. (1.) Ut in Reatu ſit conſtitutus, id eſt in ipſo ſcelere deprehenſus, vel criminis accuſatus aut poſtulatus, *d. l. 3 pr. & §. 1.* vel poſt citationem ſe interfecerit. Molina, *de J. & J. tom. 4. D. 20. n. 7.* (2.) In reatu capitali *d. l. 3. §. 1. 2. & 3.* Hinc bona propricidæ non confiſcantur, niſi conſtet, ex cujus crim. metu manus violentas ſibi intulerit. *d. l. & l. 45. §. 2. ff. de Jur. Fiſc.* Item ſi quis ſub incerto cauſæ eventu in vinculis, vel ſub fidejuſſoribus deceſſerit. *d. l. 3. §. 7.* (3.) Ipſemet ſibi mortem conſciverit; *d. l 3. pr. d. l. 1.* quod in dubio non præſumitur; cum natura à ſui deſtructione abhorreat, ſed probandum eſt. Feltm. *de Cadav. inſpic. c. 20.* Molina, *d. l. n. 11*, Stryck. *in uſu mod. §. 1. h. t.* (4.) Conſcientia criminis & metu futuræ pœnæ voluntaria morte ſupplicium antevertat. *d. l. 3. pr.* ibi: *non ſolis ſceleritatem, ſed conſcientia metum. l. 1. l. 2. C. d. t.* Non vero nullo delato crimine, ſed ſi ex furore, aut inſania, melancholia, phreneſi, tædio vitæ, doloris impatientia, jactatione, propter æs alienum, vel ex alia ſimili cauſa manus illatæ ſint, tunc ſuccedıtur ab inteſtato & ex teſtamento. *l. 3. §. 6. d. l. 1. d. l. 45. §. 2. l. 6. §. 7. ff. de inj. rupt. teſtam.* Carpz. *J. For. p. 3. C 6. def. ult.* Molina, *d. l.* Menoch. *A J. Q. caſ. 284.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.* Hæc tamen cum duntaxat pro præſumptione juris habeantur, hæredes defuncti, ſi parati ſint cauſam ſuſcipere, & innocentem defunctum oſtendere audiendi ſunt. Nec ergo prius bona in fiſcum cogenda, niſi de crimine fuerit probatum, *d. l. 3. §. 5.* Ubi Req. 1. 2. 3. 4. Quæ prius probanda?

III.

& Accuſatorem corrumpens.

III. II. Pro condemnato habetur, bonaque ejus confiſcantur, ſi in capitali reatu conſtitutus, adverſario corrupto, diem obiret ſuum; Accuſatorem namque pecunia data vel promiſſa corrumpens de crimine confeſſus habetur. *rubr. & l. 2. ff. h. t.* Niſi crimen fateri nolens potius ſanguinem ſuum qualitercunque redimere, & ſe à gravitate periculi liberare voluerit; *l. 1. ff. h. t.* quo caſu tranſactio quoque locum habet. *l. 18. C. de tranſact.* & ſupra *d. t. §. 22.*

Limit.

Sed hodie h. l. nulla eſt Confiſc.

IV. Nec etiam in dictis caſibus, ubi bona fiſco de Jure Civ. Vet. cedunt, *αὐτόχειρο* teſtamenti habent factionem. *d. l. 3. pr. l. 6. §. 7. ff. de inj. rupt. irr. teſtam. l. 2. C qui teſtam. fac. poſſ.* At cum condemnati regulariter hodie & bona retineant, Jusque civitatis & teſtamenti factionem, nec propricida deterioris poteſt eſſe conditionis; ſed pro ipſius teſtamenti validitate judicandum erit *prac. tit. §. 6. in f.* & ibi cit. Dn. Mencken. *th. 28.* Richter. *dec. 57.* Schilter. *Ex 49 §. 176.* D. Bardili *Exerc. 38. Concl. Fer. 15.* Sic & Jure noviſſimo Carolino pœna publicationis ceſſat, niſi crimen commiſſum importet pœnam capitalem cum bonorum confiſcatione, ut in Crimine perduellionis, N. *134. c. ult.* & ſpontanea interemtio ad evitandam pœnam certo alioquin ſubſecuturam facta ſit. Ord. Cr. *art. 135.* ibi Zieritz. Claſen. & alii. Myler. *de Princip. & St. Imp. c. 68. num. 9.* Menoch. *d. l.*

Quæ pœna?

V. Pœnam *τῆς αὐτοχειρίας* quod attinet, diſting. An hæc ſaltem attentata, num conſummata? item, An conſcientia admiſſi delicti, an furore, melancholia, pudore, &c. An ex cauſa quadam probroſa facta ſit? de ſingulis diximus ſupra Tit. *ad L. Corn. de Sicar. §. 17.* & Tit. *de pœn. §. 17.* add. Schöpf. *n. 3. & 4.* Stryck. *in uſu mod. §. 2. h. t.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.*

TIT. XXII.

DE INTERDICTIS, ET RELEGATIS, ET DEPORTATIS.

Inſt. *Lib. 1. T. 16.* Cod. *Lib. 2. Tit. 12. l. 4. & 6.*

§. I.

Hoc Tit. agitur de certis pœnis.

I. Interdictio quid?

HOc tit. agitur de tribus pœnarum ſpeciebus, Interdictione, Relegatione, & Deportatione, illarumque Effectibus. I. Interdictus dicitur, cui certa provincia, quam regit, certoque loco, *l. 7. § 10. 16. 19. ff. h. t.* vel ordine, e. gr. in decurionibus, *d. l. § 20 & ſq.* honore, *d. l § 22. l. 8. ff. h. t.* negotiatione, arte, profeſſione, advocatione, foro, interdicitur. *l. 1. §. 13. ff. de offic. præf urbi.* Stryck *in uſu mod. §. 1. h. t.* ſupra *ad d. t. §. 2.* item certis perſonis, ſpectaculis. *l. 9. pr. & §§. ſeqq. l. 28. §. 3. ff. de pœn.* Sic Interdictio latius patet, quam Relegatio; nam non tantum locum, ſed & honores, officia, aliasve res reſpicit.

Is

Is tamen, cui arte, profeſſione, &c. interdictum eſt, eam extra territorium interdicentis nihilominus tractare poterit arg. *l. 5. ff. de jurid.*

II. II. Relegatio, quam Cicero dicit ſedibus expulſionem ſc. pro exterminatione, cum quis patriæ fines exire jubetur; ſed ex mente Ulpiani eſt pœna, qua quis certo loco excluditur, vel ad certum locum relegatur, ſalva civitate, *l. 4. l. 7. pr. & § 1. ff. h. t.* Sic duo ſunt Relegatorum genera. v. Joh. Voet. *n. 2. h. t.* Quidam ſimpliciter ex certo loco excluduntur, ut eis provincia certa interdicatur; in reliquis tamen mundi provinciis licite poſſunt commorari, *d. l. 7. pr.* in exilium è territorio mittuntur. *Die Stadt, die Jurisdiction, das Gericht zu raumen, daß Land, die Stadt verweiſen.* Richt. *dec. 93. n. 9.* Quidam ad certum locum relegantur, ne illum excedant, e. gr. in Inſulam *d. l. 7. pr.* certam partem provinciæ, vel civitatem, vel regionem, *d. l. 7. § 8.* *1. Reg. 2. v. 36.* patriam, vel vicum, aut diſtrictum aliquem, *d. l. § 19.* vid. ſupra *tit. ad l. Jul. de adult. § 23.* item domum ſuam *l. 9. ff. eod.* Germ. *in das Ambt, in den Zehenden, in das Hauß bannen, ſchweren, vel, daß Er aus ſeines Orths Zwung und Bennen, oder aus ſeinem Hauß ſich nicht begeben darff, Verbannung in ſein Burger-Recht.* *Wurtt. Lands-Ordn. tit. 90. § 5. & pag. 265. § 10.* Latino Confinatio, quæ apud Rom. etiam uſitata fuit *l. 5. l. 9. ff. h. t. 1. Reg. 2. v. 36. cum ſeqq.* D. Bardili *Exerc. 38. Concl. Fer. 17.* Hodie decerni ſolet, ſi Reus liberos habeat alendos: ſpes emendationis ſuperſit: ob inhabilitatem judicii vel corporis virium ſe foras ſuſtentare haud poſſit. Beſold. *Th. Pr. voc. Bann.* Bocer *de Jurisdict. c. 5. n. 41.* Stryck. *in uſu mod. § 9. h. t. & Diſſ. de confinatione.* JCtus Marcianus quidem Exilium triplex eſſe dicit, *l. 5. ff. h. t.* Sed interdictio certi loci & lata fuga continentur ſub Relegatione ex loco, quamvis ſtricte loq. Relegati & Exules invicem differant. *l. 2. ff. de publ. jud.*

1. Relegatio quid?

Div. 1. quæ fit ex certo loco,

vel ad certum locum.

Confinatio.

III. Quoties autem Relegatio fieri debet, Relegantis Jurisdictio præſupponitur in illo ipſo loco, ex quo vel ad quem quis relegatur. *l. 7. § 6. ff. h. t. l. 5. ff. de Jurisd.* Richter. *d. dec. 93. n. 2. & 3.* De conſuetudine tamen & moribus non tantum ex una civitate relegatus ex toto territorio vel provincia, in qua civitas ſita eſt relegatus habetur; contra *d. l. 7. § 15.* Berlich. *p. 5. concl. 71. n. 10.* Carpz. *J. F. p. 4. C. 47. def. 1. 2. & 3.* Stryk. *in uſu mod. § 5.* & Joh. Voet. *n. 1. & 3. h. t.* Sed & ſæpiſſime ultra territorium fit, prout formulæ uſitatæ ſunt: *Trans Rhenum, vel Danubium, uber den Rhein oder Donau zu relegiren.* Item *in fines Hungaricos contra Turcam, an die Ungariſche Grentzen wider den Erb-Feind Chriſtlichen Nahmens zu ziehen.* Speidel. *in Spec.* & Beſold. *Th. Pr. h. voc.* & *Delib. jur. l. 1. q. 45.* Dn. Mauritz *p. 1. conſ. 2. n. 40.* *Manz. dec. Palat. 10. q. 100.* D. Bardili *Exerc. 38. Concl. Fer. 16.*

An quis relegare poſſit ultra ſuum juriſdict.

IV. (2.) Div. Relegatio in Temporalem & Perpetuam. *l. 7. § 2. & 3.*

Div. 2. in

Temporalem, quando de- term. diſting.

& 3. ff. h. t. l. 4. C. ex quib. c. inf. irrog. Illa, quæ fit ad tempus, *die Zeitl. Verweiſung*; quod ex relegandi ætate determinari ſolet, ut junior in longius, ſenior rectius vel brevius relegetur. *l. 2. ff. de term. mot.* Sed ſubdiſting. An temporis mentio fiat ſine determinatione, *daß er mit Zeitlicher Verweiſung zu belegen*, & tunc ultra decennium non extenditur. per *l. 23. ff. de pœn.* Piſt. *obſ. 119.* Carpz. *Pr. Cr. q. 130. n. 15. & ſeqq.* & *J. F. d. C. 4. def. 5.* Richt. *d. dec. n. 7.* An fiat ſub expreſſione futuræ eventualis remiſſionis, *biß auf künfftige Erlaſſung*, & pro arbitrio Magiſtratus revocari poteſt. Hahn. *ad W. tit. de pœn. N. VII.* Perpetua eſt, quæ fit in perpetuum, *ewige Verweiſung*. Qualis cenſetur, *ſi quis ſimpliciter*, nulla facta temporis mentione, relegatus ſit, *des Landes immer verwieſſen ſeyn ſoll*. Idque per *l. 10. C. de pœn.* Stryck *in uſu moderno §. 2. h. t.*

& Perpetuam. Quando intellig.

Div. 3. in Publicam, & Privatam.

V. (3.) Div. in Publicam, qua quis publice per lictorem vel miniſtrum publicum educitur, facta quandoque prius ad Numellas poſitione, vid. Stryck. §. *3. h. t.* & Privatam, quæ fit privatim, neceſſitatem abeundi atque diem excedendi præfiniendo. *d. l. 7. §. 17.* Beyer. *h. t.* Publice relegati juramentum, vulgo Urphedam, præſtare tenentur, non ſolum de non vindicando carcere; ſed ſimul potiſſimum de non revertendo ad locum, ex quo excluſi, vel non egrediendo locum, ad quem relegati, ſine venia, juxta relegationis tenorem. Ord. Crim. *art. 108.*

Eff. Affirmativus conſiſtit in urpheda.

Quid ſi Reus eam præſtare nolit, vel præſtitam violet?

VI. Effectus Relegationis eſt vel Affirmativus, vel Negativus. *Ille* conſiſtit in eo, quod publice Relegati, ſe ſententiæ parituros eſſe, jurato promittant. Sin Reus urphedam præſtare detrectet, carcere compellendus, & in contumacia perſeverans, per aliquod tempus, pane & aqua cibandus eſt; tandemque Urpheda per lictorem in animam Rei præſtari poteſt. Carpz. *q. 130. num. 38. & ſeqq.* Schilter. *Ex. 49. §. 178.* Stryck. *in uſu mod. §. 7. & 8. h. t.* Si vero jusjurandum temere negligat, & ante tempus, vel contra urphedam redeat, tunc vel tempus relegationis, repetita urpheda, extendi, *l. 4. ff. de pœn.* vel fuſtigatio, interdum digitorum amputatio, imo & ultimum quandoque ſupplicium dictari ſolet. *l. 4.* ibi Brunn. *l. 8. §. 7. l. 28. §. 13. ff. de pœn.* Ord. Cr. *art. 107. & 108.* Carpz. *q. 129. n. 28.* & *J. F. p. 4. C. 45. def. 1. & ſeqq.* Richt. *d. dec. n. 20. & ſeqq.* Mev. *ad J. Lub. p. 4. t. 1. art. 1.* Schilter. *§. 179.* add. ſupra *Tit. ad L. Jul. Maj. §. 40.* Claſen. *ad d. art. 108. ubi diſting. caſus.*

Negativus adimit jus commorandi, excedendi:

VII. Effectus negativus conſiſtit in eo, quod quidem Relegati jus commorandi in loco relegationis, aut certo loco excedendi, non habeant, *l. 9. ff. h. t.* Jus tamen civitatis ſuæ patriam poteſtatem, & omnia

alia

alia jura retinent. *l. 4. l. 7. §. 3 ff. h. t. §. 2. J. quib. mod. jus P. P. ſolv.* Hinc ad certum tempus relegatus, & illo elapſo reverſus, priſtino jure æque ac ante relegationem utitur. *d. l. 4.* Stamm. *de ſerv. perſ. lib. 1. tit. 3. c. 1. n. 5.* Carpz. *d. p. 4. C. 47. def. 9. & Pr. Cr. q. 130. n. 52.* Berl. *dec. 60. num. 5.* Et extra civitatem etiam ad honores & dignitates admittitur, modo non ex cauſa famoſa ejectus ſit. Richt. *d. dec. num. 20. & ſeqq.* Finito autem relegationis tempore, ipſe impune redire poteſt, etiamſi à Magiſtratu redeundi licentiam non impetraverit. Richt. *d. l.* Carpz. *d. q. num. 22.* Stryck. *in uſu moderno §. 3.* Schüpffer *n. 14. & 20. h. t.* In perpetuum vero relegatus ne quidem poſt mortem in loco, quo ejectus, ibique conſtituto ſepulchro hæreditario, inconſulto Principe, de jure ſepeliri poteſt. *l. 2 ff. de cadav. punit.* Porro quoque omnia ſua bona retinent, præterquam ſi quæ ſpecialiter, vel in perpetua relegatione, iis per ſententiam aut legem eſſent adempta. *d. l. 4. ff. h. t. l. 8. C. de pœn.* add. *l. f. C. de poſtul.* D. Bardili *Exerc. 38. Concl. Fat. 25.* Moribus tamen noſtris Relegati bona plane non amittunt. Sed an relegatum uxor ſequi debeat? Quær. Carpz. diſt. an ſit perſona vagabunda, an certo in loco domicilium habeat? & hoc caſu ſequi tenetur, illo vero non item, niſi ſciens vagabundum duxerit, *d. Conſt. 27 def. 7. & 8.* & *d. q. 130. n. 44.* Sed de hac quæſt. vid. ſupra *Tit. de R. N. §. 90.* & *Tit. de div. & repud. § 20.*

Sed non jus Civitatis, nec Bona, nec jus Vir. & Uxor. §.

VIII. Quær. An Relegati notentur infamia? Ex. *l. 28. § 1. ff. de pœn.* quidam decidunt, quod, quamdiu duret relegatio, tamdiu ſequatur infamia. Sed diſting. num ex cauſa famoſa, vel cum expreſſa infamia relegati ſint, an vero non? Priori in caſu notantur infamia, per *l. 1. l. 22. ff. de his, qui not. infam.* de quo intellig. *d. l. 28. §. 1* nam pœnæ genus non infamat; ſed cauſa. *l. 22 ff. de his, qui not. inf.* Beſold. *delib. Jur. l. 3. q 7.* Speckhan. *Cent. 1. q. 15 n. 3.* add. ſupra *Tit. de pœn. §. 27.* Hæcque infamia, quia delictum ipſo jure comitatur, etiam ultra tempus relegationi præfinitum durat. Theod. *c. 10. aph. 2. n. 41.* Poſteriori caſu nullam parit infamiam; ſicut communis relegatio in Academiis. Theod. *c. 10. aph. 2. n. 44.* Unde talem ad officium quoddam in aliis locis nihilominus admittunt Richt. *d. dec. n. 23.* Carpz. *d. C. def. 11. & 12.* Relegationi vero publicæ infamia facti, vel ad minimum nota quædam adhæret; arg. *l. 2. ff. de obſeq. par.* quo ſpectat relegatio in Academiis extraordinaria.

An Relegationem ſequatur infamia? Diſting.

IX. Quamvis autem Reip. interſit, provinciam malis hominibus purgari; *l. 3. l. 13. pr. ff. de off. præſ.* Hoc tamen non ſemper de Relegatione intelligitur, nec ſemper conſultum eſt, delinquentem cum majori ipſius periculo è regione ejicere, *und den Schelmen einem andern Herrn in das Land jagen.* Nam Chriſtiani Principes & Magiſtratus eam præferunt pœnam, quæ majorem

Conſiſtatio ſæpe præſtat Relegationi.

rem emendationis ſpem facit; *l. 20. ff. de pœn.* vel ſtudent, ut Reus metu ſeverioris pœnæ à ſceleribus contineatur, ſicque ad meliorem frugem redeat. Hinc Confinatio plus habet æquitatis, quam Relegatio. *prac. §. 2.* Claſen. & J. O. Tab. *in Rubr. Crim. ad Ord. Crim. art. 161.* Hoc qui negligunt, malos præceptores imitari videntur, qui diſcipulos verberant libentius, quam docent. Seneca, *lib. 1 de Clem. c. 16.* Quantum etiam ſalutis in Republ. habeant Ergaſteria, dictum *prac. Tit. de pœn. §. 10.*

3. Deportatio.

X. III. Agitur in hoc tit. de Deportatis; hi ita vocantur, quia ob delictum vincti in certum locum feruntur, ut ibi perpetuo maneant, amiſſa civitate Romana. *l. 6. ff. h. t.* Sunt *ἀπόλιδες*, & patiuntur mediam capitis diminutionem. *§. 1. J. quib. mod. jus P. P. ſolv. §. 2. J. de cap. diminut. §. 4. J. quib. mod. tut. fin. l. 8. §. 1. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Ea vero, quæ ſunt Juris gentium, libertatem ſcil. naturalem retinent. *d. §. 2. l. 17. §. 1. ff. de pœn.* Theod. *d. l. n. 15.* Hæc autem pœna in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſſit. *l. 2. §. 1. ff. de pœn.* Joh. Voetius *n. 4. h. t.*

diff. à Relegatione.

XI. Relegati ergo à Deportatis differunt: *(1.)* quod Relegati retinent civitatem Rom. i. e. omnia, quæ ſunt juris Civilis; Deportati vero non. *per l. 4. l. 7. §. 3. & 4. ff. h. t. d. l. 17. §. 1.* vid. ſupra *§. 21. de ſtat. hom.* (2) Relegatio fit & ad tempus, & in perpetuum; Deportatio tamen eſt perpetua. *l. 7. §. 2. ff. h. t.* (3.) Relegatis tacite bona non auferuntur, ſed Deportatis *l. 4. ff. h. t.* & *l. 8. C. de pœn. l. 97. ff. de R. J.* (4.) Relegatio eſt pœna non capitalis, Deportatio vero capitalis, *prac. tit. de pœn. §. 4. in f.* (5.) Præſides poſſunt relegare; ſed deportandi jus non habent, niſi ſpeciali Principis permiſſu. *l. 6. §. 1. ff. h. t.* (6) Relegatio adhuc moribus noſtris eſt in uſu; Deportatio non item. Stamm. *de ſerv. perſ. lib. 1 t. 3. c. 1. n. 18.* Carpz. *q. 130. n. 14.*

Quæ pœna hodie in locum ejus ſubſtituta?

XII. Quæ autem pœna in locum Deportationis ſubſtituta ſit hodie, in eo non conveniunt DDres. Quidam putant Relegationem. Richt. *d. dec. 95. n. 1.* Alii decapitationem. Roman. *in ſingularibus c. 578.* Sed Judicis arbitrio, ſecundum Delicti qualitatem, aliam ſubſtitui v. gr. relegationem, fuſtigationem, condemnationem ad operas publicas, vel ad triremes, probat Stamm. *d. c. 1. n. 20. & 21* Stryck. *in uſu mod. §. 8. & 9 ff. de capit. minut.* Joh Voet. *n. 5. & 6. h. t.* add. ſupra *Tit. qui teſt. fac. poſſ. §. 10.*

Bannum generale æquiparatur.

Hodie Deportationi æquiparatur Bannum, ſc. Generale vel Imperiale, *die Reichs-und Ohtacht*, quod ab Imperatore vel Camera Imperiali (ſicque differt à ſpeciali, quod à Statibus Imperii.) delinquentibus irrogatur; Theod. *c. 10. aph. 2 n. 17.* & Bannitus habetur pro hoſte Imperii, ipſique omnia jura communia, civilia, actiones, ac beneficia denegantur. Mev. *p. 1. deciſ. 187. n. 7.* ſicque civiliter moritur. Ord. Cam. *p. 2. t. 9. §. 2. & 19.*

& 19. Theod. *n. 19.* vid. late Stamm. *d. tit. 3. c. 2. & 4. per tot.* Carpzov. *Pr. Crim. q. 140.* Beyer. *h. t. lit. m.* D. Harpprecht. *in Diſſ. de impediment. uſusfr. materni ſtatut. §. 5.* add. ſupra *Tit. qui teſtam. fac. poſſ. §. 30.* Tit. *ad L. Jul. de vi publ. §. 10.* Tit. *de req. & abſ. damn. §. 6.*

TIT. XXIII.

DE SENTENTIAM PASSIS ET RESTITUTIS.

Inſt. *Lib. 1. Tit. 12. §. 1.* Cod. *Lib. 9. Tit. 51.*

§. I.

HActenus actum eſt de Reis puniendis, nunc ſubjicitur titulus de Sententiam paſſis reſtituendis & reſtitutis. Reſtitutio hoc loco eſt Reorum punitorum in priſtinum ſtatum à principe facta reductio ſ. repoſitio. Hæc divid. in Reſtitutionem Juſtitiæ & Gratiæ. Illa eſt, quando Reus, probata innocentia, in integrum ex juſtitia, ſcil. à Magiſtratu competente, vi jurisdictionis, reſtituitur. per *l. 1. §. fin. ff. de quæſt.* add. *l. 1. §. 10. ff. de poſtul.* Mev. *p. 8. dec. 172.* Hæc vero dicitur, quæ fit ex Clementia ſive Gratia Principis. ſupra *tit. de pœn. §. 29. & 32.*

Contin. Reſtitutio h. l. quid? Eſt vel Juſtitiæ, vel Gratiæ.

II. Reſtitutio Gratiæ iterum duplex vel Plena aut Specialis, (ſcil. ratione formæ conceſſionis) qua quis ſimpliciter quoad totum & omnia jura priſtinum ſtatum recipit. *l. 1. l. 3. l. 4. ff. l. 1. l. f.* ibi: *§. f. omnium amiſſorum ſit recuperatio. C. h. t. §. 1. inſ. J. quib. mod. Jus P. P. ſolv.* vel Minus plena, qua pœna tantum remittitur; ſed honores & reliqua jura non reſtituuntur, vocatur Generalis, item Communis. *l. 2. l. 4. 5. 6. 7. 9. C. h. t.* Et hæc tantum continet, quantum verbis Indulgentiæ expreſſis Reo conceſſum eſt, *dd. ll.* ſupra *Tit. de pœn. §. 33.* An vero Reſtitutio facta ſit plena, vel minus plena, hoc ex voluntate Principis, quæ conſideranda, dependet, Joh. Voet. *n. 2. h. t.*

Hæcque eſt plena. vel Minus plena.

III. Cauſa Efficiens eſt Princeps. *l. 1. §. f. ff. de quæſt. l. 4. in f. ff. de pœn.* Stryck. *in uſu moderno §. 1.* Joh. Voetius *n. 1. h. t.* Sicque differt ab ea, quæ fit à Magiſtratu, de qua agitur *Lib. 4. Pandect.* Nam Judex lata ſententia functus eſt ſuo officio, & Judex eſſe deſinit; *l. 55 ff. de R. J.* proinde in hac gratiæ reſtitutione Principis authoritas expreſſè requiritur. Hodie competit omnibus, qui jure territoriali gaudent, *præc. Tit. de pœn. §. 29.* Non ergo Magiſtratibus etiam merum Imperium habentibus. Quamvis dicatur ejus eſſe abſolvere, qui poteſt condemnare. Hæc enim Regula pertinet ad cauſam juſtitiæ. Carpz. *Pr. Cr. quæſt. ult.* Si tamen Rei condemnati innocentia ex poſt ſuperveniat, reſtitutionem à Principe duntaxat fieri, prob. *l. 9. §. 11. l. 27. pr. ff. de*

Ejus C. Eff. eſt Princeps. Obj. Reſp.

pen. Sed de hoc dubitat Brunnem. ſi error evidenter, Reusque innocens appareat. *ad d. l. 27. in f.* Interdum aggratiandi facultas Magiſtratibus aliquo modo à Superioribus tacito vel expreſſo modo eſt conceſſa. D. Bardili *Exerc. 31. concl. Fer. 19.* Hinc Academiæ relegatos non raro reſtituunt, Heig. *p. 2. q. 22. n. 43. & 45.* Mev. *ad Jus Lub. l. 4. tit. 13. art. 1. n. 9.* Theod. *c. 10. aph. 7. n. 5.*

Interdum Magiſtratus.

C. Imp.

Cauſa Imp. quæ ſit, vid. *prac. tit. de pen. §. 31.* Non enim vulgo ignoſcere decet; ſed adhibenda moderatio eſt, quæ ſanabilia ingenia diſtinguere à deploratis ſciat. Ergo nec promiſcuam oportet habere clementiam, nec abſciſſam. Seneca, *de Clem. l. 1. c. 2. n. 4.* Lipſ. *2. Polit. c. 13. n. 2.* B. Parens, *Delib. ad Lib. 48. Pand. th. 86.*

Subj. Object.

IV. Subjectum ſunt Rei condemnati atque puniti. Objectum ſunt pœnæ, honores, officia & alia jura punitis adempta. Hic tamen ſemper termini habiles præſupponendi ſunt, nimirum tales pœnæ, quæ reſtitutionem admittunt, ut ſunt deportatio, relegatio, in metallum damnatio, infamia, & ſimiles.

Forma.

Effect. in Reſtit. Juſtitiæ,

V. Forma in eo conſiſtit, quod Reus punitus in priſtinum ſtatum reſtituatur, & quidem vel in totum per plenam: vel in tantum per ſemiplenam reſtitutionem, Stryck. *in uſu moderno §. f. ubi formula.* Quoad Effectum diſting. inter reſtitutionem Juſtitiæ, & Gratiæ. Illa pleniſſima eſt & omnia Reo reſtituit, etiam bona alienata, fructus, & omnia bona adempta. Bach. *ad Tr. V. 2. D. 31. th. 7. lit. C.* Weſemb. *h. t. n. 3.* Plus enim eſt Reſtitutio in integrum, quam ſimplex Indulgentia. Reſtitutio Gratiæ diſt. in plenam, & minus plenam. Hæc tantum reſtituit, quantum in ea conceſſum. *prac. §. 2.* In illa reſtitutus omnia bona ap. Principem vel Fiſcum adhuc exiſtentia, ad jura priſtina recipit; & quidem cum oneribus ſuis ita, ut, qui facta confiſcatione ab omni ære alieno liberatus fuit, vid. *ſupra tit. de Bon. damn. §. 1. in f.* ſi ipſi, non ut res ſingularis, e. gr. prædium, ſed pars, vel omnia bona reſtituta ſint, actiones priſtinæ contra eum, ſecundum reſtitutionis proportionem, reviviſcant, *l. 2. l. 3. ff. h. t.* Brunnem. *ad l. 3. & 4. C. eod.* D. Bardili *Exerc. 31. C. F. 21.*

Gratiæ, minus plenæ vel plenæ.

An fructus medii temp. reſtituendi? Neg.

VI. Sed quær. An Fiſcus cum bonis & fructus medii temporis reſtituere debeat? Nonnulli diſting. inter fructus perceptos, & extantes, & quod hos, non vero illos reſtituere teneatur Hahn. *ad W. h. t. N. 3.* Verum alii negant, quod gratia reſtituto dd. fructus debeantur, niſi Princeps eos in ſpecie reſtituere juſſerit, cum Gl. Bartolo, & Dd. Weſ. *d. l.* Quamvis enim in Reſtit. in integr. fructus quoque cum omni cauſa veniant: *l. 23. §. 2. l. 28. l. f. ff. ex quib. cauſ. maj.* illud tamen procedit in ordinaria reſtitutione. Hic autem agimus de extraordinaria

Obj.
Reſp.

naria, vel mera atque gratioſa remiſſione, quæ non retrotrahitur, ſed incipit operari à tempore interpoſitæ gratiæ. Neque argumentum à bonæ fidei poſſeſſore ad Fiſcum procedit. Cum Fiſcus plus juris habeat in bonis confiſcatis, quam B. F. poſſeſſor. Bach. *ad Tr. d. l.* Nam ille jure poſſidet non rem alienam, ſed ſuam ex delicto condemnati ſibi quæſitam Voët. *h. t. th. 3.* Sicque Ord. Cam. *p. 3. tit. 46. §. fin.* indiſtincte loquitur, ibi: *ſoll das eingenommene in dem Werth, wie es der Zeit befunden wird, doch auſſerhalb der eingenommenen und empfangenen Nutzungen und Früchten, wiederum zugeſtellet und eingeantwortet werden.* vid. Gail. *de P. P. l. 2. c. 19. num. 30.*

VII. Porro quær. An hic reſtitutus bona interim b. f. alienata & tertio quæſita vindicare poſſit, v. gr. ſi Majeſtatis crimine damnatus ſit reſtitutus? Quod regulariter negatur, quia tertius jus habet quæſitum legitimum, quod Princeps regulariter invito auferre nequit; imo nec in dubio illud voluiſſe præſumitur. Nam beneficia late quidem quoad Principem concedentem, non vero ut tertio præjudicium fiat, interpretanda ſunt, arg. *l. 2. §. 10. & 16. ff. ne quid. in loc. publ.* ſupra *Tit. de Conſt. Princ. §. 46.* Jul. Clar. *l. 5. ſent. §. fin. q. 59. n. 6.* Gail. *d. c. 19. n. 20. & 21.* ubi tradit, ita in Germania ſervari, ut, licet titulo lucrativo alienata ſint, neque pretium loco rei deberi; Gometz. *var. reſ. l. 3. cap. 13. n. 39.* Theod. *Crim. d. l. n. 25.* Bardili, *Exerc. 38. C. F. 20.* Joh. Voet. *n. 3.* add. Mev. *p. 2. dec. 25.* niſi aliter de enixa Reſtituentis voluntate conſtaret. Ziegl. *de jur. Maj. l. 1. c. 9. th. 40.* An bona alienata poſſint vindicari? Neg.

TIT. XXIV.
DE CADAVERIBUS PUNITORUM.

§. I.

TAndem agitur de Cadaveribus punitorum, quæ regulariter ſepulturæ tradenda, *l. 11. C. de relig. & ſumpt. fun.* & præcipue Cognatis, imo quibusvis petentibus ad ſepeliendum tradenda ſunt. *l. 1. l. 3. ff. h. t.* Idque Juri Divino convenit, Deut. *c. 21. v. 23.* Joſ. *c. 8. v. 29. & c. 10. v. 26.* natura quoque, honeſtatis ratio, & Reipubl. ſalus efflagitant, ob memoriam humanæ conditionis & ob reſurrectionis ſymbolum. Heig. *p. 2. q. 37. num. 6. & ſeqq.* Theod. *Crim. c. 10. aph. 6. n. 8.* Et eorum corpora, qui ad exurendum damnati, peti poſſunt ſcil. ut oſſa & cineres collecti ſepulturæ tradantur, *d. l. 1. in f. ff. h. t.* Joh. Voet. *h. t.* Cadavera punitorum ſepelienda ratio.

II. Nonnunquam tamen ob criminum atrocitatem, ut pœnæ memoria duret, & alii deterreantur, cadavera inſepulta manent, & in ea animadverti ſolet, *l. 1 ff. h. t.* Ord. Crim. *art 159. & 102.* Cujusmodi plura exempla in S. Cod. leguntur & hodiernum quotidiana ſunt, 1 Reg. *21. v. 23. 24.* 2 Reg *9. v. 37.* Interdum inſepulta manent,

Eſ.

Eſ. *14. v. 19.* Heig. *d. q. n. 17.* add. Brunnem. *de proc. crim. c. 10. n. 32.* Stryck. *in uſu moderno § 1 h. t.* ſupra Tit. *ad L. Corn. de ſicar. § 17.* Tit. *de pœn. § 17.* Interdum publicæ utilitatis cauſa, vid. *l. 33. ff. de injur. l. un. §. 14. in f. C. de cadუc. toll.* Medicis ad Anatomiam conceduntur à Principe, qui circumſtantias conditionis, perſonæ, familiæ puniti perpendere debet; Theod. *d. l. n. 10. 11.* Carpz. *Pr. Crim. q. 137. n. 72. & ſeqq.* Schupffer *n. 10.* Böhmer. *n. 3. h. t.* D. Bardili, *Exerc. 38. C. F. 22.* Cognati enim contradicere queunt. Hahn, *ad W. h. t. in f.* vid. Stryck. *in uſu moderno §. f. h. t.*

vel traduntur ad Anatom.

LIBER XLIX.

§. I.

SEquitur Judicium Secundæ inſtantiæ, Appellationis nempe, quæ poſt ſententiam latam, ob gravamen, interponi ſolet, de qua in genere agitur in Tit. 1. Interdum tamen Judex de jure dubitans cauſam Superiori refert, quomodo judicare debeat, hinc inſcribitur Tit. 1. *De Appellationibus & Relationibus.* In ſpecie verò in Appellationibus conſiderandum 1.) Tempus Interponendæ, ubi habenda ratio Judicis tam à quo Tit. 2. *A quibus appellare non licet,* quam ad quem, Tit. 3. *Quis a quo appelletur.* Temporis vel Fatalium, Tit. 4. *Quando appellandum ſit & intra quæ tempora.* Appellationis & Cauſæ, cum appellatio non ſemper rejiciatur. Tit. 5. *De Appellationibus rejiciendis, vel non.*

II. Interpoſita Appellatione Judex à quo ad eum, ad quem appellatum, dat Libellos dimiſſorios, ſi ſcilicet deferat appellationi, Tit. 6. *De Libellis Dimiſſoriis, qui Apoſtoli dicuntur.* vel Refutatorios; utut tamen ſit, medio tempore citra notam attentati nihil innovandum. Tit. 7. *Nihil innovari appellatione interpoſita.* Sin ſententia ipſo jure ſit nulla, ſine appellatione reſcinditur. Tit. 8. *Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur.*

III. Ratione Proſequendæ quæri ſolet, per quem appellatio juſtificari debeat? Tit. 9. *An per alium cauſæ appellationum reddi poſſint?* Si ad munus publicum electus à ſententia, qua ejus excuſatio rejecta, appellaverit; ſed cauſas non probaverit; cujus ſit medii temporis periculum? Tit. 10. *Si tutor, vel curator, vel magiſtratus creatus appellaverit.* Si quis proſequendæ appellationis cauſa alibi degat, an interea in ſua provincia conventus defendi debeat? Tit. 11. *Eum, qui appellaverit, in provincia defendi.* An propter appellationem forum Judicis à quo in aliis cauſis declinari queat? Tit. 12. *Apud eum, a quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum.* Tandem, ſi pendente appellatione appellans deceſſerit, an appellatio evaneſcat? Tit. 13. *Si pendente appellatione mors intervenerit.*

IV.

IV. Abſolutis omnibus, quæ ad Judicia Ordinaria, Civilia, & Criminalia, Primæ & Secundæ Inſtantiæ pertinent, ſubjiciuntur quædam extra ordinem, ſtatum publicum concernentia, cujus nervi potiſſimum conſiſtunt in jure Fiſci, inde Tit. 14. *De Jure Fiſci* Et in Re militari, quo ſpectant tit. ſeqq. Tit. 15. *De Captivis, & de Poſtliminio, & Redemptis ab hoſtibus.* Tit. 16. *De Re militari.* ubi etiam de quibusdam militum privilegiis dicendum. Tit. 17. *De Caſtrenſi peculio.* Tit. 18. *De Veteranorum privilegiis.*

TIT. I.
DE APPELLATIONIBUS ET RELATIONIBUS.

Cod. *Lib. 7. Tit. 61, 62. 67. usque ad 70.* Nov. *23. 24. 49. 82. 93. 115.*
Cauſa *2. q. 6.* Extra *Lib. 2. Tit. 28.* In 6to. *Lib. 2. Tit. 15.*
Clem. *Lib. 2. Tit. 12.*

§. I.

Dictum eſt, Compilatores Digeſtorum ſervaſſe Ordinem perpetui Edicti, juxta quod duæ ſunt Judiciorum inſtantiæ, de Prima Judiciorum privatorum, tam Civilium, quam Criminalium, hactenus actum. Poſt rem in illa judicatam ſequitur Secunda inſtantia vel Appellatio, de qua in genere hoc tit. agitur. Cujus tamen duæ ſunt partes, una agit de Appellationibus, altera de Relationibus. Contin. Tit.

II. Appellationis vocabulum in & extra forum varias habet ſignificationes. In ſenſu vulgari, & latiſſime idem denotat ac vocare, nomen imponere. *pr. J. de Teſtam. §. 1. in fin. I. de interd.* Juridice ſumitur vel improprie, ex. gr. interpellare de ſolutione, *l. 16. §. 6. ff. de fidej.* blanda oratione alterius pudicitiam attemptare, *l. 15. §. 20. 22. 23. ff. de injur.* aliquem in judicio convenire. *l. 29 ff de judic.* proprie & ſtricte accipitur pro provocatione ab inferioris Judicis ſententia, tanquam injuſta, ad Superiorem. *l. 1. pr. l. 30. C. h. t.* Provocatio enim (quamvis Appellatione latior ſit) cum ea promiſcue uſurpatur. *l. 10. §. 4. l. 17. l. 20.* Scaccia, *de Appell. q. 1* Dn. L. Baro de Lyncker. *de Grav. Extraj. c. 1. §. 3.* Eſt vero Appellatio nihil aliud, quam legitima ad ſuperiorem Judicem, *d. l. 1. §. 3.* adverſus ſententiam vel gravamen inferioris, *d. l. 1. pr.* ut emendetur, gradatim, riteque *l. 21 pr. & §. 1 ff. h. t.* facta imploratio, ſeu provocatio *d. l. 1. pr. l. 30. C. h. t.* Beſoldus, *de appell. cap. 1. §. 4.* Dn. L. B. de Lyncker, *d. tr. c. 1 §. 5. n. 2.* Stryck. *in uſu moderno §. 1.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.* add. Weſemb. *h. t. num. 3.* Scaccia, *d. t q. 2. art. 1. & 2.* Appell. Homonym. Appell. in ſpecie quid?

III. Appellatio autem in genere eſt remedium commune atque Ordinarium, excludens Extraordinarium, niſi ſit brevius, pinguius atque utilius; hinc fit, ut Appell. in genere quid?

ut Minor, cui competit beneficium Appellationis, poſſit reſtitui in integrum. Bach. *ad Treutl. Volum. 1. D. 11 th. 1. lit A.* Quandoque Appellatio dicitur remedium Extraordinarium, ſi competant remedia ordinaria, quibus apud eundem Judicem gravamen emendari poteſt. Dn. Lyncker, *d. tract. c 3. p. 2. §. 1.*

Appell. divid. I. ab Objecto.

IV. Dividitur Appell. I. ab Objecto (aliter ac olim, vid. *Weſ. h. t. n. 5.*) in Judicialem, & Extrajudicialem. *c. 5. x. c. 1. c. 1. in 6to Clem. 3. h. t.* Illa eſt, quæ à ſententiis tam definitivis, quam interlocutoriis. *l. 24. l. 30 C. h. t. l. 2. ff. de app. recip.* & actibus in judicio diſceptatis interponitur. *arg. l 1. C. h. t.* Dn L. B. de Lynck. *d. c. 1 §. 5. n. 3.* Hæc, quæ fit à Decretis vel Mandatis & actibus extrajudicialibus, *d. c. 1.* ex. gr. ſi vacatione gaudenti munus civile imponi velit. *l. 21. §. 2. ff. L. 4. l. 7. C. h. t. l. 1. §. 3. ff. quando appell. d. c. 1.* A Citatione, Captura, Incarceratione, Mulctæ dictione, Interdictione, Proviſionibus, &c. extra judicium. *c. 1. & 2. h. t. in 6to.* Gylm. *præjud. voc. Appell. Extrajud.* Beſold. *de app. c. 7. §. 12.* Guido Papæ, *deciſ. 236.* Dn. D. Schweder. *in Diſſ. de renunciat. appellat. §. 1.* & late Scaccia, *d. q. 2. art. 3.* & maxime L. B. de Lyncker. *d. c. §. 6.* qui in *dict. tract.* pro more ſuo & hanc extrajudicialem Appellationem ſecundum omnia cauſarum genera ſolide pertractat.

Judicialis, quid? Extrajudic. quid?

Extrajud. quomodo fiat?

V. Extrajudicialis Appellatio fit vel à Judice, qua tali, extrajudicialiter procedente, vel tanquam à Parte, & in propria cauſa, *c. 51. x. h. t.* & illa quidem, non vero hæc poſterior, in Camera recipitur, quia non eſt proprie appellatio; ſed magis provocatio ad cauſam. *c. 5 x. h. t.* quæ ad Judicem ordinarium, & qui per viam S. Q. adiri poteſt, dirigitur. R. I. *de anno 1594. §. 93 & 94.* Conc. *Camer-Grr. Ord p 2 tit. 31. §. 16. & ſeqq.* Mynſ. *C. 4. O 43 n. 5.* Gailius, *l. 1. O. 120. n 1. & ſeqq* Dn de Lyncker. *d. c. 1. ſect. 2.* Sin Magiſtratus gravaverit, ut Judex & Pars ſimul, tanquam Judex proceſſiſſe cenſetur, & inhibitio etiam in extrajudiciali gravamine atque appellatione decernitur, per præjudicia apud Gylmann *voc. Inhibitio. § 111.* In dubio vero, favore appellationis, proceſſus ab initio periculo partis decernuntur, per præjud. apud Gylmann. *voc. App. Extrajud. pr.* add. Deciſ. Cam. *lib. 2. dec. fin. n. 12. & ſeqq.*

App. Div. II. rat. Modi, vel viv. voc.

VI. II. Ratione Modi Appellatio fit vel Viva voce, ſi gravatus per ſententiam definitivam, aut definitivæ vim habentem; Ord. Cam. *p. 2. t. 29. §. 3.* illico poſt publicationem, antequam Judex ad alia procedat, vel è judicio diſcedat, apud acta, id eſt, in judicio appellandi animum, per τὸ appello, provoco ad quemcunque Superiorem Competentem, vel quodcunque verbum æquipollens, Gail. *l. 1. O 2. n. 4.* ſe declaret, *l. 2. l. 5. §. 5. ff. l. 14. C. h. t.* Ord. Notar. *de anno 1512. art. 4. §. 1.* idque per Actuarium ad Acta ſcribi curet, ut per extra-

Ctum

ctum Protocolli vel Acta priora producenda doceri queat. Ord. Not. *d. §. 1. inf.* Mynſ. *C. 3. O. 15. n. 2.* Vel in Scriptis, quando appellans ipſiusve mandatarius appellationem in ſcripturam redegit. Ord. Cam. *d. t. 29. §. 4.* Ord. Not. *d. l.* R. I. *de A. 1594. §. 90.* dicitur Libellus, *l. 3. pr. ff. h. t.* Libellus Appellatorius, *l. 1. §. 5. l. 5. §. 5. ff. h. t.* hodie *Appellation-Zettul*, ſive Schedula Requiſitionis, quæ Inſtrumento inſerenda eſt. Ord. Crim. *d. t. §. 6.* d. R. I. *§. 91. de his vid. infra Tit. 4. §. 2.* III. In Legitimam & Frivolam ſeu fruſtratoriam, quo pertinet, ſi quis, licet non gravatus, in eventum à ſententia demum ferenda, mentita palliatione tuendi juris appellet. Cleſtel. *de Appell. c. 3. n. 86.* Stryck. *in uſu moderno §. 14. h. t.* ad. Scacc. *d. art. 3. n. 48. & ſeqq.* vel in Script. Div. App. III. in Legit. & Friv.

VII. Cauſa Eff. Remota conſiſtit in antiquitate, qua ex æquitatis ratione, ut oppreſſis ſubveniatur, iniquitas judicantium, vel imperitia corrigatur, *l. 1. pr. h. t.* Appellationis beneficium apud omnes gentes, omnique tempore in uſu fuit, uti ex hiſtoriis demonſtrant Beſold. *de Appellat. c. 1. §. 8.* Author Proceſſ. Judiciarii, *tit. de Appell. pag. 231.* Bachov. *ad Treutl. Volum. 2. Diſp. 33. th. 1. lit. A.* Sic & Divus Apoſtolus Paulus à Portio Feſto ad Tribunal Cæſaris appellavit. Act. Apoſt. *c. 25. v. 10. & c. 26. v. 32.* Et hodienum in plurimis locis ſtrenue obſervari, extra dubium eſt; Sicut autem non tantum ea, quæ Juris Gentium ſunt, ad jus Naturale, ſaltim *reductive* pertrahuntur, ſed & omnia, quæ juris poſitivi civilis: ita & appellatio, ceu ſpecies defenſionis, *c. 41. §. Porro x h. t.* ad jus Naturale refertur. Dn. L. B. de Lyncker, *d. tr. c. 2. ſect. 1. §. 2.* Cum vero Defenſio hæc ſit *Civilis*, Appellatio quoad determinationem & procedendi formam dicitur juris Civilis. vid. *l. 1. ff. h. t.* Beſold. *§. 7.* Matth. *de crim. l. 17. c. 5. n. 11.* Imo & Juri Canonico magna ex parte Appellationem debemus laté Dn. de Lyncker, *d. c. 2. ſect. 2.* ſupra *Prolegom. §. 13. num. 18.* C. E. R. eſt antiq. & uſus comm. C. E. Proxima.

VIII. Quær. An Appellatio Statuto inhiberi vel tolli poſſit? Diſting. inter legem illius, qui ſuperiorem non recognoſcit, & in tantum tollere vel potius mutare poteſt, ut aliud remedium contra iniquitates Judicum ſubſtituat, quia defenſio nemini deneganda. per *l. 3. ff. de J. & J.* Bachov. *d. l. verb. Unde & ſtatuto.* Princeps vero vel Magiſtratus Superiorem agnoſcens, maxime, ſi nec Privilegio de non appellando inſtructus, Appellationem Statuto quantumvis juramento ſubditorum firmato, inhibere, vel conſuetudine impedire nequit; *c. 1. & ſeqq. cauſ. 2. q. 6.* Sicut autem jus Superiori quæſitum impedire ac attingere non licet, J. O. Tabor. *Analect. ad Barb. Theſaur. l. 1. c. 75. ax. 2.* & juramentum illud lædens, ceu ipſo jure nullum, non valet, *c. 19. x. jurejur.* ita ejusmodi Statutum appellationem ad Cameram Imp. impediens in hac non attenditur; An Appell. ſtatuto inhib. vel tolli poſſit?

tur; O. Cam. *p. 2. t. 28. §. 1.* ibique Magenhorſt. Mynſing. *C. 1. O. 10.* Gail. *l. 1. O. 131. n. 12.* add. *O. 72. n. 5.* vid. late Rumel. & Myler. *ad A. B. p. 2. diſſ. 2. lit. c.* Idem Myler *de Stat. Imper. c. 42. n. 10. cum ſeqq.*

An limitari poſſit? Statuto tamen vel privilegio *limitari* poteſt appellatio, ex. grat. Appellantibus injungendo cautionem, vel, ut certam deponant pecuniam, jurentque calumnioſe appellationem non interpoſitam eſſe, item de proſequendo & judicatum ſolvi, aut ne in Debitis liquidis, vel Inſtrumentis guarentigiatis appellare liceat; Myler. ad Rumelin. *d. lit. c. in fin.* Gailius quidem monet, appellationem de cætero rite interpoſitam, ob ſolennitates coram Judice à quo non obſervatas, non vitiari, cum neglectus ille poſſit reſtaurari in Camera, ibique ita receptum eſſe; *l. 1. O. 126. n. 2.* Mynſ. *C. 1. O. 6.* add. Ord. Cam. *p. 2. t. 29. §. 1.* ſed hodie juxta R. I. nov. de an. 1654. aliter obtinet, &, niſi Appellans doceat Solennia coram Judice inferiori ad ea privilegiato præſtita eſſe, vel facta oblatione ſe admitti noluiſſe, petiti proceſſus denegantur. de R. I. §. *Auch ſonſt Schiffen. 111. & §. Und nachdem. 114.* ibi. Quod in caſu poſteriori ſolennia coram Judice Cameræ proceſſus decernente in primo reproductionis termino ſub pœna deſertionis præſtanda. de R. I. *§. 112.* add. *Gem. Beſcb. de dato 23. Maji 1656. & 28. Jan. 1657. §. 7.* Gambs *ad d. R. I. §. 111.* Roding *Pandect. Cam. L. 1. t. 26. §. 69. & l. 3. t. 2. §. 64. & ſeqq.*

Pacto tamen App. tolli poteſt. Denique licet non Statuto, attamen Pacto Appellatio tolli poteſt, ſi litigatori vel litigantes huic beneficio renuncient. *l. 1. §. 3. ff. a quibus app. non lic. l. ult. C. de temp. & reparat. app.* Ord. Cam. *d. t. 28. §. 1. circa fin. & §. 2.* Nam Statutum directo diſponit adverſus jus ſuperioris, non vero pactum, ſed per id paciſcentes abdicant à ſe, quod eſt in eorum poteſtate. Mynſ. *C. 1. O. 14.* Blum. *tit. 44. n. 6.* add. infra *§. 10. & ſeqq.* Dn. Schweder. *Diſſ. de Appell. Renunc. §. 3.* Simile obtinet in Conſuetudine, quod ſupra de Statuto dictum. Ziegler. *de Jurib. Majeſt. lib. 1. c. 30.* *§. 18. de reſtaurato* vid. D. Harpprecht. *Conſil. 74. n. 49. cum ſeqq.* & D. Schæpff. *in Diſſ. de arbitris neceſſar. Compromiſ. convent. & teſtamentar. c. 2. §. 20.* Neque Præſcriptio hic ſine Superioris conſenſu admittitur. Klock. *Tom. 1. Conſil. 14. n. 14.*

Cauſa Imp. IX. Cauſa Impulſiva eſt, ut ſe gravatum ratus legitimum ad Superiorem confugiendi habeat remedium, tum ad iniquitatem judicantium vel imperitiam corrigendam, *l. 1. pr. ff. h. t.* tum ad ſupplendum id, quod in prima inſtantia vel per Advocatos prætermiſſum, *l. 6. §. 1. C. h. t.* add. *l. 31. pr. ff. de Evict.* hic etiam ſolet Judex à quo cautius rem agere, & diligentius in munere ſuo verſari. Nec illum oportet injuriam ſibi fieri exiſtimare, eo quod litigator ad provocationis auxilium convolavit, *l. 1. ff. l. 20. C. h. t.* junct. *l. 13. §. 1. ff. de injur. l. 15. ff. de R. J.* Beſold. *d. c. 1. §. 6.* Mev. *part. 1. dec. 155. n. 7. & p. 2. dec. 50. n. ult.* imo nullo modo excuſari poteſt, ſi Judex inferior propterea indignari & excandeſcere in appel-

appellantem velit. Ziegler. *Dicaſt. concl. 31. §. 9.* Judex tamen ſuperior probe perpendat, ne quasvis promiſcue recipiat appellationes, non cognita earum qualitate, ſicque id, quod theriaca contra injuſtitiam dicitur, ipſum in venenum degeneret; Ziegler. *Concl. 32. §. 1.* ſed quia malitioſi litigatores ad retardandam executionem ſententiæ à qua, & lucro, proprioque marſupio magis conſulentes temerarii Advocati, ſub ſpecie juſtitiæ adminiſtrandæ, hoc beneficio ſalutari ſæpius abutuntur, ad hujusmodi temeritatem coercendam variæ LL. latæ, & graves pœnæ ſtatutæ ſunt, vid. *l. 5. in f. C. quor. appell. l. 6. §. 4. C. h. t.* Add. Ord. Cam. *p. 2. tit. 28. §. 2. & 3.* R. I. *de anno 1654. §. Wuerdeſich. 113. & 114.* inſuperque pergrave Juramentum Calumniæ de non frivole appellando introductum eſt. R. I. *§. Zumahlen 112.* Roding. *Pand. Cam. l. 1. tit. 30. num. 20. & ſeqq.* His tamen omnibus effrenis illa appellandi libido hactenus reprimi vix potuit, ſed omni die novæ excogitantur fraudes, proin etiam atque etiam optandum, ut præſens nunc Viſitatio idoneum in hoc quoque inveniat remedium, quo non ſolum calumnia; ſed & temeritas pro merito caſtigetur, ſimulque Camera Imperialis immenſo laborum cumulo levetur, in quam rem legi meretur Dn. Hugo, *de abuſu Appellat. tollendo, part. poſt. cap. 3.*

X. Subjectum conſtituunt vel Partes, vel Judices; Quicunque autem gravati ſunt, vel Judicis decreto, actuve ſe gravatos eſſe probabiliter opinantur, regulariter appellare poſſunt, niſi in ſpecie prohibeantur, *l. 13. §. 1. ff. l. 30. in f. C. h. t. c. 3. 6. 7. 8. 10. 26. C. 2. q. 6.* & appellationem interponens vocatur appellans, *d. l. 13. pr. l. 1. pr. de appell. recip. C. 30. c. 2. q. 6.* appellator, *l. 6. §. 3. l. 12. C. h. t. l. 1. §. 7. ff. quand. appell.* provocans. *l. 6. ff. h. t.* Joh. Voet. *n. 2. & 4. h. t.* Nec refert, ipſe condemnatus aut gravatus ſit, ipſiusve interſit gravamen revocari, modo in ſpecie non prohibeatur, uti ex ſequentibus patebit; Ad Cameram Imperialem vero provocant omnes per ſententiam Judicis immediate Cameræ ſubjecti gravati, juſtamque appellandi cauſam habentes, Ord. Cam. *p. 2. tit. 28. pr. & §. 1.* & nullo vitio civili obſtante. Beſold. *d. tr. cap. 5. §. 1.*

Subjectum. Partes gravatæ.

XI. Omnes igitur appellare queunt, I. qui ipſi gravati ſunt; *l. 1. pr. ff. l. 30. C. h. t. & text. in præt. §. citt.* ſive unus, ſive plures condemnati & gravati ſint; *l. 1. & 2. C. Si unus ex plurib. l. 10. ff. h. t. l. 1. C. de diverſ. reſcript. c. 72. x. h. t.* adeo, ut una appellatio reliquis litis conſortibus proſit, & victoriæ emolumentum ad eos, licet non provocaverint, nihilominus pertineat. *dd. ll.* teſte Carpz. *J. F. p. 1. c. 20. def. 15. & p. 2. c. 9. def. 4. num. 3* Mev. *p. 1. dec. 88.* Beſold. *c. 5 §. 4.* Stryck. *in uſu moderno §. 2.* Joh. Voet. *num. 18. h. t.* Tria tamen hoc caſu concurrant neceſſe eſt, (1.) ut omnes una eademque ſententia conde-

vel immediate.

minati, *l. 10. pr. & §. 2. l. 17. ff. h. t. d. l. 1. C.* & (2.) una eademque omnium & appellationis & defenſionis cauſa ſit, *d. l. 10. §. ſ. ff. d. c. 72. X. h. t.* ſeparatorum enim ſeparata debet eſſe ratio. Carpz. *d. p. 1. c. 20. def. 15.* Gail. *l. 1. O. 126. n. 5.* Klock. *Vot. Cam. Relat. 170.* Hinc ſi minor, pluribus litis conſortibus exiſtentibus, reſtitutionem in integrum per appellationem impetraverit, reliquis majoribus hoc non prodeſt; *l. 2. C. Si unus ex pluribus.* niſi cauſa nullam admittat diviſionem. *L. un. C. Si in comm. ead. cauſ. reſtit. in integr. poſtul.* add. *l. 10. pr. ff. quemadm. ſerv. amitt. l. 3. §. 2. ff. h. t.* Petez. *in Tit. C. Si unus ex plurib.* Schilt. *ad ff. Ex. 49. §. 12.* (Sin cauſa ſit dividua, ut unius appellatio conſortibus nihilominus poſſit eſſe communis, novem requiſita notat Dn. Stryck. *Diſſ. de commun. Appell. c. 2. n. 27. & ſeq.* add. *Diſſ. de jure ex alterius perſona permiſſo. c. 9. n. 118.* (3.) ut reliqui conſortes ſententiam non agnoverint nec expreſſe, nec tacite. *l. 5. §. 2. l. 6. l. 10. §. ſ. ff. h. t.* Hartm. Piſtor. *lib. 1. q. 47. n. 2. & ſeqq.* Dn. L. B. de Lyncker, *d. tr. c. 4. §. 2.* D. Schweder. *de remmuniс. appellat. §. 12.* D. Bardili *Exerc. 39. C. I. 7.* Sed Quær. An ſimiliter unius condemnatio etiam reliquis ex pluribus conſortibus noceat? & Neg. per *tx. in l. 3. §. 2. ff. h. t.* promptior enim eſt victoriæ, quam condemnationis communicatio, Voetius *h. t. §. 18.*

vel mediatè. XII. Nec refert, ſuo, num alieno nomine quis condemnatus ſit: Sic (1.) Tutores, Curatores, *l. 24. pr. & §. 1. ff. h. t. l. 1. §. 3. ff. quando appelland.* non poſſunt tantum appellare; ſed ex officio obligati ſunt, ut appellationem interponant. *l. 11. C. de administr. tutor. l. 27. ff. h. t.* Ubi etiam ad hæredes illud extenditur, licet tutela in eos non tranſeat, modo rationes nondum ſint redditæ, quia tutelæ judicio conveniri poſſunt. *d. l. 11.* ſupra tit. *de tut. & rat. diſtrah. §. 5* (2.) Negotiorum geſtores, alieno nomine condemnati, ſi ipſis cauſa juſta viſa fuerit, *l. 31. §. 2. ff. de neg. geſt.* quia illorum intereſt, ut ſatisdationi præſtitæ ſatisfaciant, & ita accipienda eſt, *l. 24. pr. ff. h. t.* Si autem ipſe Dominus fuerit condemnatus, tertius, tanquam negotiorum geſtor, appellare nequit. *l. 1. pr. ff. de Appell. recip.* Bachov. *ad Tr. 4. D. 33. th. 2. lit. D. & E.* (3.) Procurator. *l. 4. §. ſ. l. 18. ff. l. 9. C. h. t.* Etiamſi hoc ſpecialiter non fuerit demandatum. Carpz. *L. 3. Reſp. 109. n. 11. & 14.* Mev. *p. 1. dec. 216* Bardili *Exerc. 39. C. F. 1* J. P. Wurt. *p. 1. t. 58 §.* *So auch eine Parthie*, dummodo tota cauſa ipſi vel generaliter ſit commiſſa, appellare tenetur, *d. l. 31. §. 2. l. 8. §. 8. ff. Mandati, l. 17. C. de procurat.* Mynſ. *C. 2. O. 2. n. 4.* Gail. *l. 1. O. 139. n. 9.* Mev. *p. 1. dec. 216.* aliud enim dicendum de ſpeciali ad unicum actum dato. *l. 5. pr. ff. h. t.* Sed Quær. An Procurator, ad litem datus, appellationi renunciare poſſit? & Reſp. quod expreſſe nequeat, niſi ſpeciali mandato deſuper ſit inſtructus, *L. 28. §. 2. ff. de pact.* cum ipſius

ſuis Mandatum Procuratorium ad agendum, non ad abdicandum, datum ſit. Mev. *p. 6 dec. 190* Scaccia, *q. 17 lim. 2 n. 71. & ſeqq.* Roding *lib. 1. tit. 30. §. 16.* Tacite tamen poteſt, non appellando, vel appellationem non proſequendo; *l. 1. § f ff. quand. appell. ſit l. 10. C. de Procurat.* ad l. *l. 23. de min. 25. ann. l. 7. in f. de inſt. act.* Mev *p 3. dec. 29. n. 2.* D Schwed. *de renunciat. appell. §. 10.* Quomodo tamen Domino contra Procuratorem in tali caſu detur regreſſus? vid. ſupra *tit. de Procur. §. 58.* Dn. Schwed. *D. de renunc. appell. §. 10.* An autem Procurator interpoſitam appellationem invitus proſequi teneatur? vid. ſupra *tit. de Procurat. § 61* add. Beſold. *d. c. 5. § 7. & ſeqq.* ubi de ſatis hactenus recenſitis perſonis. Sicut Procurator, ita & Syndicus Civitatis appellare tenetur. Beſold. *d. n. 7. in fin.* Carpz. *l. 3 reſp. 6. n. 30* B. Dn. Parens m. *D. de Synd. th. 87. & 96. in fin.* Advocatum Cauſæ quoque valide ſine mandato pro cliente appellare poſſe, arg. *l. 14. C. de advoc. 1.* nec Domini Principalis ratihabitionem intra decendium neceſſariam eſſe, recte tradit Mev. *p. 1. dec. 91. & 216.* junct. *p. 5. dec. 77.* Dn. de Lyncker. *c. 4. §. 10. num. 3.* vid. omnino D. Schœpff. *de proceſſ. Dicaſt. cap. 8. §. 18.*

XIII. II. Appellare poſſunt omnes, quorum intereſt, ſententiam aut gravamen revocari, licet intermittente appellationem condemnato. *l. 4. §. 2. l. 5. § 1. & l. 20. ff. h. t. l 2. §. 1. ff. quand. appell. l. 1. pr. ff. de appell. recip. c. 18 x. h. t.* Mevius, *p. 1. dec. 159. pr.* Clezel. *de appell. c. 2. n 51. & ſeqq.* Tertius autem intervenire poteſt tribus modis, (α) alterius appellationi adhærendo; (β) ab alio interpoſitam appellationem ratam habendo, ut ſuo Marte eam proſequatur; (γ) à ſententia contra alium lata principaliter appellando. Tennag. *de dec. proc. cl. 4. c. 2.* Nec refert, intereſſe inpræſentiarum exiſtat realiter, ſive in futurum immineat. Beſold. *d. c. 5. § 2.* Modo hic tertius pro ſuo intereſſe non tantum intra decendium appellationem interponat; ſed & cauſas ſui intereſſe vel ſummariter ſaltem exprimat; Hartm. *tit. 5. O. 10. n. 7.* Mynſ. *C. 2. O. 1. n. 3.* Gail. *l. 1. O. 80. & O. 122. n. 4. & 5.* Bachov. *d. th. 2. lit. F.* Carpz. *Proc. t. 4. art. 2. n. 34.* Mev. *p 1. dec. 158.* conſideratur enim ut alius appellans ac principalis litigator. Gail. *d. O. 122. n. 8. in fin.* Mev. *p. 5. dec. 86. n. 1.* Hac ratione appellare poſſunt (1.) Domini per Procuratores condemnati. *l. 4. § 2. ff. h. t.* Ord. Prov. Wurt. *p. 1. t. 58. §. ult.* (2.) Autores, verb. gr. venditores emptoribus de proprietate victis, quia de evictione tenentur, aut ſi auctor egerit & victus ſit, non eſt deneganda Emptori facultas appellandi, quamvis venditor acquieſcat, vel ſolvendo non ſit. *d. l. 4. § 5. l. 20. C. de Evict.* add. Scacc. *q 5. art. 1. num. 35.* Fab. *in C. l. 7. tit. 25. def. 3. n. 2.* (3.) Cohæredes. *l. 5. pr. ff. h. t.* (4.) Legatarii, hære-

Intereſſe habentes quomodo appel.?

Intereſſe habentes qui?

hæredibus ex cauſa inoffic. teſtam. condemnatis, quia olim hoc caſu omnia teſtamenti capita reſcindebantur; *l. 5. §. 1. l. 10. pr. ff. h. t. l. 8 §. 16. l 13. l. 28. ff. de inoff. teſt.* Stryck. *in uſu mod. §. 5. h. t.* quod tamen Jure Nov. mutatum eſt, & tale teſtamentum tantum quoad hæredis inſtitutionem reſcinditur. *Nov. 115. c. 3. & 4. in fin.* ſupra *tit. de inoff. teſtam. §. 31.* (5.) Fidejuſſores ſententia contra principalem debitorem lata. *d. l 5. pr.* Carpz. *d. c 20. def 15. n. 6. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 5. h. t.* (6.) Cui eventus Litis legatus eſt. per *Nov. 112. c. 1. in med.* (7.) Magiſtratus, Dominus, Princeps, &c. Civibus, Subditis condemnatis, ſi illorum quoque interſit, ex grat. ab evocatione Gail *L 1. O. 125. 126.* ibi Græveus. Mev. *p. 1 dec 61.* (8.) Agnati Vaſallò condemnatò. Vult. *de Feud. L. 2. c. ult. n. 5.* De his & aliis vid Beiold. *d. c. 5. §. 5.* Dn. de Lyncker, *d. c. 4. §. 8.* Stryck. *§. 4.* & Joh. Voet. *n. 5. h. t.*

Aſſiſtens quomodo appellet?

XIV. Ab hac Appellatione Tertii differt, ſi quis ab alio rite interpoſitæ appellationi acceſſoriæ tantummodo, vel cauſæ tantum, aſſiſtendi gratia, adhæreat, *l. ſ. pr. C. h. t.* præſertim, ſi Appellans in cauſæ defenſione ſit ſuſpectus. *l. 4. §. 3. l. 14. pr. ff. h. t. l. 50. §. 1. ff. de leg. 1.* Talis adhærens admittitur, etiamſi intra decendium non provocaverit, appellationemve ratificaverit, per *d. l. ſ. pr.* ibi: *Si in judicium venerit, & cauſas appellationis ſua propoſuerit.* Dn. de Lyncker. *d. c. §. 9* poſt Myuſ. Bocerum, Beioldus, *d. c. §. 3* Dn. Stryck. *Introd. ad Pr. for c. 23. §. 21.* & tenetur cauſam proſequi in ſtatu, in quo reperitur. Dn. Stryck. *D. de commun. Appell. c. 4. n. 37.* Per appellationem autem principalis jam ſuſpenſa eſt ſententia, & omnibus, quibus gravamen eſt illatum, via aperta ut non alia opus ſit appellatione. Gail. *d. O. 122. n. 1.* poſt alios, Mev. *p. 5. dec. 125. n. 1.* Nec non adhærere poteſt ipſe Appellatus, ut jura ſua non deducta deducere, & de eo, quod ſibi ex ſententia deeſſe videtur, conqueri poſſit, *d. l. ſ. pr. C. h. t.* ibi Brunn. *n. 2.* Dn. de Lyncker. *d. c. 4. §. 1. n. 3.* etiam invito appellante, *c. 1. h. t. in 6to.* imo, ſi appellans in præjudicium appellati adhærentis appellationem deſerere, ſive renunciare vellet nihilominus Appellatus eam pro ſuo intereſſe proſequi, & Judex ſententiam quoad hunc injuſtam deprehenſam reformare poteſt. Mynſ. *C. 2. O. 21. & 59. in fin.* Gail. *d. O. n. 5.* Cleſtel. *d. c. 2. n. 41.* Bachov. *d th 2. lit. F. in fin.* Hahn. *ad W. h. t. n. 7.* Carpz. *J. F. p. 1. c. 19. def. 8. n. 6.* Dn. Stryck. *D. de Communione Appellationis, c. 3. n 29. & ſeqq* Sicque evitabitur Appellati præjudicium, & Judicis injuria, ſi victor & victus ſimul appellare vellent. *l. ſ. C. quando prov. non eſt nec.* add. J. Pr. Wurt. *p. 1. tit. 66.* add *ſeq. §. 18.*

Quinam pietatis & humanitat. ergo appell?

XV. Tandem III. ob rationem pietatis & arctiſſimam cognationem appellat Pater vel Mater filio in ſummum patrimonii periculum incidente: *l. 1. §. 1. ff. de*

de appell. recip. item Pater Filio, qui in Sacris eſt paternis, ſuper ingenuitate damnato; *l. 2. §. 2. ff. quand. appell.* (quamvis hoc caſu pro ſuo intereſſe appellet) Filius in cauſa Patris, *l. 32. §. 2. ff. h. t. l. 41. ff. l. 12. C. de Procurat.* Maritus pro uxore, *l. 21. C. de Procur.* Gail. *l. 1. O. 133.* vid. D. Harppr. *in continuat. Differ. Jur. Wirtemb. §. 6.* D Schœpff *de Proceſſ. Dicaſt. Wurt. c. 8. §. 18.* Uxor, ne maritus, vel res ejus arreſtentur, *l. 3. §. 2. ff. de liberal. cauſ.* vel ad excuſandam ejus abſentiam, *l. 4. C. de procur.* Mev. *p. 4. dec. 390.* Bach. *d. l.* ſupra *ad tit. de Procur. §. 39.* vel marito condemnato Faber. *d. tit. 25. §. 2.* Frater pro fratre. Conjuncta perſona pro conjuncta. Mev. *p. 5. deciſ. 77.* Dn. de Lyncker. *d. c. 4. §. 10. n. 1. 2.* vid. D. Bardili *Exerc. 39. C. F. 1.* Humanitatis gratia quilibet pro eo, qui ad ſupplicium ducitur, appellare poteſt, *l. 6. ff. l. 29. C. h. t. l. 6. C. de Epiſc. Aud.* etiam pro invito, & feſtinante ad mortem, *d. l. 6. in fin. l. 29. C. eod. l. 6. C. de Ep. Aud.* quod tamen hodie non amplius obſervatur. *ſeq. §. 19.* Reliqui, quorum nihil intereſt, nec mandatum ad appellandum habent, audiendi non ſunt, niſi principalis, cujus intereſt, appellationem intra decendium à tempore ſcientiæ ratam habuerit; *l. 1. pr. ff. de appell. recip.* ubi per particulam, Mox, intelligitur ſpatium X. dierum. per *l. 24. pr. ff. Rem rat. hab.* Nam decendio elapſo res deſinit eſſe integra. Carpz. *l. 3. Reſp. 109. n. 20.* Hinc Procuratoris ſubſtituti appellatio non valet, niſi accedat ratihabitio. Carpz. *de Reſp. n. 16.* Gylm. *voc. Appellationis materialia. §. ult.* J. Pr. Wurt. *d. p. 1. tit. 59. §. pen.* Lauterb. *Diſſ. de procurat. ſubſtitut. c. 3. §. 8.*

XVI. Excipiuntur à communi Appellationis beneficio & Lege excluduntur I. Servi, nomine Domini; *l. 15. l. 28. pr. ff. h. t.* ſed Domini eorum ad opem ſervo ferendam uti poſſunt auxilio appellationis; *d. l. 15. l. 18. ff. eod.* quod ad Adſcriptitios & Monachos extenditur. Glezel. *c. 2. n. 49.* Sin neque Dominus, neque alius pro Domino appellaverit, ipſi Servo, qui ſententiam triſtem paſſus eſt, hoc auxilium ſibi implorare poſſe, non denegatur. *d. l. 15.* II. Huic beneficio ſponte renunciantes, per *l. 1. §. 3. ff. a quibus app. non licet. l. ult. §. ult. C. de tempor. appellat. c. 61. §. Porro. x. h. t. c. 20. x. de offic. deleg.* etiamſi quis ante ſententiam profeſſus, ſe non provocaturum. *d. l. 1. § 3.* Ord. Cam. *p. 2. tit. 28. §. 1. in fin.* ibi: *Verbm.* Beſold. *c. 6. §. 5.* D. Bardili *Exerc. 39. C. F. 17. 18 & 19.* Sed Quær. Si quis promiſerit, ſe ſententiæ ſtaturum ac pariturum; *Er wolle es bey der Urtheil bewenden laſſen,* an renunciatio facta dici queat? Et ſane verba hæc expreſſe declarantia eſſe, cujusmodi requirunt Treutler. *Vol. 2. D. 33. th. 2. lit. B. & C.* Marant. *in ſpec. p. 6. act. 2. n. 330.* patet (1.) arg. *l. 1. ff. quod quisque jur.*

Excluduntur ab App. Servi.

Renunciantes.

in al. (2.) tum quod ea ad minimum tacitum pactum operari debere videantur. (3.) quia promittens, ſe ſententiæ ſtaturum, utique promittit, ſe ſententiam non impugnaturum. Nam quocunque remedio ſententia impugnatur, illo uti prohibetur, ſe ſententiæ ſtaturum promittens; atqui remedio appellationis, &c. Ergò. Minor prob. per *l. 1. §. f. ff. ad SCtum Turpill.* plures rationes vid. apud Bach. *ad Tr. loc. cit. ubi Reſp. ad obſt. c. 20. x. h. t.* Dn. Schweder tamen *Diſſ. de Appell. Renunc.* §. 22. alios allegat, qui volunt ſubintelligi, modo ſententia nulla iniquitate laboret; Cæterum Renunciatio appellationis non excludit alia remedia. Gail. *l. 1. O. 153. n. 2.* Beſold. *d. tr. c. 6. §. 5. in fin.* Dn. de Lyncker, *d. tr. c. 9. parte 2. §. 9. n. 2.* Dn. Schwed. *d. D. §. 23.* Conſ. Sutorius, *tr. de non evoc. th. 80. & ſeq.*

Renunciatio. Appell. quotuplex? Expreſſa,

XVII. Hæc Renuntiatio eſt vel Expreſſa, vel Tacita. Joh. Voet. *n. 2. h. t.* Illa fit verbis expreſſis declarando, ſe nolle appellare. *d. l. 1. §. 3. d. l. §. ſenult.* Subdividitur in Simplicem, quæ fit ab una ſaltum parte; *c. 70. §. Illæ denique. x. h. t.* ſicque appellans appellationi jam introductæ renunciare poteſt; Gylm. *voc. de Appellatione in cauſ. crim. p. 57.* & quæ fit per modum pacti, nimirum utriusque partis conſenſu ſuper appellatione introducenda. *d. l. §. f.*

Tacita.

Tacita eſt, quæ ex aliquo actu vel facto elicitur, (1.) quando Partes coram Judice à quo in eadem cauſa principali citra proteſtationem ulterius procedunt; *c. 10. h. t. in 6to. c. 20 x. de offic. deleg.* Gylmann. *l. 1. deciſ. 44. n. 13.* D. Schweder *de renunciat. appellat. §. 18.* (2.) Si quis poſt ſententiam latam, virtute hujus, ſimpliciter aliquid ſolverit, vel dilationem ad ſolvendum petierit, ſine reſervatione quadam. *l. 5. C. de re jud.* (3.) Super judicatis tranſigendo. *l. 40 §. 1. ff. de pact.* (4.) Juramentum judiciale adverſario deferendo. per *l. 12. §. 3. C. de reb. cred.* (5.) Si appellans non faciat, quod ad ſubſtantiam appellationis ex lege, conſuetudine, vel ordinatione facere tenetur. Item *(6.)* Si, lite pendente ſuper appellatione, ſpoliet adverſarium. De his & aliis pluribus vid. Dd. *ad l. 10. in f. ff. h. t.* Roding. *l. 1. tit. 30. §. 8. & ſeqq.* late prælaudatus Dn. Schweder *d. D. §. 16. & ſeqq.* Blum. *Pr. Cam. tit. 44. & 55.* jung. Myns. *C. 3. O. 22.*

Renunciatio ſimplex & jur. vel geminata.

XVIII. Porro dividitur Renunciatio in Simplicem & Juratam, cui æquipollet Geminata. In Renunciatione Appellationis interponendæ, & jam interpoſitæ; *d. l. 1. §. 3. ff. a quib. appell. non lic. l. 28. C. c. 70. §. Illæ denique. x. h. t.* Dn. Schweder, *§. 6.* ſed ratione hujus, an alterutro invito fieri queat? dicendum, quod à ſententia interlocutoria invito appellato ſit perpermiſſa. Verum caſu contrario diſtinguitur, an appellatus velit remitti cauſam

ſam ad priorem Judicem, ut in principali cognoſcat. Tuncque Appellantis conſenſus requiritur, *Mev. p. 1. dec. 331. & ſeq.* Brunnem. *de proc. civ. c. 28. n. 10.* Sin ſolius appellati verſetur favor, appellans conqueri non poteſt. Gail. *l. 1. O. 136. n. 1. 2.* Mynſ. *C. 3. O. 79.* Klock. *V 3. conſ. 117. n. 12.* late Clezel. *de appell. c. 6. n. 133. ſqq.* Quoad Renunciationem Appellationis à Definitiva interpoſitæ, diſt. An Appellatus adhæſerit intra decendium? & non admittitur. vid. *prec. § 14.* annon? & tunc re adhuc integra, ſcilicet adverſa parte nondum citata, appellans pro lubitu recedere poteſt, modo refundat expenſas ab appellato in appellationem factas, per *l. 79. ff. de jud.* niſi juſte appellatum, exque non petitæ fuerint. Mevius, *p. 6. dec. 191. & ſeq.* Re amplius non integra appellans ſuo quidem favori, ſed tertio præjudicare nequit, Carpz. *d. l. def. 9. n. 5.* Stryck. *in uſu mod. § 18. de appellat.* Niſi appellatus appellationem impugnaverit, vel except. deſertionis, aut non devolutionis oppoſuerit, vel conſenſerit, vel ipſius nil interſit. Scaccia, *quæſt. 17. limit. 2. n. 102.* Mevius, *p. 3. dec 191.* His enim caſibus appellans invito appellato renunciare poteſt, ſicut ſi plura habeat capitula, & quidem diverſa, appellatio ab uno articulo facta non fit communis: ſecus ſi ſint connexa. prout hæc ſingula ſolide explicat poſt Dn. Strykium, *d. D. de commun. appell.* Dn. Schweder, *d. D. § 11.*

XIX. Nec poſſunt appellare III. qui judicis inferioris privilegio, vel Jure communi, vel Camerali in totum prohibentur. Ord. Cam. *d. 2. 28. § 1.* de quibus in ſeqq. tit. IV. Qui ſunt Indigni. Sic propter delicti atrocitatem condemnatos ſtatim puniri Reipublicæ intereſt, ut ſunt inſignes Latrones, ſeditionum concitatores, factionum Duces, manifeſti Raptores, *l. 16. ff. h. t. l. 6. § 9. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam. c. 5. in fin. x. h. t.* Virginum & Viduarum honeſtarum raptores, *l. un. pr. C. de rapt. virg.* Monetæ adulteratores, *l. 1. C. de falſ. monet.* Malefici, Venefici, & alii *in l. 2. l. 4. l. 6. C. quor. app. non recip.* qui ſcil. convicti & ſua ſponte confeſſi ſunt crimen; *d. l. 2.* Imo, qui tantum confeſſi; ſed ſponte & conſtanter, citra omnem errorem, nec jure Canonico, nec Civili beneficio appellationis gaudent, per *d. l. 2. in fin. C 3. §. Si autem de appellat. in Auth. c. 3. in fin. C. 61. §. Porro. x. eod. c. 25. cauſ. 2. q. 6.* Bachov. *ad D. th. 3. lit. F. verſ. Sponte confeſſi.* Stryck *in uſu mod. § 4. h. t.* Sicque de notoriis criminibus, ac quorum pœna eſt ſtatuta, appellatio ceſſat, *l. 244. ff. de V. S.* Beſold. *c. 6. § 2.* Et hoc non tantum obtinet in criminalibus, ſed etiam in cauſis civilibus; nam confeſſio in jure vim judicati habet, *l. 1. l. 6. pr. ff. de confeſſ.* Nec refert, Confeſſio in jure aut in judicio facta ſit, imo extrajudicialis quoque interdum. Bach. *d. l. § in Civilibus, d. c. 5. § f. c. 61. §. Porro, c. 3. §. Si autem.* Carpz. *J. F. p. 1. c. 20. defin. 13. n. 3. & lib. 3. Reſp. 127. n. 11.*

Excluduntur Prohibiti Privilegio, Indigni.

late Beſold. *de appell. c. 6. n. 1. per tot.* J. Pt. Würt. *p. 1. tit. 71. §. Als da einer, &c.* juxta ea, quæ ſupra ad tit. *de Confeſſ. §. 16. usque ad 24.* Lauterb. *Diſſ. de confeſſ. th. 31.* Joh. Voet. *n. 6. h. t.* Banniti & Excommunicati, quia omnia jura Civilia amittunt, hanc actionem ante ſententiam Banni declaratori. m inſtitutam proſequi nequeunt; attamen ut Rei conſiderati, ſi citentur, per Procuratorem comparere, ſeque defendere, à ſententia lata appellare, & appellationem proſequi poſſunt. Myns. *C. 3. O. 32. & C. 6. Obſ. 5* ibique von Gülich. Gail. *de P. P. l. 2. c. 12. & ſeqq.* Blum. *tit. 44. n. 16.* juxta præjud. apud Gylmann. *voc. Appellans. §. Cum in Cam. & voc. Banditi. §. Bannitus actionem.* Cæterum quomodo hodie in Criminalibus pœnam corporis afflict. inferentibus appellatio non recipiatur, dicetur infra ad *tit. de App. recip.* V. Officiales Judicum, ob delictum in officio commiſſum, à proprio Judice condemnati, *l. 3. C. quor. appell. non recip.* ut tanto magis ab omni ſorde & rapina abſtineant. Secus ergo eſt, ſi Officialis in alia cauſa, ubi forte de patrimonio ſuo litigat, condemnaretur; tunc enim vel ipſe, vel per Procuratorem recte appellat, *d. l. 3.* ibi Brunnemann. *num. 2.*

Contumaces ab App. excluſ.

XX. VI. Veri atque manifeſti Contumaces in non veniendo, qui ſcilicet poſt L. C. legitime citati (*l. 53. de re jud.* ſupra *tit. de in jus voc. §. 16.*) comparere noluerunt, Gail. *l. 1. O. 131. n. 8.* D. D. Majer. *in Diſſ. de contumacia. th. 25.* Lite ſic deſerta, cauſa cognita, pronunciatur (Eremodicio ſit condemnatio, *l. 7. §. f. de minor. l. 13. judic. ſolv.*) & provocandi licentia denegatur, *per l. 23 § fin. ff. h. t. l. 1. C. quor. appell. non recip. l. 73. §. f. ff. l. 13 §. 2. 3. & 4. C. d. Judic. Nov. 82. c. 5. in f. c. 6. in med. cauſ. 24. q. 3.* Qui autem contra Leges peccant, indigni ſunt LL. beneficio, *l. 37. in f. ff. de min.* Bachov. *d. th. 3. lit. D. & E. verb. Contumaces* Beſold. *c. 6. §. 4.* Scacc. *q. 17. lim. 3 & de judic. l. 1. c. 93.* Clenzl. *d. tr. c. 2. n. 76.* Mev. *p. 1. dec. 180. & p. 5. dec. 179.* Brunnem. *proc. civ. c. 28. §. 29.* vid. D. Bohmer. *in Diſſ. de contumacia non reſpond. in cauſ. civil. §. 3.* Sic in Cam. Imper. Mandatum de non admittendo Appellationem à Sententia in Contumaciam non venientis lata in eventum caſſando S. C. decretum die 16. Nov. 1698. Idem obtinet in Foro Saxonico, teſte Carpz. *3. Reſp. 111. n. 1. & 11.* add. *J. F. p. 1. c. 20. def. 14. & Proc. tit. 11. art. 2. n. 29.* Berl. *p. 1. concl. 50. n. 105.* H. *Landr. d. l. §. Wann einer.* Modo ſententia ſuper cauſa principali lata ſit. Dn. de Lynck. *d. tr. c. 6. §. 16. n. 7.* Cæterum, ſi quis alio modo contumax ſit, non ſtatim excluditur, ex. gr. ſi rationes vel inſtrumenta non ediderit, *l. 28. §. 1 ff. h. t.* Bocer. *cl. 6. D. 34. th. 14.* vel ſuper aliis actibus proceſſus. Brunn. *ad l. 25. C. h. t.* Stryck. *in uſu moderno §. 78. de interrog. injur. faciend. & §. 3. h. t.* Item ſi contumax in non agendo. Gail. *d. l. n. 7.* Et ſi Procurator

curator ex ſua culpa contumax fuerit, quia litis dominus factus eſt, principali nocet quantum ad partem, & amittit beneficium appellationis, *l. 10. C. de Procur.* Non obſtat *l. 1. §. 5. ff. quand. app.* ubi non de Procuratore contumaci agitur; ſed de eo, qui non appellavit; Bachov. *d. tit. verb. Quinſi.* Sed Dominus, quicquid damni inde ſenſit, conſequitur actione mandati adverſus Procuratorem, *l. 8. §. 1. ff. mandat. d. l. 10.* Ord. Cam. *p. 3. t. 41. pr.* Rec. I. *de Anno 1654. §. Nicht weniger. 85.* Interdum Dominus reſtituitur in integrum. Gail. *l. 1. O. 45.* Bach. *d. l.* De his dictum ſupra ad tit. *de Procurat. §. 58.* Quomodo vero adverſus Actoris vel appellantis, item Rei vel Appellati contumaciam, item adverſus contumacem tandem ante vel poſt concluſionem cauſæ procedendum ſit? vid. Ord. Cam. *p. 3. tit. 42. & ſeqq.* Roding. *Pand. Cam. lib. 3. tit. 54. & ſeqq.* Blum *tit. 66.* Clezel. *d. cap. 2. n. 57. & mult. ſeqq.* Mev. *part. 6. dec. 270. & p. 8. dec. 427.*

XXI. VII. Tribus conformibus ſententiis validis v. Mev. *p. 6. dec. 114.*, ſuper iisdem capitulis victi; *l. un. pr. C. ne lic. in una ead. cauſ. N. 82. c. 5. c. 65. x. h. t.* Beſold. *d. c. 6. §. 3.* ſed hoc non obſervari in Camera Imp. vid. Ord. Cam. *p. 2. tit. 28. pr. & §. 1.* Mynſ. *C. 1. O. 15.* Gail. *l. 1. O. 72. num. 3.* De Foro Sax. vid. Carpz. *proc. L 17. art. 4. num. 9. & ſeqq.* Stryck. *in uſu moderno §. 5.* & Joh. Voet. *num. 6. h. t.* VIII. Pauperes ad Cameram appellantes non admittuntur, niſi, paupertate edocta, juramentum deſuper præſtiterint, nec non literæ pro informatione prius decerni debent, ut de juſta litigandi cauſa conſtet. Concept. *Cammer-Ger. Ordn. p. 1. tit. 55. pr. & §. 3.* Gail. *l. 1. O. 142. n. 7.* Mev. *p. 5. dec. 83. n. 4.* add. Blum. *tit. 64. §. 22. & ſqq.* plura vid. infra *ad tit. de Appell. recip. §. 14.*

Tribus Sententiis conformib. victi

Pauperes quat. appellare poſſint?

XXII. Is vero, contra quem provocatio inſtituitur, dicitur *Adverſarius*, *L. 5. pr. l. 5. §. 5. ff. h. t.* vel Appellatus, *l. 29. ff. de Judic. l. 1. ff. ex quib. cauſ. maj. l. 16. ff. de fidejuſſ. Auth. Et conſequenter. C. de ſent. & interl. c. 26. 44. x. c. 1. in 6to. h. t.* Quomodo vero Appellationi adhærere, item & renunciare poſſit, dictum eſt in præced. *§. 14.* Sin legitime citatus in primo termino non compareat, poſtulanti decernitur proclamatio, & ſex poſtea juridicis effluxis, de jure Camerali antiquo, Actori licebat, vel ad bannum, vel ad immiſſionem ex primo Decreto in bona citati, vel in cauſa principali procedere; Ord. Cam. *p. 3. tit. 41.* ſed hodie duabus prioribus viis rejectis in tertia ſemel electa permanendum eſt; Rec. I. *de Anno 1654. §. Wurde hierauff 31.* niſi contra Tutores, Curatores, vel quoscunque alieno nomine citatos procedatur, tunc adhuc obtinere videtur diſpoſitio R. I. *de An. 1600. § In dem Fall 91* juxta præjud. in cauſa *Munchhauſen contra das Thumcapitul zu Hildesheim. Appell. d. 12. Dec. 1659.* poſt alios,

Appellati Synon.

 Roding.

Roding. *l. 3. tit. 36.* De reliquis cauſarum generibus pluribus dicetur in *ſeqq. titt.* & de Appellationis Affinibus Remediis ſub fin. materiæ Appellat.

XXIII. De Relationibus.

Relatio quid?

Altera pars hujus Tit. inſcribitur de Relationibus, quæ olim apud Romanos frequentiſſime, per *t. t. C. de Relat.* Relatio hæc nihil aliud eſt, quam cauſæ dubiæ à Judice inferiori ad ſuperiorem Principem vel Præſidem remiſſio, ut hic, quid judicandum ſit, reſcribat, *l. 1. C. de Relat. l. 1. §. 1. l. 22. l. 26. ff. h. t. l. 79. §. 1. ff. de judic.* Sicque acta integra relationi ſociandа, & ad Superiorem tranſmittenda erant, *l. 1. C. de Relat. d. l. 79. §. 1. l. 11. §. 2. ff. de muner.* in quo cum Appellatione conveniunt, & Referentis in ea cauſa tamdiu ſuſpenditur Jurisdictio, *d. l. 1. l. 5. C. de Relat.* Ut autem partibus conſtaret, relationem omnia narrata continere, & in facti ſpecie nil deſiderari, conſultationis exemplum, Litigatoribus, vel partibus illico apud acta edendum erat, ut vel conſentirent, vel ſi cui forte Relatio minus plena vel contraria videretur, refutatorias preces ſimiliter offerret, *d. l. 1. & l. 3. C. d. t.*

Ejus Differentia ab Appell.

Differt ab Appellatione, quia (1.) Relatio fit de rebus adhuc dubiis, & quidem ratione juris, non facti; *d. l. 79. §. 1.* nam factum ſupplere Princeps non poteſt, Appellatio de rebus deciſis. (2.) Relatio ad concipiendum, ſed appellatio ad reſcindendam ſententiam; & (3.) Relatio ante; Appellatio vero poſt ſententiam latam. *l. 1. C. d. t.*

XXIV. Sed Relationes ante Appellationem olim ſolitæ ſunt ſublatæ; per *Nov. 125. cap. 1. Auth. Novo jure C. de Litig.* quia moram judiciis longiorem afferre ſolebat. Steph. Rittersh. *ad d. N.* Brunnem. *ad d. Auth. n. 1.* Gudelin. *de jur. Nov. l. 4. c. 12.* putat quidem, hanc prohibitionem non eſſe generalem, ſed tunc demum, quando Judices nimis faciles ad ſe à laboribus exonerandum, vel odium evitandum referre vellent. Verum d. Nov. ob generalitatem ſuam hujusmodi reſtrictiones non admittit. Jure quidem Canonico hæc Relatio eſt approbata, *c. 61. x. de Appellat.* & in Ord. Crim. toties præcipitur, hodieque obſervatur, uti ſupra monuimus. vid. Stryck *in uſu moderno p. 2.* Joh. Voetius, *n. 21. h. t.*

Loco ejus hodie eſt Tranſmiſſio Actorum.

XXV. Vicem ſupra d. Relationis hodie præſtat, ſi Judex imperitus, vel ſuſpectus (vid. Rennem. *de tranſm. act. c. 6. n. 6. 7.*) item, ſi cauſa vel ſumma non ſit appellabilis, Tranſmiſſio Actorum ad impartiales, ſive JCtos, ſive Collegium Juridicum, ſive Univerſitatem, Rec. Deput. 1600. *§. Es ſoll aber. 16.* Rec. I. N. de Anno 1654. *§. Doch mit dieſem. 105. in ſ. excep.* niſi Statuum Privilegia, Statuta, & Ordinationes judiciales aliud inferant. Rennem. *d. tr. c. 4. n. 7. & 10.* Schrad. *de feud. p. 10. ſect. 14. n. 66. & ſeqq.* Dn. L. B. de Lyncker, *de G. E. c. 6.*

E. c. 6. §. 32. n. ult. Textor. *ad R. N. D. 11. th. 30 & ſq.* Blum. *in proceſ. Cam. tit. 46. n. 15.* D. Harppr. *C. 61. n. 28* Et ſi in dictis caſibus (alias enim Judex non cogitur, Berlich. *p. 1. concl. 39. n. 12.*) tranſmiſſio denegetur, Mandatum S. C. de non impediendo uti jure Conſtitutionum Imperii & de tranſmittendis actis ad impart. deſuper in Camera impetrari poteſt, ut præjudiciis firmat Roding. *l. 1. tit. 20. §. 49. & 50.* & *in Mantiſſ. 7.* & ita diverſis vicibus decretum eſſe memini, item *Daß die vorgekommene Acta nach rechtlicher Gebühr inrotuliret, ohne whereſter ge recommendation an eine unpartheyiſche Univerſitat oder Juriſten Facultät, zu Abfaſſung einer Acten-und Juſtiz-mäſſigen Urthel, verſchickt &c.* S. C. *hiermit erkennet.* add. Ord. Cam. *p. 3. t. 4. §. 15.* & apud. Blum. *Sent. in cauſ. C. A. contra L. Mandati, die 6. Jul. Anno 1664. latam in ſ.* Judex autem Reſponſum vel Sententiam ab impartiali iſto Collegio præciſe ſine mutatione, (aliud eſt, ſi Judex proprio motu petierit, vid. ſupra *tit. de re jud. §. 27.*) ſequi & exequi tenetur Renn. *c. 15. n. 1. & ſqq.* Hinc Acta ſicut in præſentia partium clauduntur, ita à Collegio remiſſa, partibus ad id citatis demum reſignari, publicari & prælegi ſolent. Dn. L. B. de Lyncker. *d. tr. c. 6. §. 32. n. 3. & 5.* Verum ſi in cauſa dubia petita actorum tranſmiſſio non facta, ſententia eſt quaſi ipſo jure nulla. Vant. *de nullit. ex defect. jurisd. p. m. 146. & ſqq.* Menchen. *tit. dec. 10. n. 32.* vid. tamen Deckherr. *in Vind. ad Blum. tit. 27. n. 159. ſqq.* D. Harppr. *Conſ. Tubing. 86. n. 149. & Conſ. nov. 44. n. 70.* & juſtum gravamen appellandi infert Gylman. *tor. Sententia.* Rennem. *c. 4. n. 8.* qui circa hanc materiam ulterius evolvi meretur. Sed quæritur: Si litigantes ſint pauperes, num tranſmiſſio atque Reſponſum gratis fieri debeant? Hujusmodi petitum die 5. Aug. 1701. in Cam. Imp. denegatum fuit, reſervata ſupplicat. ad Dominum loci, ut jura tamen. & ſportularum ex publ. ſuppeditari curet.

XXVI. Alia ſpecies Relationis eſt, quando Judex ſuperior à Judice à quo exigit ſuper Supplicantium narratis, eorumque circumſtantiis (fundata de cætero Jurisdictione) informationem antequam appellatorias aliosve proceſſus decernat, quod fieri debet in cauſis Pauperum, Rec. Dep. de Anno 1600. *§. Dann obwohl 9.* Concept. *Camwerger. O. p. 1. t. 35. §. 5.* it. ſi Subditi, qua tales, in cauſis mandatorum & ſimplicis querelæ contra Magiſtratum ſupplicant, Concept. *p. 2. tit. 25. §. 5.* Rec. I. 1654. *§. Benebens ſollen 99.* ubi tamen notanter adjiciuntur verba: *Nach leidlich erkennen, &c.* ceſſabunt enim hujusmodi literæ, nec expectanda eſt relatio, uti ſupra jam authoritatibus edoctum, ſi narrata ſint enormia atque probata, vel includant factum *auf die vier Fälle* qualificatum, vel quid tentetur adverſus ſententiam in Camera latam. per Auth. & Præjud. apud Deckherr. *d. tr. c. 4. §. 5. n. 13. & ſeqq.* Item in cauſis Appellationis, quæ Item petita Informatio Cauſæ.

ad

ad Politiam & Statum publicum directo ſpectant. *dicto R. I. §. Wie man ſolches 100.* ibi: *Sachen, die bey einem Reichs-Stand aus gemeinen eingeführet, guter Policey, Zunfft- und Handwercks Ordnungen anhangen.* add. Cap. Cæſar. *art.* 3. §. 17. Mev. *p.* 3. *dec.* 154. Stryck. *in uſu moderno* §. 21. *de appellat.*

Forma decernendi in Cauſa.

XXVII. * Hujusmodi literæ pro informatione *Schreiben und Bericht* decernuntur (*ſeynd die gebettene Proceſs*) *noch zur Zeit abgeſchlagen; ſondern ſolle, dieſer Sachen ſonderlicher Beſchaffenheit nach, an Richtern voriger Inſtanz* (*beklagten*) *um ſeinen außführlichen und gründlichen* (*ſtandhafften*) *Bericht hierüber innerhalb ſechs Wochen*, à die Inſinuationis, *an dieſes Kayſerl. Cammer-Gericht verſchloſſen einzuſchicken*, (& pro re nata quandoque additur temporalis inhibitio) *und mit fernerem Verfahren bis auf weitere Verordnung inne zu halten, zugeſchrieben werden.* Ad has in Cancellaria expeditas juncta Supplica cum adjunctis clauſas debite inſinuatas Magiſtratus requiſitus Informationem, *das Bericht-Schreiben*, clauſam transmitti, & Judici Cameræ ita exhiberi curet; alias ad obſignandum remittenda foret, etiamſi in Decreto, *verſchloſſen*, expreſſum non fuerit. per præjud. apud Roding. *l.* 3. *tit.* 19. §. 16. Ex qua, ſi jurisdictionis vel actionis defectus manifeſte appareat, ſupplicanti ad refutandum non communicatur: Sin minus, petenti copia literarum informatoriarum ex Cancellaria redempta ad refutatorias, *zum Gegenbericht*, concedi debet & ſolet, quibus etiam exhibitis proceſſus vel denegantur, vel decernuntur, & hoc idem ſæpe contingit in contumaciam non reſcribentis, vel in caſu dubio. De his ſingulis & aliis effectibus, præter alios Cameraliſtas, vid. Dn. Limbach & Deckherr. *de Proceſſu Informativo Informato*, *c.* 3. *& per tot.* Rhetz. *Diſſ. de Literis informator.*

TIT. II.
A QUIBUS APPELLARE NON LICET.

Cod. *Lib.* 7. *Tit.* 42. Extra *Lib.* 3. *Tit.* 18. *c.* 53.

§. I.

Subjectum Judicum à quibus?

NUnc agitur de Subjecto Judicum à quibus. Ab omnibus autem Judicibus inferioribus gravamen inferentibus appellare licet, qui non in ſpecie excipiuntur. Requiritur ergo I. Judex vel Magiſtratus. II. Injuſte pronuncians vel gravans. *l.* 1 *pr. ff. de Appellat.* Sic excluduntur (1.) Privati, propter illorum enim injurias actionem competere notum eſt: item, ſi Magiſtratus, tanquam pars proceſſerit. Concept. *Cammer-Gerichts-Ord. p.* 2. *t.* 31. §. *ult.* add. L. B. de Lyncker. *de G. E. c.* 3. *ſect.* 1. §. 22. (2.) Arbitri Compromiſſarii. arg. *l.* 3. *C. de Jurisd. omn. Jud. l.* 27. §. 2. *ff. de his, qui arbitr. l.* 1. *C. eod.* vid. ſupra ad eund. tit. §. 37. & 38. ubi variæ limit. Beſold. *de appell. c.* 3. §. 3. III. Ut ſi Judex inferior, Carpz. *l.* 3. *Reſp.* 126. *num.* 10. ſive Ordinarius, ſive Delegatus nihil

Auſtregæ.

nihil refert; *l. 23. pr. ff. l. 16. l. 19. l. 30. C. de Appell.* ſive ſint Auſtregæ, & quidem vel Ordinationis, (quibus & quibus in caſibus hoc privilegium competat, quomodo item eligantur atque conſtituantur, ac quomodo procedatur? vid. poſt. Ord. Cam. *p. 2. tit. 2. & ſeqq.* Blum. *tit. 27.* & ibi Deckherr, *in addit.*) vel Conventionis, *gewillkürte Auſträge*, vid. Dn. de Lyncker. *d. ſect. 1. §. 15.* qui ſunt vel in eadem Familia, *Stamm-*vel perpetui, *Erb-Auſträge.* Schubh. *de Auſtr. th. 8.* Ab his omnibus appellare licet ad Cameram, ſalvis tamen privilegiis & prærogativis, Ord. Cam. *p. 2. t. 2. §. 2. t. 6. & t. 21. pr.* Blum. *t. 27. §. 202.* niſi litigantes ſponte appellationis beneficio renunciaverint, aut natura negocii, vel ſententiæ appellationem reſpuat. Tennag. *de autem proc. cl. 4. pr. n. 2.* Porro à Commiſſariis Cæſaris ad inſtantiam partium datis & Delegatis: per Auth. & præjud. 2. ut Roding. *lib. 1. tit. 23. n. 6.* Tennag. *d. cl. cap. 5.* Mev. *p. 1. dec. 250. & 256. n. 11.* junct. *p. 2. dec. 11.* ita legitur in Ord. Jud. Aul. Ferd. III. *tit. 2. verſ. Dieweil aber in ſ. Und ſtehet in dieſem Fall, vermög unſerer Cammer-Gerichts Ordnung, denen Partheyen die Appellation von Urtheilen der Commiſſarien an Uns, oder unſer Kayſerl. Cammer-Gericht bevor*: quia duo ſuprema Imperii Judicia concurrentem habent Juriſdictionem, quamvis communi loquendi uſu Cæſarem cum Camera concurrere dicatur, cujus explicationem vid. apud Deckherr. *Vindic. ad Blum. tit. 25. n. 41. & ſeqq.* & *de Proceſſ. Inform. c. 1. p. m. 17.* vid. Stryck. *in uſu moderno §. 2. quis & a quo appell.* A Judice qua tali extrajudicialiter gravante. *c. 51. x. de appell.* Concept. *Cammer-Gerichts-Ord. p. 2. tit. 31. §. 16. & 17.* Mynſing. *C. 4. O. 43. n. 3.* Gailius, *l. 1. O. 120. num. 1.* per præjud. apud Gylmann. *verſ. Appellatio extrajudic. p. 22.* vid. omnino Dn. de Lyncker, *d. l. §. 6. & ſeqq.* Roding. *d. tit. 23. n. 7. & ſeqq.* Blum. *d. t. 45. n. 2. & ſeqq.* Tennag. *d. cap. 6.* vid. *§. 5. de appell.*

Commiſſar. Cæſarn.

Extrajud. grav.

Jud. Feud. & Pares Curiæ.

II. A Judice Feudorum generali, & Paribus Curiæ ad Cameram Imperialem appellatur, Mynſing. *C. 5. O. 90. n. 3. 4.* Gail. *l. 1. O. 1. n. 36.* Tennag. *d. l. c. 4.* niſi ſint cauſæ Cæſareæ Majeſtatis cognitioni reſervatæ. Stryck *Exam. Jur. Feud. c. 21. q. 27. & 28.* vid. ſupra *tit. de interd. §. 27.* A Judicibus Rothweilenſibus Rec. I. de Anno *1570. §. Und nach dem 71.* Blum. *d. tit. n. 15. & ſeqq.* ubi tamen ſub *n. 22.* Cameræ in Cauſis Nullitatis aliisque Juriſdictionem, contra plus quam centenariam Obſervantiam contrariam, & ſine concludente ratione denegat. A Judiciis provincialibus Cæſareis, *vom Land-Gerichte*, Cameram Imperialem appellationes & olim, uti probant Magenhorſt. *ad O. C. p. 2. tit. 28. pr.* Roſacorb. *prax. for. c. 108.* Gylmann. *tit. Appellare quibus.* & *Land-Gericht.* Beſold. *de Appell. c. 2. §. 19.* Rümel. & Myler. *ad A. B. p. 2. D. 2. th. 6.* & hactenus recepiſſe docent præjudicia recentiora. Dn. Schweder. *in Jur. publ. ſect.*

Jud. Rothw.

Judic. Prov. Cæſ.

Prin. quam Eccleſ. eorumq; Official. in Civil.

ſect. 1. cap. 10. § 12. A Principibus Eccleſiaſticis, qui Regalia vel Feuda ab Imperatore recognoſcunt, Item ab eorum Officialibus in cauſis Civilibus, ex. gr. Teſtamenti, &c. appellatur ad Cameram Imperialem. Gail. *l. 1. O. 30.* Frider. *de proceſſ. l. 1. c. 11.* Gylm. *tom. 3. voc. Appellare quibus. & T. 1. p. 1. tit. 3. vot. 1.* ſicut & ab Officiali Monaſterienſi, *Gem. Beſcb. de Anno 1603.* Item in cauſis mixtis, ubi præſertim meri facti quæſtio incidit, præjud. firmat Rodig. *d. tit. n. 18. & tit. 1. § 32 cum ſeq.* junct. Mantiſs. 4. Dn. de Lyncker, *Annot. ad Schroed. lib. 1. c. 28 q. 4.* Licet ab iiſdem Recurſus Rotalis vel ad Curiam Romanam, vel Nuncios Apoſtolicos fieri velit, quia in cauſis Civilibus nullam poteſtatem habent, in utroque ſupremorum Imperii Judiciorum decernuntur Mandata de non evocando, item Mandata Caſſatoria & Inhibitoria S. C. cum citatione ſolita, & ad videndum ſe incidiſſe ac condemnari in pœnas violatæ Juriſdictionis Imperii, idque per Rec. Imp. de Anno 1512. *§. Item es ſollen.* Rec. I. nov. §. *Als ſich denn 138* Capitul. Carl. § 18 ſecundum perplurima præjudicia; & ſic proxime ante Juſtitium decretum fuit in cauſa *Klein* contra *Frolich*, item ſupplicavit Fiſcalis contra Seniorem & Capitulum S. Andreæ Hildeſ. pro Mandato de revocando appellat. in cauſa regimen politicum concernente ad Curiam Rom. interpoſitam, & ab ea deſiſtendo, &c. S. C. cum Citat. ad vid. &c. & hujuſmodi transgreſſores mulctari ſolent etiam 100. marcis auri puri, juxta præjud. de Anno 1512. die 20. Febr. apud Seilerum, *in Sent. Cam.* item die 6. Nov. An. 1576. à ſententia Cæſarea ad Pontificem appellanti Epiſcopo Halberſtadienſi per Decretum injunctum fuit, ut ſub pœna privationis omnium Regalium & Privilegiorum ab Imp. dependentium, intra 15. dies poſt inſinuationem, ab ejuſmodi appellatione deſiſteret. Dn. Schroeder *Introd. Jur. publ. part. ſpec. ſect. 1. c. 11. § 5. in f.* add. *Cammerger. Ordn. p. 2 tit. 7. ibi in f. Aber doch dieſelben aus dem Reich Teutſcher Nation nicht citiren.* Limn. *J. P. l. 2. c. 9. n. 94.* Gœdd. *V. a. Conſ. Marp. 48 n. 55.* Uffenbach, *de Conſ. Imp. Aul. cap. 23. p. m. 272. in f.* In Gallia à Rege ad Papam provocans fit Reus criminis L. M. Pompon. *rer. jud. l. 77. tit. 1. arreſt. 2.* Conradus Rex Romanorum Trajectenſes ab Eo ad Papam appellantes pro reis *Majeſtatis* declaravit. Schutz. *J. P. V. 1. Exerc. 3. th. 14.* Contra hæc plane nihil facit, cum aliis, fundamentum fere palmarium, quod Joſephus Sacripantes in Defenſione Juriſdictionis Eccleſiaſticæ circa appellationes ab Offic. Epiſc. Leod. in cauſis profanis inter Laicos ad Superiores Eccleſiaſt. *n. 5* in eo ponit, quaſi in Chriſto & Eccleſia ſemper fuerit uterque gladius, ſed v. poſt Bernhardi *Conſid. ad Eugenium.* Marcus Antonius de Dominis, *de Rep. Eccl.* P. de Marca, *de Concord. Sacerd. & Imp.* Herw. *Lud. Bav. Defenſ.* Marſil. Patavini *Defenſ.*

conſ. patr. & alii ſupra tit. *ad Leg. Jul. Majeſt. §. 12.* alleg. A quibus ulterius ad Cameram appellare liceat, adde ex Blum. *d. tit. 41.*

III. Cum autem Appellatio gradatim ab Inferiore ad Superiorem fieri debeat, excluduntur omnes Judices Superiorem non recognoſcentes, *l. 1. §. 1. ff. h. t. l. 12. C. de LL.* & hic valde erronea eſt ſententia ſtatuentium, ab Imperatore, ceu ſummo Imperii Principe, ad Papam appellari poſſe, per modo dicta. Stryck. *in uſu moderno §. 4. & 7. quis & à quo appell.* Nec admittitur Appellatio à Cæſare ad Cæſarem, *d. l. 1. §. 1.* Ord. Cam. *p. 3. tit. 51.* vel ab Imperatore male informato ad melius informandum, vel ad Imperatorem & Status Imperii. per *d. l. 1. §. 1. c. 3. eod. in 6to. d. l. 12.* Licet autem exempla proferantur à Bodino, *de Rep. l. 1. c. 10.* Limn. *L. 2. c. 9.* Carpz. *de Leg. Reg. c. 9. ſect. 2. n. 18.* attamen communis Imperii ſententia & praxis aliter obtinet, ſi cauſa in pleno judicio ventilata & agitata. Hinc talis provocatio nulla declarata, & in alio caſu Notarius deſuper Inſtrumentum conficiens exauctoratus eſt. Gail. *l. 1. O. 135.* ibi Fabric. Heig. *p. 1. Q. 10. num. 20.* Uffenbach, *d. l.* Dn. Schweder. *d. l.* & maxime Rumelin. & Myler. *ad A. B. p. 2. Diſſ. 2. th. 18.* ubi perplures Auth. atque exempla pro & contra recenſentur: In fine vero limitatur, niſi Princeps extrajudicialiter vel ex ſuggeſtione judicaverit, ut tunc læſus magis ſub- & obreptionem deducat. *l. 1. in f. C. de ſent. præf. prat. l. 2. C. de appell.* Cæterum pars læſa ſicut in Judicio Imper. Aulico *Supplicationem* offerre, ita in Camera Imperiali *Reviſionem* petere poteſt, aut *Syndicatum*, de quibus infra. Stryck. *§. 5. quis & à quo appell. & §. 21. de appellat.* Superiorem non recogn. Imperator. Cæſar.

IV. Porro excipiuntur Privilegio de non appellando gaudentes de Jure Civili Veteri (1.) Proceres ſacri Palatii, per *l. 34. & 37. C. de appell.* (2.) Patriarcha, *l. 29. C. de Epiſc. Audient.* quæ tamen lex non eſt authentica; ſed ab Antonio Aug. adjecta. Senatus Romanus indulgentia Imper. Hadriani. *l. 1. §. 2. ff. h. t. l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Maj.* (4.) Præfectus Prætorio, *l. 1. §. 1. ff. de Offic. Præf. Prat. l. un. C. de ſent. Præf. Prat. l. 35. C. de Appell.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.* (5.) Judex à ſummo Principe datus, cum clauſula: *Remota Appell.* ne liceat ab ipſo appellare, *l. 1. §. 4. h. t.* contrarium audens mulctatur pœna 100. marc. auri puri: Bocer. *d. l. 6. D. 34. th. 41. in fin.* Stryck. *in uſu moderno §. 16. a quibus appell. non licet.* Brunnemann. *Diſp. de appellat. Reſcripto princip. remota.* quamvis hæc clauſula intelligatur de appellatione fruſtratoria atque frivola; *c. 53. x. de appell.* Gail. *l. 1. O. 33. num. 5. & O. 135. num. 12.* non de juſta & legitima; *c. 47. x. de appell.* Myns. *Cent. 1. O. 3. & C. 3. O. 63. in f.* Mev. *p. 1. dec. 45. & p. 2. dec. 194. num. 4.* Dn. de Lyncker. *d. c. 5. ſect. 1. § 6.* add. Ord. Cam. *p. 2. tit. 28. §. 2.* ſicut & læſis alio modo, quam fieri poteſt, ſubveniri Privilegiati de non app. Proceres S. Palatii. Patriarcha. Senatus Rom. Præfectus Prætorio. Datus cum Clauſula: Appell. remota.

 debet.

Rotæ, Parlamenta, & Conſilia extant.

debet. Auth. citt. vid. Beſold. *d. l. p. 18.* Brunnemannus, *in proceſſ. Civili c. 28. num. 55.* (6.) Item in Italia Rotæ, in Gallia Parlamenta, in Hiſpania Conſilia.

Electores Imp.

V. In Imperio hodie Electores illimitatum habent Privilegium de non appellando, per A. B. *c. 8. & c. 11.* eoque Rex Bohemiæ, Electores Saxoniæ, & Brandenburgicus continuo uſi ſunt; ſed à nonnullis ad Cameram hucusque nihilominus appellatum eſſe, plurima teſtantur præjudicia, de quo vid. late, poſt alios, Rumelin. & Myler. *ad A. B. Diſp. 2. th. 2. circa fin. & per tot.* Limn. *J. P. l. 5. c. 2. num. 70.* Reink. *de R. S. & E. l. 1. cl. 4. c. 6. num. 2.* Dn. de Lyncker. *d. l. § 2.* Dn. Vitriarius, *Inſt. jur. publ. l. 3. tit. 8. § 30. in not. lit. b.* Kirchen, *de Saxon. non prov. jur. verb. Jus. c. 2. n. 25. & ſeqq.* Boxtorff. *ad A. B. concl. 94. lit. E.* add. Roding *l. 1. tit. 20. c. 4.* & Blum. *tit. 47. tab. 1.* Et quamvis hoc Privilegium ex A. B. dignitati Electorali adhæreat, illud tamen quandoque quaſi renovari curarunt, exempli gratia Elector Saxoniæ Anno 1559. quod ſimul extenſum eſt ad omnes Saxoniæ Duces; Carpzov. *J. F. p. 1. C. 20. def. 25. & ad L. Reg. c. 9. ſect. 8.* Stryck. *in uſu moderno § 5. h. t.* non vero ad Epiſcopatus incorporatos Martisburgenſem, Naumburgenſem, & Miſnenſem, ſed horum ſubditis datur electio ex ſpeciali pacto de Anno 1616. num ad Cam. Imp. an ad judicium Electorale Supremum Dresdenſe provocare velint. Cz. *lib. 1. Reſp. 125.* Kirchen. *d. l.* Brandenburgici de Anno 1556. Quoad Ditiones vero non Electorales in Petitorio Summa excedere debet 2500. florenos Aureos, vi Privil. Cæſar. die 16. Dec. 1702. dati, & in Cam. 26. Octobr. 1703. acceptati. confer. Stryck. *in uſu mod. § 1. & 8. h. t.* D. Schwed. *in Jure publ. Sect. 1. part. ſpec. c. 11. § 1.*

Status reliq. Archiduces Auſtriæ. Duces Burg. & Lothar. Rex Sueciæ rat. Ducatus Brem. Verd. Pomer. Rug. & Wism. Duces Wirtemb.

VI. Præter dictos adhuc nonnulli Status hoc privilegio gaudent, ut ſunt Archiduces Auſtriæ, vid. Limn. *l. 4. c. 2. n. 30. & ſeqq.* Roding. *l. 1. t. 4. § 41. & t. 16. § 6.* item *t. 20. § 65.* Stryck. *in uſu moderno. § 2. h. t.* Duces Burgundiæ & Lotharingiæ, Th. Michael. *de Juriſd. Imp. n. 23.* Mynſing. *C. 5. O. 18.* late Rumel. & Myler. *ad A. B. p. 2. D. 1. th. 3. & ſeqq.* Stryck. *§. 5. h. t.* Reges Sueciæ, ratione Ducatus Bremenſis, Verdenſis, & citerioris Pomeraniæ, ut & Principatus Rugiæ ac Dynaſtiæ Wismariæ, Inſtrum. Pac. Oſnabr. *Art. 10. §. quarto.* infra *tit. ſeq. § 5.* Stryck. *§. 4. h. t.* & deinde Duces Wurtembergiæ, per privilegium ab Imperatore Maximiliano I. Anno 1495. die 20. Aug. ob tot benemerita conceſſum. Myler. *ad A. B. d. D. 2. th. 4. lit. c. d.* Si vero Forenſis litigat cum ſubdito, ſtatim in principio ſeſe declarare debet, an ſibi facultatem à Dicaſterio ad Cameram Imperialem appellandi reſervare velit, an non? Illo caſu Subditi eodem jure gaudent, hoc autem nec Subditis appellare integrum eſt. *Wirt. Landr. p. 1. t. 60. §. Wo aber.* Forenſibus annumerantur Cives

ves Academici, qui non ſunt nati Subditi, ſed aliunde acceſſerunt; juxta Declar. Ducis Friderici *de A. 1601.* Bocer *cl. 6. D. 34. th. 37.* D. Lauterb. *ad J. P. W. p. 1. th. 74.* D. Schopff *de proceſſ. ſummi appellat. Tribun. Ducat. Wurt. cap. 1. & 6.* Plures Status recenſet Myler *d. loc. & th. ſeqq.* Præterea plerique Status Imperii tam Eccleſiaſtici, quam ſeculares, vel in certis cauſis, vel cum reſtrictione ad certam qualitatem ſententiæ, vel quantitatem, privilegia non appellandi obtinuerunt, uti ſecundum maximam partem cognoſci poteſt ex tabulis privilegiorum apud Blum. *tit. 47.* & Roding. *l. 1. tit. 20. c. 1. & ſeqq.* Sed notandum, quod Privilegia Immediatorum in Camera Imperiali in judicando non attendantur, niſi legitime ſint inſinuata, Gail. *1. O. 1. n. 11.* ſcilicet judicialiter per Procuratorem ſpeciali mandato deſuper inſtructum cum exhibitione Originalis vel literarum Cæſaris ſub ſigillo majori ad Cameram expeditarum, quibus copia privilegii incluſa, quam inſinuationem poſtea Camera per ſententiam judicialiter acceptat, & documentum factæ inſinuationis è Cancellaria concedit. Roding. *d. tit. 20. n. 63. & ſeqq.* Blum. *tit. 39. n. 8. 13. & Sent. Cam. n. 20. 430. 489.* Gylmann. *v. privileg. p. 274.* vid. ſupra *lib. 1. tit. 4. §. 44.* Privileg. in Cam. inſin.

VII. Cæterum, quin contra ipſos Privilegiatos Juriſdictio Cameræ in cauſis in prima inſtantia ad eam pertinentibus integra maneat, nullum plane eſt dubium. Mynſ. *C. 5. O. 58. n. 1.* Gail. *l. 1. O. 2. & 3.* Buxtorff. *d. l.* Myler *d. D. 1. th. 5.* Nec porro privilegium impedit, ob denegatam vel protractam juſtitiam Cameram Imperialem adire. Ord. Cam. *p. 2. tit. 1. § 1. & tit. 26. pr.* A. B. *d. tit. c. 11.* ibi Arum. *diſc. 5. t. 11. concl. 18.* Rumelin. & Myler. *D. 2. th. 13. & ſeq.* Mynſ. *C. 5. O. 82.* Gail. *l. 1. O. 28.* Stryck. *in uſu mod. §. 6. h. t.* Requiritur tamen, ut (1.) juſtitiam denegans vel protrahens immediate Camerali juriſdictioni ſit ſubjectus, vel cauſa alias eo ſpectet; ſed varias limitationes vid. apud Roding. *d. tit. n. 9. & ſeqq.* (2.) notorie conſtet, vel documento doceatur, juſtitiam denegatam vel protractam eſſe. Ord. Cam. *d. l. das Recht Kündlich verſagt oder verzogen.* Juſtitia autem denegata cauſa recta ad Cameram, & Citatio contra adverſarium ad perſequendum cauſam principalem decernitur; Juſtitia vero protracta, cauſa non recta, ſed per viam Promotorialium ad Cameram devolvitur: ita docent Mynſ. & Gail. *dd. ll.* ſed hodie utroque modo cauſam ſtatim ad Cameram devolvi docent Supplic. junct. decretis apud Blum. *Suppl. Cam. tit. 11.* Sin protractio vel denegatio documento probari non poſſit, Promotorialibus opus eſt, quibus ſi Judex intra tempus ſtatutum non obtemperet, juriſdictione ſua quoad hanc cauſam privatur. Rec. I. de Anno 1600. *§ Ob auch Promot. 27.* Non raro etiam peti & decerni ſolent Mandata de adminiſtranda Juſtitia S. C. cum citat. Hæc tamen Cauſam principalem, aliamque non connexam Salva immunitas 1 Inſtant. Exc. quoque Caſus protr. vel deneg.

 haud

haud devolvunt. Blum. *ſent. 25.* & Deckh. *ad Kocb. O. C. p. 2. t. 26. n. 29.* Plura videri poſſunt poſt alios alleg. apud Myler. *d. l.* Roding. *l. 1. tit. 15.* Blum. *tit. 37.* Neque per dictum Privilegium Nullitatis deductio circa cauſam principalem excluditur. Rec. Imp. de A. 1570. §. *69.* & de A. 1600. §. *14.* Mynſ. *C. 2. O. 77.* Gail. *l. 1. O. 135. n. 8.* per mult. rationes & Auth. apud Schöz. *Coll. de ſtatu Rei Rom. V 1. D. 7. th. 26. lit. I.* & apud Myler. *d. D. 2. th. 15. & th. 19.* probatur ſimiliter non adimi ſupplicationis remedium, Roding. *l. 1. tit. 21. n. 48. ad fin.* niſi privilegio etiam caſus Nullitatis expreſſe inſertus ſit. Sic in Privilegio Haſſiaco *Von einigen Urtheln, ſo nicht uber 1000. Goldgulden hauptſachlich,* Appellation, Supplication, *oder* Reduction, *Nullitat Klag, oder einige andere Provocations-Mittel, &c.* Fabric. ad Gail. *d. l.* vid. tamen ſupra ad tit. *de re jud.* §. *19.* Blum. *P. C. tit. 56 n. 17.* & infra *t. 8.* Denique notandum, quod in cauſis Servitutum, &c. ſumma privilegiorum non attendatur. vid. infra ad tit. *de app. recip.* §. *8.*

Item Nullitatis.

TIT. III.

QUIS, A QUO APPELLETUR.

Cod. *Lib. 7. Tit. 62.* Nov. *23.*

§. I.

Judex ad quem. Requir. 1. ut ſit Superior.

SUbjectum Judicis ad quod conſtituunt perſonæ immediate Superiores. Sic requir. (1.) ut ſit Judice à quo Superior. per *l. 1. §. 3. l. 21. §. 1. ff. c. 3. in 6to. de appell. N. 23. c. 4. c. 28. §. Illud cauſ. 2. q. 6.* Hinc à majori ad minorem, vel à pari ad parem, vel ab uno & eodem ad eundem nulliter appellatur. *dd. ll. l. 4. ff. de recept. qui arbitr. l. 13. §. 4. ff. ad SCtum Trebell* Ayrer *in proceſſu civili p. 1. c. 4. obſ. 4. n. 14. uſque ad n. 19.* Si vero Roſtochienſes, Stralſundenſes, & Wiſmarienſes Lubecam appellant, Dn. Hahn. non propriè appellationem; ſed tantum iniquitatis querelam dicit; *ad W. tit. de Appell. N. 2.* Sed vero magis congruit, ſi dicamus Civitates appellantes Jurisdictionem ex pacto voluntarie prorogaſſe. *d. l. 13. §. 4. l. 14. ff. de jurisd. l. 1 ff. de judic.* Stryck. *in uſu mod. §. 8. h. t.* Struv. *Exerc. 4. th. 59.* ibique Muller. Brunn. *in proceſſu civili c. 28 n. 36.*

De Appell. Roſtoch. &c. Lubecam.

Requiſ. 2. Ut gradatim appell.

II. (2.) Ut Superior talis ſit immediate; quia appellatio gradatim, non per ſaltum, omiſſo ſcilicet intermedio, fieri debet; *l. 21. pr. & §. 1. l. 25. ff. l. 32. C. c. 66. x. de appell. l. 4. C. de jurisd. omn. jud. N. 23. c. 3.* Ord. Cam. *p. 2 t 29.* varia exempla v. *t. t. C. de appell. & tit. ſeq. infr.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.* Appellatio vero per ſaltum, ex errore probabili facta, non quidem eſt ipſo jure nulla; ſed remittitur ad immediatum. *d. l. 1. §. 3. l. 26. ff. de appell* Gylm. *voc. Appellare quibus. & tom. 1. p. 2. pag. 323. in fin.* Dn. de Lyncker. *de G. E. c. 5. S. m. §. ult. n. 5.*

n. 5. Brunn. *in proceſſu civili c. 25. n. 36. & ſeqq.* Si ergo quis mandaverit juriſdictionem, non ad mandantem, utpote qui ipſe per alium judicaſſe cenſetur; *l. 1. §. 1. de off. ej. cui mand. Juriſd.* ſed ad eum, qui hoc immediate Superior eſt, provocabitur: per *l. 1. §. 1. ff. h. t.* aliud eſt, ſi Judex à Principe datus. *l. un. C. qui pro ſua juriſd.* Stryck. *in uſu mod. §. 1. h. t.* Ab Oppidanis quidem Judicibus, licet Senatum repræſentent, tamen ad Senatum datur appellatio, *l. 2. ff. h. t.* ſed ratio eſt, quia Judici & Scabinis non omnis Juriſdictio mandata. Brunn. *ad d. l. n. 6.* A Judice Delegato appellatur ad Delegantem, *d. l. 1. pr. l. 3. ff. h. t.* & quia hodie Commiſſarii aliquid participant de jure delegatorum, ab illis ad Principem committentem appellatur, v. Gail. *l. 1. O. 121.* ibi Fabric. Mev. *p. 2. dec. 11.* Carpz. *l. 3. Reſp. 124.* Sed de Commiſſariis Cæſareis vid. præc. tit. *§. 5.* Beſold. *c. 4. §. 15.* Stryck. *§. 2. h. t.* Brunn. *in proceſſu c. 28. n. 38.*

III. Sunt tamen Caſus, in quibus per ſaltum appellatio valet: (1.) Si Judex intermedius conſenſerit. (2.) Si Appellanti juſtitiam notorie denegaverit. (3.) Ex legitimis cauſis Judex non eſſe poſſit; quia ſuſpectus, vel inhabilis, vel ob intereſſe quoddam litis motæ. (4.) Extet conſuetudo ita appellandi, & Superior conſtanter acquieverit. Ziegl. *de Juriſ. Majeſt. c. 30. § 3.* Ord. Cam. *p. 2. tit. 29.* Gail. *l. 1. O. 119.* Myns. *C. 1. P. 67.* Berl. *p. 1. conſ. 50. n. 61. & ſeqq.* Klock *tom. 1. conſ. 91.* Textor. *ad R. N. D. 11. th. 22.* Cum ſupremus Judex cauſam aliquam infimo Judici delegavit, ab hoc non ad intermedium; ſed ad delegantem appellatur. Mev. *p. 5. dec. 203.* Excepc.

IV. De Jure Canonico ſtatim ad Papam appellari poteſt: *c. 45. cauſ. 2. q. 7. c. 7. & 54. x. de appell.* Stryck. *in uſu moderno §. 3. h. t.* Brunnem. *in proceſſu civili cap. 28. n. 39.* quod tamen jure Imperii in cauſis civilibus irritum declarant, ſecundum ea, quæ jam in *tit. præc. §. 2.* in medium prolata: In Eccleſiaſticis Proteſtantes eandem libertatem tuentur, juxta Inſtrumentum Pacis Oſnabr. *Art. 5. §. 45.* ſed apud Catholicos interdum hodienum fit ad Pontificem, ubi Cæſares obnitantur. Burgold. *p. 2. D. 20. n. 6.* Dn. Schvveder. *I. P. part. ſpec. ſect. 1. c. 11. in fin.* De Jure Can. ad Papam. Quoad Proteſtantes.

V. Huc etiam pertinet privilegium Electionis fori, quo gaudent Rex Sueciæ quoad Ducatus ſuos in Imperio ſitos: Inſtr. Pacis Oſnabrug. *Art. 10. §. Deinde.* & Duces Brunſvicenſes, per privil. d. 24. Novembr. 1648. conceſſum, & die 4. Jun. 1652. in Camera pro Inſinuato acceptum: Vigore cujus in arbitrio legitime conventi eſt, utrum in Aula Cæſ., vel Cam. Imp. actionem intentatam excipere atque reſpondere velit, modo ille intra tres menſes, hi vero intra duos à die denunciatæ litis, ſub præjudicio privilegii pro illa vice amiſſi, ſeſe declarent, coram quo judicio ſeſe ſiſtere velint. Roding. *lib. 1. tit. 12. num. 15. & tit. 20. n. 3.* Privil. Elect. Fori.

cap. 3. n. 9. & 29. Sed quæritur an hoc privilegium præjudicet Beneficio Auſtregarum, niſi & hoc expreſſe ſit reſervatum, uti in Privilegio Brunſvicenſi? ſed negatur ex rat. apud Blum. *tit. 46. n. 30* quia Principes Imperii gaudent Auſtregis, & hoc beneficium pinguis eſt Electione fori: Hinc in cauſa *Schotten* contra *die Schwediſche Regierung zu Stade* Citat. ad vid. condemnari ad reſtitutionem inique ac injuſte reductorum prædiorum, &c. die 18. Jan. 1699. decretum fuit, *noch zur Zeit abgeſchlagen; ſondern woferne* Supplicant, ratione beneficii Auſtregarum, juriſdictionem Cameræ *der Gebühr fundiren wird, ſolle ferners ergehen, was recht iſt.* An vero in Mandatis S. C. ubi eſt factum nullo jure juſtificabile, moram non patiens, &c. privilegio Electionis fori locus ſit? & Neg. quia in Mandatis S. C. quodvis privilegium primæ Inſtantiæ locum non habet. Roding. *cit. tit. 12. n. 55. ſeqq. & t. 20. c. 3. n. 30.* Nec in Contrarium facit ſententia die 7. Julii, Anno 1657. late apud. Blum. *Obſ. ſent. N. 219.* ubi Mandatum S. C. minime caſſatum, ſed tantum factum injuſtificabile correctum eſt. Conf. Deckh. *ad Uffenb. c. 5. n. 10. ſeqq.*

De Provoc. ad Vallem Joſaphat, ſive ad ſupremum DEI tribunal.

VI Tandem quæritur. Si quis in cauſis civilibus jus obtinere nequeat, aut fortunis alioquin injuſte exuatur, an ad Vallem Joſaphat, i. e. ſupremum DEI Tribunal atque Judicium extremum provocare liceat? Hunc appellandi modum nullo jure defendi poſſe, Vent. de Valent. *in Parthen. Litig. l. 1. c. 1. c. 38.* & propterea revocatione, deprecatione atque mulcta pecuniaria punitum eſſe tradit Richter. *Comm. ad R. J. 2. n. 20 p. 21.* Aliud eſt, ſi dicatur: *Ich will es GOtt befehlen, der wird es wohl richten.* Sed quid in cauſis criminalibus, ſi ultimo ſupplicio damnatus, demonſtrandæ ſubſidiariæ innocentiæ ergo, ſupremum ad Tribunal CHRISTI provocet? Hoc Dd. communiter concedunt, & mira in hiſtoriis occurrunt exempla talem provocationem à DEO quaſi receptam eſſe, Camer. *Hor. ſubciſ. cent. 2. c. 38.* Engelbr. *in Comp. ff. lib. 49. t. 2. in fin.* quamvis ex eventu non facile judicandum ſit. Aliter nos quidem edocent exempla Chriſti, *Luc. 23. v. 34.* Sanct. Steph. *Act. Apoſt. c. 7. v. 60.* Vid. late præter Theologos, JCtos, Dn. ab Andler, *Tom. 2. Conſt. Imper. voc. Appellatio. n. 19. in fin.* Myler. *d. Diſſ. 1. Coroll. 2.* Beſold. *c. 2. n. 13.* Finckelth. *Obſ. append. 1.* & maxime add. Cortrejus, *Diſſ. de Extr. provocat. ad Tribunal JEſu CHriſti, hab. Jenæ A. 1665.*

TIT. IV.

QUANDO APPELLANDUM SIT, ET INTRA QUÆ TENPORA.

Cod. *L. 7. Tit. 63.* Nov. *23. 49. & 115.*

§. I.

QUanquam nunc Methodi poſtulet ratio, ut de Objecto prius Tractatio, quam de

de Forma inſtituatur, placet tamen inpræſentiarum Titulorum Ordinem ſequi, ac ſecundum hujus ductum Formam pertractare; conſiſtit vero ea in legitima Superioris imploratione ad præſidium innocentiæ per ſententiam à qua gravato præſtandum. *l. 61 §. f. ſ. de appell.* Ad Formam autem quatuor ſunt neceſſaria: (1.) Legitima appellationis interpoſitio. (2.) Legitima Apoſtolorum petitio. (3.) Legitima Appellationis Introductio. (4.) Legitima ejus proſecutio, & verbo vocari ſolent Fatalia. Formæ requiſ.

II. 1. Interpoſitio ut legitima dicatur, Modus & Tempus conſideranda veniunt. Ratione modi requiritur (1) in genere, ut fiat Gradatim, h. e. ad Judicem proxime ſuperiorem. Ord. Cam. *p. 2. t. 29. §. 1.* Mynſ. *C. 1. O. 61.* præc. tit. *§. §. 2.* Mev. *p 1. dec. 87. n 4 p. 2 dec. 11. n. 4. & 3. p. 3. dec. 314. p. 5. dec 204. & p. 6. dec. 94.* ſupra *tit. præc. §. 2.* (2) Modeſte, contra facientes notantur infamia, *l. 42 ff. de injur.* & Harppr. *ad Inſt. tit. de injur. n. 42.* & alia pœna extraordinaria plectuntur, *l. 1. ff. l 6. §. 4. l 19. C. de Appell Cap. 59. x. eod.* Mevius, *p. 2. dec. 329. n. 3. & p. 7. dec. 292. n. 4.* Conf. tamen Idem, *diſt. p. 2. dec. 50. n. ult.* Blum. *P. C. t. 44. n. 1 ſeq* Stryk. *in uſu mod. §. 3. h. t.* ubi reſponſum. (3) In ſpecie ut fiat ſolenniter viva voce, vel in ſcriptis, *l. 5. §. 5. ff. de app.* Stryck. *§. 1. h. t.* Diſtinguendum autem eſt, an à Definitiva, vel ab interlocutoria vim Definitivæ habente ſit appellatum, & tunc ſubdiſting. an illico apud acta, i. e. quamdiu Judex judicium continuat, & adhuc pro Tribunali ſedet, Blum. *P. C. t. 46. n. 1. & 29.* an ex intervallo, i e. judicio jam finito, eodem vel ſequentibus diebus, etiam extra judicium ſit appellatum? Illo caſu alterutro modo appellari poteſt, imo & ſufficit vocula: Appello, *l 2. l. 5. §. 5. ff. l. 14. C. de Appell.* vel alia expreſſio æquipollens, Gail. *1. O 2. n. 4.* Textor, *Dec Palat. 61. n. 1.* idque per Actuarium ad Acta ſcribi curet ſupra *tit. 1. § 6.* excepta licet nuda proteſtatione, Dn. de Lyncker. *de G. E. c. 9 p. 2. §. 3.* Confer tamen Mev. *p. 2. dec. 53.* Pachovio quidem in Appell. ex intervallo & viva vox ſufficit, *ad Tr. V. 2. D. 33. th. 7. lit. F & G. verb. Superro viva voce, &c.* Sicut in Duc Wurt. obſervatur; *Wurt Landr. p 1. tit. 52. §. Wann aber.* D. Schöpff. *de proceſſu appellat. Wurtemb. cap 1. §. 1. & 2. cum ſeqq.* Prior tamen ſententia eſt communis, ac probatur per *d. l. 14. C de Appell.* ſi enim ex intervallo appelletur, de Jure communi neceſſe eſt, ut fiat in ſcriptis, & niſi ſchedula appellationis porrigatur Judici à quo, vel Actuario ejus non valet. Ord. Cam. *p. 2 t. 29. § 5.* Gylmann. *tom. 3. ſymph. voc. Appell. in ſcriptis. §. fin. & voc. Appell. a definit. § ſ.* Mynſing. *C. 3. O. 15. n. fin. & C. 4. O. 45.* ſupra *t. 1. §. 6. h.* Quær. Si quis plures, primum viva voce, poſtea in ſcriptis appellaverit? Reſp. in Appellantis eſſe arbitrio, quam Appellationem proſequi velit. *l. 28. C. de Appellat.* Mynſing. *C. 1. O. 7.* Si vero interlocu-

Interpoſitionis Modus 1. ut fiat Gradatim,

(2) Modeſtè.

(3) Viva voce, vel in ſcriptis. Quomodo viva voce?

Proteſt. nuda non ſuff.

Quid ſi quis pluries viva voce, & poſtea in ſcriptis appellat.

locutoria lata ſit ſimplex; ſed gravamen irreparabile continens, Appellatio indifferenter fieri debet (1) in ſcriptis, (2) expreſſis gravaminibus, per *Cap. 1. de Appell. in 6. Cap. 59. x. eod.* O. C. *d. tit. 29. §. 4.* Klock. *Relat. Cam. 119. n. 6.* Hoc etiam in Ducatu Wurtemb. obſerv. *Wurt. Landr. p. 1. t. 69. pr. & §. ſeq.* Dn. Lyncker, *d. tr. c. 7. M. 1. §. 4. n. 11.* qualis expreſſio in appellatione à Definitiva vel Interlocutione vim definitivæ habente non eſt neceſſaria. Gail. *1. O. 130. n. 1.* Mynſ. *C. 5. O. 15. n. 5. & 6.* Niſi ſtylus Curiæ alicubi aliud requirat, *de quo* Dn. de Lyncker, *d. c. 7. p. 2. §. 18.* Stryck. *V. 1. Diſp. 23. c. 4. n. 20.* & *in uſu moderno §. 2. h. t.* Idem eſt in Appellatione à Sententia Competentiæ. O. Cam. *d. t. §. 5.* Alios Caſus notat Blum. *diſt. tit. 48. n. 31. & ſeq.* in quorum 36. tamen male doctrina Gailii ceſſare dicitur quoad ſententiam Competentiæ; de quo vid. Coch. *Prax. Fori Germ. p. 1. c. 6. §. ult. in fin.* Dn. de Lyncker. *d. tr. c. 3. prælim. §. 9. n. 5.*

Schedula Appell. continentia.

III. Quando Appellatio fit in Scriptis, Schedula Appellationis eſt de Subſtantia, ut de Devolutione & Gravaminis veritate cognoſci poſſit; hinc continere debet (1) Nomen Appellantis & Appellati, (2) Judicis à quo, (3) Sententiam à qua. *l. 1. §. fin. de appell.* Blum. *d. t. 48. n. 27.* In Appell. ab interlocutoria ſimplici. (4) Cauſam, propter quam gravatum ſe putet, *d. c. 59. & d. c. 1* Ord. Cam. *d. t. 29. §. 4.* vel ſe referre ſpecialiter ad partem Actorum, in qua illa habetur; Gail. *d. O. 130. n. 2.* niſi cauſa Gravaminis in mero jure conſiſtat. Mynſ. *d. O. 15. n. 6.* Addat. Dn. de Lyncker. *diſt. c. 7. p. 1. M. 2. §. 2. n. 13.* Blum. *d. t. 48. n. 39.* Mev. *p. 2. dec. 28.* Judex ad quem ut in ſpecie exprimatur, neceſſarium non eſt, ſed ſufficit, ſi gravatus provocet ad proxime Superiorem, aut quemcunque alium Competentem. Dn. de Lyncker. *d. Tr. c. 5. Sect. 2. §. 18. n. 7. & 12.* Bocer. *Cl. 5. D. 25. th. 125. lit. E. & Cl. 6. D. 34. th. 69.* Beſold. *de appell. c. 1. §. 4.* & *ad J. Pr. W. p. 1. th. 98.* Hinc ubi ad Cæſarem & Judicium Imper. Aulicum appellabatur; Proceſſus in Camera decreti Anno 1695. in cauſa *Groland* contra *Volckhammer*.

Coram quo.

IV. Fieri & interponi regulariter debet Appellatio coram Judice à quo. *l. 1. §. 7. ff. quand. appell. l. 7. ff. de appell.* Carpzov. *J. F. p. 1. C. 20. d. 1. num. 4.* Sin Judex à quo ſui copiam non faciat, Superior ſtatim adiri poteſt: *d. l. 1. §. 9. & 10. h. t.* Mynſ. *C. 2. O. 2.* Sic aliquando ad ſchedulam Aſſeſſoribus Cam. porrectam Proceſſus decretos fuiſſe refert Gylmann *voc. appell. Judic. in pr.* Item hoc caſu interpoſitio fieri poteſt in præſentia bonorum Virorum, vel coram Notario & Teſtibus, *Cap. fin. x. h. t. l. 2. C. de his, qui per met.* Gylmann. *d. l. in fin.* Stryck. *in uſu mod. §. 3. & 4. h. t.* Hicque modus poſterior frequenter

& in-

& indiſtincte hodie obſervatur. Ord. Cam. *d. t. §. 5.* Mynſ. *d. O. 2. n. 3.* Dn. ab Eyben, *Diſput. ad Cap. Per tuas. 58. X. de appellat. c. 1. th. 14.* In Foro Saxonic. Carpzovius, *d. def. 1. in fin.* *Wurtemb. Landr. d. tit. 58. §. 2.* ibique Beſold. In Camera quoque loco duorum Teſtium ſufficit, ſi adhuc unus Notarius adhibeatur. Conf. Lancell. *de Attent. p. 2. c. 12. Ampl. 15. n. 16.* Sed Notarius Inſtrumentum deſuper juxta Ord. Not. de Anno 1512. conficere, (vid. ſupra *tit. de Fid. Inſtrum. §. 37. & ſeqq.* ubi §. 55. dictum, quod Inſtrum. Appell. chartaceum in Camera regulariter non admittatur, Add. Comm. Decr. *29. Jul. 1667.* Mev. *p. 1. dec. 8.*) illique ſchedulam Appellationis ſolenniter ac verbotenus inſerere debet. d. Ord. Not. *art. 4. §. 1.* Rec. I. *1594. §. 92.* Ord. Cam. *p. 2. t. 28. §. 6.* Blum. *proceſſ. Cam. tit. 48. n. 20. usque ad n. 28.* Brunnem. *proceſſ. Civil. c. 28. n. 45. & ſeqq.* Nec ſufficit, ſi Notarius Appellationem viva voce ſibi dictatam in ſcripturam redigeret. Mynſ. C. 4. O. 45. De Jure communi neceſſe eſt, Appellationem interpoſitam Judici à quo & Appellato inſinuari; ſed non hodie de Praxi Cam. prærcale; nam Appellatio ſtatim habet vim devolutivam; admodum utilis tamen eſt inſinuatio, alias ſi Judex inferior, omiſſa hac, ad Executionem proceſſerit, hoc non habetur pro Attentato, nec revocatur, etiamſi Proceſſus decernantur. Ord. Cam. *d. t. 29. §. 5. verſ. Und der Unter-Richter.* Mynſ. *dict. O. 2. in f. & C. 4. O. 44.* Hartm. Hartmanni, *tit. 19. O. 7.* Roding. *in §. Cameral. lib. 1. tit. 25. n. 34. & 35.*

Solemnia Appell.

V. Præterea habent Judicia quædam, & maxime Civitates liberæ Imperiales Conſuetudine, Statuto, vel Privilegio nonnulla ſolennia, ut ſunt Juramentum, Cautio, Depoſitio certæ pecuniæ, &c. uti videre eſt ex Tab. Privil. apud Blum. *P. C. tit. 47.* quæ ſub præjudicio Cauſæ coram Judice à quo regulariter præſtari debent, Ord. Cam. *d. t. 29. §. fin.* & quidem Juramentum in perſona, Procurator tamen admittitur, ſi Appellans ſit Comes vel Baro. Rec. I. *de Anno 1654. §. Auch zum Sechsten, 111.* Conf. Mev. *p. 8. dec. 369.* Si Communitas appellaverit, tunc à quo mandatum ſpeciale ſubſcribendum ſit, præjudicio illuſtrat Gambs, *add. R. I. §. Zumahlen. 112.* vid. Uffenbach. *de Jud. Imp. Aulico C. 10. ſect. fin. ſubſ. 2. pag. 108.* Quidam addunt caſum Valetudinis, Abſentiæ, aliusve cauſæ ſonticæ, quomodo tunc conſuli queat Appellanti, notat Roding. *l. 1. t. 26. §. 15.* Sin Judex privilegiatus appellantem ad præſtationem admittere nolit, Judex Cameræ Proceſſus decernens eum ad ſolennia coram ſe admittit. Comm. Decr. *15. Decemb. 1650. §. 3.* Roding. *lib. 1. t. 26. §. 16. & ſeq.*

Juramentum Appellat. quomodo præſtetur?

VI. Hodie, etiamſi Judex inferior nullum circa juramentum habeat privilegium, in Camera tamen Procurator, mediante ſpeciali mandato, poſt obtentos proceſſus, in primo reproductionis termino juramentum Appellat. in animam ſui Principalis ſub præjudicio deſertionis, in animam vero Advocati ſub pœna mulctæ præſtare tenetur. d. Rec. Imp. nov. §. *Zumahlen 112.* (*118.*) Comm. Decr. *d. 23. Maji, 1655. & de 28. Jan. 1657. §. 1. & 7.* Stryck. *in uſu moderno §. 3. & 4. de appell. recip.* Excipiuntur tamen & immunes ſunt à præſtatione juram. calum. Statuum Imperii Conſiliarii actuales in cauſis ſuorum Principalium, d. Rec. I. §. *Uber dieſes 37* (*43.*) ſupra tit. *de Jurejur. §. 41. & 84.* Hinc eorum Proceſſibus Citatio ad jurandum nulla inſeritur. Sed quær. An Electores, Principes Imperii, & ſimili dignitate gaudentes, à ſententia Auſtregarum appellantes etiam ad juramentum appellationis teneantur? In hanc rem pro & contra quotidiana proſtant exempla, add. Roding *l. 1. t. 26. n. 41.* verum cum de eo nihil expreſſe diſpoſitum ſit, cauſa potius dependet à libero Statuum placito, donec deciſio Imperii certum definiat, quæ ratio in hujusmodi caſibus loco juramenti alias præſtandi in Reproduct. Receſſu quandoque allegari ſolet. Hujus privilegiatæ Diſpoſitionis cum Corpus quoddam Nobilitatis immediatæ particeps, & à præſtatione Juramenti liberum eſſe prætenderet, denegatum fuit in Cam. *d. 20. Maji 1702.* Nec obſt. *d. Rec. Imp. §. 111.* (*117.*) qui loquitur de caſu privilegii, & forſan ibi intell. perſonæ illuſtres, quæ non ſimul Status ſunt Imperii. Nec (2.) Ord. Cam. *p. 2. tit. 8. §. 9.* ubi ſermo eſt de juramento novorum deducendorum, Ad quod præſtandum etiam Appellatus appellationi adhærens, & nova deducturus cum Advocato in primo termino tenetur *ſub præcluſione viæ Nova deducendi.* d. Rec. I. §. *Wie ebenmäſſig 67.* Sin appellans ſine productione Gravaminum ad Acta priora pure ſubmiſerit, Appellatus nova deducturus, ipſiusque Advocatus ad juramentum de non frivole appell. obligantur. Cambs. *ad d. R. I. d. §.* Hoc tandem addendum, ſi Judæus appellet, vel ceu appellatus nova deducere velit, illum in Camera per Procuratorem Chriſtianum jurare non poſſe, ſed per ſe, aliumve Judæum ſpeciali mandato inſtructum id præſtare debere; Wurmſer. *pr. for. lib. 1. tit. 5. de procurat. obſ. 4. n. 7.* idque ob certam Juramenti Judaici formulam, vid. Ord. Cam. *p. 1. t. 86.* ſupra tit. *de jurejur. §. 16.* Blum. P. C. *t. 46. n. 48. & 60. & Sent. Cam. 498.*

De Judæo.

Tempus Appell. ſive Fatalia.

VII. Ad formam interponendæ Appellationis præter Modum requiritur Tempus, quod vivere dicitur in *l. 5. C. de temp. & rep. app.* Eſtque vel *interponendæ*, vel *introducendæ*, vel *proſequendæ Appellationis.* Audiunt de Jure Solenni *l. 11. C. de adminiſtr. tut.* Fatalia, quia elapſo Fato tempus extinguitur, & Ap-

Fatal. Synon. & Etymol.

& Appellatio petit. *Nov. 23. c. 1.* Tempus vero fatale Interponendæ olim jure Pand. & Cod. in cauſa propria erat biduum, in aliena triduum, *l. 1. §. 5. 11. & ſeqq. l. 2. § 1. h. t. l. 25. § 1 ff. l. 6 §. pen. C de Appell* ſed hoc nimus anguſtum viſum Juſtiniano, ideo novo Jure conſtituit, ut victus intra Decendium appellare poſſit; *Nov. 23. c. 1. Auth. Hodie. C. de appell.* quod & Jure Canonico receptum, *cap. 8. de appell. in 6. cap. 15. x. de ſent. & re jud. cap. 32. in f. de Elect. c. 38. in med. x. de teſtib.* vid. Mev. *p. 1. dec. 217 & p. 2. 332.* Brunnem. *in proceſſ. civili cap. 28. n. 45. & 46.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.* tam in propriis, quam in alienis, in Judicialibus & Extrajudicialibus, puris & conditionalibus, *d. l. 1. §. 5.* vid. Umm. *Proc. D. 19. th. 44.* Mynſ. *C. 5. O. 95.* Joh. Voet. *n. 3. h. t.* & regulariter in omnibus cauſis, *d. Nov. 23. c. 1. d. Auth. d. c. 8.* Mynſ *C. 5. O. 11.* à Sententia tam nulla, quam iniqua, Rec. Imp. noviſſ. *§. Itidem auth. 115. & ſeq.* ubi lim. imo intra hoc tempus licet appellationem ſemel interpoſitam relinquere, & de novo ad alium Judicem appellare. *l. 28. C. de appell.* Wurt. *Landr. d. t 53 §. Wann aber,* ibi *Oder Furſorg trage, daß Er zuvor nicht formlich &c.* Hocque fatale interponendæ in Cam. Imper. Ord. Cam. *p. 3. t. 29. §. 1.* & in toto Imperio hodie ſtricte obſervatur. d. Rec. Imp. Nov. *§. 115.* vid. Carpz. *Reſp. 114. l. 1. & ſeqq.* Wurt. *Landr. d. l.* Interponendæ. Decendium.

VIII. Tempus decendii ratione initii utile eſt; *l. 1. §. 7. ff. h. t.* Stryck. *in uſu mod. §. 1. h. t.* proinde (1.) non currit, ſi victus copiam Judicis habere nequeat; hinc vi metuque impeditus, ſi intra decendium publice deſuper ſit proteſtatus, poſtea audiendus tanquam interpoſita intra decendium appellatione. *l. 2. C. de his, qui per met. jud. Cap fin. x. de appell.* Textor. *ad R. N. D. 21. th. 41.* (2.) Ex dictis patet, hoc tempus ignoranti non currere. Diſſentit quidem Carpz. *dict. Reſp. 114. n. 2. & J. F. p. 1. C. 20. def 5. n 9* per *l. 1. §. 5. h. t.* hic tamen textus potius contrarium probat, quod & confirmatur per *l. 4. C. de lib. cauſ. Cap. 8. de App. in 6to.* Stryck. *§. 1. h. t.* Mev. *p. 7 dec. 269. & p. 5. dec. 167.* Decendium itaque à die Scientiæ currere incipit. *d. l. 1. §. 5. & f. Nov. 23. c. 1. & d. c. 8.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D 33. th. ſ lit. A.* Requiritur ergo, ut (1.) Victus ſciat ſententiam prolatam, ejuſdemque tenorem ſpecificum, Dn. de Lyncker *d. c. 7 p. 2. §. 7. n. 4.* Mev. *p. 3. dec. 269 & p. 7 dec. 269.* & (2.) ex ea ſe gravatum reputet: *dd.* & Gail. *1. O 139. n. 7. ſeqq.* Mynſing. *C. 2. O. 2.* Klock. *Relat. Cam. 14. n. 27.* Si igitur ſententia ſit dubia vel obſcura, & petatur Declaratio vel Revocatio, Appellatio tamdiu differtur, donec Judex, qui hactenus nil definiiſſe dicitur, priorem confirmet aut declaret cum gravamine. *d. c. 8. de App. in 6.* Frieder. *l. 1. de Proc. c. 8. n. 3* Blum. *P. C. tit. 49. n. 12.* Mev. *p. 5. dec. 127. & p. 8. dec. 213. p. 1. dec. 109. p. 2. dec. 271.* Stryck. in

Quatenus utile? An currat Copiam Judicis non habenti? An ignoranti? De Sentent. dubia.

in uſu moderno § 14. de Appell. Conſultius tamen erit ſtatim appellare, & ſic declarationem à Judice ad quem impetrare. Petr. Muller ad Struv. *Exerc. 49. th. 5. lit. y.* D. Harpprecht. *Conſil. nov. 2., n. 143. & 144.* Si per Procuratorem egerit, ſufficit hunc ſcire, ſententiam gravatorialem latam eſſe. *d. l. 1. §. 5. in f. l. 17. C. de Procur.* Supra ad Tit. *de Appell. §. 12.* & *ad tit. de Procur. §. 60.* junct. *§. 58.* ubi quomodo Domino conſulatur, ſi Procurator nec appellaverit, nec ſententiam contra ipſum latam eſſe intra tempus denunciaverit. Mev. *p. 5. Dec. 206.*

Currit de momento in momentum.

IX. Ratione Curſus vel Progreſſus autem Tempus indultum eſt continuum, & currit de momento in momentum, computatis etiam diebus feriatis, per *l. 1. C. de fer.* Gail. *d. O. n. 5.* Stryk. *in uſu mod. §. 1.* Joh. Voetius *n. 2. h. t.* in quibus etiam appellationem inſinuare non prohibetur, ſupr. tit. *de Fer. § 18.* ſic ultima decimi diei hora valide appellatur, Carpzovius. *d. Reſpons.* In Criminalibus tamen, vid. tit. *de Appell. rec. §. 4.* ſtatim appellandum eſt; Fab. *C. lib. 7. tom. 26 def. 21.* Proinde non tantum dies; ſed & ſi ultimo decendii die appellatum fuerit, hora ſententiæ latæ, ut & interpoſitæ appellationis à Judice vel Notario aſſignatur. Gail. Carpz. *dd. ll.* Appellans vero per Extractum Protocollarem aut Schedulam appellationis, vid. *praeced. §. 2. 3. & 4.* & *tit. de App. §. 6.* id docere debet, Mynſ. *C. 5. O. 11. in fin.* & tunc tamdiu habet pro ſe præſumptionem, donec Appellatus alium diem notitiæ probaverit. Klock. *Rel. 170. fol. 5.* Roding. *l. 1. t. 27. §. 16.* Mev. *p. 2. dec. 270. & 273.* junct. *p. 5. dec. 107.* Hac lege definitum tempus adeo ſtricte obſervandum eſt, ut nec partes illud conſtringere, aut prorogare, vel ulla ratione immutare poſſint; Ord. Cam. *p. 2. t. 29. §. 2. in f.* Mynſing. *C. 2. O. 68.* & *C. 5. O. 11.* Gail. *d. O. 139. num. 6.* Deckherr. *in Manuſc. Lect. Cam. ad Kub. O. C. t. 29. num. 14. & 22.* ſed decendio lapſo Sententia tranſit in rem judicatam, *d. Auth. & d. Nov. 23. c. 1. Can. 28. C. 6. q. 2. Cap. 8. de Appell. in 6to. Cap. 15. X. de ſent. & de re jud.* Add. ſupra tit. *de re jud. §. 21.* Sin formalia hæc ab Advocato vel Procuratore non rite obſervata ſint, eoſque ſolvendo non eſſe conſtet, vel ſufficienter probatum ſit, Principalis reſtituitur in integrum. Gail. *1. O. 45. num. 6.* Confer. Mev. *p. 3. dec. 29. & p. 5. dec. 206 num. 5.* ita in Camera judicatum die 14. Decembr. 1698. *in cauſa H. contra Q. Appell.* v. Joh. Voetius, *num. 4. h. t.*

Niſi Gravam. ſit continuum.

Ex communi tamen Dd. ſententia fatale decendii non currit, ſi gravamen illatum habet cauſam continuam & ſucceſſivam, ex. gr. Carceri injuſte mancipatus ſemper tanquam à præſenti gravamine appellare poteſt; *Cap. 47. X. de Appell.* item in locum non tutum citatus toties provocare poteſt, quoties talis Citatio fit; Gail. *d. O. num. 13.* Friderus, *de Proc. l. 1. c. 8. num. 6.*

Carpzov.

Carpzov. *Pract. Crim. quæſt.* 139. *num.* 10. Dn. de Lyncker. *d. Tr. c.* 7. *p.* 2. *§.* 8. *&* 9. ubi idem de gravamine imminente obſervat. Mevius *p.* 8. *dec.* 472. Quæ tamen ſententia non per omnia Juris Analogiæ conveniens eſſe videtur Bachovio, *d. Diſp.* 33. *th.* 8. *verb. Gravam. ſucceſſ.* Addat. Lud Well. *ad Weſemb. lib.* 49. *t.* 4. *num.* 3. De Fatalibus reliqua vid. Tit. VI. §. 8. & ſeqq.

TIT. V.
DE APPELLATIONIBUS RECIPIENDIS, VEL NON.

Cod. *Lib.* 7. *Tit.* 65. *Nov.* 82. *&* 93. Extra *Lib.* 2. *Tit.* 28.

§. I.

SEquitur nunc Objectum, quod alias ſecundum methodum hactenus conſuetam ante Formam tractari debuiſſet. Conſtituunt illud in genere Sententiæ Judiciales Decreta, & alii Actus extrajudiciales, quibus à Judice vel Magiſtratibus partes gravantur, *l.* 1. *pr. ff. de Appell.* Duplex itaque de Jure Civili eſt Objectum. Prius ſunt ſententiæ judiciales, Definitivæ atque validæ, vel Interlocutoriæ, gravamen irreparabile habentes, quæ in ſpecie non excipiuntur. Sunt ergo I. Sententiæ Judiciales, quibus excluditur appellatio (1.) à Citatione; quia illa interponitur ad gravamen tollendum; proinde h. l. nondum exiſtente gravamine, tanquam præpoſtera, rejicitur, *l.* 7. *C. quor. appell. non recip.* Citatus enim comparere debet ad allegandam incompetentiam; Gylmann. *voc. Appellare a quibus* §. *à Citatione.* Carpz. *l.* 3. *Reſp.* 127. *n.* 4. ubi quod à futuro gravamine appellari non poſſit, generaliter tradit. Conf. tamen Mev. *p.* 4. *dec.* 89. & *p.* 3. *dec.* 121. Stryck. *in Uſu mod. §.* 11. *de appellat.* Brunnem. *in proceſſ. civili cap.* 28. *n.* 22. (2.) Ab executione, quæ ſententiam ſequitur, ne nova judicatis injiciatur mora, *l.* 4. *pr. ff. l.* 1. 21. *C. de appell. l.* 5. *C. quor. app. non recip.* Gail. *l.* 1. *O.* 113. Carpz. *d. l.* Bachov. *ad Tr. Vol.* 2. *D.* 33. *th.* 5. *lit. B.* Mev. *p.* 1. *dec.* 15. *n.* 1. & *dec.* 259. *n.* 22. Sed limit. Niſi Supplicans actis contradicat, deducens ſententiam principalem, ſe non citato, neque audito latam eſſe, *d. l.* 5. Gylmann. *voc. Appell. à ſententia.* Dn. L. B. de Lyncker. *d. tr. c.* 6. *§.* 13. vel in executione exceſſum fuerit, *d. l.* 5. Mynſ. *C* 2. *O* 25. Mev. 1. *dec.* 145. *& ult. & p.* 8. *dec.* 426. Stryck. §. 11. *de appell.* D. Bardili, *Exerc.* 39. *C. F.* 4. II. Sententiæ Judiciales validæ, ſic exclud. quæ ipſo jure nullæ ſunt. Contra tales enim ſine appellatione conſulitur, *l.* 23. *§.* 1. *ff. l.* 36. *C. de appell. l.* 1. *ff. quæ ſent. ſine appell. reſc. & l.* 1. *C. quand. prov. non eſt neceſſe.* Mevius *p.* 1. *dec.* 195. Vant. *de nullit. num.* 13. *&* 132. III. Sententiæ Definitivæ; Regulariter enim de Jure Civili appellatio ab Interlocutoria non indulgetur, *l.* 1. *§.* 2. *ff. l.* 6. *§.* 3. *l.* 24. *l.* 36. *C. de appell.*

Sent. Jud. (1) an Citatio?

(2) An Executio?

Quid ſi ſent. nulla?

Quid de Interloc.

l. 5. *C.*

l. 5. C. de ſent. & interloc. l. 2. C. de Epiſc. Aud. l. 7. C. quorum appell. non recip. arg. *l. 2. ff. h. t.* Carpz. *R. ſp. 127. n. 1.* Ratio eſt, quia gravamen illatum per ſubſequentem Definitivam tolli poteſt, *d. l. 36.* Ord. Cam. *p. 2. tit. 28. §. 5.* late Joh. Voet. *n. 8. & 12. cum ſeqq. de appellat. & relat.*

Interloc. grav. irrep. cont. II. IV. Sententiæ Interlocutoriæ, continentes gravamen irreparabile, i. e. quod per appellationem à Definitiva reparari nequit; Gail. *l. 1. O. 129.* Mynſing. *C. 4. O. 45.* niſi in ſpecie quædam excip. vid. *ſeq. §. 15.* Interlocutoria dividitur in Simplicem, quæ ſc. cauſam principalem neq; per directum, neque per indirectum deciſive reſpicit, neque Judicis officium finit, neque ſpem futuræ ſententiæ tollit, nec eſt de dando vel faciendo, vid. Dn. de Lyncker. *d. Tract. c. 3. prælim. §. 2. 8. & 9.* & Mixtam, quæ vel continet tale gravamen, quod ſemel illatum per ſententiam definitivam reparari nequit, v. gr. *in l. 9. ff. de his, qui ſatisd. cog. Cap. ult. de Appell. in 6to.* Carpz. *l. 5. Reſp. 44. n. 8.* Bocer. *cl. 6. D. 31. th. 24. & ſqq.* vel vim Definitivæ habet, quæ quidem cauſam principalem integre non determinat, per indirectum tamen tangit, & definit articulum ad Definitivam ſpectantem, vel præjudicium inferentem, ex. gr. *in l. 39. pr. ff. de minor.* Bocer. *d. l.* Carpz. *d. Reſp. n. 12. & ſeqq.* Hocque Jus Civile etiam in Camera Imperiali obſervatur. Ord. Cam. *d. t. 28. §. ult. & tit. ſq. 29. §. 2. & 3.* Mynſing. *d. O. 45. n. 1. C. 2. O. 49. C. 5. O. 88.* Gail *l. 1. O. 130.* add. Rec. Imp. de Anno 1594. *§. 90.* Hujusmodi exempla vid. apud Blum. *tit. 46. n. 4. 5. 6. & tit. 72. n. 6.* & per plura Roding. *lib. 1. tit. 19. n. 12 & tit. 26. n. 6. & mult. ſqq.* Gylm. *vocab. Appellatio ab Interloc. & verb. Sententia interloc.* Beſold. *d. c. 7. §. 7.* Brunnem. *in proceſſ. civili cap. 28. n. 2. & ſqq.* Joh. Voet. *n. 12. cum ſqq. de appellat. & relat* add. ſupra tit. *de re jud. §. 5.* Idem eſt de Jure Wurt. *Wurt. Landr. p. 1. tit. 69. §. Die Bey- und Vorurtheil, & tit. ſq. 70 §. R. da von einer Bey- oder Vorurtheil.* Stryck. *in uſu moderno §. 10. de appellat.* Secus eſt de jure Canonico, quod appellationem à quovis gravamine, ſicque ab omni Interlocutoria admittit, *c. 10. 12. 47. & 60. x. de appell.* Et hoc obſervatur in foro Saxon. Carpz. *J. F. p. 1. C. 20. def. 10. n. 6. & Reſp. 93. n. 6.* nec non *R. 127. n. 2. Berl. p. 1. Concl. 50. n. 46.*

Non excip. Cauſ. Crim. III. De Jure Civili nil refert, ſive in cauſa civili, ſive in criminali ſententia interlocutoria ſit lata, *l. 1. l. 6. §. 3. l. 12. l. 14. l. 29. l. 30. C. de appell. l. 6. C. de Epiſc. Aud.* Carpzov. *J. F. p. 1. C. 19. def. 25. pr. Pr. Crim. q. 105. n. 1. & ſqq.* late Joh. Voet. *n. 9. cum ſqq. de appellat. & relat.* Nec obſt. *l. 244. ff. de V. S.* intelligitur enim de pœna jure alias determinata, à Judice impoſita, ſed non proportionata, ex. gr. ſi Judex furi convicto manifeſto pœnam quadrupli dictaret: In

In notoriis tamen & atrocioribus criminibus prohibitam eſſe appellationem, dictum ſupra tit. de Appell. §. 19.

IV. Hoc tamen jus quoad cauſas Criminales hodie multis in locis non obſervatur, Jul. Clar. §. *ult.* Damh. *Pr. Cr. c. 15. n. 26.* & *c. 149. n. 24.* Brunn. *in proceſſu inquiſitor. cap. 11. n. 19.* Stryck *in uſu moderno § 6 de appellat.* Fromm. *de all. civil. & crim. in actu exercito §. 75.* nec in Camera Imp. cauſæ Criminales ſive per viam S. Q. ſive per appellationem recipiuntur, per Ord. Cam. *p. 2. tit. 28. pr.* ibi: *Allein Malefiz-Sachen ausgenommen, tit. 28. §. nachdem auch,* 5. Rec. Imp. de Anno 1530 §. *It. als jetzt etlich e zeithero, 96.* quod tamen reſtringitur ad cauſas pœnam corporis afflictivam continentes, Ord. Cam. *d. §.* ibi: *In peinlichen Sachen, die Leibs Straff auf ihnen tragen.* etiamſi hæc pœna in pecuniariam per gratiam mutata ſit. Gratia enim Conſtitutioni non derogat. Mynſ. *C. 5. O. 45. C. 4. O. 4.* ibique Fabric. Idem obtinet, ſi criminis accuſatus abſolutus accuſatorem ſuper injuriis, damno & expenſis reconveniat, hicque condemnatus appellet; Conſt. Crim. *art. 12.* Mev. *3. dec. 293. & p. 4. d. 211.* ſed licitè. (1.) Si tertius in cauſa criminali forte ratione Jurisdictionis interveniendo appellet. Dn. Lyncker, *de G. E. c. 6. §. 21. n. 8.* (2.) Si de competentia Judicis diſputetur. Deckherr. *ad Trimag. in Append. p. 576.* (3.) Si dubitetur, an cauſa, reſpectu Sententiæ & Veritatis, ſit criminalis, Oldekop. *t. 5. Obſ. Crim. 1. n. 25.* (4.) In cauſa fractæ pacis publicæ Ord. Cam. *p. 2. t. 9.* Mynſ. *C. 5. O. 40.* Gail. *l. 1. O. 1. n. 2.* & *O. 36. n. 11.* (5.) Cauſa criminalis ex nullitate notoria, ſi illa principaliter & ſeorſim deducatur, ad Cameram devolvitur, *d. t. 28. §. p.* Gail. *d. O. 1. n. 28.* De his ſingulis vid. poſt. Gylmann, Klock. Rulandum, Roding. *l. 1. t. 31.* Blum. *t. 45 num. 6 & ſeqq.* (6.) Delicta fiſcalia. (7.) Delicta à perſonis Cameralibus commiſſa, Ord. Cam. *p. 1. t. 50. § fin.* quo etiam facit *tit. 49. pr.* ibi: *Auch anderer Gerichts-Zwang frey ſeyn.* Sed dubium ex parte Civitatis Spirenſis quondam motum eſt ex *d. § f. ibi in fin. Berechtigen, und zu ſtraffen befehlen.* quod tamen Domini Camerales juſto & æquiſſimo ſenſu accipiunt de executione ſeu juſtificatione Rei convicti, & ad certum pœnæ modum damnati, cognitione A. ; Cameræ Judicio ſemper relicta, quod tandem executionem ſententiæ demandat. Hanc quæſtionem exhaurit Denaiſius, *Diſſ. de jure meri imperii, & Ejusd. adv. Aggæi Albada Apologiam & Antaeſin pro Civitate oppoſitam Aſſertio Juriſdict. Cam. Imp.*

V. Hæc in Criminalibus appellatio etiam in plurimis inferioribus Judiciis ceſſat, & ex generali Germaniæ Conſuetudine prohibita eſt; per d. Rec. Imp. de A. 1530. *§. 96.* Ord. Cam. *d. t. 28. §. 5.* Mynſ. *C. 4. O. 41.* Gail. *l. 1. O. 1. n. 28.* Berl. *p. 1. concl. 50. n. 50.* Beſold. *de app. c. 7. §. 4.* ita tamen, ut conſuetudo

Quid hodie in Crim. ubi. obtin.

Quid in Cam. Imp.

Quid in Judic. infer.

vel Statutum ad delicta tantum pertineat, ob quæ pœna corporis afflictiva decernitur, niſi aliud expreſſum. Mev. *p. 2. dec. 302* Beſold. *d. l.* Cæterum hanc conſuetudinem prohibitivam in quibusdam locis non obſervari notant Cothm. *l. 1. Reſp. 14. n. 8. & ſeqq.* Andr. Rauchb. *p. 2. q. 8. n. 41.* Nebelk. *dec. 21.* Stryck. *in uſu mod. §. 6. de appellat.* Sic de J. Sax. Electorali in proceſſu Criminali accuſatorio vel ordinario appellationem admitti, in Inquiſitorio rejici, tradit Carpz. *J. F. p. 1. C. 20. def. 19. & 20. & lib. 3. Reſp. 128. n. 11.* & in Pr. Crim. *Q. 139. n. 15. ſeqq.* vid. tamen Oldenkop. *tract. de Appell. crim.* Berl. *p. 2. dec. 231.* Brunn. *de proc. inquiſ. c. 11. n. 19.* In Ducatu Wurt. obſervatur conſuetudo plurimis in locis recepta, *Wurt. Landr. p. 1. t. 72. §. Von Malefiz-Sachen, &c.* ibique D. Lauterb. *in Differ. th. 83.* ut nec à mulctis appellari queat, *d. §.* contra *l. 25. C. de app.* Bocer. *Cl. 6. D. 34. n. 10.* ratio eſt, ne diutius executio differatur, vel reis evadendi occaſio detur. Stryck. *in uſu mod. §. 8. de appellat.* Appellationis autem loco in dd. locis eſt Defenſio, etiam poſt ſententiam, utpote quæ in Criminalibus nunquam tranſit in rem judicatam. Carpz. *d. q. in fin.*

Summa appellab. VI. Nec porro de Jure Civili refert, in majoribus, ſive in minoribus cauſis ſententia lata ſit. *l. 20. C. de appell.* D. Ludovici *in Diſſ. de ſumma appellabili.* In Camera vero Imperiali certa determinata eſt ſumma, infra quam appellationes non recipiuntur, & hæc ſumma primum erat 50. floren. Ord. Cam. *de A. 1521. art. 24. & de A. 1555. p. 2. t. 28. §. 4.* poſt aucta eſt ad 150. floren. per Rec. Imp. de A. 1570. §. *66.* ſed per Rec. Deput. de A. 1600. *§. 14.* extenſa eſt ad 300. floren. & demum per Rec. Imp. nov. de A. 1654. *§. Viertens. 106.* ad 600. flor. *Reichs-Gulden*, vel 400. Imperiales, quæ hodienum obſervatur. Stryck. *in uſu mod. §. 7. a quibus appell. licet vel non.* ita ut in Statuum privilegiis antiquis minor quoque ſumma eousque intelligatur extenſa: E contra per noviter adauctam ſummam vel minime præjudicatur iisdem Principibus ac Statibus Imperii plane, vel ad majorem ſummam ſpecialiter privilegiatis, quæ ſtricte obſervari debent. Rec. Imp. nov. *§. Drittens. 105. (al. 111.) & ſeqq. inſ. &* *§. Schließlich. 117.* add. ſupra *tit. A quib. app. non l. c. §. 6. & 7.* Carpz. *ad L. Reg. c. 9. ſect. 8. n. 8. & ſeqq.* In cauſis Nullitatum ſi principaliter agatur, & reſtit. in Integrum, ſi ſolitarie inſtituatur, ſumma appellabilis hodie præſcripta regulariter obſervatur. Concept. *Cammerger. Ordn. p. 2. tit. 31. §. 5.* Rec. Imp. de A. 1570. §. *69.* limit. vid. ſupr. tit. *de app. §. 7. inſ.* Hactenus tamen dicta non impediunt, quin privatus Immediatum in prima Inſtantia coram Camera pro exigua ſumma aliquando convenire poſſit: Sic cubicularius Z. convenit Dominum ſuum W. R. & Menſe Dec. 1700. obtinuit condemnatoriam ad ſolvendum ſalarium 30. Imp.

cum

cum uſuris & expenſis: Aliud præjud. vid. apud Gylmann. *rubr. Cauſæ q. in Cam. Imper.* In judicio Wurt. appellatorio, *Hof-Gericht*, requir. ſumma 50. flor. *Wurt. Landr. p. 1. t. 59. Hof-Ger. Ordn. p. 2. t. 2. §. 5.* D. Schœpff. *de Proceſſ. Appellat. Ducat. Wurt. c. 8. cum ſeqq.*

VII. Summa autem æſtimatur de jure Civili ex Actoris in prima Inſtantia petitione & libello; *l. 19. §. 1. ff. de jurisd.* *d. Concept. § 4. ibi: Da die Klage.* Mynſ. *C. 5. O. 83. n. 3.* Gail. *l. 1. O. 123.* *Wurt. Hofger. Ordn. d. t. §. 5.* ſed in Camera Imp. juxta commune Decretum de A. 1603. concluſum eſt, tantum ſummam, in qua Appellans per ſententiam, à qua gravatus eſt, attendendam eſſe; quam rem exemplis illuſtrat Blum. *t. 46. n. 10.* & Authoris. Roding. *l. 1. t. 20. n. 59.* Stryck. *§. 12. à quibus appell. licet.* Fraus tamen & Calliditas Judicis abeſſe debet. Mev. *p. 2. dec. 79. n. 4.* Sin partes ſuper ſumma contendant, nec de ea certo conſtet, appellans prius jurato aſſerat, ſe potius tanta pecunia cariturum, quam de lite deſiturum. Concept. *d. t. 31. §. 8.* In Foro Wurt. ſufficit juramenti loco affirmare. *Hofger. Ordn. d. t. § 6.* Summa hæc unde æſtimetur?

VIII. Ad conſtituendam tamen ſummam appellabilem plures & diverſæ ſummæ pro fundanda juriſdictione conjungi poſſunt, per *l. 10. § 1. ff. de appell. l. 11. pr. ff. de jurisd.* Gail. *l. 1. O. 123. n. 3.* Mynſ. *4. O. 33. n. 4.* D. Schwed. *in Jur. publ. Part. Spec. Sect. 1. c. 13. n. 12.* Stryck. *in uſu mod. §. 14. à quibus appell. licet.* Joh. Voet. *n. 5. ad h. t. nihil innovari appellat. interpoſita.* ſi ſc. ex eadem cauſa & Actione deſcendant per *d. l. 10. § 1.* Gylmann. *præjud. voc. Appellatio ſumma.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 33. th. 5. lit. A.* Mev. *p. 8. dec. 106.* Sed quæritur: An ad conſtituendam ſummam appellationis penſiones liquidæ cum ſorte cumulari queant? Deſuper in Camera Imp. d. 28. Jun. A. 1670. Dn. à Ludolff *in Jur. Cam. pag. 171.* in pleno fuit deliberatum & concluſum, ſi interveniat Privilegium exprimens *Hauptſtuhl, Hauptſumm, Hauptguth, Hauptgut*, vel etiam tantum Capital, hocque ſummam privilegio inſertam per ſe non attingat vel excedat, penſiones cumulari non poſſe, nec cauſam devolutam eſſe; Sin privilegium ſimpliciter loquatur, *Hauptklag, oder Hauptſach*, tunc cumulationi locum eſſe, & ita hactenus obſervatum fuit: Nullo vero extante tali privilegio, licet Capitale ſummam ordinationi 400. Imp. non attingat, ad illam conſtituendam penſiones liquido ceſſæ & adjudicatæ ſimul computantur, juxta præjudicia quotidiana. Vid. Roding. *num. 43.* Blum. *d. t. num. 13.* Gylmann. *præj. rubr. Appell. in genere. Symph. tom. 4. Vot. 46. num. 4.* Mynſ. *C. 1. O. 57. & O. 83.* Gail. *d. O. 123. n. 3.* Cletel. *de appell. c. 3. n. 25. & ſeqq.* Carpzov. *J. F. p. 2. C. 3. def. 4. n. 17.* Belitz. *Tab. Proc. Cam. 4. q. 8.* Taulemar. *Rel. Cam. 15. n. 36. ſeqq.* D. Schwed. Plures quænam cumulari poſſint? Item Penſiones?

d. n. 12. Stryck. *in uſu moderno §. 15. à quibus appell. licet.* Secus tamen obſervatur in Judicio Imp. Aulico. Uffenb. *c. 10. Subſect. 2. verſ. Aber de Praxi.* Cramer. *Manual. Jud. Imp. Aul. S. I. c. 2. §. 3. n. 2.*

Quid ſi Cauſa cert. æſtim. hab?

IX. Quandoque etiam intereſſe ſolum Summam Capitalem conſtituit, ſi ſcilicet principaliter, v. gr. ex Actione Emti petatur. Textor. *ad R. N. D. 11. th. 51.* Summa vero Ordinationis vel privilegii non attenditur; ſed appellatio indeterminate accipitur in cauſis certam æſtimationem non recipientibus, ut ſunt Honor, utpote in cauſis injuriarum ad Palinodiam, *auf Widerruff.* Ord. Cam. *d. 1. 28. §. 4.* ſupr. tit. *de Injuriis. §. 48. & 56.* Aliud eſt, ſi Æſtimatoria agatur; tunc enim ſumma debet eſſe appellabilis. Ord. C. *d. §. 3.* Comm. Decr. de A. 1603. Hinc cauſa *Wend* contra *Huck* non devoluta pronuntiata d. 7. Jul. 1693. Porro Juriſdictio, Jura, Servitutes, Retractus, & ſimilia, Ord. Cam. *d. l.* Stryck *in uſu moderno §. 15. a quibus appell. licet.* Blum. *in proceſ. Cam. tit. 46. n. 45. & ſeqq.* Roding. *in Pand. Cam. lib. 1. tit. 20. §. 30. cum ſqq.* Cenſus vel Reditus annui irreluitivi, In quibus tamen jure R. I. nov. *d. §. 106. (alias 112.)* ſumma appell. ad 16. Imperiales poſita eſt, niſi obſtet privilegium. Aliud eſt, ſi ſint reluitivi: Si juriſdictio vel quaſi, cui hi non adhærent, petatur, tunc Ordinationis ſumma requiritur. Ord. Cam. *d. l.* Rec. Imp. *de anno 1570. §. 67* & Deput. *de anno 1600. §. 14. in f.* ubi tamen loco verbi: *Ablöſigen*, legendum: *Unablöſigen Gulten.* Bocer. *d. D. 34. th. 27* De Jure Wurt. eadem fere & plura videſis *Wurt. Landr. p. 1. t. 59. & Hofger. Ordn. d. 1. 2.* Ex Rec. Imp. nov. *§. Auf das. 108.* adhuc alia eſt limitatio, ubi Ordinationis ſumma appellationis reſtringitur tantum ad 200. Imperiales, ſi ſcil. Appellans vel documento Magiſtratus ſui, vel hoc deficiente, citra perjurii ſuſpicionem, juramento corporali probet, vel ſe in primo Reproductionis termino probaturum offerat, ſe ultra 2000. Imp. in bonis non habere, ſic proceſſus decreti ſunt d. 1. Feb. 1702. in cauſa *Frömmond.* contra *Lentz.*, die 25. Jan. 1704. in cauſa *Franckin* contra *Brandtin*, & Conſ.

Actio ad Palinod.

Cenſus vel Reditus annui irrel.

Except.

Cauſæ Matr. quatenus appellab.

X. Criminalibus *prae. §. 4.* æquiparantur cauſæ Matrimoniales, quæ ſimiliter nec per viam S. Q. neque per appellationem in Camera Imp. recipi debent, Mem. Viſitat. de Anno 1570. *§. 7.* Conc. *Cammergerichts-Ordnung. p. 2. t. 1. §. 5.* Gail. *l. 1. O. 112. num. 17.* ſed hoc reſtringitur ad caſus contrahendi vel diſſolvendi matrimonii. Limit. vero, ſi quæſtio in mero facto conſiſtat, vel ſit de poſſeſſorio, v. gr. de ſævitia maritali, repoſcenda muliere, &c. vel de competentia Judicis, alimentatione partus vel uxoris, ſequeſtratione puellæ duobus forſan deſponſatæ: vel Tertii de matrimo-

nio

nio diſceptent ad effectum legitimationis & ſucceſſionis, uti per paritorium deciſum in Cauſa *Lipp, genannt Horn*, contra *Schulm*, die 13. Dec. 1702. vel principaliter agatur ſuper Nullitate, de quibus caſibus præjudicia teſtantur quotidiana. vid. poſt alios alleg. Reink. *de R. S. & E. l. 3. cl. 1. c. 10. num. 20. & ſeqq.* Roding. *l. 1. tit. 31. n. 22.* Frider. *de proc. l. 1. c. 10.* Myler. *de Princ. & Statib. Imp. p. 1 c. 20. num. 21.* Mev. *p. 2. dec. 364. & ſeq.* Stryck. *in uſu moderno §. 7. de appellat.* Gail. *l. 1. O. 112. n. 17.* ibique Fabricius, *ſect. 1.* ubi præjudicio firmat, ſi Status A. C. in cognitione cauſæ matrimonialis per Officialem Pont. ullo modo turbetur item reſpectu perſonarum Cameralium ita etiam d. 4. Aug. 1699. in cauſa *Proeven* contra *Munch* judicatum fuit. In Aulis tamen Principum appellationem Matrimonialibus ſæpe licitam & conſuetam eſſe non negandum. De Pomerania vid. Mev. *p. 2. dec 364. n. 3.* add. *Diſſ. Alt. de cauſis Jud. Imper. Aulic. fundantibus ſine concurrentia Judic. Cameral.*

XI. Similiter ſe res habet, & in Camera Imp. non recipiuntur aliæ cauſæ Spirituales & Eccleſiaſticæ, vel Mixtæ, ex. gr. juris Patronatus, Decimarum, &c. *c. 3. x. de judic. c. 5. & ſeqq. x. de Decim.* Stryck. *in uſu mod. §. 7. de appellat.* Böhmer. *in Jur. Eccleſ. lib. 2. tit. 2. §. 21.* D. Schweder, *in Jure publ. Sect. 1 c. 12. §. 10. part. ſpec.* Sed limit. Niſi quæſtio ſuper tali cauſa mota conſiſtat in facto, verb. gr. Decimas non eſſe ſolutas, *l. 10. C. de N. N. P.* item ſuper fructibus Decimarum, qui inter Spiritualia non referuntur, Rebuff. *de Decim. q. 10. n. 4.* ſi jus Decimarum ad Laicum ex feudo vel privilegio pertineat, Rebuff. *n. 39.* item, ſi de poſſeſſione vel quaſi agatur, utpote quæ pro temporali habetur, & per Judicem ſecularem agitari atque decidi poteſt. Sic etiam à ſententia ſuper hujuſmodi cauſis in facto vel in poſſeſſorio, (ſecus ſi in petitorio, niſi inter Laicos meros) lata ad Cam. Imp. recte appellatur. Mynſ. *C. 1. O. 67. C. 5. O. 10.* Gail. *l. 1. O. 38. per tot.* Cujuſmodi plures lites in Camera pendent atque deciſionem exoptant. add. Ord. Cam. *p. 2. tit. 21. pr. & §. 1.* Hunn. *Encyclop. jur. univ. p. 2 tit. 2. c. 7 n. 1. & ſeqq.* Nec tamen prætereunda eſt diſtinctio inter Decimas Seculares vel Laicales & Eccleſiaſticas, vel Clericales. Illæ utique ſunt in commercio hominum inſtar bonorum matrimonialium, & de iis in ſeculari quoque judicio omnino cognoſcitur Gratian. *diſcept. for. cap. 238 n. 38* Grav. *l. 1. concl. 38. n. 5* Carpz. *Jurisp. Conſiſt. l. 2. def. 138. n. 4.* Crolovius, *de Jur. Decim. th. 55* add. Cranz. *l. 1. Metrop. c. 2.* & quandoque inter Regalium fructus hodie cenſentur. Reink. *de R. S. & E. l. 3. cl. 1. c. 8. n. 11.* Ergo Eccleſiaſticæ tantum (quoad petitorium ſcil.) ad Juriſdictionem Eccleſiaſticam, vel apud Evangelicos ſæpius ad Conſiſtorium pertinent. Knipſch. *de Nobilit. l. 3. c. 3. n.*

Cauſæ Spir. & Eccleſiaſt. vel Mixtæ.

450. & mult. ſeqq. Sic Jure Wurt. inter cauſas mixtas, adque Conſiſtorium pertinentes, refertur quæſtio circa Decimas, *ſo ſern ſelbige denen Pfarrherren, oder Schul-Bedienten zu ihrem Unterhalt gewidmet, und von denenſelben genoſſen und angeſprochen werden. Ehegerichts-Ordnung, p. 2. cap. 2. §. 5.* & quoniam Laici ante Conſilium Lateranenſe decimas infeudatas habuere, ſuper tales in Gallia non niſi Judex ſecularis cognoſcere poteſt. Chaſſan. *in Conſuet. Burgund. rubr. Des juſtices & droits. 1. §. Meſſieurs 6. n. 35.* Roſenthal. *de feud. cap. 12. concl. 3. n. 33.* Sic Camera Imperialis contra Pignorationes & Arreſta circa Decimas ſemper Mandata decrevit. vid. Roſenth. *d. l. n. 30. & ſeq.* Klock. *Vot. Cam. Relat. 130. n. 2.* add. *Vol. 1. Conſ. 41. n. 12.*

Poſſeſſoriam. appellab.? XII. Porro & in ſpecie excipiuntur (1.) Sententiæ in judicio poſſeſſorio momentaneo latæ. per *l. un. C. ſi de moment. poſſ. fuerit app.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 33. th. 5. lit. E. F. G.* D. Frommann, *in Diſp. de judic. ordin. & ſummario th. 69.* Diſſentit Matthæus de Afflictis, *dec. 269.* Diſtinguitur autem inter poſſeſſorium momentaneum vel ſummariſſimum, & plenarium ſive ordinarium, & à ſententia in hoc lata appellationes recipiuntur ob perpetuum præjudicium; ſed in illo regulariter non. Myns̄ing. *C. 6. O. 13.* Gail. *l. 1. O. 7. n. 7. & O. 147. n. 9.* Bocer. *cl. 6. D. 34. n. 25. & 26.* Carpz. *l. 1. Reſp. 13. & 14.* Tennag. *cl. 4. cap. 10. n. 9.* ſupra ad Tit. *de hæred. §. 10.* latiſſime Cluden. *Syll. rer. quot. cap. 7. n. 64. & mult. ſeqq.* ubi ſeptem jungit limitationes & caſus, in quibus etiam in ſummariſſimo permiſſa eſt Appellatio. D. Grav. *de judic. poſſeſſor. ſummar. th. 50.* Add. Mev. *p. 7. dec. 20. & p. 9. dec. 14.* Quando vero in Plenario inhibitio ſimul decerni poſſit, tradit Roding. *l. 1. tit. 31. n. 15. & ſeqq.* Klein, *Vol. Diſp. D. 13. c. 3. §. 15. n. 54. & ſeqq.*

Cauſæ nullam moram admittentes. XIII. (2.) Excipiuntur Sent. in cauſis moram vel dilationem non admittentibus, *l. f. ff. b. t.* v. gr. de teſtamento aperiendo, vel de hærede ſcripto in poſſeſſionem mittendo, *d. l. f. §. 6. C. eod.* in cauſa annonaria, *d. l. f. pr.* ſepulturæ, *l. 38. ff. de relig.* in cauſa mercedis, alimentorum egent. & aliarum piarum cauſarum. Tiraquell. *de priv. tom. 5. pr. 153.* Dn. Stryck. *ad Brunnem. J. Eccl. l. 2. c. 18. ad §. 28.* In Cambialibus; Rec. Imp. nov. *§. Als auch bey etc.* quandoque tamen ſaltem ad effectum devolutivum appellationes valent. Marquard. *de jure Mercat. l. 3. c. 11. n. 11. 12. 13.* Mev. *p. 9. dec. 133.* D. Harppr. *Reſp. 98. n. 201. & ſeqq.* De Appellatione Officialium in cauſa debiti Fiſcalis, vel Tributarii liquidi, Præſtationum publicarum vid. *l. 3. l. 4. l. 8. C. b. t.* add. *l. 18. l. 21. C. de appell.* itemque exactionis rationum aut reſidui Munnoz de Eſcob. *de ratioc. c. 33. n. 13.* Dn. à Lyncker, *in Diſp. de rel. quis. 4. 5. n. 2.* De his & aliis ſimilibus plura vid. ap. Dn. de Lyncker, *tr. de Gravam. Extraj. cap. 6. . 4. & ſeqq.*

& ſeqq. Georg. *ad ff. h. t. theſ. 27. & ſeq.* Engelbrecht, *Comp. Juriſpr. h. t. th. 13.*

XIV. (3) Sententia inhæſiva, & prioris confirmatoria, vel juſte declaratoria, quando à priori non appellatum, vel appellatio denegata eſt, ſicque ſententia in rem judicatam tranſivit; *l. 1. C. qu prov. non eſt nec.* Si vero in ſententia à qua verba legantur: *Einwendens obngehindert*, non pro mera habetur inhæſiva, ſed poſt primam ſententiam novum quid obmotum fuiſſe creditur, vid. Mev. *p. 1. dec. 192 & p. 6. dec. 396.* (4) Qui bis appellavit, ad tertiam appellationem non admittitur; *l. un. C. ne l. c. in un. ead. c.* quod tamen in *d. l. un.* reſtringitur ad eandem litem, ſuper iisdem capitulis & ad eandem perſonam; utrique enim appellare licet, *c. 65. X. de app.* ne lites fiant pene immortales; *l. 13. pr. C. de jud.* Bach. *d. th. 3. lit. C.* Camera vero Imperialis tertias & quartas recipit appellationes; quia Princeps vel Magiſtratus plures Inſtantias poſſet facere, & ita præjudicium vel fraus fieret juriſdictioni Imp. Mynſ. *C. 1. O. 15.* Gail. *l. 1. O. 72. n 3.* Quod etiam in foro Saxonico obtinet. Carpz. *l. 3. Reſp. 101. n. 14.* In Ducatu Wurt. diſpoſitio Juris Civilis obſervatur. *Wurt. Landr. p. 1. t. 70. §. Item, ſo drey gleiche End-Urtheil.* Bocer. *d. D. n. 1.* Add. ſupr. *tit. 1. §. 21.* Sentent. inhæſ. Sent. ter conform.

XV. Alterum Objectum, ſed Extrajudicialis, Appellationis ſunt Decreta, & alii Actus extrajudiciales; *l. 1. §. 3. ff. quand. app. l. 21. §. 2. ff. c. 5. x. c. 8. in 6to. de app.* hinc ſi ad munus vel honorem electus habeat cauſam legitimam immunitatis vel ſeſe excuſandi, appellationem interponere poteſt. *d. l. 1. §. 2.* ſupra ad tit. *de appell. §. 4. & 5.* Dn. de Lyncker *in ſæpe laudato tract. c. 6.* Plures cauſas & ſententias, à quibus ad Cameram appellare licet, vel non, collegit Blum. *tit. 46.* App. Extraj. Object.

TIT. VI.
DE LIBELLIS DIMISSORIIS, QUI APOSTOLI DICUNTUR.

Cod. *Lib. 7. Tit. 62.* In 6to. *Lib. 2. Tit. 15. c. 1. 4. & 6.*

§. I.

Appellatione interpoſita ſequitur IIdum fatale, nimirum legitima Apoſtolorum petitio, ſine qua Appellatio pro deſerta habetur. per *Cap. 4. 6. de Appell. in 6to. Clem. Quamvis. 2. eod. l. un. §. 5. ff. h. t.* Berlich. *p. 1. Concl. 50. n. 153.* Carpz. *J. F. p. 1. C. 20. def. 7. & lib. 3. Reſp. 115. n. 1. ſeqq.* infra §. 3. Apoſtoli vero dicuntur à Græco ἀποςέλλειν, i. e. dimittere, & ſunt Literæ, quibus cauſa à Judice inferiore dimittitur ad ſuperiorem, vel quibus Judex inferior ſuperiori ſignificat, an & quomodo Appellationi detulerit, vel non. *l. 31. C. de Appell. Cap. 1. de* Apoſtoli unde dic.?

1. de Appell. in 6to. l. 106. ff. de V. S. & ibi Dd. Senſus autem illarum talis eſt, appellaſſe Lucium Titium à Sententia illius, quæ inter illos dicta eſt. *d. l. un. §. 1.* Unde vocantur Apoſtoli Literæ dimiſſoriæ, *d. l. un. pr. d. l. 106. l. 32. §. 2. C. de app.* Libelli dimiſſorii, *rubr. h. t.* Voet. *n. 1. h. t.* Relationes, eorum ſc. quæ apud Judicem à quo geſta ſunt. *l. 24. l. 31. §. 2. C. de appell.* German. *Abſchieds-Brieff, ſchrifftliche Kundſchafften und Bekanntnuß Brieff.* Dn. ab Eyben. *in Script. menſ. edit. part. 2. Diſp. de Apoſtolis th. 9.*

Species Apoſtolor. 1. Dimiſſorii. 2. Reverentiales. 3. Refutatorii.

II. Doctores ſex recenſent ſpecies, ut ſunt (1.) Dimiſſorii, qui ſunt literæ, quibus Judex à quo ſignificat Judici ad quem Appellationi delatum eſſe. *d. l. un. d. l. 106.* Stryck. *in uſu modern. §. 2. h. t.* Formulam eorum vid. *Can. 31. Cauſ. 2. q. 6.* (2.) Reverentiales, quibus Appellationi in honorem ac reverentiam Superioris duntaxat delatum eſt. *Cap. 1. de appell. in 6to.* Germ. *Ehrenhaffte Apoſtel.* Dn. ab Eyben, *d. Diſp. th. 13.* (3.) Refutatorii, quibus Judex inferior appellationi tanquam frivolæ non defert; *l. 6. pr. ff. de appell. recip. l. 6. §. 3. l. 18. & 19. C. de appell.* frivolæ enim appellationes admitti haud debent, nec ad eas trahendæ LL. quæ ſub certis pœnis Judicibus appellationes admittendi neceſſitatem imponunt. *l. 14. C. de app. Nov. 126. c. 5.* Caveant tamen Judices, ne juſtam Appellantibus præbeant ſuper Refutatoriis conquerendi anſam. Berlich. *d. concl. 50. n. 126. ſeq.* Carpz. *d. c. 20. def. 6. & lib. 5. Reſp. 110. & 111.* Mev. *p. 1. d. 136. p. 5. d. 380. & p. 6. d. 15.*

4. Reſtitutorii. 5. Teſtimoniales. 6. Conventionales. Qui hodie in Uſu?

(4.) Reſtitutorii, quibus Judex revocat Gravamen illatum, *C. 60. de appell.* nec propriè ſunt Apoſtoli. (5.) Teſtimoniales, qui à Notario in teſtimonium interpoſitæ appellationis dantur in caſu Abſentiæ Judicis, vel ſi Apoſtolos dare recuſet. *C. fin. x. de appell.* (6.) Conventionales, quibus conſenſu partium appellatum eſſe ſignificatur. Scacc. *de appell. q. 15. n. 5. & ſeqq.* Schöpffer. *n. 38. h. t.* Hodie potiſſimum ſunt in uſu Dimiſſorii, Reverentiales & Teſtimoniales, ac duorum tantum, Reverentialium & Refutatoriorum, fit mentio in Ord. Cam. *p. 3. t. 30. §. 1. & t. 31. pr.* Sub Reverentialibus tamen Dimiſſorii comprehendi poterunt. Dn. ab Eyben, *d. Diſp. th. 11.* Wehn. *Obſ. Pract. voc. Abſchieds-Brieff.*

Apoſtol. quomodo pet.? (1.) Debito ordine & loco. (2.) Debito modo.

III. Apoſtolorum autem petitio fiat (1.) Debito Ordine & Loco, ſc. poſt appellationem interpoſitam, vel in ipſo actu appellationis, *l. un. pr. ff. h. t. l. 6. §. ult. C. de app.* Richt. *Vol. 1. mod. 12. de Apoſtolis th. 4.* quia pars appellationis cenſetur. Scacc. *d. q. art. 5. n. 24.* (2.) Debito modo, h. e. inſtanter & ſæpius. *d. l. un. §. 1. Clem. 2. de app.* Ex æquitate tamen ſufficit, ſi unico fiat contextu, *d. Clem. 2.* & fieri ſolet Peto inſtanter, inſtantius atque inſtantiſſime. Germ. *Fleiſſig, fleiſſiger, und zum fleiſſigſten,* vel *Ernſtlich, ernſtlicher, und zum allerernſtlichſten,* item *Inſtändig, inſtändiger, und zum allerinſtändigſten,* vel *Zum erſten, zweyten und dritten mahl.* Dn. ab Eyben, *d. Diſp. th. 25.* (3.) Congruo tempore, hoc eſt, intra triginta dies à tempore

late

latæ ſententiæ, vel à tempore ſcientiæ, ſi Appellans ſententiam latam eſſe ignoraverit, *l. 24. C. de appell. Nov. 126. c. 3. cap 6. de appell. in 6to. C 41. §. Judicibus. Conſ. 2. q. 6.* Berlich. *d. concl. 118. n. 130* Carpzov. *d. Conſt. def. 7. & Proc. Jur. t. 18. art. 3. n. 48.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 33. th 8. lit. D.* Mynſ. *C. 4. O. 36* Wurmſer. *tit. 24. O. 23.* Stryck. *in uſu moderno §. 1. h. t.* Niſi acta nulla ventilata fuerint, uti fit in Gravaminibus extrajudicialibus. Klock. *Rel. Cam. 93.* Textor. *ad R. N. D. 11. th. 101.* Petitione ſic facta Judex Apoſtolos dare tenetur, *l. 6 §. f. l. 24. C. de appell.* & quidem cum actis prioris inſtantiæ; *d. l. 24.* alias quandoque etiam deſuper appellare licet; Richter. *dec. 124. n. 35.* Sed ſi Judex à quo certum Appellanti terminum aſſignaverit, vel intra juris terminum ſe Apoſtolos daturum reſponderit, is vero ante lapſos 30. dies non comparuerit ad recipiendum, appellationi renunciaſſe cenſetur, *diſt. C. 6. Clem. 2.* Sic jure Communi Juſtinianeo & Canon. hujus petitionis omiſſio deſertam reddit appellationem, per tx. *præced. §. 1.* & hoc quoad Tribunalia inferiora in multis adhuc locis obtinet. Mynſ. *C. 4. O 36.* Gail. *lib. 1. O. 139. inf.* de Saxon. teſtatur Carpz. *d. def 7. n. 3.* Berlich. *d. l. num. 114.* Econtra in quibusdam locis hodie loco Apoſtolorum ipſa acta prioris inſtantiæ intra 30. dies peti & dari debent. Bocer. *Cl. 6. D. 34. th. 82.* De Jure Wurt. vid. *Wurt. Landr. p. 1. t. 61. & t 65. §. Nemlich*, ibique D Lauterbach. *th. 77.* Excipe. Effectus.

IV. Aliud obtinet de Praxi Cam. qua requiſitio Apoſtolorum non eſt neceſſaria, ſed à libero Appellantis pendet arbitrio, & illa omiſſa, appellatio tamen ſubſiſtit. Ord. Cam. *p. 2. t. 30 §. 2.* Gail. Mynſ. *dd. ll.* Frider. *l. 1. de Proc. c. 7. n. 8* Dn. de Lyncker. *Tr. de G. E. c. 7. p. 2. §. 13. n. 3.* Esbach *ad Carpz. p. 1. C. 20. d. 7. n. 8.* Stryck. *§. 1. h. t.* Mev. *p. 1 dec. 136.* Eorum autem loco Acta priora intra 30. dies ab interpoſita appellatione numerandos in Judicio inferiori inſtanter atque oblata ſolvendæ mercedis cautione requirere debet. Ord Cam. *p. 2 t 31. pr.* Rec. Imp. de Anno 1570. *§. 74.* & quidem ſub pœna deſertionis, juxta Rec. noviſſ. *§. Ob er auch. 53.* Blum. *Proc. t. 51. n. 3. 7. & ſeqq.* Dn. ab Eyben. *d. D. th. 27.* Hinc quia loco fatalis eſt, hoc trigintadium non minus, quam decendium, ex officio obſervari debet, imo, niſi Documentum hujus requiſitionis una cum Supplica pro Proceſſibus exhibeatur, Proceſſus non decernuntur: Et ſi Judex à quo terminum ad editionem præfixit, Appellans denuo acta requirere, atque ulterius Documentum ſub præjudicio Abſolutionis ab cit. producere debet, *d. R. I. §. Darbey gleichwohl, 57.* Blum. *d. l. & t 76. n. 74. cum ſeq.* Nec ſufficit, ſi requiſitione neglecta, Judex ſponte acta poſt trigeſimum ediderit, quoniam et lege præſcripta Requiſitio loco formæ eſt, per præjud. apud Roding. *lib. 1. tit. 25.* Conf. Dn. de Lyncker. *d. Tr. & loc. §. 24. n. 6. & 7.* Textor. *in Prax. jud. p. 1. c. 12. num. 46.* Prax. Cam. Apoſt. loco Acta priora requir.

Reſtitutio tamen in integrum ex cauſis legitimis peti poteſt. Dn. ab Eyben. *d. D ch. 21.* Dn. Hoffmann, *Suppl. Cam. tit. 20. pr. n. 1. & 12.*

Caſus ſpec. V. Quid ſi à Judicio quodam noviter ex pacto ad Cam. appellare permiſſum ſit, Appellans vero juxta ſtylum illius Curiæ hactenus uſitatum loco Requiſitionis produxit petitionem Apoſtolorum Reverentialium Requiſitionem actorum tacite in ſe comprehendentem? Habita ſuper tali caſu deliberatione Anno 1702. concluſum fuit, ne Appellans cauſa cadat, nec contra ordinationem *d. R. I. N.* committatur, ſi peteret reſtitutionem in integrum brevi manu, hanc enim cum Proceſſibus decerni poſſe, prout dicto anno iterata vice obſervatum eſt, Compulſorialibus vero non ſimul decretis, cum reſtitutus nunc à Judice à quo acta priora requirere prius debeat.

Acta quomodo edenda? VI. Hæc autem prioris Inſtantiæ Acta integra & ſine defectu deſcribi debent, Ord. Cam. *p. 2. t. 31. §. 1.* Mev. *p. 5. dec. 71. & 137.* Brunnem. *ad l. 15. C. de appell. n. 6.* & quidem in lingua tantum Germanica vel Latina, ſi ſcil. (1) Acta priora in lingua Gallica aliave exotica conſcripta, vel (2) Reus ſit linguæ exoticæ; hoc enim in caſu translatio fit in Latinam, Ord. Cam. *d. l. §. 6.* Blum, *P. C. t. 31. n. 21.* Poſtea, citata vel præſente utraque parte, à Judice Inferiori ſecundum ſtylum cujusque judicii inrotulanda ſunt, & non niſi clauſa ad evitandam omnis falſificationis ſuſpicionem Appellanti, erga condignam & decentem mercedem, *gegen ziemliche Belohnung*, extradenda, quo hic eadem in primo termino judicialiter reproducat, ſi enim non clauſa nec ſigillata fuerint exhibita, recognoſci non debent; ſed tam Judex ea aperta edens, quam Producens arbitrarie mulctantur; Rec. Imp. Nov. *§. So dann ſollen. 56.* Conf. Mev. *p. 1. dec. 255.* Roding. *d. tit. 25. §. 29. & ſeqq.* De Procuratore vero vid. hic Ante Marill. *O 75.* Blum, *Sent. Cam. 658.* & Judex à quo cum actis his rationes decidendi ſimul edere tenetur ſub pœna duarum Marcarum auri, d. Rec. Imp. *§. Deßgleichen 54.* Acta vero in calce pretium adſcriptum habento Ord. Cam. *d. t. §. 7. & 8.* ut parte petente Camera Imperialis moderari taxam queat. juxta præjud. apud Roding. *lib. 1. tit. 25 num. 51.*

Quid ſi acta ſint manca? VII. Sin Acta manca producta, Judex à quo ejusve Actuarius defectum probatum propriis ſumptibus redintegrare debent: Ord. Cam. *d. t. §. 3.* niſi ſint defectus per Comparitionem in Camera reparabiles, vid. Ord. Cam. *p. 3. t. 34. pr.* Blum. *t. 71. n. 14.* Deckh. *Relat. Cam. 9. n. 30.* Klock. *Rel. 4. n. 45. & 50.* Mev. *p. 4. dec. 204. & p. 6. dec. 139.* Sin acta in totum vel ex parte deperdita, ut nec redintegratio fieri, nec certa ſententia ferri queat, Judex negligens parti tenetur ad intereſſe, & inſuper arbitrarie in Camera punitur. Gail. *lib. 1. O. 134. n 14.* Mynſ. *Cent. 2. O. 16.* Cauſa vero, in qua ob defectum procedi nequit, ex officio

ſolet

ſolet acceptari & decerni, ut ſi Actor originarius de novo agere velit, id debeat in Camera de integro facere. Gail *d. O. n. 21.* Mynſ. *d. O. & C. 1. O. 11.* ubi plura præjud. Conf. Dn. ab Eyben. *Diſſ. ad Cap. Per tuas 58. x. de Appell. c. 1. th. 19.* Mevius, *p. 2. dec. 69. & p. 7. dec. 394.* Amiſſione contra in Camera facta, novæ Compulſoriales ad edendum acta priora adverſus Judicem à quo in Camera decernuntur; acta vero in Camera ventilata ab ipſis partibus vel Advocato & Procuratore Cauſæ redintegrari debent, quod ſi fieri amplius non poſſit, Cauſa de novo in Camera foret ventilanda; ſicut poſt Excidium Spirenſe Camera quoad judicialia reſtaurata Wezlariæ, per commune Decretum die 15. Maji 1693. injunxit.

Fatale III. Appell. Introd. quid ſit?

VIII. Sequuntur reliqua Appellationis Fatalia, & quidem III. debita Appellationis introductio, quæ de Jure Civili eſt legitima Appellationis interpoſitæ cum Apoſtolis coram Judice ad quem, intra tempus conſtitutum, pro Citatione, Inhibitione & Compulſorialibus facta Inſinuatio ſive Præſentatio. *l. 2. 3. 4. & ult. C. de temp. & repar. appell.* Compulſoriales enim hæ literæ *Peinliche Zwangsbrieff*, (& non *Peinliche*, uti mendoſe in Indice Corp. Rec. Imp. & in Ord. Cam. ibidem de Anno 1507. potius 1508. ſub Tit. *Von Terminen zweyter Inſtanz, ſo von Bey-Urtheiln oder deren Beſchwerden appellirt wird. §. Item er mag auch. 2.* legitur) ſunt Mandata, quibus Judici à quo ſub certa pœna Actorum priorum intra præfixum tempus injungitur; Inhibitio vero ſimiliter mandat, ſive prohibet, ne, lite apud Judicem ſuperiorem pendente, in hujus vel partis Appellantis præjudicium aut contemptum aliquid agatur. vid. Gail. *l. 1. obſ. 140. & ſeqq.* Vultej. *de judic. lib. 4. c. 2. n. 163.* Blum. *P. C. tit. 52. & 54.* Struv. *Exerc. 50. th. 15.* Stryck. *in uſu moderno §. 7. quando appell.*

Compulſoriales quid?

Inhibitio.

Fatale Intr. hodie cum veteri Juſtificationis idem.

IX. Fatale hoc Introductionis (quod cum abrogato veteri Juſtificationis termino hodie idem eſt, Rec. Imp. 1654. §. 58. (al. 64.) & cum fatali proſequendæ ſæpius confunditur Blum. *tit. 49. n. 18. & 19.* Brunnem. *ad l. 2. C. de temp. & repar. appell. n. 2.* Mynſing. *cent. 1. obſ. 31. cent. 5. obſ. 14. & 65.* ibique Arn. de Reigger) de J. Comm. pro ratione cauſarum, Judiciorum & circumſtantiarum diverſum, & quidem reſpective bimeſtre, trimeſtre, quadrimeſtre, ſemeſtre, & ultra ad Annum vel Biennium erat, ita, ut lapſus cujusque extremus eſſet dies ille induciarum peremptorius, quo pro arbitrio Judicis poſtea cauſa agenda & in judicium introducenda fuerat. *d. l. 2. & t. t. C. de temp. appell. Nov. 119. c. 4. cap. 4. 5. 26. 33. & 57. x. de appell. & 1. eod. in 6to.* C. J. A. *tit. Quando app. ſit. th. 10.* Textor. *ad R. N. Diſſ. 11. th. 64.* Matthæ. *de Judiciis c. 12. aph. 56. & ſeq.* De Jure Imp. & Cam. olim pro diſtinctione datorum Apoſtolorum obſervandi erant quatuor vel ſex menſes à die interpoſitæ Appellationis;

Quale de Jure Comm.?

De Jure Cam. olim.

Ord. Cam. *1521. tit. 25. §. 1. & 3.* Ord. Cam. *1527. §. 18.* Clenel. *de appell. c. 5. n. 79.* quod tempus A. 1555. indiſtincte ad ſemeſtre, ita, ut quilibet menſis 30. dies (de Jure Wurt. vero 20. dies ad inſinuandum Acta à die denunciationis. J. P. W. *p. 1. t. 65.*) contineat, determinatum fuit; Ord. Cam. *p. 2. tit. 30. §. 1. 2. & 4.* ſalva licet facultate Judicis à quo illud eatenus minuendi ac reſtringendi, *modo d. §. 1.* ibi. *Und nicht daruber.* Gail. *d. obſ. 140. n. 3.* Dn. L. B. de Lyncker. *de G. E. c. 7. part. 2. §. 17. n. 6. & §. 19.* Clenel. *d. c. 5. n. 84.* indeque Fatalia hæc communiter diſtinguuntur in Fatalia Legis & Hominis, de quibus vid. Rec. Imp. de A. 1654. §. *So dann ſoll. 61. (al. 67.)* quatuor menſes ad extrajudicialiter extrahendos & inſinuandos Appellationis Proceſſus, duo vero reliqui menſes ad eosdem judicialiter reproducendos, ſub præjudicio Deſertionis, determinantur. Text. *d. Diſp. 11. ib. 67. & 68.* Formulam vero concipiendæ pro Proceſſibus his Supplicæ, & de cætero hic obſervandorum Praxin vid. apud. D. Hofmann. *ad Gambſ. R. Nov. §. 58. & 64. & in Supplic. tit. 17.* Blum. *Supplic. c. 15.* Roding. *lib. 3. tit. 20. §. 64. & ſeqq.* addat. Fleck. *Biblioth. jur. priv. lib. 5. tit. 69. n. 11 ſeqq.* Quod quadrimeſtre adhoc hodie ſtricte etiam in Cauſis Auſtregalibus, Spolii, & Feudalibus attenditur. Deckh. *ad Korb. Ord. Cam. p. 1. t. 30. n. 52.* Roding. *lib. 1. tit. 28. §. 6.* De Jure Saxon. Electorali & Gothano fatale hoc eſt menſtruum à die datorum Apoſtolorum, Conſ. Wernher *obſerv. for. 13. & 14. junct. 184.* Vinarienſi autem ſex Menſium. P. Muller. *ad Struv. lib. 49. tit. 6. th. 13. lit. a.* In Tribunali Reg. Wiſmar. tres menſes præſtituti, intra quos Appellans Documentum interpoſitæ ſuæ Appellationis, cum Libello, inſertiſque Gravaminibus, offerre debet. Ord. Trib. *p. 1. t. 2. §. 4.* De Ducatu Brunſvico-Luneb. vid. Engelbrecht. *compend. ff. lib. 49. tit. 4. §. 10. in fin.*

[Menſis quot dies habeat? Jure Würt.]

[Form. Suppl.]

[Fatal. hod. in Cauſis Auſtreg. Spol. & Feud.]

[De Jure Sax. & Tribunal. Wiſmar.]

[Item Duc. Brunſvico-Luneb.]

[Prorogatio hujus Fatal.]

X. Prorogari nihilominus vel reſtitui fatale hoc quatuor menſium adhuc currens per Judicem ad quem & in Cam. Imp. ſolet; Gambs. *ad R. N. d. §. 61. (al. 67)* modo mature juſtæ & legitimæ adducantur cauſæ, eæque aliquatenus probentur. Blum. *d. t. 49. n. 26.* Roding. *lib. 1. tit. 28. §. 9. & ſeqq.* Mev. *part. 2. dec. 347. & p. 3. dec. 167. & 177.* Cauſas tamen prorogationis ſpecialiter Proceſſibus inſeri non eſt neceſſe; ſed generaliter dicitur: *Daß die* Fatalia *auff ſo und ſo viel Monath, aus fürgebrachten Urſachen, erſtreckt worden ſeyen.* Rec. Imp. 1594. §. *Als ſich auch. 88. ſeq.* Blum. *d. t. n. 29.* Sed eo fatali lapſo Reſtitutio in integrum brevi manu aut prævia Citatione impetranda. Dr. Hofmann. *Supplic. Cam. tit. 17. n. 12 & 25. item tit. 20. n. 3. & 7.* Mev. *part. 1. dec. 10. & 118. item p. 4. dec. 330. junct. p. 6. dec. 276. & p. 8. dec. 102. & 295. ubi, certa peculiarem ſuper Reſtitutione Proceſſum vel Sententiam, modum expeditiorem monſtrat.*

[Eo lapſo Reſtitut. in integrum.]

Quod

Quod ſi vero Prorogatio poſt jam expeditos Proceſſus aut Nuncii Abitum rogan-da ſit, tunc ſupplicatio illa cum Decreto prorogatorio Nuncio vel Notario inſi-nuanti ſimul committenda vel tranſmittenda, ac in primo termino cum Proceſ-ſibus interea inſinuatis reproducenda. Blum. *d. t. n. 30.* Roding *d. t. 28. §. 27. & ſeqq.* At reliquum bimeſtre, à die inſinuatorum parti adverſæ Proceſſuum enu-meratum, ad reproducendum conſtitutum, quoad finem utile eſt, ut, ſi forte hoc ſine nimia Appellantis Coarctatione in Ferias, ſive minores, ſive majores, inci-derit, vel Procuratorem Ordo ſuus non tetigerit, aut juſtitium exstiterit, vel Nun-cius domum poſt lapſum fatalium cum Proceſſibus legitime inſinuatis redierit, Reproductio adhuc, ſine ullo præjudicio, tunc in prima Audientia fieri queat. Blum. *d. t. 49. n. 32 & 33.* Roding *d. t. 28 §. 32. ſeqq.* Licet Fatale illud inſi-nuandorum Proceſſuum decretorum quoad finem ſit continuum, nec terminus regularis reproductionis illius tunc anticipari poſſit. Blum. *d. tit. n. 21.* Koch. *ad O. C. p. 2. t. 30. n. 13.* Verum ſi bimeſtre illud à die inſinuatorum Proceſſuum computatum, atque exitus ſemeſtrium Fatalium introducendæ Appellationis for-te in diverſa tempora ulteriora incidant, v. gr. Quidam Calendis Februarii vel Maji interpoſuit appellationem, quam Calendis Martii, ſive Junii Anni cur-rentis in Camera introduxit, ac decretis ſtatim Proceſſibus eodem die 3. Mart. ſeu reſpective Calendis Julii inſinuari curavit, quo caſu terminus bimeſtris in Citatione ad comparendum ſive reproducendum præfixus incidet in 2. Maji, vel reſpective 30 Auguſti, exitus vero Fatalium reſpective in ultimum Julii, ſeu 28. Novemb. num in tali ſpecie Reproductio ſub præjudicio deſertionis præci-ſe die dicto 2. Maji, ſive reſpective 30 Auguſti fieri debeat, an adhuc intra Fa-talia, nimirum dicto ultimo Julii, ſeu 28. Novemb. Proceſſus dudum & jam ul-tra bimeſtre inſinuati reproduci queant? Dubium hoc Imperiali Deciſione for-te non indignum, cum priorem ſententiam ſundere videatur non tantum præju-dicium noviſſimum in Cauſa *Dervals* contra *Zahn* die 12. Martii, 1704. ſed & ratio hæc, quia procurator vel pars appellans inſinuationem decretorum antea Proceſſuum uſque ad finem quarti à die interpoſitæ Appellationis Menſis differ-re potuiſſet, quod dum non fecit; ſed quadrimeſtre hoc voluntarie anticipavit, ideo reliquis fatalibus, tanquam minus neceſſariis, & ad protelandam tantum cauſam, poſtquam antea jam dudum agere valet, uſurpandis, renunciaſſe cenſetur, cum Receſſus noviſſimus in *dicto §. 61.* (*alias 67*) duos tantum menſes à die inſi-nuationis ad reproducendum præciſe deſtinatos exprimat: Poſteriorem autem Sententiam, ceu in favorabili defenſione, jam dum alias per varia formalia & fa-talia in Appellationibus ſtrictiſſime ſervanda nimis reſtrictæ ſeu difficilis factæ, remedio æquiorem defendunt. Appellans tamen interea reproductionem Pro-

Quid ſi bime-ſtre inſinuan-di, & ſeme-ſtre introdu-cendæ in di-verſa incidant tempora?

 ceſſu-

ceſſitum & abſolutionis à Citatione ad præſcindendam Appellantis affectatam protelationem concedunt Blumius, *P.C. tit. 70. n. 60.* Textor. *ad d. R. D. 11. th. 69. & 70.* Roding. *lib. 1 tit. 32. §. 17.* & *lib. 3. t. 32. §. 11.* junct. *tit. 34. num. 12.* Conſ. etiam de remedio Appellantium protractionem coërcendi *Mev. part. 3. dec. 245. & p. 7. dec. 30.*

Fatale IV. ſcil. juſtif. & proſeq. XI. Sequitur IV. Actus Appellationis ſcil. juſtificandæ & proſequendæ, dum nimirum Gravamina coram Judice ad quem intra ſtatutum tempus legitimo modo deducuntur, & negotium Appellationis ad finem deducitur. Conf. ſupra *th. 9 b.* Vocabulum autem Appellationis hic pro toto negotio accipitur. Carpz. *part. 3. dec. 200. n. 5.* Hinc ſi Procurator acceperit Mandatum ad appellandum, illud non tantum ad interponendam; ſed etiam ad juſtificandam appel-

Quale tempus hab.? lationem datum intelligitur. Carpz. *d. l.* Legitimum vero tempus illud eſt ſpatium Anni, per *l. ult. §. 4. & Auth. Ei, qui appellat. C. de temp. & repar. appell. Nov. 49. pr. cap. Cum ſit Romana. 5. X. de app.* Excepto tamen caſu *Nov. 93. c. 1.* ubi durante lite Appellationis Arbiter forte datus, indeque tempore protracto Cauſa ad Judicem Appellationis reverſa fuiſſet, tunc enim ex curſu temporis fatalis nil præjudicii ſentit Appellans, niſi à deſertione Arbitri lapſum fuerit Biennium. Text. *ad R. N. D. 11. th. 114.* Si tamen juſta Cauſa intercedat, & Appellans legitime impeditus ſit appellationem introductam proſequi, tunc alter adhuc Annus, prævia tamen ſententia Judicis declaratoria, conceditur à lege *dict. Auth.* Et quid obtineat, ſi Appellans partim impeditus, & partim negli-

Quando hoc incip. curr.? gens fuiſſet, vid. Clezel. *d. c. 5. n. 101. ſeqq.* Hoc tempus, ſecundum communem DDrum ſententiam, incipit currere à die interpoſitæ Appellationis, *l. 2. & 3. C. de temp. appell.* Carpz. *part. 1. Conſt. 20. def. 10.* Gail. *lib. 1. Obſ. 141. n. 1.* & currit non de momento in momentum, ſed dies termini inter fatalia non computatur, Gail. *d. l.* Hunn. *Encyclop. p. 2. t. 33. c. 1 n. 56.* nec pendente Appel-

Quat. Pacto expreſſo prorog. lationis proſecutione, ſi partes compromittant, tempus illud Anni vel Biennii currit, & Compromiſſo vel expreſſo partium pacto prorogari poteſt. *Clem. Quamvis. 4. de appell.* Gail. *1. Obſ. 140. n. 8. & O. 141 num. 5 & 6.* Ruland. *de Commiſſ. p. 1. lib. 5 c. 13. n. 13.* Mynſ. *2. Obſ. 58.* ibique Fabric. B. Dn. Parens,

vel coram Arbitr. Lit. pend. induc.? *Vol. 4. Diſſ. 1. de Arbitr. Comprom. th. 45. n. 3. & ſeqq.* An & quatenus vero coram Arbitris Litispendentia inducatur? conſ. Dn. Stryck. *in uſu moderno lib. 4. t. 8. §. 8.*

Quid Jure Cam. obtin.? & in pler. Judic. infer.? XII. In Camera Imperiali tempus hoc proſequendæ ſive finiendæ Appellationis non obſervatur propter multitudinem Cauſarum, Gail. *d. Obſ. 141. n. 7.* Mynſ. *Cent. 2. Obſ. 40.* nec etiam in quamplurimis Judiciis inferioribus, Vultej.

traſl.

tract. de Judic. lib. 4. c. 2. num. 176. Schwanmann. *Diſſert. jur. Comm. & Cam. 2. in fin.* Dn. de Lyncker *de G. E. c. 7. p. 2 §. 21. & ſeq.* Blum. *P. C. tit. 25. n. 81.* ibique Deckherr. *in Vind.* licet reſtaurationem horum fatalium optet. Wehner. *Obſ. Pract. voc. Juſtiz-Weſen. p. 275.* Stryck. *in uſu mod. § 17. de appellat.* In Electoratu tamen Saxoniæ adhuc hodie Appellationem intra Ann. in Civilem ad finem perducendam docet Carpz. *p. 1. C. 20. def. 10. & 11.* imo in ſuperiori Appellationum Conſilio, quod Dresdæ ſingulis ſemeſtribus exercetur, Appellatio ſtatim in termino proxime ſequenti juſtificanda eſt, modo tantum temporis ſuperſit, ut Citatio legitime inſinuari poſſit, ſex nempe ſeptimanæ & tres dies. Idem, *p. 3 dec. 250. n. 6 ſeqq.* P. Muller. *ad Struv. h. 1. th. 14. lit. 4.*

XIII. Modus autem juſtificandæ & proſequendæ Appellationis de Jure Civili reſpicit Caſum vel Contumaciæ, vel Comparitionis. Priorem quod attinet, ſi Appellator poſt inchoatam appellationem, abſente, ſed requiſito victore, ſive Appellato ſolus coram Judice appellationis compareat, tunc Judex ſub extremum diem fatalem, cauſa cognita, litem ſine ulla dilatione definire debet. *Nov. 126. c. 2. verſ. Sin vero ſolus ii &c.* ibique Cujac. *Cap. Per tuas. 38. & cap. Interpoſita. 70 § ult. X. de appell.* Si vero Appellator non adſit, Judex, non expectato Anni vel Biennii fine, pronunciat. *add. B. Bocer. cl. 6. Diſſ. 34. th. 113. & ſeq.* Quid hoc caſu in Elect. Sax. obſervetur. vid. Carpz. *lib. 3. Reſp. 128. & 129.* De Ducatu Würt. *J. Prov. W. p. 1. t. 64.* Quoad Cam. Imp. Ord. Cam. *p. 3. t. 42. & ſqq.* Textor. *d. D. 11. th. 123 & ſqq.* Blum. *d. tract. t. 66. n. 70. ſqq.* Gail. *lib. 1. obſ. 125. n. 2. obſ. 137. & 140.* Mynſ. *Cent. 2. obſ. 59.* Si vero partes comparent, tunc ante omnia juſtificanda ſunt formalia Appellationis, vel generaliter tantum ſe ad Acta referendo, vel ſpecialiter ſingulas formæ ſpecies nominando; ſecundum J. Pr. Würt. *part. 1. tit. 56.* his præmiſſis procedendum eſt ad Merita Cauſæ, in quibus idem procedendi modus, qui in prima inſtantia eſt, obſervatur. Vultej. *d. tr. lib. 4. c. 2. n. 161.* Hinc Litis etiam Conteſtatio eſt neceſſaria, quod quidem in hoc Ducatu caret dubio. *J. Pr. W. p. 1. t. 67.* De Jure autem Civili & Canonico illud controverſum eſt. Mynſ. *Cent. 1. Obſ. 1.* ibique Fabricius. At de Jure Canon. & hodierno non tantum in quavis Supplicatione pro Appellationis Proceſſibus, etiam ubi ab Interlocutoriis gravamen irreparabile continentibus provocatur, Libellus ſummarius, ſive punctatus, vel Schedula Inſtrumenti, Gravaminum ex Actis deductorum expreſſiva, præmiſſa Facti Specie & ſub uncta Condemnationis aut Abſolutionis, ſive Reformationis petitione, regulariter ſtatim exhiberi, atque ſimul cum Proceſſibus decretis poſtea inſinuari debent; verum etiam qualibet congrua reſponſio vel oppoſitio ad litem principalem facta vel injuncta pro litis conteſtatione habetur. Rec. Imp.

Modus juſt. proſeq. App.

An hic L. C. ſit neceſſaria?

Imp. 1654. §. 31. (*al.* 37.) & §. 53. (*al.* 64.) *cum ſeq.* Conf. ſupr. *tit. de judic.* §. 15. *in fin.* Dn. Harppr. *conſil.* 32. *n.* 21. & 26. Mev. *conſil.* 13. *n.* 44. & *part.* 2. *dec.* 10. Et hæc de legitima Appellationis proſecutione, quæ tamen nondum abſolvit formam: ſed hujus pars quoque conſiſtit in fine, qui eſt correctio; licet hæc ex hominum vitiis quandoque non in melius; ſed in pejus fiat. *l.* 1. *ff. de appell.* De Effectu vero tractat Tit. ſeq. 7. C. J. A. *t.* 1. *h. th.* 15.

Fi.is Appell. De Effect. remiſſ.

TIT. VII.

NIHIL INNOVARI APPELLATIONE INTERPOSITA.

Cod. *Lib.* 1. *Tit.* 21. Extra. *Lib.* 2. *Tit.* 16. In Sext. *Lib.* 2. *Tit.* 8. Clement. *Lib.* 2. *Tit.* 5.

§. I.

Effectus Appell. div. Et quidem interpoſitæ (1.) Quoad Jud. à quo.

EFfectus Appellationis pro diverſo reſpectu eſt diverſus; alius enim eſt interpoſitæ, alius introductæ, alius juſtificatæ Appellationis, Interpoſitæ, reſpicit vel Judicem à quo, vel Judicem ad quem, vel ipſam Cauſam & Sententiam; Effectus, qui (1.) Judicem à quo reſpicit, conſiſtit (1.) in eo, ut ipſius Juriſdictio quoad illam cauſam ſuſpendatur, usque dum, ſi Appelatio recepta fuerit, medio tempore pronuncietur: Si nondum recepta, ne interea, dum deliberatur, an recipienda ſit, necne, præjudicium fiat, ſive ad innovandum ſtatum rei de qua appellatum, aliquid attentetur. *l. un. pr.* & §. 1. *h. t. l. pen. ff. de appell. recip. l.* 3. & 32. §. 3. *C. de appell. cap.* 7. *eod. in 6to.* Gail. *lib.* 1. *Obſ.* 144. & *ſeq.* Carpz. *lib.* 3. *Reſp.* 108. Clezel. *de appell. c.* 6. *n.* 1. & 103. vid. Klein *Diſp. de inhibit. judic. in cauſis appellab.* Appellatio enim regulariter ipſo jure ſtatim ligat manus Judicis à quo; *l.* 1. §. *fin. ff. ad SCt. Turpill.* etiamſi inhibitio nondum emanaverit, Mev. *part.* 1. *dec.* 151. *n.* 2. *p.* 2. *dec.* 39. *n* 7. *p.* 4. *dec.* 182. *n.* 1. & *p.* 8. *dec.* 287. *n.* 1. aut quamvis Superior informationem ab illo requiſiverit, hæcque adhuc indeciſa pendeat; *l.* 6. §. 9. *ff. de inj. rupt. l. fin. C. de relat.* Idem Mev. *p.* 1. *dec.* 213. & *p.* 5. *dec.* 304. junct. *p.* 6. *dec.* 318. imo licet Judex inferior appellationem frivolam putet, Apoſtolosque refutatorios dederit: Idem, *p.* 2. *dec.* 294. *p.* 3. *dec.* 74. & 386. *p.* 4. *dec.* 383. *p.* 6. *dec.* 13. & 418. junct. *part.* 9. *dec.* 9. *n.* 3. Dn. L. B. de Lyncker. *in ſæpe laud. tract. de Grav. extraj. c.* 8. §. 39. *n.* 2. Carpz. *lib* 3. *dec.* 241. Klock. *Vol.* 4. *conſil.* 75. *n.* 74. modo Interpoſitio appellationis Judici à quo intimata ſit, vel is, aut pars appellata alias ſciat, appellatum eſſe. Mevius, *p.* 1. *dec.* 59. *num.* 1. *p.* 3. *dec.* 121. & 122.

item

item: *p. 4 dec. 57. 241. & 367. n. 8. p. 7. dec. 82. ac 136. n. 1. & 2.* Klock. *Rel.Cam. 79. n. 47. ſeqq.* confer. Mev. *p. 3. dec. 74.* Beſold. *de appellat. c. 11. §. 1.* Ziegler. *in Dicaſt. Concl. 32. n. 7.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.*

II. Committitur autem Attentatum vel per Judicem à quo, vel per Partes. Joh. Voet. *n. 7. & 8. h. t.* Per Judicem, ſi ſententiam exequi, vel aliàs in præjudicium Appellationis de facto, vel in minimo, procedere conetur: Mev. *p. 3. dec. 211. n. 2.* Faber. *in Cod. lib. 1. tit. 10. def. 6. & 7.* modo illud ſit connexum cauſæ vel rei, & non diverſum ab ea, licet diverſum ſit à lite. Faber. *d. l. def. 8.* Mev. *p. 2. dec. 255. p. 3. dec. 211. n. 7. p. 5. dec. 264. n. 4. p. 8. dec. 258.* Sic Attentatum eſt etiam, Poſſeſſionem invito Poſſeſſore nullo dilapidationis vel manus actionis periculo exiſtente, ſequeſtrare. C. J. A *h t §. 6.* Gail. *1. Obſ. 147. n. 5.* Per Partes attentatur, & quidem ab Appellato, ſi in loco contentioſo fructus colligat, vel penſiones exigat, in quarum poſſeſſione quieta vel legitima antea non fuit. Mev. *part. 6. dec. 205. & ſeq.* junct. *p. 8. dec. 430. cum ſeq.* vid. Blum. *in proceſſ. Cam. tit. 52. n. 109. tit 53. n. 11.* Mev. *p. 7. dec. 156.* Sed Tertius regulariter non cenſetur attentare; niſi cauſam à partibus vel appellantibus habeat. Mev. *part. 4. dec. 241. n. 4. & 310. part. 5. dec. 61. & 90.* item *p. 8. dec 147.* qui de Fiſco etiam attentante quædam notabilia tradit *in p. 3. dec. 204. num. 2* & *p. 4. dec. 288.* Et de Procuratore C. J. A. *d. §. 6.* Ab Appellante vero, dum quid in præjudicium litis vel poſſeſſionis controverſæ directo facit, quo ipſo Appellationi renunciare, eamque deſerere creditur. *Cap. 42. x. de appell.* Gail. *1. O. 146. num. 12* Blum. *P. C. t. 53. num. 23. & tit. 55. num. 13.* Brunnem. *Proc. Civ. c. 28. num. 82.* deque aliis hujus pœnis add. P. Muller. *ad Struv. h. t. lit. p.* add. D. Mayer. *Diſputat. de attentatis.*

Attentatum à quibus committatur.

III. Ubi autem Attentantes pari vel majori odio digni habentur, quam violenti ſpoliatores atque invaſores, Mev. *part. 4. dec. 286. 362 & 369. n. 4.* junct. *p. 9. dec. 47. n. 7.* Lancellot. *de attent. p. 3. c. 28. n. 105.* & *c. 30. n. 5.* dum non ſolum partem; ſed & Legem ipſam Attentata ſevere prohibentem ac Judicem ſuperiorem, præſertim poſt inſinuatam inhibitionem, contemnere cenſetur. Idem *p. 3. dec. 66. n. 5.* & *p. 4. dec. 286 n. 5.* Ita cauſa attentatorum eo privilegiata eſt, ut ea non tantum per Judicem ſuperiorem ex officio, parte licet non petente, ſtatim revocari poſſint, Gail. *d. O. 146. n. 7.* Mev. *p. 4. dec. 222. & 286.* qui tamen *p. 4. dec. 35. 57. 394. p. 6. dec. 305. n. 5. p. 7. dec. 216.* & *p. 9. dec. 47. 48. ac 49.* exceptiones quaſdam refert, quarum plures habentur apud P. Muller *d. l. lit. a.* & C. J. A. *h. §. 10.* Joh. Voet. *n. 3. 4. & 6. h. t.* Verum etiam cauſa hæc ſummarie ac de plano, implorato tantum Judicis officio, ſine libello vel litis conteſta-

Odium Attentat.

Eorumque Privil.

teſtatione ſolenni expedienda; Rec. Imp. 1570. *§. 95.* Berlich. *dec. 151. n. 15. ſeqq.* Mevius, *p. 1. dec. 152. p. 2. dec. 27.* & *p. 7. dec. 98.* Dn. de Lyncker. *ſupra laud. tract. c. 8. §. 35.* junct. *except. in c. 5. ſect. 1 §. 6. n. 7.* neque Appellans ſeu Attentata paſſus invitus reſpondere vel procedere amplius in cauſa principali teneatur, usque dum ip expenſæ ac damna vel intereſſe quodcunque ad obolum usque reſtituantur, Klock. *Relat. Cam. 1. n. 6* Bichius, *Deciſ. Rom. 534. num. 14.* Hiltrop. *Proc. jud. c. p. 4. t. 9. 49.* modo Attentata ſint notoria, & in continenti ad minimum ſemiplene probari, ſeu veriſimilia fieri queant; Mevius *part. 2. dec. 45. n. 1. part. 4. dec. 381.* & *p. 5. dec. 263.* Blum. *d. t. n. 14. & ſeq.* Lancellott. *d. p. 3. c. 26. n. 15.* & *c. 30. n. 124.* Stryck. *in u ū moderno ſ. 1. h. t.* JCti Marpurg. *Vol. 2. conſil. 18. n. 64.* Gylmann. *Rer. in Cam. judic. dec. 39. n. 10. & 11.* ubi etiam requiſita Attentatorum tractant, de quibus videri poterunt dict. Conſil. Marpurg. *18. n. 69.* Clezel. *de appell. c. 6 n 192* Mev *part 2. dec. 46.* Hiltrop. *d. t. 9. n. 52.* De Jure Camerali hactenus quidem diſtinctio à Blum. *d. t. n. 17 18. & 19.* tradita obtinuit, num ſcilicet intra decendium interponendæ appellationis attentatum fuerit, an poſt illud, ſed ante intimatam appellationem. At quantum ad ſtylum ab eo *ſub n. ſeq. 20.* adductum attinet, quando nimirum poſt notificatam appellationem; ſed ante inſinuatam inhibitionem quicquam attentatum fuerit, ille non ſemper ita ſimpliciter obtinet, ut pars altera prius judicialiter audiatur, vel eo remittatur; ſed ſæpius etiam hoc in caſu, ſecundum Jura Communia, vim Attentantium ſine illa diſtinctione recte deteſtantia, extrajudicialiter quoque Mandata revocatoria & inhibitoria S. C. decernuntur, uti obſervatum in Cauſa *Holtzberger* contra *Denhard* die 10. Martii & 16. Julii 1703. Conf. D. *Hofmann, Suppl. Cam. tit. 10. n. 17.* & *tit. 17. n. 32. in fin.* item *n. 34. & 42. ibid.*

Quid Jure Camerali?

(2.) App. interp. ratione Jud. à quo.

IV. Alter effectus Judicem à quo reſpiciens conſiſtit (2.) in eo, quod Appellans in aliis cauſis, quam in quibus appellatum, adhuc coram Judice priore comparere, at ue agere, vel olim in Provincia ſe defendere debeat, de quo in Tit. ſeq. 11. & 1 ſpecialiter tractabitur.

Effect. App. interpoſ. quoad Jud. ad quem.

V. Effectus, qui Judicem ad quem reſpicit, eſt Cauſæ Devolutio, ac Juriſdictionis fundatio, unde remedium ſeu effectus devolutivus, Carpz. *Reſp. 72. n. 23.* etiamſi tres hodie adſint ſententiæ conformes, de quibus vid. Idem *lib. 5. Reſp 101.* Schwanmann. *Diſ. Jur. Comm. & Cam. 6. n. 8. & ſeqq.* add ſupra *tit. 1. §. 21. & t. 5 §. 13 h.* Hinc ſi diverſa fuerint ſententiæ capita, & non ab omnibus appellatum ſit, tunc ea tantum devolvuntur, à quibus appellatum, in reliquis autem non connexis poteſt procedere Judex à quo. *L. 29. ff. de minor.* Alciat.

Altimar. *de nullit. ſent. rubr. 9. q. 180.* Brunnem. *ad l. 12. C. de reb. cred. n. 44. & ſeq.* Carpz. *p. 1. C. 19. def. 9. n. 5.* D. Harpprecht. *Conſil. nov. 85. n. 33 & ſeqq.* D. Bardili *Exerc. 39 Concl. 5. 6.* Joh. Voetius, *n. 4. & 5. de appell. & relat.* Sic quando quis appellavit tantum ratione Expenſarum, Judex ad quem nihil in negotio principali ſtatuere valet. *d. p. 1. C. 20. def. 22.* Si tamen à ſententia, quæ nullam uſurarum debitarum mentionem fecit, appellatum fuerit, Judex ad quem de iis quoque pronunciare poteſt, Carpz. *d. Conſt. 20. d. 21.* modo Uſuræ ex natura actionis propoſitæ in condemnationem veniant. *l. 41. ff. de uſur. l. fin. ff. de re judic. l. 24. ff. h. t.* De interlocutoria vero irreparabiliter gravante, & pro parte tantum reformata vid. Esbach, *ad Carpz. d. c. 20. d. 26.* Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 2. def. 26.* Fabric. *ad Aſynſ. Cent. 3 Obſ. 79* Quid ex Exp. & uſur. omiſſ.

VI. Effectus, qui (3.) Cauſam ipſam & Sententiam reſpicit, conſiſtit in eo, ut ſententia prior reſcindatur, habito ſcilicet reſpectu ad tempus præſens, licet quoad ſtatum futurum, litisq; exitum ea ſuſpendatur, qui ſenſus eſt *l. 1. §. ult. ff. ad SC. Turp. l. 6. §. 1. de his, qui not. infam. l. 32. §. 3. C. de appell.* Gail. *1. O. 144. n. 2.* etiam ſine prævia inhibitione ſupra §. *1 h.* Dn. de Lyncker. *d. tract. c. 8. §. 2. & 6.* Klein. *Vol. Diſp. 13. de nul. ib. judic. c. 1. §. 4. n. 18.* Unde ipſa Cauſa principalis reducitur ad eum ſtatum, in quo fuit tempore litis antea conteſtatæ. arg. *l. 13. C. de Procur.* ad eamque Sichard. *n. 13.* quare exceptiones dilatoriæ ante L. C. opponendæ, ac in prima inſtantia omiſſæ, in hac ſecunda non admittuntur; Mev *p. 1. dec. 137. n. 2. p. 2 dec. 98 p. 3. dec. 260. num. 1. p. 4. dec. 5. n. 13. & dec. 31. p. 5. d. 98. p. 6. dec. 139. n. 4. & part. 8 dec. 49. n. 8 & ſeqq.* Stryck. *Introd. in Prax. for. c. 17. §. 5.* niſi illæ de novo emergant, ac in Notitiam demum Appellantis venerint, vel Proceſſum totum retro inſanabili nullitate afficiant. Brunnem. *ad d. l. 13. C. de Proc. n. 8. ſeqq.* Carpz. *Proc. t. 18. art. 6. n. 26.* Mev. *part. 3. dec. 416. p. 4. dec. 204. n. 7. p. 5. dec. 15. & 188.* Peremtoriæ vero exceptiones, earumque vim habentes, vel novi articuli, licet antea omiſſi, aut alia ſcienter ſine dolo vel calliditate prætermiſſa, in hac inſtantia adhuc produci poſſunt propter beneficium *Legis 4. C. de temp. & repar. appell. quæ* non deducta deducere & non probata probare licet. Mev. *p. 2. dec. 155.* Esbach, *ad Carpz. p. 1. C. 21. def. 2. 9. & 10.* P. Muller. *ad Struv. b. t. th. 14. lit. z.* Stryck. *in uſu mod. §. 15. de appellat.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.* Conf. Feiſchel. *in Decur. 2. Argentorat. Diſp. 7. de Beneficio hoc probandi.* & Dn. Ludolff. Hugo, *de abuſu appellation. tollendo.* Sed de Jure Canon. novæ probationes prioribus poſt atteſtata didicita directo contrariæ, vel nullam cum illis communionem habentes, rejiciuntur ob periculum ſubornationis. per *Clem. ult. de teſtib.* & *c. 25. x. eod.* quod tam in Ducatu Würt. approbatum videtur; J. P. W. *p. 1. t. 61. verſ. Wo der Appellant.* licet diſſent.

(3.) Effect. App. interpoſ. rat. ipſam Cauſ. & Sent.

Beneficium Legis non deducta deducendum, & non probata probandi.

An & quat. novæ probationes admittantur? Jure Can. Civil.

diſſent. Beſold. *in Comm. obs.* quam in Elect. Saxon. receptum. Carpz. *d. C. 21. def. 1. & 2.* An vero idem de Jure Civili obtineat, controverſum eſt, communiter tamen id affirmatur per *Nov. 90. c. 4.* Carpz. *lib. 3. Reſp. 106. n. 1. ſeqq.* Bachov. *ad Tr. Vol. 2. Diſp. 3. theſ. ult. verſ. Ne quis ſuper Artic.* Conſ. Mev. *part. 1. dec. 48. junct. p. 2. dec. 32. n. 7. p. 3. dec. 341. & ſeq.* item *p. 9. dec. 17. n. 6.* ad eumque Schlarrenborſt. *Conclus. 15.* Mynſing. *Reſp. 81. & Cent. 1. Obſ. 41.* ubi nihilominus ſæpe contrarium in Cam. Imp. obſervatum refert, quod non tantum Ord. Cam. *part. 3. tit. 33. §. Im Fall aber, 3.* ſed & Rec. Dep. *de Anno 1600. §. 114.* juncto Rec. Imp. *1654. §. Zu Beförderung, 38. & §. Wie ebenmäſſig. 67. cum ſeq. 68. (al. 74.)* conveniens eſt, vid. D. Bardili, *Exerc. 47. Concl. For. 9.* Lauterbach. *ad J. P. W. p. 1. th. 66.* De Effectibus aliis vid. Clenel. *de Appell. c. ult.* & C. J. A. *d. th. 15. ead.*

Effect. App. introducta.

VII. Effectus Appellationis introductæ eſt Communio Appellationis, quia ſc. illa etiam parti adverſæ in iiſdem capitulis fit communis, & quidem invito Appellante, ita, ut hic ei renunciare nequeat, qui tamen appellationi interpoſitæ renunciare poteſt, *L. 28 C. de appell. l. 4. C. de temp. appell. l. ult. pr. C. h. t.* & ſupra *t. 1.* Gail. *1. O. 144. n. 3. & 4.* Mynſ. *Cent. 2. O. 21.* Carpz. *p. 1. Conſt. 19. d. 8. n. 4.* Dn. Stryck *Vol. noviſſ. Diſp. de Commun. Appell. cap. 3.* Textor. *Vol. Diſp. 37. de beneſic. adhærendi appell. th. 15.* ad quos brevitatis ſtudio fit remiſſio.

Effect. App. juſtificatæ.

VIII. Effectus juſtificatæ Appellationis eſt ſententia Judicis ad quem, qua prior ſententia vel in totum confirmatur, pronunciando: Bene judicatum, male appellatum: vel in totum reformatur, pronunciando: Male judicatum, bene appellatum: vel ex parte confirmatur, & ex parte reformatur: *Daſſ die Urtheil voriger Inſtanz zu con- und reformiren,* ſive modeſtius quandoque: *Daſſ ſie zu confirmiren, doch mit dieſer Erklärung oder Erläuterung, &c.*

In Reformat. ſent. quæ nam Statuta Judicis a quo vel ad quod prævaleant? Quæ circa Sententiam?

IX. Reformatio ſententiæ à qua fieri debet ſecundum jura, quæ tempore & in loco primæ inſtantiæ vigebant, quoad Proceſſum autem ſecundæ inſtantiæ prævalent Statuta Judicis ad quem. Carpz. *lib. 3. Reſp. 121. n. 3.* D. Hert. *de Colliſ. LL. ſect. 4. th. 70 & 71.* Conſ. Mev. *part. 2. dec. 63. & p. 3. dec. 279.* item *p. 6. dec. 288. p. 7. dec. 272. & part. 9. dec. 50.* Quod ſi confirmata vel declarata fuerit ſententia primæ inſtantiæ, tunc cauſa remittitur Judici à quo ad exequendum, quandoque etiam tacite nulla remiſſionis mentione facta. Cz. *d. C. 20. def. 27 & 28.* Si vero reformata & correcta fuerit ſententia à qua, tota cauſa manet penes Judicem ad quem, nec remiſſio regulariter locum habet. Idem Cz. *d. l. d. 28.* Conf. Gail. *1. O. 131.* Mynſ. *Cent. 01. obſ. 40. & 90.* ibique à Gulich. Klock. *T. 2. conſ. 75. n. 1. & ſeq.* In Ducatu W. Remiſſio fieri non debet. J. Pr. W. *p. 1. t. 71. §.* De contrariis App. vid. *ſupr. t. 1. & ſeq.* Unde vero vid. *& p. 1. t. 69. §. fin. ibiq. in diſſ.* D. Laut. *p. 1. th. 85.* Hoſ-Ger. Ordn. *p. 3. h. t. 24. §. fin.*

TIT.

TIT. VIII.
QUÆ SENTENTIÆ SINE APPELLATIONE RESCINDANTUR.

Cod. *Lib. 7. Tit. 64.*

§. I.

AFfine Appellationi, quoad Effectum, remedium eſt I. Querela nullitatis, quæ eſt imploratio legitima ſuper vitio, ex quo quis declarationem petit, Sententiam, Decretum, aliumve actum judicialem ipſo jure non ſubſiſtere, *l. 1. C. de execut. rei jud. l. 4. C. de ſent. & interl.* Differt igitur ab appellatione ratione inprimis Objecti; nam hoc in appellatione eſt Sententia ipſo jure valida, propetereaque per appellationem reſciſſio ejus ſententiæ petitur, vid. ſupra *t. 5. §. 3. h. l.* Nullitatis autem querelæ objectum eſt Sententia ipſo jure nulla, cujus declaratio tantum petitur, adeoque Sententia improprie tantum quoad factum, non quoad jus eſſe dicitur; Alias differentias vid. apud Altimar. *tract. de nullit. ſentent. rubr. 1. qu. 4. & ſeqq.* junct. *q. 137.* Nullitas autem de Praxi hodierna eſt duplex, vel Sanabilis, vel Inſanabilis. Sanabilis eſt, cujus vitium per ratihabitionem, aliove modo corrigi poteſt, v. gr. ſi falſi Procuratoris facto accedat Ratihabitio Domini re adhuc integra, *l. 14. C. de Procur. l. fin. ff. ad SCtum Maced.* ſi ſolemnis L. C. omiſſa fuerit. Gail. *1. Obſ. 62. & 75. n. 5.* Et hujus intuitu gravatus præciſe intra decendium appellare debet ſupra *lib. 49. t. 1. §. 19.* Conſ. *O. C. p. 3. t. 34. §. 1.* Rec. Imp. 1654. *§. 115. & 116. (al. 121. & 122.)* Inſanabilis nullitas eſt, cujus vitium ratificatione, aliove modo corrigi nequit, v. gr. ſi Judex à quo poſt intimatam appellationem vel inhibitionem procedat, *clem. 6. de app.* O. Cam. *d. tit. 34. §. 2.* qualis actio ſeu imploratio officii Judicis regulariter ad 30. usque annos deduci poteſt. Mynſ. *Reſp. 68. n. 11. & cent. 3. O. 92.* Dn. L. B. de Lyncker, *de Grav. extraj. c. 9. p. 2. §. 32.* Gail. *1. O. 127. n. 1.* Altimar. *dict. q. 4. n. 23. & quæſt. 140.* Herold. *conſil. deciſ. 49. n. 45.* P. Müller. *h. t. 18. lit. B.* Carpz. *p. 3. dec. 245. n. 10.* vid. Lauterb. *ad J. P. W. p. 1. th. 72.* D. Harppr. *in diff. Jur. civil. & Wurt. §. 5.*

Appell. Aff. I. Querela Nullit. quid? — Quom. diff. ab Appell. — Quotuplex? Sanab. quæ? — Hujus interpon. Fatale eſt decend. — Inſanabilis quæ? — Quousque durat.

II. Sententiæ autem hæ nullæ dicuntur (1) ratione Perſonæ, & quidem (1) *Judicis*, ſi ſit plane incompetens. *l. 1. & fin. C. Si à non comp. Jud. l. un. C. Qui pro ſua Juriſd.* Blum. *P. C. tit. 25. n. 62.* ibique Deckh. Berl. *dec. 335.* Clezel. *de Appell. c. 6. n. 228.* Faber, *lib. 9. t. 12. d. 30.* Item, ſi plures delegati conjunctim ſint, & unus ſine altero judicaverit. *L. 18. ff. de recept. arb. l. 4. C. Quand. prov. non eſt nec.* ibique Perez. *Nov. 125. c. 1.* Mev. *p. 4. dec. 152.* Similiter, ſi legitime recuſatus procedat. *l. 16. & Auth. Si vero C. de Jud. Nov. 86. c. 2. Can. Quod ſuſpecti 3. q. 5. c. 39. X. & c. 4. de offic. deleg. in 6to.* Mev. *p. 2. dec. 31.* (2) *Actoris*, ſi

Sententiæ, quæ ſic nullæ dicantur rat. Perſon. (1) Judicis. — (2) Actoris.

ceſſivum & abſolutionis à Citatione ad præſcindendam Appellantis affectatam protelationem concedunt Blumius, *P. C. tit. 76. n. 66.* Textor. *ad d. R. D. 11. th. 69. & 70.* Roding. *lib. 1. tit. 32. §. 17.* & *lib. 3. t. 32. §. 11.* junct. *tit. 54. num. 12.* Conf. etiam de remedio Appellantium procraſtinationem coercendi *Mev. part. 3. dec. 245. & p. 7. dec. 39.*

Fatale IV. ſcil. juſtif. & proſeq.

XI. Sequitur IV. Actus, Appellationis ſcil. *juſtificandæ* & *proſequendæ*, dum nimirum Gravamina coram Judice ad quem intra ſtatutum tempus legitimo modo deducuntur, & negotium Appellationis ad finem deducitur. Conf. *ſupra th. 9. b.* Vocabulum autem Appellationis hic pro toto negotio accipitur. Carpz. *part. 3. dec. 204. n. 3.* Hinc ſi Procurator acceperit Mandatum ad appellandum, illud non tantum ad interponendam; ſed etiam ad juſtificandam appellationem datum intelligitur. Carpz. *d. l.* Legitimum vero tempus illud eſt ſpatium Anni. per *l. ult. §. 4. & Auth. Ei, qui appellat. C. de temp. & repar. appell. Nov. 49. pr. cap. Cum ſit Romana. 5. X. de app.* Excepto tamen caſu *Nov. 93. c. 1.* ubi durante lite Appellationis Arbiter forte datus, indeque tempore protracto Cauſa ad Judicem Appellationis reverſa fuiſſet, tunc enim ex curſu temporis fatalis nil præjudicii ſentit Appellans, niſi à desertione Arbitri lapſum fuerit Biennium. Text. *ad R. N. D. 11. th. 114.* Si tamen juſta Cauſa intercedat, & Appellans legitime impeditus ſit appellationem introductam proſequi, tunc alius adhuc Annus, prævia tamen ſententia Judicis declaratoria, conceditur à lege. *diſt. Auth.* Et quid obtineat, ſi Appellans partim impeditus, & partim negligens fuiſſet, vid. Clezel. *d. c. 5. n. 101. ſeqq.*

Quale tempus hab.?

Quando hoc incip. curr.?

Hoc tempus, ſecundum communem Ddrum ſententiam, incipit currere à die interpoſitæ Appellationis, *l. 2. & 5. C. de temp. appell.* Carpz. *part. 1. Conſt. 20. def. 10.* Gail *lib. 1. Obſ. 141. n. 1.* & currit non de momento in momentum, ſed dies termini inter fatalia non computatur, Gail *d. l.* Hunn. *Encyclop. p. 2. t. 33. c. 1. n. 36.* nec pendente Appellationis proſecutione, ſi partes compromittant, tempus illud Anni vel Biennii currit, & Compromiſſo vel expreſſo partium pacto prorogari poteſt. *Clem. Quamvis. 4. de appell.* Gail. *1. Obſ. 140. n. 8. & O. 141. num. 5. & 6.* Ruland. *de Commiſſ. p. 1. lib. 5. c. 13. n. 13.* Mynſ. *2. Obſ. 38.* ibique Fabric. B. Dn. Parens, *Vol. 4. Diſſ. 1. de Arbitr. Comprom. th. 45. n. 3. & ſeqq.* An & quatenus vero coram Arbitris Litispendentia inducatur? conf. Dn. Stryck. *in uſu moderno lib. 4. t. 8. §. 8.*

Quat. Pacto expreſſo prorog.

vel coram Arbitr. Lit. pend. induc.?

Quid Jure Cam. obtin.? & in praxi Judic. infer.?

XII. In Camera Imperiali tempus hoc proſequendæ ſive finiendæ Appellationis non obſervatur propter multitudinem Cauſarum, Gail. *d. Obſ. 141. n. 7.* Mynſ. *Cent. 2. Obſ. 48.* nec etiam in quamplurimis Judiciis inferioribus; Vultej.

tract.

tract. de Judic. lib. 4. c. 2. num 176. Schwanmann. *Differ. jur. Camer. & Com. 2. in fin.* Dn. de Lyncker *de G. E. c. 7. p. 2 §. 21. & ſeq.* Blum. *P. C. tit. 25. n. 81.* ibique Dec' herr. *in Vind.* licet reſtaurationem hor.im fatalium optet. Wehner. *Obſ. Pract. 2 in Juſtiz-Weſen. p. 275.* Stryck. *in uſu mod. §. 17. de appellat.* In Electoratu tamen Saxoniæ adhuc hodie Appellationem intra Ann.um Civilem ad finem perducendam docet Carpz. *p. 1. C. 20. def. 10. & 11.* imo in ſuperiori Appellationum Conſilio, quod Dresdæ ſingulis ſemeſtribus exercetur, Appellatio ſtatim in termino proxime ſequenti juſtificanda eſt, modo tantum temporis ſuperſit, ut Citatio legitime inſinuari poſſit, ſex nempe ſeptimanæ & tres dies. Idem. *p. 3 dec. 210. n. 6 ſeqq.* P. Muller. *ad Struv. l. 1. th. 10. lit. a.*

XIII. Modus autem juſtificandæ & proſequendæ Appellationis de Jure Civili reſpicit Caſum vel Contumaciæ, vel Comparitionis. Priorem quod attinet, ſi Appellator poſt inchoatam appellationem, abſente, ſed requiſito victore, ſive Appellato ſolus coram Judice appellationis compareat, tunc Judex ſub extremum diem fatalem, cauſa cognita, litem ſine ulla dilatione definire debet. *Nov. 126. c. 2. verſ. Sin vero ſolus is &c.* ibique Cujac. *Cap. Per tuas. 58. & cap. Interpoſita. 70 § ult. x. de appell.* Si vero Appellator non adſit, Judex, non expectato Anni vel Biennii fine, pronunciat. *add. B. Bocer. cl. 6. Diſp. 34. th. 115. & ſeq.* Quid hoc caſu in Elect. Sax. obſervetur, vid. Carpz. *lib. 3. Reſp. 120. & 124.* De Ducatu Wurt. *J. Prov. W. p. 1. t. 64.* Quoad Cam. Imp. Ord. Cam. *p. 3. t. 42. & ſeq.* Textor *d. D. 11. th. 125 & ſeq.* Blum. *d. tract. t. 66 n. 70. ſeq.* Gail. *lib. 1. obſ. 125. n. 2 obſ. 137. & 140.* Mynſ. *Cent. 2. obſ. 59.* Si vero partes compareant, tunc ante omnia juſtificanda ſunt formalia Appellationis, vel generaliter tantum ſe ad Acta referendo, vel ſpecialiter ſingulas formæ ſpecies nominando; ſecundum J. Pr. Wurt. *part. 1. tit. 56.* his præmiſſis procedendum eſt ad Merita Cauſæ, in quibus idem procedendi modus, qui in prima inſtantia eſt, obſervatur. Vultej. *d. tr. lib. 4. c. 2. n. 161.* Hinc Litis etiam Conteſtatio eſt neceſſaria, quod quidem in hoc Ducatu caret dubio *J. Pr. W. p. 1. t. 67.* De Jure autem Civili & Canonico illud controverſum eſt. Mynſ. *Cent. 1. Obſ. 1.* ibique Fabricius. At de Jure Canon. & hodierno non tantum in quavis Supplicatione pro Appellationis Proceſſibus, etiam ubi ab Interlocutoriis gravamen irreparabile continentibus provocatur, Libellus ſummarius, ſive punctatus, vel Schedula Inſtrumenti, Gravaminum ex Actis deductorum expreſſiva, præmiſſa Facti Specie & ſub unica Condemnationis aut Abſolutionis, ſive Reformationis petitione, regulariter ſtatim exhiberi, atque ſimul cum Proceſſibus decretis poſtea inſinuari debent, verum etiam qualibet congrua reſponſio vel oppoſitio ad litem principalem facta vel injuncta pro litis conteſtatione habetur. Rec. Imp.

Modus juſt. proſeq. App.

An hic L. C. ſit neceſſaria?

Imp. 1654. §. 31. (*al.* 37.) & §. 53. (*al.* 64.) *cum ſeq.* Conſ. ſupr. *tit. de judic.* §. 15. *in fin.* Dn. Harppr. *conſil.* 32. *n* 21. & 26. Mev. *conſil.* 13. *n.* 44. & *part.* 2. *dec.* 10. Et hæc de legitima Appellationis proſecutione, quæ tamen nondum abſolvit formam; ſed hujus pars quoque conſiſtit in fine, qui eſt correctio; licet hæc ex hominum vitiis quandoque non in melius; ſed in pejus fiat. *l.* 1. *ff. de appell.* De Effectu vero tractat Tit. ſeq. 7. C. J. A. *t.* 1. *h. tit.* 13.

F nis Appell.

De Effect. remiſſ.

TIT. VII.

NIHIL INNOVARI APPELLATIONE INTERPOSITA.

Cod. *Lib.* 1. *Tit.* 21. Extra. *Lib.* 2. *Tit.* 16. In Sext. *Lib.* 2. *Tit.* 8. Clement. *Lib.* 2. *Tit.* 5.

§. I.

Effectus Appell. div.

Et quidem interpoſitæ (1.) Quoad Jud. à quo.

EFfectus Appellationis pro diverſo reſpectu eſt diverſus; alius enim eſt interpoſitæ, alius introductæ, alius juſtificatæ Appellationis, Interpoſitæ, reſpicit vel Judicem à quo, vel Judicem ad quem, vel ipſam Cauſam & Sententiam; Effectus, qui (1.) Judicem à quo reſpicit, conſiſtit (1.) in eo, ut ipſius Juriſdictio quoad illam cauſam ſuſpendatur, usque dum, ſi Appellatio recepta fuerit, medio tempore pronuncietur: Si nondum recepta, ne interea, dum deliberatur, an recipienda ſit, necne, præjudicium fiat, ſive ad innovandum ſtatum rei de qua appellatum, aliquid attentetur. *l. un. pr.* & §. 1. *h. t. l. pen. ff. de appell. recip. l.* 3. & 32. §. 3. *C. de appell. cap.* 7. *eod. in 6to.* Gail. *lib.* 1. *Obſ.* 144. & *ſeq.* Carpz. *lib.* 3. *Reſp.* 108. Clezel. *de appell. c.* 6. *n.* 1. & 103. vid. Klein *Diſp. de inhibit. judic. in cauſis appellab.* Appellatio enim regulariter ipſo jure ſtatim ligat manus Judicis à quo; *l.* 1. §. *fin. ff. ad SCt. Turpill.* etiamſi inhibitio nondum emanaverit, Mev. *part.* 1. *dec.* 151. *n.* 2. *p.* 2. *dec.* 39. *n.* 7. *p.* 4. *dec.* 182. *n.* 1. & *p.* 8. *dec.* 287. *n.* 1. aut quamvis Superior informationem ab illo requiſiverit, hæcque adhuc indeciſa pendeat; *l.* 6. §. 9. *ff. de inj. rupt. l. fin. C. de relat.* Idem Mev. *p.* 1. *dec.* 213. & *p.* 5. *dec.* 304. junct. *p.* 6. *dec.* 318. imo licet Judex inferior appellationem frivolam putet, Apoſtolosque refutatorios dederit; Idem, *p.* 2. *dec* 294. *p.* 3. *dec.* 74. & 386. *p.* 4. *dec.* 383. *p.* 6. *dec.* 13. & 418. junct. *part.* 9. *dec.* 9. *n.* 3. Dn. L. B. de Lyncker. *in ſæpe laud. tract. de Grav. extraj. c.* 8. §. 39. *n.* 2. Carpz. *lib* 3. *dec.* 241. Klock. *Vol.* 4. *conſil.* 75. *n.* 74. modo Interpoſitio appellationis Judici à quo intimata ſit, vel is, aut pars appellata alias ſciat, appellatum eſſe. Mevius, *p.* 1. *dec.* 59. *num.* 1. *p.* 3. *dec.* 121. & 122.

item

item. *p. 4. dec. 57. 241. & 362. n. 8. p. 7. dec. 82. ac 116. n. 1. & 2.* Klock. *Rel. Cam. 79. n. 47. ſeqq.* confer. Mev. *p. 3. dec. 74.* Beſold. *de appellat. c. 11. §. 1.* Ziegler. in *Dicaſt. Concl. 32. n. 7.* Joh. Voet. *n. 1. h. t.*

II. Committitur autem Attentatum vel per Judicem à quo, vel per Partes. Joh. Voet. *n. 7. & 8. h. t.* Per Judicem, ſi ſententiam exequi, vel alias in præjudicium Appellationis de facto, vel in minimo, procedere conetur: Mev. *p. 3. dec. 211. n. 2.* Faber. in *Cod. lib. 7. tit. 10. def. 6. & 7.* modo illud ſit connexum cauſæ vel rei, & non diverſum ab ea, licet diverſum ſit à lite. Faber. *d. l. def. 8.* Mev. *p. 2. dec. 255. p. 3. dec. 211. n. 7. p. 5. dec. 264. n. 4. p. 8. dec. 258.* Sic Attentatum eſt etiam, Poſſeſſionem invito Poſſeſſore nullo dilapidationis vel mantis actionis periculo exiſtente, ſequeſtrare. C. J. A. *h. t. §. 6.* Gail. *1. Obſ. 147. n. 5.* Per Partes attentatur, & quidem ab Appellato, ſi in loco contentioſo fructus colligat, vel penſiones exigat, in quarum poſſeſſione quieta vel legitima antea non fuit. Mev. *part. 6. dec. 205. & ſeq.* junct. *p. 8. dec. 430. cum ſeq.* vid. Blum. *in proceſſ. Cam. tit. 32. n. 109. tit. 55. n. 11.* Mev. *p. 7. dec. 156.* Sed Tertius regulariter non cenſetur attentare; niſi cauſam à partibus vel appellantibus habeat. Mev. *part. 4. dec. 241. n. 4. & 310. part. 5. dec. 61. & 90.* item *p. 8. dec. 107.* qui de Fiſco etiam attentante quædam notabilia tradit *in p. 3. dec. 204. num. 2. & p. 4. dec. 288.* Et de Procuratore C. J. A. *d. §. 6.* Ab Appellante vero, dum quid in præjudicium litis vel poſſeſſionis controverſæ directo facit, quo ipſo Appellationi renunciare, eamque deſerere creditur. *Cap. 42. X. de appell.* Gail. *1. O. 146. num. 18.* Blum. *P. C. t. 53. num. 23. & tit. 55. num. 13.* Brunnem. *Proc. Civ. c. 28. num. 82.* deque aliis hujus pœnis add. P. Muller. *ad Struv. h. t. lit. p.* add. D. Mayer. *Diſputat. de attentatis.*

Attentatum à quibus committatur.

III. Uti autem Attentantes pari vel majori odio digni habentur, quam violenti ſpoliatores atque invaſores. Mev. *part. 4. dec. 286. 368. & 369. n. 4.* junct. *p. 9. dec. 47. n. 7.* Lancellot. *de attent. p. 3. c. 28. n. 105. & c. 30. n. 5.* dum non ſolum partem; ſed & Legem ipſam Attentata ſevere prohibentem ac Judicem ſuperiorem, præſertim poſt inſinuatam inhibitionem, contemnere cenſetur. Idem *p. 5. dec. 66. n. 5. & p. 4. dec. 286. n. 3.* Ita cauſa attentatorum eo privilegiata eſt, ut ea non tantum per Judicem ſuperiorem ex officio, parte licet non petente, ſtatim revocari poſſint. Gail. *d. O. 146. n. 7.* Mev. *p. 4. dec. 222. & 286.* qui tamen *p. 4. dec. 35. 57. 394. p. 6. dec. 305. n. 5. p. 7. dec. 286. & p. 9. dec. 47. 48. ac 69.* exceptiones quaſdam refert, quarum plures habentur apud P. Müller *d. t. lit. t.* & C. J. A. *h. §. 10.* Joh. Voet. *n. 5. 6. & 6. h. t.* Verum etiam cauſa hæc ſummarie ac de plano, implorato tantum Judicis officio, ſine libello vel litis con-

Odium Attentat.

Remedium [illegible]

teſtatione ſolenni expedienda, Rec. Imp. 1570. *§. 95.* Berlich. *dec. 131. n. 13. ſeqq.* Mevius, *p. 1. dec. 152 p. 2. dec. 27. & p. 7. dec. 98.* Dn. de Lyncker. *ſupra laud. tract. c. 8. §. 35.* junct. *excerpt. in c. 5. ſect. 1. §. 6. n. 7.* neque Appellans ſeu Attentata paſſus invitus reſpondere vel procedere amplius in cauſa principali teneatur, usque dum ip expenſæ ac damna vel intereſſe quodcunque ad obolum usque reſtituantur, Klock. *Relat. Cam. 1. n. 6* Bichius, *Deciſ. Rom. 534. num. 14.* Hiltrop. *Proc. jud. c. p. 4. t. 9. 49.* modo Attentata ſint notoria, & in continenti ad minimum ſemiplene probari, ſeu veriſimilia fieri queant; Mevius. *part. 2. dec. 45. n. 1. part. 4. dec. 381. & p. 5. dec. 263.* Blum. *d. t. n. 14. & ſeq.* Lancellott. *d. p. 3. c. 26. n. 85. & c. 30. n. 126.* Stryck. *in u ü moderno §. 1. h. t.* JCti Marpurg. *Vol. 2. conſil. 18. n. 64.* Gylmann. *Rer. in Cam. judic. dec. 39. n. 10. & 11.* ubi etiam requiſita Attentatorum tractant, de quibus videri poterunt dict. Conſil. Marpurg. *18. n. 69.* Clezel. *de appell c. 6 n. 192.* Mev. *part. 2. dec. 46.* Hiltrop. *d. t. 9. n. 52.* De Jure Camerali hactenus quidem diſtinctio à Blum. *d. t. n. 17. 18. & 19.* tradita obtinuit, num ſcilicet intra decendium interponendæ appellationis attentatum fuerit, an poſt illud, ſed ante intimatam appellationem. At quantum ad ſtylum ab eo *ſub n. ſeq. 20.* adductum attinet, quando nimirum poſt notificatam appellationem, ſed ante inſinuatam inhibitionem quicquam attentatum fuerit, ille non ſemper ita ſimpliciter obtinet, ut pars altera prius judicialiter audiatur, vel eo remittatur; ſed ſæpius etiam hoc in caſu, ſecundum Jura Communia, vim Attentantium ſine illa diſtinctione recte deteſtantia, extrajudicialiter quoque Mandata revocatoria & inhibitoria S. C. decernuntur, uti obſervatum in Cauſa *Holtzberger* contra *Denhard* die 10. Martii & 16. Julii 1703. Conf. D. *Hofmann, Suppl. Cam. tit. 10. n. 17. & tit. 17. n. 32. in fin.* item *n. 34. & 42. ibid.*

Quid Jure Camerali?

(2.) App. interp. rat. Jud. à quo.

IV. Alter effectus Judicem à quo reſpiciens conſiſtit (2.) in eo, quod Appellans in aliis cauſis, quam in quibus appellatum, adhuc coram Judice priore comparere, at ue agere, vel olim in Provincia ſe defendere debeat, de quo in Tit. ſeq. 11. & 1 ſpecialiter tractabitur.

Effect. App. interpoſ. quoad Jud. ad quem.

V. Effectus, qui Judicem ad quem reſpicit, eſt Cauſæ Devolutio, ac Juriſdictionis fundatio, unde remedium ſeu effectus devolutivus, Carpz. *Reſp. 72. n. 23.* etiamſi tres hodie adſint ſententiæ conformes, de quibus vid. Idem *lib. 5. Reſp 101.* Schwanmann. *Diſſ. Jur. Comm. & Cam. 6. n. 8. & ſeqq.* add ſupra *tit. 1. §. 21. & t. 5 §. 15 b.* Hinc ſi diverſa fuerint ſententiæ capita, & non ab omnibus appellatum ſit, tunc ea tantum devolvuntur, à quibus appellatum, in reliquis autem non connexis poteſt procedere Judex à quo. *l. 29. ff. de minor.*

Alumar.

Altmar *de nullit. ſent. rubr. p. q. 180* Brunnem. *ad l. 12. C. de reb. cred. n. 44. & ſeq.* Carpz. *p. 1. C. 19. def. 9. n. 3.* D. Harpprecht. *Conſil. nov. 25. n. 33 & ſeqq.* D. Bardili. *Exerc. 39. Concl. Fur. 10.* Joh. Voetius, *n. 4. & 5. de appell. & relat.* Sic quando quis appellavit tantum ratione Expenſarum, Judex ad quem nihil in negotio principali ſtatuere valet. *d. p. 1. C. 20. def. 22.* Si tamen à ſententia, quæ nullam uſurarum debitarum mentionem fecit, appellatum fuerit, Judex ad quem de iis quoque pronunciare poteſt, Carpz. *d. Conſt. 20. d. 21.* modo Uſuræ ex natura actionis propoſitæ in condemnationem veniant. *l. 41. ff. de uſur. l. fin. ff. de re judic. l. 24. ff. h. t.* De interlocutoria vero irreparabiliter gravante, & pro parte tantum reformata vid. Esbach, *ad Carpz. d. c. 20. d. 26.* Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 2. def. 26.* Fabric. *ad Myns. Cent. 3. Obſ. 79.*

Quid rat. Exp. & uſur. omiſſ.

VI. Effectus, qui (3.) Cauſam ipſam & Sententiam reſpicit, conſiſtit in eo, ut ſententia prior reſcindatur, habito ſcilicet reſpectu ad tempus præſens, licet quoad ſtatum futurum, litisq; exitum ea ſuſpendatur, qui ſenſus eſt *l. 1. §. ult. ff. ad SCt. Turp. l. 6. §. 1. de his, qui not. infam. l. 32. §. 3. C. de appell.* Gail. *1. O. 140. n. 2.* etiam ſine prævia inhibitione ſupra §. 1 h. Dn. de Lyncker. *d. tract. c. 8. §. 2. & 6.* Klein. *Vol. Diſp. 13. de inhib. judic. c. 1. §. 4. n. 18.* Unde ipſa Cauſa principalis reducitur ad eum ſtatum, in quo fuit tempore litis antea conteſtatæ: arg. *l. 13. C. de Procur.* ad eamque Sichard. *n. 13.* quare exceptiones dilatoriæ ante L. C. opponendæ, ac in prima inſtantia omiſſæ, in hac ſecunda non admittuntur, Mev. *p. 1. dec. 137. n. 2. p. 2. dec. 98. p. 3. dec. 262. num. 1. p. 4. dec. 5. n. 13. & dec. 51. p. 5. d. 98. p. 6. dec. 139. n. 4. & part. 8. dec. 49. n. 8. & ſeqq.* Stryck. *Introd. in Prax. for. c. 17. §. 5.* niſi illæ de novo emergant, ac in Notitiam demum Appellantis venerint, vel Proceſſum totum retro inſanabili nullitate afficiant. Brunnem. *ad d. l. 13. C. de Proc. n. 8. ſeqq.* Carpz. *Proc. t. 18. art. 6. n. 36.* Mev. *part. 3. dec. 416. p. 4. dec. 204. n. 7. p. 5. dec. 15. & 188.* Peremtoriæ vero exceptiones, earumque vim habentes, vel novi articuli, licet antea omiſſi, aut alia ſcienter ſine dolo vel calliditate prætermiſſa, in hac inſtantia adhuc produci poſſunt propter beneficium *Legis 4. C. de temp. & repar. appell.* quo non deducta deducere & non probata probare licet. Mev. *p. 2. dec. 153.* Esbach, *ad Carpz. p. 1. C. 21. def. 2. 9. & 10.* P. Muller. *ad Struv. h. t. th. 14. lit. z.* Stryck. *in uſu mod. §. 15. de appellat.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.* Conf. Feiſchel. *in Decur. 2. Argentorat. Diſſ. 7. de Beneficio bis probandi.* & Dn. Ludolff Hugo, *de abuſu appellation. tollendo.* Sed de Jure Canon. novæ probationes prioribus poſt atteſtata didicita directo contrariæ, vel nullam cum illis communionem habentes, rejiciuntur ob periculum ſubornationis: per *Clem. ult. de teſtib. & c. 21. x. eod.* quod tam in Ducatu Würt. approbatum videtur; J. P. W. *p. 1. t. 61. verſ. Wo der Appellant.* licet diſſent.

(3.) Effect. App. interpoſ. rat. ipſius Cauſ. & Sent.

Beneficium Legis non deducta deducendum, & non probata probando.

An & quæ novæ probationes admittuntur Jure Can. Civil.

diſſent. *Beſold. in Comm. ib.* quam in Elect. Saxon. receptum. Carpz. *4. C. 21. def. 1. & 2.* An vero idem de Jure Civili obtineat, controverſum eſt; communiter tamen id affirmatur per *Nov. 90. c. 4.* Carpz. *lib. 3. Reſp. 106. n. 1. ſeqq.* Bachov. *ad Tr. Vol. 2. Diſp. 5. theſ. ult. verſ. Ne quis ſuper Artic.* Conf. Mev. *part. 8. dec. 48. junct. p. 2. dec. 32. n. 7. p. 3. dec. 345. & ſeq.* item *p. 9. dec. 17. n. 6.* ad eumque Schlarrenhorſt. *Concilbat 15.* Mynſing. *Reſp. 85. & Cent. 1. Obſ. 41.* ubi nihilominus ſæpe contrarium in Cam. Imp. obſervatum refert, quod non tantum Ord. Cam. *part. 3. tit. 33. §. Im Fall aber, 3* ſed & Rec. Dep. *de Anno 1600. §. 114.* juncto Rec. Imp. *1654. §. Zu Beförderung, 38. & . Wir ebenmäſſig. 67. cum ſeq. 68. (al. 74.)* conveniens eſt, vid. D. Bardili, *Exerc. 49. Concl. Fat. 9.* Lauterbach, *ad J. P. 15. p. 1. th. 66.* De Effectibus aliis vid. Clezel. *de Appell. c. ult.* & C. J. A. *4. th. 13. cod.*

Effect. App. introductæ.

VII. Effectus Appellationis introductæ eſt Communio Appellationis, quæ ſc. illa etiam parti adverſæ in iiſdem capitulis fit communis, & quidem invito Appellante, ita, ut hic ei renunciare nequeat, qui tamen appellationi interpoſitæ renunciare poteſt, *l. 28. C. de appell. l. 4. C. de temp. appell. l. ult. pr. C. h. t.* & ſupra *s. 1.* Gail. *1. O. 144. n. 3. & 4.* Mynſ. *Cent. 2. O. 21.* Carpz. *p. 1. Conſt. 19. d. 8. n. 4.* Dn. Stryck. *Vol. noviſſ. Diſp. de Communione Appell. cap. 3.* Textor. *Vol. Diſp. 37. de beneficio adhærendi appell. th. 15.* ad quos brevitatis ſtudio fit remiſſio.

Effect. App. juſtificatæ.

VIII. Effectus juſtificatæ Appellationis eſt ſententia Judicis ad quem, qua prior ſententia vel in totum confirmatur, pronunciando: Bene judicatum, male appellatum: vel in totum reformatur, pronunciando: Male judicatum, bene appellatum. vel ex parte confirmatur, & ex parte reformatur: *Daſs die Urtheil voriger Inſtanz zu con- und reformiren,* ſive modeſtius quandoque: *Daſs ſie zu confirmiren, doch mit dieſer Erklärung oder Erläuterung, &c.*

In Reform. ſent. quæ num Statuta Judicis à quo vel ad quem prævaleant? Quis exeq. Sententiam?

IX. Reformatio ſententiæ à qua fieri debet ſecundum jura, quæ tempore & in loco primæ inſtantiæ vigebant; quoad Proceſſum autem ſecundæ inſtantiæ prævalent Statuta Judicis ad quem. Carpz. *lib. 3. Reſp. 111. n. 3.* D. Hert. *de Coll. LL. ſect. 4. th. 70. & 71.* Conf. Mev. *part. 2. dec. 63. & p. 3. dec. 279.* item *p. 6. dec. 188. p. 7. dec. 272. & part. 9. dec. 30.* Quod ſi confirmata vel declarata fuerit ſententia primæ inſtantiæ, tunc cauſa remittitur Judici à quo ad exequendum, quandoque etiam tacite nulla remiſſionis mentione facta. Cz. *4. C. 20. def. 27. & 28.* Si vero reformata & correcta fuerit ſententia à qua, tota cauſa manet penes Judicem ad quem, nec remiſſio regulariter locum habet. Idem Cz. *d. l. d. 26.* Conf. Gail. *1. O. 131.* Mynſ. *Cent. 41. obſ. 46. & 94.* ibique à Gulich. Klock. *T. 2. conſ. 75. n. 1. & ſeq.* In Ducatu W. Remiſſio fieri non debet. J. Pr. W. *p. 1. t. 75. §.* De contrariis App. vid. ſupr. *s. 1. & ſeq.* [illegible] *p. 1. 2. 69. § fin. ibiq. in diſſ.* D. Laut. *p. 1. th. 15.* Hof-Ger. Ordn. *p. 3. t. 1. 24. § fin.*

TIT.

TIT. VIII.
QUÆ SENTENTIÆ SINE APPELLATIONE RESCINDANTUR.

Cod. *Lib. 7. Tit. 64.*

§. I.

Appell. Aff. 1. Querela Nullit. quid?

AFfine Appellationi, quoad Effectum, remedium eſt I. Querela nullitatis, quæ eſt imploratio legitima ſuper vitio, ex quo quis declarationem petit, Sententiam, Decretum, aliumve actum judicialem ipſo jure non ſubſiſtere, *l. 1. C. de execut. rei jud. l. 4. C. de ſent. & interl.* Differt igitur ab appellatione ratione inprimis Objecti; nam hoc in appellatione eſt Sententia ipſo jure valida, propterea que per appellationem reſciſſio ejus ſententiæ petitur, vid. ſupra *t. 5. §. 3. h. t.* Nullitatis autem querelæ objectum eſt Sententia ipſo jure nulla, cujus declaratio tantum petitur, adeoque Sententia improprie tantum quoad factum, non quoad jus eſſe dicitur; Alias differentias vid. apud Altimar. *tract. de nullit. ſentent. rubr. 1. qu. 4. & ſeqq.* junct. *q. 137.* Nullitas autem de Praxi hodierna eſt duplex, vel Sanabilis, vel Inſanabilis. Sanabilis eſt, cujus vitium per ratihabitionem, aliove modo corrigi poteſt, v. gr. ſi falſi Procuratoris facto accedat Ratihabitio Domini re adhuc integra, *l. 14. C. de Procur. l. fin. ff. ad SCtum Maced.* ſi ſolennis L. C. omiſſa fuerit. Gail. *1. Obſ. 42. & 75. n. 5.* Et hujus intuitu gravatus præciſe intra decendium appellare debet ſupra *lib. 49. t. 1. §. 19.* Conf. *O. C. p. 3. t. 34. §. 1.* Rec. Imp. 1654. *§ 115. & 116. (al. 121 & 122.)* Inſanabilis nullitas eſt, cujus vitium ratificatione, aliove modo corrigi nequit, v. gr. ſi Judex à quo poſt intimatam appellationem vel inhibitionem procedat, *clem. 6. de app.* O. Cam. *d. tit. 34. §. 2.* qualis actio ſeu imploratio officii Judicis regulariter ad 30. uſque annos deduci poteſt. Mynſ. *Reſp. 68. n. 11. & cent. 5. O. 92.* Dn. L. B. de Lyncker, *de Grav. extraj. c. 9. p. 2. §. 12.* Gail. *1. O. 127. n. 8.* Altimar. *d. tr. q. 4. n. 23. & quæſt. 140.* Herold. *conſil. decif. 49. n. 45.* P. Muller. *h. t. 18. lit. B.* Carpz. *p. 3. dec. 245. n. 10.* vid. Lauterb. *ad J. P. W. p. 1. th. 72.* D. Harppr. *in diſſ. Jur. crud. & Wart. §. 5.*

Quotuplex? Sanab. quæ?

Hujus interpon. Fatale eſt decend.

Inſanabilis quæ?

Quousque durat.

Sententiæ, quæ ſic nullæ dicantur rat. Perſon. (1) Judicis.

II. Sententiæ autem hæ nullæ dicuntur (1) ratione Perſonæ, & quidem (1) *Judicis*, ſi ſit plane incompetens. *l. 1. & fin. C. Si à non comp. Jud. l. un. C. Qui pro ſua Jurisd.* Blum. *P. C. tit. 25. n. 62.* ibique Deckh. Berl. *dec. 335.* Clezel. *de Appell. c. 6. n. 228.* Faber, *lib. 3. t. 12. d. 30.* Item, ſi plures delegati conjunctim ſint, & unus ſine altero judicaverit. *l. 18. ff. de recept. arb. l. 4. C. Quand. prov. non eſt nec.* ibique Perez. *Nov. 125. c. 1.* Mev. *p. 4. dec. 152. Similiter*, ſi legitime recuſatus procedat. *l. 16. & Auth. Si vero C. de Jud. Nov. 86. c. 2. Can. Quod ſuſpectis 3. q. 5. c. 39. X. & c. 4. de offic. deleg. in 6to.* Mev. *p. 2. dec. 30.* (2) *Actoris*, (2) Actoris.

ſi perſonam legitimam ſtandi in judicio non habet. *t. t. C. Qui leg. perſ. ſtand. in jud.* (3) *Rei*, eodem modo, aut ſi legitime non fuerit citatus vel auditus, *l. 1. §. 3. h. t. l. 47. de re jud. Cap. Paſtoralis. x. de ſent. & re jud.* Carpz. *1. C. 20. d. 12.* Blum. *t. 56. n. 5. ſeq.* Mev. *p. 3. dec. 240. n. 1.* Wernher. *Obſ. for. 269.* vel contra mortuum ſcienter pronunciatum ſit, *l. 2. ff. h. t. l. 59. §. f. de re jud.* Gail. *1. O. 109. n. 4.* Alumar *d. tract. q. 200.* Confer. Mauritt. *Diſſ. de cit. ad reaſſ. th. 8.* (4) *Procurator*, qui nullum unquam mandatum vel ratihabitionem ejusdem habet. *l. 56. de Jud. l. 24. C. de Procur. atque Brunnem. C. 4. x. eod.* Schnobel, *ad ff. Diſp. 3. th. 16.* Mev. *p. 2. dec. 126. n. 1. & p. 3. dec. 58. n. 9.* Zamſchliffer, *de offic. Jud. ſuppl. p. 2. c. 4. §. 2. & 3.* (2) Ratione ſubſtantialium Proceſſus ſive Ordinis judiciarii ſoliti, v. gr. Si litis conteſtatio, eiuſdemque vim hodie habens quælibet ad merita principalia facta reſponſio *l. 4. C. de ſent. & interloc. C. 1. x. de dol. & contum. c. un. de L. C. & C. 2. Ut lite non conteſt.* Mev. *p. 1. dec. 77. n. 3. & dec. 78. junct. 121. n. 2. & dec. 165. n. 6.* fuerit omiſſa. (3) Ratione ipſius cauſæ, illiusque meritorum, quæ nullitas etiam maxima eſt. Mev. *p. 5. dec. 5. n. 2.* ex. gr. ſi ſententia non ſit actis & libello conformis. *l. 18. ff. Comm. div. L. ult. c. de fidei. libert. c. 31. x. de Simon. ſupr. tit. de re jud. §. 22.* Mev. *d. p. 1. d. 78. n. 3. p. 2. dec. 24. n. 6. p. 5. dec. 68. n. 4. junct. p. 6. dec. 76. n. 7.* Carpz. *d. c. 20. def. 6. & 8. & Reſp. 72. n. 12. ſeq.* Schneidew. *ad §. 32. I. de Act. n. 40.* Item, ſi ſententia neque condemnationem, neque abſolutionem contineat. *l. 1. & 4. §. 4. l. 27. & 29. ff. de re jud. c. 24. x. eod. c. 15. x. de V. S. l. 3. & 11. C. de ſent. & interl.* Mev. *p. 1. dec. 109. n. 2.* Brunnem. *Proc. civ. c. 27. n. 28.* ſupra *lib. 42. t. 1. §. 20.* Similiter, ſi contra rem valide prius judicatam pronuncietur; *l. 1. pr. h. t. l. 1. C. Quand. prov. non eſt nec. l. 1. C. Sent. reſc. non poſſ. l. 9. C. de ſent. & interl.* Cz. *d. c. 20. def. 14.* Mev. *p. 6. dec. 256. n. 3. ſeqq. p. 7. dec. 207. n. 4. & dec. 210. n. 2.* Item, ſi ſententia lata ſit expreſſe contra jus clarum conſtitutionis in theſi, v. gr. Uſuras uſurarum deberi, impuberes teſtamentum facere poſſe. *l. 1. §. 2. ff. h. t. l. 19. de Appell. L. ult. C. Si contra jus vel util. publ. c. 1. x. de ſent. & re jud.* ſupra *tit. de re jud. §. 18.* Mev. *part. 2. dec. 268. n. 1. & 5.* Varie *de nullit. tit. 13. n. 118. & ſeqq.* Aliud dicendum, ſi tantum contra *partium Jus*, ſive *in hypotheſi & concreto* pronunciatum fuerit, *l. 27. ff. de re jud. l. 2. C. Quand. prov. non eſt nec. l. 3. C. de excuſ. tut. c. 1. & 13. x. de ſent. & re jud.* Bocer. *cl. 6. D. 33.* Vultej. *de Jud. lib. 4. c. 1.* Stryck. *Introd. contr. c. 12. § 18.* Conf. ex. gr. Wernher. *Obſ. for. Witteb. 34.* Mev. *p. 2. dec. 301. n. 7. & p. 8. dec. 14.* Niſi dolus Judicis hic intervenerit, Oldekop. *de Act. judicati in def. Rei, circa fin.* & injuſtitia ſit plane notoria & error evidens. *l. 1. §. 1. h. t. cap. 2. de ſent. excomm. in 6to.* Mev. *p. 1. dec. 195. p. 2. d. 374. n. 7. p. 4. dec. 113. p. 5. dec. 138. p. 6. dec. 30. & p. 8. dec. 133.* Aut ſi ex falſa cauſa falſaque præſup-

(3) Rei.
(4) Procur.
Rat. Subſt. Proceſſ.
& Cauſæ.
Rumpi.
Quid ſi contra jus partis?
Excipe.

præſuppoſitis ſubſtantialibus lata ſit. Mev *p. 3. dec. 104. & p. 6. dec. 236. n. 1.* De caſibus nullitatum pluribus vid Dn. P. Muller, *ad Struv h. t. th. 17.* C. J. A. *th. 1. b.* J. S. Stryck. *eleg. Diſſ. de Remediis contra rem jud. c. 2* D. Harpprecht. *Reſp. 95. n. 105. Reſp. 96. n. 199. Conſil. nov. 44. num. 17.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.*

Nullitas quom. propon. rat. Modi Principal.

III. Proponitur Nullitas vel ratione Modi, vel ratione Judicis. Ratione Modi dupliciter, vel incidenter, ſive eventualiter, vel principaliter: Hoc fit, quando ea ſine cumulatione, vel cum renunciatione appellationis interpoſitæ aliusve remedii deducitur, Officium Judicis implorando, petendo ſcilicet Citationem ſolum ſuper Nullitatibus, vel ad vid. principaliter deduci Nullitates inſanabiles, vel excipiendo contra Executionem Sententiæ quod ea ſit ipſo jure nulla, Engelbrecht, *Compend. ff. h. t. n. 9.* P Muller, *ad Struv. h. t. th. 19. lit. 9.* Illud vero fit, quando querela Nullitatis etiam ſanabilis cum appellatione ab eadem ſententia, tanquam ſimul iniqua & injuſta, deducitur, v. gr. dico ſententiam nullam, vel ſi qua eſt, Appello. Item *daſſ*, honore ſalvo, *nichtig, oder jedoch widerrechtlich verfahren und geurtheilt ſey*, Blum. P. C. *t. 58 n. 9. & ſeqq.* Baſil. *Vol. nov. Diſp. 8. n. 127. ſeqq.* & hoc modo Guelpherbyti in Judicio Aulico ſemper introducitur. Engelbrecht *d. l.*

Incidenter.

Quid ſi Appell. deſerta vel non devol.?

Licet autem hoc in caſu Appellatio deſerta fieret, vel alio modo pro non devoluta pronunciaretur? tamen Nullitas inſanabilis adhuc ſeparatim ac principaliter ad XXX. annos usque deduci poteſt: Gail. *1. O. 127. n. 8. & 135. n. 4. ſeqq.* Mynſ. *2 Obſ. 77.* Conf. tamen Mevius, *part. 1. dec. 154. n. 1. & part. 4. dec 393.* Item *p. 7. dec 33. n. 1. & 6.* Stryck. *Vol. 3. Diſp. 24. de Proc. nullit. c. 1 §. 10. ſeq.* Thomas. *ad Strauch. diſſ. 27 th 3. verb. Uno eodemque Proceſſu.* Stryck *in uſu mod. § 1. h. t.*

Quæ ſumm. hic obſerv. & quom. Cauſæ ſpecif.

Modo ubique ſumma ſit appellabilis, h. e. 400 hodie Thaleror. in Cam. Imp ſupra *lib. 42. t. 1. §. 19. & lib. 49. t. 2* & cauſæ nullitatum in ſpecie deducantur atque exprimantur. Gamb. *ad R. N. §. 116 (al. 122) verb. Nach ſich ſuhren.* Roding. *edit A 1688. lib. 3. t. 20. §. 74.*

Sanab. Judicior. inſ. non attend. in Supremis.

Nullitas vero ſanabilis, quæ tantum circa figuram ſolennitatemque judiciorum poſitivam verſatur, non attenditur in Judiciis ſupremis, ſi alias de meritis cauſæ ſufficienter conſtet. Blum. *d. t. n. 21. & 22.* qui tamen in *num. ſeq 23.* fallitur, dum ſententiam Judicis incompetentis, quia totum Judicium retro nullum reddit, non attendendam eſſe contra Mev. *p. 1. dec. 100.* & tradita ſua in *tit. 25. num. 62.* affirmat. Add idem Blum. *tit. 71. n. 14.* Dn. Harpprecht *Conſ 61 n. 529. & ſeqq.* Coch. *Prax. Fori Germ. p. 4. c. 1. §. 3. & c. 27. §. 2* Mev. *p. 3 dec. 232. & 240. p. 4. dec. 105. p 6. dec. 81.* Clonel. *de appell. c 6. n. 227* Mynſ *C. 3. O. 95.*

Rat. Judicis

IV. Ratione Judicis proponitur Querela hæc vel apud eum, qui nullita-

tem

ſi perſonam legitimam ſtandi in Judicio non habet. *l. 1. C. Qui leg. perſ. ſtand. in*
(3) Rei. *jud.* (3) *Rei*, eodem modo, aut ſi legitime non fuerit citatus vel auditus. *l. 1. §. 3.*
h. t. l. 47. de re jud. Cap. Paſtoralis. x. de ſent. & re jud. Carpz. *1. C. 26. d. 12.*
Blum. *t. 16. n. 1. ſeq.* Mev. *p. 3. dec. 200. n. 1.* Wernher. *Obſ. for. 269.* vel contra
mortuum ſcienter pronunciatum ſit *l. 2. ſ. h. t. l. 19. §. f. de re jud.* Gail. *1. O. 109.*
(4) Procur. *n. 4.* Altimar *d. tract. q. 200.* Confer. Mauric. *Diſſ. de cit. ad reaſſ. th. 8.* (4) *Pro-*
curator, qui nullum unquam mandatum vel ratihabitionem ejusdem habet. *l. 56.*
de Jud. l. 24. C. de Procur. ubique Brunnem. C. 4. x. eod. Schnobel, *ad ff. Diſp. 3. th.*
16. Mev. *p. 2. dec. 126. n. 1. & p. 5. dec. 98. n. 9.* Zanſchliſſer, *de offic. Jud. ſuppl.*
Rat. Subſt. Proceſſ. *p. 2. c. 4. §. 2. & 3.* (2) Ratione ſubſtantialium Proceſſus ſive Ordinis
judiciarii ſoliti, v. gr. Si litis conteſtatio, ejusdemque vim hodie habens quæ-
libet ad merita principalia facta reſponſio *l. 4. C. de ſent. & interloc. C. 1. x. de*
dol. & contum. c. un. de L. C. & C. 2. Ut lite non conteſt. Mev. *p. 1. dec. 77. n. 3. &*
& Cauſæ. *dec. 78.* junct. *121. n. 2. & dec. 165. n. 6.* fuerit omiſſa. (5) Ratione ipſius cau-
ſæ, illiusque meritorum, quæ nullitas etiam maxima eſt. Mev. *p. 3. dec. 5.*
Exempl. *n. 2.* ex. gr. ſi ſententia non ſit actis & libello conformis. *l. 18. ff. Comm. div. l. ult.*
c. de fideic. libert. c. 31. x. de Simon. ſupr. tit. de re jud. §. 22. Mev. *d. p. 1. d. 78. n. 3.*
p. 2. dec. 80. n. 6. p. 5. dec. 61. n. 4. junct. *p. 8. dec. 74. n. 7.* Carpz. *d. c. 26. def. 6.*
& 8. & Reſp. 72. n. 12. ſeq. Schneidew. *ad §. 32. I. de Act. n. 44.* Item, ſi ſen-
tentia neque condemnationem, neque abſolutionem contineat. *l. 1. & 6. §. 4.*
l. 27. & 29. ff. de re jud. c. 24. x. eod. c. 15. x. de V. S. l. 3. & 11. C. de ſent. & interl.
Mev. *p. 1. dec. 109. n. 2.* Brunnem. *Proc. civ. c. 27. n. 28.* ſupra *lib. 42. t. 1. §. 20.*
Similiter, ſi contra rem valide prius judicatam pronuncietur; *l. 1. pr. h. t. l. 1. C.*
Quand. prov. non eſt nec. l. 1. C. Sent. reſc. non poſſ. l. 9. C. de ſent. & interl. Cz. *d. c. 26.*
def. 14. Mev. *p. 6. dec. 256. n. 3. ſeqq. p. 7. dec. 207. n. 4. & dec. 210. n. 2.* Item, ſi ſen-
tentia lata ſit expreſſe contra jus clarum conſtitutionis in theſi, v. gr. Uſuras uſu-
rarum deberi, impuberes teſtamentum facere poſſe *l. 1. §. 2. ff. h. t. l. 19. de Appell.*
l. ult. C. Si contra jus vel util. publ. c. 1. x. de ſent. & re jud. ſupra *tit. de re jud. §. 18.*
Quid ſi contra jus partis? Mev. *part. 2. dec. 268. n. 1. & 3.* Vant. *de nullit. tit. 13. n. 118. & ſeqq.* Aliud dicen-
dum, ſi tantum contra *partium Jus*, ſive *in hypotheſi & concreto* pronunciatum fue-
rit, *l. 27. ff. de re jud. l. 2. c. Quand. prov. non eſt nec. l. 3. c. de extraſ. tut. c. 1. & 13.*
x. de ſent. & re jud. Bocer. *cl. 6. D. 33.* Vultej. *de Jud. lib. 4. c. 1.* Stryck. *Intereſſe*
contr. c. 12. §. 18. Conf. ex. gr. Wernher *Obſ. for. Witteb. 34.* Mev. *p. 2. dec. 301.*
Except. *n. 7. & p. 8. dec. 14.* Niſi dolus Judicis hic intervenit, Oldekop *de Act. judi-*
cati in def. Rei, circa fin. & injuſtitia ſit plane notoria & error evidens. *l. 1. §. 1.*
h. t. cap. 2. de ſent. excomm. in 6to. Mev. *p. 1. dec. 193. p. 2. d. 274. n. 7. p. 4. dec.*
113. p. 5. dec. 138. p. 6. dec. 90. & p. 8. dec. 133. Aut ſi ex falſa cauſa falſisque

perſop-

præſuppoſitis ſubſtantialibus lata ſit. Mev. *p. 3. dec. 104. & p. 6. dec. 256. n. 1.* De caſibus nullitatum pluribus vid. Dn. P. Muller, *ad Struv. h. t. th. 17.* C. J. A. *th. 1. b.* J. S. Stryck. *eleg. Diſſ. de Remediis contra rem jud. c. 2.* D. Harpprecht. *Reſp. 95. n. 105. Reſp. 96. n. 199. Conſil. nov. 44. num. 87.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.*

III. Proponitur Nullitas vel ratione Modi, vel ratione Judicis. Ratione Modi dupliciter, vel incidenter, ſive eventualiter, vel principaliter: Hoc fit, quando ea ſine cumulatione, vel cum renunciatione appellationis interpoſitæ aliusve remedii deducitur, Officium Judicis implorando, petendo ſcilicet Citationem ſolum ſuper Nullitatibus, vel ad vid. principaliter deduci Nullitates inſanabiles, vel excipiendo contra Executionem Sententiæ quod ea ſit ipſo jure nulla, Engelbrecht, *Compend. ff. h. t. n. 9.* P. Muller, *ad Struv. h. t. th. 19. lit. B.* Illud vero fit, quando querela Nullitatis etiam ſanabilis cum appellatione ab eadem ſententia, tanquam ſimul iniqua & injuſta, deducitur. v. gr. dico ſententiam nullam, vel ſi qua eſt, Appello. Item *daß*, honore ſalvo, *nichtig, oder jedoch widerrechtlich verfahren und geurtheilt ſey*, Blum. P. C. *t. 56. n. 9. & ſeqq.* Baſil. *Vol. nov. Diſp. 1. n. 127. ſeqq.* & hoc modo Guelpherbyti in Judicio Aulico ſemper introducitur. Engelbrecht *d. l.* Licet autem hoc in caſu Appellatio deſerta fieret, vel alio modo pro non devoluta pronunciaretur? tamen Nullitas inſanabilis adhuc ſeparatim ac principaliter ad XXX. annos usque deduci poteſt. Gail. *1. O. 127. n. 8. & 135. n. 4. ſeqq.* Mynſ. *2. Obſ. 77.* Conf. tamen Mevius, *part. 1. dec. 154. n. 2. & part. 4. dec. 393.* Item *p. 7. dec. 53. n. 5. & 6.* Stryck. *Vol. 3. Diſp. 24. de Proc. nullit. c. 1. §. 14. ſeq.* Thomas. *ad Struv. diſſ. 27. th. 3. verb. Uno eodemque Proceſſu.* Stryck. *in uſu mod. §. 1. h. t.* Modo ubique ſumma ſit appellabilis, h. e. 400 hodie Thaleror. in Cam. Imp. ſupra *lib. 42. t. 1. §. 19. & lib. 49. t. 2.* & cauſæ nullitatum in ſpecie deducantur atque exprimantur. Gamb. *ad R. N. §. 116. (al. 122.) verb. Nach ſich ſuchen.* Roding. *edit. A. 1648. lib. 3. t. 20. §. 74.* Nullitas vero ſanabilis, quæ tantum circa figuram ſolennitatemque judiciorum poſitivam verſatur, non attenditur in Judiciis ſupremis, ſi alias de meritis cauſæ ſufficienter conſtet. Blum. *d. t. n. 21. & 22.* qui tamen in *num. ſeq. 23.* fallitur, dum ſententiam Judicis incompetentis, quia totum Judicium retro nullum reddit, non attendendam eſſe contra Mev. *p. 1. dec. 100.* & tradita ſupra *tit. 25. num. 62.* affirmat. Add. idem Blum. *tit. 71. n. 14.* Dn. Harpprecht *Conſ. 61. n. 329. & ſeqq.* Coch. *Prax. Fori Germ. p. 4. c. 1. §. 3. & c. 27. §. 2.* Mev. *p. 3. dec. 232. & 240. p. 4. dec. 105. p. 6. dec. 81.* Clamel. *de appell. c. 6. n. 227.* Mynſ. *C. 3. O. 95.*

Nullitas quom. prop. rat. Modi Principal.

Incidenter.

Quid ſi App. deſerta vel non devol.?

Quæ ſumma hic obſerv. & quom. Cauſæ ſpecif.

Sanab. Judicior. inſ. non attend. in Supremis.

IV. Ratione Judicis proponitur Querela hæc vel apud eum, qui nullitatem

Rat. Judicis

quomodo intend.? tem intulit, modo ſit ordinarius & competens. *l. 4. & 6. C. de accuſ. l. 21. ff. de recept. arb. l. 4. §. 6. & l. 59. ff. de re jud.* arg. *c. 15. & pen. x. de judic.* Gail. *1. O. 127 n. 5.* Baſil. *d. Diſp 8 n. 138. & 142.* Vel apud Judicem ſuperiorem, quod frequentius & conſultius eſt, modo nullitas ſit inſanabilis. *l. 1. C. de ſent. ex peric. recit. l. 6. Cod. Quand. prov. non eſt nec.*, Mynſ. *d. Cent. 5. Obſ. 92.* Müller *ad Struv. th. 19. lit. a.* Petez. *in Cod. tit. Quando prov. non eſt nec. n. 9.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. q. 4 n. 58* Dn. de Lyncker. *tr. de G. L. C 3. S. 2. ſ. 6. n 10.* & *c. 9. p. 2. ſ. 55.* Dn. Hoffmann. *in Sciagraph. Proc. jud. th. 56. lit. c.*

Inhib. quan. decern. Inhibitio vero non facile decernitur, cum præſumtio hic in dubio ſit pro Judice, ut nudis Supplicantis narratis non tam crude credatur. Gail. *d. lib. 1. O. 113. n. 2.* & *d. O. 127. n. ult.* J. Pr. W. ad probandam nullitatem menſem hic requirit; *p. 1. t 56. pr.* niſi nullitas talis ſit ex actis aliundeque notoria, vel in continenti demonſtrabilis, aut executio damnum plane irreparabile, vel difficulter reparabile inferat, periculumque vitæ, famæ aut honoris ſecum ferat. L. B. de Lyncker. *d. part. 2. §. 54. n. 3.* Altimar. *d. tr. q. 4. n 19. & rubr. 6. q. 127.* Mev. *part. 4. dec. 302. & p. 6. dec. 234. n. 3.* D Müller. *ad Struv. h. th. 20. lit. B. & y.* Stryck. *d. D. 24. c. 1 ſ. 17.* Stryk. *in uſu mod. § 1. h. t.* Brevic. *prax. Imper. aulic. tit. 48 n 13.* Unde in cauſis etiam criminalibus, *die Leibs-Straff auf ſich tragen*, aliisque alias non appellabilibus Proceſſus ſuper nullitate principaliter deducenda in Cam. Imp. quandoque decreti ſupr. *lib. 49. t. 5. §. 4. Dann wann der Kopff einmahl herunter, läßt er ſich mit Nullitets-Proceſſen nicht wieder auffſetzen, und wann die Hand einmal ab, wächſt ſie nicht wiederum wie die Krebsſcheeren*, eleganter dicit Koch. *ad O. C apud Deckherr. in monum. Lect. Cam. p 2. t 28 n. 100.*

Effectus hujus Querel. Effectus autem Querelæ ita intentatæ eſt, ut tota cauſa & negotium quoque principale devolvatur, ita, ut Judex nullitatis ſuper meritis ejus cognoſcere, ſententiamque priorem vel reformare, vel ex novis etiam cauſis ac probationibus confirmare valeat, quod quomodo intelligendum ſit, de eo videri poſſunt Mev. *p. 3. dec 89. & 232. junct. dec. prac. 44. & 68.* Rennemann. *J. R. G. M. 4. Diſp. 46. th. 24 & 25.* Coch. *d p. 4. c. 27. ſ. 5.* Dn. de Lyncker. *d tract. c. 8. ſ. 41. n. 5. ſeq.* Baſil. *dict. elog. Diſp. 8. n. 140. & ſeqq.* Cauſa tamen à Superiore deciſa regulariter partes ad Judicem inferiorem remittuntur, niſi hic ſe evidenter partialem, aut alias ſuſpectum, vel nimis acerbum exhibuerit, aut incompetens vel juſte recuſatus fuerit. Deckherr. *ad Koch. O. C. p. 3. t. 34. n. 9.* Dn. de Lyncker. *d. tr. c. 3. § 8. n. 8.* Roding. *lib. 1. tit. 13. §. 8. & t. 33. §. 10. & 22.* Mev. *p. 2. dec. 322. n. 3. & p. 5. dec. 372. n. ult.* Oldekop. *tit. 3. Obſ. Crim. 1. n. 29. & de Appell. crim. n. 85.* Textor. *Diſſ. Polit. 90. in fin. not.*

V. Quo-

V. Querelæ huic & Appellationi affinia ſive cognata ſunt diverſa adhuc alia remedia, uti ſunt II. Supplicatio, Speculatori ac Marantha dicta Reclamatio, *tit. de App. n. 11.* quæ remedium eſt extraordinarium, quo is, qui ſententia ejus, *a quo appellari nequit*, gravatus eſt, petit, ut cauſa denuo cognoſcatur, & per ſententiam reformetur. *l. 5. C. de precib. Imp. offer.* Brunn. *Proc civ. c. 28. n. 114.* Quoad hanc reformationem igitur cum Appellationis remedio convenit, differt autem ab eo (1) quod hoc remedium eſt ordinarium, Supplicatio contra extraordinarium, quod regulariter non obtinet, niſi ordinarium ceſſet, *L. un. C. de Sent. Præf. Præt.* modo Appellatio ex natura cauſæ, v. gr. in poſſeſſorio momentaneo, non ſit prohibita, P. Muller. *ad Struv. lib 49. tit. 15. th. 20 lit. γ.* Brunn. *d. l.* Scaccia, *de Appell. Q. 19. R. 5. n. 12 ſeqq* vel beneficium hoc ſupplicandi pro remedio ordinario habeatur, uti in Marchia Brandenb. Cameræque Berolin. & Ducatu Brunſvico Luneburg. Brunn. *d. c. 28. n. 115* Stryck. *Introd. in Prax. For. c. 23. §. 29.* Stuck. *Conſ. 15 n. 17.* Scheplitz. *ad Conſuet. March. p. 2. t. 8. §. 1.* Dn. Hofmann. *Supplic. tit. 24. p. m. 927.* (2) Ratione Subjecti *ad quod*: Appellatio enim ſemper ad ſuperiorem fieri debet, Supplicatio vero interdum etiam ad unum eundemque ſeu priorem Judicem interponi poteſt. *d. l. un.* Sic facultas ſupplicandi conceditur, ſi quis à Principe, Statuque Imperii in ſumma non appellabili gravatus ſit. Rec. Dep. 1600. *§ Es ſoll aber 16* R. J. 1654. *§. Dieweil mit dieſem Zuſatz.* 115. Dn. Bender. *de Reviſ. Conſt. 26. & ſeq.* Blum. *P. C. t. 46. §. 15. & 18.* Roding *uſ. Camer. lib. 1. tit. 26. n. 49. cum ſeqq.* D. D. Harppr. *Cons. 50. n. 178. cum ſeqq.* Klock. *tom. 4. conſ. 58 in Epit. n. 5* Gaſtel. *Special. jur. t. 55. n. 117.* Stryk. *introd. in Prax. for. c. 23 §. 30.* adeo, ut, denegato Supplicationis talis remedio, locus ſit Appellationi. Dn. de Lyncker *Tr. de G. E. c. 6. §. 32. n. 4. & Deciſ. Jen. 690.* Mev. *p. 5. dec. 109. n. ult.* Vel in Cam. Imp. Mandatum S. C. de non impediendo in Conſtitutionibus Imperii, vel de concedendo remedio legitimo Supplicationis, aut de transmittendis Actis, extrahi queat. Blum. *d. t. 46. n. 18. ſeq.* Gerhard. *Diſcurſ. de Judic. Imp. ſuprem. 1 c. 5 §. 2.* Roding. *1. t. 20. §. 17. & ſeq. junct. manuſſ. 9* D. Hofmann. *Supplic. Cam. c. 20.* Lyncker. *d. §. 32 n. 5. add. Diſſ. Straſburg. de reviſione ob ſummam non appellabilem & Altorf. vid. § 25 de appellat. & relat.* (3) Differunt ratione ſubjecti à quo: nam Appellationis ſubjectum à quo ſunt judices inferiores, Supplicationis autem etiam ſuperiores *d. l. un.* Sic in Judicio quoque Imperiali Aulico licitum eſt parti gravatæ ſupplicare ad S. Cæſ. Majeſtatem. Capit. Imp. Joſephi *art. 41* R. H. O. *1654. t. 5 pr.* J. P. Oſnabr. *art. 5. §. Quoad Proceſſum 55* Uffenb. *de Jud. Imp. Aul. c. 23. ſoll. 4. ad eumque* Deckhert *in Concord. ſuprem. Tribun. n. 13. ſeqq* Dn. de Lyncker. *d. Tr. c. 9. p. 2. §. 11.* In Camera vero Imp. ſecus eſt, O. Cam.

Affin. II. Supplicatio.

Ejus defin.

(1) Quoad diff. ab Appellat.

Ubi proſit ut ordinar. habe.

(2) Diff. ab Appell.

(3) Diff.

Quoad Supplic. in Jud. Imper. Aul.

p. 3. t. 31. quia Reviſio in locum ejus ſucceſſit, R. J. *1532. M. 3. §. 17.* O. C. *d. p. 3. t. 33.* Nec in Electoratu Saxon. remedium Supplicationis locum invenit, ſed Leuteratio. Carpz. *p. 1. Conſt. 21. def. 23.* ibique Lebach. Richter. *ad Auth. Quæ Supplicatio. C. de precib. Imp. offer.* (4.) Quod appellatio fundetur in iniquitate Judicis à quo, *l. 1. pr. ff. de Appell.* In Supplicatione vero quis ſe ſimpliciter gravatum dicit vel per Errorem, vel per Adverſarii circumventionem; Carpz. *dict. def. 23* gravamen autem ſacti hic in ſcriptis (vid. tn. Dn. Bender. *de Reviſ. c. 11.*) ſpecialiter exprimendum; P. Muller. *ad Struv. h. t. th. 26. lit. y.* quamvis nihil novi allegare, nec Beneficio *Legis 4. C. de temp. appell.* uti liceat. Brunn. *d. c. 28. n. 113.* (5.) Ratione temporis Appellatio enim poſt decendium à die notitiæ non admittitur, *Auth. Hodie. C. de App.* Supplicandi facultas autem etiam intra biennium datur, *d. l. un. Nov. 119. c. 5.* Bender. *de Reviſ. concl. 2.* tutius tamen erit pro impedienda Executione hoc obſervare decendium. Roding. *lib. 1. t. 20. §. 14.* Tabor. *Diſſ. de Offic. jud. c. 2. §. 3.* Blum. *Suppl. Cam. tit. 18. n. 4. in fin. & d. t. 46. n. 22.* (6.) Ratione Effectus, dum Appellatio regulariter ſuſpendit ſententiam à qua, Supplicatio vero non item, Mev. *1. dec. 195.* niſi, uti modo dictum, intra decendium interpoſita fuerit & victor, in eventum reformationis, datis fidejuſſoribus nondum Cautionem præſtiterit; *dict. Auth. Quæ Supplicatio. C. de Appell.* modo Executio non inferat damnum & periculum irreparabile Capitul. Caroli VI. *art. 17.* Uffenbach *de Jud. Imper. aulico cap. 23. sect. 4. pag. 209.* D. Schweder. *in jure publico sect. 1 cap. 11. §. 4.* Muller. *ad Struv. dict. th. 26. lit. z. & in fin.* ubi etiam ex aliis addit, *quod in caſu deficientis fidejuſſoris non juratoria Cautio, ſed ſequeſtratio potius obtineri debeat* (in quo tamen diſſent. Richter. *ad dict. Auth. n. 12.* Hering. *de Fidejuſſ. c. 18. n. 101.*) neque detur ſupplicationis ſupplicatio ſuccumbenti, bene tamen vincenti, ſi ad alium Judicem in transmittendis Actis ſupplicet. (7.) Quod in ſingulis cauſis & ſingulis capitulis bis appellare liceat, verum Supplicatio ſemel tantum in una cauſa permiſſa reiterari non poteſt. *l. 5. C. de prec. Imp. offer.* Plura vid. apud. Dn. Stryck. *laud. Diſſ. de remed. contra rem jud. c. 4. n. 34. ſeqq.*

(4) Diff. ab Appell.

(5) Diff.

(6) Diff.

Supplicationis Supplicatio non datur.

(7) Diff.

Affin. III. Reviſio.

VI. III. Remedium affine extraordinarium eſt Reviſio, (ſive Relectio Actorum, uti vocatur Mev. *p. 5. dec. 109. n. 1.*) quo à ſingulariter ad hoc deputatis vel benigne admiſſis ſententia ejus, à quo appellari non poteſt, Actis & rationibus prioribus diligentiſſime denuo perſpectis atque expenſis, ſi & quatenus illa æqua reperitur, confirmatur, iniqua vero corrigitur. Hoc remedium jure quidem Civili Rom. incognitum fuit, in Imperio tamen noſtro ſaluberrime non tantum in Camera Imp. ſed & aliis Statuum provinciis ac Judiciis inferioribus introductum. O. Cam. *p. 3. t. 31. & 33.* R. J. 1532. *tit. vom Cammer-Gericht. §. 17.*

§. 17. R. A. 1557. §. Wir wohl ferner. 18. al. 23. R. J. 1559. §. 6 & 1594. §. 100. G. B. 13. Mart. 1613. & 1619. R. J. 1598. §. 63. & ſeqq. R. J. 1654. §. 118. *al. 124. & ſeq.* J. P. W. *p. 1. t. 78.* Ord. Tribun. Wism. *p. 3. t. 7. Chur-Maintz. Hofg. Ordn. tit. 33. Cleve. und Marck. Landtags-Abſch. de A. 1661. §. Endlich wann &c.* adeo, ut in quibusdam illud pro remedio ordinario habeatur, ut in Cancellaria Regiminis Monaſterienſis; ſecus tamen ibidem in Jud. Aulico. conf. Gylm. *tom. 3. Symphor. voc. Reviſio. §. A Judice Reviſ.* Thulemar. *Rel. Cam. 15. n. 30.* D. Hofmann. *Suppl. Cam. dict. p. 927.* Muller. *ad Struv. Exerc. 50. th. 28. lit. c.*

Ubi & Rem. ordinarium?

VII. Quantum ad Judicia Statuum inferiora ſpectat, ſi cauſa, propter Summam inappellabilem, vel Privilegium Appellationis excluſivum, ad ſuprema Imperii Judicia devolvi nequeat, Reviſio actorum vel eorundem transmiſſio ad Imparciales extraneos obtinet, uti de *Supplicationis* remedio dictum *in §. praced. 5.* Blum. *P. C. t. 46. n. 16. & 18.* Hofm *Suppl. Cam. t. 24.* Textor. *in Prax. Judic. part. 1. c. 12. n. 241. ſeqq. & ad R. N. Diſp. 13. th. 23. ſeqq.* Dn. Hert. *Opuſc. tom. 2. Diſp. 2. de Judic. Reviſ. th. 34.* Stryck. *Prax. for. c. 23. §. 30.* Coch. *Prax. Fori Germ. p. 4. t. 31. §. 1. & 2.* D. Meier *Diſp. de remedio reviſionis.* Cocceji *Diſput. de reviſoriis judic.* De Tribunali vero Wismar. videri poteſt Mev. *p. 6. dec. 313. p. 7. dec. 120. & p. 8. dec. 85.* add. Brunn. *de processu civili c. 28. n. 119.* Quod vero Cameram attinet Imperialem, licet Reviſiones ordinariæ jam ab A. 1587. ceſſaverint, tria præcipue requiſita obſervanda veniunt: (1.) ut Reviſionem petiturus eam loco Cæſ. Majeſtatis coram Electore Moguntino, vel, ſi hunc cauſa concernat, Treviri enſi, intra quadrimeſtre à die latæ ſententiæ, in ſcriptis (pure & non in eventum declarationis contrariæ, neque conditionaliter, Roding. *L. 3. t. 61. §. 109.*) ſub pœna deſertionis interponat, atque intra fatale hoc Documentum denunciationis ſeu Literas notificatorias Cameræ inſinuet, R. J. *1654. §. 119. al. 125.* Dn. Hofm. *Supplic. Cam. tit. 23. n. 1 & ſeqq.* ſimul tamen, ſi vult, Gravamina Reviſionis modeſte ſine omni taxatione Judicis ſeu Referentis concepta exhibeat in duplo, & quidem unum exemplar clauſum, alterum vero apertum, quorum prius Eminentiſſ. Dn. Archi-Cancellarius ad Judicium Cam. transmittit, ubi id usque ad Dnn. Reviſorum Conventum ita clauſum aſſervatur, ſi tamen intra 4 illos menſes libellus hic ſummarius, ob legitimum impedimentum, quod veriſimiliter doceri debet, produci in Camera nequeat, Prorogatio petenda, vel ad acta revidenda pure ſubmittendum; Gambs, *ad dict. R. §. 125.* Conradus ab Uffenbach, *de Reviſ. Camerali annex.* Deckherr. *mem. lect. Cam. num. 28. & ſeqq.* novi enim nihil hic deducere licet; Ord. C. *1555. p. 3. t. 53.*

Reviſio Judic. infer.

Cam. Imper.

Requiſ. (1)

Novi Deductio non admitt. § 3. Bender. *de Reviſ. concl.* 15. & 16. Schwanm. *P. C. l.* 71. n. 6. & *Diſſ. Cam.* 8. n. 1. niſi illud noviter ſupervenerit. Schrader *Vol.* 2. *conſ.* 30. add. D. Harppr. *Reſp.* 93. n. 116. Stryck. *in uſu mod.* § 6. quis & à quo appelletur. In reproductione quoque *Quid in Reproduct. obſerv.* hac Camerali, præter generale, etiam mandatum ſpeciale ad præſtandum juramentum Reviſorium tam à Principalibus, quam ab Advocato, etiamſi hic ſit Conſiliarius Statuum, ſubſcriptum offerendum, Roding *d. 1.* 61. § 10. & 75. Et quidem non à Procuratore Cam. ſed extraneo vel per Notarium non immatriculatum; Deckh. *in Vind. Blum.* 1. p. n. 19. & *ad* 1. 10. n. 88. *item ad Uffenb.* c. 21. n. 27. Geth. *de Suprem. Imp. Judic. Diſſ.* 34. c. § 7. Roding. *d. 1. 61.* § 77. Camera Imperialis nihilominus circa formalia vel non-devolutionem Reviſionis cognoſcit. *G. B. de anno* 1619. Thulemar. *Rel. cam.* 8. Conf. tamen Beſold. *Theſ. pract. voc. Reviſio.* p. m. 882. Dn. Cancellar. Univ. Gieſſ. Hert. *d. Diſſ.* 1. § 20. Rumel. *ad A. B.* p. 2. *Diſſ.* 1. § 20. n. 8.

Cam. circa formal. vel non Devol. cognoſcit.

Requiſ. (2) (2.) Ut Reviſionem impetrans certam pecuniæ ſummam (quæ in actis veteribus ab Aſſeſſoribus Cam. ſalvo Dnn. Reviſorum judicio, in novis autem de an. 1654. ab ipſis Dnn. Reviſoribus taxari ſolet,) ad Lectoratum Cameræ deponat, R. J. N. § *Damit dann auch.* 126. *dazu Gambs.* Rumel. *d.* § 20. *d.* Dnn. Mylar. & Schwed. *lit. a.* vel deſuper caveat Bender. *d. tr. c.* 7. n. 10. D. Hert. *d. Diſſ.* §. 26. Rulant. *de Commiſſ.* lib. 2. c. 21. n. 12. Dn. Harppr. *Diſſ. de caut. par. ut.* § 46.

Requiſ. (3) (3.) Ut cauſa, in qua Reviſio petitur, tam ratione qualitatis ſuæ jure communi ſit appellabilis, vel ut à Judice inferiori, non per Appell. ſed per viam S. Q. ad Cam. devolvi poſſit. R. J. 1654. §. *In Fallen.* 125. & § *zu Abkürtzung* 127. in verb. *Auch ſoll in denen Fall- und Sachen, da von dem Unterrichter an unſer Cammergericht nicht appelliert werden kan, auch von demſelben Cammergericht, da ſie daſelbſt in geſtalt S. Q. angebracht, keine Reviſio ſtatt haben.* De cujus poſterioris quadantenus obſcuro intellectu vid. Dn. Hert. *d. Diſſ.* § 13. & 14. quam ratione Quantitatis non ſit infra ſummam bis mille Imperialium Sortis, non computatis penſionibus vel intereſſe, niſi hoc principaliter eo uſque petatur. Roding. *d.* 1. 61. § 18. & 100. Textor. *P. J. d. c.* 12. n. 133. *ſeqq.* Rhetz. *Inſt. jur. publ. lib.* 6. t. 31. § 8. De

Summa Reviſ.

Proceſſu cætero videri poteſt Blum. *Proc. c.* 79. n. 30. *ſeqq.* Bocer. *Cl.* 6. *Diſſ.* 33. th. 8. *ſeqq.* Hunn. *Encycl. p.* 2. t. 30. Et de caſu, ſi vota Dnn. Reviſorum ſint paria, vel diverſa, conf. Rumel. *ad A. B. d. D.* 1. § 21. *Staats-ſpiegel de An.* 1707. *Menſ. Septemb.* § 6. & *de an.* 1708. *Menſ. Febr.* & *Mart.* § 3. Effectus autem Reviſionis interpoſitæ regulariter poſt præſtitam in ſuccumbentiæ caſum idoneam cautionem tantum devolutivus hodie eſt, R. N. *d.* § 126. Dn. L. B. de Lyncker. *de G. E.* c. 9. p. 2. § 11. & *ſeqq.* Dn. Schwed. *ad d. l.* Rumel. th. 31. Roding. *d. 1. 61.* § 66. & *ſeqq.* Dn. à Lyncker. *dec.* 1105. Stryck. *in uſu modern.* § 6. quis & à quo

Effectus devolutiv.

Excep. appell. Excipitur cauſa Religionis vel Eccleſiaſtica, aut alia præjudicium irreparabile

rabile transfertur per Executionem. *Decr. comm. de Anno 1613.* R. J. 1654. §. 118. *ad.* 124. Dn. Hert *d. Diſſ. §. 6. circ. fin.* Gaïlel. *ſpec. jur. camer. l. 33 n. 13 & ult.* D. Harppr. *Reſp. 91. n. 150 & 173. cum ſeqq.* Conf. Brunnem. *Jus Eccl. lib. 3. c. 10. §. 22.* & Pfanner. *in Hiſt. Comitior. Anni 1654 lib. 5. § 19. & 20. junct. lib. 7. §. 41.* Sed an Reviſio reviſionis licita? vid. Dn. de Lyncker *d. c. 9 §. 17 & dec. 377.* Dn. Hert. *ſæpe citat. Diſſ. § 30.* Carpz. *p. 1 C. 10. d. 10 n. 6* ibique Ekbach. Roding. *d. l. §. 108* Rumelin. *d. l. §. 30.* Et an poſt denegatam reſtitutionem detur reviſio? Conf. D. Eiſenhart. *eleg. Tr. de Reſtit. in integr. Inſtant. c. 9. §. 14.* Roding. *lib. 3. t. 60. §. 31.* Klock. *tom. 3. conſil. 144. n. 46* Textor. *ad R. N. dict. Diſſ. 14. th. 31.* Uffenbach. *de Judic. Imp. Aulic. c. 25. ſect. 3 p. 164.* D. Schweder *in diſſ. de concurſu & elect. unic. remed. contra ſentent. in ſupremo Imp. tribun. lat. c. 3 §. 10.*

Reviſio Reviſionis an licita? — An poſt deneg. Reſtit. detur Reviſio?

VIII. IV. Aſſine remedium in Saxonia, ubi neque Supplicatio, neque Reviſio locum habet, Carpz. *d. l. n. 7.* eſt Leuteratio, quæ nihil aliud eſt, quam remedium ſuſpenſivum moribus introductum, quo ſententiæ declaratio vel emendatio ab eodem Judice, juſta ex cauſa petitur. Hoc remedium maximam cognationem habet cum Appellatione Carpz. *p. 1. Conſt. 19. def. 1.* adeo, ut in dubio argumentum ab ea ad hoc procedat, & quæcunque in Appellatione obtinent, eadem etiam in Leuteratione obtineant. Berlich. *p. 1 concl. 49. n. 7.* Carpz. *d. C. 19. d. 2. 3. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 28 & ſeqq.* junct. *Proc. t. 17. art. 4.* Stryck. *in uſu moderno. §. 2. h. t.* In eo tamen ab Appellatione præcipue differt, quod Appellatio cauſam ab inferiore ad Superiorem devolvat; Leuteratio autem coram eodem tantum ſuſpendat. *Chur-Sächſ. N. G. O. tit. 35 pr. ibi: Und ſoll die Urthel dadurch zu ſuſpendiren verſtattet werd.* Conf. Dn. de Lyncker. *d. Tr. c. 9 §. 2. & 7.* Sed Leuteratione plane rejecta appellari debet intra decendium; Chriſtop. Lange *Vic. Cancell. Magdeb. inSæchſ. Proc. Judic. c. pen. n. 20.* modo judicium denegans ſit appellabile. Dn. Lyncker. *d. l. n. 7.* Eſtque vel *Prima*, vel *Secunda*: Illa dicitur Leuteratio ſimpliciter, *Hæc* etiam Oberleuteratio, & tantum in Aula Electoris, Ducumque Saxon. verum non in omnibus cauſis vel ſententiis admittitur. Carpz. *lib. 3. Reſp. 102. ſeqq.* Berlich. *d. concl. 49. n. 60. ſeqq.* Lange *d. Proc. c. ult.* Lyncker. *d. c. 9. §. 8.* Dividitur etiam in *Generalem*, qua tota ſententia vel decretum, & *Specialem*, qua pars ejus ſuſpenditur, quoties novum punctum infertur. O. P. S. *dict. tit. 35.* In Epiſcopatu vero Hildeſienſi, nec non Ducatu Magdeb. & Halberſtadienſi remedium Leuterationis habetur pro ordinario, ita ut ab ejuſmodi ſententiis ad Cam. Imp. cæteris paribus appellari poſſit. D. Hofmann. *Suppl. Cam. t. 24. p. 917.* Roding. *lib. 1. tit. 24. n. 7.* Plura de Leuterat. vid. ap. P. Muller. *ad Struv. Exerc. 50. th. 49.* Gerstium, *Inſt. nov. pract. lib. 4. c. 2.* Georg. *ad ff. Exerc. ult. th. 14. ſeqq.*

IV. Aſſine Leuteratio. — Diff. ab Appell. — Oberleuteratio quid? — Leuteratio divid. in Gen. & Spec. — Ubi ſit Remed. ordin.?

V. Aſſine Reſtit. in integr.

IX. V. Aſſine Remedium eſt Reſtitutio in integrum, quæ per ſententiam vel decretum Judicis læſus propter errores vel circumventionis alterius veniam ex cauſa legitima petit, ut in priſtinum ſtatum reponatur, unde ea Sententiam ratam validamque præſupponit, Gail. 2 *de P. P. c. 18 n. 21* Gylmann. T. *2. p. 2. Vot. 46. n. 9.* novasque cauſas antea non deductas, nec in judicando ponderatas requirit, easque veras ac relevantes. Berlich. *Dec. 161 & 219.* Klock. *Rel. Cam. 30 n. 26 ſeqq.* Roding *lib. 1. t. 30. §. 6. & lib. 3. t. 60. §. 10* Textor *Dec. Pal. 14. num. 3 & ſeqq.* v. D. Harppr. *C. 41. n. 3.* & ſupra §. *26. de re judic.* Interponitur ea vel contra Judices inferiores, vel ſupremorum Imperii Tribunalium ſententias. Blum. *P. C. t. 57. & 78.* Cramer. *Manual. Jud. Imper. Aul. ſect. 1. cap. 11. §. 2. & ſeqq.*

Reſtit. contra ſent. Jud. infer.

Si ſolitarie petatur, fieri hoc debet coram infer.

Si contra Judicum inferiorum Sententias Reſtitutio ſolitarie peti velit, fieri hoc debet præciſe coram illis, ita ut in Cam. Imp. ea per S. Q. introduci nequeat, idque ex concluſo Pleni occaſione ſententiæ in cauſa *Oravennckel* contra *Stifft Bilefeld* die 7. April. 1702. conf. Deckh. *Sent. Cam. 229. & ad Uffenb. cap. 10. Subſect. 2. n. 24. & ſeqq.* ubi ad contraria reſpondet. Gylmann. *Tom. 3. Symph. voc. Actionum Cumulatio. p. m. 7. circ. fin.* Mev. *p. 2. dec. 152.*

Si cumuletur cum al. remed. quæ Summa requir.?

Quod ſi vero Reſtitutio hæc cumuletur cum Appellatione vel Querela nullitatis, Summa, de Obſervantia Cam. hodierna, eſſe debet 400. Imperialium. Deckh. *d. l.* Blum. *P. C. t. 46. n. 30.*

Ubi ſit remed. ordin.?

In quibusdam etiam Provinciis, uti in Pomerania, Epiſcopatu Paderbornenſi, Ducatu Mecklenburgenſi & Brunſvicenſi remedium hoc eſt ordinarium, à quo ad Cam. appellare licet. D. Engelbrecht. *ad ff. lib. 49. t. 13. §. 23.* Brunnem. *Proc. civ. c. 28. n. 129.* D. Hoffmann. *Suppl. 6 p. 927.*

Reſtit. contra Sent. Cam.

Quoad Reſtitutionem adverſus Sentent. Cam. ea principaliter petitur vel brevi manu, vel mediante Cit. ad vid. ſe reſtitui. Blum. *d. Tr. t. 49. n. 26. & ſeq. junct. d. t. 79. n. 9. & 10.* Eiſenhart. *ſupra laud. Tr. de Proc. Inſtant. Reſtit. in int. c. 5. § 3. c. 7. & 8.* & quidem hodie indiſtincte tam ab Interlocutoria, irreparabile Gravamen continente, quam à Definitiva per implorationem Officii Judicis ſummarie vel punctatim conceptam. R. J. *1654. §. 28. al. 94.* ibiq. *Gamb.* Deckh. *ad Koch. O. C. p. 3. t. 12. n. 2.* Procurator vero Cam. tam à Principali, quam Advocato cauſæ ſpeciale mandatum ad præſtandum juram. calumniæ de non frivole petendo reſtitutionem hanc inferre, nec non in propriam animam jurare debet. *G. B. 7. Jul. 1669. & 1671.* Roding *d. t. 60. §. 46. ſeq.*

Fatale introduc.

Tempus fatale introducendi hoc remedium eſt quadriennium continuum, contra lapſum vero fatalium Appellationis aut termini præjudicialis tantundem ſolum temporis, quantum antehac adhuc habuit petens. Dn. de Lyncker, *ſæpe cit. Tr. de G. E. c. 4. n. 8. & c. 9. p. 2. §. 17. & 40.* Roding. *d. l. 3. tit. 22. §. 11. & t. 23. §. 10.* Textor. *Deciſ. Pal. 22. n. pen. & Dec. 47. n. 3. ſeqq. junct. Prax. jud. c. 12. n. 118. item Vol. Diſſ. 17. th.*

Digitized by Go

27. ib. 67. Si tamen effectu ſuſpenſivo gaudere velit implorans, petat reſtitutionem ante executionis decretum, vel gravamina ſua in continenti verificet, conf. Mev. p. 2. dec. 66. junct. p. 3. dec. 177. & p. 7. dec. 270. n. 2. Cz. lib. 2. Reſp. 93 & 94. Fruſch. Obſ. 17 n. 100. ſeqq. Scharrenhorſt, Cons. Alex. Var. 72. Dn. Eiſenh. d. Tr. c. 8. De Reſtitutione vero contra non devolutorium vid. ſupra lib. 2. t. 1. ſ. 25. & de ſimultanea pronunciatione in cauſa principali Deckh. ad Ammerell. Obſ. 27. & 113. junct. Sent. Cam. 387. D. Eiſenh. d. Tr. c. 9. §. 1. & ſeqq.

Quando habeat Effect. ſuſpenſivum? De Reſtit. contra non Devol. & in Cauſ. princ.

X. VI. Remedium affine eſt Syndicatus, quo quis Judicem male judicaſſe queritur, & propterea ab eo damnum omne ſibi reſtitui petit. L. ult. ff. de ord. cognit. L. 15 pr. de Jud. O. C. p. 3. t. 51. & 13 §. Wo aber einige Partheÿ. R. A. 1654. §. 109 Becer. cl. 6. Diſp. 15. th. ult. Vultej. de Judic. lib. 2. c. fin. Quamvis enim Paris de Puteo in Tr. de Syndicat. non paſſim ſcrupuloſas contra Judices inquiſitiones inſtituendas, nec Syndicatum indiſtincte indulgendum eſſe, taliquе injurioſa, calumnioſa & inſolenti Syndicatione nervum juſtitiæ frangi, autoritatem Judicum deprimi & vileſcere, malefer ratos vires ac audaciam ſumere, Judices à Juſtitiæ adminiſtratione abſterreri, vel ſaltem propter hujuſmodi vexas ad procedendum lento pede commoveri, addens et Hortenſ. Cavalcan. de centum Judicibus nonaginta probos reperiri, ſed de populi multitudine quam paucos, caute & vere ſcribat, c. 1. n. 6. Conf. Cz. lib. 6. R. 97. pr. Notanter tamen de ſeculo moderno fatetur Euſtach. Joh. Becker: Hodie, ſcribens, licet ejuſmodi iniquitates à Judicibus quandoque malitioſiſſime perpetratas experiamur, fere actio Syndicatus ac pœna abolita eſt, ſed valde male, quia, cum irreparabili damno, Jus partis, omni ſepoſito timore Dei ac Juſtitiæ, pretio aliorum jactura recepto, enormiter lædunt, ac ſine omni Themidis ac Conſcientiæ obſervantia intereſſe privatum attendunt, profecto enim ejuſmodi corruptiones variis in locis ita evidentiſſime commiſſi vidi, quaſi omnino impune liceret, in Proc. judic. Cap. ult. n. 62. Sicuti autem remedium hoc, uti de præcedentibus dictum, adverſus Judices inferiores & ſuperiores, pro quibus in dubio major militat præſumtio, inſtitui poteſt, etſi in bona cauſa, etiam ea finita, vel ut lis citius finiatur, aut alias remunerationis vel futuri quoque commodi gratia quid acceperint, l. 3. & 4. ff. ad L. Jul. repet. l. 2. §. ſ. junct. l. 7. ff. & L. ult. C. de Condict. ob turp. vel injuſt. cauſ. Nov. 8. pr. & c. 9. Can. ſin. cauſ. 14. q. 5. Comm. Decr. Cam. 27 Jul. & 2 Oct. 1613. & 7 Jul. 1617. Dn. ab Andler Juriſpr. l. 2. t. 1. p. 1. n. 40. Myler ab Ehrenbach. in Hyperbol. c. 12 §. 12. Ziegl. Dicaſt. Concl. 20. §. 25. Perez. in cod. ad L. Jul. repet. n. 4. D. Gravii diſſ. Tubing. magiſtr. de Judicio Syndic. c. 4. § 6. & 7. Wideth. de Corrupt. Jud. ſita de Syndicatu doloſo contra ſuprema Imperii Tribunalia forte formando, & quatenus

VI. Affine Syndicatus. Cautela Par. de Puteo. Beckers Notatum. An in bona Cauſa, ea finita quid accipere liceat?

quatenus pari cum Reviſione procedat paſſu, latius videri poſſunt Deckherr. *in Monum. Lect. Cam. p. m. 419. & ſqq.* Rumelin. *ad A. B. p. 2. D. 2. th. 32.* Gaſtel. *Spec. c. 85.* Friedlieb. *in Prax. Civ. c. ult.* Knipſchild. *de Nobilit. lib. 3. c. 3. n. 67. ſeqq.* Schwanm. *Proc. Cam. t. 75.* Roding. *lib. 1. t. 34. & l. 3. t. 62.* præſertim vero Dn. de Lyncker. *d. Tr. c 9. §. 66.* & Rulant. *dict. maug. eleganter. per tot.*

De cæteris Affin. remiſſive.

De remediis affinibus cæteris, uti Reductionis ad arbitrium boni Viri, Avocationis Cauſarum, Denunciationis, Evangelicæ, aliisque pluribus evolvi poſſunt Dn. de Lynck. *d. Tr. de G. E. c 9. p. 2. §. 2. & ſeqq.* Blum. *P. C. t. 25. n. 21. & t. 38.* Mev. *p. 1. dec. 125. & 249. junct. p. 2. d. 154.* Stryck. *de Remed. contra rem. jud. c. 4. n. 71. & ſeqq.* C. J. A. *lib. 49. t. 1. §. 16. & ſeqq.*

TIT. IX.

AN PER ALIUM CAUSÆ APPELLATIONUM REDDI POSSUNT.

Regula notanda. Cauſæ Crim. ad releg. usque excluſive, Famoſ. per Procur.

HIc notanda venit Regula generalis: *Quæcunque Cauſa per alium agi non poſſunt, earum quoque Appellationes per alium juſtificari nequeunt. L. 1. in fin. h.* Quales ſunt Cauſæ Criminales ad relegationem usque excluſive. Dn. L. B. de Lyncker, *in Annal. ad Struv. h. t. th. 21.* Cauſæ vero pecuniariæ famoſæ cautius per Procuratorem agitantur. *L. 6. §. 2. ff. de his, qui not. inf.* Supt. *l. 47. t. 10. §. 33. & 41.* C. J. A. *§. 1. h.* Joh. Voet, *h. t.*

TIT. X.

SI TUTOR, VEL CURATOR, VEL MAGISTRATUS CREATUS APPELLAVERIT.

Quid de Tutor. Cur. vel Magiſtratu?

QUod ſi Tutor, Curator, aut Magiſtratus nominatus temere appellaverit, vel cauſas legitimæ excuſationis non probaverit, *L. 60. §. 1. de R. N. cur munus publicum retinere nolit aut non debeat*; Hahn. *ad Weſembec. h.* tunc periculo ejus eſt, quicquid interim damni contingit; *L. 1. h.* & quando is ante cauſam peractam moritur, Succeſſores ipſius reddere tenentur cauſas Appellationis, quo de medii temporis periculo conſtare queat; *L. 2. ff. h.* etiam hodie adhuc; Mencken. *ad ff. h. t.* modo periculum cum caſu fortuito non ſit conjunctum. *L. 37. §. 1. de N. G.* C. J. A. *h. t.* Stryck. *in uſu moderno h. t.*

TIT. XI.

EUM QUI APPELLAVERIT, IN PROVINCIA DEFENDI.

SI quis introducendæ vel proſequendæ Appellationis ergo in Provincia ſua ſit abſens, tamen interea ſe in aliis cauſis ibidem defendere tenebatur; *L. 1. h.* alias Miſſio in bona ejus, eorumque venditio peragebatur. *L. 13. Quib. ex cauſ. in poſſ. eatur.* Si vero in loco dictæ Appellationis conveniebatur, jus domum revocandi habebat. *L. 2. §. 3. ff. de judic.* Quod hodie, ob mutatum Reip. ſtatum ceſſat.

Quid hodie?

TIT.

TIT. XII.

APUD EUM, A QUO APPELLATUR, ALIAM CAUSAM AGERE COMPELLENDUM.

CUm inimicitia Judicis à quo gravantis non præſumatur regulariter in alia cauſa: *L. 20. C. de Appell. L. un. ff. h. t.* Mev. *p. 7. dec. 332.* Appellans ſe coram eo in illa defendere compelli poteſt, niſi ſuſpicio illa legitime probari queat. *Cap. 6. x. de App.* ibique Cujac. Brunnem. *ad L. un. ff. h.* & Zoeſ. *ibid.* Mev. *p. 2. dec. 77. n. 1. & p. 5. dec. 331. in fin.* D. Bardili, *Exerc. 39. C. F 8.*

An Judex à quo gravans ſit in alia cauſa ſuſpectus?

TIT. XIII.

SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERIT.

Cod. *Lib. 7. Tit. 66.*

QUando Appellans moritur nullum heredem relinquens, appellatio in Cauſis etiam Criminalibus regulariter evaneſcit & fidejuſſor ejus Cautione de judicio ſiſti præſtita liberatur. *L. 59. §. ult. ff. de re jud. l. 2. l. fin. C. Si reus vel accuſ. mort. l. 26. C. de fidejuſſ. L. 59. §. pen. ff. mand.* Mev. *ad J. L. l. 3. t. 5. art. 5. n. 3. & 5.* Mors enim omnia ſolvit. *Nov. 32.* Joh. Voet. *n. 1. & 2. h. t.* Si vero heredem Appellans relinquat, & Appellati vel Fiſci interſit, tunc Appellationem defuncti heres proſequi tenetur mediante Citatione ad reaſſum. niſi Procuratorium, prout in ſummis Imperii Dicaſteriis fieri debet, ſimul in heredem conceptum fuerit, *L. 1. h. L. 78. §. pen. ff. ad SCt. Trebell. L. 33. ff. de Fidejuſſ.* Brunnem. *ad l. 1. C. h. n. 4. ſq. & ad l. 4. ſq. eod. n. ult.* Mynſ. *1. O. 85. & Cent. 3. O. 45.* Gail. *1. O. 37. n. 8.* C. J. A. *h. t.* Müller, *ad Struv. h. t. lit. γ* Jacente tamen hereditate non currit fatale proſequendæ Appellationis heredi, *l. ult. C. h.* eidemque, ob probabilem ignorantiam lapſi quadrimeſtris, Beneficium Reſtit. in integr. conceditur. *l. 2. ff. de in int. reſt.* Gail. *1. O 139. n. 7.* Mev. *p. 3. dec. 182.* Brunnem. *ad l. fin. C. h.* qui in *l. prec. 5. ibid.* etiam quæſtionem tractat de rei controverſæ interitu pendente Appellatione, & recte decidit affirmative, quod appellatio extinguatur, exceptis acceſſoriis, vel ſi mora præceſſerit. Add. C. J. A. *h. t. n. ult.* Stryck. *h. t.*

Quid Appellante moriente?

Quomodo heres App. proſeq.?

Quid heredit. jacente?

Quid ſi rès pereat?

TIT. XIV.

DE JURE FISCI.

Cod. *Lib. 10. Tit. 1. cum ſeqq. junct. Lib. 7. Tit. 73. & Lib. 11. Tit. 67. ſeqq. 2. F. 56. & 5. F. 8.*

§. I.

QUemadmodum Imp. Juſtinianus Inſtitutionum ſuarum titulo ultimo, poſtquam in prioribus de jure privato egerat, quædam ad Jus publicum ſpectantia ſubjecit: Ita & in Digeſtis, abſolutis iis, quæ ſunt juris privati, coronidis

Connexio Tit.

Pecunia Nervus Reip.

dis quaſi loco, brevem tractatum de Jure Fiſcali, militari, municipali, atque extraordinario addidit, ex nervis enim Reip. Pecunia publica haud eſt ultimus, *l. 1. §. 20. ff. de quæſt.* qui ad incolumitatem Reip. obtinendam non parum confert. *N. 8. c. 10. §. 2. & N. 149. c. 1. N. Leon. 32.* Tacit. *A. lib. 15.* Unde Trivultius Cardinalis interroganti Gallorum Regi, quænam res ad Bellum neceſſariæ forent, Pecuniam reſpondit, & tertia vice idem interroganti Regi idem quoque Reſponſum dedit. Franciſc. Sonſil. *lib. 2. de Reg. Inſt.* ut communiter canitur:

Vita hominum eſt Pelagus, Regum pecunia Nauta:

Navigat infelix, qui caret hujus ope.

Hinc factum, ut multa ſingularia in favorem Fiſci conſtituta ſint, de quibus hoc in tit. & B. Parens. *in Vol. 3. Diſſ. 13.*

Contenta Tit. II. Duo autem in hoc Tit. conſideranda veniunt, Subjectum, quod eſt Fiſcus, & Prædicatum, quod ſunt ejus Jura. Vocab. *Fiſci* variis modis accipitur, uti

Voc. Fiſci Homonym. videre licet alias apud M. Anton. Peregr. *Tr. de Jur. & Privil. Fiſc. lib. 1. tit. 1. n. 37.* C. J. A. *h. t. n. 3.* Præcipue denotat (1) locum, ubi publica pecunia & omnia Inſtrumenta Patrimonii, quod Principi Rom. ad ejus dignitatem tuendam & ad Uſus Imperii publ. tributum eſt, concluduntur. Boc. *de Regal. c. 5. n. 1.* (2) Denotat rem contentam, ſc. pecuniam ipſam publicam ſeu fiſcalem. Greg. Tholoſ. *Syntagm. lib. 31. c. 31. n. 1.* (3) Ipſam publicarum rerum univerſitatem, quæ omnes res, omniaque Reip. jura ad commodum pecuniarium ſpectantia complectitur, ita ut, quod in privato eſt patrimonium, illud in Rep. ſit Fiſcus, *l. 2. §. 4. ff. ne quid in loc. publ.* qui perſonæ vice myſtice ſive civiliter fungitur, uti de hereditate loquitur Florentinus JCtus *in l. 22. ff. de Fidej.* & hinc Fiſcus ſuccedere, contrahere, alienare, litigare, aliaque facere dicitur per Advocatos & Procuratores ſuos. *l. 3. § 8. l. 5. l. 21. & l. 28. h. t.* Quæ ſignificatio hujus eſt loci, ubi Jus Fiſci etiam dupliciter ſumitur, vel 1. pro jure ſingulari, quo Fiſcus utitur, vel 2. pro jure, quo quis Fiſcum habet, & pecuniam ad uſus publicos deſtinatam accipit, acquirit, conſervat, & expendit. ſupra cit. Diſp. *de Jure Fiſci. 1. §. 1.*

Synonymia. III. Fiſcus interdum dicitur Arca, *l. 4. C. de Naut. Aß. & Chart.* Ærarium Sacrum, *9. ſ. 7. de Uſur. l. 13. pr. l. 15. §. 3. h. t. l. 3. C. de Alluv. l. 10. C. de Bon. proſc. l. 8. C. quor. app. non recip.* Stryck. *in uſu mod. § 5. h. t.* quarum vocum nunc promiſcuus eſt uſus, poſtquam Princeps omnia Populi jura ſibi vindicavit. *L. R. R. l. 1. § 9. ad L. Corn. de falſ. l. 1. C. de Quadr. præſcr.* Calvin. *in Lexic. voc. Fiſcus.* vid. Voet. *n. 1. h. t.* In Camera Imperiali, præter Fiſcum ordinarium, in quem Mulctæ Libram Auri puri, i. e. 96. Thaleros ſive 144. florenos Uſuales attingentes vel excedentes rediguntur, datur etiam Sacculus, ſive Burſa Pauperum, *der Armen Seckel*, in quem Mulctæ libram illam non importantes veniunt,

de

de quib. vid. Blum. *P. C. t. 10. n. 11. & tit. 23. n. 11.* Gambs. *ad R. N. §. 10. al. 10.* Hodie in multis Provinciis ſimilis deprehenditur diſtinctio, quædam enim jura Fiſcalia Principi ejusque fiſco conceſſa ſunt, quædam autem Adminiſtrationi ſeu Ærario Statuum Provincialium reſervata, & dicuntur: *Landſchaffts*-Caſſa, *Steuer*-Caſſa, diſtincta à bonis Coronæ ſive Cameralibus Menſæ & Domanialibus, perpetuæ Dignitatis, Statusque Principis conſervationi deſtinatis, Germanice: *Taffel-Guter, Cammer-*ſive *Cammerey Guter, Kuchen-Guter*; Blum. *P. C. t. 30. n. 2. & ſeqq.* Schilter. *ad ff. Exerc. 28. §. 28. & ſeqq.* qualium bonorum differentia ex diverſo adminiſtrandi modo uſuque cujusvis Reip. oritur. Bruckner. & Ringler. *Tr. de Bonis Domanial.* Conf. Cap. Imp. Joſeph. *art. 5.* Maurit. *ad Cap. Leop. art. eod.* Jure tamen Romano adhuc alia reperitur diſtinctio inter Fiſcalia & Patrimonialia Principis. Fiſcalia publicam pecuniam denotant, quæ ad Principem, qua talem, pertinent, cui præerat Comes Sacrarum Largitionum; Althuſ. Diceolog. *lib. 1. c. 21. n. 12.* Patrimonialia vero, quæ ad eum alia ex cauſa ſpectant, privatum Principis Patrimonium dicta, cui præerat Comes rerum privatarum. Dn. de Lyncker. *in Anal. ad Struv. h. t. th. 32.* e. g. ſi Princeps fratri heres exiſtit, *arg. d. §. 5. ſ. de L. ſuc. l. 3. C. de Quadrienn. præſcr. l. 39. §. 8. & 10. ff. de Leg. 1.* Schilter. *d. Tr. Exerc. 19. §. 24.* quo referuntur etiam *die Chatull-Gelder*. Bruckner. *d. Tr. de Domaniis Regni Germ. c. 1. n. 25.*

IV. Definitur ergo, quod ſit Patrimonium Reipubl. omnes res, omniaque ejus jura ad peculiare ejus commodum pertinentia comprehendens, utilitatibus & neceſſitatibus publicis inſerviens. Vox autem Patrimonii hic non accipitur ſtricte pro rebus, quas quis à Patre ſuo conſecutus eſt, ſed latius pro juribus activis & paſſivis, omnes res, incluſis etiam Regalibus majoribus, complectens. De reliquis Definit. verbis in ſeqq. Jus Fiſci vero nihil aliud hic eſt quam Jus, Arcam publicam, quæ pecuniam ad uſus publicos deſtinatam continet, ex cauſis variis comparatam habendi, augendi, & tractandi. *Bœcl. Diſſ. 13. c. 1. §. 2. & 3.* Vel Facultas Majeſtati ſive ſupremæ Poteſtati circa reditus publicos ad tuendam dignitatem ac potentiam ſuam competens. Cauſa efficiens Fiſci ſunt Impp. Reges, atque alii Rerumpublicarum Moderatores, qui Ærarium conſtituerunt. Subjectum eſt Reſpublica, cujus patrimonium eſt fiſcus: Quia vero Princeps caput eſt Reipubl. proinde hac pecunia publica ad finem deſtinatum utitur, unde Fiſcus Principis eſſe dicitur in *l. 1. C. de Bon. vac.* Reſpublica igitur directum, Princeps utile dominium habere videtur, juxta *l. 2. §. 4. ne quid in loc. publ.* in qua notanda particula, *Quaſi. L. 3. C. de Quadr. præſcr.* Ex quibus apparet, neminem habere Fiſcum, niſi ipſam Rempublicam, ſive qui clavum Reip. tenent, & caput ejus

Definitio Fiſci.

Jus Fiſci.

C. E.

Subj.

 ſunt,

ſunt, penes quod eſt τὸ Κύριον ſive Majeſtas; hinc fiſcalia jura ad Regalia, ſive Majeſtatis jura referuntur. *2. F. 56. Quæ ſint regal.*

Status Imp. V. In Imperio Rom. Germ. præter Imperatorem, *16. F 6.* Capit. Jur. *art. 36.* etiam omnes Status quoad ſibi Subjectos hoc jure Fiſci gaudent vi Superioritatis territorialis, *Krafft haber Landes-Herrlichkeit oder Obrigkeit*, *etc.* Inſtr. Pac. Oſnabr. *art. 8 pr. & § 4.* Mev. *p. 7. dec. 67. n. 5. & 6.* Stryck *de Succ. ab int. diſſ.* [illegible] *§. 8. ſeqq.* vid. ſupra *§ 12. in quibus Cauſ. pign. vel hypothec. tacit. contrah.* ex nova tamen cauſa Confiſcationem, præter jus commune & contra, *Nov. 134. cap. fin. Ord. Crim. art ult.* introducere nequeunt, uti hoc in contradictorio Cam. Imp. Judicio obtinuiſſe, ex Roſenthalio, refert Dn. de Lynck. *in Annal. ad Struv. tit. de Bon. damn.* vid. ſupra *§ 8. de Bon. damnat.* Vel ex ſpeciali Imperatoris conceſſione, *arg. d. L. 1. C. de Bon. vac. l. 10 ff. ad Municip.* vel Regalium privilegiata Impetratione, aut diuturna Conſuetudine, Præſcriptioneve, *Cap. 26. § præterea. de V. S.* Schulz. *ad Inſt. tit. de Succeſſ. Fiſc. lit. c.* Myler. *de Statib. Imp. p. 2. c. 61. § 1.*

Civit. Imp. quapropter neque Civitates Imperiales, Conf. I. P. Oſnabr. *Art. 8. §. 4* ibi *Confiſcando, cum omnimoda Juriſdictione*, &c. Struv. [illegible] *th. 33.*

Nobiles immed. ibique P. Muller. D. Harppr. *C. 62. n. 65.* Stryck *in uſu mod. § 2. & 3. h. t.* Neque Nobiles Imperii immediati excluduntur. *d. J. P. art. 5. §. 28.* Simon *Vol. 2. Diſp. 15 de Bon. vacant. c. 2 p. 798.* ſupr. *lib. 1. t. 3. §. 6.* Dn. Parens, *d. Diſp. c. 2. § 2 & ſeqq.* D. Harppr. *C. 60. n. 139.*

Subd. med. & Civit. Municip. Subditis autem Imperii mediatis, nec non Civitatibus Provincialibus ſive Municipalibus Jus Fiſci regulariter haud competit, niſi hoc illis expreſſe vel tacite indultum ſit à ſuperiore. Zahn. *Ichnogr. municip. c. 50.* Conf. tn. Dn. Schilter. *Ex. 10. § 5* De conſuetudine Sax. omnes Civitates merum mixtumque Imperium habentes, *die Ober-und Hals-Gerichte haben*, etiamſi tantum Status Provinciales ſint Jus quidem confiſcandi uſurpant, & bona vacantia acquirunt, non autem omnia & plena jura Fiſcalia, Schulz. *d. l.* M. Coler. *part. 1. deciſ. 22.* Dn. Hert. Cancell. Gieſſ. *p. m. Tom. 2. Opuſc. Diſp. de Superiorit. territ. th. 40.* Klock *de Ærar. lib. 2. c. 136. n. 27. & ſeqq.* quod de aliis etiam locis refert Mev. *ad J. L. L. 2. t. 2. art. 14. n. 60.* Stryck. *§. 4. h. t.* Add. Idem *p. 3. dec. 101. & p. 4. dec. 66.* item *p. 5. dec. 332. & 370. n. 6. junct. dec. 363.* ubi *ſub n. 10.* Conſiſtoriis Eccleſiaſticis jus fiſci & mulctandi recte negat. Quare in hac quæſtione, cui nimirum jus fiſcum habendi competat? ad cujusque loci obſervantiam reſpiciendum eſt. Peregr. *de Jure Fiſc. lib. 1. c. 2. n. 70. & ſeqq.* Stryk. *d. c. 1. §. 10. & ſeqq.* add. *ſeq. c. 3.* [illegible] *Diſp. 13 c. 2. ? ſ.* & ſupra *lib. 20. t. 2. §. 12. ſeq.*

Materia circa quam. VI. Materia circa quam ſunt res omnes mobiles & immobiles, corporales & incorporales, Jura & nomina, quæ ſcil. reſpiciunt commodum Reip. pecuniarium.

Diff. Spec. Differentia Specifica partim à ſubjecto, partim à fine dependet, &

& conſiſtit in eo, quod neceſſitati publicæ inſerviat. Et tantum de Subjecto, Fiſco nempe.

Prædicatum. Fiſcus jure communi utitur.

VII. Sequitur Prædicatum, Jura nempe in Fiſci favorem conſtituta. Regulariter vero Fiſcus utitur jure communi; *l. 37 h. t. l. 6. eod. l. 12 ff. de Compenſ. l. 25. ff. de pignor. l. 1. C. de cond. & proc. præd. fiſc. l. 3 C. de fiſcal. uſur. l. 3. C. de reſc. vend. l. 3. C. de Quadr. præſ.* Mev. *p. 1. dec. 106. n. 2. & 117. n. 5.* item *p. 3. dec. 240. n. 4. & p. 9. dec. 153. n. 5. & dec. 155. n. 7.* hinc in dubio contra Fiſcum eſt pronunciandum *l. 10. h. t.* ad eamque Dn. Stryck. *Diſp. de Sententia contra fiſcum ferenda & in uſu mod. §. 3.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.* Klock. *tom. 2. conſil. 21. n. 12. & ſeq.* Reiffenſt. *Reſil. Diſp. 2. Vol. 6. c. 1. n. 3. & c. 7.* P. Muller. *ad Struv. Exerc. 50. th. 37. lit. B.* ubi exempla refert. In multis tamen Fiſcus utitur jure ſingulari, & hoc reſpicit vel Acquiſitionem, vel Conſervationem, vel Diminutionem. *de LL.* Dn. de Lynck. *Annal. ad Str. h. t. th. 34. arg. l. ſ. ff.*

In dubio contra fiſc. pronunc.

Fiſci jus ſingulare.

VIII. Legislatores multas cauſas & acquirendi modos introduxerunt, qui ſunt vel Generales, vel Singulares. Generales, qui reſpiciunt totum territorium & omnes in eo viventes, ſunt Contributiones ab omnibus præſtandæ, quales ſunt Collectæ, Tributa, Vectigalia, &c. Singulares ſunt, qui reſpiciunt certas tantum perſonas in Imperio viventes, & hi rerum ratione objecti ſunt vel Univerſales, vel Particulares.

In modis acquirendi Generales qui? Singulares qui? Quotuplices?

IX. Univerſales, quibus per univerſitatem totum alicujus patrimonium vel certa ejus portio fiſco acquiritur, v. g. (1.) Si Fiſcus in teſtamento heres inſtituatur; qui tamen modus non ex ſingulari fiſcali, ſed ex communi jure venit, unde in hoc fiſcus jure privati utitur, *l. 17. §. 1. ff. de I. fiſc. l. 6. pr. ff. h. t.* quoad tempus ſcil. præteritum, ubi perſonam defuncti repræſentat, aliud dicendum de tempore futuro, *d. l. 17. §. 6. de I. fiſc.* (2.) Per Univerſitatem Bona vacantia, h. e. relicta ab eo, qui ſine ullo ex qualibet Sanguinis linea vel juris titulo exiſtente herede defunctus eſt, *Erbloſe Güther,* acquiruntur; ſæpe alleg. *Vol. 5. Diſp. 13. c. 3. §. 15. l. 1. l. pen. C. de Bon. vac.* hæc tamen cum onere ad fiſcum tranſeunt; *l. 7. C. de diſtr. pign. c. 5. de pignor.* Gail. *2. O. 86. n. 4.* ita ut fiſcus Creditoribus poſtponatur, per *l. 11. & 17. h. t.* Hinc etiam legata in Codicillis relicta à fiſco veniunt præſtanda, *l. 96. ff. de leg. 1.* tenetur quoque de evictione & ſumptibus litis. Faber. *in Cod. lib. 8. tit. 31. def. 19.* Quamvis enim hoc in caſu Fiſcus propriè non ſuccedat jure hereditario, ſed jure fiſci, loco tamen heredis eſt, quare omnibus Creditoribus ſatisfacere tenetur. Hinc an in his bonis ultra vires hereditarias teneatur Fiſcus, ſi Inventarium facere neglexerit, tractat Caball. *lib. 2. Q. pract. 122.* Dn. Lyncker *in Anal. ll. ad Struv. hoc tit. thes. 5.* Peller. *ad Klock. de Ærar. d. l. 2. c. 136. num. 37.* Stryck. *de S. ab J. diſ. 1. §. 32.*

Univerſales qui? (1) Si fiſcus heres inſtit.

(2) Bona vacantia.

Qu. vid. ſupra §. 10 de J. re d. lib. & § 5. ut quisq; ab inteſtato. Quæritur autem: Si defunctus in diverſis Provinciis bona habeat, cujus loci fiſco bona illa cedant? breviter dicendum, Bona immobilia in loco domicilii ſita, & omnia alia mobilia, ubicunque etiam ſint, ad Fiſcum domicilii pertinere, Philippi, *l. ſ. Inſt. Pract. lib. 1. Ecl. 5.* modo illa ad alium locum non ita ſint deſtinata, ut ibi perpetuo eſſe & manere debuerint, *l. 35. § 1 ff. de hered. inſt.* reliqua immobilia ad fiſcum, ubi ſita ſunt, pertinent. Mev. *ad J. L. p. 2. t. 2. art. 14. n. 66.* D. Lauterb. *in Diſp. de Jur. fiſc. c. 3 §. 2* vid. ſupra *lib 38. tit. ult. §. 11 & ſeqq.* (3.) Per Univerſitatem Fiſco acquiruntur Bona per Fideicommiſſum incapaci clam relicta, *l. 40. ff. h. t. l. 3. pr. & l. 13. §. 1 eod.* ſi autem aperte aliquid incapaci relictum ſit, illud non cedit fiſco, ſed pro non ſcripto habetur, & heredibus ab inteſtato cedit, vel coheredibus. *l. 3. ff de his, quæ pro non ſcript. hab.* (4.) Quando hereditas vel fideicommiſſum indigno aufertur, non incapaci, *l. 8 § 14. de inoff. teſt. l. 13. §. ult. h. t.* modo indignus hereditatem adierit, aut relictum occupaverit. *l. 3. § 18. l. 8. ſ. fin. l. 15. ff ad SCt Silan.* Schnobel. *ad ff. D. 25. th. 17.* vid. ſupr. *tit. de his, quæ ut indign. §. 1. & ſeqq.* (5.) Bona damnatorum ex cauſa Criminis occupata, de quibus ſupr. *lib. 48. tit. 20.* vid Stryck. *in uſu moderno §. 7. h. t.*

(3) Per Fideicomm. incap. clam relicta.

(4) Quando hered. vel fideic. indigno aufertur.

(5) Bona damnatorum.

Particulares qui?

X. Particulares acquirendi modi ſunt multi, varii & diverſi, quorum exempla habentur in theſauro magicis artibus in locis præſertim propriis invento; *§. 39 J. de R. D l un. C. de theſaur. junct. l 9. ff h* Bitſch. *Tr. de Theſ. D. 2. th. 259.* Zoeſ *ad ff h. t* item in contractu contra prohibitionem legis facto, vel pœna à contrahentibus eidem adjecta; *l. 46. & 51. ff de C. E. l. ult de damn. inf. l. 1. in ſ. pr. l 46. § 2 h. t.* Similiter re litigioſa empta venditaque, *l ſ C. de litig. ibique gl* ſupra cit *Diſp. 15. c 3. § 14.* Porro in rebus ſeu mercibus vectigali ſubjectis, nec tamen profeſſis, *ſo einer den Zoll frevenlich verfahren l. 14. ff. de publ. l 8 §. 1. & l. 11. §. 2 eod. dict. Diſp 15. de J. F. c. 3. §. 10.* Neceſſe autem eſt, ſi quæ talia exiſtant, ut per delatores denuncientur, *l. 44. ff h t.* qui vel præmii gratia, vel vindictæ publicæ ſtudio nocentium nomina deferunt, vel bona fiſco acquiſita eſſe nunciant. *l. 2. pr. l. 13. pr & § 3. l. 18 §. 7. l. 23. & ſeqq ff h. t.* Deferre autem & hoc modo denunciare poſſunt omnes, qui non prohibentur, *d. l. 2. & l. 18. hoc tit.* ſed communem cauſam ſibi cum fiſco quivis deferre poteſt, *d. §. 7. eod. add. C J A hoc tit. §. 11. & ſeqq.* Hodie Advocati fiſci obeunt delationes, *l. 5. C. de delat.* quos neceſſitas officii regulariter ab omni criminis & calumniæ ſuſpicione excuſat. *leg. 5. §. 13. ff. de his, quæ ut indign.* Schnob. *d. Diſput. thes. 22.* infra *num. 13.* Nunciata tamen bona intra quadriennium agnoſcere tenetur Fiſcus. *l. 1. §. 2. & 3. hoc tit.* Struvius, *hoc tit. thes. 36.* ibique P. Mullerus, qui etiam *præced. thes. 34.* tractat, quomodo fiſco

fiſco dominium & poſſeſſio harum rerum ipſo jure vel prævia cauſæ cognitione, ſi ſcil. legitimus adſit Contradictor, acquiratur; de quo videri etiam poteſt Mev. *p. 3. dec. 102. n. 5. & ſeq. & p. 7. dec. 224. n. 3.*

Jura conſervativa fiſci (1) in Extrajud.

XI. Conſervationem rerum fiſcalium concernentia Jura ſunt vel extrajudicialia, vel judicialia. Extrajudicialia ſunt (1) Quod contra fiſcum non admittatur compenſatio, *l. 1. C. de Compenſ. l. 46. §. 4. h. t.* quæ tamen [illegible] les vid. *ſupr. tit. de Compenſ. §. 7. & 8.* D. Harppr. *Diſp. de compenſ.* [illegible] *& C. 46. n. 25 cum ſeqq.* (2) Quod fiſcus immunis ſit ab Uſucapione rerum, *§. 4. & 5. Inſt. & l. 24. §. 1. ff. de Uſucap.* & fiſcalia demum 40. annis præſcribantur. *l. 4. & 6. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Add. ſupra *l. 41. tit. 3. §. 41. & C. 7. A. h. t. n. 21.* (3) Quod in contractibus ſuis fiſcus ratione Evictionis nunquam teneatur ultra ſimplum, etiamſi Procurator ejus duplum vel triplum promiſerit *l. 1. pr. h. t.* (4.) Quod fiſcus tacitam habeat hypothecam in bonis Creditoris ſui ſive cum eo contrahentis, *l. 46. & l. 46. §. 3. ff. h. t. l. 2. in quib. cauſ. pign. contrah.* Eckolt. *h. t. §. 6.* quandoque etiam jus prælationis. *l. 28. h. t.* Berlich. *1. concl. 65. n. 118. ſeqq.* Dn. Lyncker *in Analect.* & P. Müller *ad Struv. h. t. th. 37. lit. B.* Mev. *p. 4. dec. 253. p. 7. dec. 111.* ſupra *tit. in quib. cauſ. pign. vel hyp. tac. §. 7. ſeqq.* (5) Quod Emtor rei Fiſcalis teneatur ſtare locationi a fiſco contractæ, contra *l. 9. C. de loc. cond.* ne conductor expulſus adverſus fiſcum agat ad intereſſe; *l. ult. ff. h. t.* interdum Fiſcus Conductores Vectigalium invitos retinere poteſt in Conductione, ſi fructus magnos fecerint ex vectigalibus illis, quæ tanti locari nequeunt. *l. 11. §. fin. de publ. & vectig.* vid. D. Harppr. *C. 83. n. 211.* (6) Quod Fiſcus immunis ſit à Vectigalium omnium præſtatione. *l. 9. §. 8. ff. de publican. & vectigal.* (7) Quod jure Protimiſeos gaudeat in Metallis ab aliis diſtractis. *l. 1. C. de Metall.* (8) Quod omnia jura, etiam, quæ inſtar perſonalium ſunt, cedere queat. *l. 5. C. de priv. fiſc.* ibique Brunnem. *n. 5.* Mev. *p. 8. dec. 240.* D. Harppr. *Conſil. nov. 70.* (9) Quod à debitoribus in fraudem fiſci quomodocunque etiam per omiſſionem hereditatis &c. alienata revocare poſſit. *l. 45. & 46. ff. h. t. l. 6. ff. Quæ in fraud. cred. l. 5. C. de Privil. fiſc. l. 7. ff. de* [illegible] *don. l. 7. §. 2. ff. de bon. damn. l. 11. ff. qui & à quib. man.* (10) Quod fiſcus uſuras ſemiſſes à debitoribus Debitorum ſuorum exigat ab eo tempore, quo ad ipſum tranſierunt, *l. 17. §. 6. ff. de Uſur. l. 6. pr. h. t.* pro ſuis autem debitis & contractibus uſuras haud ſolvat, *l. 17. §. 5. ff. de Uſur.* niſi Debitori privato ſolventi ſuccedat. *l. 3. C. de fiſc. uſur.* Brunn. *ad l. 4. C. de conven. fiſc. deb. n. 4. & ad l. 4. C. Quando fiſc. vel priv. n. 4.* (11) Quod Fiſcus hereditate vendita Creditoribus hereditariis non teneatur, *l. 1. C. de her. vel act. vend.* ſed tantum Emtor hereditatis illius. *d. l. 1. C. & l. 41. ff. h. t.* Mev. *p. 5. dec. 271. in fin.*

XII.

(o) In Judicial.

XII. Judicialia ſunt (1) quod Fiſcus ſingularem habeat Judicem, Procuratorem atque advocatum fiſci. *l. 7. ff. h. t. l. 1. C. ubi ſ. de & jur. haſt. fiſc. l. ult. C. de Adv. fiſc. l. 1. C. ubi cauſ. fiſc. l. 2. C. ſi. adv. fiſc.* Mev. *p. 4. dec. 121. n. 4. p. 5. dec. 379. & ſeq.* Myn. *C. 5. O. 14. & Cent. 6. O. ſ. 51.* Blum. *P. C. tit. 6. R. H. O. tit. 6. § 6.* (2) Quod contra Debitores ſui debitorem agere poſſit ſi principalis debitor deficiat, vel ex pecunia fiſcali mutuum ſit contractum, aut Debitor ex adminiſtratione fiſcali Reliquator exiſtat. *l. 3. § 8. & l. 4. ff. h. t.* ibique Brunnemann *l. 3. & 4. C. Quando fiſc. vel priv. l. 1. & 2. C. de conven. fiſc.* *deb.* Conf. Mev. *p. 1. dec. 106. & p. 2. dec. 94. junct. p. 8. dec. 200. n. 1. & ſeq.* (3) Quod non teneatur ſatisdare, *l. 1. § 18. ff. ut leg. nom. cav.* quia fiſcus ſemper ſolvendo eſſe præſumitur. *l. 2. ff. de fund. dot.* Matth. Steph. *ad Nov. 1. n. 15.* (4) Quod in cauſis fiſcalibus etiam diebus feriatis, licet ruſticis, uti Meſſis & Vindemiarum, procedi poſſit, *l. 3. pr. C. de Fer.* ibiq; Brunnem. & quidem gratis nullis ſportulis ſolutis. Zoeſ. *h. t. n. 8. in fin.* (5) Quod cauſæ fiſcales intra ſex Menſes à lite conteſtata finiendæ. *l. 13. C. de Jud. l. 5. C. h. t.* (6) Quod à Reo editionem Inſtrumentorum pro intereſſe Fiſci in ſubſidium probationis petere queat in cauſis civilibus ac pecuniariis; *l. 5. ff. de edend. l. 2. § 1. h. t.* Gail. *1. O. 106. n. 11.* ſecus in capitalibus & criminalibus reliquis, *l. 2. § 2. eod.* Schwendend. *ad Eckolt. h. t. verb. non criminalibus.* Zoeſ. *ad ff. h. t. n. 7.* non tamen fiſcus contra ſe edere Inſtrum. tenetur. Mev. *5. dec. 391.* add. Harpp. *C. 10. n. 34. & ſeqq. 68—86. & 102. cum ſeqq.* (7) Quod regulariter non juret de Calumnia in Cam. Imper. neque in Expenſas, niſi ob manifeſta indicia calumniæ, condemnetur. Blum. *P. C. t. 32. n. 18. & 20.* Mev. *p. 3. dec. 191. n. 6. & 8. item p. 5. dec. 158.* Klock. *de Contrib. c. 19. n. 24. & Tom. 3. Conſil. 191. n. 101. & ſeqq.* Lauterb. *de Jurejur. § 25.* De cætero conſ. P. Muller. & Dn. Lyncker. *ad Struv. h. t. th. 37. lit. d.* Stryck *Tr. de Juram. Minist. 3. c. 2. § 20.* (8) Quod debitorem in liquidis ab Appellatione excludat. *l. 4. & ult. C. Quor. app. non recip.* Peregrinus *de Jur. fiſc. lib. 6. tit. 7. n. 20.* (9) Quod ſententia contra fiſcum lata intra triennium retractari poſſit. *l. un. C. de ſent. adv. fiſc. lat. l. 35. ff. de re jud.* Chriſtinæus, *vol. 2. dec. 13. n. 8. & ſeq.*

(1) In modo alienandi.

XIII. Quoad Alienationem ſive Diminutionem Fiſcus etiam ſingularia privilegia habet, quod (1) is, qui ab eo rem aliquam fiſcalem comparavit, ſtatim ſecurus ſit, & qui actionem ſibi ob hanc rem alienatam competere putat, tantum intra quadriennium adverſus fiſcum agere queat. *§. fin. J. de Uſucap. l. 2. pr. C. de Quadr. præſcr.* (2) Quod res fiſcales non niſi cauſa urgente & ſolenniter ſub haſta publica vendendæ ſint. *l. 1. 2. & 6. C. de fide & jur. haſtæ fiſc.* ipſique ſubhaſtationi hunc inſit pactum addictionis in diem. *l. 4. C. eod. Auth. Hoc jus C. de SS. Eccleſ.* C. J. A. *h. t. th. 22. & ſeqq.* add. Tabor. *Tim. 1. ad tit. C. de fid. & jure haſt. fiſc. § 15. ſeqq.*

XIV.

XIV. Jura & privilegia hæc extendantur quidem etiam ad privatum Principis atque Auguſtæ patrimonium; *§. ult. J. de Uſucap.* niſi ratio evidens, jurisque diſpoſitio applicationem illam non permittat. *l. 29 §. ult. & l. 57. de leg. 2.* C. J. A. *h. t. th. ult.* In cæteris tamen, ubi non de expreſſa Legislatoris voluntate conſtat, Extenſio haud admittenda. *arg. §. 6. J. de J. N. G. & C. cap. Porro 7. X. de Privil. c. 7. de R. J. in 6.* Fiſcus quoque honeſtatis juſtitiæque rationem ſemper habere debet, ne ſordidis improbisve mediis augeatur, quod ad maximam Principis gloriam pertinet, ut Plinius in *Panegyr. c. 36.* ſcripſit: *Præcipua tua gloria eſt, ſæpius vincitur fiſcus, cujus cauſa nunquam mala eſt, niſi ſub bono Principe*, & Caſſiodorus, *lib. 1. Epiſt. 22. de Rege Theod. Fit interdum mala cauſa fiſci, ut bonus Princeps eſſe videatur, majori compendio perdimus, quam ſi nobis indebite victoria ſuffragetur.* Vid. *L. ult. C. de Alluv. & Gothofr. ad Nov. 82. c. 9. lit. y.* Qua de cauſa in Camera etiam Imperali, contra conſuetudinem ſive corruptelam quorundam locorum, Bona Naufragorum vel furto ablata Fiſco ſuo vindicantium Mandata S. C. decernuntur, *P. H. O. art. 207. & 218.* Blum. *P. C. t. 34. n. 126. & 136.* Add. ſupra *lib. 41. t. 1. §. 47.* & Diſp. *de J. F. c. 3. §. fin. & cap. 4. §. penult.*

An Jura hæc extendenda?

Fiſcus honeſtatis atque Juſtitiæ rationem habere debet.

TIT. XV.
DE CAPTIVIS, ET POSTLIMINIO REVERSIS, ET REDEMTIS AB HOSTIBUS.
Cod. *Lib. 8. Tit. 51.*

§. I.

AD Remp. conſervandam ac defendendam non minus Militaria, quam hactenus tractata Fiſcalia ſunt neceſſaria, de re autem militari tria habentur in his ultimis Libri XLIX. titulis, Agitur enim I. de Captivis, II. de Militantibus, eorumque privilegiis ac requiſitis, & III. de Veteranis, qui militare deſierunt. Connexio.

II. Titulo hoc XVto agitur I. de Captivis, & quidem duplici Statu illorum, nimirum (1) durante Captivitate, quæ hic non pro vinculis & cuſtodia publica, uti in *Tit. ff. & C. de Cuſt. & Exhib. reor.* ſed pro modo ſpeciali acquirendi accipitur, qui dicitur in ſpecie Occupatio bellica, Jure Gentium & Civili permiſſa; Baſil. *Vol. nov. Diſp. 12. th. 1.* cujus ulteriorem tractationem in *lib. 1. tit. 8. & lib. 41. tit. 1.* huc remittimus. Occupatio autem illa bellica ſive Captivitas eſt Occupatio rei hoſtilis in juſto bello facta.

(1) de Captivis.

Occup. bellica quid?

III. Dividitur (1) in Publicam, quæ fit authoritate & nomine Reip. cujus nomine ſcil. ab univerſis militibus bellum geritur, & in Privatam, quæ à ſingulis fit, ut ſingulis acquiratur. M. Lyclama, *lib. 3. Membran. c. 8.* (2) Divid. in Captivitatem Perſonarum & Rerum, *de quibus in ſeqq.* Diviſio.

C. E. remota. IV. Cauſa efficiens remota eſt Jus Gentium, quæ communi quaſi pacto receperunt, ut hoſtes capere liceat. Ariſtot. *lib. 1. Polit.* Lex enim velut pactum quoddam commune eſt, quo in bello capta Capientium fiunt, & Cyrus apud Xenophontem ait: *Lex eſt ſempiterna* inter homines, capta hoſtium urbe eorum res ac pecunias Victori cedere. *§. 2. J. de J. N. G. & C. l. pen. ff. de Jur. perſon. §. 17. J. de R. D. l. 5. §. ult. ff. de A. R. D.* Nec Jus hoc repugnat Naturæ [illegible] Cic. *lib. 1. Offic.* Mitilenas Populi Rom. factas Belli lege ac Victoris jure, & *Strom. 1.* privata eſſe aliqua cœpiſſe *ait*, ut Occupatione vacuorum, aut Bello, ſcil. eorum, qui Victoria potiti ſunt. *2. Sam. XII. 26. ſeqq.* Grotius, *de Jure Bell. & Pac. lib. 3. c. 6. n. 1.* Hoc jus approbavit Pontifex in *Can. 4. & ſeqq. cauſ. 23. quæſt. 1.* Item Jus Saxon. Carpz. *part. 4. Conſt. 35. def. 8.* ubi ex Gloſſ. Jur. Saxon. *Weichbild. Art. 4.* hæc verba citat: *Was ich meinem rechten Feind nehme, oder in einem rechten Krieg gewinne, das iſt mein.* Et Imperium Rom. Germ. ſub Imperatore Maximil. II. *in der Reuter-Beſtallung zu Speyer aufgericht* Anno 1570. *artic. 84. & 96.* nec non *Fuß-Knecht-Beſtallung* eod. anno *art. 62. al. 203.* Reinkingk. *de R. S. & E. lib. 1. cl. 2. c. 2. n. 123. ſeqq. & l. 2. cl. 3. c. 1. n. 15. ſeqq.*

Proxima. Cauſa Efficiens proxima ſunt Perſonæ militantes, proprie ſic dicti, qui hoſtes & illorum res occupant; quo ipſo excludantur Latrones, Piratæ & Prædones, *R. B. artic. 93.* à quibus capti liberi manent. *l. 13. ff. Quemadm. ſerv. amitt. l. 19. §. 2. l. 24. & 27. h. t.* ibiq; Gothofr. Huc referendi Robbatores ſive Graſſatores, Circumforanei & vage palantes, *die Freybeuter, Schnapphanen, Heiden-Bruder, Landlauffer, gartende Geſellen, und Herrenloſe Knechte.* Wehn. *voc. Frey-Reuter.* Gail. *1. de P. P. c. 4. n. 36. ſeqq. Landfr. 1521. tit. von Einſpänniger. 15. & de anno 1548. tit. 23. & 24. P. O. 1577. t. 7.* Eadem ratio eſt civilium diſcordiarum ac diſſenſionum, ubi una pars Civium alteri bellum infert, tumultuque vel vi res geritur inter Cives ejuſdem Imperii *L. 21. §. 1. ff. h.* Idemque dicendum de bello moto à ſubditis adverſus Principem vel Magiſtratum ſuum, vel ab hoc adverſus illos. P. Muller. *ad Struv. h. lit. a.* Esbach. *ad Carpz. 4. Conſt. 35. def. 8. in fin.*

Objectum (1) Perſon. V. Objectum Captivitatis ſunt res hoſtiles. *L. 51. ff. de A. R. D.* Vocab. Rei tamen hic late accipitur, ut contineat (1) Perſonas; *§. 17. J. de R. D. L. 7. pr. de A. R. D.* hoſtium vero nomine veniunt etiam Transfugæ noſtri, Deſerteurs: *L. 19. §. 4. h. t. l. 7. ff. de re milit. l. 3. §. fin. ad L. Corn. de Sic. R. Beſtall. dict. art. 62. alias 203. & art. 56. al. 177.* niſi alios Latrones & Commilitones apprehenderint ac demonſtraverint. *l. 5. §. ult. de re milit. arg. l. 1. §. 26. ff. de Quæſt.* dict. Diſp. Paſil. *vol. nov. th. 5. in fin.* Nec refert cujuscunque ſint ſexus, *l. 19.*

Quib. parc. *§. fin. h. t.* innocentibus tamen parcendum, quales ſunt Literati, Senes,

Sacerdo-

Sacerdotes, infantes, Virgines, Feminæ, Arma non geſtantes. *Exod. 33 v. 7. Deuter. 20 v. 14. Reuter Peſtall. art. 70 & Farpmcht II. Paſſ art 1. al. 149.* Modo hæ perſonæ non præbuerint auxilium hoſtibus, vel aliquid peculiariter vindicandum admiſerint. Grot. *de J. B. & P. l. 3. c. 11. n. 9. & 10.* Baldum *de Caſ. Conſcient. l 4. c. 12.* Harppr. *C 47.* (2) Res hoſtium ad Objectum ſpectant, J. Voet *n. 1. h. t.* igitur ſi res aliena apud hoſtes repertatur, capientis non fit, *§ 17. J. de R. D.* etiamſi ea extra territorium utriusque partis bellum gerentis capta ſit, Grot. *d. l. 3. c. 6. n. 5. 6. & 26.* & in dubio res apud hoſtes reperta eorum eſſe præſumitur; ſalva tamen eliſione validiori in contrarium. Grot. *d. n. 6.* Hæ vero res, ſive mobiles ſive immobiles ſint, nihil intereſt, *L. 20 § 1. h. t.* adeo, ut neque ſacræ, neque ſanctæ, vel publicæ eatenus excipiantur, *l. 36 ff. de Relig.* ideo Lapides Sepulturæ ſublatos in quemcunque uſum convertere poſſumus, nec ſepulchri violati actio competit. *l 4. ff de Sepulchr. viol.* Cavendum tamen, ne ipſa mortuorum oſſa vel corpora male & indecenter tractentur, id enim eſſet contra jus Gentium. Grot. *d. lib. 3 c. 5. n 5.* De rebus corporalibus ſtatuit quidem idem Autor. *d l. 3 c. 7. n 4.* eas non primo ac per ſe, ſed mediante perſona cujus eæ fuerunt, acquiri, rectius tamen dicitur, quod res illæ *in abſtracto* conſideratæ non quidem ſint objectum hujus Occupationis; Alb. Gentil. *de J B lib. 3 c. 5.* bene vero *in Concreto* conſideratæ, quæ cum rebus corporalibus acquiri poſſunt. *l. 32. in f. ff de S P U.* Hinc ſi quis v. g. fundum in convinio confœderati ſitum, cui fundus confœderati ſervitutem debet, occupat, ſervitus ipſi ſimul acquiſita cenſetur, & quando hoſtis Univerſitatem occupat, omnia ejus jura ſibi acquirit, uti Alba devicta Romani ſibi omnia, quæ Albanorum fuere, vindicarunt. Grot. *d. l. 3. c. 8. n. 4.* Victor n. h. in c. fit quaſi univerſalis Succeſſor. Alb. Gent. *d. l. 3. c. 5.* Sic eodem modo capta perſona omnia ejus jura capienti acquiruntur, Grot. *d. l. 3. c. 7. n 4.* quod tamen J. Civ. Rom. abſolute non procedit, ſed fictione L. Corn. quamdiu enim quis in Captivitate eſt, tamdiu mortuus creditur, quando autem redit, gaudet jure poſtliminii. *l. 12. §. 1. h. t. §. 5. J. quib. mod. jus patr. pot. ſ ſolv.* Lyclam. *d. c. 8. in fin.* Quid ſi hoſtis Chirographum occupaverit, an eo ipſo occupanti debitum acquiratur? Sunt, qui hoc affirmant, & quidem (1) per *l 5. §. 7. de A R. D.* quæ generalis eſt. (2) Quia Chirographo juſta ex cauſa acquiſito Nomen ſimul acquiſitum cenſetur, *l 59. de Leg. 3. l. 3 §. 1. & 2 ff. de liberat. leg.* (3.) Exemplo Theſſalorum, qui liberati ſunt obligatione centum Talentorum, quam ſummam cum illi Thebanis deberent, Alexander M. Thebarum dominus factus jure Victoriæ ipſis donaverat. Alb. Gentil. *d l 3 c. 5.* Grot. *d. l. 3. c. 8. n. 4. in fin.* Negativa tamen ſolidioribus fundamentis niti videtur, quia, ut quis per Captivitatem ſibi aliquid acquirat, Occupatio præcedat ne-

(2) Res. hoſt.

De mortuor. oſſ. vel corp.

De rebus incorp.

Qu. de Chirogr. occup.

Neg.

ceſſe eſt; Atqui jus exigendi hoc in caſu non cenſetur occupatum, dum aliud eſt Chirographum, & aliud jus exigendi, quod non continetur in Chirographo, ſed hoc tantum probationis gratia datur, ſine quo etiam valet, quod agitur; *l. 4. ff. de pign.* alias Debitor, eo cancellato, non poſſet amplius conveniri, quod tamen negatur. *L. 24. ff. de Prob.* Et quod nominis tantum probatio in tabulis his comprehendatur, probat ipſa à Dilent. citata *l. 19. de Leg. 1.* facit etiam huc *L. ult. ff. de his, quæ in teſt. del.* Nec obſt. (1) quod res ab hoſtibus captæ capientium fiant, quoniam jus hoc exigendi capi ſic non poteſt. (2) Quod Chirographo ex juſta cauſa acquiſito nomen acquiratur, verum eſt, modo voluntate domini datum fuerit Chirographum, & ille jus hoc concedere voluerit; arg. *d. l. 19. verb. Adim. l. 1. C. de . on.* argumentum autem à traditione ad Occupationem bellicam non procedit. (3) Exemplum Theſſalorum & Thebanorum hic nihil confert, quia illo caſu Thebanorum Univerſitas occupata erat, cui jus hoc exigendi inhærebat; continet ergo caſum plane diverſum, dum ſermo hic eſt de inſtrumento probationis, & non de Creditore conſentiente. conf. Burdon. *Diſſ. inaug. Marp. de Chirogr. Theſ.* & Simon. *Diſſ. de poſtl. §. 2. v.* ſupr. *§. 16. de ſolut.*

Excep. Aratr. Molend. Furn. &c.

Sunt tamen res, quibus etiam in territorio hoſtili parcendum eſt, quales ſunt Aratra, Molendina, Furni, &c. dict. *Reuter-Beſtall. Art. 69. & Fußknecht-Beſtall. Art. 33. alias 194.*

Form. & D. S.

VI. Forma & Differ. Specif. qua Occupatio hæc à reliquis Dominii acquirendi modis diſtinguitur, conſiſtit in Occupatione juſto bello facta. Requiritur ergo (1) Occupatio, *L. 5. §. ult. L. 7. pr. L. 51. §. 1. ff. de A. R. D. l. 1. §. 1. de A. vel A. P. § 17. J. de R. D.* Alb. Gentil. *de jure bell. lib. 3. c. 5.* & conſiſtit jus hoc occupandi in manu & corporali invaſione ac poſſeſſione. *l. 18. § 2 ff. de A. vel A. P. verb. partem, quam intrav.* Neque hic ſufficit Apprehenſio, quæ viſu & oculis fit, aliasque ſufficiens eſt; *l. 3. §. 1. d. t.* ſed naturalis occupatio requiritur, *§. 12. in fin. J. de R. D. l. 3. §. 1. & 3. ff. de A. vel A. P.* Uti nec ad acquiſitionem theſauri ſufficit, ſi quis eum tantum viderit, ſed neceſſe eſt, ut Inventor eum loco moverit, apprehenderitque. Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 8. n. 7.* Hæc autem occupatio nihil aliud eſt, quam firma apprehenſio, quæ fit animo ſibi acquirendi, *d. l. 3. §. 1. de A. vel A. P.* & quidem firma requiritur apprehenſio, ita ut in præſidium occupantis tranſlata & ſpes recuperandi præcluſa ſit. *L. 5. §. 1. ff. h. t.* Stryck. *in uſu moderno §. 3. h. t.* D. Harpprecht. *C. 47. n. 90.* Joh. Voet. *n. 8. h. t.* Hinc ab hoſtibus capta, ſi ſtatim in fuga fuerint recuperata, Domino ſuo, abſque ulla pretii refuſione, reſtitui debent. *arg. l. 2. § fin. ff. fam. hercisc. L. 44. in fin. de A. R. D. l. 44. §. 1 de A. vel A. P. L. ult. ff. h. t.* Carpz. *Jur. For. p. 4. C. 35. def. 9.* Hodie tamen inter militantes in

(1) Requiſ.

Europa

Europa Conſuetudine receptum, ut neceſſario penes Victorem per 24. horas maneat. *Grot. l. 3. in fin.* Stryck. *d. § 3. h. t.*

VII. (2) Requiritur ad Formam, ut Occupatio fiat in bello ab hoſtibus; (2) Requiſ. *§. 17. J. de R. D. L. 5. §. 7. de A. R. D.* Sed quid ſi res ante bellum ad nos translata, an ſupervenienté bello noſtra fiat? Quod affirm. *per l. 12. pr. h. t. l. 51. §. 1. de A. R. D.* Quo autem loco deprehendatur, nihil intereſt, etiamſi in territorio tertii vel confœderati; *§. 12 J. de R D.* Grot. *d. l 3. c. 3. n. 26.* Dominus tamen territorii prohibere poteſt, ne quid hoſtiliter ibi fiat, & ſi contra hanc prohibitionem aliquid factum ſit, de eo, tanquam de delicto, poſcere poteſt, ut ſibi ſatisfiat; *d. §. 12. J. de R. D. l. 16. de S. P R. l. 13. §. 7. de injur.* Cæterum captum capientis fit, quia prohibitio conditionem rei hoſtilis non mutat. Vinn. *ad d. §. 12. J. de R. D.*

VIII. (3) Requiritur ad formam, ut Occupatio hæc facta ſit in bello legitimo, quale eſt, quod geritur à perſonis jus belligerandi habentibus, licet non conſtet, quis juſtiorem foveat cauſam, quia de hoc nunquam conſtat. Hinc Elector Sax. de ejuſmodi ablatis à Militibus Cæſareanis prohibuit judicari, & Dnn. Scabini Lipſ. poſſeſſores talium mobilium ad reſtitutionem eatenus condemnarunt, quatenus ab antiquis Dominis pretium exſolutum ipſis refunderetur; Carpz. *d. C. 31. def. 9. n. 16. ſeq.* de quo tamen videri poteſt Baſil. *Vol. nov. Diſſ. 12. th. 7. lit. a.* Dn. Graſs. *in Diſſ. de recuper. bellic. §. 19. & 20. & in Differ. Rec. Imp. Sect. 10. §. 1.* Excluditur itaque bellum civile, in quo, ſive magnum id ſit, ſive parvum, nulla fit dominii mutatio, niſi autoritate Judicis, *l. 21. §. 1. l. 24. h. t.* Grot. *d. l. 3. c. 6. n. 27* ſupra *§. 4. h. in fin.* neque ſola Infidelitas cauſa eſt ſufficiens bellum offenſivum inchoandi Grot. *de J. B. & P. lib. 2. c. 20. n. 48. & c. 22. n. 14.* Covarr. *ad Cap. Peccatum. de R. J. in 6. §. 11. n. 1.* Ad Legitimitatem autem deſideratur Denunciatio ſive indictio belli, hodie *Kriegs-Manifeſt*. ſupra cit. *Diſſ. Baſil. 12. vol nov. th. 2 lit. f.* Grot. *d. l. 3. c. 3.* (3) Requiſ.

IX. Finis eſt ſalus atque utilitas publica, ut homines ſcelerati coerceantur, vires hoſtium diminuantur, & Milites ſpe prædæ alacriores reddantur. R. I. 1532. §. *Und damit ſolcher*, 7. ibi: *Zuforderſt GOtt dem Allmächtigen zu Ehren, und zu Handhabung unſers Chriſtl. Namens und Glaubens, auch zu Abwendung ſolch tyranniſchen Furnehmens.* R. J. 1542. §. *Und dieweil nun* 57. ibi: *zu Rettung Chriſtlichen Bluts, auch zu Schutz und Schirm unſers gemeinen Vatterlands Teutſcher Nation und unſer aller Freyheit.* Finis.

X. Effectus in genere ratione Perſonarum conſiſtit in ſervitute, ut Effectus rat. nimirum capti fiant capientium ſervi. *§. 4 J. de jur. perſ § 17 J. de R D. l. 5. §. ult. junct l 7. pr de A. R. D.* Perſon. Quod hodie ſolum in Bello contra Turcas aliaſque infideles Gentes obtinet, in bello vero inter Chriſtianos id in de-

 ſuetu-

deſuetudinem abiit, qui Captivos tamdiu cuſtodiunt, donec perſolutum ſit pretium redemtionis, *Rantzow-Gel'd* Philipp *Erleg 37.* ante cit Diſp. Bald *th. 7. lit. 4.* D. Hert. *Opuſc. tom. 1. Diſp. 4.* vid. ſupra § 27 *qui teſtam. facere poſſ.* cujus æſtimatio in arbitrio eſt Victoris, niſi certi aliquid convenerit *Wofern aus keinegende Theil kein Chartel miteinander aufgerichtet haben.* Jus autem hoc ſervandi captivos ſolet concedi ſingulis, qui ceperunt, extra Perſonas eximiæ dignitatis; in has enim Reip. aut Capiti ejus jus dant pleraruimque Gentium mores. Grot. *d. l. 3. c. 7. n. fin.* Quod in Imperio etiam Rom. ita obtinet, ita tamen, ut milites capientes præmium a Ducibus ſuis pro Captivis talibus recipiant pro conditione ſcil. & qualitate tam capientis, quam capti. *Reuter-Beſtall. 1570. art. 90. al. 95.* item *Fuß-Knecht Beſtall. art 62. al. 103.* Stryck. *in uſu mod.* §. 4. *cum ſeqq. h. t.*

Rat. rer. Qu. XI. Effectus autem ratione Rerum conſiſtit in Dominii Acquiſitione. Sed quæritur: Cui illud acquiratur? Reſp. Capientibus ſine rerum differentia; *l. 5 § 7. de A R D. d. §. 17 J. de R D* D. Graſſ *de Recup. Bell.* requiritur vero, ut in præſidium hoſtile res deducta ſit, quod in rebus immobilibus univerſi tantum facere poſſunt. Per Capientes itaque intelliguntur non tantum illi, qui per ſe capiunt, ſed etiam, qui per alios in actu Belli publico & Imperio ſinguli uti miniſtri operam navant, Principique aut populo, qui miniſterio eorum utitur, res immobiles acquirunt, hinc ager ab hoſtibus captus publicabatur, *l. 20. §. 1. h. t.*

Qu. de rebus pretioſ. Quæritur etiam de rebus pretioſis, quæ in jure ad res immobiles referuntur? Reſp. Jus Gentium hic non diſtinguit, Lege tamen Ducis vel Conſuetudine jus hoc Gentium vel in totum, vel in tantum mutari poteſt. Grot. *d. l. 3. c. 6. n. 15 ſeqq. ubi exempl.* Stryck. *in uſu mod. §. 2. h. t.* In Conſtitutionibus Imperii excipiuntur Tormenta, Munitiones, Annona, &c. quæ devictis hoſtibus non ad ſingulos milites, neque ad Duces, ſed ad Imperatorem & Imperium pertinent. dict. *Reuter-Beſtall. art. 96. Fuß-Knecht Beſtall. art 62. & 64. al. 105.* Excipiuntur quoque res hoſtiles hoſtibus jam devictis & fugatis, quæ præda proprie dicitur, niſi Dux Exercitus eas militibus conceſſerit. *Vid. L. pen. ff. ad L. Jul. Peculat. L. 36. §. 1. C. de donat.*

Origo L. Corneliæ & Poſtliminii. XII. Cum autem ſæpe accidat, ut illi, qui maximam laudem merentur, ab hoſtibus in ſervitutem redigantur, idcirco Romani noluerunt, ut Cives Romani capti fierent ſervi, & jura Civitatis amitterent, quam ob cauſam introducta fuit Lex Cornelia & Jus Poſtliminii.

L. Corn. quid contineat? In L. Cornelia continetur, ut illi, qui capti & apud hoſtes mortui ſunt, illo ipſo momento, quo capti ſunt, mortui eſſe fingantur, ac ſi nunquam in hoſtium poteſtate fuiſſent. *L. 12 ff. Qui teſt. fac. poſſ. §. 1. J. quib. mod. jus P. P. ſolv. §. fin. J. Quib. non eſt perm. teſtam. fac. l. 29. ff. de V. & P. S. L. 11. & 12. ff. h. t.* Nec tantum in ultima Voluntate, ſed etiam in

omni-

omnibus aliis juribus locum habet, *l. 12. h. t. l. 44. in fin. ff de uſurp.* Cujus fictionis cognitio, licet hodie nullum uſum habere videatur, neceſſaria tamen eſt ad textus Juris Romani intelligendos Stryck. *in uſu mod. §. 1. h. t.*

XIII. Si vero revertuntur, nunquam capti, ſed ſemper in Civitate permanſiſſe cenſentur jure Poſtliminii, quod Secundum hujus Tituli Objectum eſt, & denominatur a voc. Limine & poſt, D. Simon. *in praeſſ. l. Academ. part. 2. Diſp. 12. §. 1. & Diſp. ſeq. 13. de Subſtim. Poſtum. th. 1.* Joh. Voet *n. 2 h. t.* uti veteres eliminare dicebant è finibus ejicere, atque Exilium vocabant Eliminium. Grot. *de J. B. & P. l. 3 c. 9. n. 1. d. §. 5. J. Quib. mod. jus P. P. ſolv.* Deſcribitur autem *in l. 19. pr. ff. h. t.* quod ſit jus amiſſae rei recipiendae ab extraneo & in ſtatum priſtinum reſtituendae &c. Brevius definitur, quod ſit Jus, quo res ex hoſtium poteſtate reverſa priorem ſtatum ac priſtina jura recipit, vel in eum recipitur. Exercetur ergo hoc jus tam active, quam paſſive: *Active,* quando res reverſa priſtina jura & priſtinum ſtatum recipit. *Paſſive,* quando ſervus & res liberata recipiuntur in illum. *L. 14. pr. h. t.* Dividitur etiam in poſtliminium Perſonarum & Rerum, de quo in ſeqq. Poſtliminium Etymol. Excipe. Definitio. Diviſio.

XIV. Cauſa Effic. ſeu origo ejus eſt antiquiſſima, & Jure Gent. introducta cenſetur. *l. 19 ff. h. t.* verbo, moribus &c. ſc. gentium. Grot. *d. l. 3. c. 9. n. 1 & ſeqq.* Conf. Simon. *d. Diſp. 12. de Poſtlim. §. 5. ſeqq.* Jus tamen Civile Rom. multa varia & ſingularia illi adjecit, quo reſpectu poteſt dici civile. Grot. *d. l.* C. E.

XV. Subjectum ſunt Perſonae & Res, in quibus Poſtliminii jus locum habet, & ex hoſtium poteſtate reverſae. Perſonae, atque indifferenter, cujuscunque dignitatis, ſexus, ac conditionis ſint, & recipiant, vel recipiuntur, *l. 19. §. 5. h. t.* Excipiuntur a. (1.) Transfugae, qui nim. malo conſilio & proditorio animo patriam reliquerunt, & ad hoſtes iverunt, qui hoſtium numero habendi ſunt, *l. 19. §. 4. h. t.* Simon. *d. Diſp. §. 19. & 22.* ſupra *§. 5. h.* quod tamen limitatur, ſi ſervus transfuga factus fuerit: is enim recuperatus priori domino ſuo jure poſtliminii reſtituitur, cum is fuga ſua cauſam domini non potuerit reddere deteriorem, *d. l. 19. § 5.* (2.) Qui armis victi ſeſe hoſti dederunt, obſtat enim ipſis, quod pacta cum hoſte inierint, *l. 17. h. t.* (3.) Qui ſua ſponte & non coacti apud hoſtes manſerunt, *l. 20. pr. h. t.* (4.) Liberi ex captivis apud hoſtes concepti & nati, qui in civitate concepti & nati finguntur, & ſic ex perſona parentum, non ex propria recipiunt jus poſtliminii, *l. 25. ff. L. 1. C. h. t.* (5.) Excipitur caſus, qui habetur in *l. 4. ff h. t.* (6.) Illi, qui ne jure poſtlimin. redeant, pacto conventum fuit *l. 12 pr. ff. h. t.* Subjectum Perſon. Excep. (1) (2) (3) (4) (5) (6)

XVI. Res, per *L. 19. pr. ff. h. t.* & quidem immobiles tantum, quae priori domino ſunt reſtituendae, *l. 20. §. 1. h. t. l. 26. ff. q. mod. uſusfr. fin.* P. Muller. *ad Struv.* Res, in quib. Poſtlim. obtin.

St. uv. h. t. th. 40. lit. a. Mobiles vero regulariter non habent jus Poſtliminii, per *l. 28. ff. h. t.* verb. *Captum*, quod propriè de rebus mobilibus loquitur, *l. 2. ff. eod.* in qua quædam res mobiles excipiuntur; exceptio autem confirmat regulam in caſibus non exceptis. Bocer. *Tr. de Bello, c. 15. n. 7.* Carpz. *p. 4. c. 35. d. 9. n. 2.* Grot. *lib. 3. c. 9. n. 15.* Cunæus *inſignis Reſponſo de Jure poſtlim. orationibus ſuis annexo, p. 266.* Simon. *d. Diſp. §. 24.* In ſpecie etiam Leges non excludunt à jure poſtliminii, quæ in bello uſum habent, & ſine dedecore amittuntur, quales ſunt (1.) Naves longæ, *L. 2. pr. ff. h. t.* non piſcatoriæ, aut voluptatis cauſa comparatæ, quia hæ bello inutiles ſunt, *d. l. 2. & ibi* Cujac. co. ſ. Simon. *d. Diſp. 13. th. 17 & 18.* Joh. Voet. *n. 6. cum ſeqq. h. t.* (2.) Equi & equæ freni patientes; nam ſine culpa equitis proripere ſe potuerunt, *d. l. 2. §. 2.* Arma autem, cum ſine dedecore non amittantur, poſtliminio non redeunt, *d. l. 2. §. 2.* Idem de Veſtibus dicendum, *l. 3. h. t.* Moribus noſtris nec jus poſtliminii locum habet in ullis rebus mobilibus, quæ prioribus dominis non reſtituuntur, Grot. *l. 3. c. 9. n. 15.* Cunæus, *d. diſp. p. 266.* modo illæ apud hoſtes pernoctaverint, Cunæus, *d. l.* nam ſi in ipſa fuga fuerint recuperatæ, prioribus dominis reſtituendæ ſunt, quoniam nondum hoſtium factæ videntur. Carpz. *d. c. 35. d. 9.* D. Harppr. *C. 47. n. 90. usque ad n. 105. cum ſeqq.*

Requiſita Poſtlim.

XVII. Ut autem Perſonæ & dictæ res poſtliminio gaudeant, requiritur, ut ex captivitate hoſtium reverſæ ſint; ubi notandum (1.) per hoſtes excludi Latrones, à quibus capti non fiunt captivi. *l. 19. §. 2. l. 27. ff. h. t.* ſupr. *§. 4. h.* De Deditis vero vid. Sim. *d. Diſp. 12. §. 17. & Diſp. 13. th. 10.* D. Scheinem. *Diſp. de Deditione auf Gnad und Ungnad.* C. J. A. *h. t. th. 11. & 12.* (2.) Ut ex hoſtium poteſtate reverſæ, i. e. liberatæ ſint; licet enim capti & adhuc vincti ab hoſtibus in limites noſtros reducantur, hoc ipſo priorem ſtatum non recipiunt; per *l. 26. ff. h. t.* quomodo autem liberatus fuerit nihil intereſt. *l. 1. §. 3. ff. de dolo malo.* modo pretium redemptori reſtituatur, ſi dato pretio ſit redemptus. (3.) Ut reverſæ ſint, Non igitur ſufficit liberatio, *§. 5. J. quib. mod. jus P. P. ſolv. L. 5. §. 1. ff. h. t.* ex quo textu apparet, quod ſufficiat, ſi ad amici præſidia fuerit reverſus, *l. 19. §. 3. h. t.* Grotius equidem exiſtimat, quod hoc in caſu non ſufficiat, Regem illum eſſe noſtrum amicum, ſed requirit inſuper, ut Socius ſit, & partes in bello eaſdem ſequatur. *d. L. 3. c. 9. n. 2.* cui adſtipulatur Vinnius, ad *§. 5. J. quib. mod. jus P. P. ſolv.* Verum Grotio dicam ſcribit, & quidem recte Cunæus, *d. l.* & hæc ſent. probatur (1.) Ex *d. l. 19. §. 3. ff. h. t.* per rationem in illa lege allatam, quia ibi publico nomine tutus eſſe dicitur. (2.) Ex illis *d. l.* verbis, *aut ad amicum.* (3.) Quia alias hæc theſis de caſu plane indubitabili eſſet propoſita (4.) Requi-

Requiritur, ut liberi homines ad nos redierint animo apud nos manendi, non ad hoſtes redeundi, *l. 26. ff h. t.* exemplo Reguli, de quo agit *l. 5. §. 3. h. t.* ſive autem redierint dicto modo, ſive in pace, perinde eſt, *l. 5 pr. h. t.* ubi tamen notandum, quod in *d. l. 12. pr.* textus correctio ſit admittenda, & pro particula, *nihil*, ſubſtituenda ſit particula, *nil*. vid. Gothofr. *ibid.* Cunæus, *d. R. p. 214.* Ex dictis facile reſponderi poteſt ad Quæſtionem in Anglia & alibi agitatam. An nunc tum præda in communis amici territorium illata ſit iis reſtituenda, quibus eſt adempta, Cujus Exemplum habet Albericus Gentilis, *lit. de Advocat. Hiſpanica*, ubi refert, Genuenſes aliquot naves Turcis ademptas in Inſulam Cretam ad Venetos pertinentem vexiſſe. vid. D. Harppr. *C. 47. n. 116. & 117.* Qu.

XVIII. Objectum ſunt ſtatus & jura priora per captivitatem amiſſa, quæ omnia recipiuntur & reſtituuntur perinde, ac ſi captus ab hoſtibus non eſſet. e. g. libertas, civitas, familia, patria poteſtas, tutela. *t. l 5. §. 1. & h. t.* Per jura autem priora excluduntur, quæ ſunt facti. e. g. Poſſeſſio, quæ de novo debet apprehendi. *l. 23. § 1 ff de acq. vel amitt. poſſeſ. l. 19. l. 20 ff. ex quib. cauſ. major.* Hinc ſtipendia medio captivitatis tempore peti non poſſunt, per *l. 1. C de re milit. lib. 12. tit 36.* vid. Stryck. *in uſu mod. § 1. & 9. h. t.* Sic maritus non recipit uxorem jure poſtliminii, quia matrimonium conſenſu contrahitur, quod facti eſt, niſi de novo conſenſerit. *l. 14. §. 1. h. t.* Jure autem Canon aliud dicendum, *c. 1. & 2. x. de conjug. ſervor.* C. J. A. *h. t th. 15* & Moribus noſtris. Gerhard. *Loco de Matrim. n. 629.* add. D. Hert. *Diſp de Matrim. inſtaur.* Objectum.

XIX. Forma & Differentia Specifica conſiſtit in vi & poteſtate ex reditu ab hoſtibus ſtatum priſtinum recipiendi. Unde Grotius illud definit, quod ſit Jus ex reditu ab hoſtibus in fines noſtros conſecutum. *d. c. 9 n. 9.* Form. & D. S.

XX. Effectus reſpicit Statum (1.) Durantis, (2.) Finitæ captivitatis. Durante captivitate jura captivi in ſtatu incerto eſſe dicuntur, i. e. in pendenti, & ex futuro demum eventu dependent. *l. 12. §. 1 & 3. l. 22. §. 2. ff h. t. §. 5. J quib. mod. jus P. P. ſolv.* Hinc ſi filius, cujus pater captus eſt, mutuam pecuniam acceperit, incertum eſt, an SCtum Maced locum habeat. *l 1. §. 1. ff de SCto Maced.* Idem de Tutoribus dicendum, per *l. 6. §. 4. ff de tutel.* interim tamen Curator bonis datur; *d. l. 6 & l 11. ex quib. cauſ. majores.* Reverſi autem captivi ſemper in civitate manſiſſe cenſentur. *l. 5. §. 1. l. 16. l 12. §. 1. & 6. l. 19. pr. l. 24. & paſſim. h. t.* Hinc libera perſona capta, & poſtmodum reverſa, in genuitatem & omnes res ſuas recipit, *d. l. 19. pr. h. t.* it. tutelam *§. 1. J. quib. mod. tutel. fin.* & ſuus heres fit. *l. 9. C. h. t.* Richter *Tr. de ſucceſſion. ab inteſt. ſect 1. n. 2.* Item Jura contra ipſum reviviſcunt, *l. 12. §. 6. ff. h. t* res etiam & ſervi prioribus Dominis reſtituuntur; *l. 20. §. 1. l. 12. §. 7. h. t.* etſi à militibus virtute bellica ſint liberati. Effect.

berati, *l. 12. C. h. t.* Add Simon. *d. Diſſ. §. 31. cum ſeqq.* qui *in th. ult. & Diſſ. 13. th. 22.* uſum etiam noviſſimum monſtrat. Cui addi poteſt Schulc. *ad ff. Exerc. 50. §. 10. & 11.* Schœpff. *in Synopſ. jur. Rom. & for. h. t. n. 10.* Stryck. *§. 1. h. t.*

Redempti qui? XXI. Sequitur tertia hujus tituli pars, quæ agit de Redemptis. Redempti autem qui dicantur, ex ipſa ſignificatione vocabuli apparet: Sunt enim hi, qui pro certo pretio ab hoſtibus dimiſſi ſunt; quæ redemptio in jure noſtro maxime favorabilis eſt, & juſta ac honeſta cauſa dicitur in *l. 20. ff. ſolut. matrim.* Conf. P. Muller. *Diſſ. de eo, quod juſtum eſt circa captiv. redemt. per tot.* in cujus favorem

Eorum Jura & Privil. varia & multa Privilegia conceſſa ſunt, e. g. ut uxor etiam durante matrimonio dotem repetere, & illa captivum filium redimere, *d. l. 20.* inſuper bona ſacra & eccleſiaſtica, *L. 21. C. de SS. Eccl. N. 7. c. 8.* item bona fideicommiſſo ſubjecta alienari poſſint: Sic etiam ſi filius Patrem, & vice verſa, non redemerit, exheredari poteſt. per *Nov. 115. c. 3. §. 13.* Ipſi Redempti autem, ſi à tertio vel extraneo redempti fuerint, & pretium hoſtibus pro illis ſit ſolutum, id reſtituere tenentur; *l. 2. l. 17. C. h. t. l. 12. §. 7. & 17. ff. eod.* niſi ipſe Redemptor donandi animo hoc fecerit, quod in dubio in matre præſumitur, *L. 17. C. h. t.* & mater pretium pro redempto filio ſolutum repetere non poteſt; per gl. *ad d. l. 17.* vel redemptor gratuito remiſerit; *l. 2. l. 11. l. 17. C. eod.* ſive mortis cauſa donaverit, vel redempto legaverit; *L. 43. §. ult. ff. de Leg. 1.* quamdiu vero pretium à redempto ſolutum non fuerit, tamdiu redemptor eum jure quaſi pignoris detinere poteſt; *d. l. 2. C. h. t. l. 13. C. eod.* vid. *ſupra §. 16. in quib. cauſ. pign. tacite cont.* nec dimittere tenetur, antequam pretium ſolutum ſit vid. *l. 20. C. h. t.* Stryk. *in uſu mod. § 5. h. t.* Redemptus etiam ab hoſtibus, ſi heres inſtitutus ſit, etiamſi pretium nondum ſolutum ſit, hereditatem tamen adire poteſt. *l. 15. C. de poſtlim. reverſ.* Hinc etiam ex Uxore redempta, ſi enixa ſit, ingenui naſcuntur liberi, nec jure pignoris detineri poſſunt. per *l. 8. C. d. t.* D. Simon. *d. Diſſ. 12. §. 29.* C. J. A. *h. t. th. 17.*

TIT. XVI.

DE RE MILITARI.

Cod. *Lib. 12. Tit. 36. junct. T. 34.*

§. I.

Diviſio Tit. HActenus de Captivis, nunc de Militantibus, ubi duo ſunt conſideranda, ſcil. Subjectum, quod conſtituunt Milites, & Prædicatum eorum, i. e. eorum

Miles quis? jura & privilegia. Eſt autem Miles perſona ab eo, cujus eſt belli gerendi poteſtas, in bellum lecta, in numeros relata, & juramento confirmata. Stryck. *in uſu mod. §. 1 h. t.* Ex qua deſcriptione patet, quod nemo militem conſtituere poſſit, niſi cui eſt poteſtas belli gerendi, vel qui jus majeſtaticum habet. Illa autem poteſtas eſt vel penes ipſum, qui legit vel conſtituit militem, vel apud alium, qui

alii

alii hanc poteſtatem concedit; ſi vero alius, qui belli gerendi poteſtatem non habet, militem conſtituat, ille magnum crimen committere dicitur in *l. 2. §. 1. ff. h. t.*

II. Poſſunt autem Milites eſſe omnes, qui non impediuntur, vel prohibentur. Impediuntur autem, qui vel ob animi, vel corporis vitium, operas militares præſtare nequeunt, quales ſunt furioſi, cæci, muti, ſurdi, claudi, &c. quia ſigna Imperatorum audire & exequi non poſſunt. *l. 13. §. 3. ff. h. t. l. 4. ff. de teſtam. milit.* Prohibentur autem (1) Servi. *l. 11. ff. h. t.* (2) Qui Status controverſiam patiuntur. *l. 8. ff. h. t.* (3) Qui infamia laborant. *l. 4. §. 4. ff. h. t.* (4) Omnes judicio publico damnati, & alii multi, qui recenſentur *in l. 4. l. 8. l. 11. ff. h. t. & t. t. C. qui milit. prohibent.* Alii autem, qui non impediuntur, vel prohibentur, etiam inviti, nomen militiæ dare Jure Rom. vet. coguntur, uti traditur in *l. 4. §. 10. & ſeqq. ff. h. t.* quod noſtris tamen moribus non procedit, uti docent & probant DDres per Receſſum Imperii *de anno 1570. §. Demſelben 4. & ſeqq.* quamvis Principibus & Imperii Statibus competat Jus ſequelæ, *Die Folg.* Mev. *ad Jus Lubec. l. 1. t. 2. art. 1.* Wehner. *Obſ. pr. voc. Folg.* Beſold. *Theſ. pr. d. voc. Folg.* P. Muller. *ad Struv. h. t. infin.* add. Textor. *vol. Diſp. Append. 7.*

III. Jus militare eſt jus ſingulare ratione militiæ conſtitutum; vid. D. Bardili *Diſp. de foro milit. privileg.* D. Ludovici *Einleitung zum Kriegs-Proceſs.* Quod jus vero primo reſpicit diſciplinam militarem, a qua maxime dependet ſalus Reipublicæ, unde Delicta militaria gravius puniuntur; ſunt autem illa vel Propria, quæ committunt milites, qua milites *l. 2. pr. ff. h. t.* Brunn. *ad l. 6. C. de ſalt. n. 5.* vel cum cæteris Communia. *d. l. 2.* Hinc miles, qui in acie prior fugam fecerit, ſpectantibus militibus, capite punitur *l. 6. §. 3. ff. h. t. Reuter Beſtall. 1570. art. 63.* Ferdin. III. *Kriegs-Recht. art. 27.* Miles, qui in bello arma amiſit, vel alienavit, capite punitur. *l. 3. §. 13. h. t.* vid. Feltmann *Reſp. milit. 1. 2. 4. & 5.* nec non qui turbator extitit; *l. fin. §. 1. h.* Item qui ſe ipſum vulneravit aut mortem conſciſcere voluit *l. 6. §. 7. h. t.* hinc qui contumax adverſus Ducem ſuum eſt, per *l. 6. §. 2. ff. h. t.* item qui rem à Duce prohibitam in bello fecit, aut mandata non ſervavit, etſi rem bene geſſerit, per *l. 3. §. 15. ff. h. t.* & denique, qui ſtationis munus reliquit, pro modo delicti punitur per *l. 3. §. 5. ff. h. t.* Hahn. *ad W. h. t. n. 6.*

IV. (II.) Reſpicit Jus militare Privilegia ſingularia militibus conceſſa, nam multa in favorem eorum ſunt introducta (1) Privilegium competentiæ. *l. 6. l. 18. ff. h. t. l. 7. ff. de pecul. caſtrenſ.* (2) Ut militi teſtamentum, non obſervatis ſtricti juris ſolennitatibus, quocunque modo libuerit, facere liceat, ut ſupra ad tit. *de Teſtam. mil.* dictum. (3) Si miles aliquid ſolverit, & dixerit, ſe indebitum ſolviſſe, non tenetur probare, indebitum fuiſſe. per *l. 25. §. 1. ff. de Probation.* (4) Militi non nocet ignorantia juris. *l. 9. §. 1. ff. de Jur. & fact. ignor.* Mev.

Qui imped.?

Qui prohib.?

Jus Militare quid?

Ejus Privileg.

p. 1. dec. 150. n. 3. & p. 4. dec. 218. n. 1. & 2. quæ omnia fuſius tradit Achat. Enenckel. *inſign. Ti. de privil. milit.* P. Muller. *ad Struv. Exerc. 50 th. 42.* Felmann. *deciſ. milit.* & Behaim. *Miles.* it. *ap.* Malcomeſ *Anonym. alias Ludov. ad ff. Weſenb.* Stalburger. *in Decur. Argentorat. 1. Diſp. 7.* Mev *p. 4. dec. 229. p. 8. dec. 92. & 431.* Batil. *D ſp. 6. vol. 8.* Fritſch. *Exerc. jur. publ. vol. 2. Diſp. 15.* Stryck. *in uſu moderno §. 3. & 4.* Schöpffer *n. 15. h. t.*

TIT. XVII.
DE CASTRENSI PECULIO.
Cod. *Lib. 12. Tit. 37.*
§. I.

Caſtr. Pecul. quid?

INter alia Militum privilegia non ultimum eſt, quod miles, ſive in militiam abiens, ſive actu militans, in ſacris paternis conſtitutus, ſibi, non patri acquirat, nec pater ullum jus in iis rebus, quas filiusf. occaſione militiæ vel ex ipſa militia acquiſivit, habeat, illæ autem res propriè dicuntur Caſtrenſe Peculium, quod deſcribi poteſt, quod ſit peculium, continens ea, quæ ratione militiæ ſunt quæſita, & pleno jure ad filiumfam. pertinent. Confer. ſupra *§. 5. uſque ad §. 11. de peculio.*

C. E.

II. Cauſa Efficiens remota hujus peculii ſunt Conſtitutiones Imperatorum, qui hoc ita conſtituerunt, ut adoleſcentes eo melius ad operas militares ſubeundas allicerentur. Proxima eſt acquiſitio ratione militiæ facta, quæ alias extra militiam non contigiſſet; *l. 11. ff h. t.* nec refert, utrum filiusfam. acquiſiverit ex ipſa militia, ſive occaſione militiæ. Hinc non tantum ſtipendia militaria & præda ſpoliaque ab hoſtibus capta; ſed etiam quæ, uti dictum, occaſione militiæ acquiſivit, huic peculio annumerantur, e. g. ſi pater, mater, vel alii cognati in militiam abeunti quid donaverint, *d. l. 11. l. 1. C. h. t.* quod ipſum per identitatem rationis etiam procedere dicit Bach. *ad §. igitur, J. per quas perſonas cuique acq.* licet ipſi ab extraneo quid fuerit donatum.

Requiſita.

III. Requiritur autem, ut donata ſit res mobilis, immobiles, nimirum fundus, domus, &c. caſtrenſi peculio non cedunt, quia illorum in militia nullus eſt uſus; per *d. l un. C h. t. l. 4. C fam. erciſ.* Si vero filiofam. militi vel in militiam abeunti, ob affectionem vel cognitionem caſtrenſem, hereditas delata ſit, etiamſi res immobiles in illa contineantur, nihilominus cedunt caſtrenſi peculio, per *l. 1. & 4. C h. t. l. 5. l. 19 pr ff h. t.* ſecus vero, ſi non ob affectionem caſtrenſ. per *l. 8. ff. h. t.* quod ipſum adeo verum eſt, ut, etſi mater filium militem heredem inſtituens expreſſe dixerit, ut hered. illa ad Pec. caſtrenſe pertinere debeat, hoc tamen non obſtante, adventitio peculio verius adnumeretur, per *d. l. 8. h. t.* quia ad hoc impellitur mater affectione naturali, non caſtrenſi; ſi vero ſemel aliquid acquiſi-

acquiſitum fuerit, licet poſtmodum permutetur, nihilominus caſtrenſe peculium manet. per *L. 1. C. h. t.*

IV. Subjectum P. C. duplex eſt, vel Acquiſitionis, vel Conſervationis: Subj. Acquiſ. Illud, quod peculium Caſtrenſe acquirit, eſt filiusfam. militans ipſo actu, vel in militiam abiens. Requiritur itaque (1) Ut ſit filiusfam. nam Paterfam. non poteſt habere peculium; illi d enim dicitur patrimonium, *L. 182. de V. S.* & quod filiusfam. ſeparatum à rationibus Patris habet, proprio nomine peculium dicitur, & ſi filiusf. Paterfam. factus ſit, ſtatim peculium habere deſinit. *l. ſ. § ſ. C. de inoff. teſt.* (2) Ut vel in militiam abeat, vel ipſo actu militet, in militiam enim abeuntes etiam peculium caſtrenſe acquirere poſſe probatur per *l. 1. C. h. t. l. pen. ff. de teſtam. milit.* nam cingendus habetur pro cincto, id quod quoad milites omnis caret dubio; per *th. 1.* Subjectum conſervationis dicitur, quod conſerva- Subj. Conſ. re poteſt peculium caſtrenſe. Hocque non ſolum conſtituunt militantes, & in militiam abeuntes, ſed etiam à militia dimiſſi, qui illud non quidem acquirere, recte tamen conſervare poſſe dicuntur. Hinc ſi Pater filio militi dimiſſo aliquid donet, hoc non ad Caſtr. pecul. refertur; per *l. 15. pr. ff. h. t.* quod autem filiusfam. ratione militiæ acquiſivit, licet poſtmodum à militia miſſus ſit, tamen illud tanquam caſtrenſe peculium retinet. per *l. 17. § 1. h. t. l. 19. § 2. ff. eod. l. fin. C. de inoff. teſt.*

V. Objectum ſunt res ratione militiæ acquiſitæ omnes, mobiles, & im- Obj. mobiles. *l. 1. C. h. t.* Add. ſupra *§. 3. h. t. & lib. 15. tit. 1 §. 8* Bechmann. *de Acquiſit. h. ll.* Forma & Differentia ſpecifica, qua hoc peculium ab aliis differt, F. & D. S. conſiſtit in eo, quod hoc peculium bona ratione militiæ acquiſita contineat, & pleno jure à rationibus Patris ſeparatum ſit. Duæ itaque ejus ſunt partes: (1) Ut bona ratione militiæ, armatæ ſcilicet ſint acquiſita, (2) Ut pleno jure à rationibus paternis ſint ſeparata, & pleno jure ad filiumfam. pertineant; & quod Pater in illis nihil juris habeat, probatur per *l. 10. ff. h. t. l. 5. C. eod. l. 12. ff. d. t.* Et ſi pater fraude & dolo malo rem caſtrenſem filiofam. abſtulerit, furtum committit, per *l. 52. § 6. ff. de furt.* & rem caſtrenſis peculii ſolvens rem alienam ſolviſſe dicitur in *l. 89. §. 5. ff. de ſolut.* hinc etiam nullam ſervitutem Pater illi peculio imponere poteſt, per *l. 18. §. 5. h. t.* &, ſi ejus nomine actiones movere velit, de rato cavere debet per fidejuſſores, *l. 18. §. ſ. ff. h. t.* Si vero filiusf. caſtrenſe peculium habens annum XXV. non compleverit, tunc Pater rerum Caſtrenſium legitimus eſt Adminiſtrator; Cz. *l. 5. R. 14. n. 6. & 7.* Ad filiumf. vero pertinet hoc peculium pleno jure, i. e. quoad uſumfructum & quoad proprietatem, *l. 6. C. de bon. quæ lib. l. 3. C. h. t.* Unde filiusf. hoc peculium ſuo nomine poſſident *l. 17. § 2. ff. ad municip. l. 4. §. 1. ff. de uſucap.*

Fin. Effect. VI. Finis eſt operarum militarium remuneratio & ad ulteriora officia præſtanda invitatio. Effectus in eo conſiſtit, ut filiusfam. quoad hoc peculium habeatur pro patrefam. *l. 2. ff. de SCto Maced. l. 6. §. f. ff. de injuſt rupt. &c. l. 3 C. h. t.* Unde judicium inter patrem & filium ratione hujus peculii prorogari, *l 4. ff. de Judiciis.* & filiusfam. ratione hujus peculii mutuam pecuniam accipere poteſt; non obſtante SCto Maced. per *d. l. 2. ff. de SCt. Maced* & ſi contraxit cum tertio, nec conſtet, de quo contraxerit, in dubio reſpectu peculii caſtrenſis filiumfam. pecuniam mutuam accepiſſe & contraxiſſe præſumitur, per *l. ult §. 1. C. ad SCtum Maced.* poteſt etiam libere, ſine patris conſenſu & voluntate, alienare, per *l. 2. C. h. t.* non tantum inter vivos, ſed etiam mortis cauſa per teſtamentum, vel legatum, vel aliam ultimam diſpoſitionem; *pr. J. quib. non eſt perm. fac. teſt. l. 7. §. f ff de donat.* Berl. *part. 3. concl. 1. n. 22.* hinc etiam Executio in peculio caſtrenſi fieri non poteſt, niſi in ſubſidium; *l. 4. C. de execut. rei jud.* & ſi Executio fiat, tunc ſemper filiofam. alimenta ſalva ſunt relinquenda, & hoc ratione competentiæ; *l 7. ff. h. t.* nec poſt Patris ſui mortem filiusfam. tenetur peculium hoc ad communem hereditatem conferre; per *l. 1. § 15. ff. de collat.* Si vero filiusfam. peculium caſtrenſe habens inteſtatus deceſſerit, tunc pater J. vet. recipit hoc peculium non jure hereditario, ſed jure patriæ poteſtatis, æque ac ſi ab initio hoc peculium ſibi acquiſitum eſſet, & ſic quaſi jure poſtlim. ad eum revertitur. *l. 1. & 2. ff. h. t. L. 19 §. f. l. 44. ff. de leg. 1. l. 98 §. 3. ff. de ſolut.* Quod tamen jure Novellarum & Moribus noſtris non obſervatur, quibus, ſi inteſtatus deceſſerit, jure hereditario bona caſtrenſia Pater accipit. per *Nov. 118. c. 2.* Stryck. *h. t. & §. 11. ſupra de peculio.* Et tantum de Militantibus.

TIT. XVIII.

DE VETERANIS.

Cod. *Lib. 12. Tit. 47.*

§. I.

Veterani qui? Requiſ. VEterani ſunt, qui, impleto legitimo militiæ tempore, honeſte dimiſſi ſunt, ex qua deſcriptione patet duo requiri: (1) Legitimum Tempus completum, quod eſt ſpatium XX. annorum. *l. ult. C. de his, qui non impl. ſtip. lib. 10. t. 54. l. 13 §. 3. ff. de re milit.* (2) Ut honeſte miſſi ſint. Sunt autem Miſſiones triplices. (1) Honeſta, quæ fit impleto legitimo tempore militiæ. (2) Cauſaria, quæ fit ob aliquot vitium corporis vel animi, ut operas militares præſtare non poſſint. (3) Ignominioſa, quæ fit propter delictum aliquod. *l. 13. ff. de re milit.*

Privil. eor. II. Gaudent etiam hi Veterani multis Privilegiis: (1) Quod ab omnibus oneribus perſonalibus ſint immunes; per *l. 1. l. 2. ff. h. t. l. f. C. de his, qui non impl. ſtip.* à realibus vero non item. *l. 2. §. 1. h. t.* (2) Eximuntur plebejorum numero,

mero, & honeſtiorum Virorum ordini accenſentur, & gaudent iisdem fere privilegiis cum Decurionibus, unde nec fuſtibus cædi, nec beſtiis projici poſſunt. *L. 1. & 3. C. h. t.* Add. P. Muller. *ad Struv. h. t. th. 44.* C. J. A. *h. t. §. 2.* Stryk. U. M. & Schupffer. *n. 4. h. t.* Mev. *p. 3. dec. 72. & p. 4. dec. 273.*

LIBER L.

AD MUNICIPALEM ET DE INCOLIS.

Cod. *Lib. 10. Tit. 38. & 39.*

§. I.

AGitur in hoc Lib. L. ff. de Juribus Municip. ad tit. uſque ejusdem XII. Duæ igitur tituli præſentis ſunt partes: (1) de Municipalibus, (2) De Incolis. Ad municipalem hic quidam ſubintelligunt legem, qui tamen ob id recte reprehenduntur à Cujacio, qui dicit eſſe ſubintelligendum Civem. Partes hujus Tit.

II. Olim apud Romanos jus Civitatis maxime æſtimabatur, & certis privilegiis concedebatur, & quidem partim pleno gradu, i. e. quoad honores ſimul, aliis remiſſo gradu, ſc. quoad communionem ſucceſſionis, connubiorum, commerciorum. Unde municipia dicuntur, & municipes quaſi munerum participes. *l. 1. §. 1. h. t. l. 18. de V. S.* Poſtea vero Conſtit. Anton. omnes Imperio ſubjecti Cives Romani facti in remiſſiori gradu, *l. 17. ff. de Stat. homin.* ſupra *lib. 1. t. 5. §. 21.* tandem omnes Civitates Romæ ſubjectæ municipes appellabantur. Hodie Municipes dicuntur inferiores Civitates Principibus ſubjectæ; Reinkingk. *de Regim. ſec. & eccl. L. 1. cl. 4. c. 20. n. 3.* & diſtinguuntur ab Imperii Civitatibus. Jus Civit. quom. olim æſtimatum? Quom. hodie?

III. Municipes itaque *in h. t.* ſunt, qui in inferioribus Civitatibus ſuffragiorum & honorum ſunt participes, & munera ſubeunt civium. Stryck. *in uſu mod. §. 1.* & Voet. *n. 2. h. t.* Hodie generalius Cives cujusque civitatis, *l. 228. de V. S.* Hi autem naſcuntur, vel fiunt. Naſcuntur vel nativitate vera, vel ficta ſeu quaſi. Vera jus civitatis conſequuntur, qui ex Patre cive nati ſunt; non itaque ex perſona matris, ſed tantum Patris id conſequuntur, *per l. 1. §. 2. h. t. l. 3. C. ad municip.* D. Bardili *Exerc. 41. C. F. 2.* Niſi quidam in ſpecie excipiantur, quales ſunt. (1) Qui legitimum non habent Patrem; *l. 9. h. t. l. 24. ff. de ſtat. hom.* Hi enim domicilium matris ſequuntur. Eckolt. *ad ff. h. t. §. 4.* Stryck. *§. 3. h. t.* (2) Si filius apud hoſtes conceptus ſit. *L. 1. C. de Poſtlim. reverſ.* (3) Interdum etiam per ſpeciale privilegium, de quo *l. 1. §. 2. h. t. l. 22. 29. 61. 62. C. de Decurionib.* agunt. Stryck. *§. 4. & 8. h. t.* Municipes qui? Except.

IV. Cum autem requiratur regulariter, ut, qui jus civitatis conſequi volunt, à Patre cive nati ſint, eo ipſo excluditur locus nativitatis, qui non ſufficit, ſed neceſſe eſt, ut talis ſit locus, in quo Pater domicilium & originem habet, hinc Q. ſi quis Quis locus attend.?

quis naſcatur tranſeundo, an eo ipſo civis fiat ejus loci, ubi naſcitur? Quod quidem affirmat Perez. in *Cod. tit. de Originar.* ſed contrarium verius eſſe patet ex *d. l. 3. C. de Municip.* Carpz. *p. 1. dec. 1.* Matth. de Afflict. *decis. 384.* Stryck. *§. 5. h. t.* Jus autem Civitatis, quod nativitate quis acquirit, Jure Civili immutabile eſt: *Das ererbte Burger-Recht*, uti loquitur Ord. Prov. Wurt. *p. 319. §. 1.* proprie enim loquendo jus civitatis hereditate non tranſit, etiamſi in alio loco domicilium conſtituat, *l. 4. C. de municip. & arg. l. 6. pr. ff. h. t.* Verum poſtquam Provinciæ jure hereditario Statibus Imperii ſunt conceſſæ, aliud obtinet, & per domicilii tranſlationem jus civitatis ſimul transferri poſſe dicendum eſt. Gail. *l. 2. Obſ. 36. n. 7.*

Quom. Qt. Nat.? V. Quaſi nativitate acquiritur jus civitatis (1) per Adoptionem, quo ipſo tamen jus civitatis ordinarium non tollitur, ſed potius novum jus civitatis adjicitur, per *l. 15. §. 3. h. t.* ita, ut in utroque loco jus civitatis habeat; *l. 17. §. 9. ff. eod. l. 7. C. de Adopt.* Struv. *Exerc. 9. th. 17. & 18.* ibique Müller. Stryck. *§. 8. h. t.* (2) Per manumiſſionem, manumiſſus enim in eo loco fit civis, ubi Patronus; *l. 1. pr. h. t. l. 7. C. de Incol. l. 22. §. 2. ff. h. t.* ubi tamen notandum, quod ſtricte reſpiciendum ſit ad perſonam manumittentis; ſi itaque quis ex cauſa fideicommiſſi ſit manumiſſus ejus conditione ſequitur, qui libertatem præſtit, non qui dari rogavit *l. 2. C. h. t.*

Cives quom. fiunt? Aſſumptio quid? VI. Fiunt Cives per aſſumtionem ſeu allectionem, *l. 1. pr. ff. h. t. l. 7. C. de Incol.* Eſt autem Aſſumptio hoc loco in numerum civium receptio, & juris civitatis conceſſio, quod in inferioribus civitatibus facere poteſt, *der Rath*, non quidem jus civitatis conſtituere, quod ad Regalia pertinet; verum in numerum civium recipere. In Duc. Wurt. concedunt jus civitatis *die Amt-Leute und Gericht*, O. P. W. *t. 2. pr. §. 2. & 3.* ſic tamen de Extraneis recipiendis controverſia oriatur, Princeps poteſtatem decidendi ſibi reſervavit *§. 2. d. t.* & Sereniſſimus Princeps etiam promiſit, ſe nolle civitatibus citra illarum conſenſum, & citra ſufficientes rationes novos cives obtrudere. d. O. P. W. *p. 319. §. 1.* vid. D. Schweder. *in Jur. publ. Sect. 1. c. 18. n. 2.*

Qui prohib.? VII. Aſſumi autem poſſunt regulariter omnes, qui non in ſpecie reperiuntur prohibiti. Prohibentur autem (1) Hæretici declarati tales, *arg. l. 2. & 4. C. de Haret.* Myns. *C. 2. Obſ. 43.* Stryck. *§. 6. h. t.* (2) Judæi, illos enim recipiendi poteſtas hodie in Imperio noſtro ad Regalia refertur, per *tit. 9. Aur. B.* O. P. de an. 1548. *tit. vom Juden und ihrem Wucher. 20.* & de an. 1577. *t. 20. pr.* Sixt. *de Regal. l. 1. c. 5. n. 19.* Blum. *P. C. tit. 34. n. 128.* Stryck. *in d. m. §. 7. h. t.* (3) Banniti ſive proſcripti. O. C. *p. 2. t. 10. & 12.* (4) In Duc. W. Wallones & Sabaudi, qui abſque ſpeciali Principis conſenſu non admittuntur. O. P. W. *t. 2. §. 3.* Qt. An etiam ſpurii ſint recipiendi (de acquiſitione quid in ſpuriis obtineat, ſupra

§. 8.

§. 5. h. t. dictum eſt.) Aliena arg. *C. ueſ. 5. diſt. 56. l. 6. ff. de Decur.* In ſingulari aliquo Statuum Provincialium hujus Ducatus Receſſu cautum reperitur, quod Seren. Princeps jus habitandi in civitatibus Nobilibus non facile velit concedere, eo quod onera, præſertim perſonalia, ſubterfugiant, nec jus civitatis accepient. Belold. *ad Ord. P. W. t. 2. n. 19.* Stryck. *§. 6. h. t.* (5) Aliorum Statuum cives & ſubditi, antequam à Dominis ſuis prioribus dimiſſi ſint. *t. 16. Aur. B. von Pfahl-Burgern* quaſi *falſchen Burgern*, & ibi Arumæus ac Rumelin. Diſſ. *de Pace Imp. publ. lib. 1. c. 10. n. 44. ſeqq.*

VIII. Hinc hodie (1) legitimum diſceſſus teſtimonium requiritur antequam recipiantur, quod vocatur *Mann-Recht*, O. P. W. *d. t. 2. §. 1.* quæ tamen literæ differunt à literis teſtimonialibus legitimæ nativitatis, *Geburtheſ Brief*, uti videre eſt in J. P. W. *p. 1. t. 6. § Weiland ꝛc. am drittem. p. 33.* Stryk. *§. 6.* vid. ſupra *§. 20. de ſtat. hom.* (2) Similiter hodie etiam nemo recipitur, niſi certam pecuniæ ſummam ſolverit, quæ etiam vocatur *Burger-Recht, Burger Geld. d. pr. t. 2.* O. P. W. Stryck. *§. 4. h. t.* (3) Requiritur, ut juramentum præſtet, cujus formulam vid. in O. P. W. *d. pr. t. 2. verb. Erb-Huldigung*, Stryck. *§. 2. & 3. h. t.* (4) Ut poſtmodum receptus matriculæ civium inſcribatur. *d. t. 2. §. 1.* O. P. W. Quicunque ita vel nati vel facti ſunt cives, gaudent omnibus civitatis illius juribus & privilegiis, munera etiam ſubire tenentur, de quibus Tit. ſeqq. hujus libri. Requiſ. recep. jur. Civ. Effect.

IX. Ad contraria pertinet Reſignatio, Stryck. *Diſſ. de reſignat. jur. civitatis.* huic enim juri per Aſſumptionem acquiſito renunciari poteſt. *L. 1. C. de Incol.* Hodie omnibus Imperii ſubditis Emigratio conceſſa eſt vi Pacis Religionis, *§. Wo aber unſer* ita ut pretium ſolvant, quod vocatur *Abzug der Leib-Eigenſchafft und Nachſteuer.* J. P. Oſnabr. *Art. 5. § 34. & ſeqq.* Deckerr. *in Conſult. for. c. 32. & 33.* Simon. *Diſſ. de Jure Emigr. c. 2. th. 2. & ſeq.* Requiritur autem, ut hoc tempeſtive, ſine dolo malo & fraude, fiat, Struv. *h. t. th. 50.* Mev. *p. 3. dec. 346. n. 2. 3.* non ad evitanda onera, quæ cuilibet incumbunt, propter commoda percepta. *L. 30. h. t. arg. l. 65. §. 1. ff. pro ſocio.* Legitime autem facta renunciatio liberat ab omnibus oneribus. Hodie multis in locis tales reſignantes vel emigrantes Cenſum, *den Abzug*, ſolvere tenentur, quibusdam in locis ſextam aliis 14tam, aliis decimam partem, quod tamen regulariter ceſſat, ubi Emigratio fit ex neceſſitate, etiam ſectæ prohibitæ. Simon. *part. 2. Diſſ. 11. d. th. 2. num. 5. & ſeqq.* ubi plures cum præjudicio Cam. allegat. Stryck. *§. 15. h. t.* In Duc. Wurt. unusquisque libere poteſt emigrare, nec quicquam emigrationis nomine ſolvere tenetur, quod paucis in locis ita obſervatur. O. P. W. *t. 4.* Si tamen extraneus, qui extra Ducatum eſt, civi Wurt. ſuccedat, & bona extra Ducatum transferre velit, cenſum hunc ſolvere tenetur, niſi ſingulares conventiones inter Ducat. Contraria.

Wurt. aliud contineant, vel conſuetudine aliud obſervetur; alias enim decima pars hereditatis hoc nomine relinquenda eſt. Profeſſores tamen, Syndicus, & Notarii Univerſitatis Tubingenſis, per ſingulare privilegium, etiam ab hoc eximuntur, eorumque liberi ac nepotes per ſingulare reſcriptum Ducis Johannis Friderici de dato 13. Aprilis Anno Chriſti 1608. add. Engelbr. & Schulter. *ad ff. h. t.* Schroter, *Diſp. de gabella de tract. atque emigrat.* Rhet. *de Sarcin. emigr.* Coccej. *Diſp. de jure decimar.* Thomaſii, *Diſp. de Jure detract.* add. D. Harppecht. *Diſp. de aere alieno a cive novello vel abituriente ſolvendo. & C. 44.* (2) Jus civ. adoptione quæſitum Emancipatione ſolvitur. *l. 16. ff. h. t.*

Incolæ qui?

X. In Secunda hujus tituli parte agitur de Incolis, qui in civitate domicilium conſtituerunt, ſed jus civitatis non impetrarunt, nec jus ſuffragii & honorum ſunt conſecuti: In lata quidem ſignificatione etiam Incolæ cives dicuntur in *l. 22. §. 2. ff. h. t.* verum proprie tales ſunt, & ex domicilio incolæ dicuntur. per *l. 239. §. 2. ff. de V. S.* Struv. *h. t. th. 51.* Add. ſpecialis Diſp. Malcomeſii *apud Anonym. ad Weſenbec. h. t.* Stryck. *§. 9.* Joh. Voet. *n. 2. cum ſeqq. h. t.*

Domicilii diviſio. Commune quid? Proprium quotuplex. Naturale quid? Accidentale quid?

XI. Domicilium autem à Doctoribus varie dividitur: (1) In Commune & Proprium. Commune eſt, quod omnes Imperii ſubditi Romæ habere dicuntur. Carpz. *lib. 2. R. 21. n. 2. & ſeqq. l. 33. ff. h. t. l. 2. §. 3. 4. 5. ff. de Judic.* Sed hoc domicilium commune cum ipſa Status mutatione exolevit. ſupra *lib. 5. t. 1. §. 42.* D. Bardili, *Exerc. 41. C. F. 1.* Proprium iterum eſt vel Naturale, vel Accidentale. Illud eſt, quod quis nativitate conſequitur in loco, ubi Pater originem vel domicilium habet. Hoc eſt, quod quilibet ſibi propria voluntate conſtituit, & dicitur Aſcititium, *l. 31. ff. h. t.* atque intelligitur in hoc titulo, nihilque aliud eſt, quam habitatio, perpetuo permanendi gratia, in aliquo loco conſtituta. *l. 7. C. de Incol.* Attamen ſola rerum poſſeſſio ad hoc domicilium conſtituendum non ſufficit. *l. 17. §. 13. & 1. h. t. l. 4. C. de Incol.*

Requiſita domicil. conſtit. (1) (2)

Requiruntur igitur ad domicilium conſtituendum duo: (1) Habitatio, ſola enim animi deſtinatio non ſufficit. *d. l. 7. C. de Incol.* Unde in *l. 20. h. t.* domicilium dicitur transferri Re & Facto. (2) Animus ibi perpetuo manendi, *d. l. 7. C. de Incol.* & ex hoc animo imprimis judicatur domicilium conſtitutum. Carpz. *p. 1. c. 5. d. 18. n. 8.* Hic autem animus declaratur vel verbis, vel factis: Verbis ſi declaretur, res caret controverſia, quia ſtatim domicilium contractum cenſetur. Carpz. *lib. 2. tit. 21. n. 15. & ſeqq.* Mev. *ad Jus Lub. l. 1. t. 2. ad inſcript. n. 38.* Si vero quis animum non declaravit verbis & expreſſe, tunc præſumitur ex factis, conjecturis, circumſtantiis.

Qu.

Qu. autem ex quibus factis? de iis videri poteſt *l. 27. §. 1. h. t.* Cz. *d. tit. n. 16. ſq.*

Animus permanendi unde præſum.?

nec ſufficiet habere in aliquo loco ignem & focum, *Rauch und Feuer.* Cz. *d. l.* Si tamen quis aliquo in loco majorem fortunarum ſuarum partem collocaverit, & ſimul

ſimul familiam inſtruxerit, (nam ſola collocatio non ſufficit) inde præſumitur & probatur animus permanendi, *arg. l. 2 C. ubi Senatores*. Carpz. *d. l. n. 22* Stryk. *§. 9. & 10. h. t.* D. Bardil. *Exerc. 41. C. F. 6. & 8.* Si itaque per aliquod temporis ſpatium, etiam ultra decem annos quis in loco aliquo commoratus ſit, ex. gr. ſtudiorum cauſa, non tamen propterea domicilium contraxiſſe dicendus eſt. Errant igitur, qui exiſtimant, domicilium decem annis præſcribi; præſcriptio n. non eſt modus domicilium conſtituendi, ſed dominium acquirendi, & niſi aliæ conjecturæ acceſſerint, exinde nihil concluditur, & hæc eſt ſententia *l. 2. C. de Incol.* ex qua diſſent. contrarium elicere conantur, in illa enim cum prioribus verba ſqq. (*Sedes ibi conſtituerint*) ſunt conjungenda. Ca. *lib. 2. n. 23.* Franzk. *ad tit. de Jud. n. 31.* Add. ſupra *d. l. 5. t. 1. §. 45.* & B. Parens, *vol. 2. Diſp. 6.* P. Muller *ad Struv. h. t. th. 52. lit. a.*

XII. Poſſunt autem domicilium conſtituere omnes, qui rationis uſu non deſtituuntur. Perez. *in Cod. Tit. de incol. n. 10.* Sive ſint patres ſive filiifam. *l. 34. & ſeqq. h. t.* Uxor conſequitur domicilium ex perſona mariti, *l. ult. §. 3. h. t.* quo ipſo tamen ſponſa excluditur, quæ ante contractas nuptias non mutat domicilium; *l. 32. eod.* quamvis enim etiam ſponſa interdum uxor dicatur, hoc tamen fit improprie, & ſolummodo iis in caſibus, ubi leges ejus faciunt mentionem. Idem dicendum eſt, ſi Matrimonium non ſit legitimum. *l. 37. §. 2 h. t.* Hodie itaque, antequam ſacerdotalis intervenerit benedictio, ſponſa ſui ſponſi domicilium non conſequitur, matrimonium enim contrahitur in ipſa ſacerdotali benedictione, & conſenſus, qui præcedit, tantum ſponſalitius eſt, Ca. *l. 2 R. ſ. 14. n. 16. & ſeqq.* & hoc domicilium etiam, marito mortuo, vidua retinet, *l. ſ. C. de Incol. l. 22. §. 1 ff. h. t.* Si vero ad ſecunda vota tranſierit, tunc primi mariti domicilium amittit, & ſecundi domicilium ac dignitates conſequitur, *d. l. ſ. C. de Incol.* Add. ſupra *lib. 23. tit. 2 de R. N. §. 18.* Qui Domicil. conſt. poſſint. Ex. ip. ſponſa Quid hodie?

XIII. Domicilium etiam conſtituere quis poteſt, quocunque in loco voluerit, niſi ſpecialiter prohibeatur; *l. 31. h. t.* adeo ut plura Domicilia diverſis in locis quis poſſit conſtituere; quod quamvis ſit difficile, non tamen eſt impoſſibile, *l. 6. §. 2 L. 27 §. 2. ff. h. t.* Et teſtatur Carpz. *d. lib. 2. Reſp. 24.* quod nonnulli Nobiles quatuor domicilia diverſis in locis ſibi conſtituerint. Fieri etiam poteſt, ut quis nullo in loco domicilium habeat, per *d. l. 27 §. 2 h. t.* v. g. ſi quis naviget domicilio relicto. Sic etiam Vagabundus ſine domicilio eſt, naturale tamen domicilium retinere cenſetur in illo loco, ubi Pater domicilium habuit, quamvis naturale domicilium moribus noſtris mutabile ſit, uti *ſupra n. 5* dictum, id quod tum demum procedit, ſi quis habitationis domicilium ſibi conſtituerit. Carpz. *lib. 2. Reſp. 25. & lib. 6. Reſp. 40.* Add. Thomaſii *Diſp. Lipſ. de Vagabund.* Ubi conſtit.

XIV. Hoc domicilio conſtituto, & jure civitatis non impetrato Incola Effectus.

 quis

quis efficitur, & quidem ita, ut non ſit ſuffragii & honorum particeps: Attamen commerciorum, connubii, &c. communionem habet, proinde ad civilia munera compelli poteſt; *L. 29. h. t.* cui non refragatur *Lex 3. C. de Incol.* in illa enim verba (*veluti incolas*) non ad præcedentia; ſed ad ſequentia verba pertinent, niſi quis ſpeciali conceſſione ſit exemptus. Mev. *p. 2. dec. 47. part. 3. dec. 309. & p. 4. dec. 83. junct. p. 6. dec. 109.* Stryck. §. 9. *h. t.* D. Bardili, *Exerc. 41. C. F. 13. & 37.* D. Harpp. *C. 62. n. 71. & ſeqq.* add. Joh. Voet. *n. 3. ubi differ. exhibet.*

TIT. II.
DE DECURIONIBUS ET FILIIS EORUM.

Cod. *Lib. 10. Tit. 31. 33. & 46. Nov. 38.*

§. I.

Decuriones unde dicantur? Definitio.

INter Municipes & Cives primum locum tenent Decuriones, qui ita dicuntur à decima parte; nam Romani in Coloniis deducendis decimam eorum partem, qui deducebantur, conſilii publici gratia conſcripſerunt, per *l. 239. §. 5. de V. S.* Sunt itaque Decuriones, qui in municipiis conſilio publico præpoſiti, & quaſi ſuæ curiæ Senatores ſunt; quod enim Romæ erant Senatores, illud in municipiis erant Decuriones; *l. 33. ff. h. t.* non enim erant Magiſtratus qua tales, ſed conſilio publico præerant, nec Juriſdictionem habebant qua tales, ſed ex illis magiſtratus eligebantur, ut Duumviri, qui correſpondebant Conſulibus Romæ. Dn. de Lyncker. *in Analect. ad Struv. h. t.*

Quomod. electi. An ſpurii?

II. Cœtus Decurionum Ordo vel Curia vocatur, unde curiales dicti, *l. 2. C. h. t.* Hi eligebantur ab ipſo ordine à Duumviris convocato; *d. l. 2.* & omnes eligi poterant, qui in ſpecie non prohibebantur, etiam Spurii, quia non impedienda ejus dignitas, qui nihil admiſit,; *l. 6. ff. h. t.* ibique Brunn. quod tamen tunc demum procedit, ſi non concurrant legitime nati; etenim tantum in defectum legitimorum liberorum ſpurii eliguntur, *l. 3. §. 2. ff. h. t.* vid. ſupr. *§. 32. de his qui not. infam.* Stryck. *§. 2. h. t.*

Quid hodie?

Hodie tamen in bene conſtitutis Rebuspublicis ſpurii ad Senatorium ordinem non admittuntur; & quamvis Gabriel Palæottus *in Tr. de Nothis & ſpuriis* defendere conetur, etiam ſpurios virtute præditos admittendos eſſe, contrarium tamen moribus noſtris in bene conſtitutis Rebuspubl. obſervatur; ſicuti teſtatur Palthaſ. Conrad. Zahn. *in ichnograph. municipali, c. 15.*

De Parentib. Reis delict. publ. De literar. inexpertis.

Sic etiam admittuntur ad Decurionatum, quorum Parentes delictorum publicorum rei vel condemnati ſunt, *l. 2. §. 7. ff. h. t.* ratio habetur in *l. 26. ff. de pœnis.* Nec excluduntur literarum inexperti; *l. 6. C. h. t.* modo alias rerum periti ſint; ubi tamen notandum, quod hoc textu literarum periti non excludantur: Errant igitur vel maxime illæ Respubl. quæ Licentiatos, Doctores, &c.

&c. ab hoc ordine excludunt, & fratribus ignorantiæ ſalutem Reipubl. committunt. Zahn. *d. Tr. c. 22.* Stryck. *§. 5. h. t.*

III. Excluduntur autem & prohibentur (1.) Minores 25. annis licet ſuffragia non ferant, *l. 6. §. 1. h. t.* & ſenio confecti; *l. 11. h. t.* item (2.) Infamia notati; *l. 8. C. l. 6. §. 3. ff. h. t.* (3.) Etiam non facile Pauperes admittuntur, & divites illis præferuntur, cum non præſumantur ita facile inhiare muneribus, deinde divites magis amare patriam cenſentur, utpote qui ob maximum eorum intereſſe omnibus modis Rempubl. adjuturi ſunt, denique ne dignitas & ſplendor ordinis rei familiaris anguſtia obſcuretur. Hinc in *l. 26. C. h. t.* dicitur, quod digniſſimi meritis & facultatibus eligendi ſint; quod tamen cum mica ſalis accipiendum, ſi ſcilicet concurrant pauperes & divites, & ratione virtutum pares ſint: ſin ſecus, virtute præditus pauper merito diviti vitioſo eſt anteferendus, & ſic cum Themiſtocle eligendum virum pecunia potius, quam virtute, carentem exiſtimamus. (4.) Denique excluduntur Publicorum criminum rei *d. l. 8. §. 3. ff. h. t.* Neque (5.) hodie Judæi. *l. ult. C. de judæis.* Add. Engelbr. *h. t. th. 3.* C. J. A. *h. t. th. 3. in fin.* Stryck. *§. 2. h. t.* — *Qui excludantur?*

IV. Officium Decurionum in eo conſiſtit, ut reditus Civitatis adminiſtrent, ſtudeantque tranquillitati & commodis civitatis; unde muneribus variis erant obſtricti, pro quibus viciſſim varia ipſis privilegia ſunt conceſſa. Hinc liberi naturales Curiæ oblati legitimi reddebantur; *l. 3. C. de naturalib. libb.* item torqueri non poterant, & alia plura, de quib. vid. *l. 5. ff. h. t.* ibique Brunn. P. Muller. *ad Struv. h. t. th. 57. in fin.* Stryck. *§. 1. h. t.* Quod ſi autem ſua ſponte hæc onera nollent ſubire, a Præſidibus cogebantur; *l. 1. h. t. l. 9. de muner. & honor.* quandoque etiam ſumtus & damna reſtituere tenebantur. *l. 20. & 51. C. h. t.* Quod tamen hodie non obſervatur, & licet Magiſtratus Municipales cum Decurionibus comparentur maxima tamen in multis eſt differentia, ut argumentum à Decurionibus ad Senatores noſtri temporis tunc demum procedat, ſi non adſit diſpar ratio & conſuetudo contraria. Mev. *ad J. lib. 1. t. 1. n. 18. & ſeqq.* P. Müller. *ad Struv. th. 56. h. t. lit. y.* Stryck. *§. 1. h. t.* — *Officium Decur.* — *An ad id hodie cog.?*

TIT. III. DE ALBO SCRIBENDO.

§. I.

INter Decuriones erat etiam certus ordo, de illorum itaque electione, ordine & præeminentia ut conſtaret, illorum nomina in Album redigebantur, de quo agitur in *hoc tit.* & olim triplex fuit, de quo C. J. A. *h. t. §. 1.* In hac autem nominum deſcriptione obſervabatur lex municipalis, ceſſante a. lege municipali primo loco inſcribebatur ille, qui majora munera adminiſtrabat, *l. 2. ff. h. t.* poſtmodum præferebantur Duumviri, & ex illis, qui pares erant, eligebatur tempore — *Origo inſcript.* — *Quom. inſcrib.?*

re prior. & hic ordo etiam in dicendis Sententiis obſervabatur. *l. 1. §. 1. ff. h.* ibique Brunn. Dn. de Lynck. *in Ann. h. t. v.* Bardili *Ex. 47. C. F. 21.* J. Voet. *h. t.*

TIT. IV.

DE MUNERIBUS ET HONORIBUS.

Cod. *Lib. 10. Tit. 40. & 41. Nov. Leon. 10.*

§. I.

Connexio Tit. PRoxime dictum eſt, quod Municipes dicantur quaſi munerum participes, & quod Incolæ munera civilia ſubire non teneantur, ea propter ſtatim materia de Muneribus & Honoribus explicatur in hoc tit.

Notatio voc. Mun. II. Notationem Vocabuli Muneris explicat Tab. *in Tr. de Metat. p. 2. c. 1. th. 1.* *ubi oſtendit Veteribus dictum eſſe a mœnis & monibus.* Muneris autem vocabulum varie accipitur, uti videre eſt in *l. 18. l. 194. de V. S.* in genere vero dicitur, quod vel ex liberalitate vel ex neceſſitate præſtatur, per *l. 214. de V. S.* quorum tamen illud, quod ex liberalitate præſtatur, in ſpecie dicitur donum, hoc vero, quod ex neceſſitate, proprie & frequentius Munus dicitur, *d. l. 214. de V. S. in fin.* & hæc ultima ſpecies hujus loci eſt. *Definitio.* Munus itaque in hac propr. ſign. nihil eſt aliud, quam quod publica autoritate coacti ſuſcipere tenemur; Sive ut illud JCtus definit in *d. l. 214. de verb. ſign.* quod ſcil. neceſſario obimus lege, more, imperiove ejus, qui jubendi habet poteſtatem. D. Bardili *Exerc. 41. C. F. 10.*

Diviſio. Perſonale quid? Hujus Subd. vel in publ. & priv. III. Munus dividitur in tres ſpecies, nim. perſonale, patrimoniale & mixtum. Perſonale dicitur, quod perſonæ inhæret, & corporis labore & animi ſollicitudine expeditur. Exempla habentur in *l. 1. §. 3. & l. 18. § 1. ff. h. t.* Hoc Perſonale iterum dividitur ratione finis in Publicum & Privatum. in *l. 14. § 1. ff. h. t.* Omne ſiquidem munus publica authoritate imponitur, & ſic, ratione cauſæ efficientis, omne munus Publicum eſt, & ita accipienda eſt *l. ex 18. § 26. ff. h. t.* ubi dicitur munera omnia eſſe publica, Privata autem dicuntur, quæ principaliter ad privatorum ſpectant utilitatem, qualia ſunt tutela & cura, hæc enim ratione finis pupilli commodum concernunt; *l. 18. pr. l. 1. §. ff. h. t.* minus principaliter tamen etiam publica dici poſſunt. *pr. Inſt. de excuſ. tut. l. 2. § 2. qui pet. tut.* Publica vero dicuntur ratione finis, quæ principaliter propter publicam utilitatem imponuntur; *l. 14. § 1. ff. h. t.* ubi tamen notandum, quod adminiſtratio Reipubl. in hoc textu non formaliter, ſed quoad effectum virtualiter accipiatur. Unde etiam hæc munera Reipubl. munera dicuntur in *l. 6. § 15. ff. de excuſ. tutor.* *Subdiviſ. publ. Mun. Honorata quæ?* Hæc publica munera iterum dividuntur in Honorata, & Inhonorata. Illa dicuntur uno verbo honores in *l. 6. § 3. ff. h. t. l. 14. pr. l. 18. § 2. ff. eod.* Stryck. *§. 1.* J. Voet. *n. 1. h. t.* Honores autem ſunt munera perſonalia Rempublicam adminiſtrandi, (*ſcil. formaliter*) cum titulo ſeu gradu dignitatis conjuncta. Hæc deſcriptio deſumpta

ſumpta eſt ex *l. 14. pr. ff. h. t.* talis honor eſt Decurionatus, *l. 5. de vacat. mun.* Duumviratus, defenſio Civitatis, officia Ædilium & ſimil. Magiſtratuum. *l. 12. ff. h. t.* Hæc iterum ſunt vel præſtantiora, vel ſilia & ſordida, in genere autem Inhonorata dicuntur, quæ ſine dignitate & gradu ſunt.

Inhonorata quæ?

Præſtantiora ſunt, quæ animi ſollicitudine potius, quam corporis miniſterio & labore expediuntur, & hæc aliquem honorem gerentibus conciliant.

Sordida quæ?

Sordida vero dicuntur, quæ potiſſimum corporis miniſterio & labore expediuntur, qualia ſunt excubias agere, de quibus in *l. 12. l. 13. l. 14. C. de excuſat. muner. l. 12. C. de Propoſ. ſacr. cubic.* Hanc diſtinctionem etiam ita explicat Gail. *2. obſ. 52. n. 7.* Add. Beſold. *Theſaur. pract. voc. Beſchwerbrden.* P. Muller. *ad Struv. h. t. th. 65. lit.* B.

Patrimonialia ſeu realia quæ?

Patrimonialia, quæ etiam realia dicuntur, ex patrimonio vel ex bonis & ab illorum poſſeſſoribus præſtantur, & rei inhærent; *l. 1. §. 3. ff. h. t. l. 6. §. 4. l. 18. §. 8 ff eod.* talia ſunt tributorum exactiones, *l. 5. §. 1. ff. h. t.* munus hoſpitis recipiendi. *l. 3. §. 14. ff. h. t.* quod Græci vocant metatorum munus. Klock. *de contribut. c. 17. n. 206.* Viarum publicarum munitio, prædiorum collationes. *5. C. de munerib. patrimon. l. 3. §. 11. ff. h. t. l. 11. ff. de vacat. muner.* Tabor. *de Metat. p. 2. c. 1. th. 13.*

Quom. hæc divid.?

Hæc patrimonialia ſive realia munera ratione cauſæ impulſivæ iterum dividuntur in Ordinaria & Extraordinaria. Omnia hæc munera imponi debent propter neceſſitatem vel utilitatem publicam. *l. 1. C. de metab. non excuſ.* Hæc autem neceſſ. vel utilitas eſt vel Ordinaria, vel Extraordinaria.

Ordin. quæ?

Quæ ob neceſſitatem ordinariam vel Reipubl. utilitatem. v. g. ad ſalaria Adminiſtratoribus præſtanda imponuntur, Ordinaria, quæ vero propter neceſſitatem vel Reipubl. utilitatem Extraordinariam, ſubito ſcil. ſupervenientem, indicuntur, Extraordinaria vocantur, de quibus in *l. 1. §. 5. ff. de vacat. muner. l. 1 C. eod.*

Extraordin. quæ?

Deinde hæc munera vel ſimpliciter rebus imponuntur, nullo perſonarum & poſſeſſorum habito reſpectu. Quædam vero rebus quidem imponuntur, ſed habito quoque perſonarum reſpectu. Priori caſu imponuntur, ſive Perſonæ privilegiatæ ſint, ſive non, ſive cives, ſive incolæ. Poſteriori modo imponuntur, modo poſſeſſores ſint cives, ſive incolæ; ſecus ſi forenſes, quæ differentia proponitur à JCto in *l. 6. §. 4. & 5. l. 18. §. 21. & ſeqq. ff. h. t.*

Mixta quæ?

Mixta munera dicuntur, quæ perſonæ operam & ſumptum requirunt, uti exemplis illuſtratur in *l. 18. §. 26. & 27. ff. h. t.* Stryck. *§. 2. & 3.* Joh. Voet. *n. 3. h. t.*

C. E.

IV. Cauſa Efficiens horum munerum eſt impoſitio & indictio ejus qui indicendi & imponendi poteſtatem habet; unde in *l. 214. in pr. de V. S.* dicitur, quod munus proprie ſit, quod neceſſario obimus, lege, more, imperiove ejus, qui jubendi habet poteſtatem. Quis autem indicendi poteſtatem habeat, illud generali regula definiri nequit, ſed hic diſting. inter diverſas munerum ſpecies, ſic

poteſtas

poteſtas imponendi tutelam vel curam etiam penes inferiores magiſtratus eſt, quibus hæc poteſtas ſpeciali lege de jure civili conceſſa eſt. *l. 6. §. 2. de tutel.* Sed noſtris moribus hæc poteſtas annexa eſt ordinariæ Jurisdictioni. ſupra *Tit. de Jurisdict. §. 14.* Perſonalia munera imponunt etiam inferiores magiſtratus, v. g. ſi ad magiſtratus officium creatus recuſet, officio Præſidis compellitur *l. 9. ff. h. t. l. 15. §. 1. ff. de vacat. muner.* Patrimonialia autem indicendi poteſtas ad Majeſtatem pertinet, & ad Regalia refertur, nam in hiſce tributis Reipubl. nervus conſiſtit. *l. 1. §. 20. ff. de quæſtion.* Hinc apud Veteres hæc indicendi poteſtas tantum erat penes Imperatorem. *per l. un. C. de Superindict. l. 1. C. de excuſat. mun.* Struv. *S. J. C. 1. th. 67* ibique Petr. Muller. *lit. β.* Hodie hæc poteſtas, vi Jurisdictionis territorialis, omnibus Imperii Statibus, liberisque Civitatibus conceſſa eſt: Stryck. *§. 4. cum ſeqq. h. t.* Imo & Nobilibus immediate Imperio ſubjectis. Rec. Imp. de Anno 1542. §. *Und ſonſt die Meſſigung. 15 & 16.* Klock *Tr. de Contribut. c. 4.* Licet enim proprie & ſtricte loquendo Nobiles immediati Status Imperii non ſint, tales ſc. ut jus ſuffragii & Seſſionem in Comitiis Imp. habeant, jus tamen territoriale habent, &, vi hujus juris, in ſuis provinciis, quod alii in ſuis, facere poſſunt. ſupr. *lib. 1. tit. 3. § 6.* Deckh. *in Vind. Blum. c. 27. n. 45.* Inferiores vero Civitates ſive Municipales, quæ jus territorii non habent, collectas & munera patrimonialia ſine ſuperioris conſenſu imponere non poſſunt, licet merum Imperium habeant, nam hæc poteſtas juri Superioritatis annexa eſt, quo tales Civitates deſtitutæ ſunt; Carpz. *p. 2. c. 6. d. 10. n. 7.* quod tamen exaudiendum eſt de indictione & impoſitione, Diſtributio enim illorum munerum, quæ à ſuperiore impoſita jam ſunt, pertinet ad illas, uti hoc docet Carpz. *lib. 4. Reſp. 72. n. 1. ſeqq.* Mev. *p. 3. dec. 216.* Stryck. *§. 19. & ſin. h. t.* Cauſa Impulſiva eſt publica neceſſitas & utilitas *l. 1. C. de Navib. non excuſ.*

V. Subjectum pro diverſitate ſpecierum etiam diverſum eſt. Perſonalium munerum Subjectum conſtituunt cives & incolæ; ſed non forenſes. Quicunque enim non ſunt Cives, nec Incolæ, licet ſint forenſes, i. e. poſſideant prædia in territorio, ſi tamen domicilium non habeant, illi ſubditi, qui ita ex domicilio dicuntur, non ſunt, nec ad hæc munera ſubeunda cogi poſſunt. Subjecti namque ſunt quidem ratione rerum, ſed non ratione perſonarum. *l. 17. §. 13. ff. ad Municip. l. 4. C. de Incol.* Gail. *2. O. 52. n. 8.* Civibus autem & Incolis hæc munera imponuntur non omnibus indifferenter, ſed obſervata proportione Geometrica, ita ut dignioribus Sordida non imponantur *l. 12 ſqq. C. de excuſ. mun.* Hinc in Honoribus diſtribuendis & officiis Magiſtratuum imponendis conſideranda (1) Perſonalis qualitas, (2) Nativitas, (3) Facultas, & (4) Lex municipalis *l. 10. h. t. ff. h. t.* Et hi honores gradatim ſunt deferendi, ab initio inferiores, poſtmodum ab infe-

Perſonalium mun.

Patrim. mun. indict.

Quæ Civit. Municip. competat.

Cauſ. Imp.

Subj. Perſonal.

Quid in diſtrib. Honor. conſid.

cioribus devenienđum ad ſuperiores & majores. *l. 11. pr. ff. h. t.* P. Müller. *ad Struv. h. t. th. 69. lit. β.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.*

VI. Quoad ſubjectum Patrimonialium munerum iterum diſtinguendum inter ea, quæ rebus imponuntur ſine omni perſonarum & poſſeſſorum reſpectu, & inter ea, quæ rebus imponuntur quidem, ſed obſervato perſonarum reſpectu. Illorum ſubjectum ſunt res cujuscunque etiam ſint conditionis, ſive cives, ſive incolæ, ſive forenſes earum poſſeſſores ſint; *l. 6. §. 4. & 5. l. 18. §. 21. ff. h. t.* Gail. *2. Obſ. 52.* Mev *p. 2 dec. 72.* talia munera ſunt refectio caſtri, vel cuſtodia pro ſecuritate loci, item refectio pontium, viarum & fluminum. Gail. *d. l. n. 15.* Horum vero Subjectum ſunt Poſſeſſores rerum, qui ſimul ſunt incolæ vel cives, quæ forenſibus imponi non poſſunt. *d. l. 6. §. 15. l. 18. §. 21. ff. h. t.* Hinc collectæ & oneraExtraordinaria Forenſibus regulariter & ſecundum juris diſpoſitionem non imponuntur per *dd. ll.* & R. I. de A. 1500. §. *Daſs ein jeder. 16. &c.* de A. 1544. §. *Damit man ſolche Ordnung &c. 41.* Hæc tamen ſententia, quamvis de jure civ. ſit veriſſima, plurimis tamen in locis non obſervatur; ſed collectæ etiam extraordinariæ forenſibus, æque ac incolis & civibus, imponuntur; uti teſtatur Gail. *d. O. 52. n. 17. & ſeqq.* Et hodie prior ſententia varias admittit Limitationes: (1) Niſi aliud privilegio ſit conceſſum. (2) Niſi aliud Salus publica exigat. (3) Niſi conſuetudine & præſcriptione aliud receptum ſit, quas vid. ap. Gail. *d. l.* & in hoc Duc. Wurt. fere ubique locorum receptum eſt, ut Forenſes etiam in loco rei ſitæ patrimonialia munera ſubire teneantur. Conf. Klock. *Relat. Cam. 111. n. 7. & ſeqq.* Dn. Harppr. *D. de præſcript. immunitat. à collect. c. 3. th. 1.* D. Frommen. *in Diſſ. de condominio territor. th. 52.* Subj. Patrimonialium. Forenſes quat. collectandi?

VII. Forma & Differentia Specifica in eo conſiſtit, quod ſc. hæc publica authoritate coacti ſubire teneantur. Finis, ut ſaluti & neceſſitatibus publicis ſuccurratur. Effectus pro diverſitate ſpecierum diverſus eſt, alius Tutelæ & Curæ, alius Adminiſtrationis rerum ad civitates pertinentium. Ad Contraria pertinet excuſatio & immunitas ab hiſce oneribus, de quibus in Titt. ſeqq. F. & D. S. Finis. Effect. Contraria.

TIT. V. & VI.

DE VACATIONE ET EXCUSATIONE MUNERUM, ET DE JURE IMMUNITATIS.

Cod. *Lib. 10. Tit. 25. 44. 45. 47. & 62.*

§. I.

Dictum, quod munera publ. etiam inviti ſuſcipere cogantur; per *L. 15. §. 2. ff. h. t.* Voet. *n. 1. h. t.* quod tamen ita intelligendum, niſi immunitatem vel vacationem impetraverint, unde ſubjiciunt *Tit. 5. & 6.* Sunt, qui exiſtimant, Immunitates hasce pugnare contra æquitatem in Republ. ſervandam, ſicut eorum rationes refert Tabor. *de Muneris, part. 3. ſect. 1. c. 3. th. 3. & ſeqq.* Verum Connex. Tit.

Wurt. aliud contineant, vel conſuetudine aliud obſervetur; alias enim decima pars hereditatis hoc nomine relinquenda eſt. Profeſſores tamen, Syndicus, & Notarii Univerſitatis Tubingenſis, per ſingulare privilegium, etiam ab hoc eximuntur, eorumque liberi ac nepotes per ſingulare reſcriptum Ducis Johannis Friderici de dato 13. Aprilis Anno Chriſti 1608. add. Engelbr. & Schilter. *ad ff. h. t.* Schroter. *Diſp. de gabella detract. atque emigrat.* Rhet. *de Sarcin. emigr.* Coccej. *Diſp. de jure decimat.* Thomaſii, *Diſp. de Jure detract.* add. D. Harpprecht. *Diſp. de aere alieno a tere novello vel abiturrente ſolvendo. & C. 40.* (2) Jus civ. adoptione quaeſitum Emancipatione ſolvitur. *l. 16. ff. h. t.*

Incolae qui? X. In Secunda hujus tituli parte agitur de Incolis, qui in civitate domicilium conſtituerunt, ſed jus civitatis non impetrarunt, nec jus ſuffragii & honorum ſunt conſecuti: In lata quidem ſignificatione etiam Incolae cives dicuntur in *l. 22. §. 2. ff. h. t.* verum proprie tales ſunt, & ex domicilio incolae dicuntur. per *l. 239. §. 2. ff. de V. S.* Struv. *h. t. th. 32.* Add. ſpecialis Diſp. Malcomeſii *apud Anonym. ad Weſenbec. h. t.* Stryck. *§. 9.* Joh. Voet. *n. 2. cum ſeqq. h. t.*

Domicilii diviſio. Commune quod? Proprium quotuplex. Naturale quod? Accidentale quod? XI. Domicilium autem à Doctoribus varie dividitur: (1) In Commune & Proprium. Commune eſt, quod omnes Imperii ſubditi Romae habere dicuntur. Carpz. *lib. 2. R. 21. n. 1. & ſeqq. l. 33. ff. h. t. l. 2. §. 3. 4. 5. ff. de Judic.* Sed hoc domicilium commune cum ipſa Statûs mutatione exolevit. ſupra *lib. 5. t. 1. §. 42.* D. Bardili, *Exerc. 41. C. F. 1.* Proprium iterum eſt vel Naturale, vel Accidentale. Illud eſt, quod quis nativitate conſequitur in loco, ubi Pater originem vel domicilium habet, Hoc eſt, quod quilibet ſibi propria voluntate conſtituit, & dicitur Aſcititium, *l. 31. ff. h. t.* atque intelligitur in hoc titulo, nihilque aliud eſt, quam habitatio, perpetuo permanendi gratia, in aliquo loco conſtituta. *l. 7. C. de Incol.* Attamen ſola rerum poſſeſſio ad hoc domicilium conſtituendum non ſufficit. *l. 17. §. 5. & 6. h. t. l. 4. C. de Incol.* Requiruntur igitur ad domicilium conſtituendum duo: (1) Habitatio, ſola enim animi deſtinatio non ſufficit. *d. l. 7. C. de Incol.* Unde in *l. 20. h. t.* domicilium dicitur transferri Re & Facto. (2) Animus ibi perpetuo manendi; *d. l. 7. C. de Incol.* & ex hoc animo imprimis judicatur domicilium conſtitutum. Carpz. *p. 1. c. 3. d. 18. n. 8.* Hic autem animus declaratur vel verbis, vel factis: Verbis ſi declaretur, res caret controverſia, quia ſtatim domicilium contractum cenſetur. Carpz. *lib. 2. tit. 21. n. 15. & ſeqq.* Mev. *ad Jus Lub. l. 1. t. 2. ad inſcript. n. 38.* Si vero quis animum non declaravit verbis & expreſſe, tunc praeſumitur ex factis, conjecturis, circumſtantiis.

Requiſita domicil. conſtit. (1) (2)

Qu. Animus perman. unde praeſum.? Qu. autem ex quibus factis? de iis videri poteſt *l. 27. §. 1. h. t.* Cz. *d. tit. n. 16. ſq.* nec ſufficeret habere in aliquo loco ignem & focum, *Rauch und Feuer.* Cz. *d. l.* Si tamen quis aliquo in loco majorem fortunarum ſuarum partem collocaverit, &

ſimul

ſimul familiam inſtruxerit, (nam ſola collocatio non ſufficit) inde præſumitur & probatur animus permanendi, *arg. l. 2. C. ubi Senatores.* Carpz. *d. l. 3. n. 22* Stryk. *§. 9. & 10. h. t.* D. Bardil. *Exerc. 41. C. F. 6. & 8.* Si itaque per aliquod temporis ſpatium, etiam ultra decem annos quis in loco aliquo commoratus ſit, ex. gr. ſtudiorum cauſa, non tamen propterea domicilium contraxiſſe dicendus eſt. Errant igitur, qui exiſtimant, domicilium decem annis præſcribi; præſcriptio n. non eſt modus domicilium conſtituendi, ſed dominium acquirendi, & niſi aliæ conjecturæ acceſſerint, exinde nihil concluditur, & hæc eſt ſententia *l. 2. C. de Incol.* ex qua diſſent. contrarium elicere conantur. in illa enim cum prioribus verba ſqq. (*Sedes ibi conſtituerunt*) ſunt conjungenda. Cz. *l. b. 2. n. 23.* Frantzk. *ad tit. de Jud. n. 31.* Add. ſupra *d. l. 5. t. 1. §. 41.* & B. Pateus, *vol. 2. Diſp. 6.* P. Muller *ad Struv. h. t. th. 32. lit. e.*

XII. Poſſunt autem domicilium conſtituere omnes, qui rationis uſu non deſtituuntur. Perez. *in Cod. Tit. de incol. n. 10.* Sive ſint patres ſive filiifam. *l. 34. & ſeqq. h. t.* Uxor conſequitur domicilium ex perſona mariti, *l. ult. §. 3. h. t.* quo ipſo tamen ſponſa excluditur, quæ ante contractas nuptias non mutat domicilium; *l. 32. eod.* quamvis enim etiam ſponſa interdum uxor dicatur, hoc tamen fit impropriè, & ſolummodo iis in caſibus, ubi leges ejus faciunt mentionem. Idem dicendum eſt, ſi Matrimonium non ſit legitimum *l. 37. §. 2. h. t.* Hodie itaque, antequam ſacerdotalis intervenerit benedictio, ſponſa ſui ſponſi domicilium non conſequitur, matrimonium enim contrahitur in ipſa ſacerdotali benedictione, & conſenſus, qui præcedit, tantum ſponſalitius eſt, Cz. *l. 2. Reſp. 24. n. 16. & ſeqq.* & hoc domicilium etiam, marito mortuo, vidua retinet, *l. 9. C. de Incol. l. 22. §. 1. ff. h. t.* Si vero ad ſecunda vota tranſierit, tunc primi mariti domicilium amittit, & ſecundi domicilium ac dignitates conſequitur, *d. l. 9. C. de Incol.* Add. ſupra *lib. 23. tit. 2. de R. N. §. 88.* — Qui Domicil. conſt. poſſint. — Ex. ip. ſponſa. — Quid hodie?

XIII. Domicilium etiam conſtituere quis poteſt, quocunque in loco voluerit, niſi ſpecialiter prohibeatur; *l. 31. h. t.* adeo ut plura Domicilia diverſis in locis quis poſſit conſtituere; quod quamvis ſit difficile, non tamen eſt impoſſibile, *l. 6. §. 2. L. 27. §. 2. ff. h. t.* Et teſtatur Carpz. *d. lib. 2. Reſp. 24.* quod nonnulli Nobiles quatuor domicilia diverſis in locis ſibi conſtituerint. Fieri etiam poteſt, ut quis nullo in loco domicilium habeat, per *d. l. 27. §. 2. h. t.* v. g. ſi quis naviget domicilio relicto. Sic etiam Vagabundus ſine domicilio eſt, nati[illegible] non domicilium retinere cenſetur in illo loco, ubi Pater domicilium habuit, qu[illegible] naturale domicilium moribus noſtris mutabile ſit, uti *ſupra n. 5.* dictum, id quod tum demum procedit, ſi quis habitationis domicilium ſibi conſtituerit. Carpz. *lib. 2. Reſp. 25. & lib. 6. Reſp. 40.* Add. Thomaſii *Diſp. Lipſ. de Vagabund.* — Ubi conſtit.

XIV. Hoc domicilio conſtituto, & jure civitatis non impetrato Incola — Effectus.

 quis

quis efficitur, & quidem ita, ut non ſit ſuffragii & honorum particeps: Attamen commerciorum, connubii, &c. communionem habet, proinde ad civilia munera compelli poteſt, *L. 29. h. t.* cui non refragatur *Lex 5. C. de Incol.* in illa enim verba (*veluti incolas*) non ad præcedentia; ſed ad ſequentia verba pertinent, niſi quis ſpeciali conceſſione ſit exemptus. Mev. *p. 2. dec. 47. part. 3. dec. 309. & p. 4. dec. 85. junct. p. 6. dec. 109.* Stryck. §. 9. *h. t.* D. Bardili, *Exerc. 41. C. F. 13. & 37.* D. Harppr. *C. 62. n. 71. & ſeqq.* add. Joh. Voet. *n. 5. ubi differ. exhibet.*

TIT. II.
DE DECURIONIBUS ET FILIIS EORUM.

Cod. *Lib. 10. Tit. 31. 33. & 46. Nov. 38.*

§. I.

Decuriones unde dicantur? Definitio.

INter Municipes & Cives primum locum tenent Decuriones, qui ita dicuntur à decima parte, nam Romani in Coloniis deducendis decimam eorum partem, qui deducebantur, conſilii publici gratia conſcripſerunt, per *l. 239. §. 5. de V. S.* Sunt itaque Decuriones, qui in municipiis conſilio publico præpoſiti, & quaſi ſuæ curiæ Senatores ſunt; quod enim Romæ erant Senatores, illud in municipiis erant Decuriones, *l. 33. ff. h. t.* non enim erant Magiſtratus qua tales, ſed conſilio publico præerant, nec Juriſdictionem habebant qua tales, ſed ex illis magiſtratus eligebantur, ut Duumviri, qui correſpondebant Conſulibus Romæ. Dn. de Lyncker. *in Analect. ad Struv. h. t.*

Quomod. electi. An ſpurii? Quid hodie?

II. Cœtus Decurionum Ordo vel Curia vocatur, unde curiales dicti, *l. 2. C. h. t.* Hi eligebantur ab ipſo ordine à Duumviris convocato; *d. l. 2.* & omnes eligi poterant, qui in ſpecie non prohibebantur, etiam Spurii, quia non impedienda ejus dignitas, qui nihil admiſit; *l. 6. ff. h. t.* ibique Brunn. quod tamen tunc demum procedit, ſi non concurrant legitime nati, etenim tantum in defectum legitimorum liberorum ſpurii eliguntur, *l. 3. §. 2. ff. h. t.* vid. ſupr. *§. 32. de his qui not. infam.* Stryck. *§. 2. h. t.* Hodie tamen in bene conſtitutis Rebuspublicis ſpurii ad Senatorium ordinem non admittuntur; & quamvis Gabriel Palæottus *in Tr. de Nothis & ſpuriis* defendere conetur, etiam ſpurios virtute præditos admittendos eſſe, contrarium tamen moribus noſtris in bene conſtitutis Rebuspubl. obſervatur; ſicuti teſtatur Balthaſ. Conrad. Zahn. *in ichnograph. municipali, c. 15.*

De Parentib. Reis delict. publ. De literar. inexpertis.

Sic etiam admittuntur ad Decurionatum, quorum Parentes delictorum publicorum rei vel condemnati ſunt, *l. 2. §. 7. ff. h. t.* ratio habetur in *l. 26. ff. de pœnis.* Nec excluduntur literarum inexperti; *l. 6. C. h. t.* modo alias rerum periti ſint, ubi tamen notandum, quod hoc textu literarum periti non excludantur: Errant igitur vel maxime illæ Respubl. quæ Licentiatos, Doctores, &c.

&c. ab hoc ordine excludunt, & fratribus ignorantiæ ſalutem Reipubl. committunt. Zahn. *d. Tr. c. 22.* Stryck. *§. 5. h. t.*

III. Excluduntur autem & prohibentur (1.) Minores 25. annis licet ſuffragia non ferant, *l. 6. §. 1. h. t.* & ſenio confecti; *l. 11. h. t.* item (2.) Infamia notati; *l. 8. C. l. 6. §. 3. ff. h. t.* (3.) Etiam non facile Pauperes admittuntur, & divites illis præferuntur, cum non præſumantur ita facile inhiare muneribus, deinde divites magis amare patriam cenſentur, utpote qui ob maximum eorum intereſſe omnibus modis Rempubl. adjuturi ſunt, denique ne dignitas & ſplendor ordinis rei familiaris anguſtia obſcuretur. Hinc in *l. 26. C. h. t.* dicitur, quod digniſſimi meritis & facultatibus eligendi ſint; quod tamen cum mica ſalis accipiendum, ſi ſcilicet concurrant pauperes & divites, & ratione virtutum pares ſint: ſin ſecus, virtute præditus pauper merito diviti vitioſo eſt anteferendus, & ſic cum Themiſtocle eligendum virum pecunia potius, quam virtute, carentem exiſtimamus. (4.) Denique excluduntur Publicorum criminum rei *d. l. 8. §. 3. ff. h. t.* Neque (5.) hodie Judæi. *l. ult. C. de judæis.* Add. Engelbr. *h. t. th. 3.* C. J. A. *h. t. th. 5. in fin.* Stryck *§. 2. h. t.* — Qui excluduntur?

IV. Officium Decurionum in eo conſiſtit, ut reditus Civitatis adminiſtrent, ſtudeantque tranquillitati & commodis civitatis; unde muneribus variis erant obſtricti, pro quibus viciſſim varia ipſis privilegia ſunt concella. Hinc liberi naturales Curiæ oblati legitimi reddebantur; *l. 3. C. de natural. lib.* item torqueri non poterant, & alia plura, de quib. vid. *l. 5. ff. h. t.* ibique Brunn. P. Müller. *ad Struv. h. t. th. 37. in fin.* Stryck. *§. 1. h. t.* Quod ſi autem ſua ſponte hæc onera nollent ſubire, à Præſidibus cogebantur; *l. 1. h. t. l. 9. de muner. & honor.* quandoque etiam ſumtus & damna reſtituere tenebantur. *l. 20. & 31. C. h. t.* Quod tamen hodie non obſervatur, & licet Magiſtratus Municipales cum Decurionibus comparentur maxima tamen in multis eſt differentia, ut argumentum à Decurionibus ad Senatores noſtri temporis tunc demum procedat, ſi non adſit diſpar ratio & conſuetudo contraria. Mev. *ad J. lib. 1. t. 1. n. 18. & ſeqq.* P. Müller. *ad Struv. th. 36. h. t. lit. y.* Stryck. *§. 1. h. t.* — Officium Decur. — An ad id hodie cog.?

TIT. III. DE ALBO SCRIBENDO.

§. I.

INter Decuriones erat etiam certus ordo, de illorum itaque electione, ordine & præeminentia ut conſtaret, illorum nomina in Album redigebantur, de quo agitur in *hoc tit.* & olim triplex fuit, de quo C. J. A. *h. t. §. 1.* In hac autem nominum deſcriptione obſervabatur lex municipalis, ceſſante à lege municipali primo loco inſcribebatur ille, qui majora munera adminiſtrabat, *l. 2. ff. h. t.* poſtmodum præferebantur Duumviri, & ex illis, qui pares erant, eligebatur tempo- — Origo inſcript. — Quom. inſcrib.?

re prior, & hic ordo etiam in dicendis Sententiis obſervabatur. *l. 1. §. 1. ff. h.* ibique Brunn. Dn. de Lynck. *in Ann. h. t.* v. Bardili *Ex. 47. C. F. 41.* J. Voet. *h. t.*

TIT. IV.

DE MUNERIBUS ET HONORIBUS.

Cod. *Lib. 10. Tit. 40. & 41. Nov. Leon. 14.*

§. I.

Connexio Tit. PRoxime dictum eſt, quod Municipes dicantur quaſi munerum participes, & quod Incolæ munera civilia ſubire non teneantur, ea propter ſtatim materia de Muneribus & Honoribus explicatur in hoc tit.

Notatio voc. Mun. II. Notationem Vocabuli Muneris explicat Tab. *in Tr. de Metat. p. 2. c. 1. th. 1. ubi oſtendit Veteribus dictum eſſe à mœnis & mœnibus.* Muneris autem vocabulum varie accipitur, uti videre eſt in *l. 18. l. 194. de V. S.* in genere vero dicitur, quod vel ex liberalitate vel ex neceſſitate præſtatur, per *l. 214. de V. S.* quorum tamen illud, quod ex liberalitate præſtatur, in ſpecie dicitur donum, hoc vero, quod ex neceſſitate, proprie & frequentius Munus dicitur, *d. l. 214. de V. S. in fin.* & hæc ultima ſpecies hujus loci eſt. Munus itaque in hac propr. ſign. nihil eſt aliud, quam

Definitio. quod publica autoritate coacti ſuſcipere tenentur; Sive ut illud JCtus definit in *d. l. 214. de verb. ſign.* quod ſcil. neceſſario obimus lege, more, imperiove ejus, qui jubendi habet poteſtatem. D. Bardili *Exerc. 41. C. F. 20.*

Diviſio. Perſonale quid? Hujus Subdivi. in publ. & priv. III. Munus dividitur in tres ſpecies, nim. perſonale, patrimoniale & mixtum. Perſonale dicitur, quod perſonæ inhæret, & corporis labore & animi ſollicitudine expeditur. Exempla habentur in *l. 1. §. 3. & l. 18. §. 1. ff. h. t.* Hoc Perſonale iterum dividitur ratione finis in Publicum & Privatum. in *l. 14. §. 1. ff. h. t.* Omne ſiquidem munus publica authoritate imponitur, & ſic, ratione cauſæ efficientis, omne munus Publicum eſt, & ita accipienda eſt *l. ex 18. §. 26. ff. h. t.* ubi dicitur munera omnia eſſe publica, Privata autem dicuntur, quæ principaliter ad privatorum ſpectant utilitatem, qualia ſunt tutela & cura, hæc enim ratione finis pupilli commodum concernunt; *l. 18. pr. l. 1. §. ff. h. t.* minus principaliter tamen etiam publica dici poſſunt. *pr. Inſt. de excuſ. tut. l. 2. §. 2. qui pet. tut.* Publica vero dicuntur ratione finis, quæ principaliter propter publicam utilitatem imponuntur; *l. 14. §. 1. ff. h. t.* ubi tamen notandum, quod adminiſtratio Reipubl. in hoc textu non formaliter, ſed quoad effectum virtualiter accipitur. Unde etiam hæc munera Reſpubl. munera dicuntur in *l. 6. §. 15. ff. de excuſ. tutor.*

Subdiviſ. publ. Mun. Honorata quæ? Hæc publica munera iterum dividuntur in Honorata, & Inhonorata. Illa dicuntur uno verbo honores in *l. 6. §. 3. ff. h. t. l. 14. pr. l. 18. §. 2. ff. eod.* Stryck. *§. 1.* J. Voet. *n. 1. h. t.* Honores autem ſunt munera perſonalia Rempublicam adminiſtrandi; (*ſcil. formaliter*) cum titulo ſeu gradu dignitatis conjuncta. Hæc deſcriptio deſumpta

ſumpta eſt ex *l. 14. pr. ff. h. t.* talis honor eſt Decurionatus, *l. 5. de vacat. mun.* Duumviratus, defenſio Civitatis, officia Ædilium & ſimil. Magiſtratuum. *l. 12. ff. h. t.* Hæc iterum ſunt vel præſtantiora, vel vilia & ſordida, in genere autem Inhonorata dicuntur, quæ ſine dignitate & gradu ſunt. Præſtantiora ſunt, quæ animi ſollicitudine potius, quam corporis miniſterio & labore expediuntur, & hæc aliquem honorem gerentibus conciliant. Sordida vero dicuntur, quæ potiſſimum corporis miniſterio & labore expediuntur, qualia ſunt excubias agere, de quibus in *l. 12. l. 13. l. 20. C. de excuſat. muner. l. 12. C. de Prapoſ. ſacr. cubic.* Hanc diſtinctionem etiam ita explicat Gail. *2. obſ. 52. n. 7.* Add. Betold. *Theſaur. pract. voc. Beſi beſchwerden.* P. Muller. *ad Struv. h. t. th. 45. lit. B.* Patrimonialia, quæ etiam realia dicuntur, ex patrimonio vel ex bonis & ab illorum poſſeſſoribus præſtantur, & rei inhærent; *l. 1. §. 3. ff. h. t. l. 6. §. 4. l. 18. §. 8. ff. eod.* talia ſunt tributorum exactiones, *l. 3. §. 1. ff. h. t.* munus hoſpitis recipiendi, *l. 3. §. 14. ff. h. t.* quod Græci vocant metatorum munus. Klock. *de contribut. c. 17. n. 206.* Viarum publicarum munitio, prædiorum collationes. *3. C. de murerib. patrimon. l. 3. §. 11. ff. h. t. l. 21. ff. de vacat. muner.* Tabor. *de Metat. p. 2. c. 1. th. 15.* Hæc patrimonialia ſive realia munera ratione cauſæ impulſivæ iterum dividuntur in Ordinaria & Extraordinaria. Omnia hæc munera imponi debent propter neceſſitatem vel utilitatem publicam. *l. 1. C. de navic. non excuſ.* Hæc autem neceſſ. vel utilitas eſt vel Ordinaria, vel Extraordinaria. Quæ ob neceſſitatem ordinariam vel Reipubl. utilitatem. v. g. ad ſalaria Adminiſtratoribus præſtanda imponuntur, Ordinaria, quæ vero propter neceſſitatem vel Reipubl. utilitatem Extraordinariam, ſubito ſcil. ſupervenientem, indicuntur, Extraordinaria vocantur, de quibus in *l. 1. §. 3. ff. de vacat. muner. l. 1. C. eod.* Deinde hæc munera vel ſimpliciter rebus imponuntur, nullo perſonarum & poſſeſſorum habito reſpectu. Quædam vero rebus quidem imponuntur, ſed habito quoque perſonarum reſpectu. Priori caſu imponuntur, ſive Perſonæ privilegiatæ ſint, ſive non, ſive cives, ſive incolæ. Poſteriori modo imponuntur, modo poſſeſſores ſint cives, ſive incolæ; ſecus ſi forenſes, quæ differentia proponitur à JCto in *l. 6. § 4. & 5. l. 18. §. 21. & ſeqq. ff. h. t.* Mixta munera dicuntur, quæ perſonæ operam & ſumptus requirunt, uti exemplis illuſtratur in *l. 18. §. 26. & 27. ff. h. t.* Stryck. *§. 2. & 3.* Joh. Voet. *n. 3. h. t.*

Inhonorata quæ?

Sordida quæ?

Patrimonialia ſeu realia quæ?

Quom. hæc divid.?

Ordin. quæ?

Extraordin. quæ?

Mixta quæ?

IV. Cauſa Efficiens horum munerum eſt impoſitio & indictio ejus qui indicendi & imponendi poteſtatem habet; unde in *l. 214. in pr. de V. S.* dicitur, quod munus proprie ſit, quod neceſſario obimus, lege, more, imperiove ejus, qui jubendi habet poteſtatem. Quis autem indicendi poteſtatem habeat, illud generali regula definiri nequit, ſed hic diſting. inter diverſas munerum ſpecies, ſic C. E.

poteſtas

poteſtas imponendi tutelam vel curam etiam penes inferiores magiſtratus eſt, quibus hæc poteſtas ſpeciali lege de jure civili conceſſa eſt. *l. 6. §. 2. de tutel.* Sed noſtris moribus hæc poteſtas annexa eſt ordinariæ Juriſdictioni. ſupra *Tit. de Juriſdict. §. 14.*

Perſonalium mun. Perſonalia munera imponunt etiam inferiores magiſtratus, v. g. ſi ad magiſtratus officium creatus recuſet, officio Præſidis compellitur. *l. 9. ff. h. t. l. 15. §. 2. ff. de vacat. muner.*

Patrim. mun. indictio. Patrimonialia autem indicendi poteſtas ad Majeſtatem pertinet, & ad Regalia refertur; nam in hiſce tributis Reipubl. nervus conſiſtit. *l. 1. §. 20. ff. de quæſtion.* Hinc apud Veteres hæc indicendi poteſtas tantum erat penes Imperatorem. *per l. un. C. de Superindict. l. 1. C. de excuſat. mun.* Struv. *S. J. C. 1. th. 47* ibique Petr. Muller. *lit. B.* Hodie hæc poteſtas, vi Juriſdictionis territorialis, omnibus Imperii Statibus, liberisque Civitatibus conceſſa eſt: Stryck. *§. 4 cum ſeqq. h. t.* Imo & Nobilibus immediate Imperio ſubjectis. Rec. Imp. de Anno 1542. § *Und damit ... Meſſigung. 15 & 16.* Klock *Tr. de Contribut. c. 4.* Licet enim proprie & ſtricte loquendo Nobiles immediati Status Imperii non ſint, tales ſc. ut jus ſuffragii & Seſſiones in Comitiis Imp. habeant, jus tamen territoriale habent, &, vi hujus juris, in ſuis provinciis, quod alii in ſuis, facere poſſunt. ſupr. *lib. 1. tit. 5. §. 6.* Deckh. *in Vind. Blum. c. 27. n. 41.*

Quæ Civit. Municip. competat. Inferiores vero Civitates ſive Municipales, quæ jus territorii non habent, collectas & munera patrimonialia ſine ſuperioris conſenſu imponere non poſſunt, licet merum Imperium habeant, nam hæc poteſtas juri Superioritatis annexa eſt, quo tales Civitates deſtitutæ ſunt; Carpz. *p. 2. c. 6. d. 24. n. 7.* quod tamen exaudiendum eſt de indictione & impoſitione, Diſtributio enim illorum munerum, quæ a ſuperiore impoſita jam ſunt, pertinet ad illas, uti hoc docet Carpz. *lib. 4. Reſp. 72. n. 2 ſeqq.* Mev. *p. 3. dec. 216.* Stryck. *§. 6. 7 & ſin. h. t.*

Cauſ. Imp. Cauſa Impulſiva eſt publica neceſſitas & utilitas. *l. 1. C. de Navib. non excuſ.*

Subj. Perſonal. V. Subjectum pro diverſitate ſpecierum etiam diverſum eſt. Perſonalium munerum Subjectum conſtituunt cives & incolæ, ſed non forenſes. Quicunque enim non ſunt Cives, nec Incolæ, licet ſint forenſes, i. e. poſſideant prædia in territorio, ſi tamen domicilium non habeant, illi Subditi, qui ita ex domicilio dicuntur, non ſunt, nec ad hæc munera ſubeunda cogi poſſunt. Subjecti namque ſunt quidem ratione rerum, ſed non ratione perſonarum. *l. 17. § 13. ff. ad Municip. l. 4. C. de Incol.* Gail. *2. O. 32. n. 8.* Civibus autem & Incolis hæc munera imponuntur non omnibus indifferenter, ſed obſervata proportione Geometrica, ita ut dignioribus Sordida non imponantur. *l. 1. & ſeqq. C. de excuſ. mun.*

Quid in diſtrib. Honor. conſid. Hinc in Honoribus diſtribuendis & officiis Magiſtratuum imponendis conſideranda (1) Perſonalis qualitas, (2) Nativitas, (3) Facultas, & (4) Lex municipalis. *l. 14. §. 3. ff. h. t.* Et hi honores gradatim ſunt deferendi, ab initio inferiores, poſtmodum ab infe-

rioribus deveniendum ad ſuperiores & majores. *l. 11. pr. ff. h. t.* P. Müller. *ad Struv. h. t. th. 69. lit. β.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.*

VI. Quoad ſubjectum Patrimonialium munerum iterum diſtinguendum inter ea, quæ rebus imponuntur ſine omni perſonarum & poſſeſſorum reſpectu, & inter ea, quæ rebus imponuntur quidem, ſed obſervato perſonarum reſpectu. Illorum ſubjectum ſunt res cujuscunque etiam ſint conditionis, ſive cives, ſive incolæ, ſive forenſes earum poſſeſſores ſint; *l. 6. §. 4. & 5. l. 18. §. 21. ff. h. t.* Gail. *2. Obſ. 52.* Mev. *p. 2. dec. 72.* talia munera ſunt refectio caſtri, vel cuſtodia pro ſecuritate loci, item refectio pontium, viarum & fluminum. Gail. *d. l. n. 15.* Horum vero Subjectum ſunt Poſſeſſores rerum, qui ſimul ſunt incolæ vel cives, quæ forenſibus imponi non poſſunt. *d. l. 6. §. 15. l. 18. §. 21. ff. h. t.* Hinc collectæ & onera Extraordinaria Forenſibus regulariter & ſecundum juris diſpoſitionem non imponuntur per *Ad.* & R. I. de A. 1500. §. *Daß ein jeder. 26. &c.* de A. 1544. §. *Damit man ſolche Ordnung &c. 45.* Hæc tamen ſententia, quamvis de jure civ. ſit veriſſima, plurimis tamen in locis non obſervatur, ſed collectæ etiam extraordinariæ forenſibus, æque ac incolis & civibus, imponuntur; uti teſtantur Gail. *d. O. 52. n. 17. & ſeqq.* Et hodie prior ſententia varias admittit Limitationes: (1) Niſi aliud privilegio ſit conceſſum. (2) Niſi aliud Salus publica exigat. (3) Niſi conſuetudine & præſcriptione aliud receptum ſit; quas vid. ap. Gail. *d. l.* & in hoc Duc. Wirt. fere ubique locorum receptum eſt, ut Forenſes etiam in loco rei ſitæ patrimonialia munera ſubire teneantur. Conf. Klock. *Relat.* Cam. *111. n. 7. & ſeqq.* Dn. Harppr. *D. de præſcript. immunitat. à collect. c. 3. th. 1.* D. Fromm. *in Diſſ. de condominio territor. th. 52.*

Subj. Patrimonialium.

Forenſes quat. collectandi?

VII. Forma & Differentia Specifica in eo conſiſtit, quod ſc. hæc publica authoritate coacti ſubire teneantur. Finis, ut ſaluti & neceſſitatibus publicis ſuccurratur. Effectus pro diverſitate ſpecierum diverſus eſt, alius Tutelæ & Curæ, alius Adminiſtrationis rerum ad civitates pertinentium. Ad Contraria pertinet excuſatio & immunitas ab hiſce oneribus, de quibus in Tit. ſeqq.

F. & D. S.
Finis.
Effect.
Contraria.

TIT. V. & VI.

DE VACATIONE ET EXCUSATIONE MUNERUM, ET DE JURE IMMUNITATIS.

Cod. *Lib. 10. Tit. 25. 44. 45. 47. & 62.*

§. I.

DIctum, quod munera publ. etiam inviti ſuſcipere cogantur; per *L. 13. §. 2. ff. h. t.* Voet. *n. 1. h. t.* quod tamen ita intelligendum, niſi immunitatem vel vacationem impetraverint, unde ſubjicitur *Tit. 5. & 6.* Sunt, qui exiſtimant, Immunitates haſce pugnare contra æquitatem in Republ. ſervandam, ſicut eorum rationes refert Tabor, *de Mutatis, part. 3. ſoll. 1. c. 3. th. 3. & ſeqq.* Verum

Connex. Tit.

omnia illorum argumenta pertinent tantum ad injurioſam immunitatem, quæ ſine juſta cauſa conceditur, & cum injuria proxime eſt conjuncta; nam qui pro Republ. ſingulares ſuſcipiunt labores, illis ut fruantur, æquum eſt, *l. 5. §. 3. ff. de jur. immunit.* Nec obſtat generalis inſcriptio *tit. 25. lib. 10. Codicis de immunitate nemini concedenda*; quod enim illius ſententia non ſit generalis, apparet ex nigro & *l. 1. C. & l. 1. de vacat. & excuſat. muner.* Et nunquam graviores motus in Republ. extitere quam ubi ſceleratis impune peccare licuit, & nulla Virtutum præmia bene meritis ceſſere meritis, juſte itaque his talia privilegia conceduntur, de quibus in hoc *tit. 5. & 6.* agitur. Q. Quomodo hi duo Tituli inter ſe differant? Weſenb. & Zoeſ. quos multi alii ſequuntur, exiſtimant, quod differentia conſiſtat in eo, quod tum in *tit. 5.* agatur de Vacationibus à lege conceſſis, Immunitates vero dicantur, quæ à Principe conceduntur. Verum quod hæc differentia in jure noſtro non obſervetur, ſed hæc vocabula promiſcue accipiantur, & immunitas à Principe conceſſa Vacatio & contra, vocetur, patet ex *l. 2. §. 6. & 8. de vacat. muner. l. 5. §. 1. l. 1. pr. l. ſ. de jur. immunit.* dicendum itaque, quod differ. inter hos tit. in eo conſiſtat quod in priori de cauſis, in ſequenti de effectu, modo, & aliis qualitatibus agatur, potiſſimum ſc. omnimodo.

Definit. II. Vacatio ſive Immunitas eſt beneficium, quo quidam à neceſſitate ſuſcipiendi munera eximuntur. Beneficium dicitur in *l. 1. §. 2. de vacat. muner.* de reliquis Definit. verbis in ſeqq. Dividitur (1) ratione Cauſæ Efficientis in Expreſſam, quæ expreſſa, & Tacitam, quæ tacita concedentis voluntate indulgetur. (2) A Subjecto (1) in Realem & Perſonalem, Illa, quæ rei conceditur, & rei inhæret, ex. gr. prædiis *Reuter Reſol. 1570. ſ. Ob dam. 19.* Perſonalis, quæ perſonæ conceditur, propter qualitatem ſc. & conditionem ipſius perſonæ. Omnibus quidem immunitatibus perſonæ utuntur, attamen quæ principaliter & immediate rebus conceſſæ ſunt, non immediate, ſed mediate. At perſonalis immunitas immediate perſonæ inhæret, & cum perſona extinguitur. (2) Ratione Subjecti in Univerſalem & Singularem. Univerſalis eſt, quæ Univerſitati vel rerum vel perſonarum eſt conceſſa, de qua in *l. 5. §. 12. h. t.* Singularis, quæ ſingularibus perſonis vel rebus conceditur. (3) Ab Objecto in Plenam & Minus plenam. Plena eſt, quæ continet vacationem munerum, & militarium, & civilium. Minus plena, quæ pertinet tantum ad civilia munera *l. 13. §. 1. ff. h. t.*

Diviſio. (1) à Cauſ. Effic. in Expreſſ. & Tac. (2) à Subj. in Real. & Perſon. In Univ. & Singular. (3) Ab Obj. in Plen. & Minus plen.

C. E. III. Cauſa Effic. ſicuti omnium privilegiorum, ita & immunitatis, eſt ipſe Princeps, ſive alius, penes quem eſt Majeſtas, uti hoc probatur ex *l. un. C. de his, qui à Princip. vacat. l. 1. C. de operib. publ.* Princeps autem immunitatem concedit vel immediate, quatenus ipſe, vel mediate, quatenus per alium concedit, alius ſcil. poteſtate vacationem indulgendi conceſſa. *l. 1. C. de decret. decur. ſuper immun. quibusd. conced.* In noſtro etiam Imperio hæc poteſtas immunitatem indul-

ſ indulgendi vi juris territorialis, *krafft Fürſtl. oder hoher Lands-Obrigkeit*, Statibus Imperii conceſſa eſt, Gylmann. *tom. 2 Symphor. p. 1. vot. 30. n. 193. & ſeqq.* Stryck. *in U. M. § 1. & 3. de jur. immunit.* quod latius deducit & in ſpecie de Civitatibus Imperialibus probat Klock. *de contribut. c. 16. ſect. 1. n. 12. & n. 36. & ſeqq.* ubi tamen *n. 37.* excipit collectas Turcicas, quarum immunitatem Imperator nemini concedit. Reliqui, qui non habent Majeſtatem, & quibus à Majeſtatem habente hæc poteſtas non eſt conceſſa, ab hiſce muneribus immunitatem dare non poſſunt, *l. 1. C. de ſpect. publ. l. un. C. de his, qui a Princip. vacat.* Ex quibus etiam ſua ſponte ſequitur, quod multo minus privati pacto ac conventione rem aliquam à muneribus eximere poſſit, etſi alter venditor onus prædii venditi ex ſuis bonis exſolvere promittat. Non obſtante enim hoc pacto illud prædium manet obligatum fiſco ad onera exſolvenda, *l. 2. & 3. C. ſine cenſu vel reliq.* An vero hoc pactum quoad ipſos contrahentes valeat? quæritur. Affirm. ita ut venditor emptori teneatur vel ad intereſſe, vel pœnam adjectam uti Reſp. JCtus accuratus Tabor. *de Metat. p. 3. ſect. 2. c. 1. th. 17. & ſeqq.* Add. Dn. Harppr. Diſp. de *Pacto prae. collect. in alium devolut.* & in Diſp. *de immun. a collect. convent.* ſupra *§. 15. de act. empt. & vendit.* Princeps vero ſive alius, cui illa poteſtas competit, indulget immunitatem vel expreſſe, vel tacite. Expreſſe vel per legem publice promulgatam uti patet ex *l. 4. 8. 12. 14. C. de excuſ. muner.* vel privata voluntate per privilegium, *l. 10. C. d. t.* vel per modum conventionis, ſi nimirum Princeps ab aliquo ſubditorum accipiat aliquid, & poſtmodum immunitatem concedat. An vero Princeps in præjudicium fiſci & ſucceſſorum hoc modo immunitatem concedere poſſit, & an, & quando immunitates per conventionem conceſſæ revocari poſſint, de illis late agit Klock. *d. tr. c. 16. ſect. 1. n. 3. & n. 44. & multis ſeqq.* Tabor. *d. tr. p. 3. ſect. 2. c. 1. th. 10.* Tacite conceditur vel per conſuetudinem, vel per præſcriptionem. Per conſuetudinem quando Princeps permittit, ut longo uſu quidam immunes reddantur qui immunitatem à muneribus non impetrarunt. *l. 7. C. de exc. mun.* Nam conſuetudo paris eſt facultatis cum lege & privilegio. *l. 32. §. 1. de L. l. 3. §. 4. de Aq. quotid. & æſtiv. l. ſ. C. quæ ſit long. conſuet.* R. J. Spir. *1544. §. Und wiewohl 16. ibi. altem Gebrauch nach.* Denique per præſcriptionem. *l. ſ. C. de fund. patr.* Rec. Imp. de *Anno 1548. §. Und ſoll unſer Kayſerl. Cammergericht & c. 34.* Mev. *p. 8. dec. 310. 311. 312.* Quantum vero temporis ſpatium requiratur, in eo non conveniunt DD. ſed in immemoriali præſcriptione omnes conveniunt, An vero 40. annorum ſufficiat, in eo diſſentiunt. Affirmantes nituntur *d. l. ſ. C. de fund. patrim.* quod etiam defendit Tabor. *d. tr. de Metat. p. 3. ſ. 2. c. 1. & 7. ſeqq.* Conf. latius & ſolide Dn. Harppr. *allg. Diſp. de præſcript. Immunit. a collect. per tot.*

An Pacto? Neg.

Limit.

Immunitas indulta. Expreſſe,

Tacite

IV. Cauſa Impulſiva eſt juſta cauſa atque ratio, propter quam immuni- Cauſ. Impulſ.

tas conceditur; ſine illa enim regulariter iſta nemini obtingit. *l. un. C. de his qui à Princ. vacat.* R. Imp. *de Anno 1548. § Und ſoll unſer Kayſerl. &c. 30.* Sunt autem
(1.) cauſæ variæ: (1.) Propter ſexum Fœminis à muneribus perſonalibus; *l. 3 § 3. ff. de muner. l. 2 ff. de R. I.* non vero à munerib. patrimon. *l. un. C. de mulierib.*
(2.) *in quo loco &c. l. 9 C. de munerib. patrim.* Jo. Voet. *n. 3 h. t.* (2.) Ob ætatem immaturam Impuberibus & 25. annis Minoribus à muneribus perſonalibus, *l. 8. ff. de muner. & honor. l. 2 pr. h. t. l. 11 ff. de Decurionib. l. 2 C. qui ætate &c.* ſed
(3.) non à Patrimonialibus, *l. 5. & 7. C. de munerib. patrimon.* (3.) Propter ætatem nimis provectam ſimiliter tantum à perſonalibus, & quidem in ſpecie à Decurionatu, qui quinquageſimum ætatis annum impleverunt. *l. 11. ff. de Decur.* A reliquis vero muneribus perſonalibus Septuagenarii demum excuſantur, *l. 2. §. 1. ff. h. t. l. 3. ff. de jure immunitat. §. item major 13. Inſt. de excuſat. tut.* Sed hiſce objicitur *l. 3. C. qui ætate vel profeſſ.* ubi dicitur, quod etiam quinquagenarii ab hiſce muneribus excuſentur; Hunc textum Doctores diverſe explicant, nonnulli eum accipiunt de iis muneribus, quæ corporis labore expediuntur, per *l. 2. §. 7. ff. h. t.* dd. vero textus de iis, quæ prudentia & conſilio; Et hanc Sent. etiam admittit Bachov. *in not. ad Weſ. ff. de excuſat. tut.* Alii vero, Cujacium ſequentes, ſtatuunt, quod pro 55. annis ſubſtituendi ſint 70. anni, *in obſerv.* & Vinn. *ad d. §. item. major. Inſt. de excuſat. tut.* Ab honoribus tamen non excuſantur; *l. 2. §. 1. ff. de vacat. mun.* nec à patrimonialibus. *l. 5 C. de muner. patrim.* Ziegler. *de Jur. Majeſt. lib. 2 c. 2 th. 4.* D. Bardili. *Exerc. 41. C. F. 20.* ſupra *lib. 27. t. 1. §. 8.*
(4.) (4.) Propter corporis Imbecillitatem, vel morbum ſonticum (qui naturam muneri expediendo impedimento eſt) à muneribus perſonalibus immunes ſunt. *l. 2. §. 7. ff. de vacat.* Ut ſi quis e. g. podagra laboraret adeo, ut rebus propriis intereſſe non commodare non poſſet. *l. 3 C. qui morb. ſe excuſ. d. l. 2. §. 7. ff. de vacat.*
(5.) (5.) Etiam ob numerum Liberorum à perſonalibus excuſantur, *pr. Inſt. de excuſ. tut. & l. 1 C. de his qui numer. liberor.* ſed non ab honoribus. *d. l. 2. §. 1. de vacat. & excuſ. mun.* An etiam numerus liberorum à muneribus patrimonialibus immunitatem præbeat? inter Dd. controvertitur, ſunt, qui numerum 16. liberorum requirunt, per *l. 24 C. de Decurionib. l. 5. §. 2. ff. de jur. immunit.* J. Voet. *n. 4 h. t.* Contrarium tamen defendi poteſt (1) per text. general. in *l. 5. C. de munerib. patrim.* (2) per *l. 1 C. de his, qui n. lib.* Ad II. vero à diſſentientibus adductas reſponderi poteſt, (1), Quod in generali conceſſione vacationis patrimonialia onera non comprehendantur. (2) Quod in *l. 2 § 4. ff. de vacat.* expreſſe dicatur, quod, quæ patrimoniorum onera ſunt, numero liberorum non
(6.) excuſentur, idem repetitur in *l. 10. pr. & l. 11. ff. eod.* Stryck. *ad tit. de vacat. & excuſat. mun.* (6) Quibusdam etiam immunitas conceditur propter Paupertatem, ſed tantum à patrimonialibus; non etiam perſonalibus muneribus. per *l. 10. § 3. ff. h. t.*

ff. *h. t. l. 4. §. 2 ff. de muner. & honorib.* ſupr. *Tit. de Excuſ. Tut §. 10.* (7.) Propter Officium Eccleſiaſticum clericus à muneribus ſcil. perſonalibus, præcipue vero ſordidis: *l. 1 2. §. 31 §. 6.* imprimis vero *l. 6.* & paſſim. *C. de Epiſc. & Cler.* à patrimonialibus vero ratione bonorum temporalium non excuſantur, *l. 18. §. 20. de muner. & honor* Add. Petr. Muller. *ad Struv. h. t. th. 71. lit. y.* v. D. Harppr. *C. 31. n. 208. cum ſeqq. & C. 48 & 50.* Stryck. *in U. M. §. 4. h. t.* Petri Mulleri, *Diſp. de immunitat. perſonarum Eccleſiaſticarum à muneribus.* (8.) Propter Republ. occupationem, *l. 3. & 4. de vacat.* quales etiam ſunt Milites, qui à reliquis muneribus perſonalibus excuſantur, *l. 7. ff eod.* quibus ob ſingularem favorem annumerantur Veterani, *l. 4. ff de veteran. d. l. 7. de vacat.* (9) Propter Dignitatem etiam à muneribus perſonalibus quidam excuſantur, quales ſunt Senatores, *l. 3. l. 14. C. de Dign.* Decuriones, *l 21. C. de Decurionib.* Conſiliarii Principum, Advocati, Dd. juris, & aliarum facultatem Profeſſores, *l. 6. C. de Profeſſ.* Stryk. *§. 3. &* Joh. Voet. *n. 5. h. t.* qui ibidem etiam ab onere hoſpitis recipiendi, quod tamen reale eſt, eximuntur, & à refectione fontium eos immunes tradit Mev. *p. 6. dec. 127.* Add. Idem, *p. 7. dec. 143. & ſeq.* & ſupr. *dict. Tit. de Excuſ. §. 11.* De ceſſa tamen negotiationis vid. idem Mev. *p. 3 dec. 321.* & ſupr. *lib. 39. t. 4. §. 17.* Q. An etiam Nobilitas excuſat? affirmatur quoad ſordida munera, *l. 12. C. de Excuſ. muner.* A patrimonialibus vero Nobilitas, ſecundum juris communis diſpoſitionem, excuſat vel minime, *l 18. §. 20. ff. de munerib. & honor. arg. l. 2. & l. f. C. de excuſat. muner.* Mauric. *Diſp. de Nobil. th. 39 & 40.* Knipſchild. *de nobil. l. 3. c. 7. n. 108. & 109. & 346.* Hodie tamen in Germania, generali fere conſuetudine, receptum eſt, ut Nobiles, quoad bona feudalia, a collectis ſint immunes, idque propterea, quod ratione illorum bonorum ſervitia, *Ritter-Dienſte*, Domino præſtare teneantur, ne itaque duplici onere graventur, hoc conſuetudine eſt introductum, ut a collectis ſint immunes, Carpz. *lib 4. Reſp 70.* niſi ſumma & extrema neceſſitas aliud imperet, tunc enim nemo eſt immunis. R. I. *de Anno 1544. §. Nehmlich ſollen &c. 27.* Et hoc etiam Scabinos Lipſienſes in pronunciando obſervaſſe teſtis eſt Carpz. *d. lib. 4. Reſp. 71.* Plures immunitatis cauſæ videri poſſunt apud Klock. *de Ærar. & contribut.* de Bocer. *tr. de collect.* item Fauſt. ab Aſchaffenburg. *de Ærar.*

(7.)

(8.)

(9.)

Q. de Nobilitate?

Uſus hod.

V. Subjectum immunitatis ſunt perſonæ, vel res, illæque vel ſingulares, vel univerſales. Perſonæ ſingulari ſi immunitas conceſſa fuerit, hoc illi adhæret, nec eam egreditur. *l. 3 § 6. ff de mun. & hon l. 5 § 4. ff. de jur immunit* Hinc liberi non gaudent immunitate Parentum, niſi in ipſa immunitate comprehenſi fuerint Sicque Profeſſoribus bonarum artium & legum immunitas quidem conceſſa eſt perſonalis, quia tamen liberi & uxores in illa immunitate comprehenduntur, propterea etiam illis competit. *l. 5. C. de Profeſſorib.* Hinc immuni-

Subj.

 tas

tas perſonis conceſſa cum ipſis quoque extinguitur, nec ad heredes transmittitur *l. 1. § 1. de jur. immun. l. 13. C. de excuſ. muner.* J. Voet. *n. 3. & 4. ad tit. de jur. immunitat.* Quod tamen limitatur, niſi expreſsè aliud in immunitate ſit dictum, & immunitas poſteris etiam ſit conceſſa; tunc enim morte acquirentis non extinguitur, *l. 4. de jur. immunit.* quo tamen in caſu non ad omnes, ſed ad illos tranſit deſcendentes, qui ſunt in familia. Cum itaque filiarum liberi non ſint in familia, ideoque illis hæc immunitas non competit *l. 1. § 5. ff. de jur. immunit. l. 13. ff. de munerib. & honor.* Perſonæ univerſali ſive Myſticæ ſi concedatur immunitas, ea perpetua eſt: *l. pen. § pen. de jur. immun.* junct. *l. 7. § ult. ff. Quod cujusque univ. nom.* Mev. *p. 2. dec. 173.* J. Voet. *n. 5. de jur. immunitat.* De Rebus vid. *l. 3. §. 1. de cenſ.*

Object. VI. Object hujus immunitatis ſunt munera publica & privata, perſonalia & patrimonialia. Quamvis immunitas à publicis raro concedatur, adeo, ut, etiamſi in genere à muneribus conceſſa fuerit, in illa tamen immunitate patrimonialia non comprehendantur, *l. 11. ff. h. t. l. 3. C. de muner. patrim.* Mev. *p. 9. dec. 23.* J. Voet. *n. 2. h. t.* niſi in ſpecie illorum mentio fuerit facta; *d. l. 11. ff. de Vacat.* Conf. Stryck. *Diſp. de motu propr. Princip. c. 2. n. 33. ſeqq.* Quo tamen in caſu, etiamſi in ſpecie à patrimonialibus immunitas conceſſa ſit, caſus ſummæ & extremæ neceſſitatis non excluditur. R. J. *de anno 1544. §. Und nehmlich ſollen, 27.* R. J. *de anno 1582. §. Und demnach ſollen die Unterthanen, 11.* R. J. *de anno 1594. §. Demnach ſollen die Unterthanen, 12.* Puſendorf. *de J. N. & G. lib. 5. c. 12. & l. 8. c. 2. §. 1.* Carpz. *lib. 4. resp. 71. & 75.* Gail. *2. obſ. 52. n. 26.* Stryck. *U. M. h. t.* J. Voet. *n. 7. h. t.* Adeo ut hoc in caſu nec Principum bona patrimonialia excipiantur. Carpz. *d. lib. 4. resp. 76.*

F. & D. S. VII. Forma & Differentia ſpecifica partim ab objecto partim à fine dependet, & in eo conſiſtit, quod hæc immunitas liberet à neceſſitate munera ſuſcipiendi. Ut autem quis effectum hujus juris conſequatur, requiritur, ut ad munus vocatus privilegium ſuæ immunitatis alleget. Hinc, ſi ſponte ſua munus ſuſcipiat, licet ipſe immunitatem habeat, tacite eidem renunciaſſe videtur, *l. pen. §. ult. ff. de vacat. l. pen. §. ult. ff. de jur. immunit.* & allegare debet immunitatem non per modum ſimplicis querelæ, ſed per Appellationem. *L. 4. & 7. C. de appell.* A qua tamen neceſſitate tutela excipitur poſſunt enim tutores per modum ſimplicis querelæ excuſationem allegare, & ſi non audiantur, tunc demum appellare. ſupra *lib. 49. tit. 10.*

TIT. VII. DE LEGATIONIBUS.

Cod. Lib. 10. Tit. 63.

§. I.

POſtquam Juris Compilatores in genere immunitatem à muneribus explicarunt,

runt, nunc in ſeqq. ut nonnullas ſpecies munerum publicorum ſeparatim ſubjiciunt, & explicant, & quidem primo Legationes.

II. Legatio nihil aliud eſt quam munus publicum, quo quis ad negotia Reipublicæ expedienda peregre mittitur. Dicitur munus, per *l. 18. §. 12. ff. de muner.* quod etiam inviti ſuſcipere tenentur; *l. 4. §. 5. h. t.* dicitur porro munus publicum, nam Legati mittuntur ad publica negotia expedienda. Finis enim legationis eſt neceſſitas publica, & legatus ob rem privatam non mittitur, prout cautum eſt in LL. XII. Tabular. Eſt etiam hoc munus regulariter perſonale, *l. 18. §. 12. ff. de muner. & honor.* quia conſilio & prudentia expeditur, & ſumptus ab ipſo mittente præſtantur; quod tamen definitioni propterea non eſt adjectum, quia interdum etiam eſt mixtum, v. g. ſi quis gratuitam legationem propriis ſumptibus in ſe ſuſcipiat, *l. 18. §. 27. de muner. & honor.* quod autem nonnulli gratuitam legationem in ſe recipiant, præter experientiam, teſtatur JCtus in *l. 2. §. 5. & l. 11. h. t.* Ad Reipubl. negot. exped. Reſpublica vero hic non ſtricte & proprie, ſed late accipitur, ut etiam civitates & municipia comprehendat. *l. 1. l. 4. §. 5. h. t. l. 1. C. de Legation. l. 2. § 3 ff. de Judic.* Joh. Voet. *n. 3. h. t.* Hodie autem communiter ad Regalia refertur, & municipibus denegatur. — Legatio quid? — Finis. — Leg. eſt munus perſon.

III. Ex dictis etiam apparet, quid ſit Legatus, nempe Mandatarius ad publica Reipubl. negotia expedienda peregre miſſus. Et ita definitur habito reſpectu ad Jus civile. Moribus autem noſtris, quibus, uti dictum, poteſtas legatos mittendi ad Regalia refertur, à Juris publ. Interpretibus definitur, quod ſit Mandatarius publ. negotiis expediendis peregre miſſus ab eo, cui competit poteſtas Legatos mittendi. Kirchnerus, *de legat. lib. 1. c. 1. n. 6.* Quam deſcriptionem etiam, paucis mutatis, retinet Beſold. *2. Pol. c. 8. th. 3.* Unde, teſte Kirchnero, in Comitiis Imperii à Regibus miſſi Legati ſimpliciter, *Geſandte*, à Statibus vero miſſi *Abgeſandte* vocantur. *d. tr. de Legat. lib. 1. c. 1. n. 19.* De varia illorum diſtinctione in Ambaſſiatores, Envoyes, Reſidentes, &c. vid. poteſt Dn. Kulpis, Schœpffer, & Engelbrecht *ad h. t.* & P. Muller. *Diſſ. de Reſident. ac Legat. primi Ord. Preſbriten de Jur. Legat.* Stryck. *§. 2. h. t.* — Legatus quis?

IV. Cauſa Efficiens Legationis & hujus muneris eſt ille, qui Legatum mittit: Legatos autem mittere poſſunt Jure Rom. non tantum hi, qui ſuperiorem non agnoſcunt, ſed etiam inferiores & civitates municipales, hodie tantum ii, qui non agnoſcunt ſuperiorem. Kirchn. *d. tr. l. 1. c. 3.* Secundario vero etiam ii, quibus hoc jus eſt communicatum, uti hoc dici poteſt de omnibus Imperii Statibus. Kirchn. *d. l.* Mev. *ad Jus Lub. lib. 1. tit. 1. art. 10. ſe em ſu.* Dn. Rhetz. *Inſt. Jur. publ. lib. 2. t. 25. §. 3.* Stryck. *§. 3. h. t.* & quod etiam Hanſeaticis civitati- — C. E.

vitatibus, quamvis non omnes ſint liberæ Imperii civitates, idem jus hodie competat, late defendit Mevius, *d. art. 10. in fin.*

Subj. V. Subjectum ſunt perſonæ idoneæ, i. e. qui quoad corporis & animi qualitates ſunt præſtantiſſimi; de quibus Kirchn. *d. tr. l. 1. c. 4.* Joh. Voetius, *n. 5. h. t.* Excip. Jure civili hoc munere fungi nequeunt (1.) Reip. debitores, *l. 4. ff. h. t.* (2.) Qui poſtulare pro aliis nequeunt, *l. 4. §. 1. ff. h. t.* quales ſunt infames. Qr. An Fœminæ? Qr. an Fœminæ hoc munus mandari poſſit? communiter illud negat Paſchalius, *de leg. c. 20.* quem ſequitur Autor *de jure & judicio inter gentes, lib. 2. ſ. 4. Quæſt. 7.* Qr. An Uxores ſecum ducere poſſ. Hac occaſione etiam quæritur: An Legati Uxores ſecum ducere poſſint? R. quamvis exempla non deſint, communiter tamen exiſtimant Politici, Comitatum Uxorum periculoſum eſſe. D. Autor *de J. & J. inter Gent. l. 2. ſ. 4. Q. 11. ubi pro negativa pluribus pugnat rationibus.* De Clericis, & aliis, an hoc munus demandari iis poſſit, agit Beſold. *d. tr. de Legat.* it. Paſchalius, Kirchnerus, *dd. ll.* Reliqui, qui non prohibentur, nec juſtam excuſationis cauſam habent, etiam inviti illud munus ſuſcipere tenentur; *l. 4. §. 5. ff. h. t.* Quod etiam Lubecenſes expreſſe in ſuis Statutis approbarunt. *lib. 1. art. 10.* Excuſantur tamen ab hoc munere, qui Romæ tres, in Italia quatuor, in Provincia quinque liberos habent, *l. 1. C. h. t.* item qui Amicitias habent cum illo, ad quem mittendi. *l. 4. §. 3. ff. h. t.*

Objectum. F. & D. S. VI. Objectum hujus muneris ſunt Negotia Reip. expedienda, quæ ſunt officii, vel honoris. Kirchn. *l. 1. c. 2. n. 7. & 8.* Forma & Differentia Spec. in eo conſiſtit, quod ſcil. Legati peregre mittantur ad negotia Reipubl. expedienda. Finis. Finis eſt expeditio negotiorum Reipubl. Hac ipſa ratione diſtinguitur Legatus (1.) ab Oratore, qui veteribus tamen etiam Legatus dicebatur. Orator quis? Hic enim dicitur is, qui tantum verba facit coram eo, ad quem miſſus eſt, & potius os & lingua eſt ipſius Legati. (2.) A Nuntio, qui voluntatem tantum alterius indicat. (3.) A Procuratore, qui adminiſtrat privatorum negotia, Legatus vero publica. Kirchn. *l. 1. c. 1.*

Officium Legati. VII. Officium Legati in genere in eo conſiſtit, ut negotium commiſſum ſumma diligentia & prudentia expediat, eapropter, durante Legatione, neque propriis, neque alienis ſeſe interponere debet. *l. 8. §. ſ. ff. h. t.* Excipiuntur tamen (1.) Negotia, quæ Legationi non ſunt impedimento. *l. 2. ff. h. t.* (2.) Quæ non admittunt moram. *l. 10. & 11. §. 1. ff. h. t.* Alios enim ſubſtituere non poſſunt, præter filios jure Rom. *l. 4. §. 4. h. t.* niſi gratuitam in ſe ſuſceperint legationem, quo caſu etiam alios ſubſtituere permiſſum eſt. *L. 11. pr. h. t.* Joh. Singularia fa- Voët. *num. 5. h. t.* Quia autem hoc munus maxime eſt oneroſum, eapropter in vor. favorem Legatorum multa ſingularia conſtituta ſunt, quæ reſpiciunt vel eorum ſecuritatem, vel indemnitatem, vel commodum.

VIII.

VIII. Ad Securitatem pertinet, quod Exterorum Legati ſint ſancti & tuti jure Gentium, *l. f. ff. h. t.* Joh. Voet. *n. 1 h. t.* unde Livius: *Legatum non admiſit, jus gentium abrogavit*, Et Cicero: *Legatorum jus humano & divino jure tutum eſſe* ait, *quorum nomen ſanctum eſt*. Principis legati tuti ſunt lege Julia Majeſtatis; *l. 1. ad L. J. Maj.* Inferiorum Magiſtratuum autem legati tuti L. Julia de vi publ. Mev *ad Jus Lub. lib. 1 tit. 1. art. 10. in fin.* Coccej. *diſſ. de legato ſancto non immuni.* & Klein *diſſ. de foro legati delinquentis.* Ratione ſecuritatis.

IX. Indemnitatem reſpicit, quod ſcil. (1.) Legato regulariter omnes ſumptus ſint reſtituendi, Viaticum præſtandum, quod legativum dicitur in *l. 2. §. 3. ff. h. t. l. 18. §. 12. de muner. & honor.* Joh. Voet. *n. 2 h. t* Quod ipſum Viaticum ipſis præſtitum, ſi Legatus ante finitam legationem vel in itinere mortuus fuerit, reſtituere non tenetur, ſed liberorum ejus lucro cedit *arg l 38. loc. l. 10. §. 1. ff. h. t.* Brunnem. *cent. 4. dec. 10.* (2. Quod omnia legationis cauſa amiſſa ipſi ſint reſtituenda *l l. 9. ff. h. t.* Mev. *ad d. a 10. n. 28. & ſqq* etiam impenſæ in morbum vel funus. Cacheran. *Dec. 46.* Struv. *Exerc. 50. th. 76* ibique Mull. Joh. Voët. *n. 6. h. t.* Ratione indemnitat.

X. Ad lucrum pertinet & commodum, quod ſcil. Legatus reverſus per biennium Immunitatem habeat ab aliis muneribus. *l. 7. & 8. ff. h. t. l. 3. C eod.* An vero Legatus munera ab eo, ad quem miſſus eſt, accipere poſſit, controverſum eſt: Romani id permiſerunt, referente Mev. *ad d. art. 10 n. 30. & 32. v.* Voët. *n. 5. h. t.* Acceptis vero muneribus quæritur porro, an legatus ea retinere, an vero Principi, à quo miſſus eſt, reſtituere teneatur? Weſenb. prius generaliter affirmat; ſed reſpiciendum eſt ad cujusque populi Statuta & leges. Veneti ea ærario inferunt. Mev. *ad d. art. n. 33.* In Germania Legatis communiter cedunt. Mev. *ib. n. 34.* Licet prius ad pedes illius, a quo miſſi ſunt, deponere ſoleant. Rhetz. *d. Tr. 1. 33 §. 3.* Stryck. *U. M. §. ſ h. t.* Plura de hac materia videri poſſunt apud Autores ſupra allegatos, puta Beſoldum, Kirchnerum, Paſchalium *de Legatis*, & Autorem *de Jure & Judicio inter Gentes*, item Wicquefort, Marſelaer, aliosque in B. G. Struvii *Biblioth. ſel. h. t.* nec non noviſſime L. P. de Pelzhoffer. *in Arcan. Status lib. 4 per tot* Ratione Lucri & Commodi. Q. d. muneribus & donis?

TIT. VIII.
DE ADMINISTRATIONE RERUM AD CIVIT. PERTINENTIUM.

Cod. *Lib. 11. Tit. 30. 31.* Nov. *95.*

§. I.

POſtquam Juris Compilatores primum ſpeciale munus Legationis ſcil. pertractarunt, progrediuntur jam ad ſecundum, quod eſt Adminiſtratio rerum Connex. Tit.

ad civitates pertinentium, de qua agitur in hoc tit. Licet alias varia ſint Adminiſtratorum nomina, de quib. vid. C. J. A. *h. t. §. 1.* Hæc tamen Adminiſtratio nihil aliud eſt, quam munus perſonale, quo quis rem civitatis pecuniariam adminiſtrare tenetur. Quod ſit munus perſonale, probatur, per *l. 18. §. 3. & ſeqq. ff. de muner. & honor.*

Definitio.

Summa hujus Muneris, in quo conſiſtat?

II. Summa hujus muneris conſiſtit in eo, ut quis rem civitatis pecuniariam adminiſtret, publicos reditus exigat, illosque in deſtinatos uſus eroget; ſi enim pecunia publica in certos uſus fuit deſtinata, in alios non eſt convertenda. *L. 1. ff. h. t.* cujus tamen limitatio habetur in *L. 4. ff. eod.* J. Voet. *n. 2. h. t.* Hi autem Adminiſtratores debitam adhibere debent diligentiam, nimirum illam, quam quilibet diligens Paterfamilias in rebus ſuis adhibet; non enim tantum de dolo & lata, ſed etiam levi culpa tenentur, *l. 6. h. t.* non vero de leviſſima, ex communi Dd. opinione, quos refert Mev. *ad Jus Lub. l. 2. p. 2. t. 3. ad rubr. fere in fin.* Si itaque nomina publica inidonea fuerint facta, illorum periculum ad Adminiſtratores pertinet, *l. 5. § 9. ff. h. t.* ſi ſcil. illorum culpa hoc accidit, ſecus ſi caſu fortuito *l. 2. § 7. h. t.* Ratione doli in duplum tenentur. *l. 5. § 4. h. t.* Voet. *n. 1. h. t.*

Quot. rat. redd.?

III. Sicuti autem omnes aliarum rerum Adminiſtratores, ita & hi Curatores ſecundum fidem, i. e. bona fide, datorum & acceptorum rationes conficere & reddere tenentur, *l. 2. §. 2. h. t.* Stryck. *U. M. §. 9. & 10. h. t.* & quidem illis, penes quos eſt Rempubl. adminiſtrandi poteſtas. Unde Q. An etiam civitates municipales Principi rationes datorum atque acceptorum reddere teneantur, vel an pati cogantur, ut in ipſa rationum redditione quis Principis nomine præſens ſit, qui illorum rationes examinet? Ad hanc quæſtionem dicendum, quod ad cujusque loci Statuta & Conſuetudines ſit reſpiciendum; ſi tamen talia Statuta deficiant, tunc concludunt Dd. quod regulariter negative ſit reſpond. Mev. *ad J. Lub. p. 2. t. 3. ad Rubr. num. 23. ſeqq.* Heig. *p. 1. Q. 20.* Klock. *de Contribut. c. 5. n. 100. circ. fin.* Secus vero in Reditibus provincialibus *derer Land-Rentmeiſter*; Engelbr. *ad ff. h. t.* vel ſi cives de mala adminiſtratione querantur. Dn. de Lyncker. *in Anal. ad h. t. th. 77. in fin.* D. Stryck. *Diſſ. de Jure principis circa civitat. rationes, & in uſu modern. §. 2. usque ad § 6. h. t.* Hæ autem rationes, licet ſubſcriptæ & expunctæ ſint, tamen vivente Adminiſtratore intra 20. mortuo intra 10. annos retractari & de novo computari poſſunt, per *l. 13. §. 1. de diverſ. temp. præſcript.* etiamſi quietatio ſit jurata. Stryck. *Diſp. de Jur. Princip. circa ration. civit. c. 6. n. 69. & in uſu modern. §. 11. & 12. h. t.* Si vero Error calculi ſit commiſſus, tunc etiam ultra 10. & 20. usque ad 30. annos retractari poſſunt. *l. 8. pr. h. t.* Matth. Weſemb. *p. 1. conſ. 47. n. 50.* Mev. *p. 3. dec. 200.* Nam ſic error Calculi nunquam veritati præjudicio eſſe poteſt; *l. un. C. de Error. calc.* ibique

An rationes redditæ retractari & revideri poſſint?

que Brunnem. niſi de ipſo errore calculi tranſactum & judicatum ſit. *d. l. un.* Ayrer. *Tr. ad d. L. un. de Error. calc.* Joh. Hæſer. *de rat. redd. Cap. 15.* D. Hildebr. *Diſſ. de reviſione rationum ſemel expunctarum.* In hac ipſa autem rationum computatione, ſi aliquid in reſiduo permanſerit, tunc illud reſiduum adminiſtrator cum uſuris ex mora debitis ſolvere tenetur; *l. 5. pr. h. t.* uſuras tamen uſurarum præſtare non cogitur. *l. 2. §. 5. ff. eod.* conf. Brunnem. *cent. 3. dec. 1.* & Dn. de Lyncker *h. t. in fin. ibique citand.*

IV. Plures Adminiſtratores ſi pro indiviſo fuerint conſtituti, ſinguli tenentur in ſolidum; *l. 2. §. 8. ff. eod.* adeo ut ille etiam, qui non adminiſtravit, in ſolidum poſſit conveniri, *l. 3. pr. h. t.* ſalvo tamen Excuſſionis beneficio, ita ut ille primum conveniendus, qui adminiſtravit, *d. l. 3.* ſi tamen unus, propter culpam Collegæ, aliquid præſtiterit, tunc adverſus Collegam, ejusque heredes, ad illud repetendum ei actio conceditur. *l. 2. §. 10. ff. h. t.* Stryck. *§. 1. h. t. ubi præjud.* Voët. *n. 4. h. t.* Et hi Curatores, ſi, durante officio, officii nomine contraxerint, finito officio, ſuo nomine conveniri non poſſunt; generaliter enim verum, quod in officio conſtitutus, & officii nomine contrahens, eo finito, regulariter conveniri non poſſit. *l. 5. ff. de inſtit. act.* Cz. *lib. 4. Reſp. 79.* Voet. *n. 5. h. t.* Niſi ipſi proprio nomine contraxerint, fidemque ſuam interpoſuerint; *l. 3. §. 2. ff. h. t.* licet in Reipubl. utilitatem hoc converſum fuerit; *d. l.* Suo autem nomine videtur contrahere, ſi non tantum officii, ſed etiam ſuorum heredum facit mentionem; nam in officio conſtitutus, quatenus officii nomine contrahit, eatenus non habet heredem; ſed quatenus contrahit ut privatus. Caute itaque procedere debent Adminiſtratores, ut ſucceſſorum, non vero heredum, faciant mentionem. Cz. *d. Reſp. 79.* D. Laut. *in D. ad L. 27. de reb. cred. p. 20. cum ſeqq.*

Quid ſi plures Adminiſtr.?

Quid finito officio?

Suo nomine quom. contrah.?

TIT. XI. DE DECRETIS AB ORDINE FACIENDIS.

Cod. *Lib. 10. Tit. 46.*

§. I.

CUm Adminiſtratores in ipſa rerum adminiſtratione ad decreta Decurionum maxime reſpicere debeant, ſubjicitur hic titulus. Sunt autem Decreta ab ordine facienda nihil aliud, quam ordinationes à decurionibus de illis, quæ ad utilitatem & neceſſitatem civitatis pertinent, factæ.

Coerentia Tit.

Decr. hæc quid?

II. Cauſa Efficiens ſunt Decuriones, & requiritur, ut duæ partes Decurionum ſint vocatæ & præſentes; *l. 2. & 3. ff. h. t.* Mevius, *p. 4. dec. 201.* ex quibus ſi major pars aliquid decernat, illud ipſum ſubſiſtit & non neceſſe eſt, ut omnes præſentes conſentiant. *l. 45. C. de Decurionib.* Stryck. *U. M. §. 2.* & Voet. *h. t.* Objectum ſunt omnes res, quæ ad neceſſitatem vel utilitatem Civitatis pertinent, qualis eſt conſtitutio Medicorum, *l. 1. h. t.* & ut hiſce

C. E.

Object.

F. & D. S. hiſce & ſimilibus ſalaria conſtituantur. *l. 4. §. 2. ff. eod.* Forma & D.ff. Spec. dependent à fine, quod hæ ordinationes fiant propter utilitatem & neceſſitatem civitatum municipalium; in hoc enim differant à LL. univerſalibus. Effectus in eo conſiſtit, ut obligent membra Civitatum, ſed ſcientia tantum, non vero ignorantia. *l. f. h. t.* Contraria ſunt, ſi duæ partes non præſentes fuerint; *l. 2. ff. h. t.* item ratione formæ, ſi contra utilitatem publicam facta fuerint *l. 4. pr. ff. h. t.* Ad Contraria etiam pertinet reformatio & mutatio horum decretorum; quæ tamen ſine juſta cauſa non facile mutanda *l. 5. h. t.* Mev. *ad J. L. Quæſt. prælim. 2. n. 52. ſqq. & part. 6. dec. 81.* Cognata ſunt Statuta Civitatum municipalium. Coler. *de Proceſſ. exec. P. 1. c. 3. n. 8. & ſeqq.*

Eff. 3. Contraria.

Cognata.

TIT. X.
DE PUBLICIS OPERIBUS.
Cod *Lib. 8. Tit. 12. & 13.*
§. I.

Quæ ita dicantur?

TErtio etiam ſpecialiter JCti interpretantur Curam Operum publicorum, quæ etiam munus perſonale eſt, de qua agitur in hoc Tit. Dicuntur autem hoc loco Opera publica Portæ, Muri, Valla, Balnea publ. Theatra, Aquæductus & ſimilia munimenta ad civitatis utilitatem pertinentia; *t. t. C. de op. publ.* quæ omnia curantur, ædificantur, reficiuntur, defenduntur à Curatoribus, (quibus hodie non abſimiles *die Bauherren*:) ita tamen, ut hi ſine Principis authoritate novum opus publico ſumptu extruere non poſſint; *l. 3. §. 1. ff. h. t.* Stryck. *§. 1. h. t.* Si vero quis proprio ſumptu velit novum opus extruere, hoc poteſt, etiam ſine Principis authoritate, *l. 3. pr. ff. l. 5. C. h. t.* niſi & hoc faciat ad æmulationem alterius civitatis, aut præbeat materiam ſeditionis, vel Circum-Theatrum vel Amphi-Theatrum fiat; *d. l. pr. ff. h.* ex quo textu concludunt Dd. quod nec Principes caſtra & fortalitia extruere poſſint in ſuis provinciis, vel finibus, ex quibus damnum vicinis timendum, & quod talia Caſtra operis novi nunciationis remedio impediri poſſint. Gail. *2. O. 69. num. 18.* Conf. Deckherr. *in Vindic. B'um. tit. 20. n. 99.* Quæ vero ad ſecuritatem pertinent, ea privati vel curatores ſine Principis aut Superioris conſenſu ne quidem reficere poſſunt, qualia ſunt Portæ & Muri. *l. 5. §. 4. ff. de R. D. l. 6. ff. h. t.* Putat quidem D. Hahn. muros quemlibet reficere poſſe; Verum quod etiam refectio jure civili ſine Principis conſenſu fieri non poſſit, probat *l. 9. §. 4. ff. de rer. diviſ.* Ex hiſce textibus inferunt Dd. jus muniendi ad Regalia pertinere. Matth. de Afflict. *deciſ. 205. n. 70. & n. 74.* JCti Marpurg. *vol. 3. Conſil. 30. n. 186.* Quod tamen noſtris moribus quoad refectionem plurimis in locis non obſervatur, ſed etiam munimenta refici poſſunt ſine Principis conſenſu; uti teſtatur Balthaſar. Conrad. Zahn. *in Ichnographia Municip. c. 70. n. 2.*

An & quat. Portæ & Muri refic.?

II. Ope-

Cujus nomen inſcrib.?

II. Operibus autem publicis, ſumptu publ. exſtructis præter nomen Principis, nullius alterius nomen eſt inſcribendum, adeo ut, ſi Curatores Magiſtratus, ſine Principis conſenſu, contrarium fecerint, crimen læſæ Majeſtatis committant; *l. 10. C. h. t.* niſi ſuo ſumptu hoc fecerint. *l. 2. pr. l. 3. §. 2. l. 4. 7. §. 1. ff. h. t.* C. J. A. *h. t. §. 7.* Voet. *n. 2. h. t.* Qr. An etiam propter opus publicum exſtruendum privata domus poſſit deſtrui? Affirm. ſi ſcil. Principis authoritate opus publicum ſit exſtruendum, modo ipſis pretium ſive æſtimatio reſtituatur. Si tamen ædes privatæ ac illarum æſtimatio excedat 50. libras, tunc in ſpecie requiritur Principis autoritas. *l. 9. C. h. t.* Perez. *in C. ad h. t. n. 4.* Add. Dn. Stryck. *Diſſ. de Principe eminente.*

An Domus priv. ob opus publ. demoliri poſſ.?

Quæ diligent. adhib.?

III. Hi autem operum publ. Curatores in hiſce exſtruendis etiam debitam adhibere debent diligentiam, ut nimirum ſolida fiant ædificia, quæ reſpondeant ſumptibus, alias ipſi & eorum heredes, intra XV. annos, ſi vitium provenerit, etiam ex poſt facto, obnoxii ſunt proprio ſumptu illud reſtituere; *l. 8. C. h. t.* De aliis effectibus ac ſpecialibus vid. C. J. A. *h. t. §. 8. & ſeqq.* Klock. *tom. 4. conſil. 5. n. 248. cum ſeqq.*

Effect. al. remiſſive.

TIT. XI. DE NUNDINIS.

Cod. *Lib. 4. Tit. 60.*

§. I.

Connex. Tit.

AD publicam etiam pertinet utilitatem, ut omnium rerum in Civitate ſit abundantia, unde illius gratia Nundinæ inſtitutæ ſunt, de quibus agitur in hoc Tit. Nundinæ quaſi Novendinæ à nono quoque die dictæ ſunt, quo agricolæ vendendæ emendæque mercis & audiendarum legum cauſa in urbem confluebant. Weſenb. *h. t. n. 1.* Sunt autem Nundinæ nihil aliud, quam conventus mercatus gratia publica authoritate inſtituti. Dividuntur in Annales & Hebdomadales: Hæ *die Wochenmarckt*, inſtituuntur ab ipſis Civitatibus, annonæ gratia, ſine ſpeciali Principis conceſſione. Anton. Theſſaur. *deciſ. 264. n. 4.* Beſold. *Theſaur. pract. voc. Meß.* Stryck. *U. M. §. 1. h. t.* Annales *die Jahrmarckt* dicuntur, quæ ſingulis annis recurrunt, idque vel ſemel, bis, ter, vel quater. Et hæ annales iterum ſunt vel Minus ſolennes ſeu Provinciales, quæ in ſpecie dicuntur *Jahrmarckt*, & inſtituuntur ab inferioribus etiam Principibus & Statibus Imperii, vi Juriſdictionis territorialis. Limnæus, *de jure publ. lib. 4. c. 8. n. 311. & 312.* Stryck. *§. 2. & 3. h. t.* Vel Solennes ſive Univerſales, quæ authoritate Imperatoria inſtituuntur, ubi non tantum ex certa aliqua provincia, ſed ex toto fere Imperio homines conveniunt, quales ſunt Francofurtenſes ad Mœn. Lipſienſ. Brunſvicenſ. &c. Klein *Diſſ. de Nund. ſolenn. v. §. 12.* ſupra *de feriis.*

Nundinæ unde nom.?

Definitio. Diviſio. Hebdomadal.

Annales. Hæque vel minus Solenn. ac Provinciales,

Vel Solenn. ac Univerſ.

C. E.

A quo inſtit.

II. Et non niſi ab Imperatore inſtituuntur, de quibus loquitur *l. 1. ff. & l. un. C. h. t.*

C. h. t. Voët, *n. 1. h. t.* Quod Jus D. referunt ad Reſervat. Imperatoris vel Regis Rom. Beſold. *d. voc. M. ſ.* Schmier *de Reſerv. Imp. §. 41. n. 6.* P. Muller *ad Struv. h. t. th. 11. lit. α.* Stryck. §. 3. *h. t.* D. Schweed. *in jur. publ. part. ſpec. ſect. 1. c. 17. §. 11 cum ſeq.* Cum enim Reipubl. & Commerciorum maxime interſit, ut hæ Nundinæ tuto exerceantur, eapropter ſpeciale illis privilegium conceſſum eſt, ne ſcil. durantibus Nundinis perſonæ vel res eorum, qui convenerunt mercatus gratia, illic detineantur ex cauſa civili, vel in jus vocentur, *l. un. C. h. t.* Cujus privilegii Cauſa Efficiens eſt ipſe Imperator; quandoque vero etiam Tempus immemoriale. Marquard. *de Jure Mercat. lib. 1. c. 3. n. 37 ſeqq.* P. Muller. *d. l. lit. ζ.*

Subject. III. Subjectum hujus Privilegii ſunt Perſonæ & Res illorum, qui mercatus gratia convenerunt, licet in loco Nundinarum degant. Dn. de Lyncker in *Anal. h. t.* Stryck. *in uſu mod. §. 13. de feriis.* Hiſce enim tantum competit hoc privilegium, non reliquis civibus, & ideo eis id conceſſum eſt, ne turbentur commercia, quæ ratio in reliquis civibus ceſſat. Carpz. *J. F. p. 1. c. 30. d. 24.* Excipiuntur tamen illi, qui de fuga ſunt ſuſpecti; adque per *l. 10. §. 16 ff. quæ in fraud. credit.* nam fugientes eo ipſo criminis rei eſſe videntur, fuga enim eſt criminis ſpecies; Delinquentes autem non gaudent hoc privilegio, fidem enim frangunt fugientes, quibus fides ſervanda non eſt. Berlich. *p. 1. concl. 77. n. 10.* Mev. *tr. de Arreſtis, c. 11. n. 17.* ubi plures hujus Exceptionis defenſores adducit. Stryk. *§. 6.* Joh. Voet. *n. 4. h. t.*

Object. IV. Objectum ſunt cauſæ privatæ, locum itaque habet hoc privileg. (1.) in cauſis civilibus; quo ipſo excluduntur cauſæ criminales, *l. un. C. h. t.* indigni enim ſunt LL. beneficio, qui contra LL. peccant. Male itaque ſibi perſuadent Banniti ſeu Relegati, præſtita urpheda, tempore Nundinarum, impune ſibi reverti licitum eſſe, Carpz. *d. c. 30. d. 5.* P. Muller. *ad Struv. h. th. 11. lit. μ.* Stryk. *in U. M. §. 5. h. t.* (2.) Ut cauſa civilis ſit privata, non publica, nam ſi v. gr. merces in commiſſum cedant propter vectigalia non ſoluta, ceſſat hoc privilegium. *arg. d. l. un. C. h.*

Quid de Contract. in ipſis Nund. celebratis? Nonnulli excipiunt contractus in ipſis nundinis celebratos, in quibus contrahentes in jus vocari poſſe putant, etiam durantibus adhuc Nundinis; Weſenbec. *h. t. num. 2.* Mevius, *d. tract. c. 11. num. 1.* ſed contraria ſententia de jure verior nobis videtur, per generalitatem *d. l. un.* quæ indiſtincte loquitur, & lege non diſtinguente nec noſtrum eſt diſtinguere, *arg. l. 8. ff. de Publ. in rem act.* & verba generalia generaliter ſunt accipienda. *l. 1. §. 1 ff. de legat. præſt.* Carp. *p. 1. c. 30. d. 26.* Bach. *ad Weſ. h.* Jo. Voet. *n. 3. h. t.* Nec obſt. *l. 19. §. 2. ff. de Jud.* à diſſent. adducta, id enim juris communis eſt, quod in loco contractus quis forum ſortiatur, hoc autem ſpeciale privilegium Nundinarum. *Ad. DD.* P. Muller. *ad Struv. h. t. th. 11. lit. ζ.*

V. For-

V. Forma & Differentia Spec. qua hoc privilegium ab aliis diſtinguitur, maximam partem dependet à fine, & conſiſtit in eo, quod durantibus Nundinis, *wann ſie eingeläutet*, nec perſona nec res propter cauſas civiles detineri poſſit, neque in locis, per quæ accedunt ac diſcedunt, Frantzk, *lib. 2. Reſol. 9. n. 60.* J. Voet. *n. 2 h. t.* etiamſi debitum juramento ſit confirmatum. Struv. *h. t. th. 82.* ibique P. Müller. *lit. i.* Hoc itaque privilegium locum habet durantibus nundinis; per Nundinas autem intelligimus ſolennes, de hiſce enim loquitur *d. l. un.* Poſtmodum autem multorum locorum conſuetudine hoc privilegium extenſum eſt ad Nundinas minus principales. Qr. an etiam locum habeat in Hebdomadariis? Zahn. *in Ichnogr. municipal. cap. 58. n. 2.* expreſſe ſcribit, quod locum habeat, Verum huic ſententiæ Dd. communiter contradicunt. Carpz. *dict. c. 30. d. 23.* Ceſſat etiam ſtatim finitis Nundinis, *wann man ausgeläutet.* Carpz. *d. Conſtit. def. 28.* Stryk. *§. 7. h. t.* Finis conſiſtit in eo, ne ſcil. durantibus Nundinis quis ibi in Jus vocetur, conveniatur, vel arreſto detineatur. *d. l. un.* — F. & D. S.; An privil. nund. obtin. in Hebdomadariis? ; Finis.

VI. Contraria ſunt (1.) Renunciatio, qua hoc privilegium tollitur; Licet enim illud publicam concernat utilitatem, quia tamen etiam privatorum commodum reſpicit, ideoque eatenus huic privati renunciare poſſunt. Mev. *d. tr. de Arreſt. cap. 11. n. 20.* Carpz. *p. 1. c. 30. d. 27.* (2.) Præſcriptio 10. annorum; ſi enim per 10. annos hæ nundinæ non ſint inſtitutæ à Civitatibus, hoc privilegium amittunt. *l. 1 ff. h. t.* ibique Brunnem. ubi tempus Belli recte excipit. Stryk. *§. 8.* Voet. *n. f. h. t.* In foro tamen Saxonico 30. annis non utendo, hoc, ut & reliqua privilegia, amittuntur. Weſenb. *h. t. in fin.* Dn. de Lyncker. *in Anal. h. t.* Plura de Nundinis vid. ap. Fritſch. *Tr. Tr. 4.* — Contraria. (1) Renunciatio. (2) Præſcriptio.

TIT. XII.

DE POLLICITATIONIBUS.

§. I.

AD Jus Municipiorum pertinet etiam, quod, propter ſingularem eorum favorem, Pollicitationes in foro Rom. ſint obligatoriæ, de quibus agetur in hoc tit. Vocab. autem Pollicitationis dupliciter accipitur; (1.) Pro quacunque promiſſione ſeu conventione, etiamſi ſtipulatione facta ſit; *l. 3. C. de donat. ante nupt. l. 43. §. 1. ff. de C. E. V.* (2.) In ſpecie & proprie denotat nudum offerentis factum ſeu nudam obligationem, quam nulla ſecuta eſt acceptatio: Definiturque quod ſit ſpontaneum offerentis promiſſum; & differt à pacto, quod hoc fiat oblatione & acceptatione, & duorum vel plurium conſenſum requirat; Pollicitatio vero nuda oblatione. *l. 3. pr. ff. h. t.* — Connex. Tit.; Homonym.

II. Hæc

Quæ jure Gent. vel Civ. oblig.

II. Hæc Pollicitatio, quatenus conſideratur quoad Jus Univerſale, Naturale & Gentium, producit quidem obligationem in ipſo, qui aliquid pollicitus eſt, ita ut obligetur præſtare id, quod pollicitus eſt, ſed alteri, cui aliquid promiſſum, non acquiritur jus illud, quod per pollicitationem promiſſum eſt, exigendi; jure enim naturali nobis non acquiritur jus niſi volentibus & acceptantibus, Hic autem nulla acceptatio & voluntas ejus acceſſit, cui pollicitatio facta eſt. *Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 11.* Verum quatenus conſideratur reſpectu Juris poſitivi & Juris civilis Romani, tunc quædam pollicitationes habent vim & poteſtatem efficaciter obligandi, ita ut alteri jus exigendi competat, quædam vero non, ſed ſuæ naturæ relictæ ſunt, adeo ut, æque ac pacta Jure Civ. dividi poſſint in Nudas & Non Nudas ſeu legitimas. Nudæ dicuntur, quæ non acceperunt vim & poteſtatem efficaciter obligandi, quales ſunt omnes, quæ privatis fiunt. Et hæ à Jure civili in medio relinquuntur, quippe quod illas neque approbat, neque reprobat, proinde Jure civ. nullam efficacem obligationem & actionem producere poſſunt, quod exinde etiam apparet, quia nec jure civ. nudum pactum efficacem producit obligationem, ubi tamen utriuſque voluntas intercedit. Non nudæ ſeu legitimæ dicuntur, quæ ex ſpeciali legis approbatione vim & poteſtatem legitime obligandi acceperunt, ita ut non tantum promiſſor obligetur, ſed etiam alteri jus acquiratur ad promiſſum exigendum. Tales ſunt, quæ fiunt DEO & Reipubl. quas jus Romanum ſpecialiter adprobavit, ita ut ex illis efficaciter agi poſſit ad promiſſum exigendum, *t. t. h.* Quæ igitur pollicitatio legitima fit DEO, in ſpecie dicitur Votum; *l. 2. §. 1. & 2. h.* de quo vid. P. Muller. *ad Struv. h. t. lit. & Textor. Vol. Diſſ. Diſſ. 38.* & Fritſch. *ad L. un. C. de oblat. vot.* Quæ Reipublicæ fit, in ſpecie dicitur Pollicitatio, quatenus ſcil. voto opponitur. De qua vid. Struv. *in decis. Sabbathin. c. 1. per tot.*

Diviſio in Nudas & Legitim. Nudæ quid?

Non nudæ quid?

Votum DEO fit.

C. E. Requiſit. (1)

III. Cauſa Efficiens legitimæ hujus Pollicitationis eſt voluntas promiſſoris, & adprobatio legis. Requiruntur itaque duo (1.) Voluntas promittentis ſpontanea, nam quæ neceſſitate fit, nulla eſt, *l. 6. §. 3. ff. h. t.* Non etiam ſufficit voluntas in mente retenta, ſed ſignis declarari debet, quibus autem ſignis declaretur, nihil refert, modo de Voluntate promittentis, & quidem præſentis certo conſtet; nam pollicitatio ab abſente facta nulla eſt, *l. 3. l. 1. pr. ff. h. t.*

(2) (2.) Specialis legis approbatio, ſine lege enim nemo obligatur.

Subj. activ.

IV. Subjectum activum ſunt perſonæ promittentes. Omnes autem, qui non impediuntur, nec prohibentur, per pollicitationem aliquid promittere poſſunt. Impediuntur, qui rationis uſu deſtituti ſunt. Prohibentur, quibus adempta eſt libera bonorum ſuorum adminiſtratio, unde ſervus nihil ita promittere poteſt, non enim habet liberam peculii adminiſtrationem; nam Pollicitatio eſt ſpecies

ſpecies donationis, quam ſervus facere nequit, niſi Dominus conſentiat; *l. 7. de donat. l. 2. §. 1. h.* Stryk. §. 2. *h. t.* idem de Filiofam. dicendum, qui etiam nihil ſine patris conſenſu polliceri poteſt quoad peculium profectitium & adventitium, in quo Pater uſumfructum habet, quod ſecus quoad caſtrenſe, nam argum. à pollicitatione ad donationem procedit, niſi obſtet Lex ac ſpecialis ratio. *l. 3. §. 1. ff. h. t.* Stryk. § 2. *h. t.* D. Bardili. *Exerc. 41. C. F. 43.* Reliquæ perſonæ omnes ita promittere poſſunt, ſive ſint maſculi, ſive mulieres. *l. 6. § 2. h. t.* Subjectum paſſivum ſunt perſonæ, quibus fit pollicitatio, ſc. D. O. & Reipubl. ſub qua etiam comprehenduntur hoc loco civitates municipales. *l. 3. §. 1. l. 8. l. 14. ff. h. t.* ex communi Dd. ſententia propter identitatem rationis. Stryk. *§ 1. h. t.* Et per extenſionem etiam trahitur ad alias Univerſitates & Collegia licita, Hinc ſi pauperibus pollicitatio facta ſit, ſubſiſtit. *arg. l. 19. & l. 5. C. de SS. Eccl.* Sub. Paſſ.

V. Objectum ſunt res & facta, *l. 1. pr. ff. h. t.* Res autem polliceri poſſumus omnes, quæ ſunt in commercio, ſive mobiles, ſive immobiles, corporales, aut incorporales. *l. 6. § 1. ff. h. t.* Facta hic intelliguntur licita, *l. 6. §. 5. l. 13. l. 8. ff. h. t.* Forma & D. S. conſiſtit in deliberata ſolius offerentis promiſſione, *l. 3. pr. ff. h. t.* De hoc autem ut conſtet, requiritur, ut facta ſit vel ob juſtam cauſam, vel ut pollicitatio impleri cœpta fuerit. Itaque, ut Pollicitatio valeat, requiritur, ut ob juſtam cauſam facta ſit, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* per cauſam autem hic intelligimus tam præteritam impulſivam, quam futuram finalem, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Voet. *n. 2. h. t.* Tales autem cauſæ ſunt (1.) Si quis propter honorem aliquid promiſit, *l. 1. §. 1. l. 6. pr. l. 9. l. 10. ff. h. t.* Quamvis enim hæc pollicitatio, quæ fit propter honorem conſequendum, aliquid participare videatur de crimine Ambitus, non tamen incidit in hoc crimen, quia illud fit conventione, qualis nulla in pollicitatione intervenit, *t. t. hic* (2.) Talis cauſa eſt caſus fortuitus, quem civitas paſſa eſt, v. g. ſi incendium in civitate ortum ſit, *l. 4. l. 7. ff. h. t.* (3.) Si quis certamen edere, *l. 8. ff. h. t.* aut opus proſcenii extruere promiſerit, *d. l.* Si vero ſine cauſa facta fuerit, tunc, ut de deliberato animo conſtet, requiritur, ut pollicitatio impleri cœpta fuerit; *l. 1. §. 2. l. 6. §. 11. ff. h. t.* quando autem promiſſum dicatur inchoatum, illud explicatur in *l. 1. §. 3. 4. 5. l. 6. h. t.* Finis, pro diverſitate Objecti, diverſus eſt, v. g. ut ædes ædificentur, ne civitas deformetur, & ob alias ſimiles cauſas. Object. F. & D. S. Requiſitum Pollicit. Validæ. Finis.

VI. Accidentia ſunt conditio, quæ tamen adjecta ut valeat requiritur, ut honeſta ſit & Reipublicæ non noxitura, ſi enim ſit damnoſa Reipubl. detrahitur, & pro non adjecta habetur; in quo pollicitatio iterum differt à pacto, talis enim conditio vitiat conventionem, in Pollicitationibus autem conditiones vitiantur, *l. 13. §. 1. ff. h. t.* Rationem diverſitatis favorem Reip. eſſe quidam putant, ſed Accidentia.

manus recte, dicendum potius hanc eſſe genuinam rationem, quod nulla ejus culpa intervenerit, cui pollicitatio facta eſt; non enim conſentit in pollicitationem, E. nec in adjectam conditionem, uti fit in conventione: Idem fit in ultimis Voluntatibus, quia heredis & legatarii nulla eſt culpa, cur talis conditio ſit adjecta.

Effectus ratione Promiſſoris. VII. Effectus Pollicitationis ratione Promiſſoris eſt obligatio efficax; *l. 1. pr. l. 3. pr. l. 6. pr. ff. h. t.* Stryk. *U. M. §. 2. h. t.* ipſa autem per ona obligatur, non vero res promiſſa afficitur, nec jus in re per pollicitationem conſtituitur, *l. 2. pr. h. t.* & Pollicitatio eſt tantum cauſa per ſubſequentem traditionem dominium transferendi *l. 2. §. ſ. ff. h. t.* Rat. Promiſſarii. Effectus ratione illius cui per pollic. aliquid promiſſum eſt, eſt jus exigendi, & hoc venit ex legis approbatione & conſtitutione, *l. 1. pr. l. 2. l. 3. pr. l. 9. ff. h. t.* Nam ſi DEO & Reip. legitimo modo aliquid ſit promiſſum, tunc ab invito promittente ejusq. heredibus adminiſtratores Excipe. (1.) illud poſſunt exigere, *d. l.* interdum tamen detractioni locus eſt, v. g. (1.) Si ipſe promiſſor ad paupertatem ſit redactus, tunc tantum quintam patrimonii partem ex promiſſione operis non impleti ſolvere tenetur. *l. 9. ff. h. t.* (2.) (2.) Heredes, ſi hereditas liberalitati defuncti non ſufficiat, etiam interdum in ſolidum Diſting. non tenentur: v. J. Voet. *n. 3.* ſed diſting. an pollicitatio fuerit facta propter honorem, an vero aliam ob cauſam. Si propter honorem, iterum diſtinguendum, an defunctus honorem iniverit, an non? ſi inierit, tunc heres in ſolidum tenetur, & promiſſum eſt loco æris alieni, & tanquam debitum exigi poteſt. *l. 9. pr. ff. l. 6. pr. l. 3. pr. h. t.* Si vero non inierit, iterum diſting. an opus fuerit inchoatum an non? ſi inchoatum, tunc heredes tenentur; per *l. 11. in ſin. h. t.* ita tamen, ut vel promiſſum implere, vel liberi deſcendentes decimam, extranei vero quintam patrimonii partem Reipubl. præſtare teneantur; *l. 14. ff. h. t.* Si vero opus ante mortem promiſſoris inchoatum non fuerit, heredes conveniri non poſſunt; *l. 11. ff. h. t.* ſi vero non ob honorem, ſed ob aliam cauſam pollicitatio facta fuerit, & hereditas non ſufficiat liberalitate defuncti, tunc diminutioni locus eſt, ita ut liberi decimam, extranei quintam patrimonii partem præſtare, vel promiſſum implere teneantur. *l. 9. l. 11. ff. h. t.* D. Laut. *in Diſſ. de tranſit. Act. th. 20.* Ad hunc effectum etiam pertinet, quod, qui opus ſe facturum promiſit, ad pecuniam ejus nomine præſtandam conveniri non poſſit. *l. 13. ff. h. t.*

Cognata. VIII. Ad Cognata pertinet (1.) Donatio, quæ maximam cum pollicitatione cognationem habet, in primis in eo, quod utraque ex liberalitate venire ſoleat: Differt tamen ab illa, quod donatio fiat conventione, hæc vero non. (2.) Legatum, quod quidem etiam eſt donatio, in hoc tamen diſting. à pollicitatione, quod illud fiat inter mortuos, hæc vero inter vivos. Plura de materia Pollicitationis v. poſſunt in eleg. Diſpp. Gerhardi von Stocken, Argentinæ A. 1679. editis Stryk. *de act. for. inveſt. 1. m. 3. §. 45.*

TIT. XIII.

TIT. XIII. DE EXTRAORDINARIIS COGNITIONIBUS, ET SI JUDEX LITEM SUAM FECISSE DICATUR.

Cod. *Lib*. 7. *Tit*. 49.

§. I.

Partes Tit.

EX hac inſcriptione, cujus Connexionem vid. apud Weſenb. *h. t. n.* 1. apparet duas eſſe hujus tituli partes. in prima agitur *de Extraordinariis cognitionibus*, quæ ipſa prima pars in vulgaribus editionibus inſcribitur *de Variis & Extraord. Cognit.* & hoc propterea, quia non tantum de Extraordinar. ſed etiam de aliis Cognitionibus in illo agitur. In ſecunda vero agitur de *Judice, qui litem ſuam feciſſe dicitur*. In prima parte varia adjiciuntur exempla Extraordinariarum cognitionum, qualia ſunt v. g. Cognitio de Salario Profeſſorum, Medicorum, Advocatorum, *l. 1. pr. §. 1. & §. ſeq. 10. ff. h. t.* ibique Brunnem. Bardili, *Diſſ. de Salar. c. 8.* Stryk. *Diſſ. de Jur. præcept.* J. Voet. *n. 2. h. t.* quo & pertinet ſalarium Notariorum; Mev. *p. 3. dec. 332. n. 7.* de quibus ſupra ad *tit. de Poſtulando*. *§. 16. & ſeqq.* quamvis autem olim Magiſtratus de his extra ordinem cognoſcebant; conf. Schilter. *ad ff. exerc. 50. § 38.* Excipiebantur tamen primo Philoſophi, in *l. 1. § 4. ff. h. t.* addita hac cauſa, quia eos hoc primum profiteri oportet, mercenariam operam ſpernere. (2) Profeſſores juris, per *l. 1. § 5. ff. h. t.* Conf. Zoeſ. *ad ff. h. t. n. 2.* J. Voet. *n. 1. h. t.* Poſtea vero hæc diſtinctio inter ordinarias & extraordinarias cognitiones in deſuetudinem abiit, & Magiſtratus de omnibus aliis cauſis cognoſcere cœperunt, idque per *l. 2. C. de Jud. Pedan.* adeo ut, habito reſpectu ad veterem procedendi modum, poſtea omnia Judicia extraordinaria eſſe cœperint *§ 8. Inſt. de Interd.* Hodie quidem etiam ita dividuntur, ſed alia plane ex cauſa & ratione, uti ſupra ad Tit. *de Judiciis, § 9. & 10.* dictum eſt. In ſecunda hujus Tit. parte agitur de Judice, qui litem ſuam feciſſe dicitur, quod fit, ſi cauſam ejus, pro quo judicavit, ſuam facit, & tanquam ſuam defendit, ſicque ex Judice Reus fit; quod accidit, ſi male judicavit, male autem judicare dicitur, ſi contra leges, conſtitutiones ac mores judicet. *pr. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi del. pr. Inſt. de pœn. temere litigant.*

Exempla primæ part. h. t.

Secunda pars Tit.

II. Cum autem Judex diverſis modis male judicare ſoleat, & propterea etiam diverſis afficiatur pœnis, ideoque diſting. An Judex male judicaverit ex propoſito, dolo malo, an vero per imperitiam? illo caſu ex vero obligatur delicto, litemque ſuam facit, adeo ut totius litis æſtimationem præſtare teneatur *l. 15. § 1. ff. de judiciis.* Ubi tamen iterum diſtinguendum, an hoc fecerit ex ſimplici propoſito, non corruptus gratia, an vero non? Priori in caſu iterum diſting. an judicaverit contra jus conſtitutionis, an vero tantum contra jus partis. Si contra jus conſtitutionis, & in th. v. g. ſi generaliter aliquid de jure determinaverit, quod

De jud. male judic. Diſt.

Subdiſt.

non juris eſt, uti uſurarum uſuras eſſe præſtandas, tunc ſententia eſt ipſo jure nulla, *l. 2. C. quand. prov. non eſt neceſſ.* & ſupra *ad. l. 49. T. 8. & §. 18. de re judic.* ſed quæritur, an hoc in caſu Judex litem ſuam faciat? primo intuitu hoc negandum videtur, quia partis nihil intereſt, ſententia enim eſt ipſo jure nulla: hoc tamen non obſtante dicendum, quod etiam hoc in caſu Judex litem ſuam faciat, & totius litis æſtimationem merito præſtare teneatur. *d. l. 15. §. 1. ff. de judiciis.* Quamvis enim pars jus ſuum integrum retineat, & priorem actionem adhuc habeat, illud tamen non impedit, quo minus à Judice hanc pœnam exigere poſſit. Hæc enim litis æſtimatio, reſpectu Judicis, pœna eſt, quæ non tollitur per concurrentem actionem rei perſecutoriam. *l. 7. §. 1. ff. de cond. ob. furtiv.* Frantzk. *Ex. 12. q. 5.* Si vero Judex ex ſimplici propoſito judicaverit contra jus partis in hypotheſi, v. g. ſi quis à Reo centum petat, quæ non tantum ſortem, ſed uſurarum uſuras contineant, illaque omnia Reo adjudicet, ad quæ tamen is eum de jure condemnari non debuit, hoc in caſu ſententia ſubſiſtit, etiamſi dolo malo judicaverit, &, niſi appelletur, in rem judicatam tranſit. *l. 61. §. 2. ad SCtum Trebell. l. 11. ff. de J. & J. l. 27. ff. de re jud.* vid. tamen Old. *claſſ. act. in fin.* Si vero non ex ſimplici propoſito, ſed per ſordes, i. e. pecunia corruptus male judicaverit, ſententia eſt ipſo jure nulla, ſive judicaverit contra jus conſtitutionis, ſive contra jus partis; *l. 7. C. quando prov. non eſt neceſſ.* hoc tamen in caſu Judex litem ſuam facit, & totius litis æſtimationem, tanquam pœnam præſtare debet. *d. l. 15. §. 1. ff. de Judic.* Wiſſenb. *ad ff. b. t. th. 17.* conf. C. 2. 2. *Reſp. 65.* Si vero per gratiam male judicaverit, Qu. quoad ſententiæ validitatem, an ipſo jure nulla ſit? Perez. hoc affirmat; (1) per *d. l. 15. §. 1. ff. de jud.* ubi ſordes & gratia conjunguntur, ergo idem dicendum ſtatuit de ſententia per gratiam, quod dictum de ſentent. per ſordes lata, (2.) per *l. 2. C. de pœn. jud. mal.* Sed hiſce LL. non obſtantibus contraria ſententia nobis verior videtur, nimirum ipſo jure ſubſiſtere ſententiam, per *l. 61. §. 2. ff. ad SCtum Trebell.* Ad LL. à diſſentientibus adductas reſpond. quod in illis quidem comparetur ſent. per ſordes & ſent. per gratiam lata, ſed non quoad ſententiæ validitatem, ſed tantum quoad Judicis male judicantis pœnam. Quoad hanc enim idem dicendum de hoc caſu, quod de præcedenti *l. 15. §. 1. de Judiciis.*

Quid ſi per Imperit. male judic.?

III. Si per imperitiam Judex male judicaverit, tunc quoad ſententiæ validitatem diſting. an judicaverit contra jus Conſtitutionis, an vero partis? priori in caſu ſententia eſt ipſo jure nulla, etiamſi ex errore hoc fecerit, per *l. 1. §. 2. ff. de ſent. quæ ſine appell. l. 2. C. quand. prov. non eſt neceſſ.* poſteriori caſu ſubſiſtit & valida eſt, ſed iniqua & per appellationem retractanda, quod niſi factum ſit, ſententia tranſit in rem judicatam *d. l. 27. de re jud.* Quoad pœnam vero diſtinguendum, an ex conſilio Aſſeſſorum, an vero proprio animi motu Judex male judicaverit;

caverit; priori in caſu, modo Proceſſum & acta fideliter direxerit, & b. ſ. omnia peragi & conſcribi curaverit, Mev. *p. 2. d. 104. n. 3.* excuſatur; arg. *l. 2. ff. quod quisq; jur. in alt.* ſupr. *1. de re jud. §. 27.* & *in D. de conſ. th. 4.* Stryk. *U. M. §. 2. h. t.* Poſteriori caſu litem ſuam facit, & ex quaſi delicto obligatur. *l. ſ. ff. h. t.* Conf. Zaſ. *ad L. Hoc Edict. ff. quod quisq; jur. in al.* Et de hoc caſu tantum agitur in hoc tit. Quamvis alias imperitia culpæ annumerari ſoleat, & culpa peccans L. Aquilia teneatur, illud tn. in hoc caſu non procedit; nam imperitia in ſe & ſua natura comparata non eſt culpa, ſed tunc demum culpæ annumeratur, ſi quis peritiam artis alicujus profiteatur. Hinc medicus ex vero delicto tenetur; verum Judex, cum ipſe juris peritiam non profiteatur, ſi ad munus judicis invitus etiam cogatur, ideoq; non ex vero, ſed ex quaſi tantum delicto tenetur; & hoc in caſu non ad æſtimationem totius litis, ſed tantum ad hoc, quod Judici æquum viſum fuerit, tenetur. *pr. Inſt. de obl. quæ quaſi ex del. l. fin. ff. h. t.* Ut autem Judex propter imperitiam ita litem ſuam faciat, & actione in factum conveniri poſſit, requiritur, ut contra jus certum per imperitiam male judicaverit; ſi enim contra jus, quod propter JCt. diſp. incertum ac dubium eſt, judicaverit, tunc ipſi nihil imputatur. Franzk. *d. Ex. 12. Q. ſ.* Mev. *p. 8. d. 480.* Hodie, ſicut nec Medicorum errata, ita nec Judicantium imperitiam in jus vocari ſcribit Arnold. Vinn. in *comm. ad 1. de obl. quæ quaſi ex del. naſc.* niſi dolus acceſſerit, vel paſſiones doceri queant: vid. ſupra *§. 27. de re jud.* Schüpff. *n. 11. & 12. h. t.* Ad heredes vero pœna litem ſuam facientium non tranſit, niſi quatenus ad ipſos quid pervenerit. Meichſner. *tom. 1. deciſ. Cam. 14.* Uſus hod.

TIT. XIV. DE PROXENETICIS.

§. I.

PRætores olim etiam extra ordinem judicare ſolebant de Proxeneticis, proinde ſubjicitur 7. *hic.* Eſt autem Proxeneticum nihil aliud, quam Salarium ſive honorarium, quod Proxenetis pro quali quali miniſterio ſolvitur, Proxenetæ vero dicuntur à Græco verbo προξενέω, quod eſt, concilio. Quorum Uſus hodie præſertim in emptoriis eſt, vocantur etiam Mediatores, Interceſſores, Germ. *Unterkäuffer, Mäckler, Fürkäuffer, Gimpler.* Carpz. *2. Deciſ. 150.* C. J. A. *h. t. th. 1.* Hi autem Proxenetæ ſunt perſonæ, quæ in negotiis conciliandis miniſterium ſuum accommodare ſolent; & habito reſpectu ad hodiernos mores dividi poſſunt in publicos & privatos. Publici dicuntur, qui publica authoritate ad hoc ſunt electi & conſtituti; quibusdam enim in locis & bene conſtitutis Rebuspubl. à Magiſtr. publ. authorit. ad hoc officium eliguntur & juramento adſtringuntur. Straccha, *tr. de proxenet. p. 1. n. 9.* Stryk. *U. M. §. 1. h. t.* privati dicuntur, qui non publica authoritate ad hoc officium ſunt electi, ſed privata authoritate illo funguntur, C. J. A. *h. t.* Ratione objecti dividuntur varie in Proxenetas nuptiarum,

Connex. Tit. Definit. Proxenetici. Proxeneticum.

Diviſ. Publici qui?

Privati qui?

Digitized by Google

rum, amicitiæ, pacis, contractus, negotiationis. &c. *l. ult. h. t. l. ult. ff. de ſponſ. Nov. 123. c. 2. §. 1. c. 1. de teſtib. in 6.*

C. E. II. Cauſa Efficiens remota ſeu Originalis & informans eſt Jus Gentium & Civile; proxima vero eſt voluntas tam ejus, qui hoc officio fungitur, quam ejus, qui illius opera utitur. Subject. Subjectum ſunt regulariter omnes, qui prohibiti non inveniuntur; hoc enim officium eſt ex genere permiſſorum. Prohibentur autem illi, qui propter publicum munus, quod gerunt, privatis negotiis accedere nequeunt. v. g. Decuriones, Milites, Nobiles lucri meri cauſa, &c. *l. 31. C. locat. l. 6. C. de dignit. l. 3. C. de Commerc. arg. l. 5. §. fin. de veteran. l. 12. §. 3. C. de cober. princip. l. 16. C. de re milit. l. un. C. negot. ne mil.* In quibusdam locis nulli ad hoc officium admittuntur, niſi qui publica authoritate & juramento ad hoc conſtituti ſunt. Conf. Straccha, *d. tr. p. 2. n. 3.* & horum juratorum libri ſemiplenam inter contrahentes faciunt probationem. Gylmann. *deciſ. 30. n. 8. & in ſymphor. tom. 6. c. 7. n. 25.* ibi: *oder dem Mecklerbuch.* Raphael. de Turri, *de Camb. D. 4. q. 2. n. 9.* Joh. Voet. *n. 2. h. t.*

Object. III. Objectum ſunt omnia negotia licita, quæ ſcil. inter plures fiunt. v. g. Contractus, Sponſalia, Nuptiæ; *l. 3. ff. h. t. l. fin. ff. & l. 6. C. de ſponſal.* ibique Perez Joh. Voet. *n. 2. h. t.* in licitis autem tantum proxenetas intervenire licitum eſt; qui enim in delictis interveniunt, illi ad hunc locum non pertinent, ſed remittendi ſunt ad *lib. 47. & 48. ff.* Stryck. §. 4. *h. t.* Hi enim eadem puniuntur pœna, qua ipſi delinquentes, propterea & ad eorum ordinem remittendi ſunt.

Forma. IV. Forma conſiſtit in eo, quod nimirum ad concilianda negotia miniſterium ſuum præbeant, quod faciunt quærendo contrahendi occaſiones; non enim ipſi contrahunt. v. g. *Si* quis haberet pecuniam otioſam eandemque exponere fœnori vellet, & à Proxeneta peteret, ut quæreret pecuniam ſub fœnore accipere cupientem: Qui ſi quem invenit, & ex eo quærit, an has vel illas conditiones inire & pecuniam ſic accipere velit, quod ſi tunc ipſe conſentiat, iterum renunciat priori, & ſic voluntate contrahentium conciliata perficitur negotium. Ex quo Differ. à Mandatar. à nudo Nuntio. ſtatim apparet, quod differat Proxeneta (1.) à Mandatario; hujus enim officium eſt adminiſtrare, ille vero tanquam cauſa inſtrumentalis conciliat & tractat. *l. 2. ff. h. t.* (2.) A nudo Nuntio qui tantum illud, quod ſibi mandatum eſt, denuntiat, hic vero etiam contrahendi occaſiones quærit. *Parens, D. de nunc. th. 42.*

Effectus reſpicit Commod. V. Effectus reſpicit vel commodum, vel damnum Proxenetarum: Commodum reſpicit ſalarium, quod vocatur Proxeneticum, & peti poteſt à Proxenetis; & ſi quidem certum promiſſum eſt illud Condictione certi exigere poſſunt; *§. 1. J. de V. O. l. 24. de R. C.* ſi vero incertum, & lis inter partes propter illud oriatur, tunc Judicis arbitrio eſt determinandum, & peti poteſt et extraordinarium aliquam perſecutionem, ſc. per implorationem Officii Judicis nobilis;

l. 1.

Digitized by Google

l. 1. ff. h. t. Weſenb. *h. t. n. 1.* J. Voet. *n. 1. h. t.* in multis autem civitatibus & emptoriis hoc eſt certa mercede determinatum, adeoque actio locati conducti competit. *arg. l. 5. §. 2. de P. V.* P. Müller. *ad Struv. h. t. in fin.* Stryck. *§. 1. h. t.* In ſponſalibus ſordidum eſt aliquid accipere proxenetici nomine; ſi tamen quis volebat olim accipere, ultra 20. partem dotis accipere non poterat; *l. f. C. de ſponſ.* quæ lex quamvis non ſit authentica, ex illa tamen licet cognoſcere, quid olim fuerit obſervatum. Nec propter Sacerdotium proxeneticum accipere integrum eſt. *Nov. 6. c. 1. §. 5. & 8. Nov. 123. c. 2. & 1. auth. Quod pro hac cauſa C. de Epiſc. & Cler.* Br. *ad L. 31. C. de Ep. & Cler.* C. J. A. *h. t. th. 14.* v. Stryk. *§. 4. h. t.*

VI. Effectus, qui reſpicit illorum Damnum, conſiſtit in eo, quod ipſi ad damnum reſarciendum condemnandi ſint. Licet enim regulariter ex officio ſuo non condemnentur, etiamſi conſilium dederint, per *l. 2. ff. h. t.* & ex generali illa regula conſil. non debet eſſe obligatorium; *l. 7. §. 10. l. 10. §. 7. l. 12. §. 12. ff. mand. l. 42. de N. G. l. 20. de his, qui notant. infam. l. 49. de Ædil. Edict.* Conf. Mev. *ad J. L. l. 3. t. 10. art. un.* Hoc tamen fallit, ſi dolo malo rem laudaverint, vel aliquem ſcienter inidoneum in fidejuſſione conciliaverint. per *l. 2. ff. h. t. l. 43. §. 1. de adminiſtr. & peric. tut.* C. J. A. *h. t. th. 12.* Conf. Gilhauſ. *Arb. crim. c. 2. t. 34. §. 3. n. 153.* Stryck. *§. 2. h. t.* Plura, quæ ad hanc materiam pertinent, vid. apud dict. Straccham, *tr. de Proxenet.* & decad. Arg. *1. Diſp. 1. Reſp. Findekeller, A. 1669.* item Dn. Lyncker. *Diſp. Gieſſæ A. 1674. hab. de Proxenetis.*

Effect. reſpic. damn.

TIT. XV. DE CENSIBUS.

Cod. *Lib. 11. T. 57.* Extra. *L. 3. T. 9.* in VIto. *L. 3. T. 20.* Clem. *3. Tit. 13.*

§. I.

SUpra dictum eſt, quod in patrimonialibus muneribus imponendis juſta ſit obſervanda proportio, pro quantitate ſcil. Patrim. Struv. *S. J. C. ex. 50. th. 89.* ibiq; P. Müller. *lit. a.* quod, ut fieri poſſit, requiritur, ut Cives, illorumq; bona in certum librum inſcribantur, qui in jure noſtro diciturCenſus, Cataſtrum, Æſtimum, *Steuerbuch, Schatzbuch, Saalbuch.* de quo agitur in hoc tit. Cujus Rubrica tamen non ſumitur pro Tributo, ſed pro deſcriptione publica civium & bonorum ad eos pertinentium Tributi cauſa; eſtque tum Perſonarum, tum Bonorum Dn. de Lyncker. *in Anal. h.*

Connex. Tit.

II. Quomodo autem liber iſte cenſualis ſit conſcribendus, & quæ in ejus deſcriptione ſint obſervanda, illa omnia eleganter examinat atque explicat Klock. *tr. de contrib. c. 17. per tot.* Mev. *p. 4. d. 34. & 179.* P. Müll. *ad Struv. h. t. lit. x.* Harppr. *C. 95. n. 304. & ſqq.* Inſcribuntur autem libro cenſuali non tantum bona, quorum quis Dominus, & quæ irrevocabiliter ad aliquem pertinent, ſed etiam quæ revocabiliter, cum poteſtate ſc. fructus capiendi, e. g. Marito bona dotalia adſcribuntur,

Requiſita libri Cenſ. remiſſive.

Quæ bona in eo inſcrib.

tur, Garſ. *de Exp. c. 13. n. 27.* Mev *ad J. L. l. 2. t. 3. art. 2. n. 37. ſeqq.* & ex illis onera patrimonialia præſtare tenetur, quia hæc ſunt onera fructuum, *l. 13. de impenſ. in res dotal.* & qui plus habet in fructibus, plus etiam ſolvere teneatur. Klock. *tom. 1. conſil. 28. n. 381.* Carpz. *l. 4. R. 72.* Hahn. *ad Weſenb. h. t.* Schilt *ad ſſ. h. t. in fin.* Hinc ſi quis in fundo aliquo uſumfructum habet, illi adſcribitur. *l. 7. §. 2. & l. 27. § 3. de uſufr. l. 28. de uſu & uſufr. leg.* P. Müll. *ad Struv. h. t. th. 91. lit. y.* Idem dicendum de Emphyteuta, *l. 2. C. de jur. emphyt. junct. l. 8. C. de Apoth. publ.* & Creditore, qui habet hypothecam cum jure Antichreſeos, quia poſſident, propterea ipſis adſcribuntur; generaliter enim traditur in *l. 2. C. de annon. & trib.* quod hæc onera præſtare debeant illi, qui poſſident, & fructus percipiunt propter jus in re. P. Müll. *d. l. lit. 8.* Conſ. Mev. *p. 9. d. 84. & ſeq.* non excluſis tamen plane perſonis, v. g. *von Burgerlicher Nahrung, Gevverb und Handvverck.* Dn. Lyncker. *d. l. th. 89.* v. Struv. *Exerc. 50. th. 90.* ibique Müller.

Quid de Creditore hypothecam ſine Antichreſi habente? III. Sed quæritur quid dicendum ſit de Creditore, qui habet hypothecam, ſed ſine jure Antichreſeos? Reſpondetur quod non obligetur ad onera, quia fructus non percipit. *l. 6. C. de pig.* Ex hiſce etiam apparet, quid dicendum de Colonis & Inquilinis, quod ſcil. non teneantur, quia neque poſſident, neque fructus percipiunt; quamvis enim naturaliter fructus percipiant, quia tamen mercedem ſolvere tenentur, eapropter & ad hoc onus non obligantur. Klock. *d. tr. c. 7.* (Quid de Colonis & Inquilinis?) De Foreuſibus autem videri poteſt Gail. *2. O. 53. & 72.* Roſenth. *de Feud. c. 5 concl. 8.* Tandem adhuc, quoad Effectum brevibus notandum, quod cauſa collectarum ſit ſummaria, & paratæ regulariter executionis. *l. 10. de fer. & dil. l. 5. C. eod. l. 6. C. de exact. trib. Nov. 17. c. 8.* Mev. *p. 1. d. 148. p. 4. d. 25. p. 5. d. 223.* Et de aliis Effectibus idem, *p. 2. d. 72. p. 5. d. 70. p. 8. d. 96. & 80. & ad J. L. d. tit. 3.* Plura de cenſu tractant Lather. Brunnem. *conſil. 53.* Rhez. & Leyſer. *Diſſ. de jure & reviſ. Cataſtri.* Dn. à Lyncker. *Diſſ. de cataſtr.* Bechmann. *Diſſ. de aſtimo.*

TIT. XVI. & XVII.
DE VERBORUM SIGNIFICATIONE, ET DE DIVERSIS REGULIS JURIS.

Cod. *Lib. 6. Tit. 38.* Extra. *Lib. 5. t. 40. & 41.* in Sexto *Lib. 3. t. 14. & Lib. 5. t. 13.* Clem. *L. 3. Tit. 9. & L. 4. T. 12.* Extrav. Com. *L. 3. t. 8.* Extrav. Joh. *T. 14.*

§ I.

QUia hi Titt. ſunt generales & ex prioribus ſpecialibus deſumti, in ſuperioribus etiam lectionibus ea, quæ hic proponuntur, ſatis ſunt explicata, multique de hiſce tit. prolixos conſcripſerunt commentarios, inter quos Jacobi Gothofredi, Matthæi, Eichelii, & Petri Mülleri legi præprimis merentur, propterea iis pro hac vice inhærendum non eſt.

F I N I S.

Digitized by Google